UNIVERSA THEOLOGIA POSITIVA, POLEMICA, EXEGETICA ET MORALIS, EIUSQUE FRUCTUS ASCETICA, CATECHETICA, PARACLETICA ATQVE CASISTICA, ... DELINEATA À JOHANNE OLEARIO, ..

Johann Olearius, Christian Romstet, Gottfried Müller

Digitized by Google

14
17 C
307

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu
III. 13. C

III
14
B

III
11
B

Digitized by Google

fred. Müllerus, Pastor ad D. Anne
XVIII. Mart. clɔ. Iɔcc xxxIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

BIBLIOTECA N

Digitized by Google



TH

POSI

ASCET

Cu

tàm

uſu & c

Sereh

Digitized by Google

NIVERSA

EOLOGIA

IVA, POLEMICA,

XEGETICA

ET

MORALIS,

Ejusq; Fructus

CA, CATECHETICA

ARACLETICA

atque

CASISTICA,

TUDIORUM METHODO,

nec non XXXI. diſtinctis

quàm Verborum Repertoriis

Mnemonicis,

poſt Semiſeculares

entiâ confirmatas meditationes,

delineata

à

ANNE OLEARIO D.

ſt. Ducis Sax. A. M. Conc. Aulico Primario

C. Conſiliario Eccleſ. & Superintendente

Generali.

HALÆ SAXONUM,

CHRISTOPHORI MYLII, Secr.

ANNO M. DC. LXXX[illegible]

Digitized by Google

U

T

D.JO

Digitized by Google

NIVERSA

HEOLO-

GIA

OHANN. OLEARII.

Digitized by Google

Lutherus

Tom. 3. Jen. Lat. Comment. in Pſ. 45. f. 472. & 473.

Ea eſt natura omnium articulorum fidei, ut univerſa ratio ab eis abhorreat. Nam ſine Spiritu Sancto non poſſunt intelligi. Sunt enim abyſſi ſapientiæ divinæ, in qvibus ratio planè ſubmergitur & occiditur. Qvi igitur vult eſſe Chriſtianus, ille eruat oculos rationi ſuæ, & tantùm audiat, qvid Deus dicat.

Hoc enim certiſſimum eſt, qvamprimum dubitare & diſputare de articulo aliqvo fidei cœperimus, amittimus eum, & ruimus in impiam opinionem, ſicut Heva.

Ergò vos, qvi incumbitis S. literis, ante omnia conſtituite, qvid tractatis in religione Chriſtiana, ut habeatis articulos fidei munitos bonis textibus Scripturæ Sanctæ, & benè meditatos.

FILIIS
meis ſummè dilectis,

NNI ANDREÆ OLEARIO,
L. DOCTORI, Sereniſſ. D. Saxon. Auguſti
ulico, Conſiſtorii Aſſeſſori, Vice-Generali Super-
intendenti, & Alumnorum Ephoro,
ollegæ per XV. annos fideliſſimo,
I BACULO SENECTUTIS.

NNI AUGUSTO OLEARIO,
DOCTORI, Paſtori & Superint. San-
gerhuſano.

NI CHRISTIANO OLEARIO.
OL. DOCTORI, Paſtori & Superint.
Querfurtenſi;
Fratrum veſtigia gnaviter prementi

II FRIDERICO OLEARIO,
S. Theol. ſtudio conſecrato.
nec non poſthumo Beati

IS GOTTFRIDI OLEARII,
L. DOCTORIS, Paſtoris Primarii &
Superint. Burgenſis
Filiolo unico

GOTTFRIDO OLEARIO,

Hoc

Digitized by Google

Hoc ipſum
PATERNI & Aviti amoris
ſignaculum,
cum repetitione voti perennantis &
conſummatæ FELICITATIS
atqve Majorum precibus,
inprimis verò
AVI
Tam Paterni, B. D. JOHAN. OLEARII
Senioris,
qvàm Materni, B. D. ANDREÆ MERCKII,
utriusqve Superintendentis Eccleſ. Hallenſis
laudatiſſimi,
in poſteros derivatæ
BENEDICTIONIS
rariſſimæ & omninò exemplaris
Documentum
offero
JOHANNES OLEARIUS D.
Halæ Saxon. d. Natali, mihi cum B. Parente
communi XVII. Septembr.
An. 1677.

Lectori

Lectori Benevolo

S. P. D.

des, B. Lector, qvænam ſit VIA ad agnitio-
em veritatis, quæ eſt ſecundum pietatem (1. p. Tit.
1. 1.) adeoqve Via ad feliciorem Theologiæ cognitio-
em ejusmodi, qva ſimul *Veſtibulum, Janua, & Atri-*
um patet.

Via, inqvam, non ambigua, ſed plana, tuta, ſa-
ua, & ſtudiorum ſcopo, ac certitudini Theologicæ
ns.

ה דרך *Via illa regia eſt* (Num. 20, 17.) qvæ infallibi-
racutis confirmata, & teſtimoniis Patrum, & B. Lutheri,
ymbolicorum illuſtrata eſt. Hæc Via primum *Chemni-*
præparata, & à B. Theologis, *Gerhardo* inprimis, &
Meiſnero, Balduino, Jacobo Martini, Rôbero, Lyſero,
emhauero, mihi adhuc adoleſcenti fideliter monſtrata,
niculis Theologiæ ſtudioſo neceſſariis, tam Philolo-
ophicis probè inſtructa eſt.

duce. Via mihi fuit ad impetrandum *ante quadragin-*
or ſeqvendi ſummum honoris Academici . . . .
r integrum ſemiſeculum à me freqventata, ex . . .
cennalibus, in Collegiis Lectorius, Disputat . . . . ad
ata: exigente deinceps officio Adjuncti . . . . , in
ſophici, & poſtò Superintendentis Eccleſi . . . bus Ec-
na vocatione (qva tretus in aula AU . . . tam Pa-
ſit gratia & gloria! perſevero) *per quadragin* . . . ſis, Alu-
licis, atqve privatis maximè verò in Viſitati . . . lciſſimo,
olaſticis, nec non in examinibus & colloqviis . . . ice ante
ordinandis SS. Miniſterii Candidatis, ſtudi . . . peculiari
qvàm auditoribus meis ſedulò & annuente . . . geliorum,
nculcata. Hæc via etiam in Balduiniano in . . . in Anno-
mbrata, & in Manuali Germanico, nec non in
Formulam Concordiæ, & exegeſi Evangeliorum,
tiæ, atqve aliis libellis practicis, tandemqve in Anno-
s plenius expoſita. Hæc demqve Via uſu & experien-
tiâ,

)o( )o(

14
17 C
307

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu
III. 13. C

68.5.16
III
14
B

III
11
B

Digitized by Google

M. Godofredus Müllerus [illegible] llor ad D. Anno Dom. [illegible]
d. XVIII. Mart. [illegible]). DCC XXXIII.

172.





Digitized by Google

UNIVERSA
THEOLOGIA
POSITIVA, POLEMICA,
EXEGETICA
ET
MORALIS,
Ejusque Fructus
ASCETICA, CATECHETICA,
PARACLETICA
atque
CASISTICA,
CUM STUDIORUM METHODO,
nec non XXXI. distinctis
tàm Rerum quàm Verborum Repertoriis
Mnemonicè [illegible]
poſt Semiſecularem
uſu & experientiâ confirmatas meditationes,
delineata
à
JOHANNE OLEARIO, D.
Sereniſſ. Auguſt. Ducis Sax. A. M. [illegible] Conc. Aulico Primario, Confeſſ. Conſiliario Eccleſ. & Superintendente Generali.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

UNIVERSA THEOLOGIA

D. JOHANN. OLEARII.

Digitized by Google

Lutherus

Tom. 3. Jen. Lat. Comment. in Pſ. 45. f. 472. & 473.

EA eſt natura omnium articulorum fidei, ut univerſa ratio ab eis abhorreat. Nam ſine Spiritu Sancto non poſſunt intelligi. Sunt enim abyſſi ſapientiæ divinæ, in quibus ratio planè ſubmergitur & occiditur. Qvi igitur vult eſſe Chriſtianus, ille eruat oculos rationi ſuæ, & tantùm audiat, qvid Deus dicat.

Hoc enim certiſſimum eſt, qvamprimum dubitare & diſputare de articulo aliqvo fidei cœperimus, amittimus eum, & ruimus in impiam opinionem, ſicut Heva.

Ergò vos, qvi incumbitis S. literis, ante omnia conſtituite, qvid ſit credendum in religione Chriſtiana, ut habeatis articulos fidei munitos bonis textibus Scripturæ Sanctæ, & benè meditatos.

Digitized by Google

FILIIS
meis summe dilectis,

JOHANNI ANDREÆ OLEARIO,
SS. THEOL. DOCTORI, Sereniss. D. Saxon. Augusti
Conc. Aulico, Consistorii Assessori, Vice-Generali Super-
intendenti, & Alumnorum Ephoro,
Collegæ per XV. annos fidelissimo,
BACULO SENECTUTIS.

JOHANNI AUGUSTO OLEARIO,
SS. THEOL. DOCTORI, Pastori & Superint. San-
gerhusano.

JOHANNI CHRISTIANO OLEARIO,
SS. THEOL. DOCTORI, Pastori & Superint.
Querfurtensi,
& Fratrum vestigia gnaviter prementi

JOHANNI FRIDERICO OLEARIO,
SS. Theol. Studio consecrato:
nec non posthumo Beati
JOHANNIS GOTTFRIDI OLEARII,
SS. THEOL. DOCTORIS, Pastoris Primarii &
Superint. Bursensis
Filiolo unico

JOHANNI GOTTFRIDO OLEARIO,

Digitized by Google

Hoc ipſum
PATERNI & Aviti amoris
ſignaculum,
cum repetitione voti perennantis &
conſummatæ FELICITATIS
atqve Majorum precibus,
inprimis verò
AVI
Tam Paterni, B. D. JOHAN. OLEARII
Senioris,
qvàm Materni, B. D. ANDREÆ MERCKII,
utriusqve Superintendentis Eccleſ. Hallenſis
laudatiſſimi,
in poſteros derivatæ
BENEDICTIONIS
rariſſimæ & omninò exemplaris
Documentum
offero
JOHANNES OLEARIUS D.
Halæ Saxon. d. Natali, mihi cum B. Parente
communi XVII. Septembr.
An. 1677.

Lectori

Lectori Benevolo
S. P. D.

Vides, B. Lector, quænam sit VIA ad agnitionem veritatis, quæ est secundum pietatem (Ep. Tit. 1.) adeoqve Via ad feliciorem Theologiæ cognitionem ejusmodi, quæ simul *Vestibulum, Janua, & Atrium* patet.

Via, inqvam, non ambigua, sed plana, tuta, facilis, atqve perspicua; & studiorum scopo, ac certitudini Theologicæ omninò conveniens.

Hæc enim דרך המלך *Via Regia* est (Num. 20, 17.) qvæ infallibilibus Spiritus S. oraculis confirmata, & testimoniis Patrum, & B. Lutheri, atqve librorum Symbolicorum illustrata est. Hæc Via primùm *Chemnitianâ perspicuitate* præparata, & à B. Theologis, *Gerhardo* inprimis, & *Höpfnero*, nec non *Meisnero, Balduino, Jacobo Martini, Röbero, Lysero, Hulsemanno, & Dannhauero*, mihi adhuc adolescenti fideliter monstrata; qvæ insuper adminiculis Theologiæ studioso necessariis, tam Philologicis qvam Philosophicis probè instructa est.

Hæc etiam, Deo duce, Via mihi fuit ad impetrandam *ante quadraginta annos Licentiam* consequendi summum Honoris Academici gradum. Hæc illa Via est, *per integrum semisæculum* à me freqventata, *exercitiis Academicis ferè decennalibus*, in Collegiis Lectoriis, Disputatoriis & Concionatoriis explorata: exigente deinceps officio Adjuncti Facultatis sive Collegii Philosophici, & porrò Superintendentis Ecclesiæ Qverfurtensis, nec non divinâ vocatione (qva [illegible] in aula AUGUSTA ad annum xxxv. Deo sit gratia & gloria! perseveravi) *per quadraginta annos*, in functionibus publicis atqve privatis, maximè verò in Visitationibus Ecclesiasticis & Scholasticis, nec non in examinibus & colloqviis, tam Pastoribus atqve ordinandis SS. Ministerii Candidatis, studiosis, Alumnis, & Amicis, qvàm auditoribus meis sedulò [illegible] non sine fructu inculcata. Hæc via etiam in [illegible] & annuente Altissimo, XXII. annos adumbrata, & in Manuali Germanico [illegible]iniano Indice ante Commentario in Formulam Concordiæ, & [illegible]o, nec non in peculiari Gymnasio Patientiæ, atqve aliis libellis practicis [illegible] exegesi Evangeliorum, [illegible]tationibus Biblicis plenius exposita. Hæc denique [illegible] eandemqve in Anno- [illegible] Via usu & experientiâ,

)o( )o(

tiâ, per continuam aliorum, inprimis verò filiorum meorum, (ex qvibus, per Dei gratiam, *qvatuor Theologiæ Doctores* videre licuit) informationem feliciter tentata & probata eſt. Qvæ, ſi forſan non ingrata videbitur, debitam Summo omnium bonorum Collatori gratitudinem facilè excitare poterit. Cujus gloria, cum Eccleſiæ emolumento, hîc unicè qværitur, & unicè deſideratur.

Ne verò qvem offendat *ſemiſecularis delineatio*, cùm potius poſt tot annorum ſpacium univerſæ Theologiæ perfectio, & Syſtema conſummatum fuiſſet edendum, loqvatur pro me (ut taceam laudatiſſimos Chemnitii, Gerhardi, aliorumqve labores, imprimis verò nuper conſummatum Magni *Calovii Syſtema Theologicum*, ejusqve exegeſin pleniſſimam, ex annotationibus Biblicis conſpicuam) ipſe Apoſtolus, qvi nec integram annorum Centuriam, imò nec univerſam Mathuſalæ longævitatem, vel etiam abſolutum vitæ humanæ millenarium, ſed ipſam ÆTERNITATEM ad conſummatam Theologiæ perfectionem requirit 1. Cor. 13. **Es bleibt hier Stückwerck.**

Qvamobrem & Summus ille Apelles, Plinio teſte, omne opus, ſalvo jure addendi & emendandi FACIEBAT. Nam FECIT, & FECERAT, ſolius omnipotentis atqve omniſapientis, adeoqve unius & unicè abſolutè perfecti eſt Artificis (Gen. 1.) Nobis verò ad perfectionem in hac imperfectione poſſibilem tendentibus *ordo* & *εὐταξία* ſufficit, ut à genuinis S. S. Theologiæ cultoribus *omnia ordine*, & tam ratione ſtudiorum & vitæ, qvam ratione univerſi officii & ſingularum partium, *πάντα εὐσχημόνως καὶ κατὰ τάξιν* procedant. (1. Cor. 14, 40.) Nunc enim cognoſcimus ex parte, *ἐκ μέρους*. Sed qvando venerit ipſa perfectio, *τὸ τέλειον*, tunc, qvod ex parte eſt, abolebitur (1.Cor. 13,9.10) Faxit Altiſſimus, ut hæc ipſa manuductio ſcopum deſideratum porrò attingat feliciter, ad Dei gloriam, & Eccleſiæ ædificationem, ita ut Theologiæ ſtudioſi omnes & ſinguli, poſt ſolidam theoriam, prudentiâ deinceps Theologicâ ſufficienter inſtructi evadant Deo & Eccleſiæ grati diſpenſatores, & ita ſimul practici, adeoqve exemplares & veri exiſtant Theologi. Fiat! Qvod ipſum, uti ſummoperè cupio, qværo, atq; deſidero, ita indeſinenter expeto, & ex animo precor

JOHANNES OLEARIUS D.

VOTA

VOTA
AMICORUM,
Qvibus primam univerſæ Theologiæ adumbrationem ex B. Balduini Commentariis illuſtratam, ante XXII. annos exceperunt A. 1655.

I. Ex Elect. aulâ Dresd. B. D. JACOBUS WELLERUS.

Haud Oleum, haud operam deperdis, Clare Virorum,
Sed benè cum fructu prodere qvæqve ſtudes.
In ſcriptis, verbisqve Tuis *Oleaginea* Virtus
Exiſtit: Virtus haud peritura ſolo:
Nec peritura polo: *Tua nam pietasq; fidesq;*
Florebunt cœlis Cedrus ut in Libano.

II. Ex Acad. Lipſienſi.

1. B.D. JOHAN. HULSEMANNUS, P.P.

Hæc dum multiplici & vigili congeſta labore
Conjungi curas, Vir Reverende, typis;
Ipſa Tibi Pietas multum debere fatetur,
Nec parcent docti Te celebrare Viri.

2. B. D. DANIEL HEINRICI, P.P.

Poſt mortem vivit, qui vivida ſcripta reliqvit,
Integra verborum, pura fideqve ſimul.
Poſt cineres laudant Noſtrorum ſcripta relicta,
Scripta, qvibus ſenſus, ſermoqve purus ineſt.
Imbibat hocce Tuum ſcriptum ſtudioſa juventus,
Et laude Autorem perpetua celebret.

3. B. D. JO. BENEDICT. CARPZOVIUS, P. P.

O ſanctum munus! dignum & memorabile donum!
Ite libri, & cupidis pariatis gaudia mille.
Ite libri, atqve piis pariatis commoda mille.
Pectore tu verò grato, ſtudioſa juventus,
Hoc opus agnoſces, dextra verſando diurnâ,
Nocturnâq; manu, mecumqve precabere longam
DUCTORI vitam ſimilesqve in plurima vires.

4. B.D. HIERON. KROMAYER, P. P.

Magna Patris magni Soboles, OLEARIE,
Gratia cui fecit, chare Deo atqve Duci. Nomen

)o( )o(2 *Euſebies*

Euſebies fulcrum non mobile, gemma Sionis,
Protrudens fructus arbor amœna ſuos
Conſocias *Oleum vino*, acria mitia reddis,
Et doctâ, ſapiant ut magis, arte facis,
O creſcant oleæ (jungamus euntia cœlo
Vota manu facta) fructificentqve diu!

5. L. MART. GEIERUS, P.P.

O felix Scriptor, cujus poſt funera nomen
Sic refloreſcit, dum nova cura venit:
Suave eſt, hortorum ſub quovis arbore ſparſim
Fructus tam varios cernere, tamq; bonos.
Utilius, dum cauta manus ſelegit, ad uſum
Per certas thecas ordine quæq; locans.
Magna OLEÆ pietas in Manes! faxit Iova,
Curent qvæ Ipſius poſt pia fata alii.

III. Ex Academ. Wittebergenſi

1. D. ABRAHAM. CALOVIUS, P.P. & Superint. Generalis.

SOl *Balduinus* erat, radiisqve coruſcat in orbe,
Phoſphorus huic *Soli*, Dulcis Amice, præis.
Lætatur Chriſti cœtus, ſplendore perenni
Exoptans SOLIS LUCIFERIQVE frui.

2. D. JOHANN. MEISNERUS, P.P.

B*Alduini ſequitur greſſus OLEARIUS ingens*,
Et grave progenies æmula calcat iter.
Colligit hic libros, libro ut ſocientur in uno,
Qvos ſocios terris copulat una fides.

3. D. JOHANN. ANDR. QVENSTEDT, P.P.

HIc *Olea* inſignis fructus *OLEARIUS* edit,
Et ſtudet auguſtas flectere honore comas.
Tu mihi magnus eris, Vir ſumme, volumina qui nunc
Felix tam parvo colligis ampla ſinu.
Creſce, vige ulterius, Balduini nomen adæqva,
Edere nec ceſſes plurima, corde precor.

IV. Ex Acad. Roſtochienſi

1. D. JOHANN. GEORG. DORSCHEUS, P.P.

BAL-

Digitized by Google

THeſaurus fuit ille labor ditiſſimus omnes
Complexus ſacræ cognitionis opes.
Non animadverſus ſatis, & non erutus unquam
Haſtenus à multo prætereunte ſatis.
Divitias animadvertens OLEARIUS, omnia
Explicat, indicibus dives & ipſe ſuis.
Bis grates meritus, dum theſaurum explicat hunce;
Effodiendi alios dum methodumque docet.
Nimirum methodus ſtudiorum, dextera & ordo,
Eſt ad theſauros ordoq; luxq; ſacros.

V. Ex Acad. Jenenſi

1. D. JOHANN. MUSÆUS, P.P.

COndidit immenſam *Doctor Tarſenſis* opum vim,
Et premit omne ſacrum *Litera miſſa* Sophos.
Eruit è *Cilicis Balduinus* id omne profundô,
Et calamo gazas graviter expediit.
Lumen adhuc deerat, ſcholæ Syſtema & ordo,
Nunc dedit hoc etiam *Dives Oliva* ſcholis.
Scilicet ipſa auri *Minera* eſt, eſt *Paulina* abyſſus,
Balduinus magnâ indagine foſſor erat.
Sed ſubit *Aurifabri* partes OLEARIUS ingens
Ac polit arte Sophos, conſtruit arte Sophos.
Materiam duo dant, formam ſed *Tertius* infert:
Dic poſtrema hæc eſt anne ſuprema manus?
Huc ades, ô Pubes: *Cunas* ſtruit *Autor Olivæ*:
His thalamis grandis Theologia cubat.
Huc ades: en Te opifex ad eandem dirigit artem,
Qvamqve adhibet manus hæc Dædala, fida docet.
Dic igitur: cedat poſt Ilias, indita Nuci,
Vaſta ſub his thecis Theologia cubat.
Dic: multum Pactole Tuum Sala vincit Orizam,
Dulceqve jam ſtillat Sal ſapientiæ Ilis;
Svave viretque *Autor*. Non eſt Oleaſter, Olivæ
Tranſcendit meritis pingvis Oliva Cedros.

2. B.D. JOHANNES TOBIAS MAJOR, P.P.

OCcidit ante diem fatali morte peremtus
Depoſitum cœli, *Balduin* ſuper æthera noſter
Vixit at in ſcriptis, qvæ non metuentia ſcombros

Nec thus pervolitant orbem, digniſſima cedro.
Nunc lucem accendit, pulchrum cui nomen *Olivæ*:
Æternam laudem, amplaq; præmia uterq; meretur.

3. B. D. CHRISTIAN CHEMNITIUS, P. P.

VIr Reverende, *bonus verusq;* OLEARIUS *audis*,
Dum profers ſummi ſcripta verenda Viri.
Non etenim drupas profers, neqve fundis amurcam,
Aut *oleum ac operam* perdere qvemqve ſinis.
Sed Tibi ſunt radii, ſunt *pauſia, phaulia olivæ*,
Orchites: ac *Olea* qvicqvid habere ſolent.
Hos igitur fructus reddens *Oleagina Radix*,
Vivas, ac Arbor ſis benedicta Dei!
Sanctus *Oliveti* Dominus conſervet *Olivum*,
Ut, qvod tu promis, Lector *olivet idem*!

4. B. D. JOHANN. ERNESTUS GERHARDUS, P. P.

FLores BALDUINUS, ſed tu, Vir Magne, *Corollas*
Colligis: utrumqve hinc juſta *Corona* manet.

VI. Ex Acad. Argentoratenſi

B. D. JOHANN. CONRAD. DANNHAUER, P. P.

QVod prima lux, opus Dei, Mundo fuit,
Cum pridem inane & luridum Chaos fuit;
Id ordo libris, ordini eſt OLEARIUS.
Diu ille vivat, ac renideat diu,
Qvi BALDUINO reddidit vitam & facem.

VII. Ex Acad. Gieſſenſi

B. D. JUSTUS FEURBORNIUS, P. P.

SIve Tibi ſit Scripturæ explanatio cordi,
Conformis fidei, ſermo & ſententia Pauli,
Cœlica qvâ nobis clarè myſteria pandit:
Sive tibi Hæreticæ nunc deteſtanda cohortis
Dogmata propulſare libet, ſolidâqve cibare
Eſcâ ſacrarum rerum mentem eſurientem,
Cuncta tibi evenient hic, ſuppetet & qvod anhelas.
Inde ſibi toties gratata *Eccleſia Chriſti*,
Et gratatur adhuc tanto tamq; utili ab omni
Parte Opere hoc ſacro. Tibi, qviſqve es, optime Lector,
Hoc opus, ut meruit, commendo: nulla pigebit
Lectio in hoc: profectus ſpe fruſtrabere nunqvam.

VIII. Ex

VII. Ex Eccleſia Hallenſi

1. D. GOTTFRID OLEARIUS, SUPERINTENDENS.

THeſaurum, Frater, ſolerti indagine pandis,
Diſtribuisq́; ſacras ordine largus opes.
Felix omninò; *grates ſtudioſa juventus*
Ingentes debet turbaq́; docta Tibi.
Niſibus adſpiret Pater almus, opusq́ fecundet,
Qvo ſine proſperior non labor ullus erit.

2. B. D. SIXTUS BERTRAMUS, P. ULRIC.

QVæ vix comprendunt aliorum plurima ſcripta,
Cuncta ſimul præſens edocet iſte Liber.
Emittet, eſto, alius multos ſine fine libellos:
Hunc colmas, & erit Bibliotheca tibi.
Eſto, legant alii multos ſine fine libellos:
Hunce legas, & erit Theiologia tibi.
Magno Balduino debetur gratia magna,
Sidere felici qvi benè ſcripſit opus.
Nec minor atqve Tibi referatur, *Magne Oleari,*
Uſum qvi monſtras Indice multiplici.
Vivit Balduinus doctis poſt funera ſcriptis,
Notus & eſt ſuperis, Antipodumqve plagis.
Vivat, ut & vivit ſcriptis Olearius hiſce,
Lucida dum volvet lucidus aſtra Polus.

3. B. D. CHRISTIAN WEBERUS, Paſt. Neoſ.

INdicibus multum, multumq́; juvamen ab arte
Ordinis, & plus nos Eumethodia docet.
Omnia qvæ mentis præſtans, *OLEARIE,* Doctor
In Syſtema Tua Lumen, acumen, agit:
Corporis unius: cum dexteritate ſecundâ
Sejungens alia, & *Bellica Dogmaticâ.*
Nam ſimul oſtendis, *quâ ſint ratione legendi*
Autorum ſacri, nec ſine fruge, libri.
Macte Tuâ virtute, *JOHANN OLEARIE* Doctor,
Theologe excellens. Aulice Præconitor,
In diadema Chori Te Jova reſervet, ut edas
Plus monumentorum divitis ingenii.

IX. Ex Eccleſia Serveſtanæ

D. JOH. DüRRIUS, Superint. Conc. Aul.

Sel

SOl Balduinus erat. Sic qvondam Svada Röberi
Dixit, qvi ſummo vivit ovatqve Deo.
Stabat ad hunc Solem, viridantis & inſtar Olivæ
Crevit, (ut hoc Mater Leucoris alma probat)
Doctor JOHANNES OLEARIUS undiqve cœlo
Jam ſeſe expandens, & pia corda trahens.
Undiqve per ramos Solis diffunditur aurum
Explicitos Sophiæ, ſidereumqve decus.
O factum bene! dic, *en aurea ſplendet Oliva,*
Cuncta Tibi proſunt, Soleq; ſcripta legis.

X. Ex Eccleſiâ Islebiana

B. M. BARTHOLOMÆUS BECK, Paſt.

INſtar ſvave Patris, genuineqve termes Olivæ,
Qvæ fuit in Domini viſa virere domo.
Etſi hoc reſcivi tardè, tamen hiſce vovebo,
Cætera fuſa Tibi ut ſint mea vota pia.
Vive Patris Magni Nate æmule, perveni ad annos,
Major ut exiſtas nomine req; ſimul.

XI. Ex Viciniâ

1. M. JOHANN Weiß. C. W. P. A.

T*U divinus ſplendes labor*,
Et ingens fers VIRO decus
Hic indeſeſſo inter probos:
Dei potentis gratiâ;
Ipſe nunc utiliſſimas
Et in cœlo ditiſſimas
Merces ſumat per ſecula.

2. SIGISMUNDUS COLERUS, Paſt. Mordl.

S*Cibile reſtituit primis natalibus omnem,*
Ac usq; ad ſceleton viſcera ſancta ſecat.
Hoc ſummæ pietatis opus Eccleſia gaudens
Commendat gratâ mente Deo atqve ſibi.

3. MARTINUS ESK. Paſt. Dob.

T*Heiologi ſtudiis Theſaurus ſufficit unus,*
Qvem Witeberga legit, qvem manifeſtat Hala.

Univerſa

I. N. J. A.

Univerſa Theologia commodiſſimè includitur Libris III.

Qvorum I. eſt ISAGOGICUS, exhibens præter Tractatum prooemialem, & generalem Theologiæ conſiderationem 1. METHODUM. 2. OBJECTUM. 3. OFFICIUM Theologi.

II. SYSTEMATICUS, continens Syſtema THEOLOGIÆ 1. POSITIVÆ. 2. POLEMICÆ. 3. EXEGETICÆ. 4. MORALIS. Ejusq; fructum, qvi eſt THEOLOGIA. 1. ASCETICA. 2. CATECHETICA. 3. PARACLETICA. 4. CASISTICA.

III. MNEMONICUS, offerens XXXI. diſtincta REPERTORIA. Qvorum 1. Horologicum. 2. Theologicum. 3. Juridicum. 4. Medicum. 5. Criticum. 6. Grammaticum. 7. Onomaſtico-gnomologicum. 8. Philologicum. 9. Logicum. 10. Rhetoricum. 11. Philoſophicum generale. 12. Speciale. 13. Metaphyſicum & Pnevmaticum. 14. Phyſicum. 15. Mathematicum generale. 16. Speciale. 17. Arithmeticum. 18. Chronologicum. 19. Geometricum. 20. Aſtronomicum. 21. Aſtrologicum. 22. Geographicum. 23. Opticum. 24. Muſicum. 25. Architectonicum. 26. Ethicum. 27. Politicum. 28. Oeconomicum. 29. Hiſtoricum. 30. Genealogicum. 31. Miſcellaneum. Ex qvibus omnibus oſtenditur Index univerſæ Theologiæ univerſalis, ordine alphabetico digeſtus. De qvibus ſingulis ordine cum Deo, dicendum erit.

A Univer-

Univerſæ Theologiæ

LIBER I. Iſagogicus

exhibens præter conſiderationem Theologiæ generalem, ejusdem Theologiæ

1. Methodum.
2. Objectum.
3. Officium Theologi.

Tractatus Proœmialis

De

Theologiâ.

§. I.

THeologia vi vocis λόγον θεοῦ, ſive ſermonem à Deo ortum, & conſeqventer etiam de ipſo Deo inſtitutum, ſimulq; Deum, ejusqve gloriam ſpectantem innuit: adeoq; eſt γνῶσις cognitio, ſive habitus, Deum & divina cognoſcendi, atqve aliis explicandi, ut ad eandem cognitionem perveniant, & credentes ſalutem habeant æternam. *Johan. 20, 31.*

Obſerv. 1. *Exiſtentiam Theologiæ* probat Salvator Johan. 17, 3. Matt. 16, 17. ex actuali revelatione, ejusq; cognitione. Conf. 1. Cor. 2. 2, 6.

Obſerv. 2. *Eſſentia Theologiæ* ex nomine & reipsâ innoteſcit.

Obſerv. 3. *Etymologia Theologiæ*, à qvâ denominatur concretum [Theologus] Apoc. 1, 1 hoc loco inprimis ſermonem de Deo innuit, [qvi à principio divinitùs revelato dependet] ſicut & Aſtrologia, Phyſiologia, & Chriſtologia, ſermonem de aſtris, de naturâ & de Chriſto denotat.

Obſerv. 4. *Homonymia Theologiæ* monet, qvòd hoc loco non attendatur.

1. *Theo-*

1. *Theologia falſa* gen[illegible] vel hæreticorum, ſed *vera*, quæ λό-
γος τοῦ θεοῦ tanquam princi[pium] [illegible] unicum & infallibile agnoſcit.

2. Qvòd h.l. non ex[illegible]tur *univerſa profunditas* divitiarum & ſapientiæ, & cognitionis De[i] [illegible] qvâ Paulus ait Rom. 11. 33. ὦ βάθος πλούτου καὶ σοφίας, καὶ γνώσ[εως] [illegible] θεοῦ, & qvòd non agatur de Theologiâ infinitâ, ipſius Dei, Matt. 1[illegible] 1. Cor. 2, 11. quæ ἀρχέτυπος vocari ſolet, & Filio Hominis, qvæ [illegible] Chriſtus, Filius Dei vivi Matt. 16. communicata eſt; in qvo abſco[nditi] ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ Coloſſ. 2. ſed de *accide*[*ntali*] [illegible] & finitâ, quæ dicitur ἔκτυπος, ad ſalutem ſufficiens hominibus [illegible] Qvâ de re vid. infra artic. 4. §. 2.

3. Qvòd h.l. non conſide[retur] Theologia *Angelica*, ſed *homini*, non qvidem *immediatè*, uti Prop[hetis] [illegible] & Apoſtolis, ſed per *media* ordinaria communicata: adeoq; no[n] [illegible] ſed *acquiſita*: & qvidem *viatorum*, non verò *beatorum* [illegible] perfecta. 1. Cor. 13, 1. 1. Joh. 3, 2. NB. Hier bleibets Stückwerck.

Not. 1. *Theologia* vel [illegible] *abſtractè* conſiderari poteſt, vel *concretè*.

Not. 2. *Theologia abſ*[*tractè*] [illegible] *ſive doctrinaliter & Syſtematicè conſiderata, quatenus methodicè* [illegible] *ſcriptis proponitur, rectè appellatur doctrina* divinitus revelata, no[illegible] [illegible]iam rerum ſpiritualium animo Theologi inſtillans. Johan. 17, 3. ut [illegible] gnoſcant te. Vid. infra Theol. Poſit. artic. 6. §. 1. de cognitione Dei g[illegible]eratim conſiderati. Confer γνῶσιν τοῦ θεοῦ 2. Cor. 4, 6. & ſalutis, L[illegible] 1, 47. Qvâ de re videri poteſt *Damaſcenus* de orthodoxâ fide, [illegible] de qvo infra §. 3. Nec non *Baſilius M.* Homiliâ de fide, Tom. 1. p. 2[illegible] ubi ait: *In verborum tenuitate Theologiæ miraculum periclitari vide*[*tur*] [illegible] Nullus autem adeò ſuperbit, ac ſe ipſum decipit, ut ſe *ad ſumm*[*um*] [illegible] comprehenſionis perveniſſe putet: ſed quanto magis videbitur ſibi [pro]ficere *ad cognitionem*, tantò amplius ſuam imbecillitatem ſentiet. [illegible] Conf. ibid. Conc. de pœnitentiâ p. 263. ubi de Paulo dicit: Propriam te[illegible]itatem manifeſtat, qvò gratiæ magnitudinem oſtendat. Magnus re[illegible]ra erat Abraham. Sic enim erat magnus, qvia terra eſt & cinis. Qv[illegible] animo cognoſcit, qvantum intereſt inter Deum & homines, novit ſeip[ſum] [illegible]

Not. 3. *Theologia concretè* [illegible] *ſubjectivè & habitualiter conſiderata, rectè vocatur habitus*, qvaten[us] [illegible] Theologi animo ineſt, eumq; perficit, unde δύναμις dicitur Tit. 1, [illegible] Vid. infr. §. 2. ita, ut ejus majeſtas, & ſupernaturalis atqve divina veri[tas] [illegible] hac ipsâ appellatione neqvaqvam violetur. Confer *Evenii* Cenſuram [illegible]ianam.

 Ob-

Digitized by Google

Obſerv. 5. Synonymia Theologiæ datur

1. *Hebraica*, ubi dicitur via Domini דרך Pſal. 119. & 25. & eloqvium ejus, qvi Moſi manifeſtavit vias ſuas. Pſal. 103.

Nota. Via ὁδὸς, Pſal. 25. 8. eſt *mos, conſvetudo, actio* Pſal. 1, 1. & vivendi ratio, non modò *divina*, ſive modus agendi & gubernandi, tùm univerſa, tùm pios præcipuè 2. Sam. 22, 32. qvam vel *ipſe ambulat*, dum ad creaturas operando procedit Pſal. 66, 5. & 77, 14. 20. *vel nobis* ambulandam in verbo præſcribit, Pſal 86, 11. & 27, 11. Pſal. 37, 5. Pſal 67. & 5. 9. *verùm etiam humana*, per qvam tendit univerſum totius vitæ curriculum uſqve ad vitæ terminum, qvi eſt ultima linea rerum. Weiſe mir / HErr, deinen Weg / daß ich wandele in deiner Warheit. Pſal. 86. vid. infra §. 5.

2. *Græca*, ubi dicitur γνῶσις Luc. 1, 77. & ἐπίγνωσις τῆς ἀληθείας, agnitio & cognitio veritatis, qvæ eſt ſecundum pietatem Tit 1, 1.

Syſtema verò dicitur reſpectu ſcriptionis & coagmentationis methodicæ, certarum partium. Vid. inf. §. 3.

Et *Syntagma*, ab ordinatâ ſingularum particularum poſitione & coordinatione. Vid. inf. art 1. [συντάσσω unà cum aliis ordino. Syntaxis conſtructio.]

3. *Latina*. Sic vocatur veritas cœleſtis, & Summa Theologiæ: Loci Theologici, Capita doctrinæ.

4. *Germanica*. Sic dicitur die göttliche Lehre. Die Erkentnis der Warheit zur Gottſeligkeit. Tit. 1, 1.

§. 2. Theologia habitualiter conſiderata, eſt habitus practicus θεόσδοτος, animum Theologi perficiens, ut beneficio cognitionis ex revelatione divinâ hauſtæ certus de verâ religione, poſſit viam & rationem peccatori ad finem ſupernaturalem per media à Deo ordinata perveniendi oſtendere, ut ad fidem in Chriſtum, & per hanc ad æternam beatitudinem perducatur.

Nota. Officium Theologi eſt Veritatem revelatam ex Scripturâ S. 1. *oſtendere*, 2. *defendere* 3. *explicare*, & 4. *applicare*, qvæ dicta ſunt univerſaliter, ut ſingulis applicabilia cognoſcantur, & qvoties id poſtulat neceſſitas, actu applicentur. Vid. Theol. Poſit. artic. 3. & infra Tractatum 3. Iſagogicum, de officio Theologi.

Nam 1.

Nam 1. *animus Theologi habitualiter perficitur* per γνῶσιν ſive per notitiam doctrinæ atqve religionis divinitus revelatæ. Johan. 17.

2. *Inde Theologus efficitur* δυνατὸς *potens* Tit. 1, 9. & aptus ad exhortandum, & ad convictionem contradicentium. Confer Matt. 7, 29. ὡς ἐξουσίαν ἔχων, qvi ſeipſum & auditores ſalvare poteſt. 1. Tim. 4. Qvamobrem Judæi non poterant reſiſtere [illegible] ſapientiæ & ſpiritui Stephani Act. 6, 10. cui Salvator dabat ςόμα καὶ σοφίαν, os & ſapientiam. Luc. 21, 15.

3. *Finem* E. ſupernaturalem, qvi [illegible] eſt ſalus tùm gratiæ, tùm gloriæ [ut homo ex Scripturâ informatus in [illegible] Chriſtum credens ſalutem habeat æternam. Johan. 20. per media ſupernaturalia divinitus ordinata peccatori oſtendit, qvæ ſunt verbum [illegible] & Sacramenta Johan. 3.

Obſerv. 1. *Theologia eſt habitus* [illegible] ſive qvalitas crebris actionibus acqviſita.

Obſerv. 2. *Theologia eſt habitus* [illegible] humana induſtria ex naturalibus prin[illegible] non tamen naturalis, humanus, [illegible] paratus, qvales ſunt Ariſtotelici l. 6. Nicom. c. 3. enumerati. ſed [illegible] δοτος *divinitus conceſſus*, ſupernaturalis, gratioſus, homini ex gratiâ [illegible] non niſi ex divinâ revelatione datus. [illegible] caro & ſangvis non revel[illegible], ſed Pater cœleſtis Matt. 16.] [Confer phraſin Ariſtotelicam lib. 1. N[illegible]om. cap. 9. ubi de voce θεόδοτος [illegible] Camerarius in Comm. p. 50. ait [illegible] Heſiodo paupertas eſt θεόδοτος, qvod Ariſtoteles qvaſi interpr[illegible]ns θεοπεμπτου nomine utitur. Significatur autem id, qvod Deo autore [illegible] largitore contingit homini, neq; culpâ, neq; merito ſuo: ut, ſi abſq; [illegible] Medici ſanitatem ægrotus adipiſcatur beneficio divino, illa divi[illegible] exticiſſe rectè dicatur, id eſt, eſſe θεόπεμπτον.]

Ratio eſt, qvia qvinqve illi hab[illegible] Philoſopho enumerati lib. 6. Nicom. c. 3. non niſi naturales ſunt. [illegible]untur enim objecto formali, qvod merè naturale eſt; Theologia verò habitus ſupernaturalis, qvæ nititur Objecto formali, qvod merè ſupernaturale eſt, in vi & ratione ſuâ formali, etiamſi aliqva reſtet cognitio Dei naturalis. Salvifica enim Dei notitia unicè à Deo eſt, qvam caro & ſangvis ignorat. Matt. 16. Confer intra Syſtema Theol. Poſit. art. 7.

Obſerv. 3. *Theologia eſt habitus* θεόδοτος, ex divinâ revelatione *ortus*, cujus principium cognoſcendi neqve eſt ratio, ſed ſola revelatio ſcripta, ob ſalutem noſtram exarata Johan. 20, 30. ex qvâ percipimus

pimus & habemus *τὸν χριστοῦ* ſenſum & mentem Chriſti 1. Cor. 2. qvi nobis ex ſinu Patris revelavit Johan. 1. hæc myſteria æternis temporibus tacita. Rom. 16. Tit. 1.

Hæc itaqve revelatio, ſive principium cognoſcendi unicum, olim enunciatione, nunc verò ſcriptione nobis communicatum, & qvidem infallibile, & certiſſimum, nos ad principium eſſendi Theologiæ, qvod eſt Deus Pater, Filius & Spiritus S. ſalutis noſtræ autor unicus Oſe. 13, 9. certiſſimè deducit: à qvo etiam omnis habitudo aſſentiendi rebus revelatis propter ipſam divinam revelationem unicè oritur. Dominus dixit. E. verum eſt, E. credendum eſt. Qva de re agit Articulus 4. & 5. Theologiæ Poſitivæ.

Obſerv. 4. *Theologia ordinariè conſideratus eſt habitus à Deo conceſſus*, non tamen infuſus, vel in unico unius horulæ ſpacio perfectus, aut momentaneus, qvalis erat Theologia Apoſtolica extraordinaria ex Spiritûs S. repletione orta. Actor. 2. ſed *ſucceſſivè acqviſitus* per certa media; De qvibus agit Methodus ſtudii Theologici. Vid. infr. Tractat. 1.

Obſerv. 5. *Theologia eſt habitus* non theoreticus, ſed *practicus*, qvod ex illius objecto, fine & mediis patet. Habet enim pro fine proximo actus practicos, & præter objecti cognitionem certas actiones dirigit, imperat atqve præſcribit.

Poriſma: Ergò Theologia non eſt *ſcientia*, contra Thomam & alios Scholaſticos, neqve *Sapientia*, contra Scotum, Polanum, Junium &c. NB. Vid. Höpfnerus Art. 1.

Obſ. 6. *Theologia eſt habitus practicus, non tamen Ariſtotelicus, ſed peculiaris*, rationi prorſus ignotus: adeoq; licet *prudentia* ſimilis ſit, neqvaqvam tamen eſt Prudentia propriè dicta, qvalis eſt Philoſophica. Neqve enim vel finis, vel media Theologiæ in noſtrâ poteſtate ſunt. Contra Urſinum, Keckermannum & ſimiles. Vid. artic. 1. Theolog. Poſit. §. 2.

Obſerv. 7. Qvamvis certo reſpectu Theologia *appellari poſſit* vel *Scientia*, vel Sapientia, vel Prudentia; non tamen ſeqvitur, eandem per Scientiam, Sapientiam, aut Prudentiam, tanqvam per *genus proximum* vel adæqvatum, definiri poſſe.

Obſerv. 8. *Praxis Theologica* theoriam ſive conſiderationem accuratam Objectorum Theologicorum neqvaqvam excludit, ſed præſupponit. Qvia [uti R. Maimonides monet] ſtudium Legis deducit ad opus:

opus: & theoria praxin ubiqve praecedit. Imo & ipſe Salvator veri Dei cognitionem reqvirit Johan. 17. qvae etiam aſſenſu & fiducia conjuncta, vitam aeternam confert. Qvi de re agit Theolog. Poſitiva. artic. 23. vid. infra num. 7 NB. *Ratio eſt,*

I. *Qvia Theologia partes ſuas diſtinctas circa diſtincta objecta, diſtinctè occupatas habet*, dum veritatem revelatam non modo proponit & propoſitam aſſerit; verum etiam contra Adverſarios defendit, eosqve defendendo refellit: & porro eandem veritatem ex S. Codice uberiùs explicat ignorantibus, tandemq; [illegible] mores applicat, adeoq; univerſum totius fidei & vitae curſum accuratè dirigit.

II. *Qvia unum idemq; Objectum* [illegible] *diſtinctè concipi, & pro diverſitate diſtincti conceptus formalis, & theoriam & praxin, imò & ipſam effectionem reſpicere poteſt.* Qvod ipſum evidentiſſimè oſtendunt

1. *Exempla Ethica.* Ubi v.g. Vir prudens virtutem, adeoq; etiam ipſam Liberalitatem, ejusqve non ſolùm naturam, verum etiam illius actum, exercitii objectum, modum & ſcopum concipit (1.) *qvatenus eſt habitus*, in mediocritate conſiſtens. [illegible] ejus conceptum formalem accuratè examinat, & ab aliis opinionibus erroneis ſeparare docet. Exemplo Ariſtotelis in libris Ethic. ad Nicomachum. (2.) *qvatenus eſt actus*, hic & nunc, ratione mediocritatis [illegible], reſpectu diſtincti objecti & modi, vel ratione hujus, aut illius qvantitatis vel qvalitatis, actu exercendus, v.g. Num ſufficiat huic nudo [illegible] exuli, ſeni, puero, viduae & tot orphanis, vel nummus, vel groſſus, an [illegible] Joachimicus? Item, an praeſtet dare cibum, vel hoſpitium, vel veſtem? vel haec & iſta ſimul? Et num majorem Liberalitatis gradum requirat hujus egeni miſeria, ad abundantiam Croeſi comparata? Qv[illegible] ſpeculationem (3.) ſeqvitur *ipſa praxis*, ſive virtutis exercitium, reſpectu [illegible] definitionis viri prudentis harmonicum, mediocritatem neqve excedens, neqve ab illâ deficiens, ſed eandem hic & nunc accuratiſſimè obſervans.

2. *Exempla Mechanica* idem demonſtrant planiſſimè. Nam v.g. ſutor corium ſibi oblatum certâ [illegible] conſiderat (1.) ratione qvantitatis & qvalitatis, ſive bonitatis tam intrinſecae, qvam extrinſecae, & num ſufficere poſſit [illegible] ocreis, vel calceis efficiendis haec vel iſta corii qvantitas? (2.) facta commenſuratione actu ſingulas corii partes, vel calceo, vel ocreis deſtinatas [illegible] ſeparat (3.) partes actu ſeparatas tandem conjungit, & calceos atqve ocreas, ſine

ne ullâ *μίξεως*, vel *τρέψεως* aut *κράσεως* confuſione efficiendo producit.

3. Idem oſtendunt *exempla* tàm *Medica*, qvàm *Juridica*. Ubi univerſa praxis accuratiorem ſubjecti, finis & mediorum theoriam, velut univerſæ actionis directorium prærequirit.

III. *Qvia & ipſe actus practicus ſuo modo ſpeculativè cognoſci poteſt.* Sic v. g. Architectus cognoſcit domum practicè, qvia actus Architecturæ dat regulas domûs conſtruendæ: Angelus autem, qvi intuetur actum illum Architecti, eundem conſiderat ſpeculativè: nullas enim cognoſcendo dat regulas illius actûs faciendi. Relinqvitur ergò, qvòd actus practicus ſuo modo etiam ſpeculativè cognoſci poſſit. Non enim opponitur excluſivè & ſimpliciter, diſtincta vel ſucceſſiva unius ejusdemqve objecti ſpeculatio & praxis illam conſeqvens, [cùm idem actus & ſpeculationem admittere poſſit Angelicam, & praxin humanam] ſed opponuntur ſpeculatio, ſive notitia ſpeculativa, & actus practicus formaliter & præcisè conſideratus. Qvia non poteſt unus idemq; actus contemplari idem objectum ſimul practicè & ſpeculativè, uno eodemq; momento, neqve enim poteſt ſimul dare & non dare regulas faciendi illius actûs. Dum enim præſcribit regulas, nondum facit; & qvando actu aliqvid facit, regulas non demum præſcribit, ſed præſcriptas applicat, & juxta illas operatur.

Qvam rationem *Mendoza* rectè opponit Thomiſtis, qvi Logicam ſimpliciter ſpeculativam, & nullo modo practicam eſſe contendunt. Tom. 1. Diſp. Logic 2. §. 10. p. 232.

IV. *Qvia objecta, qvæ in Theologiâ occurrunt ad praxin facientia, duplicem reſpectum habent.* Dicuntur enim practica

1. *formaliter*, qvæ formaliter aliqvid agendum aut omittendum præſcribunt. v. g. ſolum Deum eſſe adorandum, non verò Satanam. Matt. 4.

2. *virtualiter*, ob conjunctionem cum principiis formaliter practicis. Sic Scriptura S. principium cognoſcendi infallibile oſtendit, Chriſtum eſſe Victorem mortis Catholicum Hoſe. 13. & peccati antidotum univerſale. Johan. 1. 1. Joh. 1. Eſa. 53. qvæ notitia conjuncta cum principio practico [Venite ad me omnes. Matt. 11. omnis Chriſti ovicula tenetur audire vocem Paſtoris, qvia talis accipit vitam æternam Johan. 10. nec videbit mortem. c. 8.] infert concluſionem formaliter practicam:

ſticam: Ergo hic Salvator catholicus etiam meus eſt Redemptor, qvi ſemetipſum tradidit etiam pro me. Gal. 2. Qvod enim ad omnes & ſingulos pertinet, illud etiam ad me pertinet. Qvia ſangvis Chriſti etiam me emundat ab omni peccato. 1. Johan. 1. [illegible] & me vocat, ut venientem reficiat, & mihi dicat: Confide fili Matt. 9. Ergò & mihi incumbit, ut veniam, qvia omnes venire vult [illegible] Matt. 11. Ergo & ego audiens hanc vocem Paſtoris non timebo mortem [illegible] Pſal. 23. ſed credens ſalvabor. Marc. 16. Johan. 3. Imò res ipſa [illegible] Hiſtoricè deſcripta [v.g. deductio populi per Jordanem in terram Canaan] præter ſenſum literalem unicum ſimul offert ſalutarem rei [illegible] ſcriptæ uſum, ad fidem, ſpem & charitem excitandam; vel ad Doctrinam [illegible], Elenchum, Pædiam, Epanorthoſin & Paracleſin, ex 2. Tim. 3. & Rom. [illegible] 15. Qvam unius & unici ſenſus literalis, ſive rerum ſenſu literali pro[illegible]ditarum ſalutarem ad credenda, ſperanda & facienda applicationem Pa[illegible]s impropriè ſenſum myſticum, allegoricum, tropologicum, & anag[illegible]icum appellare ſolent, & nos itidem ſuo modo, ſine ullâ unius ſenſ[us] literalis multiplicatione, applicationem myſticam, allegoricam, tropologicam atqve anagogicam appellare poſſumus. Qvâ de [illegible] videri poteſt Theologia Exegetica.

V. *Qvia Practicum appellari po*[illegible]

1. *vel practicè*, qvatenus praxin d[illegible]igit.
2. *vel effectivè*, qvatenus praxin e[illegible]cit.

Qvod utrumqve de Scripturâ S. v[illegible] eſt, qvæ eſt principium fidei, non ſolùm μαθητικῶς, ſed etiam πρ[illegible], 2. Tim. 3,16. Rom. 1, 16. fidem non ſolùm docens, ſed etiam ge[illegible]rans & accendens. Imò & Theologus Deum cognoſcit, non ideò, [illegible] in nudâ cognitione acqvieſcat, ſed, ut Deum rectè cognitum ritè col[illegible] & in Chriſti merito fide apprehenſo ſalutem inveniat æternam. Joh. [illegible]

VI. *Qvia qvilibet fidei articulus* facit [illegible] *non modò ad fidei notitiam*, aſſenſum & fiduciam, ſed etiam conſeqv[illegible]nter *ad praxin*, & vitæ directorium. Qvod per ſingulos articulos [illegible] oſtendit Manuale Theologicum.

VII. *Qvemadmodum* enim *in univerſum* [illegible] *mentis operatione* occurrit

1. *ſimplex apprehenſio*, qvâ ita intellectus ſuum objectum percipit, ut non ferat de illo ſententiam, dum rem [illegible] ita eſſe nec affirmat, nec neget.

2. judi-

2. *judicium* hanc apprehenſionem conſeqvens, qvo intellectus fert de objecto apprehenſo ſententiam, qvæ eſt identitatis ſubjecti cum prædicato vel affirmatio, vel negatio; ſive compoſitio & diviſio.

3. *diſcurſus*, ſive illatio unius veritatis ex aliâ. Ita & ipſa Theologia oſtendit

1. *cognitionem terminorum*, v. g. qvid ſit Deus, Chriſtus, Angelus bonus. Diabolus, providentia, peccatum, bonum opus, &c. Unde oritur fidei *notitia*.

2. *Compoſitionem & Diviſionem*. v. g. Deus eſt bonus: Diabolus eſt malus: Providentia eſt certa, eſt univerſalis: Bona opera ſunt facienda: peccata ſunt fugienda. Unde oritur fidei *aſſenſus*.

3. *Ratiocinationem*. v.g. Si datur providentia univerſalis, E. & me attinet, qvia Salvator dicit: Pater veſter ſcit &c. Matt. 6.

Qvia O. juſtificantur per fidem, gratis propter Chriſtum Rom. 3. Actor. 15. ſicut David & Abraham Pſalm. 32 Gen. 15. Rom. 4. E. & ego gratis per fidem juſtificor. Qvia Chriſtus eſt Salvator Catholicus Actor. 4. E. & meus erit Salvator, Gal. 2. pro me traditus.

Si omnibus acqviſivit juſtitiam, gratiam & gloriam. Rom 5. 2. Cor. 5. E. & mihi, propter eundem Chriſtum, gratiam & gloriam dabit Dominus. Pſalm. 84.

Si omnes juſtificati pacem cum Deo habentes Rom. 5. de ſalute gratiæ certi ſunt. Ergò & ego certus ſum, & confido, mihi remiſſa eſſe peccata. Matt. 9.

Ex qvibus *fidei oritur fiducia*, ſive acqvieſcentiâ voluntatis in *bono præſente cognito, tanqvam causâ conſeqvendi alterius boni, qvod expetitur*. v. g. *Si Filium donavit* Deus ἴδιον, cui non pepercit propter nos, ſed tradidit pro nobis omnibus, qvî fieri poteſt, ut non & *cum eodem omnia nobis donet? σὺν αὐτῷ τὰ πάντα ἡμῖν χαρίσεται*. Rom. 8. 32. Unde certus ſum, *πέπεισμαι*, qvod nulla creatura nos ſeparare poſſit à dilectione Dei, qvæ eſt in Chriſto Jeſu *Domino noſtro. verſ. 38. 39.*

Ratio eſt, qvia *verbum ſciendi & cognoſcendi*, omnem dubitationem excludit, & affert certam qvandam atqve firmam mentis adhæſionem, ad rem ſatis ſuperqve exploratam: qvemadmodum Jacobus, dum erraſſe videbatur, Joſepho reſpondebat: ſcio, fili mi, ſcio. Ich weiß gar wohl. Geneſ. 48. 19. Conf. Methodum Stud. Theol. de certitudine. Sic Deus cognoſcit, ut curet Pſal. 37. 18. Pſal. 1. at homo cognoſcit, ut confidat.

dat, & notitiam cum affectu & effect[illegible] conjungat. Sic Jobus dicit c. 19. 25: Scio infallibiliter ex certis cauſis. [illegible] Scire enim *eſt rem per cauſam cognoſcere*, qvodq; hæc ejus rei cauſa [illegible], & qvod ſe res aliter habere non poſſit. Sic etiam ex vita Salvatoris [illegible] redivivi certiſſimâ certitudinem reſurrectionis futuræ idem colligit[illegible]. Qvemadmodum & Paulus ex præmiſſis infallibiliter infert juſtific[illegible] gratuitam per Chriſtum fide apprehenſum. Rom. 3. 28. λογιζόμε[illegible]. Nec non ex vitâ capitis vitam membrorum. 1. Cor. 15.

Confer de hoc artificio Apoſt[illegible] Hebr. XI. 19. ubi dicit, qvod Abrahamus, dum actu ipſo captivar[illegible] fuit rationem ſub obedientiam fidei. 2. Cor. X. 5. nihilominus [illegible] tamen ex *præmiſſis per ratiocinationem concludere potuerit*, λογισάμενος [illegible]: Qvia Deus, qvi ex Iſaaco poſteritatem & ipſius Meſſiæ ortum [illegible] promiſit, verax eſt in promiſſis, idemqve omnipotens. Ergo vel alia[illegible] viam rationi ignotam novit ipſe, vel etiam ex mortuis reſuſcitare po[illegible] filium mactatum & in cineres redactum, ὅτι καὶ ἐκ νεκρῶν ἐγείρειν [illegible]. Ergo ad nutum omnipotentis omnino offerendus eſt fili[illegible]. Ex qva concluſione dicitur fide obtuliſſe filium unigenitum pate[illegible] tentatus [illegible], in qvo ipſo promiſſiones acceperit. Cujus [illegible] tentationis circumſtantias plenius exponit Theologia Exegetica. Vid. [illegible] 2. cap. 3. lit. ſ.

Idem patet ex Davidis exemplo [illegible] 27. 8. qvi ex terminorum ſcr[illegible] pii ejus notitia. Deus eſt, eſt lux, eſt [illegible] Deus eſt lux mea? & concludit: Tibi dixit cor meum. Q[illegible] faciem meam. Ergo qvæ[illegible] faciem tuam Domine. Mein Hertz hält [illegible] für dein Wort, Ihr ſollt mein Antlitz ſuchen. Darum ſuche ich auch [illegible] Herr, dein Antlitz. Quam veritatem Evangelicam Concilium Tride[illegible] anathematizat. Vid. art. 93. Theol. poſit. §. 5. NB. dum fiduciam [illegible] juſtificantem & operationem per caritatem poſt juſtificationem con[illegible] adeoqve actum fidei juſtificum erga Deo. & directorium practi[illegible] totius Chriſtianiſmi erga proximum non diſtingvit. Vid. illud. [illegible] Gal. 5. [illegible]

§. 3. Theologia Syſtematice conſiderata eſt Syſtema doctrinæ cœleſtis, notitiam rerum ſpiritualium divinitus patefactarum in mente Theologi generans, atqve ad veram DEI agnitionem, cultum, & gloriam, atqve æternam hominum ſalutem.

Obſerv. 1. *Syſtema* [à Græco συνίςημι conſtituo, ut conſtet, & conſtitutum *ſimul ſtare poſſit.*] eſt compages , ſive opus ex certis partibus conſtitutum & coagmentatum, qvod methodicè concinnatum , oculis tam mentis , qvam corporis eſt conſpicuum.

Obſerv. 2. *Syſtema Theologiæ* eſt methodica univerſæ doctrinæ cœleſtis comprehenſio , inſtinctu Spiritus S. ab Eccleſiæ Doctoribus ex Scripturâ S. collecta , ut veritas ſalvifica ſincerè retineri & propagari poſſit.

Obſerv. 3. *Primordia* Summæ Theologicæ & propagationem doctrinæ cœleſtis ſummariam atqve compendioſam accurato ſtudio tradidit *Chemnicius* ab initio Locorum Theol. nec non D. W. *Lyſerus* in Trifolio veræ religionis Adamiticæ , Abrahamiticæ & Iſraeliticæ. Inprimis verò Hiſtoria Eccleſiaſtica Centuriarum Magdeburgenſium per ſingula ſecula.

Canon: Primum & antiqviſſimum Theologiæ Poſitivæ Summarium eſt Prot-Evangelium protoplaſtis in Paradiſo poſt lapſum promulgatum Gen. 3. *Semen mulieris conteret caput ſerpentis.*

Nota 1. *Promiſſio merè gratuita* , ex merâ gratiâ principium, medium & finem noſtræ ſalutis unicè deducit , ſimulq; omnia merita humana ſimpliciter excludit , adeoqve Deo omnia, homini verò nihil tribuit : dum Salvatorem ſerpenti infernali , caput Eccleſiæ Capiti Draconis , Meſſiam peccato , Theanthropon Inferno , Vitam Morti, & Contritionem capitis triumpho hoſtili opponit. Qvâ de re agit Articulus 37. 38. 40. usq; ad 70. nec non Artic. 76. & 77. 90.

Nota 2. Libri 4. *Damaſceni* de orthodoxâ fide (qvorum primus *Theologiam* ſtrictè ita dictam : ſecundus *Phyſiologiam* creaturarum , ſive theatrum naturæ : tertius verò & qvartus *Chriſtologiam* exhibet] cum Enchiridio *Auguſtini* ad Laurentium, ejusdemq; libri 4. de doctrinâ Chriſtianâ , clavem & Summam Theologiæ Patrum exhibere poſſunt Lectori , & qvidem eò felicius, ſi *Pelargi* in Damaſcenum Commentarius addatur.

§. 4. Cauſa efficiens Theologiæ eſt Deus , gratioſâ revelatione hominem illuminans. *Johan. 1, 18. Matt. XI, 27. c. 16, 17.*

Obſerv. 1. *Revelatio* divina dogmatica olim variis modis enuncia-

ciatione Heb.1,1. hodie non niſi ſcriptione communicata datur. 1.Cor.2, 6. 14. Gal 1,8. Luc.16.vid.inf.Art.4. & 5.

Obſerv. 2. *Illuminatio* gratioſa hodie non alia, qvàm mediata, per verbum Dei ſcriptum expectanda eſt, qvod eſt lucerna & lumen. Pſal. 119.

Poriſma. Exulat ergò

1. *Ratio* humana, qvia hæc captivanda eſt 2. Cor.X.5.
2. *Nova informatio* Angelica. Galat. 1, 8.
3. *Traditio* humana. Matt.15.9. Coloſſ.2.8.
4. *Autoritas* Eccleſiæ, Patrum [illegible] Romani Pontificis. Principium enim humanum, qvia incertum & fallibile eſt, fidem divinam generare neqvit.

Canon: Scriptura S. manet unica [illegible] univerſæ Theologiæ principium. vid. inf. §.5. obſerv. 1.

Not. 1. *Principium* eſt id, unde [illegible] aliqvid ſit, aut cognoſcitur. Unde eſt vel eſſendi, vel cognoſcendi: ſive [illegible] vel rei, vel cognitionis. Sic principium eſſendi Theologiæ eſt De[illegible], cognoſcendi verò Scriptura Sacra, ſive revelatio divina olim enun[illegible]tione, hodie verò ſolâ ſcriptione communicata. Vid. artic.5. §.1.

Not. 2. Principium extrinſecum [illegible] vocatur cauſa efficiens & finalis: intrinſecum verò pars componens, [illegible]ria & forma. Utriusq; cognitio reqviritur ad exactam rei notitiam [illegible] extrinſeci ad demonſtrativam, intrinſeci verò ad definitivam.

§. 5. Materia ſive Objectum [illegible] Theologiæ eſt religio, ſumma τῆς σοφίας καὶ τῆς γνώσεως, [illegible] credendorum & faciendorum, ſive hominis ad veri Dei [illegible]cum religatio, qvam ſola revelatio & docet & dirigit infallibiliter.

Nota 1. *Materia* Theologiæ Syſtematicæ alia vocatur
1. *Ex quâ*, illa conſtat. Videlicet [illegible] partes Theologiæ.
2. *In quâ*, eſt Syſtema hanc veritatem continens. [illegible] *Subjectum quod* eſt homo, qvi inde appellatur Theologus. *Subjectum quo* illa apprehenditur, eſt intellectus.
3. *Circa quam* dicitur *Subjectum*, ſcil. 1. [illegible] Cujus doctri[illegible] 2. operationis, peccator. 3. tractationis eſt perfectionis, Theologus.

Nota 2. *Religio* eſt verus de Deo ſenſus & religio [illegible] verus Dei cultus.

Nota 3.

Nota 3. *Verus cultus* eſt, qvi juxta normam revelatæ veritatis inſtituitur Johan. 17.17. Gal. 6. ex verâ fide, bonâ conſcientiâ & charitate ſincerâ. Actor. 24.14. c. 23. 1 Eſa 58.3 4.

Nota 4. *Verus cultus* eſt tantùm unicus. Dominum Deum tuum adorabis, & illum ſolum coles, αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις. Matt 4. 10. Religiosè enim nihil coli poteſt, niſi ſit primum principium: cui ſoli debetur invocatio; qvia hoc ſolum præſtare poteſt ſufficienter ex divinâ virtute, qvicqvid petimus. Pſal. 50. Jac. 1.

Obſerv. 1. *Vera Religio* eſt ex revelatione orta creaturæ rationalis obligatio ad DEI cultum hic & nunc, certâ ratione præſtandum. Malachiæ 1.

Cujus *principium* eſt divina revelatio, creaturam ad cultum obligans. Pſal. 50. Malach. c. 1. olim enunciatione, nunc vero ſcriptione communicata. inf. art. 1.2.3.4.5.

Subjectum eſt creatura rationalis.

Objectum eſt cultus divinus.

Forma eſt obligatio, ad præſtandum Deo revelanti cultum harmonicum in ipsâ revelatione determinatum.

Finis eſt Dei gloria & hominis emolumentum. Ita, ut ex fide ſalus oriatur, & colentis benedictio atq; protectio, cum variis animi, corporis & fortunæ bonis.

Canon. Vera religio eſt unica, optima, certiſſima, infallibilis, perſpicua & perfectiſſima.

Ratio eſt, qvia unicè nititur divinâ in ſcripturis exaratâ revelatione, adeoq; principio gaudet unico, veriſſimo, optimo, certiſſimo, infallibili, perſpicuo, atq; perfectiſſimo. Cujus aſſertionis probationem qvoad ſingula membra oſtendit Theologia Exegetica, lib. 2. c. 6.

Obſ. 2 *Religio formaliter* & in ſe conſiderata eſt obligatio ad cultum ex revelatione cognitum.

Obſ. 3. Datâ E. verâ revelatione, etiam ipſa religio vera eſt: ſi verò illa falſa, & hæc falſa erit; At ſi corrupta, corrupta etiam eſt ipſa religio: Et qvidem *vel ratione exceſſus*, per additionem traditionum. Unde religio *Pontificia eſt Pleonaſtica.*

vel ratione defectus, per detractionem eorum, qvæ rationi non videntur eſſe conſentanea: Unde religio *Reformatorum eſt Elliptica*,

tùm qvoad dogmata, de gratiâ univerſali, de CHRISTI merito,

to, Spiritus S. vocatione, electione per fidem, efficacia Verbi & Sacramentorum.

tum quoad adiaphora, cum ... dialo abrogata.

Canon. Veritas revelata tam additionem, qvàm detractionem excludit. Juxta oraculum infallibile Deut. c. 4. 2: Non addetis ad Verbum, qvod loqvor vobis, neq; diminuetis ex eo. Ubi prosthesin negat verbum יסף, aphæresin verò prohibet verbum גרע. Qvem Canonem Johannes repetit ... dum canonem universæ Scripturæ S. obſignat. Apocal. 22. 18. 19.

Poriſma. Ergò vera religio excludit

1. *Mendacium* Turcico-Thalmudicum cum universâ Gentilium ſuperſtitione.

2. *Pleonaſmum* Traditionum Pontificiarum.

3. *Tranſitum* ſive μετάβασιν εἰς ἄλλο γένος, & magiſterium rationis à Calvino, Socino, & Arminio, ... cumq; ſociis affectatum. Qvâ de re agit Theologia Polemica. NB.

Obſ. 4. *Religio materialiter*, & ... relatione ad Subjectum conſiderata, in qvo illa deprehenditur, eſt obligatio hominis, qvi 1. cognoſcenda novit, 2. facienda facit.

Obſ. 5. *Obligatio* Subjecti rel... conſiderari poteſt in reſpectu vel ad habitum, vel ad exercitium.

Obſ. 6. *Religio vera habitualiter* conſiderata eſt habitus θεοσεβείας rite colendi Deum, colenti rectè cognitum.

Nota. *Rite* includit Normam infallibilem, & includit veri cultûs objectum, actum & modum. Vid. Theologia Moralis de Idololatriâ, ratione normæ, & modi divinitus præſcripti examinandâ. *Rectè* reſpicit objecti plenam & planam, perfectam atqve ſufficientem cognitionem.

Obſ. 7. *Religio actualiter* & ratione exercitii conſiderata eſt actus colendi Numen de jure notum; de facto agnotum. Actor. 17, 23. Johan. 4, 22.

Obſ. 8. *Religio eſt vera, falſa, vel ...*

I. *Vera* orthodoxorum, qvæ hodie Chriſtiana dicitur, itemqve Lutherana & Evangelica, vid. infra Tractatum ſecundum. Der Weg der Göttlichen Warheit. Das Wandeln in der Warheit deß HErrn auf dem Wege der Warheit. NB. ſup. §. 1. ex Pſalmo 86. eſtqve ratio à Deo

Deo præſcripta, quâ homo à Deo alienus ad Deum per fidem in Chriſtum perducitur, ut Deum rectè colat, eoque æternum fruatur. Vid. D. *Calovius* Tom. I. Syſtem. Theol. p. 91.

II. *Falſa* Heterodoxorum

tùm extra Eccleſiam, quæ ſimpliciter falſa eſt, videlicet Gentilium, Judæorum, Turcarum.

tùm in Eccleſiâ, quæ ſecundum quid falſa ſive corrupta eſt, tàm Pleonaſtica, quàm Elliptica, ex præced. obſerv. 3.

III *Nulla* Epicureorum, Atheiſtarum &c. qui nullum agnoſcunt religionis principium. De quibus agit Syntagma Theol. Polemicæ.

Obſ. 9. *Finis* religionis non modo γνῶσιν, verùm etiam πρᾶξιν reſpicit. γνῶσις eſt ſalvifica. Johan. 17. πρᾶξις verò imperfecta, alias debita, ideoque ad ſalutem acquirendam inepta eſt. Vid. infr. art. 100 & Syſtema Theol. Moralis.

§. 6. Forma Theologiæ divinam veritatem methodicè conſcriptam, & habitualem animi promtitudinem, & perfectionem inde acquiſitam reſpicit, *ut Homo Dei ad omnes officii partes exequendas expeditus reddatur, ἄρτιος & ἐξηρτισμένος 2. Tim. 3, 16. non ad aliqua ſolùm, ſed ad omnia diligenter & ſufficienter inſtructus & ἀπηρτισμένος, uti Chryſoſtomus, Theophylactus, & Oecumenius verba Apoſtoli explicant: Qui ſeipſum & auditores ſuos ſalvare poſſit. 1. Tim. 4. Conf. ſup. §. 1. & de perfectione Theologicâ in hac imperfectione poſſibili, Methodum Studii Theologici.*

Obſerv. 1. *Forma* Theologiæ vel abſolutè vel relatè conſiderari poteſt.

Obſerv. 2. *Forma Theologiæ abſolutè* conſiderata ſive eſſentialis & intrinſeca eſt revelata verbi *veritas* Johan. 17. ab intellectu apprehendenda, quæ ſola facit, ut Theologia ſit id, quod eſt, & ut ex illâ *ſenſum & mentem Chriſti* teneamus. 1. Cor. 2. qui ſenſus divinus ἀληθῶς *verè eſt Verbum Dei*, λόγος τοῦ θεοῦ 1. Theſſ. 2, 13. in nobis efficaciſſimum, ἐνεργούμενος, & potentia Dei ad ſalutem. Rom. 1. 16.

Obſerv. 3. *Forma Theologiæ relatè* conſiderata ſive accidentalis & extrinſeca reſpicit *vel externam ſcriptionem* & methodicam Syſtematis Theologici digeſtionem, ſive ordinatâ Syntagmatis ſacri collectionem:

vel

vel internam Theologi perfectionem, ita, ut beneficio Theologicæ veritatis ab intellectu cognitæ ex theſauro cordis ſui antiqva ſimul & nova, ſive Legem & Evangelium proferre poſſit. Confer Matt. 13, 52. vel deniqve ipſam Theologi praxin, occupatam circa ordinariam peccatoris vocationem, converſionem, regenerationem, juſtificationem, ſanctificationem, conſervationem & reductionem ad gratiam præſentem per fidem, & deniqve introductionem ad gloriam æternam. Confer infra art. 1. Theologiæ Poſitivæ.

Nota: Veritas revelata per Theologum ex Codice Sacro, ſive enunciatione, ſive ſcriptione repetita, atqve aliis communicata, non deſinit eſſe veritas divina, infallibilis atqve ſalvifica. Qvia non qværitur, qvis, ſed qvid dicat homo Dei, qvi λόγια τοῦ θεοῦ loqvitur. Roman. 3. De qvo verum eſt illud Salvatoris: Qvi vos audit, me audit, Lucæ 10.

§. 7. Finis Theologiæ [illegible] eſt DEI gloria, Theologi certitudo atqve perfectio, & peccatoris directio per fidem ad gratiam & gloriam æternam.

Obſ. 1. *Finis Theologiæ reſpicit*

1. *Deum*, ejusq; gloriam. 1 Cor. X. 31.
2. *Theologum*, ejusqve certitudinem. Vide Methodum ſtudii Theol. & perfectionem 2. Tim. 3,16 [illegible]
3. *Hominem miſerum*, ejusq; [illegible] Johan. X, 11. Chriſti merito univerſali omnibus acqviſitam Joh. 3, [illegible] fide apprehendendam Rom. 3, 23. ut perſeveranti tandem conferatur gloria æterna Matt. 24, 13. & ſummi Boni fruitio perpetua. De qvo [illegible] inf. art. 131. & 142.

Obſ. 2. Ad finem ſupernaturalem [illegible] Eccleſiæ officinâ 1. Tim. 3, 15. obtinendum *media* divinitus ordinata ſunt Verbum & Sacramenta fidem generantia & conſervantia. Rom. X. [illegible] Johan. 3, 6.

Poriſma: Ergo *fides ſalvifica eſt* [illegible] *omnem incertitudinem ſimpliciter excludens.* Vid. artic. 1. de Theol. [illegible] §. 2. & art. 93.

Ratio eſt, qvia [illegible] etiam eſt [illegible], uti patet ex Matt. 17. 20. c. 14. 31. c. 6. 30. Marc. 16. 14. ἀπιστία enim eſt diffidentia, qvæ dubitat, an DEUS ſit πιστὸς 1. Cor. 10. qvi ſtat promiſſis, ac proinde dignus, cui fidem habeas. [neqve enim ἄπιστος aut perfidus eſſe poteſt, qvi eſt æterna Veritas, cujus Verbum eſt Veritas. Johan. 17.

Digitized by Google

han. 17. 17.] Chriſtianus itaqve omninò non eſt ἄπιστος, ſed πιστὸς, non incredulus & diffidens, ſed credens & confidens. Johan. 20. 27. Vid. Matt. 9. 22. c. 15. 28. Luc. 5. 20. Johan. 6. 69. Act. 14. 9. 1. Johan. 5. 13. *Nam DEI velle* in promiſſione univerſali verâ fiduciâ apprehenſum, *facit eſſe*, & remiſſionem omnibus & ſingulis applicabilem etiam mihi eſſe actu applicatam. Matt. 9. Confide, remiſſa ſunt tibi peccata tua.

§. 8. Attributa ſive affectiones Theologiæ ſunt:

1. Unitas, *qvalis in habitu totali deprehenditur.*
2. Veritas, *ex harmoniâ cum verbo revelato, qvod eſt ipſa veritas. Johan. 17.*
3. Neceſſitas, *ad finis conſecutionem. Johan. 20, 31.*
4. Dignitas, *ex eminentiâ principii, objecti & finis.*
5. Sanctitas, *ex principii & finis ſanctitate.*
6. Perfectio.
7. Certitudo *divina*.

De qvibus videri poteſt Methodus Stud. Theol. cap. 2. ſect. 2. & 3. &c, qvæ plenius illa explicat, Theologia Exegetica lib. 2. c. 6. Tit. 4. Inprimis verò Poriſmata Concluſionum Theologicarum. lib. 2. cap. 5. Tit. 2. de Reqviſitis Logicis. NB.

§. 9. Dividitur Theologia in partem communem & propriam.

Pars Communis univerſam totius Theologiæ naturam, ſubjectum, finem & media, unà cum methodo perveniendi ad hunc ſcopum, conſiderat. Qvâ de re videri poſſunt

1. *ex noſtris* Gerhardus, Meiſnerus, & inprimis D. Calovius in Pædia, & Tomo 1. Syſtem. Theol. nec non Brochman, Carpzovius, ut & Theologia Balduiniana, & Manuale Theologicum.

2. *ex Reformatis* Keckermannus, Polanus &c.

3. *ex Pontificiis* Scholaſtici, Lombardus, Thomas, ejusq; Commentatores Vazqvez, Arriaga &c.

Pars propria diſtincta Theologi tàm circa theoriam, qvàm circa praxin occupati objecta oſtendit. Unde Theologia Poſitiva, Polemica, Exegetica & Moralis appellari ſolet. Qvæ qvaſi membra & diſtinctæ totius Theologiæ claſſes vocari poſſunt.

Nota:

Nota: *Theologia Positiva* eſt habitus proponendi
Polemica - - defendendi
Exegetica - - explicandi
Moralis - - applicandi coeleſtis doctrinæ veritatem, ex Syſtemate Theologiæ Poſitivæ, Polemicæ, Exegeticæ & Moralis, ejusq; creberrimâ repetitione atq; applicatione, per Dei gratiam, beneficio continui exercitii acquiſitus.

§. 10. Habitu Theologiæ inſtructus vocatur Theologus. *Apoc. 1, 1.*

Cujus eſt, univerſam religionem tradere, & fidem ſimul ac vitam dirigere, adeoq; fundamentum fidei & doctrinæ coeleſtis 1. proponere. 2. defendere. 3. explicare. 4. applicare ad mores & vitam credentis tam univerſam, quam reſpectu ordinis, ſive Eccleſiaſtici, ſive Politici, ſive Oeconomici.

Nota: *Non videri, aut dici, ſed eſſe debet Theologum.* De cujus debitâ perfectione dictum eſt ſup. §. 6. Confer monita Baſilii M. lib. de Sp. S. c. 30. p. 404. & p. 405. & ſup. §. 1. n. 2. & infra tractatum 3. Iſagogicum, de officio Theologi.

Obſerv. 1. In Officinâ Eccleſiæ 1. Tim. 3. quæ Verbi miniſterio inſtructa eſt, 1. Cor. 3. attendenda eſt vel maximè

I. *Fundamenti à Prophetis & Apoſtolis poſitio* 1. Cor. 13, 11. ejusque neceſſaria auditoribus propoſitio, per rectam theſin, ex Theologiâ *Poſitivâ.*

II. *Fundamenti propoſiti contra adverſarios defenſio* Tit. 1, 9. 11. per refutatam antitheſin, ex Theologiâ *Polemicâ.*

III. *Fundamenti propoſiti & vindicati genuina explicatio* ex Codice Sacro 1. Cor. 14, 3. per debitam librorum, capitum, & dictorum Scripturæ S. Interpretationem, ex Theologiâ *Exegeticâ.*

IV. *Fundamenti explicati ad mores applicatio,* Tit. 1, 9. juxta ductum Theologiæ *moralis* ex Decalogo, & Tabulâ Oeconomicâ.

Obſerv. 2. *Fructus* Theologiæ Moralis ſunt Theologia 1. *Aſcetica.* 2. *Catechetica.* 3. *Paracletica.* 4. *Caſuiſtica.* Nam Theologus 1. *exercet* ſe ipſum in pietate. 1. Tim. 4, 7. 2. *docet* alios etiam, quotiescunqve opus eſt. vid. Hebr. 6. 3. *aſſiſtit* & erigit. Rom. 15. 4. & *Conſcientias* informat. De qvibus ſingulis agit ſeqvens liber 2.

C 2

§. 11.

§. II. Qvia verò Theologus hodie non datur immediatè illuminatus, ſed ſolùm talis, qvi anteà ordinariè informatus fuit Theologiæ ſtudioſus, ideò illius reqviſita, ſcopus, methodus, media, ornamenta, & adminicula ordine conſideranda ſunt, *quorum ſummam oſtendit* ſeqvens

Methodus Studii Theologici.

Tractatus I. Iſagogicus

Exhibens Methodum Studii Theologici.

SUMMA:

Methodus Studii Theologici

attendit 1. Objectum, *cap. I.*
2. Finem, *cap. II.*
3. Media, *cap. III.*

I. Objectum eſt *Theologia Sect. I.*
qvæ *reſpicit &* Studium, *Sect. II.*
tum in genere. Tit. I.
tum in ſpecie Theologicum. Tit. II.
& Studioſum, *Sect. III.*

II. Finis *eſt*
1. *DEI* Gloria. *Sect. I.*
2. *Studioſi* perfectio. *Sect. II.*
3. *Veritas* ejusq; certitudo. *Sect. III.*

III. Media *(a)* præſupponunt
1. reqviſita, *Sect. I.*
qvæ ſunt
1. Oratio, *Membr. I.*
2. Meditatio, *Membr. II.*
3. Tentatio, *Membr. III.*
2. adminicula, *Sect. II.*

(1.) Phi-

(1.) Philologica, *Membr. I.*
quæ ſunt Lingvæ:
1. Hebræa, *Tit. I.*
2. Græca, *Tit. II.*
3. Latina, *Tit. III.*
4. Germanica, *Tit. IV.*
5. Honorariæ, *Tit. V.*
Quarum uſum *oſtendit*
Appendix de Concordantiis *Biblicis.*
(2.) Philoſophica, *Membr. II.*
Sunt novem, ad univerſam Theologiam Poſitivam, Polemicam, Exegeticam & Moralem neceſſaria, qvæ enumerantur *Sectione III.*
videlicet accurata
1. Scripturæ Sacræ lectio. *Membr. I.*
2. Librorum Symbolicorum evolutio. *Membr. II.*
3. Locorum Theolog. *cognitio. Membr. III.*
4. Terminorum *Theol. explicatio. Memb. IV.*
5. Controverſiarum *Theol. tractatio. Membr. V.*
6. Locorum Practicorum *collectio. Membr. VI.*
7. Caſuum Conſcientiæ *deciſio. Membr. VII.*
8. Hiſtoriæ Eccleſ. *lectio. Membr. VIII.*

Ubi inprimis attendenda ſunt
Scripta
1. Patrum, *Tit. I.*
2. Lutheri, *Tit. II.*
3. Scholaſticorum, *Tit. III.*

9. Freqventatio
1. Lectionum *Theol. Tit. I.*
2. Concionum, *Tit. II.*

 3. Diſpu-

3. Diſputationum, *Tit. III.*
4. Exercit. concion. *Tit. IV.*

Quibus ſubjungitur
Appendix,
ubi oſtenduntur

I. Adminicula honoraria, *Sect. I.*
quæ ſunt ornamenta

1. Critica, *Tit. I.*
2. Juridica, *Tit. II.*
3. Medica, *Tit. III.*

II. Bibliotheca *Theologo neceſſaria*, *Sect. II.*
III. *Univerſæ* Theologiæ Summaria & *Repertoria*, *Sect. III.*
Summarium *ſcilicet Theologiæ*

1. Poſitivæ.
2. Polemicæ.
3. Exegeticæ.
4. Moralis.

Cui inſerviunt diſtincta Repertoria.

I. N. J. A.

Digitized by Google

I. N. J. A.

§. 1.

NObiliſſimum pariter atqve ampliſſimum, immò & difficillimum eſſe S.S. Theologiæ ſtudium, *nemo dubitare poteſt, qvi illius Objectum, Finem & Media accuratiùs conſiderent.*

§. 2. Qvemadmodum verò nobilitas Objecti & Finis innumeros qvotidie invitat, ita amplitudo ſimul & difficultas non paucos deterret; *immò illa nonnullis tanta videntur, ut vel in medio curſu velut delaſſati deficiant, vel tandem qvaſi deſperabundi nova ſtudia, & alium planè ſcopum poſt tot fruſtraneos labores ſibi eligendum eſſe exiſtiment.*

§. 3. Ut verò & nobilitas & amplitudo Studii Theologici rectiùs innoteſcat, & amplitudini pariter atqve difficultati neceſſaria opponantur remedia, *ante omnia notare decet, tùm* qvid Theologia *ejusq; ſtudium, & qvisnam genuinus Theologiæ Studioſus ſit: tùm qvem ſibi* ſcopum *ille & finem præfigere debeat, & qvibus deniqve inſtructus* mediis *divinâ adjutus gratiâ, beneficio* Methodi certiſſimæ ſimul & facillimæ *ad finem optatum pervenire qveat.*

Not. 1. *Methodus eſt via compendioſa* ordine perveniendi ad ſcientiam.

Not. 2. *Methodus* [μετ' ὁδὸς] *ſive ratio methodica eſt doctrina* oſtendens habitum, viam rationis demonſtrantem, qvam vocant ἕξιν ἀποδεικτικὴν μετ' λόγυ. Unde apparet, artem experientiâ, methodum autem veritate atqve conſtantiâ definiri: ut artis ſit opus, progreſſio autem effectionis methodus. Eſtqve hoc generale nomen doctæ rationis, ut hoc etiam cognitionem & ſcientiam ſignificari neceſſe ſit, monente *Camerario* Comm, in 1. Ethic. 1. p. 1. & ad 6. Polit. cap. 1. p. 248.

Not. 3. *Methodus aliàs dicitur* 1. totalis, vel partialis. 2. Synthetica & analytica. Et reſpicit 1. demonſtrationem. 2. ordinem. Cujus inſtrumenta ſunt definitio & diviſio.

Not. 4.

Not. 4. *Methodus Studii Theologici eſt via compendioſa, ordine perveniendi ad ſcientiam atque perfectionem Theologo in hâc imperfectione poſſibilem.* Qvâ de re inprimis Methodus D. Meiſneri, Gerhardi, Hülſemanni, & Pædia D. Calovii agit.

§. 4. *Qvæ omnia* ad tria capita *referri poſſunt, ita ut ordine ſeqvantur*

1. *Objectum ſimul & Subjectum, ſive ipſa Theologiæ natura, ejusq; ſtudium & ſtudioſi deſcriptio.*

2. *Finis & ſcopus, qvi eſt Dei gloria, & ſtudioſi perfectio* per veritatem, qvæ ſecundum pietatem certiſſima eſt, ac infallibilis.

3. *Media cum requiſitis & adminiculis ad hunc finem neceſſariis.*

Sit ergò in Nomine JESU

CAPUT I.

De Theologiâ, ejusq; Studio & Studioſo.

§. 1.

QVemadmodum ſupervacaneum *foret, de* viâ qværere, niſi priùs de viatore, *ejusq; inſtituto & intentione conſtet.*

§. 2. *Ita & meritò reqviritur, antequam Studii Theologici methodus, & via ad ipſam Theologiam Viatori oſtendatur, ut, qvid ipſa* Theologia, *qvodnam ejus* Studium, *qvis deniqve* Theologiæ Studioſus *ſit, paucis explicetur.*

Nota: Theologia Viatorum imperfecta ad perfectionem Theologiæ Beatorum tendens, conſummationem expectat in patriâ, cujus prægustum ſentit in viâ. Conf. D. Danhaueri Hodoſophiam ab initio.

SECTIO I.

De Theologiâ.

§. 1. Theologia eſt ſermo de DEO.

Ratio eſt, qvia *Theologia* ratione Principii, Objecti & Finis, Λόγον

τὸ

τῦ Θεῦ reſpicit, *ſive ſermonem, qui à Deo ortus, de* DEO *agit, & ad Deum ducit.*

§. 2. Theologia conſideratur, vel Syſtematicè, vel habitualiter.

§. 3. Theologia habitualiter conſiderata eſt Habitus Practicus, *qui Theologum habitualiter perficit.*

§. 4. Theologia Syſtematicè conſiderata, eſt Syſtema doctrinæ cœleſtis, *quod Theologum inſtruit.*

§. 5. Theologia Syſtematica dividitur in partem communem & propriam.

§. 6. Pars communis *explicat Theologiæ* naturam, objectum, Finem & media. *De quibus ſingulis agit præcedens Tractatus Proœmialis* §. 5. 6. 7.

§. 7. Pars propria oſtendit diſtincta Theologiæ membra, ſive claſſes præcipuas, unde nomen Theologiæ *Poſitivæ, Polemicæ, Exegeticæ, & Moralis* ortum eſt. *De quibus agitur libro 2. Cujus fructus* Theologia Aſcetica, Catechetica, Paracletica & Caſiſtica, *itidem infra libro ſecundo explicantur.*

SECTIO II.
De Theologiæ Studio.
TITULUS I.
De Studio generaliter conſiderato.

§. 1.

STudium eſt attentior animi applicatio ad aliqvid agendum, ſive, *ut Cicero explicat*, aſſidua ac vehemens cum voluntate ad aliqvam rem animi applicatio, vel animi contentio. *infr. Sect. 3.* §. 1.

Nota. Ad ſtudium reqviritur *cogitatio*, qvæ eſt cura ſtudii plena, & induſtriæ vigilantiæq; effectus propoſiti cum voluptate, uti monet Vitruvius lib. 1. c. 1.

D §. 2. Stu-

Digitized by Google

§. 2. Studium aliàs vocari ſolet cultura, (*quam Eiſlerus & nobiliores Didactici plenius explicant*) *quà tum* Inſtitutionem, *quàm* Exercitationem *attendit*.

§. 3. I. Inſtitutionis *ſpectanda ſunt* 1. Antecedentia. 2. Ingredientia. 3. Conſeqventia.

§. 4. (1.) Antecedentia *reſpiciunt* Animam & corpus.

§. 5. In animo 1. intellectum. 2. appetitum. 3. ſenſum.

§. 6. Intellectum reſpiciunt tùm naturalia tùm habitualia.

§. 7. Naturalia ſunt Ingenium, Judicium & Memoria, *qvorum 1. & 2. pertinet ad acqviſitionem. 3. ad conſervationem.*

§. 8. Ingenium *ſpectatur ratione* partium & adjunctorum.

§. 9. Partes *vocari ſolent* docilitas & ſubtilitas. *Illa εὐμάθεια vivacitas, hæc ἀγχίνοια acumen, & ſolertia appellari ſolet.*

§. 10. Docilitas *eſt celeritas percipiendi ea, qvæ proponuntur & traduntur. (ex temperamento humido & calido orta.)*

§. 11. Subtilitas *eſt facultas inveniendi, qvæ rei conveniunt, ex iis, qvæ cognita ſunt, illa, qvæ nondum cognita ſunt, è veſtigio qvaſi deducens. (orta ex temperamento calido & ſicco.)*

§. 12. Adjuncta *ingenii ſunt* varia. *Potiſſimum eſt* Libertas. *Qvæ facit, ut non ſimpliciter nos aliorum placitis mancipare cogamur, ſed ipſi liberè ſectemur ſapientiam originaliter hauriendam ex libro Scripturæ (& naturæ) modeſtè tamen, & citra viliſpendium aut contemtum aliorum.*

(Dicitur Socratica & Academica ſ. Platonica, cui repugnat ingenii ſervitus.) NB. Diſcentem verò oportet credere, ut monet Ariſtoteles. μανθάνοντα δεῖ πιστεύειν.

§. 13. Ju-

§. 13. Judicium *eſt dexteritas ea diſcernendi, quæ præcepta ſunt ab aliis, aut etiam à nobis adinventa.* *Cujus*

cauſa naturalis *Melancholia tenuior.*
moralis *regimen affectuum.*
artificialis *Logica.*

§. 14. Memoria, *tanquam theſaurus omnis eruditionis, eſt facultas conſervandi res traditas, inventas & dijudicatas.* (*Cujus*

cauſa naturalis *temperamentum cerebri* humidum *ob receptionem & redditionem*: & ſiccum *ob conſervationem ſtabilem.*)

Hæc verò memoria in ſenſitivam & intellectivam dividitur. *Cujus* adminiculum *eſt tum memoria ſubſidiaria, per certa repertoria memoriæ defectum ſupplens, tum Mnemonica.*

§. 15. Habitualia Intellectum *reſpicientia ſunt* Inſtrumentales diſciplinæ, *quarum princeps* Logica, *& prævia apertum ſermonem dirigens ac informans* Grammatica.

§. 16. Appetitum *reſpicit tum* devotio, *& ſeria* DEI imploratio, *tum* vacuitas à perturbationibus, *aliiſq. curis, tum* neglectus & fuga voluptatis, *tum* labor *aſſiduus.* Obſtacula *enim ſtudiorum potiſſima ſunt*

1. Impietas, *aut etiam naturalis aptitudinis confidentia aut nuda ſcientia, quæ demtâ pietate venenum eſt.*
2. Paſſiones *animum obnubilant,*
   ingenium hebetant,
   judicium obfuſcant,
   & memoriam enervant.

   Curæ *intentionem diſtrahunt, eruditionem turbant.*
3. Voluptates *verò ad ſtudia ineptum reddunt.*
4. Ignavia *rudem animum rudiorem indies efficit.*

§. 17. Senſus ſunt animi fores. *Ibi* exteriores viſus & auditus *excellunt, hic verò maximè.* Interiores *verò* ſenſus communis & phantaſia. *Ille quaſi centrum eſt: hæc vero diſ-*

cernit & Intellectui objecta ſubminiſtrat, qvi phantaſmata, qvatenus in ſpecies intellectiles abire, ſpeculatur, ut iis mediantibus res ipſas cognoſcat.

§. 18. Corporis reſpectu attenditur bonum temperamentum (*qvod ſeqvuntur mores*) & valetudo: *Unde manuum promtitudo oritur, & Φιλοπονία.*

§. 19. (2.) Ingredientia inſtitutionis *ſunt* potisſimùm vox & ordo.

§. 20. Vox eſt partim viva, partim muta.

§. 21. Vocem vivam attinet Auſcultatio. *ἀκρόασις.*

§. 22. *Auſcultationis notanda ſunt* reqviſita (*affectiones*) & commoda (*operationes & effecta.*)

§. 23. Reqviſita potiora ſunt, ut auſcultatio ſit

1. cauta & qvidem ejusmodi Doctoris, qvi eruditus, didacticus, candidus, & fidelis eſt.
2. attenta.
3. asſidua.
4. ſufficiens.

§. 24. Commoda auſcultationis ſunt facilior rerum apprehenſio, firmior apprehenſarum retentio, felicior retentarum imitatio.

§. 25. Vocem mutam *attinet* Lectio. *Cujus notanda eſt* 1. materia (*objectum*) 2. forma (*modus legendi & proceſſus.*)

§. 26. Materia *ſunt præter Scripturam S. libri tùm* Epitomici, *tùm* diexodici, *partim* veteres, *partim* recentiores.

§. 27. Forma *conſiſtit in* ratione legendi, *reqvirens ut* lectio *ſit* 1. diſcreta. 2. fixa, *ſive conſtans.* 3. moderata. 4. repetita. 5. judicioſa. 6. ſonora. *Sive illa ſit* ſolitaria, *ſive* ſocia, *conjungens* analyſin, ſummaria & notas marginales. (*Cui interdum jungitur αὐτοψία in peregrinationibus.*)

§. 28. Ordo *reſpicit* 1. diſciplinas diſcendas. 2. media. 3. circumſtantias *in diſcendo.*

Nota 1.

Digitized by Google

Nota 1. Semper diſtingvenda ſunt ἔργα & πάρεργα, fundamenta & ornamenta, & objecta ſimpliciter neceſſaria à minùs neceſſariis.

Nota 2. *Media* ſunt 1. *auditio*. 2. *lectio*. 3. *meditatio*.

Nota 3. Semper conjungenda ſunt 1. *Tabula Synoptica*. 2. *Summa Mnemonica*. 3. *Syſtema* & *Bibliotheca*, ita ut ſufficienter cognoſcatur 1. θέσις. 2. ἔκθεσις. 3. βεβαίωσις. 4. ἀντίθεσις. 5. διάλυσις objectionum. 6. πρᾶξις, qvotiescunqꝫ illa reqviritur.

Nota 4. *Bibliothecam* exhibet appendix hujus methodi.

Nota 5. His accedunt ſtudiorum 1. *Locus*. 2. *Tempus*. 3. *Adminicula* 1. *perſonalia*, Doctores. 2. *realia*, ſumtus. Tandemqꝫ ſtudiorum á primo momento, usqve ad ultimum vitæ terminum continuatio harmonica, ita, ut eodem ordine, qvo inchoata eſt prima informatio, continuari poſſit aſſidua repetitio.

§. 29. (3.) Conſeqventia Inſtitutionis *ſunt præcipuè* ſelectio & repetitio (*ad illam refertur etiam ſcriptio & imitatio.*)

§. 30. Selectione *decerpimus ex auditis, lectis, & viſis ea, qvæ videntur alicujus momenti, transſcribenda vel in adverſarium (diarium verborum & rerum) vel in digeſtum ſive Syſtema ſ. noſtrum ſ. alienum, ſive Locos Communes Theoreticos & practicos.*

§. 31. Repetitio *res cognitas altioribus radicibus firmat & præſentiores reddit intellectui (cujus theſaurus eſt ſcriptio.)*

Nota 1. Scriptio h. l. attenditur 1. *immediata* poſt lectionem vel auſcultationem. 2. *mediata* qvovis tempore inſtituta, ſive illa ſit matutina, ſive veſpertina, diurna, hebdom. menſtrua vel annua.

Nota 2. Scriptio eſt vel accurata ſive *analytica*, vel *curſoria*.

Nota 3. Scriptio accurata refert ſingula objecta vel 1. ad Tabulam Synopticam. 2. vel ad Summam. 3. vel ad Syſtema ſeu tractatum juſtum.

Nota 4. Scriptio vel conſignatio curſoria refert ſingula objecta ad diſtincta Repertoria. vid. lib. 3 univ. Theol.

§. 32. II. Exercitatio *reſpicit Collationem & Imitationem.*

§. 33. Collatio *eſt exercitatio qvadam in iis, qvæ vel obſcura nobis ſunt, vel ſcrupulum aliqvem nobis injecerunt, expediundis occupata.*

Nota: Collatio inſtituitur vel cum præceptoribus, vel cum æqvalibus, vel etiam cum imperitioribus. Eſtq; vel publica, vel privata, oralis aut familiaris cum commenſalibus: vel ſolennis per diſputationes: vel cum abſentibus inſtituta per Epiſtolas.

§. 34. Imitatio *eſt exercitatio, qvâ novum aliqvod opus extruimus, iis ceu principiis inventionis uſi, qvæ legendo vel audiendo ab aliis percepimus.*

Nota 1. Huc faciet diſtincta meditatio, ſive illa dicatur 1. *Imitativa.* ſive 2. *Collectiva* per Conſectaria. ſive 3. *Thematica.* ſive 4. *problematica.* ſive 5. *Syſtematica.* &c.

Nota 2. Imitationi affinis eſt *æmulatio* ſuperiorum & æqvalium. ubi tamen ſedulò cavendum eſt, ne vel invidiam ſibi conflet, vel odium temerè incurrat ſtudioſus.

§. 35. *Qvæ omnia & ſingula, ſi ullibi, certè in ſtudio Theologiæ inprimis ſunt neceſſaria, ut tandem exoptata ſeqvatur perfectio. Ut perfectus ſit Homo DEI, 2. Timoth. 3. Ergò* Homo DEI
Vive diu, & tanti menſuram Nominis imple.

TITULUS II.
De Studio Theologiæ.

§. I.

STudium Theologiæ eſt aſſidua animi applicatio ad res divinas, cum deſiderio inſatiabili perfectionem Theologicam per media ordinaria acqvirendi, ad Dei gloriam, & Eccleſiæ ſalutem.

Beati, qvi *ſcrutantur* teſtimonia ejus, in toto corde exqvirunt eum. Pſal. 119,2. Scrutamini, ἐρευνᾶτε, Scripturas [inſtar canis venatici aut metalli foſſoris] Johan. 5. qvâ de re agit Theologia Exegetica.

Obſervatio. Studium Theologicum certa habet reqviſita, adminicula, & media, de qvibus infra agendum erit cap. 3.

Nota. Qvia *Theologia eſt Architectonica*; unde & 1. Cor. 3, 10.
ipſe

ipſe Paulus dicitur ſapiens *Architectus*: ideò meritò præmittitur Ichnographia & accurata futuri laboris delineatio. Nam & hic veriſſimum eſſe deprehenditur, qvod habet Vitruvius lib. 1. c. 1. *Architectura* eſt ſcientia pluribus diſciplinis & variis eruditionibus ornata, cujus judicio probantur omnia, quæ à cæteris artibus perficiuntur opera. Conf. infra cap. 3 lib. 1. de officio Theologi.

§. 2. Studium Theologicum ex B. Meiſneri obſervatione vel Exotericum eſt, vel Acroamaticum.

Obſerv. 1. *Studium Exotericum* dicitur qvaſi ἔξω τῆς ἀκροάσεως, qvod non profundâ ſpeculatione indiget, aut ἀκρόασιν arduam reqvirit. Ideoqve *Ciceroni lib. 5. de Finibus Populare* vocatur. Cui opponitur Studium ἐσωτερικὸν ſive Acroamaticum.

Obſerv. 2. *Acroamaticum Studium* appellatur, qvod arduam & accuratam reqvirit ἀκρόασιν ſive auſcultationem, & attentionem diligentiſſimam, cum ob ſingularem difficultatem ſine voce Magiſtri docentis vix percipi poſſit. Unde Auſcultatorium, Sublimius & Limatius appellatur, ſicut & nomen Phyſicæ Ariſtotelicæ τῆς φυσικῆς ἀκροάσεως inde ortum eſt. (Nam ἀκρόασις eſt auditio, ἀκροατής auditor, ab ἄκρα, mucro, cuſpis. Unde acus, acuo, & ἀκούω, qvia auditus eſt ſenſus acutus.)

§. 3. Ad ſtudium Theologiæ Exotericum, *poſtqvam Libellus Mnemonicus, cui Tit.* Gedenck-Kunſt. & Glaubens-Grund/ *inprimis vero Summa Univerſa Theologia, cui Tit.* Hand-Buch *cum* Compendio Hutteriano *memoriæ traditus eſt, ſufficit cognitio fundamentorum Theologicorum generalior, ex ſummariâ Mediorum infra c. 3. enumerandorum notitiâ & applicatione, ſive* curſoria lectio 1. Scripturæ Sacræ, *cum notis Theologorum Jenenſium, Oſiandri & Crameri.* 2. Librorum Symbolicorum *cum Commentario D. Carpzovii continuato.* 3. Iſagoges *D. Gerhardi junioris, Catecheſeos Dieterici & Exegeſeos Auguſtanæ Confeſſionis Mentzerianæ.* 4. Locorum *Theologicorum Chemnitii, Gerhardi ſenioris, Hopfneri, Syſtematis Theol. Chriſt. Matthiæ Breckmanni, & Indicis Baldunniani. Cujus Commentarium exhibet Manuale,* Das Hand-Buch, *& quæ infra habentur libro 2. in Syſtemate Theologiæ*

logiæ Poſitivæ. 5. Hiſtoriæ *Eccleſiaſticæ Kromayeri, Pappi, vel Micrælii.* 6. Caſuum *Conſcientiæ Balduini.* 7. Paſtoralis *Lutheri Porta, & Manualis Bidenbachii. Quibus omnibus ſedula* Lectionum & Diſputationum *Theologicarum, nec non* Concionum *publicarum auſcultatio cum accurata eorum, qvæ maximè neceſſaria videntur, annotatione, accedere debet.*

Obſerv. 1. Qvia nec omnium in Studio Theologico verſantium par eſt *ſtatus atqve conditio*, dum aliis judicium deeſt accuratius, aliis memoria felicior, aliis vero fidi Manuductores, aliis deniqve & libri & ſumtus ad continuanda ſtudia Academica neceſſarii denegantur, *nec officia Eccleſiaſtica* omnia ſunt æqvalia: ideò *ſufficit aliqvando benè cæpiſſe*, & telam feliciter inchoatam, indefeſſo ſtudio vel in mediis officii Eccleſiaſtici aut Scholaſtici laboribus continuare, cum non deſint exempla eorum, qvi vel ex pago ad Profeſſiones Academicas vocati ſint, vel ex trivio & pulvere Scholaſtico ad ſummos in Theologiá honores tandem adſpirarint.

Obſerv. 2. *Nemo* vel mediocri ingenio inſtructus, poſt ſufficiens *Scrutinium*, qvid valeant humeri, qvid ferre recuſent, *ob penuriam & egeſtatem deſperet*, cum Deus omnipotentiſſimus adhuc idem ſit, qvi olim, ſuſcitans ſcilicet a terrá inopem, & de ſtercore erigens pauperem. Ut collocet eum cum Principibus, cum Principibus populi ſui. Pſalm. 113. 7. Cujus rei egregia exempla offert libellus, cui Tit. Wunderliche Güte.

Obſerv. 3. Qvisqve & ingenio & *donis divinitùs conceſſis, contentus ſit.* Diverſi diverſa præſtamus. Si aurum ad templi ſtructuram conferre neqveamus, benè nobiscum agi ſtatuamus, ſi pelles ſaltem piloſve caprarum obtulerimus, monente Hieronymo ex Exodi c. 25. & 35. in Prologo galeato.

§. 4. Ad Studium Theologiæ Acroamaticum reqviritur meditatio & continuatio Studii Theologici ſpecialior, plenior, accuratior, enucleatior, & diligentior. *Qvorſum præter ea, qvæ præcedente §. 4. enumerata ſunt, Reqviſita, adminicula & Media infra Cap. tertio explicanda ſpectant.*

Digitized by Google

Sectio III.
De Theologiæ Studioſo.

§. 1.

Studioſus, ſtudii plenus, ſtudiis addictus, literarum cupidus & ſtudiis curioſus eſt, & in illum vel maximè qvadrat, qvi ſedulus, aſſiduus & perſeverans in ſtudiis, φιλόπονος, cujus omnia conando docilis ſolertia vincit.

Not. σπουδὴ ſignificat contentionem animi, ad aliqvid efficiendum, qvod in manibus eſt. Latinè ſtudium virtutis & ſapientiæ κατ' ἐξοχὴν, qvo nullum præclarius. Studioſus ergo eſt σπουδαῖος, qvi & ἐπιεικὴς, vir bonus, & ſapiens, & doctus; qvem poſtea ἱερὸν σοφὸν vocárunt. Intelligitur autem σπουδάζειν non qvaſi ludentem in hâc vitâ verſari, ſed accuratè & diligenter. Ut ponatur σπουδὴ contra παιδιάν. Vid. Camerarii can. in 1. Nican. c. 8. p. 58.

§. 2. Studioſus Theologiæ ſive homo DEI eſt genuinus Prophetarum filius, (ſive diſcipulus Theologorum) laboribus ſacris conſecratus, qvi Spiritus Sancti aſſiſtentiâ fretus perfectionem Theologicam ex Verbo revelato per Media ordinaria aſſiduâ meditatione conſtanter qværit, ad Dei gloriam & Eccleſiæ ſalutem.

Obſerv. 1. Studioſus Theologiæ vocatur *homo DEI*, phraſi Paulinâ ὁ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος 2. Tim. 3, 17. qvemadmodum Prophetæ vocantur *Sancti DEI homines* 2. Pet. 1. 21. qvo nomine & Socrates Theodorum dignatur. Unde & Rabbini Theologum appellant *Virum divinum*, virum legalem, ſapientem, virum veritatis; & Theologiæ Studioſum *Legis Diſcipulum*. vid. Hottingeri Theſaurus Philolog. pag. 71. & 76.

Obſerv. 2. Studioſus Theologiæ *eſt filius Prophetarum* ſive Theologorum & Scripturæ interpretum 1. Cor. 14, 32. (Rabbinis Diſcipulus Sapientum. Confer Amos. 7, 14.) qvi *relationem habet ad Doctores informantes, comparentes*, qvi ipſum parturiunt, donec formetur Chriſtus in eo Galat. 4, 19. unde & Paulus Timotheum *dilectum* appellat

filium 2. Tim. 1. 2. Ideoqve excluditur h. l. *αὐτοδίδακτος*, qvi noluit *ſedere ad pedes* Gamalielis Actor. 22. 3. vel illud Paulinum attendere: Spiritus Prophetarum Prophetis ſubjiciuntur 1. Cor. 14, 32.

Obſerv. 3. Studioſus Theologiæ eſt *genuinus Theologorum diſcipulus, ſive Prophetarum filius*, non ſpurius, adulterinus, ſuppoſititius aut degener, ſed γνήσιος genuinus, legitimè genitus, qvaſi γνήσιος ein rechtſchaffener Sohn / uti Paulus Titum appellat Tit. 1, 4. *proximè ad imaginem Præceptoris accedens*, ejusqve veſtigiis inſiſtens, qvem obedientia, reverentia & patientia decet, atqve aſſidua Præceptoris, imò & ipſius Salvatoris *imitatio* 1. Cor. XI. Matt. XI. ut γνησίως genuinè talis ſit, qvi nomen & omen habet, in qvo concurrit & dici, & eſſe.

Obſerv. 4. Studioſus Theologiæ genuinus *eſt ad labores ſacros idoneus*, non ob generis nobilitatem, divitias aut formæ elegantiam, ſed ob ingenium, temperamentum & mores officio ſacro convenientes. Unde alii reqvirunt 1. indolis bonitatem. 2. morum concinnitatem. 3. loqvelæ ſvavitatem. 4. laborum tolerantiam, ita ut adſit non modò *ingenii promtitudo, ſive docilitas*, & ea, qvæ proponuntur percipiendi celeritas, cum *ſubtilitate* ſive facultate inveniendi nondum cognita ex cognitis, verum etiam *judicii acrimonia*, atqve diſcernendi dexteritas, nec non *Memoria*, velut Eruditionis Theſauri, firmitas, & facultas res traditas, inventas & dijudicatas conſervandi; cum *gubernatione appetitus, aſſidua devotione, virtutu exercitio, & laboru* neceſſarii continuatione, excluſis curis, perturbationibus, ignaviâ & voluptatum illecebris, ne, dum aliis prædicare præſumit, ipſe reprobus fiat. 1. Cor. 9, 27. Neqve enim ex qvôvis lignô fit Mercurius, nec ad Studia planè ineptum Deô conſecrare decet, cui *Aſinus* ex lege antiqvâ neqvaqvam immolandus erat. Exod. 13, 13. qvod ad fatuos, deſides, ſtolidos, ineptos & perverſos applicant Origenes, Hieronymus, Gregorius & alii.

Obſerv. 5. Studioſus Theologiæ *laboribus ſacris conſecratur certâ vocatione*, qvæ non qvidem hoc loco reqviritur *ſolennis*, qvam poſtulat officium Eccleſiaſticum, nec ſolum *generalis*, qvâ ad Chriſtianismum omnes vocantur Chriſtiani, nec *ſpecialis* ſolùm ad ſtatum Eccleſiaſticum, Politicum ſive Oeconomicum qvocunqve modo, ita, ut ad certum vitæ genus adſpirare liceat, & qvidem ad gradum præſtantiorem 1 Cor. 7, 20. 21. 22. Sed *individualis*, qvâ ipſe ad ſtudia ſacra, & ad officium docendi

cendi in ſtatu Eccleſiaſtico determinatur & dirigitur, *vocatione divinâ*, non qvidem immediatâ, ſed *mediatâ*, qvæ præmiſſis precibus & neceſſario ingenii atqve virium ſcrutinio, Superiorum juſſum & internam inclinationem atqve ſingularem inſtinctum includit. Nam & hoc donum bonum & perfectum *ἄνωθεν* è ſupernis eſt, à Patre luminum, Jac. 1, 17. & Theologia eſt *σοφία ἄνωθεν*, Sapientia non terrena, ſed cœleſtis Jacob. 3, 15.

Obſerv. 6. Studioſus Theologiæ *laboribus Sacris Academicis & Eccleſiaſticis conſecratus eſt*, ideoqve nec labores iſtos reformidare debet, nec alios ſuſcipere poteſt. Qvi enim literis diſcendis incumbere debet, otio ad hoc opus habet, & qvi docendus eſt, is ab aliis laboribus vacare debet. Sir. 39, 25: Wer die Schrifft lernen ſoll / der kan keiner andern Arbeit warten.

Obſerv. 7. Studioſus Theologiæ Deo conſecratus, neqvaqvam oblivisci poteſt aut debet præcepti Paulini: *μὴ συσχηματίζεσθε*, *nolite vos accommodare ad figuram mundi* Roman. 12. libidine, voluptate & ſuperbiâ repleti 1. Johann. 2. (qvemadmodum conjunctio, ſextilis & ſimiles Mathematicorum aſpectus harmoniam Planetarum indicant; aut larvati in theatro aliorum geſtus, & perſonam repræſentant, ſed perpetua potiùs inter mundum & Dei hominem ſit oppoſitio, ne conjunctionem in hoc ſeculo ſeqvatur horrenda à DEO ſeparatio atqve gratiæ & gloriæ denegatio Matt. 7. c. 25. Eſa. 59. adeoqve Comœdiam Epulonis excipiat Tragœdia infernalis. vid. Luc. 16.) Nunqvam ergò *filiis Belial* conjungatur, ſed potiùs iisdem ſemper oppoſitus qvotidie cogitet illud: *Hoc age. Hæc vita alios mores poſtulat. Aut nomen muta, aut mores.* Juveniles concupiſcentias fuge 2. Tim. 2, 22. *τὰς νεωτερικὰς ἐπιθυμίας.* Ætate juvenis ne ſis ingenio juvenili. Nam *νεαρὸς*, qvem ad ſtudia Ethica ineptum eſſe dicit Ariſtoteles lib. 1. Eth. 3. non tam juvenem, qvàm eum, qvi totus refert juvenem, ſignificat. Sic *νοερὸς* non eſt *νοῦς*, mens ipſa, ſed menti ſimilis, qvi totus nil niſi mens eſſe videatur.

Væ illi, per qvem venit Scandalum Matt. 18, 7. Tanqvam in die compoſitè ambulemus: non commeſſationibus, non cubilibus ac laſciviis, non contentione & æmulatione Rom. 13, 13.

Sat eſt nobis, qvod anteactò vitæ tempore voluntatem Gentium patraverimus, qvùm verſaremur in laſciviis, concupiſcentiis, vinolentiis,

Digitized by Google

tiis, commeſſationibus, compotationibus &c. 1. Petr. 4, 3. Qvæcumqve ſunt vera, qvæcunqve honeſta, qvæcunqve juſta, qvæcunqve pura, qvæcunqve accommoda, qvæcunqve boni nominis, ſiqva virtus, & ſi qva laus, hæc cogitate. Phil. 4, 8.

Obſerv. 8. Studioſus Theologiæ *Deô Duce, & Spiritus Sancti aſſiſtentiâ fretus*, omnes difficultates ſuperare poteſt feliciter.

Pater cœleſtis dabit Spiritum Sanctum petentibus Luc. XI, 13. Confer. Pſalm. 51, 13. Pſalm. 143, 11.

Det tibi Dominus in omnibus intellectum, ἐν πᾶσιν 2. Tim. 2, 7. Mitte Sapientiam de cœlis ſanctis tuis, & à ſede magnitudinis tuæ, ut mecum ſit, & mecum laboret, ut ſciam, qvid acceptum ſit apud te. Sap. IX, 10.

Obſerv. 9. Studioſo Theologiæ propriè ſic dicto, *non ſufficit* cognitio Theologiæ generalis, & *exoterica*, ſed inſuper reqviritur *acroamatica*, ut ſit ἄρτιος Dei homo, & ad omne opus bonum ἐξηρτισμένος 2. Timoth. 3, 16.

Obſerv. 10. Studioſus Theologiæ *perfectionem* Theologicam non ex Scholaſticorum lacunis, aut Patrum opinionibus, aut humanæ rationis delitiis, ſed beneficio orthodoxæ præceptorum manuductionis, ex Verbo revelato qværit. Verbum tuum veritas eſt. Joh. 17, 17.

Lucerna pedibus meis verbum tuum, Domine, & lumen ſemitis meis. Pſalm. 119, 105.

Obſerv. 11. Studioſus Theologiæ non qværit *extraordinarias* revelationes Enthuſiaſticas, aut novam Spiritus Sancti Scholam Weigelianorum, ſed contentus eſt *mediis ordinariis*, de qvibus infra c. 3. memor illius: Ora & labora. Ideoq; ſine precibus vel inchoare vel finire ſtudia, profanum credit, cum Patribus Concilii Conſtantinop. in Trullo: Ordo eſt optimus ei, qvi omnem orationem & rem incipit, *& à DEO incipere, & in DEUM deſinere*. ἐκ Θεοῦ ἄρχεσθαι, καὶ εἰς Θεὸν ἀναπαύεσθαι.

Obſerv. 12. Studioſus Theologiæ mediis ordinariis utitur, *meditatione aſſiduâ*, die ac nocte, manè & veſperi, ita, ut ceſſante actu, nunqvam ceſſet affectus. Vid. Pſalm. 1, 2.

Obſerv. 13. Studioſum Theologiæ inprimis decet *conſtantia*. Nunqvam enim deſunt tentationes, & varia à carne, Mundo & Satanâ in-

dies

dies multiplicata obſtacula, non niſi fide, precibus & patientia ſuperanda.

Qvicunqve itaqve hic honores qværit, atqve voluptates & divitias, toto cœlo errat. Unde, ſi hæc diſplicet via, vel alia lætior magis arridet, Matt. 7. præſtat abſtinere, & mature aliam eligere vitam, ne poſt *internam vocationem & progreſſus* in Theologia factos laudabiles, habitis etiam *publicis Concionum* exercitiis, ſine urgentiſſima cauſa curſum Theologicum deſerendo, *graviſſime peccans*, cum vulnere conſcientiæ inſanabili audiat illud Salvatoris Luc. 9,62: Nemo, qvi manum admotâ aratro, reſpexit a tergo, aptus eſt regno Dei.

Regula enim (uti & illa Jer. 48,10 maledictus, qvi facit opus Domini fraudulenter) non obſtante particulari ad certum ſcopum applicatione, *generalis eſt*, & manet, qvæ ad univerſam renatorum vitam, eoqve tam ad omnes Chriſtiani, qvam ad peculiares Theologi actiones recte applicari poteſt.

Obſerv. 14. Studioſo Theologiæ *Dei gloria & Eccleſiæ ſalus* ſuprema lex eſto. vid. ſeq. Cap. 2.

Omnia ad Dei gloriam facite 1. Cor. 10,31.

Id ſi feceris, & teipſum ſervabis, & eos, qvi te audierint. 1. Tim. 4,16.

CAPUT II.

De Fine & Scopo Studioſi Theologiæ qvi eſt DEI Gloria, & Studioſi perfectio per veritatem, qvæ ſecundum pietatem certiſſima eſt atq; infallibilis.

Qvemadmodum viator ſcopum præfixum nunqvam animo excidere ſinit, ut illius aſſidua meditatio & alacriorem eum ad pergendum, & fortiorem ad tolerandas aëris injurias eundem reddat, ita & Theologiæ Studioſo ſimiles, & longè majores ex accurata & continua ſcopi contemplatione fructus expectandi ſunt. Qvod ut rectius fiat, ordine 1. DEI gloria, 2. Studioſi perfectio, 3. veritatis Divinæ certitudo *explicanda erit.*

SECTIO (I.)
De DEI Gloria.

§. 1.

GLoria DEI omnium actionum noſtrarum Scopus ſummus eſt & unicus 1. Cor. 10, 31.

Obſerv. 1. Gloria Dei eſt *excellentia DEI* ſupra omnia, qvia eſt Deus ſuper omnia benedictus in ſecula Rom. 9, 5. qvâ de re agit Theologia Poſitiva articulo 10. Titulo 42.

Obſerv. 2. Gloria Dei h. l. *non abſoluta* conſideratur, ſive majeſtas eſſentialis, ſed *relativa*, qvâ glorificatur non ſolum ab Angelis, Eſa. 6. Luc. 2. ſed etiam ab hominibus 1. Cor. 10, 31.

Obſerv. 3. Qvid faciat ad Dei Gloriam, neqvaqvam ex noſtrâ *opinione aut intentione*, ſed unicè ex Scripturæ *revelatione* petendum eſt. Qvicunqve juxta regulam hanc incedent, pax ſuper eos & miſericordia. Gal. 6, 16.

§. 2. Gloriam DEI inprimis qværere tenetur Theologiæ Studioſus, cum abnegatione ſui, & omnium, qvæ gloriæ divinæ adverſa ſunt.

Obſerv. 1. *Aut nihil, aut totum DEO tribuendum eſt.* Non poteſtis Deo ſervire & Mammonæ Mat. 6. Uſqve qvò claudicatis in duas partes? Significat impios eſſe vagos, & duplices animò, nihil certi habere Eph. 4, 14. Inde etiam ſaltare dicuntur tales, qvia motu capitum ſimiles ſunt ſaltantibus, & verè capitibus ſaltant. Luth. gloſſ. 1. Reg. 18, 21.

Obſerv. 2. *Abnegatio ſui* vel maximè decet Studioſum Theologiæ, ut renunciet 1. ſuæ ſapientiæ & eruditioni, 2. voluntati, 3. affectibus, 4. honori, 5. amori, 6. facultatibus, 7. viribus, 8. utilitati, 9. ſanitati, 10. vitæ, & univerſis vitæ commodis, propter Chriſtum. Vide Gymnaſium patientiæ p. 369.

Si qvis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum Lucæ 9, 23. aliàs non poteſt meus eſſe diſcipulus C. 14, 27.

Decet ergò inprimis operam dare ſeduló, ut abnegatâ impietate &

& mundanis concupiſcentiis, ſobriè, juſtè & piè vivamus in præſenti ſeculo. Tit 2, 12. Confer Lutherum in Pſalm 118. T 5. Jen.

Es iſt Kunſt: ſich ſelbſt verläugnen / wir haben daran zu lernen / weil wir leben ſo wohl / als alle Heiligen vor uns / neben uns und nach uns thun müſſen.

Obſerv. 3. Si enim de Themiſtocle Plutarchus refert, qvod gemmas, & alia ornamenta tollere nolens, alteri dixerit: *Tu tibi ea accipe, non es enim Themiſtocles*; Qvanto magis hoc decet illum, qvi homo laboribusqve ſacris unicè conſecratus eſt, ut memor promiſſi illius Salvatoris (qvod *Syngrapham* non immerito appellat Ludovicus Vives): Novit Pater veſter Cœleſtis, qvod opus habeatis his omnibus. Qværite potius *qværite primum regnum Dei*, & juſtitiam ejus, & hæc omnia adjicientur vobis. Matth. 6, 33.

[Προστεθήσεται, velut auctarium adjicientur. Erunt ergo bona hujus vitæ non principalia, ſed qvaſi πάρεργα qvædam. Zugabe: die man zur principal-Wahre zugiebt. vid. Schmidii Not. in N. T. h. l.]

Terrenis itaqve cor non apponat Pſalm. 62. Sed potius praxin illius Paulini: *Tanqvam non habentes* ex 1. Cor. 7. attendat. Confer Gregorium M. Homil. 36. in Evangel.

Sic teneamus ea, qvæ ſunt hujus mundi, ut tamen per ea non teneamur: Sit res temporalis in uſu, æterna in deſiderio: Sit res temporalis in itinere, æterna deſideretur in perventione.

§. 3. Theologiæ Studioſus DEI gloriam indefeſſo ſtudio qværens, viciſſim gratiam & gloriam à DEO expectare poteſt & debet.

Gratiam & Gloriam dabit Dominus (der HERR giebt Gnade und Ehre), non privabit bonis eos, qvi ambulant in innocentia: Domine virtutum, exercituum, beatus homo, qvi ſperat in te. Pſalm 84.

Obſerv. 1. *DEUS cultores ſuos ex gratiâ gratis glorificat*, in regno potentiæ, gratiæ, & gloriæ. Qvicunqve honorificaverit me, glorificabo eum 1 Sam. 2, 30.

Tu, Domine, Clypeus meus es, gloria mea & exaltans caput meum Pſalm. 3, 4.

Obſerv. 2.

Obſerv. 2. *Præmia eorum*, qvi in Studio Theologico graviter pergunt, ſunt non modò felices in Studiis ſucceſſus, dum Deus, qvi inſtinctum ſingularem ad Studia Sacra immittit, laboribus benedicit, neceſſaria dona, inprimis miniſtrantia 1. Cor. 12, 4. concedit, & auget, imò & informationi peculiari gratioſo concurſu adeſt, & *efficit idoneum Novi Teſtamenti miniſtrum* non literæ, ſed Spiritus 1. Cor. 3, 3. Cui Deus Pater ſe manifeſtat, Matt. 16. Filius Sapientiam cœleſtem revelat Mat. XI. ita ut Spiritus Sanctus eum in omnem veritatem ducat Joh. 16. qui ſolus librum ſignatum reſignare, & verum Scripturæ Sacræ ſenſum à nullo, qvam ab ipſo autore feliciùs impetrandum largiri vult & poteſt, *oranti & laboranti, per meditationes Scripturæ S. aſſiduas*;

Verùm etiam exoptata ſeqvitur Promotio, ſucceſſus in officio, & Autoritas &c. Confer de præmiis Eccleſiæ Miniſtrorum Summam Theologiæ Moralis, nec non Gymnaſium patientiæ p. 1206. *Balduini* Inſtitutionem Miniſtrorum p. 290. & Portæ Paſtorale p. 370.

SECTIO II.
De Studioſi Perfectione.

§. 1. Perfectum eſt, cui nihil deeſt.

Nota: Perfectionem eſſe finem Studioſi Theologiæ, oſtendit Apoſtolus 2. Tim 3, 17. vid. infr. §. 3.

Obſerv. 1. Perfectio denominat rem, qvatenùs *expers eſt omnis defectûs entitativi*, ita ut non deſtituatur iis, qvæ ad ejus Eſſe & integritatem pertinent, unde Perfectio alia *Eſſentialis*, alia verò *Accidentalis* eſt, qvæ porrò vel *Naturalis* vel *Artificialis*, vel *Moralis*, vel *Spiritualis*, vel *Cœleſtis*, vel *Concreata*, vel *Acqviſita*, vel *Imputata*, vel *Inchoata*, vel *Conſummata* dicitur.

Obſerv. 2. Non qværitur h. l. de Perfectione *Divinâ Infinitâ*, eminentiſſimâ & abſolutiſſimâ (ubi univerſæ perfectionis complexus omnem imperfectionem tàm privativam, qvam negativam ſimpliciter excludit,) qvæ ſoli Creatori competit; ſed de *Finitâ*, & *participatâ*, non qvidem *Angelicâ*, *ſed humanâ*, non *concreatâ*, qvæ amiſſa eſt, ſed *acqviſitâ*, non *hominis* qvà talis, aut qvatenùs renatus eſt Chriſtianus, ſed *qvatenùs Studioſus* DEO & rebus divinis conſecratus eſt, & qvidem

vitæ

vitæ non *futuræ*, *ſed præſentis*, non obſtante imperfectione in hâc mortalitate reſidui.

Ex parte cognoſcimus, ἐκ μέρους γινώσκομεν, & ex parte prophetamus, aſt ubi venerit, qvod perfectum eſt, [τὸ τέλειον] tunc qvod ex parte eſt, abolebitur. 1. Cor. 13, 9. 10.

§. 2. Perfectio Theologiæ Studioſi in hâc vitâ poſſibilis eſt vel Partium vel Graduum.

§. 3. Perfectio Partium reqvirit earundem totalitatem & ſufficientem informationem reſpectu omnium eorum, qvæ ad ſingulas Theologiæ Partes pertinent, ad obeunda munera Theologica, tàm Academica, qvam Eccleſiaſtica, per Media infrà Cap. 3. explicanda.

Ut perfectus ſit ἄρτιος Dei homo, & ad omne opus bonum ἐξηρτισμένος, inſtructus 2 Tim. 3, 17. qvi poſſit & ignorantes informare, & contradicentes refutare, & non modò ad Studium pietatis exhortari, verum etiam peccatores increpare, & afflictos qvoscunqve ex verbo Dei erigere. Qvorſum univerſa Theologia Poſitiva, Polemica, Exegetica, & Moralis, ejusqve ſingula objecta ſpectant.

Obſerv. 1. Nihil naturâ tam alte conſtituit, qvò virtus non poſſit eniti.

Obſerv. 2. Ad Perfectionem Theologicam inprimis reqviritur accuratum reſidui defectûs Scrutinium, juxta illud: Beatus perpetuus ſcrutator ſuæ imperfectionis. Dum ſcilicet defectus laboris ſacri ſucceſſum impedientes, indefeſſi piſcatoris inſtar, retia ſua qvotidie ſarcientis, accurate inveſtigatos non diſſimulat, ſed ex lectione & meditatione continuâ, debita diligentia ſupplet, prout vox καταρτίζειν ex exemplo ſolertiæ piſcatoriæ monet Matth. 4, 21. adeoqve Cenſor ſui ipſius rigidiſſimus, beneficio perpetui reſiduæ imperfectionis Scrutinii magis magisqve proficiendo, modò in hâc partiali perfectione 1. Cor. 13, 12. poſſibili id unicè curat, ut tandem Diſcipulus κατηρτισμένος Magiſtro ſimilis Luc. 6, 40. Deo gratus & Eccleſiæ utilis exiſtat, ἄρτιος ab ἄρω apto, adapto, congruo; perfectum enim eſt, in qvo res rebus aptantur. Unde Lat. artus, qvia artus artubus congruunt, & partes partibus aptantur. Et Ars, qvia arte facere qvid, eſt apte facere.

Digitized by Google

§. 4. Perfectio Graduum, qvæ omnibus gradibus excellenti Theologo debitis abundat, in Theologiæ Studioſis, pro varietate ingeniorum, Mediorum & officiorum atqve actionum Theologicarum variat, *uti patet ex iis, qvæ ſuprà de Studio Exoterico & Acroamatico dicta ſunt.*

Diviſiones donorum ſunt, ſed idem Spiritus, & diviſiones operationum ſunt, ſed idem eſt Deus efficiens omnia in omnibus. Unicuiq; verò datur manifeſtatio Spiritûs ad id, qvod expedit πρὸς τὸ συμφέρον [ex σὺν & φέρω] 1. Cor. 12, 4. 6. 7. ſeq. Huic qvidem ſermo Sapientiæ, alii ſermo Scientiæ, alii Prophetia, alii genera Lingvarum, alii Interpretatio lingvarum &c. Sed omnia hæc efficit unus ille & idem Spiritus, dividens peculiariter unicuiqve διαιροῦν ἰδίᾳ ἑκάστῳ, ſicut vult verſ. 11. Vid. totum illud Caput & Comm. Bald. h. l.

§. 5. Perfectio Theologiæ *Studioſi oritur ex perfectione principii Theologici certiſſimi, de qvo agit Theologia Exegetica lib. 2. c. 6. Tit. 7.*

SECTIO III.

De Veritatis, qvæ ſecundùm pietatem eſt, Certitudine infallibili.

§. 1.

VEritas, qvæ hoc loco attenditur, neqvaqvam humana, ſed divina eſt, qvæ non ſolùm ex Verbo revelato unicè haurienda, adeoqve certiſſima, verùm etiam ſecundùm Pietatem & ad Praxin Theologicam directa eſt.

Obſerv. 1. *Veritas* dicitur *congruentia* rei cum intellectu divino. Vocatur aliàs *objectiva* rei, qvâ verum ens verum ſui conceptum terminare poteſt: *formalis*, qvæ in intellectu cognoſcente reſidet. vid. Theol. Exegetica lib. 2. c. 6. Tit. 2.

Obſerv. 2. Veritas h. l. *non tàm humana in eſſendo, cognoſcendo aut ſignificando*, qvæ aliàs Metaphyſica, Logica & Ethica appellari ſolet, *quàm divina* attenditur.

Obſerv. 3.

Obſerv. 3. Veritas Divina vocatur reſpectu Principii tum eſſendi tum cognoſcendi, qvod non niſi divinum eſt, Objecta divina & intellectui humano citra revelationem planè ignota, enunciatione & ſuſceptione communicans vid. Johan. 17, 17. Verbum tuum Veritas eſt.

Obſerv. 4. Veritas divina eſt certiſſima. Unde Paulus Phil. 3. verſ. 1. ait: Eadem ſcribere vobis me qvidem haud piget, vobis autem tutum eſt, ad ἀσφάλειαν ſive certitudinem faciens. Luc. 1. verſ. 4.

[ἀσφαλὴς ſecurum, σφάλμα, lapſum, errorem & peccatum [illegible] cludens, à σφάλλειν impingere, labi, errare, hallucinari. Conf. [illegible] ἀσφαλίζω, munio, cuſtodio ſepulcrum Matt. 27, 61. captivum Act. [illegible] 24. carcere diligenter clauſo Cap. 5, 23. & γνῶναι τὸ ἀσφαλὲς Act. 34. Cap. 22, 30. gewiß erkundigen, fleißig nachfragen, ob es gewiß und wahr [illegible] ſey. Deut. 17, 4]

Obſerv. 5. Veritas divina ſecundum Pietatem eſt ad Praxin directa. Ep. Tit. Cap. 1, 1. Neqve enim Filius Dei eam ob cauſam doctrinam cœleſtem revelavit, ut ſeminaria ſpargeret diſputationum, qvibus oſtentandi ingenii cauſâ luderetur, monente *Chemnicio* de utilit. Loc. Theol.

Canon: *Theologia magis conſiſtit in affectu, quàm in cognitione.* Chemnicius l. d.

Ideoqve præcipua cura eſſe debet, qvomodo, & qvâ ratione doctrina tradita accommodanda & referenda ſit ad uſum, in ſeriis exercitiis Pœnitentiæ, Fidei, Obedientiæ & Invocationis. Ita enim mentes proficient ſimul & doctrinâ & pietate. Vid. l. d.

§. 2. Certitudo eſt firma intellectûs adhæſio, veram Objecti cognoſcibilis apprehenſionem conſeqvens, cum excluſione dubitationis atqve opinionis. *Vel* certitudo eſt firmitas, qvâ potentia cognoſcendi perinde adhæret rei, qvam cognoſcit, ac ſi illam cerneret, & oculis externis uſurparet. *Cujus naturam plenius exponit Theologia Exegetica lib. 2. c. 6. Tit. 4.*

§. 3. Certitudo conſideratur vel ex parte Objecti ſeu rei cognoſcendæ; vel reſpectu ſubjecti, ſive animæ humanæ,

manæ, qvæ infallibiliter novit ac judicat rei alicujus veritatem.

§. 4. Certitudo Subjecti eſt modus cognitionis, juxta qvem intellectus cognoſcit Objectum, prout eſt, & novit, ſe ſcire, prout eſt. *Cujus* reqviſita *ſunt* 1. rei veritas, 2. firma animi apprehenſio, *qvæ & falſam perſvaſionem, & opinionem excludit. Confer Ariſtotelem libro 9. Metaph. cap. 12. Non, qvia nos putamus, te verè album eſſe, tu albus es; ſed, qvia tu albus es, nos, qvi hoc dicimus, verum dicimus. vid. §. 5.*

§. 5. Certitudo ratione principii cognoſcendi, vel divina eſt, cùm intellectus theoreticus aut practicus aliqvid pro certo habet, ob teſtificationem divinam in Verbo DEI patefactam, qvæ Certitudo Fidei Chriſtianæ dicitur: Vel humana ex teſtimonio humano orta.

Canon 1. Qvicqvid DEUS in Scripturis à ſe inſpiratis dicit, certò & infallibiliter verum eſt.

Canon 2. Veritas revelata eſt lucerna & lumen, Pſalm. 119, 105 non, qvia intellecta lumen afferat, ſed qvia intellectum illuminat: qvemadmodum Sol non ideò lux eſt, qvia videtur, ſed qvia lucidus eſt, ideò videtur, etiamſi à cœcis non videatur. *Contra Bellarminum.* Intellectus enim noſter examinatur & qvaſi exigitur ad rem, qvam intelligit, neqvaqvam verò res ad noſtrum Intellectum. vid. ſup. §. 4 ſic ſeptem ſunt Planetæ, etiamſi ruſticus ſtellarum nec naturam vel nomina, nec diſtinctionem aut numerum intelligat.

Canon 3. Fidei veritatem divinam apprehendentis Certitudo divina eſt & planè infallibilis. Qvia nititur Deo revelante, qvi nec falli poteſt, ob infinitam ſcientiam, nec fallere vult aut velle poteſt, ob infinitam bonitatem, adeoqve nec per revelationem intellectui falſum qvid credendum proponere, nec voluntatem movere, ut intellectui aſſenſum falſitati præbendum imperet.

Canon 4. Fides omninò vocari poteſt ſcientia, propter ſummam ejus certitudinem & infallibilitatem. Qvod ipſe Arriaga fatetur. vid. Diſp. 16. Logic. p. 274. Scientia accipitur latiſſimè, pro qvácunqve cognitione intellectuali, præſertim certâ & infallibili. Qvo ſenſu etiam fides

fides divina dicitur ſcientia, propter ſummam ejus certitudinem [illegible] fallibilitatem. Stolida proinde erit aſſertio Bellarmini: [illegible] doctrinam de certitudine remiſſionis peccatorum. Vid. Theolog. [illegible] ſit. Artic. [illegible] & 23.

Canon 5. Certitudinem Theologicam, revelata Veritati unicè [illegible] nixam, nec Objecti revelati ſublimitas, nec vitæ hujus imperfectio [illegible] per futura cognitionis claritas tollit. Quo modo nunc veritas [illegible]

§. 6. *Certitudinis divinæ hoſtes ſunt 1. Falſa perſvaſio* [illegible] *2. Dubitatio. 3. Formido. 4. Opinio. 5. Probabile.*

Observ. 1. Falſa perſvaſio eſt de iis rebus, quæ vel non ſunt omnino [illegible] vel non tales, quales omni animi dubitatione remota concipiuntur [illegible] tur: qualis eſt perſvaſio Judæorum de Meſſiæ regno mundano ad [illegible] futuro.

Observ. 2. Dubitatio eſt formido intellectûs, in aſſenſu, eò, quod [illegible] *an negativa ſit* [illegible] *prorſus non, vel non firmiter ſtat, utrum affirmativa,* [illegible] *fallibiliter vera.*

Observ. 3. Formido eſt actus reflexus, per quem judicamus opinionem [illegible] *cui aſſentimur, poſſe eſſe falſam.*

Observ. 4. Opinio novit rem ipſam, prout eſt, ſed cum formidine [illegible] ne contrarii, ob falſitatis oppoſitæ ſuſpicionem.

Observ. 5. Probabile eſt veriſimile, interdum verò idem, quod [illegible] opinabile. vid. Theol. Exegetica. l. d. ubi hæc ſingula plenius explicantur.

§. 7. *Certitudo ex Studio Theologico expectanda neque* [illegible] *quam humana, ſed divina eſt, & planè infallibilis, animum* [illegible] *Theologi reddens* [illegible] *per notitiam ſoli* [illegible] *dam, firmam & infallibilem cum* [illegible]*, quæ arcte veritate* [illegible] *divina unicè nititur. Videatur Theologia Exegetica l. d.* NB.

Caput III.

De Mediis Studii Theologici.

Quia Medium, *per quod Finis Studii Theologici acquiritur, non niſi* DEI Verbum *eſt, cujus encomia totus 119. Pſal-*

mus ſingulari ſtudio explicat , non Curſoriam ſolùm lectionem , *verùm etiam accuratisſimum reqvirens Scrutinium (ἐρευνᾶν) Johann. 5. qvod neqve ſine* Oratione , & Meditatione continuâ *(ob myſteriorum ſublimitatem & ſeductorum calliditatem) neqve ſine* Adminiculis Philologicis & Philoſophicis *(ob Lingvarum & Idiotismorum Hebr. & Græc. & rerum tàm theoreticarum , qvàm practicarum varietatem) tentare licet : ideò ante omnia Subjecti agentis ſive* Studioſi Theologiæ Reqviſita *(Oratio , Meditatio , & Tentatio) ejusq;* Adminicula , *tùm Philologica , tùm Philoſophica conſideranda , qvibus deniqve* Media *ipſa ad Finem Studii Theologici directè facientia ſubjungenda erunt. Seqvitur itaqve*

SECTIO I.

De Reqviſitis Studioſi Theologiæ.

R*Eqviſita* Studii Theologici & Theologiæ Studioſi *juxta Lutherum*, potiſſima ſunt : *Oratio, Meditatio , Tentatio. Oratio* enim gratiam impetrat , *Meditatio* mentem illuminat, *Tentatio* deniqve fructum demonſtrat.

Nota 1. *Reqviſita generalia* Studioſi h. l. præſupponuntur, videlicet 1. Φύσις. 2. *μάθησις*. 3. ἄσκησις. Nam natura incipit : doctrina dirigit : exercitatio perficit ſtudioſum.

Nota 2. In omni ſtudio & meditatione res movet conceptum , conceptus vocem , vox ſcripturam : & viciſſim per ſcripturam voces , per voces conceptus , per conceptus res exprimuntur.

Nota 3. Clavis meditationis eſt oratio.

MEMBRUM I.

De Oratione.

§. 1.

O*Ratio eſt mentis tàm petentis , qvàm gratias agentis ad DEUM elevatio.* Cujus natura expoſita eſt in Summario Theol.

Mo-

Moralis præc. 2. decal. & in *Gymnaſio Patientiæ* pag. 854. [illegible]
plenius in Manuali. Artic. 108. [illegible] aliæ [illegible]

§. 2. *Eſtq; alia Communis omnibus & ſingulis* [illegible]
Peculiaris Soli Theologiæ Studioſo neceſſaria, de qvâ h. l. [illegible]

§. 3. *Cujus inprimis h. l. notanda 1. Neceſſitas.* 2. *Ut*[illegible] *Remedia* [illegible]
tas. 3. Qualitas. 4. Adminicula. 5. Obſtacula. 6. [illegible]
7. Exempla.

Obſerv. 1. Neceſſitatem Orationis Theologiæ Studioſo inculcat [illegible]
[1] *Objecti dignitas*, & myſteriorum ſublimitas, qvæ nemo ſine Spiritûs [illegible]
tûs Sancti auxilio cognoſcere poteſt. Sapient. 9, 17. [2] *Summi* [illegible]
ceptoris voluntas: Petite, & dabitur vobis, Matth. 7. verſ. 7. [illegible]
[3] *Intellectus humani cæcitas.* Sapient. 9. verſ. 16. unde in Myſter[illegible]
claudicat ingenium, delirat lingvaqve mensqve. [4] *Seductionis* [illegible]
litas, citra Spiritûs Sancti ductum Pſalm 143, 10. [5] *Satanæ malignita*[illegible]
qvi ut Leo qværit, qvem devoret. 1. Pet. 5. ideoqve & Jobum tenta[illegible]
& Davidem, imo & Salomonem Sapientiſſimum evertere, & Petrum [illegible]
in ſanctiſſimo ipſius Salvatoris diſcipulorum Collegio perdere cona[illegible]
eſt. Confer *Lutheri* monita Tom. 8. Jenenſ. Germ. f. 332. repetita i[illegible]
Gymnaſio Patientiæ p. 773. [6] *Tentationum varietas*; de qvibus in [illegible]
Membro ſeq. 3. [7] *Voluntatis & intellectûs* ad errandum proclivi[illegible]
ex renovationis imperfectione. Confer exemplum Petri immediatè [illegible]
illuminati, & nihilominus non recto pede incedentis ad veritatem Ev[illegible]
angelii, Galat. 2, 14. Vid. *Balduini* Comm. h. l. [8] *Periculi gravitas*, qvod [illegible]
à mundo, Satanâ & Carne noſtrâ metuendum; unde & fidei naufragi[illegible]
um in non paucis, non ſine horrore animadvertitur, & ſæpè aliis viam [illegible]
monſtraturus, in foveam ipſe incidit. Imò & ipſe Apoſtolus cavet, ne [illegible]
aliis prædicans ipſe fiat ἀδόκιμος reprobus 1. Cor. 9. v. 27. His omni[illegible]
bus [9] *Precum utilitas*, qvibus veluti flabello ἀναζωπυρεῖν illud A[illegible]
poſtolicum feliciter efficitur. 2. Timoth. 1. & [10] *Eventûs felicitas* [illegible]
ex Pſalmo 119. conſpicua. & [11] *Exemplorum claritas*, omnium [illegible]
ſcil. Patriarcharum, Prophetarum, Apoſtolorum & Eccleſiæ Do-
ctorum, accedit.

Obſerv. 2. Utilitatem Orationis Theologiæ Scopus oſtendit; Nihil
enim eſt, qvòd Dei gloriam, intellectûs perfectionem, voluntatis gu-
bernationem, affectuum dominium, & noſtram atqve proximi ſa-
lutem

lutem felicius promovet, qvàm *incomparabilis illa cœli clavis*, Oratio.

Obſerv. 3. *Qvalitas* Orationis præſupponit conſtantiſſimam ad Deum ejusqve gloriam perpetuò directam intentionem, qvæ ex indignitatis aſſiduâ meditatione nunqvam, niſi ex corde contrito, humili, fideli, devoto & veræ pietatis Studio addictiſſimo preces fundendas eſſe, monebit aſſiduè.

Obſerv. 4. *Adminicula* devotionis qvotidianæ Studioſo Theologiæ neceſſariæ offerunt *Gerhardus, Meiſnerus, Hulſemannus*, & alii in Methodo Stud. Theol. qvorum preces, præmiſſis iis, qvæ *Gerhardus* in Exercitio Pietatis qvadripartito, & *Arndius* in Hortulo (*vel ideò aliis præferendo, qvia Phraſeologiam ſacram* futuro Concionatori aſſidua repetitione familiarem reddit) omnibus Chriſtianis neceſſaria ipſius Spiritûs Sancti verbis proferunt, non ſine ſingulari fructu qvotidiè repetere licebit. Vid. infra Obſervat. 7.

Nota: *Phraſis Arndiana* in benedictione veſpertinâ, qvæ non paucos offendit: Laß mir die heiligen Engel erſcheinen ꝛc. *vel omitti, vel commodè explicari poteſt*, de Angelo non informante, ſed cuſtodiente: vel etiam alia *commodior ſubſtitui*: Laß mich die heiligen Engel bewahren. &c.

Obſerv. 5. *Obſtacula* Orationis innumera, qvorum non ultimum eſt præpoſtera diligentia & inanis perſvaſio, majorem, etiam poſtpoſitis vel neglectis Precibus, lectionis, qvàm Orationis habendam eſſe rationem, facilè removebit meditatio neceſſitatis ex præced. Obſervatione 1. Confer de his & ſimilibus obſtaculis *Gymnaſium Patientiæ* p. 854. ſeq.

Obſerv. 6. *Remedia* oſcitantiam & dubitationem excludentia expoſita ſunt loco dicto. Confer *Selneccerum* in Pſalmum 63. qvi Reqviſita Orationis attendere jubet, qvæ ſunt *Cauſa, Meditatio, Affectus, Lingua, Actus & Vita*. Ita, ut nunqvam non oranti ob oculos verſentur *Mandatum, Exempla, Fidei exercitium*, ejusqve confirmatio, Angelorum lætitia, Satanæ depulſio, & Proximi invitatio.

Obſerv. 7. *Exempla* Orationis Theol. Studioſo neceſſariæ oſtendit Pſalmus 143, 10. *Doce me facere voluntatem tuam, qvia DEUS meus es tu. Spiritus tuus bonus deducat me in terrâ rectâ.* Et Pſalmus 119. verſ. 18. *Revela oculos meos, & conſiderabo mirabilia de lege tuâ,*

&

& verſ. 125. *Servus tuus ſum ego, da mihi intellectum, ut ſciam teſtimonia tua.*

Canon. Præſtat vel unicum eligere ſuſpirium, qvàm varias precandi formulas ſine devotione accumulare.

Ejusmodi ſunt ſequentia:

I. Veni Sancte Spiritus, & emitte cœlitùs lucis tuæ radium, ut tibi grata & Eccleſiæ tuæ ſalutaria cogitare, dicere, & facere poſſim, ad nominis tui gloriam & Studiorum meorum incrementum, propter Chriſtum Dominum noſtrum, Amen!

Cum voto ſub finem ſtudiorum:

Gloria ſit Omnipotenti Deo, pro revelatione veritatis ſuæ, qvam in me conſervet, in odorem vitæ & ſalutis ſempiternæ, propter Chriſtum Dominum noſtrum, Amen!

Qvibus addi poteſt & iſtud:

II. Domine Deus Pater cœleſtis, adſis mihi tuo SS. Spiritu, & benedic meis laboribus atqve ſtudiis, ut qvotidiè proficiam in pietate, probitate & eruditione, adeoqve ſapientiâ, ætate & gratiâ apud Deum atq; homines.

Non nobis, Domine, non nobis, ſed Nomini tuo da gloriam, propter Chriſtum, Amen!

Et finitis laboribus:

Gloria in excelſis Deo, pro gratiâ & Spiritûs Sancti aſſiſtentiâ benigniſſimè mihi conceſsâ. Perge, ô Deus, clementiſſime Pater, ſine cujus numine nihil eſt in homine, & confirma, qvod operatus es. Illumina intellectum, conforta memoriam, dirige voluntatem, ut te cogitem, tibi obediam, te celebrem, lecta intelligam, intellecta retineam, & retenta applicare, atqve ad uſum feliciter transferre poſſim. Fac me organum gratiæ tuæ ſalutare ad nominis tui gloriam & Eccleſiæ ſalutem, propter Chriſtum, Amen!

Vel etiam ſeqvens:

III. Ut ea, qvæ vera, qvæ ſana, qvæ S. literis conformia, Eccleſiæ CHRISTI utilia, & mihi ſalutaria, legere, cogitare & facere liceat, adſit Pater ille luminum, à qvo omne donum optimum & per-

perfectum deſcendit, & me regat ſuo SS. Spiritu, ad nominis ſui gloriam propter Chriſtum, Amen!

Et finitis Studiis:

Deo omnis veræ Sapientiæ fonti & largitori, qvi ſolus potens eſt, Regi Regum & Domino dominantium, Æterno Patri, unà cum Filio ſuo Unigenito, in unitate Spiritûs ſancti, ſit laus, honor, gloria & imperium ſempiternum, Amen!

Hæc ſuſpiria junge perpetuò, vel etiam ex his formulam tibi colligé, aut elige, cui dicas, tu mihi ſola places. Conſ. Bet-Schul. Bet-Kunſt. Nec non preces ex Pſalteriò, ſub Titulo: Das allerbeſte Gebet-Buch.

MEMBRUM II.
De Meditatione.

§. 1.

M*Editatio ſacra eſt attenta rerum divinarum ad praxin directa conſideratio.*

Obſervatio. Meditatio, qvam Pſaltes Pſalmo 1. per הגה Apoſtolus verò per ἀναζωπυρεῖν (ignem ſopitum ſuſcitare, ne extingvatur, & ſufflaminare aufblaſen, ut flammam concipiat.) 2. Tim. 1, 6. exprimit, *motum animi, ſive cogitationis in rem aliqvam intenta continuationem & intentionem vocat*, adeoqꝫ includit Verbi divini tractationem tam *extrinſecam* ſeu lectionem, qvàm *intrinſecam* ſeu meditationem, tam *Theoreticam*, ut intelligas, qvàm *practicam*, ut vitâ exprimas, tàm *abſolutam*, qvæ inſerviat tibi, ut proficias, qvàm *reſpectivam*, qvæ dirigatur ad proximum, ut eundem erudias. Et qvidem non *ſuperficiariam*, ſed *accuratam & continuam*; ita ut, ceſſante *actu*, nunqvam ceſſet *affectus*.

Qvorſum facit illud Pauli, qvi monet: *ut ſermo CHRISTI* in animo noſtro *inhabitet*, ἐνοικείτω πλουσίως Col. 3, 16. non obiter, ſed ex Chryſoſtomi obſervatione μετὰ πολλῆς σπουδῆς, *cum maximâ diligentiâ*, & freqventi atqve aſſiduâ tractatione. *Habitare* enim in Scripturis accipitur de fixo & *permanente uſu*, *& opponitur tranſitoriæ actioni*, qvalis eſt peregrinantium, Jerem. 14, 8. qvi non habitant in diverſoriis, ſed pau-

paulliſper inhærentur, & poſtea diſcedunt. Adeoqve *Verbum DEI* tractare decet non perfunctoriè, obiter, ſed *aſſiduè*, ita, ut Studioſus Theologiæ *totus ſit* in hoc ſtudio diſcendi verbum Dei, & non tantùm *ſufficientem*, ſed & *copioſam* ejus notitiam habeat, qvemadmodum qvis non ut ignotus aut peregrinus, ſeu rarus hoſpes, ſed *notiſſimus* perpetuò domum *inhabitans*, *omnes & ſingulas domicilii ſui cellulas diſtinctè & accuratiſſimè cognitas* habet atqve perſpectas. Conf. Joh. 14,23. & ἐρευνᾶτε, Joh. 5,39. de qvo agit Theologia Exegetica.

§. 2. *Meditatio ſacra* h. l. *non communis, qvæ omnes & ſingulos credentes decet, ſed peculiaris, Studioſo Theologiæ imprimis attendenda intelligitur.* Conf. de communi meditatione Pſalm. 1. qvæ etiam principi inter medios belli ſtrepitus neqvaqvam negligenda, Joſuæ Cap. I. qvi die ac nocte meditari debet legem.

§. 3. *Cujus tanta eſt cum ineffabili utilitate conjuncta neceſſitas, ut ſine illâ impoſſibile ſit ad finem Studii Theologici pervenire.*

Obſerv. 1. Meditatio Theologica univerſam in S. Literis occupationem includit.

Obſerv. 2. Meditatio ſacra *requirit totum hominem*, ejusqve auditum, viſum, intellectum, memoriam, judicium, manum, os, & lingvam.

Obſerv. 3. *Locus* meditationis ſacræ publicæ, cum privatâ conjungendæ, eſt ſchola, tàm inferior, qvàm ſuperior, ſive Academia.

§. 4. *Eſt verò hæc meditatio alia generalis, qvæ lectionem, relectionem & prælectionem includit, alia verò ſpecialior.*

Obſervatio: *Lectio* intellectum, *relectio* memoriam, *prælectio* judicium perficit, dum alios docendo ſeipſum docet Theologus, cui nec φύσις, nec *μελέτης* deeſt, *neqve ἀσκήσεως*.

§. 5. *Generalis meditatio theoriam ſimul & praxin indivulſo nexu reſpicit.*

Obſervatio. Meditatio Theologica non fit *præpoſterè*, neglectis precibus inſtituta, nec *Enthuſiaſtica, nocturna, confuſa, ſed ordine accurato continuata*, ita, ut *præſupponat orationem & præceptorum auſcultationem*,

 atqve

atqve lectionem neceſſariam, qvam ſeqvatur *repetitio*, declamatio, diſputatio, concio, ſcriptio, & aliorum *informatio*. De qvibus infra Sect. 3. in explicatione mediorum Studii Theologiæ agendum erit.

§. 6. Meditatio ſpecialior certum Scripturæ S. dictum, aut doctrinæ Chriſtianæ caput, ejusq́ theoriam & uſum ſpectat. Confer inſignes *Gerhardi* meditationes, nec non *Meiſnerianæ*, Feſtis præcipuis adaptata meletemata, & *Geſneri* meditationem Pſalterii generalem, ſub finem commentarii in Pſalmos. *Inprimis verò Meletemata de Agno DEI tollente peccata mundi, in fine Theol. Exegeticæ. NB.*

MEMBRUM III.
De Tentatione.

§. 1.

T*Entatio eſt practica profectuum diſcentis exploratio & examen rigoroſum.*

Obſerv. 1. Qvemadmodum *diſcipulus*, ita & Prophetarum filius ſive Theologiæ Studioſus *examini* perpetuò ſubjectus eſt.

Obſerv. 2. Uti verò in omni *examine* attenditur

I. *Actus* ſive accurata inqviſitio in diſcentis ſive diſcipuli 1. *notitiam* & objecti propoſiti apprehenſionem. 2. *intelligentiam*. 3. *explicationem*. 4. *applicationem*, ut conſtet, an diſcipulus tradita 1. didicerit. 2. rectè intellexerit. 3. ita, ut illa qvovis tempore promere, repetere & aliis interrogantibus explicare. 4. tandemqve applicare & ad uſum transferre poſſit.

II. *Scopus*, qvi eſt agnitio tùm *defectus*, qvi majorem reqvirit diligentiam; tùm *profectus* diſcentis, qvem comitantur laus, honor & præmia:

Sic etiam hoc ipſum in *Tentatione ſive rigoroſo Theologi examine deprehenditur*, ubi Deus in *profectus* diſcentis inqvirit, *defectus* oſtendit, *humilitatem* & devotionem accendit, & *dona* petentibus ſubinde auget, imò & majora largitur.

§. 2. *Ten-*

§. 2. *Tentatio ratione principii alia divina, alia humana, alia Diabolica; ratione verò ſcopi, alia bona & utilis, alia verò mala & exitioſa eſt.*

Canon 1. Deus examinat, ut probet, Geneſ. 22, 1. & informet: Joh. 6, 6. *Diabolus* verò, ut ſeducat & ad peccandum alliciat. Conf. Jacobi 1, 14. Vid. Gymnaſium Patientiæ p. 747.

Canon 2. *Tentatio Divina* omnium graviſſima, *Diabolica* freqventiſſima, *Mundana* verò periculoſiſſima eſt.

Canon 3. *Tentatio* Theologiæ Studioſo & *neceſſaria* eſt, & *utiliſſima*.

Non tentatus, qvalia ſcit? Sirac. 34. verſ. 11. Bonum eſt mihi, Domine &c. Pſalm. 119, 71.

Vexatio dat intellectum Eſa. 28, 19. & probationem Rom 5. verſ. 4: Anfechtung macht gute Chriſten / unverſuchte Leute ſind unerfahren / eitel unnütze Speculiſten / was ſolten die wiſſen / verführen gleichwohl alle Welt. Lutheri gloſſ.

Canon 4. *Tentatio eſt egregia fidei moramq; magiſtra.* Hæc enim ad complementum & perfectionem deducit Theologum, dum mentem informat, voluntatem à malo revocat, affectûs domat, carnem crucifigit, ineffabilem Verbi divini efficaciam oſtendit, humilitatem inculcat, ſuperbiam expellit, *γνῶθι σεαυτὸν* demonſtrat, & *neceſſariam ſcientiæ ſuperaddit experientiam Theologicam.* Confer Gymnaſium Patientiæ p. 717.

§. 3. *Antidota Tentationum alia generalia ſunt, oratio & meditatio, ejusq; fructus, fiduciæ corroboratio, patientia, perſeverantia & liberationis ſpes certiſſima; alia verò ſpecialia, ſingulis tentationibus opponenda.*

Obſerv. 1. *Orationis & meditationis* naturam & utilitatem oſtendit præcedens membrum 1. & 2.

Obſerv. 2. *Fiduciæ, patientiæ, perſeverantiæ & ſpei* Chriſtianæ fundamenta explicat Gymnaſium Patientiæ p. 791. ſeq.

Obſerv. 3. *Specialia tentationis Divinæ, humanæ & Diabolicæ antidota* expoſita ſunt in eodem Gymnaſio Patientiæ p. 725. p. 740. p. 760. Confer Enchiridion conſolatorium *Gerhardi*, ſpeculum tentationum

Scherzerii, antidotum *Welleri, Aviani, Mulmanni*. Et inprimis *Lutherum* in Cap. 22. & 32. Geneſeos.

SECTIO II.
De adminiculis Studii Theologici.

§. 1.

ADminicula Studii Theologici vel Philologica ſunt, vel Philoſophica.

§. 2. *Philologica Lingvas Theologo neceſſarias, Philoſophica verò ſufficientem Philoſophiæ cognitionem reſpiciunt*, de qvibus ordine agendum.

MEMBRUM I.
De Adminiculis Philologicis.

§. 1.

ADminicula Philologica Lingvarum notitiam attendunt, tùm neceſſariam, tùm honorariam.

§. 2. *Lingvæ ſimpliciter Theologo neceſſariæ ſunt 1. Hebraica (cum cognatis) 2. Græca. 3. Latina. 4. Germanica.*

§. 3. *Honorariæ verò ſunt, qvæ magis ornant, qvàm perficiunt Theologum, ut Arabica, Æthiopica, Perſica & ſimiles.*

TITULUS I.
De Lingva Hebraica, & cognatis Orientalibus.

§. 1.

LIngvæ Hebrææ notanda eſt Neceſſitas, Utilitas, & Methodus diſcendi atqve tandem applicandi.

§. 2. Neceſ-

§. 2. *Neceſſitatem & utilitatem oſtendit univerſæ Theologia* Poſitiva, Polemica, Exegetica & Moralis, ex neceſſaria terminorum cognitione, adverſariorum, inprimis Judæorum, refutatione, fundamentali Scripturæ explicatione, ejusq; ad mores auditorum applicatione.

§. 3. *Methodus feliciter addiſcendi & applicandi Linguam Hebræam à Grammaticis ſimul & Theologis diſcenda eſt.*

Obſerv. 1. *Grammaticam* Buxtorffii, Trottii, Martinii, Baldovii, Wasmuthi, & Glaſſii cum ejusdem Philologiâ S. conjungere neminem pœnitebit.

Obſerv. 2. Studium Grammaticum nunqvam ſine *Lexico Buxtorffi* vel *Pagnini* (cum notis *Merceri*) *Forſteri*, *Schindleri*, *Avenarii* aut ſimili ſuſcipiatur. Ex qvibus beneficio *Concordantiarum Buxtorffii* variæ ſignificationes annotandæ ſunt. [qvarum Epitome, cum Imitatione Lexici Paſoris nuper lucem vidit Francofurti ad Viadrum An. 1676.]

Obſerv. 3. *Applicationem* hujus laboris ad univerſum Theologiæ Studium monſtrabit infrà appendix de Uſu Concordantiarum. Ad qvem ſcopum *Theologi* eligendi ſunt in lingvis Orientalibus verſatiſſimi & *exercitatiſſimi*. Confer præter D. Calovii Annotationes in univerſa Biblia, *Glaſſii* exegeſin dicti Geneſ. 3, 15. & Pſalmi 110. nec non *Tarnovii* Comm. in Pſalmos ſelectiores & Prophetas minores. Et Inprimis accuratum *D. Geieri* Commentarium in Proverbia, Danielem, Pſalterium & Eccleſiaſten. Ex qvibus *præcipuas ſingularum vocum explicationes, exemplorum inductiones, & applicationes practicas annotare* aut Lexico qvotidianis uſibus inſervienti vel Repertorio Hebraico, vel etiam Lexico Buxtorffii inſerere non pœnitebit.

§. 4. *Cognatæ Hebræorum Lingvæ ſunt Chaldaica, Syriaca & Arabica.*

Obſerv. In Studio Lingvæ Chaldaicæ, Syriacæ & Arabicæ [cum reliqvis *Orientalibus*, de qvibus infr. Tit. 5. agendum] poſt ſufficientem Hebrææ Lingvæ cognitionem juxta Buxtorffii, Dilherri, Troſtii, Crineſii & Erpenii, *atque Kirſtenii* manuductionem, felicius pergere licebit. Confer de his *Briani Waltoni apparatum* Tom. 1. Bibl. Anglic.

ejusq;

ejusq; diſſertationem de Lingvis Orientalibus, & *Theſaurum* Philologicum *Hottingeri*. Inprimis verò Lexicon Caſtelli egregium. Confer infrà appendicem hujus methodi de ornamentis Criticis.

TITULUS II.
De Lingva Græca.

§. 1.

G*Ræcam Lingvam cum Hebræâ pari paſſu excolere debet futurus Theologus.*

Obſerv. Sine Græcæ Lingvæ cognitione tàm impoſſibile eſt Novi Teſtamenti Libros Canonicos & Græcam 70. Interpp. verſionem V. T. intelligere, qvàm impoſſibile eſt, Hebræum Veteris Teſtamenti Codicem, ejusq; emphaſin ſine Hebrææ Lingvæ cognitione evolvere.

§. 2. *Studium Græcæ Lingvæ ad ſcopum Theologiæ Studioſo præfixum perpetuò dirigendum eſt.*

Obſerv. 1. Poſt *præcepta Grammatica* Welleri, Golii, vel Keimanni (qvæ ſingulari & accuratâ brevitate paucis multa offerunt) non modò *radices* juxta manuductionem clavis Lubini, & portulæ Seidelii memoriæ *imprimendæ*, verùm etiam beneficio *Lexici Paſoris* ex ipſo N. T. qvotidiè *recolendæ* ſunt, donec memoriæ reddantur familiariſſimæ. Confer præfationem Lexico Paſoris præfixam.

Obſerv. 2. *Scripta Ariſtotelis, Plutarchi, Platonis, Homeri, Pindari,* & ſimilia, creſcente judicio, accurato ſtudio evolvenda, & cum *Lexico Scapulæ* & Theſauro Græcæ Lingvæ Heinrici *Stephani* conferenda ſunt, ut idiotiſmi Græcæ Lingvæ rectiùs innoteſcant futuro Theologo.

§. 3. *Applicatio Græcæ Lingvæ ad Studium Theologicum non ſolùm à Grammaticis, verùm etiam à Theologis in hâc Lingvâ exercitatiſſimis optimè addiſcitur.*

Obſerv. 1. *Adminicula & exempla* hujus applicationis, non modò Grammatica ſacra *Glaſſii* exhibet, verùm etiam præter accuratas D. Calovii Annotationes in Univerſa Biblia, inprimis *Chemnitius* in Locis & Examine Concil. Trident. nec non in Harmoniâ Evangelicâ. Ejusq; con-

continuatores *Lyſerus & Gerhardus*, cujus vel ſolus in Epiſtolam Petri & in hiſtoriam paſſionis commentarius, nec non Crauſeri Phoſphorus N. T. viam Theologiæ Studioſo hâc in parte feliciter monſtrabit.

Obſerv. 2. Qvi à teneris *potiſſimorum vocabulorum emphaſin* juxta manuductionem Autorum prædictorum ordine Alphabetico conſignare, atqve vel *Repertorio Græco*, qvod infra libro 3 monſtratur, ſive Concordantiis Stephani, vel Schmidii, ſive etiam Lexico Paſoris, aut Cornelii Schrevelii inſerere incipiunt, & uſqve ad ſeram ſenectutem laborem hunc qvotidianis lectionibus & meditationibus ſubinde locupletando continuant, illi theſaurum tandem ſibi acqvirunt incomparabilem, qvem temporis progreſſu lectio *Suidæ*, *Budæi*, nec non annotat. in N. T. *Eraſmi, Camerarii, Schmidii, Piſcatoris, Druſii, Bezæ*, (qvem tamen ob audaciam, & prætoriam autoritatem ſibi arrogatam ipſe *Waltonus* taxat in apparat. Bibl. Angiic.) *Strigelii, Cameronis, Capelli, Heinſii, Walæi, Grotii*, & aliorum, qvos conjunctim exhibent *Biblia Critica Anglicana*, qvorum Epitomen Poli annotationes offerunt, indies augere poterit.

Obſerv. 3. *Exemplum* hujus laboris non ſine fructu in ſimilibus imitandum exhibet appendix Tituli 5. de Uſu Concordantiarum.

TITULUS III.
De Lingva Latina.

§. 1.

Lingvæ Latinæ notitiâ nullus hodiè Studioſus Theologiæ carere poteſt.

Cujus fundamenta Grammatica ex Schmidio; nec non phraſeologia ex autoribus claſſicis, ut & *adminicula* ex Comenii Orbe picto, Veſtibulo, Januâ & Atrio, Colloqviis Stephanii, Theſauro H. Stephani & Reyheri, Lexico Philologico & Etymologico Martinii & Voſſii, & ſimilibus huc facientibus h. l. præſupponuntur.

§. 2. *Stylus Theologi non tàm ornatum & elegantiam ſermonis, qvàm accuratam proprietatem, puritatem atqve perſpicuitatem, officio Didactico convenientem deſiderat.*

Obſervatio 1. Præſtat *fontes* Græcos & Hebr. S. Codicis cum Germanica Lutheri verſione aſſiduo ſtudio evolvere, qvàm lectioni Vulgatæ verſionis Bibl. Latinæ nimium tribuere.

Obſerv. 2. In exprimendis myſteriis & fidei articulis tutiùs eſt *imitari Chemnitium*, qvàm Ciceronem, aut gregem Scholaſticorum.

TITULUS IV.
De Lingvâ Germanicâ.

§. 1.

Cultura lingvæ Germanicæ neqvaqvam negligenda eſt Theologo.

Obſervatio: Qvi *neglectâ vernaculâ* ſolùm lingvas ſectantur exoticas, illi plerumq; nimis ſerò hoc irreparabile damnum deplorare coguntur, dum ad conciones publicas qvaſi muti deprehenduntur & ineptiſſimi. Ut cum rubore cogantur audire illud *Franzii*: Ihr leſet die Deutſche Bibel nicht. Imò vel unicum illud Exod. 33. *Poſteriora mea videbis*: etiam Oratori Latino exercitatiſſimo manet ineffabile.

§. 2. *Stylus Theologum neqvaqvam pompoſus, ſed proprius, ſimplex atqve perſpicuus decet, & verè Apoſtolicus.*

Non λόγος *τῶν πεφυσιωμένων inflatorum* 1. Cor. 4, 19. conſiſtens in perſvaſoriis humanæ ſapientiæ verbis, ſed in oſtenſione Spiritus ac potentiæ 1. Cor. 2, 4.

§. 3. *Adminicula ſtyli didactici ſunt aſſidua Bibliorum German. Lutheri, ejusq; ſcriptorum catecheticorum lectio, & phraſeologiæ ſacræ collectio, atqve collectæ ſedula repetitio.*

Obſerv. 1. *Stylus Opitianus* & Conſtitutionibus Imperialibus ſimilis Politicum potiùs decet, qvàm Theologum. Confer Matheſium in vitâ Lutheri vom Stadtſchreiber Deutſch.

Obſerv. 2. *Collectio phraſeologiæ ſacræ* reqvirit conſignationem à teneris inchoatam

1. *Dictorum Scripturæ præcipuorum*, non ſolùm juxta ſeriem librorum V. & N. T. modo in libello Biblico Schmuccii obſervato; verùm etiam juxta manuductionem in libello Mnemonico (Gedenck-Kunſt)

Kunſt) monſtratam, ut præcipua Theologiæ, tam Poſitivæ, qvàm moralis fundamenta, dicta & exempla adhuc puero reddantur qvotidianâ repetitione familiariſſima. Qvibus, ſi deinceps addatur Manuale, das Hand-Buch / promtiſſimus erit futurus Concionator ad exprimendos qvoscunqve termin[illegible], ſive illi occurrant Hebr. Græci, vel Latini. Qvâ de re ita judicat Excell. Theologus Argentoratenſis, Dn. D. B. Bebelius: Gratulor univerſæ Eccleſiæ de utiliſſimo & hactenus deſiderati[illegible]ſſimo labore. Volumus noſtros etiam laicos, ut vocantur, proficere, ut debent, in ſuo Chriſtianiſmo, & adoleſcere in virum robuſtum, neqve tamen ſuppeditamus cibum profectui neceſſarium. Latinis ſcribimus, non Ge[illegible]is, inter qvos tamen vivimus. Pauci ſunt, qvi in gratiam ſuorum [illegible] de articulis fidei aliqvid accuratiùs elaborarent. Qvare *magnifaciendum eſt D. Olearii Manuale*, in qvo & Germanico idiomate, & aptiſſimâ methodo credenda complexus eſt. Deus reddat præmium fideliſſimo ſervo, & per hanc manum ſuam plures ad ſeſe trahat, ducat, & in cælum perducat!

2. *Formularum loqvendi*, qvæ ſingulis dicendi generibus, & Concionis partibus conveniunt, juxta viam in Methodo concionandi Hülſemannianâ, nec non in Oratoria Eccleſ. indicatam.

3. *Exemplorum, qvæ ſingulis Tropis & Figuris* Rhetoricis conveniunt, præeunte Glaſſio in Rhetoricâ S. & Oratoriâ Eccleſ.

4. *Dictorum parallelorum*, tam res ſacras, qvàm verba ipſa attinentium, in margine Codicis Biblici Germanici.

Cujus rei *exempla Chemnitius* offert in locis, & Harmoniâ Evangelicâ, & explicatione Evangel. Dominicalium Germanicâ, atqve *Balduinus* in Poſtill. Evang. German. nec non *Scheri* Hortulus, & *Vogelii* Theſaurus, cum Concordantiis *Crellii & Agricolæ*.

v. g. ad Pſalmum 1, 2. Er redet von ſeinem Geſetz Tag und Nacht / non ſufficit annotare *dictum parallelum verbale*, qvod ſimilem phraſin offert Joſuæ 1, 8. Betrachte es Tag und Nacht; ſed etiam reqviruntur *dicta parallela realia*, qvæ eandem rem verbis mutatis *emphaticè* exprimunt, qvalia ſunt: Laß das Buch nicht von deinem Munde kommen. l. d. Laſſet das Wort Chriſti unter euch reichlich wohnen / Coloſſ. 3, 16. Du ſolt dieſe Wort zu Hertzen nehmen / und ſolt ſie deinen Kindern ſchärffen (immer treiben und üben. Vid. Lutheri Gloſſ. h. l.) Und davon reden / wenn du ſitzeſt oder geheſt / Deut. 6. verſ. 7. nach Abrahams Exempel:

Digitized by Google

empel: Er wird befehlen ſeinen Kindern / und ſeinem Hauſe nach ihm / daß ſie des HERRN Wege halten und thun / was recht und gut iſt. Geneſ. 18. verſ. 19.

Qvæ collectio ſine labore & tædio feliciùs abſolvitur, ſi, qvæcunqve in qvotidianâ Bibliorum lectione occurrunt, *ad unicum ſolùm locum per numeros* notentur, reliqva verò capita ad eundem referantur. Sic v. g. ſufficit margini Pſalmi 1, 2. addere: Confer Joſuæ C. 1, 8. & Coloſſ. 3, 16. Deut. 6, 7. Geneſ. 18, 19. His verò ſingulis locis adſcribere: v. g. Coloſſ. Cap. 3, 16.] vide Pſalmum I. v. 2. cujus evolutio reliqva ibidem annotata offert.

5. *Sententiarum Lutheri potiſſimarum*; juxta manuductionem Neandri, Fabricii, vel Kirchneri.

6. *Fundamentorum*, qvæ ſolidæ textuum *Evangelicorum* & Epiſtolicorum explicationi inſerviunt, ut aſſiduâ *repetitione ſingulis diebus Dominicis* continuatâ memoriæ reddantur familiariſſima. Ubi ob *ſtyli gravitatem* eminent labores *Chemnicii & Balduini*, inprimis verò Lutheri, cujus Epitomen offert libellus, cui Titulus: Glaubens-Sieg.

Obſerv. 3. Phraſeologia ſacra hoc modo collecta *repetitione primùm qvotidianâ, dein menſtruâ futuro Concionatori reddenda eſt familiariſſima*, ut verba facturus publicè paratus ſit tàm credenda, qvam agenda non niſi ipſis Spiritus S. verbis accuratè & perſpicuè auditoribus exprimere, *& loqvi non ſermonibus, qvos docet humana ſapientia*, ſed λόγοις διδακτοῖς πνεύματος ἁγίου: *Sermonibus, qvos docet ipſe Spiritus Sanctus* 1. Cor. 2, 13. NB. reden mit Worten / die der heilige Geiſt lehret.

TITULUS V.
De Lingvis Honorariis.

§. 1.

H*Onorariæ Lingvæ ſunt, qvarum cognitio non tàm perficit, qvàm ornat Theologum.*

Obſervatio. Theologus nunqvam non animo repetens illud Salvatoris; *Unum eſt neceſſarium* Luc. 10, 42. de fundamentis ex Codice ſacro

ſacro addiſcendis inprimis ſolicitus eſt, qvibus ſi & ingenii, & ſumtuum & temporis ratio non obſtat, oblatâ diſcendi occaſione ornamenta gratâ manu, vel in mediis officii laboribus, ſuperaddere poteſt.

§. 2. *Tales ſunt non modò Lingva Perſica, Æthiopica, Samaritana, Armena, Copta, & ſimiles, verùm etiam Vandalica, Italica, Gallica & Hiſpanica, nec non Anglica & Belgica, cum cognatis.*

Obſerv. 1. *Uſum Lingvæ Perſicæ & cognatarum* oſtendunt verſiones Æthiopicæ, Samaritanæ & Perſicæ, *Bibliis Anglicis* inſertæ, inprimis verò egregium Caſtelli Lexicon, nec non *Brianus Waltonus* in apparatu & Diſſertatione ſuprà citatis, *Hottingerus* in *Theſauro* Philologico, *Hiſtoriâ* Orientali, & *Promtuario* ſive *Bibliothecâ* Orientali, & in *Faſciculo Diſſertationum* Theol. Philologicarum, de translationibus Bibl. Armenorum, Ægyptiorum, Perſarum, *Æthiopum* &c. ut & *Ludovicus de Dieu* in annotationibus. (Confer præfat. annot. in libros V. T. qvæ cenſet, *nativam qvorundam verborum ſignificationem & ſenſum multò melius ex tali Lingvarum collatione, qvàm ex Lexicis erui & indagari.*) Et ex noſtris *D. Johann. Ern. Gerhardus* in annotationibus in Matthæum.

Obſerv. 2. *Uſus Lingvæ Italicæ* ex collatione variarum Scripturæ S. verſionum patet. Confer Menzeri Exegeſin artic. 3. A. Conf. p. 182. ubi exemplar Bibl. Italic. A. 1546. Venetiis excuſum citat, in qvo Galat. C. 2, 16. verba Pauli ita exprimuntur: Solo per la ſede, *per ſolam fidem Jeſu Chriſti* juſtificamur.

Obſerv. 3. *Uſus Lingvæ Gallicæ* conſtat ex collatione verſionis Gallicæ Bibl. cum annotationibus Jean Diodati Genevæ Anno 1644. editis in fol. Confer Dictionarium Gall. Germ. Latinum. Genev. Anno 1664.

Obſerv. 4. *Uſus Lingvæ Vandalicæ, Anglicæ, Belgicæ, & Hiſpanicæ* ſimilis eſt prioribus, in variarum verſionum collatione & adverſariorum refutatione.

APPENDIX
De Concordantiis Biblicis.

§. I.

Concordantiæ Biblicæ ſunt accurati Indices, beneficio aſſiduæ Scripturarum lectionis adornati, ex qvibus ubi & qvoties qvævis vocabula, tàm in univerſo Codice ſacro, qvàm in ſingulis ejusdem libris, verſiculis & capitibus contineantur, facilè patet.

Obſerv. Concordantiæ Biblicæ *ſunt repertoria utiliſſima*, Studio Lingvarum tàm ſingulari, qvàm conjuncto, earumq; mutuæ collationi ſummè neceſſariæ inſervientia. Vid. infr. § 3.

§. 2. *Concordantiæ Biblicæ diſtingvuntur vel ratione certi idiomatis, in Hebræas, Græcas, & Latinas; vel ratione diſtincti objecti in verbales & reales, nec non ratione Lingvarum in ſimplices & conjunctas.*

Obſerv. 1. Inter Concordantias *Hebræas* eminent *Buxtorfianæ*, qvibus deſtitutis ſubvenit Epitome nuper edita, nec non *Lexicon Pagnini & Avenarii*, qvorum utrumqve & ſignificationem & ſeriem verborum Grammaticam, juxta ſingulas conjugationes exhibet.

Obſerv. 2. *Concordantias Græcas* V. T. verſionis LXX. Interpretum collegit *Kircherus*. Cujus *egregius labor eâdem opera Concordantias Hebræas V. T. offert*, dum enim oſtendit v. g. verbum אמר per ἔπω, λέγω, λαλέω & alia ejusmodi verba à LXX. Interpretibus exprimi, ſimul monſtrat, ubi & qvoties verbum אמר in univerſo V. T. Codice occurrat. Novi verò Teſtamenti Concordantias adornavit *Henricus Stephanus*, & *Eraſmus Schmidius*, qvibus deſtitutus ob ſeriem & analyſin vocum Grammaticam adhibere poterit Lexicon Nov. Teſt. *Paſoris*.

Obſerv. 3. Concordantiæ Latinæ tùm *Hanovienſes* extant in folio, tùm *Colonienſes* in 4.

Obſerv. 4. Concordantiæ *Germanicæ* non ſolùm imperfectiores habentur *Petri Patientis*, ſed etiam perfectiores *Conradi Agricolæ*.

Obſerv. 5.

Digitized by Google

Obſerv. 5. Singulæ hactenus enumeratæ Concordantiæ *verbales* vocari poſſunt, qvia in ſingulis *vocibus*, non tam rem ipſam, qvàm *ſeriem librorum Biblicorum*, qvoad capita & verſiculos attendunt.

Obſerv. 6. Alium verò ſcopum *reales* habent *Concordantiæ*, qvæ ſub certis titulis *rem ipſam* ex univerſo ſacro Codice explicant. Qvorſum ſpectant *Clavis Flacii*, *Rhetorica ſacra Glaſſii*, *Theſaurus Scripturæ Marlorati*, & *Ravanelli* (qvi accuratum & in Controverſiis Calvinianis exercitatiſſimum reqvirunt Lectorem) Concordantiæ German. *Crellii*, Theſaurus Latino-Germanicus *Vogelii*, Index Bibliorum Herbornenſium *Piſcatoris*.

Obſerv. 7. Præter Concordantias ſimplices hactenus enumeratas, conjunctas Bibliorum Concordantias Hebr. Græc. & Germanicas promittit diligentia Lankiſiana meritò laudanda.

§. 3. *Uſus Concordantiarum Biblicarum per univerſam Theologiam Poſitivam, Polemicam, Exegeticam & Moralem, eſt ampliſſimus, qvem peculiari tractatu expoſuit Franzius de Interp. Scripturæ Sacræ, nec non Conradus Kircherus.*

Concordantiæ enim Biblicæ, non ſolùm *terminorum Theologicorum* explicationem, in ſingulis fidei articulis, oſtendunt, & adverſariorum fictas *Homonymias* atqve imperfectas *inductiones* refellunt, verùm etiam ob copiam dictorum parallelorum, & phraſeologiæ Spiritûs Sancti collationem, tàm genuinam Scripturæ *interpretationem*, qvàm dextram illius ad mores *applicationem* adjuvant.

Obſerv. 1. Qvoties aliqvod *vocabulum* Theologo in Sacro Codice offertur, probè attendendum eſt, qvomodo illud vel *propriè*, *vel metaphoricè*, *vel eminenter accipiatur*, & *vel Creatori*, *vel Creaturis*, *vel incorporeis ſeu Angelis*, *vel corporeis ſeu hominibus tribuatur reſpectu conditionis*, *vel generalis*, (qvatenus creaturæ rationales ſunt) *vel ſpecialis*, [qvatenus homines renati ſunt,] *vel individualis*, [qvatenus in ſtatu *Eccleſiaſtico, Politico, vel Oeconomico* vivunt] e. g. *Vox Patris* in Scripturâ S. aſſignatur 1. *Creatori*, tàm *eſſentialiter*, qvàm *perſonaliter*, ut docet ſumma Theologiæ Poſitivæ Artic. 13. 2. *Creaturæ* ſive homini, in qvarto præcepto, ita, ut ſimul *parentes* & *naturâ* & *curâ* tales, qvi Patres vocantur, in ſtatu *Eccleſiaſtico, Politico* & *Oeconomico* includantur. Uti patet ex Theol. Morali. Pater enim appellatur is, qvi poteſtatem habet

bet 1. *Eccleſiaſticam*, in oviculas Paſtor Galat. 4, 19. 2. *Scholaſticam*, Præceptor in diſcipulos 2. Reg. 13, 14. 3. *Politicam*, Magiſtratus in ſubditos Gen. 41, 43. 4. *Oeconomicam*, herus in ſervum 2. Reg. 5, verſ. 13.

Obſerv. 2. Singulæ *ſignificationes* partim ad *Onomatologiam*, [Etymologiam, Homonymiam, & Synonymiam] partim ad *Pragmatologiam*, & tum ad *theſin*, tum ad *antitheſin*, tum ad *praxin*, rectiùs intelligendam, facere poſſunt. Cujus rei exempla ſinguli Articuli Theologiæ Poſitivæ exhibent.

Obſerv. 3 *Collationem* Concordantiarum Hebraicarum, Græcarum, Latinarum, & Germanicarum, Hütterus in Cubo, & Kircherus in Concordantiis Græco-Hebraicis, *Chemnicius* & *Gerhardus* in Locis, qvoties Onomatologia explicanda eſt, oſtendit. Confer ejuſdem continuationem *Harmoniæ*, & D. *Maukiſch* diſſertationem de uſu Philologiæ ſacræ, nec non Crauſeri Phoſphorum.

Obſerv. 4. *Collationis* Concordantiarum Verbalium ſimul & realium ſummè neceſſariæ *utilitatem* exhibet *exemplum* ſeqvens, qvod inſtar Cynoſuræ in ſimili negotio feliciter imitari non pigebit.

Præparationem ad Salvatoris adventum Johannes inculcat, dicens; ἑτοιμάσατε Matth. 3, 3. *parate* viam Domino, & εὐθύνατε *dirigite* viam, Joh. 1, 23. Johannes enim juxta prædictionem Eſaiæ C. 40, 3. & Malachiæ, C. 3, 1. Meſſiæ erat *præcurſor*, cui incumbit κατασκευάζειν *præparare* viam, Matth. XI, 10. LXX. Interpp. adhibent verbum ἑτοιμάζω Eſa. 40, 3. ut exprimant Hebraicum פנה & כון, qvorum illud *præparationem*, hoc verò ſimul *aptam diſpoſitionem*, *directionem*, *confirmationem & ſtabilitatem* reſpicit. Qvod & Malachiæ 3, 1. innuunt, ita vertentes: ἐπιβλέψεται *reſpiciet* viam. Qvibus reſpondet Latinum *complanare*, & Germanicum bereiten. Nec non Eſa. 40, 3. 1. Bereitet den Weg / 2. macht eine ebene Bahn / 3. alle Thal ſollen erhöhet / 4. alle Berge und Hügel ſollen geniedriget / 5. was ungleich iſt / ſoll eben / 6. was höckericht iſt / ſoll ſchlecht werden / 7. die Herrligkeit des HERRN ſoll offenbahret werden.

Collatio variorum *objectorum*, qvæ his vocabulis exprimitur, oſtendit, intelligendam eſſe *præparationem* non qvalemcunqve, ſed ſingularem, & *accurato ſtudio ſuſceptam*. Unde hæ voces in Codice ſacro accipiuntur I. *de præparatione divinâ*, qvæ reſpicit 1. regnum

poten-

Digitized by Google

potentiæ, v.g. *pluviam*, terræ paratam. Pſalm.147,8. 2. regnum *gratiæ* v.g. *Salvatorem*, lumen ſalutare omnibus præparatum. Luc. 2, 31. Conf. Matth. 22, 4. 3. regnum *gloriæ*, qvod dicitur *paratum* eſſe benedictis in Chriſto & credentibus Matth. 25, 34. Confer 1. Cor. 2, 5.

II. *De præparatione humanâ*, [1.] *Architectonicâ*, qvæ *baſin* ædificii reſpicit 1. Reg. 7, 29. [2.] *bellicâ, militum*, Actor. 23, 23. [3.] *Oeconomicâ, aromatum*, Luc. 23, 16. *& convivii* Paſchalis, Matth. 26. verſ. 17. [4.] *Apodemicâ & Politicâ*, qvæ Regis *ingreſſum* reſpicit, ita, ut loca *eminentiora* terrâ ablatâ, complanentur; *depreſſiora* verò terrâ injectâ repleantur & exæqventur, ſimulqve omnia viæ *obſtacula* & offendicula removeantur, ut non per ambages, ſed per *viam directam*, iter adventanti paretur Eſa. 40. verſ. 3. [5.] *Myſticâ, piorum* ad omne opus bonum 2. Tim. 2, 21.

Ex qvâ *collatione* facilè patet:

1. *Didaſcalia, de præparationis* ad Meſſiæ adventum *neceſſitate, qvalitate, & utilitate*. Præparatio enim h. l. mandata, *hactenus viam non ritè paratam* fuiſſe præſupponit, & de *miſeriâ* noſtrâ ante Chriſti adventum nos monet, qvam accuratè explicat Chemnicii Harmonia Evang. col. 209. ſeq. adeoq; *includit* 1. *fundamentum* ſive *mandatum*, 2. *actum ipſum*, 3. *eventum*.

Reqviritur enim h. l. (I.) *omnis obſtaculi vel impedimenti remotio*, qvorſum inprimis facit vocabulum εὐθύνατε, reſpiciens vocem εὖ benè, εὐθὺς ſtatim, & εὐθὴς rectus, ut *complanatio viæ innuatur optima, prudentiſſima, & citiſſima*, qvaſi diceret Spiritus Sanctus, ablatâ ocyus omni tortuoſitate & impedimentis, hoc unicè agatis oportet, ut viam advenienti Salvatori *rectam*, *æqvalem*, & *gratam* reddatis, atqve *facilem*, qvorſum & *Arabs* h. l. reſpicit, qvemadmodum *ſubditi*, adveniente Principe, *vias parant, complanant, purgant & ornant*, tantò majore curâ, qvantò propior eſſe auditur, uti monet *Schmidius* in notis ad Matth 3. verſ. 3. Qvod Johannes ibidem verſ. 2. per vocabulum μετανοεῖτε innuit, qvando inqvit: *pœnitentiam agite*, propè enim eſt regnum cœlorum, *agnoſcite* peccata contrito corde cum Ninivitis, Jon. 3. *Reſipiſcite & credite Evangelio*, Marc. 1, 15. intuentes *agnum DEI*, qvi tollit peccata mundi, Joh. 1. Etiamſi fuerint peccata veſtra ut coccinum, tamen *qvaſi nix* dealbabuntur, Eſa. 1, 18. *Abjicite opera tenebrarum*, tanqvam in die εὐσχημόνως *decenter ambulate*, Rom. 13, 12. Hoc enim tempus, hæc vita alios mores poſtulant.

(II.) *Apta ſecundùm omnes partes diſpoſitio* 1. *Harmonica.* 2. *Perfecta.* 3. *Pulcerrima.* (Qvemadmodum aliàs *via* non ſolùm *complanari*, verùm etiam variis modis *exornari* ſolent. Vid. Matt 21. verſ.8.) Qvorſum facit vocabulum κατασκευάζειν, qvod *ordinem collocationis reſpectu partium ſingularum* innuit, Hebr. 9,6. Unde etiam de extructione Arcæ Noæ adhibetur Hebr.11,7.

II. *Elenchus*, inprimis *Pontificiorum*, qvi ex *mandato facultatem* fruſtrà colligunt, ideoqꝫ *viribus humanis* nimiùm tribuunt, uti in actionibus ſpiritualibus in genere, ita & in hac præparatione in ſpecie, qvibus contradicit Paulus, Philipp. 2, 13. & 1. Cor. 2, 14. Qvâ de re Theologia Poſitiva agit articulo 30. & 92.

III. *Pædia*, ut *precibus* Spiritûs Sancti ductum impetremus, Pſal. 143. & Pſalm. 51. qvi corda noſtra per verbum illuminet, ut cognoſcamus, qvænam ſit *via recta* Deo placens, Matth.7. Confer Tit.2, 12. & ad cœlum ducens. Et ut *grati agnoſcamus ineffabile DEI beneficium*, qvi per miniſterium Verbi nos *idoneos* reddit, ut viam Domino parare poſſimus.

IV. *Epanorthoſis*, ut omnia *peccati*, tàm interni, qvàm externi *obſtacula* accurato ſtudio removeamus. Vid. Rom.13, 11. & vias illas aſperas, *opinionem* propriæ juſtitiæ & perſvaſionem impunitatis, atqve *ſecuritatem* ſedulò caveamus, nec, naturâ nos *dignos* & idoneos ad regnum cœlorum eſſe, exiſtimemus.

V. *Paracleſis*, ut *certi* de præparatione debita non dubitemus, *cor contritum & humiliatum* Pſ. 51. *Deo gratum*, imò acceptiſſimum eſſe, Chriſto adventanti habitaculum, Joh.14. & qvotidiè *expectemus* adventum Domini ultimum, Tit.2, 13. tandemqve *audiamus vocem* illam ſvaviſſimam, ex Matth.25,34: Venite benedicti, & hæreditario jure accipite τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν regnum ex gratia vobis præparatum, & merito Salvatoris acqviſitum.

MEMBRUM II.
De Adminiculis Philoſophicis.

§. 1.

PHiloſophiam *Theologiæ Studioſo commendat & neceſſitas, & ſingularis utilitas.* *Canon.*

Digitized by Google

Canon. Non ipſam Philoſophiam, ſed Sophiſticam Philoſophorum deceptionem cavere jubet Apoſtolus, Coloſſ. 2,8. Neqvaqvam enim veritas Philoſophica, ſed rationis ſuperbia deprædatrix eſt: qvæ niſi captivetur, captivare conatur & ſubjugare audet ipſam fidem, cum divinæ veritatis everſione. Itaqve inverſione hic opus eſt, ut captivam ducamus rationem, qvò ſola cœleſtis triumphet veritas. vid. 2. Cor 10, 5. & infrà §. 6.

Obſerv. 1. *Neceſſitas* Philoſophiæ in ſingulis ſtudii Theologici mediis conſpicitur, qvis enim ullum *fidei articulum* per Onomatologiam & Pragmatologiam *methodicè explicare*, qvis ullum *adverſarii argumentum* vel in forma vel in materia peccans accurato ſtudio examinare & ſufficienter ad illud reſpondere, qvis ullius vel Libri vel *Textus Biblici analyſin ſive Logicam ſive Grammaticam* tentare, eundemq; vel *explicare*, vel ad Didaſcaliam, Elenchum, Pædiam, Epanorthoſin aut Paracleſin *accommodare*, qvis deniqve *officia hominis* omnia, tàm *generalia* ex *Decalogo*, qvàm *ſpecialia*, ex *Tabula Oeconomica, ordine* per definitionem, cauſas, oppoſita, & argumenta tàm ſvaſoria, qvàm disſvaſoria cum fructu aliis *proponere* poterit, niſi Philoſophiæ tàm theoreticæ, qvàm practicæ fundamentis ſufficienter ſit inſtructus? Cujus rei veritatem ſeqvens liber 2. oſtendit.

Obſerv. 2. *Utilitas Philoſophiæ tùm ratione organorum*, Grammaticæ, Logicæ & Rhetoricæ, *tùm ratione ſingularum partium*, tàm theoreticarum, qvàm practicarum, oſtenditur inprimis in Theologia Exegetica & infrà libro 3. in *Repertorio Philoſophico*. Ex qvo *Philoſophiæ veritas, bonitas, neceſſitas & utilitas*, non ſolùm juxta triplicem humanæ mentis operationem, (apprehenſionem terminorum ſimplicium, compoſitionem & diviſionem, atqve ratiocinationem ſeu diſcurſum,) verùm etiam qvoad *methodicam* informationem, interpretationem, & adverſariorum refutationem uberiùs conſpicitur in univerſa Theologia Poſitiva & Polemica. Qvâ de re videri poſſunt *Meiſnerus* in Præcognitis Theologicis, & in Philoſ. Sobria, *Gerhardus* in Methodo Studii Theol. Höpfneri Syſtema art. 1. & Grauerus de Unica Veritate.

Canon. Uſus Philoſophiæ neqvaqvam Theologiæ defectum & perfectionem, ſed potius ſummam illius perfectionem innuit. Vid. probationem ex Thoma, Theol. Exeget. l. 2. c. 5. claſſ. 2. Tit. 1. §. 1. NB.

§. 2. *Ad feliciorem Theologiæ culturam reqviritur Studium Philoſophiæ methodicum, accuratum & ſufficiens.*

§. 3. *Ad methodum reqviritur 1. Tabula Synoptica, 2. Summa mnemonica, 3. Syſtema & Bibliotheca.*

Obſerv. 1. *Tabulæ Philoſophicæ* Theologiæ Studioſo utiliores ſunt illæ, qvæ nudam terminorum diſpoſitionem & connexionem proponunt, & prolixiores eorundem explicationes Syſtemati reſervant. Confer Tabulas *D. Calovii*, *Stahlii*, *Cellarii*, *Stierii, Boccii*, & ſimiles, cum compendio Philoſophiæ *Scybothii*.

Obſerv. 2. *Summa mnemonica*, perpetuæ repetitioni inſerviens, *ordine* eodem, qvi in Tabulis obſervatus eſt, repetat *Theſin*, (qvoad Exiſtentiam & Eſſentiam, per Onomatologiam & Pragmatologiam, ita, ut *definitioni*, ejusq; explicationi per cauſas, atqve illuſtrationi per affectiones, effecta, cognata & oppoſita, ſuccedat *diviſio*, juxta ſeriem Marg. Philoſ. Reyheri) & *Antitheſin*, (qvæ potiſſimarum controverſiarum *compendium*, verum *controverſiæ ſtatum*, & *reſponſionis* fundamentum ad præcipuas adverſariorum objectiones & exceptiones contineat,) non neglecto *uſu & applicatione* ad ipſam Theologiam. Confer *Methodologiam D. Calovii*, ejusq; Scripta Philoſophica.

Obſerv. 3. *Syſtema Philoſophicum* reqvirit non ſolùm *methodicam præceptorum* qvoad ſingulas Philoſophiæ partes *digeſtionem*, & accuratam *terminorum* explicationem, verùm etiam ſufficientem & plenariam omnium *controverſiarum* ventilationem & deciſionem. Juxta manuductionem Autorum, qvos ſeqvens §. 4. 5. 6. adducit.

Obſerv. 4. *Bibliotheca Philoſophica* præſupponit nuda Autorum *nomina*, ex Pædiâ Theol. *D. Calovii*, Encyclopædiâ *Alſtedii*, Syſtemate Philoſoph. *Keckermanni*, Bibliothecâ *Voëtii*, & *Bolduani*, nec non ex Catalogo *Draudii*, probè notanda, ut tandem integra *volumina* ſucceſſu temporis Bibliothecam Philoſophicam reddere poſſint perfectam & ſufficienter inſtructam.

§. 4. *Ut accuratum ſit futuri Theologi Studium Philoſophicum, reqviritur exacta notitia 1. fundamentorum Philoſophicorum, 2. terminorum, 3. diſtinctionum, 4. Regularum, 5. obſervationum.*

Obſerv. 1.

Digitized by

Obſerv. 1. *Fundamenta Philoſophica*, qvæ, excepto *Weigelio*, ab ipſis adverſariis admittuntur, potiſſima ſunt *Ariſtotelica*, cujus *definitiones*, (etiam Græcæ) & Diviſiones à Vogelio, Hartungo, Prücknero, Stierio & aliis collectæ Theologiæ Studioſo debent eſſe familiariſſimæ.

Nota: Non peccat Theologus, qvi etiam Gentilium ſapientiam Deo conſecrat, exemplo Iſraëlitarum, qvi Exod. 12, 2. ſpolia Ægyptiaca poſtea tabernaculi ædificationi dicarunt. vid. Auguſtinum lib. 7. Confeſſ. c. 9. & Jus Canonicum Cap. Legimus. Diſtinct. 37. cap. 7. Confer exemplum *Mendozæ*, qvi Tomo 8. Diſput. Philoſoph. pag. 922. ait: Hæc ſunt ſpolia, ô ſumme DEUS, qvæ Te Autore & Socio ad tua altaria detracta, ex devictis inanis Philoſophiæ Magiſtris appendo.

Obſerv. 2. *Terminos Philoſophicos* collegit & explicavit *Armandus* de Bello Viſu, Franc. d'Abra de Raconis, *Caſtaneus*, *Micralius* in Lexico Philoſophico, *D. Scherzerus* & alii, in ſpecie verò *terminos Metaphyſicos* accurato ſtudio expoſuit *D. Calovius* in Metaphyſica. Confer terminos *Morales*, collectos à *Richtero*, in Lexico Ethico.

Obſerv. 3. *Diſtinctiones Philoſophicas* (qvarum augmentum accuratiſſimus Index noviſſimæ editionis Summæ Thomæ Aqvinatis, nec non Philoſoph. Arriagæ facilè monſtrabit,) collegit *Reeb*, *Caſtaneus*, *Micralius* in Lexico, & *D. Scherzerus*. Ethicas verò in ſpecie *Zapfius*.

Obſerv. 4. *Regulas & axiomata Philoſophica* præcipua præter *Bedam*, *Stahlium*, *Prætorium*, iidem Autores jam citati exhibent, cum qvibus Scripta *D. Calovii*, *Slevogtii*, *Scheibleri* & aliorum conferre non pœnitebit.

Obſerv. 5. *Obſervationes*, *qvæ uſum philoſophiæ*, qvoad ſingula univerſæ Theologiæ objecta reſpiciunt, *Repertorium Philoſophicum* offert ſeq. libro 3. Qvas indies augere decet Theologiæ Studioſum, & ſingula, qvæ vel in accuratiorum Theologorum, vel Philoſophorum qvotidianâ lectione huc facientia occurrunt, ad illas claſſes referre. Qvod eò faciliùs fiet atqve feliciùs, ſi adhibeantur præter Ariſtotelem ſcripta Philoſophica *Jacobi Martini*, Philoſophia Sobria *Meiſneri*, Metaphyſica *D. Calovii*, cum reliqvis, Theoria tranſcendentalis *Scharffii*, Logica, Phyſica & Metaphyſica Photiniana *Keſleri*.

§. 5. *Ut ſufficiens ſit futuri Theologi Studium Philoſophicum, reqviritur, præter enumerata fundamenta, terminos, diſtinctiones, regulas & obſervationes, etiam accuratum examen conſenſus & diſſenſus Philoſophiæ & Theologiæ tàm univerſalis, qvàm ſpecialis.*

Qvâ de re videri poteſt *Chemnicius* de *duabus* naturis in Chriſto, & de fundamentis Cœnæ Dominicæ, *Grawerus* de unica veritate, & de abſurdis Calvinianis, *Jacobus Martini* de Principio fidei, & in Pædia, *Meiſneri* Philoſophia Sobria, *Menzerus* contra Sadaelem & Martinium, *Gerhardi & Meiſneri* Methodus Studii Theolog. *D. Calovius* in Prolegom. Theol. q. 14. *Höpfnerus* de Cœna & de Juſtificatione, *Scharffius* de accurato philoſophandi genere, *Danhaueri* Idea Boni Diſputatoris & boni Interpretis, ejusq; Hermenevtica ſacra, & Hodomoriæ, *Muſeus* contra Vedelium &c.

Obſervatio: Qvantacunqve ingenii humani adhibeatur diligentia, facilè tamen, *& in ipſis renatis*, ob imperfectionem reſiduam *accidit rationis rebellio, & affectatum* in divinæ revelationis veritatem animadvertitur *dominium*, non niſi precibus, meditatione verbi, & continuata captivatione intellectus refrenandum. Confer Siracid. c. 27, 5. ut in cribro remanet pulvis. Wenn man ſiebet / ſo bleibet das unflätige drimmen / alſo was der Menſch fürnimt / ſo klebet immer etwas unreines dran.

Ego carnalis ſum, venditus ſub peccatum. Qvod enim ago, non probo: non enim qvod volo, hoc facio, ſed qvod odi, hoc ago. Nunc autem non jam ego perpetro illud, ſed *inhabitans in me peccatum*, Rom. 7. verſ. 14. 15. 17.

Captivam ducimus omnem cogitationem ad obediendum Chriſto 2. Cor. 10, 5. ita, ut *νόημα captivetur*, dum *intellectus propter autoritatem* divinam ceu principium ſciendi res ſpirituales unicum & infallibile, aſſentitur his, qvæ revelata ſunt divinitùs, *licet ratio dari non poſſit.*

Canon: Omne nimium vertitur in vitium. Confer qverelas Baſilii M. Epiſt. ad Euſtathium Tom. 4. Ep. 79. p. 710. ubi ait: Ego cùm multum temporis in vanitate conſumſiſſem, & totam fermè juventutem meam in vano labore perdidiſſem, qvem in diſcplinarum ſapientiæ à

Deo

Digitized by Go

Deo infatuatæ perceptione converſatus inſumſi: poſtqvam aliqvando velut ex ſomno profundo expergefactus, ad admirandam veritatis Evangelii lucem reſpexi, & inutilitatem ſapientiæ principum hujus ſeculi, qvi abolentur, conſpexi, miſerabili meâ vitâ multum deploratâ, optabam mihi manuductionem ad veritatem.

§. 6. *Ad evitandos iſtos ſcopulos exitioſisſimos, facit accurata ipſius Philoſophiæ à Philoſophis, & rationis renatæ, qvatenus talis eſt, à reſiduâ in mente renati imperfectione, diſtinctio.*

Obſerv. 1. *Philoſophia DEI donum eſt*, ideoqve prout *abſtractè* & ratione ſuæ *eſſentiæ* conſideratur, veritati divinæ neqvaqvam opponitur; (non enim niſi *unica* & ratione objectorum ſibi invicem ſubordinatorum harmonica datur *veritas*,) *concretè* verò, & ratione *exiſtentiæ* in ſubjecto per peccatum corrupto conſiderata, ob *intellectus ignorantiam, & voluntatis perverſitatem* non rarò ad *depravationem* & inanem deceptionem à Philoſopho præpoſterè adhibetur. Vid. Col. 2, 8. & Balduinum in Commentario in h. l. qvanqvam non ſine horrenda & violenta *veritatis torturâ*, qvalem & ipſa Scriptura ab hæreticis non rarò experta eſt. Vid. 2. Petr. 3, 16. Conf. *Gerhardi* Methodum Studii Theol. & *Grauerum* de Unica Veritate.

Obſerv. 2. *Theologia non damnat rationis uſum, ſed abuſum ψευδογραφικὸν, μεταβατικὸν, ψευδεξηγητικὸν* (confer *Danhaueri* Antichriſtoſophiam p. 165. ſeq. & ejusdem Myſterioſophiam p. 48.) *& affectationem directorii*, ſive uſum normativum atqve magiſterialem, qvando Philoſophia ſibi *arrogat judicium non modò organicum, verùm etiam reale*, Diſcretivum, Elenchticum & Deciſivum earum rerum, qvæ clariſſimè in Scripturis habentur, vel ex iis deducta ſunt, ita, ut Divinæ revelationis veritatem, v. g. de Deo uno in eſſentia & Trino in perſonis, *ſolùm ideò neget, qvia rationi repugnat*, qvæ neſcit ſimile in universâ rerum naturâ exemplum. Cùm tamen hîc *non de veritate rationis*, qvæ hoc myſterium planè ignorat, *ſed divinæ revelationis*; nec de *creaturis*, qvæ oculis objiciuntur, ſed de ipſo *Creatore*, qvi lucem inhabitat inacceſſam, 1. Tim. 6. nec de iis, qvæ videntur, ſed qvæ *creduntur*, qvæſtio ſit: Fides enim eſt ὑπόστασις οὐ βλεπομένων, argumentum & *convictio eorum, qvæ non videntur*, Hebr. XI, 1.

Con-

Confer Confeſſionem *Hornbeck*, in præfatione Inſtitut. Theol. p. 11. ubi ait: *Philoſophia modicè & prudenter valdè ad Theologia myſteria applicari debet, & Chriſto ſubdi,* qvicqvid rationis humanæ eſt, vel ſcientiæ, & uti Apoſtolus loqvitur, prius* *μωρανθῆναι*, 1.Cor.1.& 2. (*μωρία* enim eſt homini animali divina ſapientia 1.Cor.2,14.) qvorſum & *Lutheri* verba citat: Qvi ſine periculo volet in Ariſtotele Philoſophari, *neceſſe eſt, ante benè ſtultificetur in Chriſto.* Similia habet idem in ipſis inſtitutionibus p. 12. ubi inqvit: Uſum Theologiæ præſtat *ratio inſtrumenti, non judicis, vel normæ,* ut non audiendi ſint, qvi plus æqvo in rebus Theologicis illi deferunt, & ad ejus trutinam fidei res exigunt; qvod ibidem meritò taxat in Socinianis. Huc faciunt & *Hottingeri & Vedelii* verba ſeqventi Obſerv.4. citata. Idem jam dudum inculcavit *Petrus Martyr*, qvi p. 1. Loc. p.1295. ad Ezech. c.37. ſcribit: *Ejus* (Prophetæ) *exemplum nos commodè atqve utiliter imitabimur, ſi qvis nobis objiciatur ſcrupulus de fidei dogmatis, ut rem in Deum referamus, dicendo: Ipſe novit & poteſt. Domine Deus, tu noſti.* Ezech. 37,4. (Du Menſchen-Kind / meyneſtu auch / daß dieſe Beine wieder lebendig werden? HERR / HERR / das weiſtu wohl.) *Cumq; nobis voluntatem ſuam patefecerit in divinis literis, iis credimus, qvæ fore demonſtravit.* Sed qvomodo hæc in articulo de *Cœnâ* obſerventur, patebit infrà ex Obſervatione 4. & ex Theol. Exegetica libro 2. cap. 6. NB. Inprimis verò ex Theol. Poſitivæ artic.88.

Obſerv. 3. Non tàm ipſa principia Philoſophica revelationi contradicunt, qvàm eorundem depravatio, & perverſa accommodatio, qvæ omninò pugnat cum Theologia ob diſciplinarum confuſionem & inde ortam contradictionem. e.g. *Totum eſt majus ſuâ parte,* verum manet, nihilominùs tamen partes totius benedicti & miraculosè aucti, poſſunt ſuperare totum, nondum benedictum, Joh.6,9.& 13. ita, ut partes poſt illam miraculoſam ſaturationem collectæ, non ad totum ante, ſed poſt divinam benedictionem & miraculoſam auctionem conſideratum referendæ ſint. Sic *Finitum non eſt capax infiniti*, ſcilicet capacitate *Phyſicâ & Mathematicâ*, qvo ipſo tamen non negatur *myſterium* illud ſummum, qvod in Chriſto inhabitet omnis plenitudo Deitatis, *πᾶν πλήρωμα τῆς θεότητος*, & qvidem *σωματικῶς*, corporaliter, vel, uti explicat Athanaſius & Damaſcenus, *ἐν τῇ σαρκὶ αὐτοῦ.* Sic etiam *nullum corpus naturale poteſt eſſe ſimul in pluribus locis, potentiâ naturali*,

qvo

qvo ipſo tamen non negatur, qvod θεάνθρωπος, qvatenus homo eſt, & pedes habet Pſalm. 8. poſſit omnes creaturas omnipræſentiâ divinâ gubernare, & hoſtes ſuos ponere ſcabellum pedum ſuorum, ex Pſ. 110. adeoq; nobis adeſſe omnibus diebus, usqve ad conſummationem ſeculi, Matt. 28,20. Vid. de his & ſimilibus exemplis Graueri tractatum de Unica Veritate, & ſeqventem obſervat. 4.

Obſerv. 4. Judicium de contradictione aliud formale eſt, contradictionis naturam, reqviſita & contradicendi modum examinans, ejusq; leges præſcribens, qvod pertinet ad Logicum; aliud verò materiale, contradictionis veritatem & falſitatem attinens, qvod ad diſciplinas reales, & qvidem illas, ubi terminorum natura tanqvam in propria ſede explicatur, & applicatur, eorumq; limitatio monſtratur, ſpectat unicè. Vid. *Jacobi Martini* Pædia p. 226. & *D. Calovii* Syſtema Theol. Tom. 2. p. 42. & 101. Sic v. g. examen hujus contradictionis:

Nullum corpus naturale poteſt ſimul eſſe in pluribus locis,
Qvoddam corpus naturale poteſt ſimul eſſe in pluribus locis:

ſpectat I. *ad Logicum, examen videlicet formale* legitimæ contradictionis Logicæ, ex qva patet, utramqve explicationem non poſſe eſſe ſimul veram, cùm *impoſſibile ſit idem ſimul eſſe & non eſſe*, cujus principii veritatem contra ſtolidam *Chriſtiani Iſraëlitæ* negationem defendit *Prücknerus* lib. de artificio Diſputandi, p. 55. ſeq. Si ſcilicet oppoſitio juxta Ariſtotelem fiat ὡσαύτως, κατὰ τὸ αὐτὸ, πρὸς τὸ αὐτὸ, καὶ ἐν αὐτῷ χρόνῳ, eodem ſignificatu, ſecundum idem, ad idem, & eodem tempore.

II. *Ad Phyſicum, examen ſcilicet reale terminorum ad Phyſicam ſpectantium*, qvæ oſtendit 1. qvid ſit corpus naturale, 2. qvid ſit adeſſe, 3. qvid locus, 4. qvid præſentia ſimultanea in pluribus locis, qvam Phyſicus ex principiis naturalibus & corporis naturalis, atq; loci definitione rectè judicat eſſe impoſſibilem.

Qvid verò ſit *omnipræſentia divina*, qvænam Dei de illa *voluntas*, & qvænam ex ſolâ voluntate ejus nota *poſſibilitas* etiam *reſpectu alicujus corporis verè naturalis, per alienam ſubſiſtentiam in ſtatum nobiliorem*, cujus excellentiam planè ignorat ratio, evecti, de eo minimè ſolicitus eſt, aut eſſe poteſt, multò minùs verò illud negare audet Phyſicus, cùm planè *ignoret tale corpus* atqve *talem præſentiam*, niſi committere velit μετάβασιν εἰς ἄλλο γένος. vid. infrà obſervationem 8.

K III. *Ad*

III. *Ad Theologum, examen ſcilicet reale terminorum ex Phyſicâ deſumtorum, & in Theologia limitatorum, atqve ad myſteria, naturæ ſimpliciter ignota, applicatorum.* Qvæ applicatio & Logico & Phyſico, qvà tali, ſimpliciter ignota eſt, & ſoli Theologo ex principio non naturali, ſed ſupernaturali innoteſcit. Oſtendit itaqve Theologus, veram qvidem eſſe allatam contradictionem de corpore naturali, in ſtatu merè naturali conſiderato. Cùm verò divina revelatio aſſerat, dari etiam *corpus aliqvod naturale ejusmodi*, in qvo inhabitat tota *plenitudo divinitatis*, σωματικῶς corporaliter Coloſſ. 2, 9. qvod per ſe ἀνυπόστατον in infinitam τοῦ λόγου ὑπόστασιν aſſumtum eſt, ita ut Filius Mariæ ſit Chriſtus Filius Dei viventis Matt. 16, 16. vid. Theol. Poſit. art. 45. & 46. Cujus *præſentiæ veritas ex ſola revelatione conſtat*, meritò jubet, ut caveat Philoſophus à præpoſtero contradicendi ſtudio, tàm Logicus, qvàm Phyſicus, ſive alius qvilibet, ſed potiùs, qvod ex ſuis principiis ignorat, ex revelatione addiſcat, ne ſubordinata opponendo ipſi Deo revelatæ veritatis autori petulanter contradicat. Conf. Obſervat. ſeq. 5.

Obſerv. 5. Qvam Concluſionem Philoſophus, qvà talis, ignorat, illam, etiamſi termini ex ipſa Philoſophiâ deſumti ſint, ex ſuis principiis vel dijudicare vel confirmare, vel impugnare neqvit. Contra Keckermannum. Confer Neldelium de uſu organi Ariſtotelici in Theologiâ, & Höpfneri Syſtema articulo 1. Ratio eſt, qvia Apoſtolus jubet πνευματικὰ πνευματικοῖς συγκρίνειν, & *ſpiritualibus concluſionibus aptare principia non phyſica*, aut philoſophica, ſed ſpiritualia, & *Theologica* 1. Corinth. 2. verſ 15.

At Philoſophus, qvà talis, ignorat concluſionem Theologicam, v. g. hanc: Corpus Chriſti θεανθρώπου poteſt ſimul eſſe in pluribus locis, etiamſi & ſubjectum (corpus) & prædicatum (eſſe ſimul in pluribus locis) ex ipsâ Philoſophiâ, ejusqve Phyſicâ ſive naturali ſcientia deſumta ſint.

Qvia ignorat 1. *ſubjecti limitationem*, qvale ſit corpus Chriſti θεανθρώπου, qvod univerſæ naturæ ignotum, ſola verò Theologia docet, eſſe qvidem illud corpus *verè naturale*, eſſe tamen corpus ejusmodi, qvod ὑπὲρ νοῦν, ὑπὲρ λόγον, καὶ ὑπὲρ πᾶσαν κατάληψιν, aſſumtum in infinitam τοῦ λόγου ὑπόστασιν, Joh. 1, 14. præter conditionem *Phyſicam* longè ſublimiorem habet conditionem *hypoſtaticam*, & & ſingularem reſpectum præter ſtatum *naturalem* etiam ad ſtatum *perſonalem*;

ſonalem; Corpus, qvod inhabitat univerſa *plenitudo Deitatis* πᾶν πλήρωμα θεότητος, & qvidem σωματικῶς corporaliter Col. 2. Corpus, *qvod aqvis inambulare* poterat Matt. 14. Cujus *manus ſolo tactu leproſos* ſanat & *mortuos* excitat Matt 8. & 9. Corpus, qvod poſt aſcenſionem in cœlos ad dextram Patris ſedet, cujus *pedibus* omnia ſubjecta ſunt, Pſalm. 8. ita ut etiam inimicos ſuos habeat ſcabellum pedum ſuorum, Pſalm. 110. Corpus, *cujus reſpectu omnes creaturæ nihil ſunt*, Eſa 40, 17. de qvo verè dici poteſt: Wer miſſet die Waſſer mit der Fauſt / und faſſet den Himmel mit der Spannen? und begreifft die Erden mit einem Dreyling / (das iſt mit einem Maaß dreyer Finger breit. Luth. Gloſſ.) und wieget die Berge mit einem Gewicht / und die Hügel mit einer Wage? Siehe die Heyden ſind geacht wie ein Tropff / ſo im Eymer bleibt / und wie ein Schärfflein / ſo in der Wage bleibt / ſiehe die Inſulen ſind wie ein Stäublein v. 15.

2. *Qvia ignoramus hujus ſubjecti hoc modo limitati connexionem cum prædicato*: poſſe eſſe ſimul in pluribus locis. Qvid enim vel poſſit, vel velit Dei filius incarnatus, univerſæ naturæ ignotum eſt. Sola verò Theologia docet, qvod *de poteſtate* ejus dubitandum non ſit, ubi de voluntate conſtat. Qvam ex verbis inſtitutionis ad oculum demonſtravit Chemnicius, Lib. de fundamentis Cœnæ. vid. Theolog. Poſit. art. 88. & art. 50. NB.

E. & Philoſophus, qvà talis, hanc concluſionem ex ſuis principiis neqve dijudicare, neqve confirmare, neqve impugnare poteſt, niſi cum admiſſione inexcuſabilis μεταβάσεως εἰς ἄλλο γένος. Qvam non minùs effugere poteſt, ac *Medicus*, qvi ſanationem leproſi, Matt. 9. aut *Hydropici* Luc. 14. ſolo Chriſti *tactu* factam impugnare conaretur, ideò, qvia & naturam horum morborum ſola Medicina explicare poſſit, & qvia ex ejus principiis conſtet, hos morbos inveteratos eſſe omninò homini ſimpliciter incurabiles.

Neqve enim hîc *de nudi hominis*, ſed de θεανθρώπου, ejusqve *carnis vivificæ* Johan. 6. *contactu & manu qværitur*, cui ſoli (licet aliàs nemini mortalium) *data eſt omnis poteſtas* in cœlo & in terra, Matt. 28. Cujus & *ſubjecti*, *ejusq; limitationis naturam*, & *prædicati* cum hoc ſubjecto *connexionem*, non minùs Medicina ignorat, qvàm univerſa Philoſophia. Confer egregium *Guillelmi Aderi* tractatum, (Bibliis Anglicis Criticis inſertum Tom. 9.) de ægrotis & morbis in Evangelio, qvo demon-

Digitized by Google

ſtrat, morbos à Salvatore ſanatos, arte Medicâ omninò fuiſſe incurabiles, ſimulqve oſtendit Chriſti omnipotentis gloriam, cujus ſolius eſt θαυματεργεῖν.

Obſerv. 6. Judicium rationis, etiam hominis renati, de myſteriis, omninò captivandum eſt, ita, ut Chriſtianus unicè propter divinam autoritatem ceu principium cognoſcendi res ſpirituales unicum & infallibile, aſſentiatur revelatæ veritati ſalvificæ, licet nulla alia hujus aſſenſus rationi occurrat ratio. Vid. Theolog. Poſitiva Artic.5. NB. Hæc enim

Qvantò plus graditur, tantò longinqviùs errat 1.Cor.2,5. Confer *Hottingeri* Inſtitutiones Theol.p.14.ubi ſcribit: *Ratio humana fidei ſive religionis Chriſtianæ principium non eſt, qvia (1.) cæca eſt, nihil intelligens eorum, qvæ ſunt Spiritus Dei,* 1.Cor. 2,14.15. (2.) *Obſcura*, non percipiens clarè aut evidenter etiam ea, qvæ revelantur, Joh. 1.verſ.5. (3.) *lubrica & fallibilis*, qvæ pro vanitate ſua ſuis ratiociniis fallit & fallitur, Rom.1,20. (4.) Deniqve *imperfecta*, qvæ aliqvas ſaltem de Deo notitias habet, Rom.1,19. *Imò ad rationem Deus nuſpiam nos rejecit, in examine myſteriorum regni cœlorum.* Et in myſteriis fidei ratio potius *captivanda, qvàm conſulenda*, 2.Cor.10,4.5.

Et verba *Vedelii* de arcanis Arminianismi Lib.1. c. 4.p.20.ſeq.ubi ait: Remonſtrantes ſtatuunt eam demùm interpretationem Scripturæ ritè ex Scriptura inſtitui, qvæ rationi convenientiſſima eſt,&c. (vid. contrarium Theol. Exeget.lib.2.c.5.Tit.3.§.7. NB.) Cogitet qvæſo unusqvisqve pius & ſalutis ſuæ cupidus, per eam hypotheſin *totam Religionem Chriſtianam ludibrio exponi*, etiam in iis, qvæ controverſa jam non ſunt; qvorum tamen ſenſus ab atheis & impiis hominibus negari poſſunt eò prætextu, qvod res fidei ſeu ſenſus Scripturæ rationi non debeant diſconvenire, ſed menti auctoris & rationi convenientiſſima eſſe &c. Certè *qvod uni myſterio fidei in hac re contingit*, ut Trinitatis dogmatis controverſis, ſacræ cœnæ &c. *etiam alteri contingere poteſt. Si unum ideò negari poteſt, etiam alterum, ob eandem cauſam negari poteſt, etſi manifeſtiſſimè in Scripturis exſtet.* Nam non verba Scripturæ, ſed ſenſum eorum in dubium homo impius vocabit. *Aliter ſentiendum eſt* in illis, qvi cognitionis ſalutaris Dei revera ſtudioſi ſunt. *Amplectenda enim ſunt dogmata vera*, ſeu controverſa, ſeu non controverſa ſint: *etſi non ſint ſecundùm rationem, ſed ſupra eam, & per conſeqvens excipiantur à rationis maximis.* Adeoq; homo pietatis verè ſtudioſus & ſalu-

Digitized by Google

ſalutis ſuæ cupidus, *non patitur ſe moveri abſurditatibus*, qvæ exinde eliciuntur ab adverſariis, qvi veritatem Dei ratione metiuntur, & abſurda rationis inde eliciunt.

Item: Qvi negare vult doctrinam aliqvam veram eſſe, &c. ante omnia certus ſit, doctrinam eam Verbo Dei contrariam eſſe. Qvod ut certò ſcire poſſit, *non ita debet progredi; Hæc Doctrina abſurda eſt rationi ſanæ, ſeu ex ea ſeqvitur hoc vel illud abſurdum: Ergo verbo Dei repugnat. Ita progredi noli. Sed ita procedendum eſt tibi: Hæc doctrina verbo DEI repugnat. Ergò eſt abſurda. In illo judicio formando non incipe à ratione, ſed à Scriptura incipe.* Aliter ſi faxis, ſaltim hoc perpetuò ages, ut ab ea doctrina qvàm longiſſimè recedas, & ad tuam opinionem Scripturam perpetuò inflectas & contorqveas. Tunc tibi in mentem non veniet dogma eſſe ſupra naturam, qvod abſurdum & rationi contrarium eſſe per conſeqvens nunqvam poſſit; tunc *rejicies veritatem*, eam convitiis horrendis petes, qvæ in ipſum Deum redundant. *Hoc conſilium ſeqvimini Chriſtiani populi*; ita aurea pax Eccleſiæ brevi aut reſtituetur, aut dabitur; ac hæreſibus & ſchiſmatis porta occludetur. Confer laudabilem Georgii Hornii Zelum, cujus verba repetit Theologia Exegetica l.2.c.5. claſſ.2. Tit.1. §.3. NB.

Obſerv. 7. *Qvoties termini Philoſophici à Theologo adhibentur, non negligenda eſt eorundem abſtractio, nec non accurata in formale ipſius termini inqviſitio, ejusq; ampliatio, reſtrictio, analogica applicatio, & ab omni imperfectione liberatio.* Videantur hæc omnia variis exemplis illuſtrata, in Scharffii Diſputatione de Accurato Philoſophandi genere ſub finem Metaphyſices. Nec non de viâ negationis, eminentiæ & cauſalitatis Theol. Poſit. art.10.

Obſerv. 8. *Diſtingvendum eſt inter Canones Logicos, Phyſicos, & Metaphyſicos, qvatenus in Sphærâ naturali de rebus naturali lumine notis intelliguntur, & qvatenus ampliationi ex ſolâ revelatione divinâ perſpectæ opponuntur.* Ubi enim res ipſa, & naturæ Autor inſtantiam offert, omninò *canonis Philoſophici imperfectio agnoſcenda eſt.* Neqve enim nix alba eſt, qvia Philoſophus id dicit, ſed qvia nix alba eſt, ideò Philoſophus illud aſſerit, & verum eſſe dicit, v.g. aſſertio Ariſtotelica, *omnis homo eſt mortalis*, limitanda eſt ex revelatione, qvæ ſola oſtendit, hominem protoplaſtum Ariſtoteli & univerſæ rationi prorſus ignotum, ante Ariſtotelem in ſtatu integritatis fuiſſe immortalem. Sic carnem

Digitized by Google

Chriſti in ſe *ἀνυπόςατον* ſubſiſtere in *ἐνουσίως τȣ̃ λόγȣ* ex ſolâ revelatione notum eſt, nec non reſurrectio carnis, partus Virginis, Creatio ex nihilo, & ſimilia, *etiamſi rationi, & univerſæ Philoſophiæ ignota ſint, ideoq; videantur eſſe abſurdiſſima.* Vide de his Dannhaueri Hodomoriam Calvin. part. 1. p. 228.

Obſerv. 9. Etiam renatæ rationi ob renovationis imperfectionem adhuc petulantia carnis & innata dominandi libido adhæret, ideoq; etiam vera rationis principia ab intellectu per peccatum corrupto non ſemper ſine omni errore vel percipiuntur, vel dextrè applicantur, vide hæc ſufficientiſſimè explicantem *Muſæum* contra Vedelium.

Obſerv. 10. *Imperfectio reſidua, cui per Spiritus Sancti gratiam renati reſiſtunt, ejusq; dominium repellunt, neqvaqvam ex vero falſum, aut ex notitia ignorantiam efficere poteſt*, contra Mühlmannum. Vid. Carpzovius in præfatione Tractatus Germanici, cui Titulus Löſe-Schlüſſel.

Obſerv. 11. *Probationes Theologicæ neqvaqvam Logicas excludunt conſeqventias.* Vid. Hunnium in conſideratione Photinianiſmi, & Dannhaueri Anti-Chriſtoſophiam, p. 443.

Obſerv. 12. In myſteriis divinis præſtat tritum illud: *non liqvet*, repetere, qvàm rationis principia divinæ revelationi petulanter opponere. Nam, *neſcire velle, qvæ Magiſter maximus nos ſcire non vult, erudita inſcitia eſt.*

SECTIO III.
De Studii Theologici Mediis.

§. 1.

MEdium eſt, qvo mediante ad ſcopum pervenire, & finem agenti propoſitum obtinere licet. *Adeoqve eſt res proportionata ad finem impetrandum.*

Obſerv. 1. *Medium* generaliter appellari ſolet, qvod inter duo extrema poſitum eſt.

Obſerv. 2. *Medium* hoc loco eſt illud, qvod ratione aſſecutionis ita vocatur, qvia per illud finis intentus acqviritur.

Digitized by Google

Obſerv. 3. *Media* h. l. *non attenduntur ipſius Theologiæ*, peccatorem non ſolùm ad gratiam præſentem, ſed etiam ad gloriam futuram perducentia, [qvalia ſunt Verbum & Sacramenta, fidem, qvâ Chriſti meritum oblatum apprehenditur, in corde generantia] *ſed Studioſi Theologiæ*, ad perfectionem Theologicam in hàc vitâ poſſibilem indefeſſo gradu tendentis.

§. 2. *Media ad ſufficientem Theologi informationem facientia ſunt inprimis accurata cognitio, 1. Scripturæ Sacræ, 2. Librorum Symbolicorum, 3. Locorum Theologicorum, 4. Terminorum Theologicorum, 5. Controverſiarum, 6. Locorum practicorum, 7. Caſuum Conſcientiæ, 8. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, qvibus addenda eſt 9. aſſidua freqventatio 1. Lectionum, 2. Concionum, 3. Diſputationum Theologicarum.*

Obſerv. 1. Media hæc tàm Theologiæ Poſitivæ, & Polemicæ, qvàm Exegeticæ & Morali inſerviunt. Qvorum primum ut & 2. 3. 4. & 5. ad Theologiam *Poſitivam*. Qvintum ad Theologiam *Polemicam*, unà cum membro 8. Ad *Exegeticam* verò primum cum 2. 3. 5. 6. 7. 8. & deniqve ad *Moralem* Theologiam inprimis facit membrum 1. 2. 3. 6. 7. 8.

Obſerv. 2. Scripturæ lectionem dirigit Theologia Exegetica: Libros verò Symbolicos, Locos, & Terminos intelligere docet Theologia Poſitiva & Polemica, cum controverſiis. Locos verò practicos oſtendit Theologia Moralis.

Obſerv. 3 Sufficientem informationem Theologiæ Studioſus longè feliciùs ex præſtantiſſimorum *Theologorum vivâ manuductione, eorumq; lectionibus, diſputationibus, concionibus, converſatione & monitis* paternis, qvàm ex confuſâ variorum Autorum lectione comparare poterit.

Obſerv. 4. Ex Mediis hiſce accuratiùs conſideratis patebit, qvænam *Repertoria* & qvalis *Bibliotheca* futuro Theologo ſit neceſſaria, de qvibus ad calcem libri dicendum erit.

Mem-

Chriſti in ſe αἰυποστατον ſubſiſtere in ὑποστάσει τοῦ λόγου ex ſolâ revelatione notum eſt, nec non reſurrectio carnis, partus Virginis, Creatio ex nihilo, & ſimilia, *etiamſi rationi, & univerſæ Philoſophiæ ignota ſint, ideoq; videantur eſſe abſurdisſima.* Vide de his Dannhaueri Hodomoriam Calvin. part. 1. p. 228.

Obſerv. 9. Etiam renatæ rationi ob renovationis imperfectionem adhuc petulantia carnis & innata dominandi libido adhæret, ideoq; etiam veræ rationis principia ab intellectu per peccatum corrupto non ſemper ſine omni errore vel percipiuntur, vel dextrè applicantur, vide hæc ſufficientiſſimè explicantem *Muſæum* contra Vedelium.

Obſerv. 10. *Imperfectio reſidua, cui per Spiritus Sancti gratiam renati reſiſtunt, ejusq; dominium repellunt, neqvaqvam ex vero falſum, aut ex notitia ignorantiam efficere poteſt*, contra Mühlmannum. Vid. Carpzovius in præfatione Tractatus Germanici, cui Titulus Löſe-Schlüſſel.

Obſerv. 11. *Probationes Theologicæ neqvaqvam Logicas excludunt conſeqventias.* Vid. Hunnium in conſideratione Photinianiſmi, & Dannhaueri Anti-Chriſtoſophiam, p. 443.

Obſerv. 12. In myſteriis divinis præſtat tritum illud: *non liqvet*, repetere, qvàm rationis principia divinæ revelationi petulanter opponere. Nam, *neſcire velle, qvæ Magiſter maximus nos ſcire non vult, erudita inſcitia eſt.*

SECTIO III.
De Studii Theologici Mediis.

§. 1.

MEdium eſt, qvo mediante ad ſcopum pervenire, & finem agenti propoſitum obtinere licet. *Adeoqve eſt res proportionata ad finem impetrandum.*

Obſerv. 1. *Medium* generaliter appellari ſolet, qvod inter duo extrema poſitum eſt.

Obſerv. 2. *Medium* hoc loco eſt illud, qvod ratione aſſecutionis ita vocatur, qvia per illud finis intentus acqviritur.

Obſerv. 3.

Digitized by Google

Obſerv. 3. *Media* h. l. *non attenduntur ipſius Theologiæ*, peccatorem non ſolùm ad gratiam præſentem, ſed etiam ad gloriam futuram perducentia, [qvalia ſunt Verbum & Sacramenta, fidem, qvâ Chriſti meritum oblatum apprehenditur, in corde generantia] *ſed Studioſi Theologiæ*, ad perfectionem Theologicam in hâc vitâ poſſibilem indefeſſo gradu tendentis.

§. 2. *Media ad ſufficientem Theologi informationem facientia ſunt inprimis accurata cognitio, 1. Scripturæ Sacræ, 2. Librorum Symbolicorum, 3. Locorum Theologicorum, 4. Terminorum Theologicorum, 5. Controverſiarum, 6. Locorum practicorum, 7. Caſuum Conſcientiæ, 8. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, qvibus addenda eſt 9. aſſidua freqventatio 1. Lectionum, 2. Concionum, 3. Diſputationum Theologicarum.*

Obſerv. 1. Media hæc tàm Theologiæ Poſitivæ, & Polemicæ, qvàm Exegeticæ & Morali inſerviunt. Qvorum primum ut & 2. 3. 4. & 5. ad Theologiam *Poſitivam*. Qvintum ad Theologiam *Polemicam*, unà cum membro 8. Ad *Exegeticam* verò primum cum 2. 3. 5. 6. 7. 8. & deniqve ad *Moralem* Theologiam inprimis facit membrum 1. 2. 3. 6. 7. 8.

Obſerv. 2. Scripturæ lectionem dirigit Theologia Exegetica: Libros verò Symbolicos, Locos, & Terminos intelligere docet Theologia Poſitiva & Polemica, cum controverſiis. Locos verò practicos oſtendit Theologia Moralis.

Obſerv. 3 Sufficientem informationem Theologiæ Studioſus longè feliciùs ex præſtantiſſimorum *Theologorum vivâ manuductione, eorumq; lectionibus, diſputationibus, concionibus, converſatione & monitis* paternis, qvàm ex confuſâ variorum Autorum lectione comparare poterit.

Obſerv. 4. Ex Mediis hiſce accuratiùs conſideratis patebit, qvænam *Repertoria* & qvalis *Bibliotheca* futuro Theologo ſit neceſſaria, de qvibus ad calcem libri dicendum erit.

MEM-

MEMBRUM I.
De accurata Scripturæ Sacræ Lectione, ejusqve commentariis.

§. 1.

S*Criptura Sacra eſt anima Theologi, ejusq; nutrimentum, panoplia, directorium, alexipharmacum, & cordiale certisſimum.* Qvemadmodum enim corpus absqve Spiritu mortuum eſt, Jacobi 2. verſ. 26. ita & Theologus Verbo DEI deſtitutus nullus eſt.

Obſerv. 1. Scriptura Sacra eſt Theologi nutrimentum ſummè neceſſarium, cujus uti defectus & raritas 1. Sam. 3, 1. famem excitat intolerabilem, Amos 8, 11. ita meditatio aſſidua facit, ut continuum inde hauriat nutrimentum, dum diligenter animo verſando ac veluti ruminando Verbum Dei animadvertit, qvod inde *nutriatur, ac vires ſubinde capiat, eorumq; incrementa,* ſingulis laboribus neceſſaria, juxta illud: Dein Wort mein Speiß laß all Weg ſeyn etc. Confer Jacobi 1. verſ. 21. ubi vocatur λόγος ἔμφυτος, *verbum inſitum, agro cordis humani,* à teneris, 2. Tim. 3, 16. implantatum, ut radices agat, fructus ferat, & alimoniam præbeat exoptatiſſimam, qvo bonus Jeſu Chriſti miniſter ἐντρεφόμενος *innutritus* eſſe debet, verbo ſcilicet fidei, bonæqve doctrinæ, 1. Timoth. 4. verſ. 6. Vid. ſuprà de meditatione, Sect. 1. Memb. 2.

Obſerv. 2. Scriptura Sacra eſt Theologi panoplia, qva indutus ſtare poteſt adverſus omnes Diaboli & Hæreticorum inſultus, Epheſ. 6. verſ. 11. qvæ reddit ipſum idoneum, ut poſſit τοὺς ἀντιλέγοντας ἐλέγχειν, contradicentes convincere, Tit. 1, 9.

Obſerv. 3. Scriptura Sacra eſt Theologi directorium, & Lucerna pedibus, & lumen ſemitis. Pſal. 119, 15. (ubi *pedes actionum organa* Conf. 1. Sam. 2, 9. pro ipſis pedibus poſita *intellectum, voluntatem & affectus,* ſive omnium actionum reqviſita denotant, adeoqve omnes intentiones & actiones ipſas; *ſemitæ* verò vias fidei & vitæ divinitus præſcriptas innuunt. Pſ. 119, 9. Pſ. 1, 1.

Obſerv 4.

Digitized by Google

Obſerv. 4. *Scriptum Sacrum eſt Theologi alexipharmacum*, contra luem ſeculi hujus peſtiferam, ut cum *Scorpionibus* habitans, Ezech. 2, 6. vivere poſſit irreprehenſibilis, in medio *nationis pravæ* ac tortuoſæ, velut luminare in mundo Phil. 2, 15.

Obſerv. 5. *Scriptum Sacrum eſt Theologi cordiale*, confortans, & analepticum exoptatiſſimum, gaudium & lætitia cordis. Unſers Hertzens Freude und Troſt / Jerem. 15, 16.

§. 2. *Lectionem Scripturæ Sacræ dirigit Theologia Exegetica, ad qvam reqviritur non modò Curſoria, & Exoterica, in Lingva vernaculà, beneficio verſionis Lutheri; verùm etiam acroamatica, in ipſis fontibus Hebr. & Græcis lectio atqve meditatio continua.*

Obſerv. 1. *Lectio Curſoria* & Exoterica tàm Theologo, qvàm omnibus Chriſtianis conveniens, attendit Scripturæ Sacræ 1. *Summam*. 2. *Partitionem, tàm generalem* omnium Librorum, qvàm *ſpecialem* ſingulorum capitum. 3. *Uſum & applicationem* juxta manuductionem Bibliorum Jenenſium, Oſiandri, Crameri, & Glaſſii in Manuali Biblico,

Obſerv. 2. *Lectio Acroamatica* Theologum perficiens neqvaqvam verſionibus contenta eſt, ſed ipſos Veteris & Novi Teſtamenti fontes Hebræos & Græcos cum verſionum rivulis confert.

Obſerv. 3. Accurata Scripturæ Lectio 1. fontes attendit, 2. verſiones confert, 3. commentatores adjungit, ut non modo terminos, eorumqve ſignificationem, verùm etiam terminorum connexionem & rerum ſignificatarum naturam, percipere liceat.

§. 3. *Lectio Scripturæ Sacræ acroamatica Theologum perficiens, reſpicit non ſolùm adminicula, verùm etiam Methodum tùm legendi atqve intelligendi, tùm colligendi & applicandi Scripturæ Sacræ oracula.*

§. 4. *Adminicula accuratæ lectionis tàm Philologica ſunt, Hebræa ſcil. & Græca, qvàm Philoſophica, Logica & Rhetorica.*

Obſerv. 1. *Lingvæ* Theologo neceſſariæ ſunt ad analyſin Grammaticam, ut phraſeologiam Spiritus Sancti intelligat.

Obſerv. 2. *Philoſophia* Theologo ad accuratam Scripturæ Sacræ lectionem neceſſaria eſt, ob *terminorum* explicationem, & *analyſin* Logicam, atqve *ornamentorum* Rhetoricorum evolutionem. Confer *Repertorium Philoſophicum, Flacii* Clavem, *Glasſii* Rhetoricam Sacram & *Alſtedii* Triumphum Biblicum, & inprimis infrà Theolog. Exegeticam.

Obſerv. 3. Qvæ circa *contextum ſacrum, ejusq; connexionem atqve fontium* cum variis verſionibus collationem, ac dijudicationem, & ad Didaſcaliam, Elenchum, Pædiam, Epanorthoſin atqve Parakleſin applicationem h. l. reqviruntur, uberiùs expoſita ſunt in *Theologia Exegetica & Dannhaueri* Hermenevtica ſacra. Confer, qvæ ſuprà de variis Scripturæ verſionibus dicta ſunt in explicatione adminiculorum Philologicorum, & de uſu Concordantiarum.

§. 4. *Methodus legendi atqve intelligendi Scripturam Sacram reqvirit 1. tabulam Synopticam, 2. ſummam Mnemonicam, 3. commentatorum Bibliothecam.*

Obſerv. 1. *Tabulas* Scripturæ Sacræ Synopticas conſcripſit Himmelius & Pflacherus.

Obſerv. 2. *Summam mnemonicam* per certos *verſiculos Latinos* collegit *Martinius, Germanicos* verò *Schmuccius*. Verſiculis alii præferunt *ſummas capitum* unico vel tribus verbis incluſas, qvales ſunt illæ *Menzeriana*, e. g. Geneſeos capite 1. deſcribitur creatio, cap. 2. conjugium, cap. 3. lapſus, cap. 4. fratricidium, cap. 5. Patriarchæ, cap. 6 arca, cap. 7. diluvium, &c.

Obſerv. 3. *Bibliotheca Commentatorum* oſtendit remedia difficultatum, *partim per annotationes*, qvales inprimis ſunt D. Calovii in univerſum V. atq; N. Teſtamentum, & præter Biblia *Jenenſia, Oſiandri & Crameri* ſuprà citata exhibent

1. *Ex Noſtris Qviſtorpius, Prückner*us*, Friedlieb, Raupius & Schmidius* in N. Teſtam.

2. *Ex Calvinianis, Pellicanus, Junius, Piſcator, Tremellius, Druſius, Marlorattus, Toſſanus, Beza* in N. T. & *Biblia Critica Anglicana*, à Polo in Compendium redacta, & inſigni augmento locupletata, qvibus & *Grotii* notæ (maximam partem examinatæ à *D. Calovio*) cum notis *Eraſmi* in N. T. & ſimilibus inſertæ ſunt.

3. Ex

3. *Ex Pontificiis*, *Vatablus*, *Eſtius*, *Emanuel Saa*, *Menochius*, *Tirinus*.

Partim per Commentarios tùm univerſales, tùm particulares, in ſingulos Veteris & Novi Teſtam. Libros. Qvorum *Catalogum* repetit Theologia Exegetica: & *Pelargi, Bolduni*, *Voëtii*, *Martinii* atqve *Draudii* Bibliotheca. Cum qvibus Bibliotheca ſancta *Sixti Senenſis*, Apparatus *Poſſevini*, Pædia *D. Calovii*, Methodus *Gerhardi*, *Meiſneri*, *Geſnerus*, & alii conferri poſſunt.

Canon. Commentatores Textuales ſunt optimi, qvi non tàm ſcribunt, qvæ ſcribi poterant, qvàm, qvæ ſcribi debebant. Inter qvos ex noſtris eminent *Chemnicius* in Harmonia Evangelica, *Selneccerus* & *Balduinus* in Epiſtolas Paulinas, *Gerhardus* in Geneſin & Deuteronomium, *Höpfnerus* in Pſalmos (cujus & *ſingulare acumen*, & *accuratæ diligentiæ* ſpecimen vel unicus Pſalmus 91. ſeorſim editus exhibet) *D. Geierus* in Proverbia, Eccleſiaſten, Danielem atqve Pſalterium. *D. Calovius* cum *B. Lutheri* commentariis, (inprimis in Geneſin) qvorum Catalogum offert *Paſtorale Portæ*, qvi ante omnes alios conſulendus eſt.

Qvemadmodum & ex *Calvinianis*, *Riveti*, *Coccei*, *Buceri*, *Martyris* atqve *Molleri*; & *ex Pontificiis*, *Eſtii*, atqve *Simeonis de Muis*, diligentia ſuam meretur laudem.

Conf. plenarium nobiliorum Commentatorum ſeriem in Annot. Bibl. D. Calovii.

§. 5. *Methodus colligendi ſingula, ex accuratâ Scripturæ Sacræ lectione notatu digna & Theologo neceſſaria, collectionem tàm ſummariam, qvàm plenariam reſpicit.*

§. 6. *Collectio ſummaria ordinem ab aliis monſtratum imitatur.*

Obſerv. 1. *Collectio ſummaria* omnium, qvæcunqve in Scriptura S. ejusq; commentatorum lectione occurrunt, refert ad *libellum Mnemonicum* cui Titulus Gedenck-Kunſt/ vel ad *Theſaurum Vogelii*, vel ſi ſeries librorum Biblicorum magis arridet, ad *libellum Schmuccii*, cui Titulus Bibel-Büchlein: Vel etiam

1. *Singula dicta & exempla ad Indicem Bibliis* Germanicis præfixum.

 2. Sin-

2. Singula ad accuratiorem ipſius *Theologiæ* cognitionem facientia, *ad capita Theologiæ Poſitivæ, Polemicæ, Exegeticæ & Moralis, nec non ad certa Repertoria.*

3. Singula *ad textus vel vindicationem vel explicationem* facientia, ad Biblia *Oſiandri*, vel notas *D. Calovii*, *Qviſtorpii*, *Raupii*, vel *Prückneri.*

§. 7. *Plenaria collectio ſingulis libris Biblicis ſingula volumina, vel voluminis certas ſectiones deſtinat.*

Obſerv. 1. Qvi præter *Biblia*, ut vocant, *numenta*, qvæ ex B. Dorſchæi Bibliotheca jam publici juris facta videmus, qvibus ſingula Interpretum ſingulorum Librorum, capitum, atqve verſiculorum nomina & libri, eorumqve pagellæ annotata ſunt, *accuratiorem* exoptat Scripturæ Sacræ *meditationem*, is omnia ad ſingula totius Codicis Sacri capita & ſingulos verſiculos facientia, includere poterit ſeqventibus *undecim Sectionibus*, qvarum erit

I. *Logica*, textum poſt ſcopi, connexionis & partitionis inveſtigationem Logicè reſolvens, juxta manuductionem in tabulis *Pflacheri*, & Commentariis *Gerhardi* in Geneſin, *Balduini* in Epiſtolas Paulinas, *Höpfneri* in Pſalm. 91. atqve *D. Geieri* in Proverbia, Eccleſiaſten atqve Danielem monſtratam.

II. *Rhetorica*, partitionem practicam concionibus accommodatam continens. Cujus viam oſtendit *Meiſnerus*, in meditationibus Evangelicis.

III. *Grammatica ſeu Philologica*, ſingularum vocum emphaſin, varias textus lectiones, verſiones, earumqve collationes & obſervationes criticas expendens, cujus collectionis methodum offerunt adminicula Philologica ſuprà explicata, *Gerhardi* Harmonia continuata, & Hermenevtica Sacra *Dannhaueri*, *Biblia Critica* Anglicana, AnnotationesCriticæPoli, & ſingularis diligentia *D. Geieri* in Proverbia, Danielem, Eccleſiaſten, atq; Pſalterium.

IV. *Polemica*, controverſias nobiliores examinans, juxta ſeriem annotationum Bibl. *Prückneri*, *Oſiandri*, vel *Qviſtorpii*, & indicis dictorum Scripturæ S. in locis Gerhardi. Qvod eò faciliùs & feliciùs præſtare licebit, poſtqvam accuratiſſimas Annotationes in univerſa Biblia D. Calovii conſummatas videre licuit.

V. *Di-*

V. *Didactica*, doctrinas potiores, earumqve uſum pædevticum, epanorthoticum, & paracleticum delineans, ad exemplum *Cramer i*, *Oſiandri* & *Glaſſii*.

VI. *Aphoriſtica*, dicta Patrum & Beati Lutheri ſiſtens, juxta exemplum Johannis *Gaſtii*, qvi ſententias Auguſtini ex omnibus ejus operibus, ſecundùm ſeriem librorum V. & N. T. collectas, edidit Baſileæ, An. 1542. in fol. Confer Epitomen Patrum *Lopez*, ex Origene, Baſilio, Chryſoſtomo, Hieronymo, Ambroſio, Auguſtino, Gregorio & Bernhardo, ejusq; indicem dictorum Scripturæ, juxta ſeriem V.& N. T. & *Lutheri* dicta ſub finem Tom. 8. Jen. Germ. & indicem ſcriptorum Exegeticorum Lutheri, inſertum Paſtorali *Porta*.

VII. *Allegorica*, allegorias & ſimilitudines indicans. Confer indicem Dictorum Scripturæ in Allegoriis *Botſacci*, & *Laureti* Sylvam allegoriarum.

VIII. *Typica*, figuras Veteris Teſtamenti conferens, ad imitationem adventus & paſſionis typicæ *Balduini*.

IX. *Hiſtorica*, exemplis tàm ſacris, qvàm profanis textum illuſtrans, beneficio Indicis Theatri *Zvvingeriani* & *Beyerlingiani*. v.g. exempla ſub Titulo: *Temperantia*, illuſtrant locum Luc. 21, 34. Rom. 13, 13. Eph. c. 5, 18.

X. *Ethica*, ſeu Moralis, certos conſcientiæ caſus expediens, cujus adminicula offert index dictorum Scripturæ, ſub finem caſuum conſcientiæ *Balduini*.

XI. *Eucbariſtica*, vota, precatiunculas, meditationes, & ſoliloqvia exemplo *Meiſneri* in meditationibus Feſtivalibus, ex textu collecta, annectens. Ad qvos *Titulos* ſingula deinceps, qvæcunqve leguntur à Theologo, per univerſum *vitæ & ſtudiorum curriculum* referre licebit.

Obſerv. 2. *Adminicula* hujus laboris præter Autores jam allegatos, oſtendit univerſus *Index* Balduinianus, ejusqve diſtincta *Repertoria*, & illa, qvæ pleniùs exhibentur infrà libro tertio Repertoria Mnemonica.

Obſerv. 3. Qvamvis huic labori neqve tres vel qvinqve, neqve decem aut viginti anni ſufficiant, cum ille *totam hominis* vitam reqvirat, neqvaqvam tamen *Theologiæ Studioſum* vel *laboris* diuturnitas, vel *commentatorum* aut *judiciorum* varietas, vel rei *difficultas* aut apparens

 impoſ-

impoſſibilitas deterrere, ſed potiùs inſignis ad eundem invitare debet utilitas. Confer præfationem Ludovici de Dieu in annotat. Vet. T. & Waltoni apparatum.

Obſerv. 4. Sufficit initio vel *ſolos Textus Evangelicos & Epiſtolicos, vel ſaltem unius libri ordinariè explicandi* capita hoc modo elaborare, & progreſſu temporis facere, qvantum & ingenii, & temporis admittit ratio.

Obſerv. 5. *Compendium* hujus laboris propediem, cum DEO, exhibebunt Annotationes Biblicæ Germanicæ.

§. 8. *Methodus applicandi omnia & ſingula, ex Sacro Codice accurato ſtudio & indefeſſo labore collecta, in Indice Balduiniano, & infrà in univerſo libro 2. & 3. per ſingula totius Theologiæ objecta oſtenditur.*

MEMBRUM II.
De accurata Librorum Symbolicorum evolutione.

§. 1.

Cum indefeſsâ Scripturæ Sacræ lectione, aſſidua librorum Symbolicorum conjungenda eſt evolutio, cujus clavem oſtendit Theologia non ſolùm Poſitiva, verùm etiam Polemica.

Obſervatio: Accurata librorum Symbolicorum lectio *de doctrinæ conſangvinitate*, ut Tertullianus vocat, certiorem reddit Theologiæ Studioſum, & nullam aliam in Eccleſiâ propagari doctrinam, & confeſſionem, qvàm qvæ ex fontibus Verbi divini ſingulari majorum ſtudio derivata, compendiosè repetita & libris Symbolicis incluſa eſt.

§. 2. *Librorum Symbolicorum notanda eſt 1. deſcriptio, 2. enumeratio, 3. diviſio, 4. autoritas, 5. neceſſitas, 6. utilitas, 7. & methodus eosdem libros dextrè legendi, intelligendi, applicandi & ad uſum transferendi.*

§. 3. Li-

Digitized by Google

§. 3. *Libri Symbolici ſunt confesſiones publicæ, inſtinctu divino ab orthodoxis, Eccleſiæ nomine, exaratæ, qvæ fidei ſummam ex unico credendi principio, Scripturâ Sacrâ repetunt, ad heterodoxias ſeparationem, & refutationem, & veritatis atqve conſenſus in doctrina teſtimonium & conſervationem.* De qvibus videri poteſt *Meiſnerus* in præcognitis, Diſputatio *Lyſeri* & *Majoris* de Symbolo, & D. *Calovius* part. 1. Syſtem. Theolog. inprimis verò egregius B. D. *Johann Benedicti Carpzovii Commentarius* in omnes Libros Symbolicos.

§. 4. *Libri Symbolici, juxta ſeriem Formulæ Concordiæ, generaliter ſic dictæ, ſunt Symbolum Apoſtolicum, Nicenum & Athanaſianum, Auguſtana Confesſio, ejusq; Apologia, Articuli Smalcaldici, Catecheſis major & minor Lutheri, & tandem articuli formulæ Concordiæ ſpecialiter ita dictæ.*

Obſerv. 1. *Formulæ Concordiæ nomen* vel *generaliter* omnibus libris Symbolicis conjunctim tribuitur, vel *ſpecialiter*, undecim illis articulis, qvi ad calcem libri reperiuntur.

Obſerv. 2. Libris Symbolicis jam enumeratis velut *appendices* accedunt *Apologia libri Concordiæ, Articuli Viſitatorii, Deciſio controverſiæ Tübingenſis (ejusq; defenſio) & Rathmanniana*, nec non *pupilla* Evangelica ejusqve apologia, Haupt-Vertheidigung.

§. 5. *Symbola Eccleſiæ dividuntur in antiqviora & recentiora, & in Oecumenica & minùs univerſalia.*

Obſervatio: Symbola antiqviora Oecumenica ſunt Apoſtolicum, Athanaſianum, & Nicenum, de qvibus *Meiſnerus* in præcognitis, *D. Calovius* l. d. & *Pelargus* in Schola fidei videri poteſt: minùs verò univerſalia, qvæ ſolùm certas Eccleſias attinent, ſunt Auguſtana Confeſſio & reliqva §. 4. enumerata.

§. 6. *Autoritas Librorum Symbolicorum nec ſumma, nec nulla, ſed Eccleſiaſtica, adeoqve neqvaqvam privata eſt, ſed publica.*

Obſerv. 1.

Digitized by Google

Obſerv. 1. Qvid ſit *autoritas*, patet ex Theolog. Poſitiva articulo qvinto.

Obſerv. 2. *Autoritas* librorum Symbolicorum licet maxima, neqvaqvam tamen *ſumma* aut Scripturæ Sacræ, qvæ ſola manet norma omnium controverſiarum infallibilis, æqvalis eſt. Vid. præfatio *Form. Concordiæ*, & prolegomen. Commentarii in Formulam Concordiæ *Hütteri*, nec non Carpzovii Com. in Form. Concord.

Obſerv. 3. Libri Symbolici ſunt *credendorum ſumma & indicium publicum*, adeoq; norma non fidei, ſed confeſſionis & doctrinæ publicæ confeſſorum, qvi Libris Symbolicis ſubſcripſerunt. Qvemadmodum *horologium publicum* non qvidem eſt *norma motûs cæleſtis*, (qvo reſpectu potiùs normatum dicitur,) nihilominùs tamen *norma* manet *actionum publicarum civilium* in certâ civitate viventium, non obſtante, qvæ haud rarò accidere ſolet diſcrepantiâ horologii privati. Civis enim, qvi v. g. horâ nonâ comparere tenetur in judicio, neqvaqvam obvertere audet illam diſcrepantiam, aut privatam opinionem, de imaginaria horologii publici aberratione, aut magis accuratâ horologii privati conſtitutione, ſed ad evitandam confuſionem totius civitatis exitioſiſſimam audire cogitur illud;

Si fueris Romæ, Romano vivito more.

§. 7. *Neceſſitas Librorum Symbolicorum, eorumq; ſubſcriptio & obligatio tàm reſpectu docentium, qvàm auditorum planè ſingularis eſt.* Videatur præfatio Formulæ Concordiæ & *Hutteri* Concordia concors ab initio. *Meiſnerus* in præcognitis Theologicis. In ſpecie verò de Auguſtana Confesſione *D. Calovius* Tom. I. in Auguſtanam Confesſionem, *Menzeri* Exegeſis & reliqvi in libros Symbolicos commentatores infr. §. 9. citati.

Obſerv. 1. *Obligatio ad certam docendi normam*, tàm ſuperiores, qvàm Auditores ipſos de docentium fidelitate & harmonia certiores reddit, Schiſmata excludit, & Eccleſiam à lupis præſervat. Confer *Hiſtoriam* Formulæ Concordiæ, ejusqve *Apologiam*, Teſtamentum *Peucerianum*, *Hutteri* Calviniſtam Aulico-Politicum, Hiſtoriam reformationis *Anhaltinæ*, *Selnecceri* recitationes & alia huc facientia. Inprimis verò

Digitized by Google

verò præfationem Formulæ Concordiæ, ubi habentur ſeqventia: Damit den unruhigen zänckerigen Leuten / ſo an keine gewiſſe Form der reinen Lehre gebunden ſeyn wollen / nicht alles frey und offen ſtehe / ihres Gefallens ärgerliche Diſputation zuerwecken / und ungereimte Irrthum einzuführen / und zu verfechten / daraus nichts anders erfolgen kan / denn daß endlich die rechte Lehr gar verdunckelt und verlohren / und auff die nachkommende Welt anders nichts / denn ungewiſſe opiniones und zweifelhafftige diſputirliche Wahn und Meynungen gebracht werden.

Obſerv. 2. *Subſcriptio* Librorum Symbolicorum meritò reqviritur ab omnibus, qvi vel gradus honorum in Academiis petunt, vel etiam ad certum aliqvod vocati ſunt officium, ut neceſſaria *obligatio* docentium, non qvidem ad fidem ipſam, ſed *ad externam fidei profeſſionem*, & confeſſionis publicæ in illâ Eccleſiâ particulari vel Scholâ, qvæ docentibus committitur, conſervationem & propagationem. Confer Dialyſin *Hülſemanni*, ejusqve præfationem p. 137. ſeq. & tract. cui Titulus: Conſtans Concordia Concors.

Obſerv. 3. *Subſcriptio* Librorum Symbolicorum non ſolùm ad res, *ſed etiam ad ipſa verba ſubſcribentes obligat.* Vid. præfationem Formulæ Concordiæ, ubi hæc habentur: Und wollen die Status Imperii von den Libris Symbolicis gar nicht / weder in rebus noch phraſibus, abweichen / ſondern dabey verharren / ſind auch alle Religions-Streit / und deren Erklärungen darnach zu reguliren geſinnet etc. Confer *Johannis Ivelli*, Sarisburienſis in Angliâ Epiſcopi Apologiam contra Hardingum, ubi p. 114. ex *Cælio Rhodigino* refert, *Cardinalem Aſcanium Pſittacum habuiſſe, qvi totum Symbolum* articulatè pronunciare poſſet, (qvem nemo propterea Chriſtianum eſſe ſomniare potuit) & addit verba *Auguſtini*, in Pſ. 18. qvod conſonâ voce cantavimus, ſereno etiam corde nôſſe & tenere debemus. Et *Baſilii* in Pſ. 28. Lingva cantet, mens autem ſcrutetur ſenſus eorum, qvæ dicuntur. Videatur etiam *Auguſtinus* de fide & Symbolo, & *Epiſtola Concilii Epheſini* ad Neſtorium, repetita in Centur. 5. Hiſtor. Eccleſ. Magdeb. col. 884. ubi hæc habentur: *Non ſufficit tuæ religioni fidei* (Nicenæ) *Symbolum tantummodò confiteri &c. Hoc enim non intellexiſti, nec rectè interpretatus es, qvin imò perverſè: licet ſono vocis eadem verba protuleris. Sed conſeqvens eſt etiam jurejurando fateri te, qvod anathematizes qvidem tua polluta*

& profana dogmata : ſentias autem & doceas, qvæ nos credimus & docemus &c.

§. 8. *Utilitas Librorum Symbolicorum, vel ipſam Eccleſiam, ejusq; membra conjunctim, vel ipſos Eccleſiæ Doctores attinet ſpecialiter.*

Obſerv. 1. *Utilitatem* Librorum Symbolicorum *reſpectu Eccleſiæ* Selneccerus in Conc. funebr. Auguſti Electoris Saxon. his verbis exprimit: Wir können deſſen gewiß ſeyn / daß / ſo lang man in dieſen und andern Landen / Kirchen und Schulen / über dieſer Bekäntnüß und Erklärung / ſo in genannten Chriſtlichen Concordien-Buch verfaſſet / halten wird / ſo lange werde auch Richtigkeit in GOttes Wort / oder in der Lehre / ohne Schwermerey / neben andern Segen Gottes / bey uns ſeyn und bleiben. So bald aber von demſelben richtigen Bekäntnüß wird im geringſten abgeſetzet werden / daß auch GOTT / der uns dieſe groſſe Wolthat noch zu letzt erzeiget hat / von uns abſetzen / und allerley Läſterung und Schwermerey unter uns einreiſſen laſſen werde.

Obſerv. 2. Libri Symbolici *Eccleſiæ Doctori* ſunt *utiliſſimi*, faciunt enim

1. *Ad Didaſcaliam*, & informationem, ut de articulis controverſis cautè loqvi, & errorum ſcopulos evitare diſcat Eccleſiæ miniſter.

2. *Ad Elenchum*, & adverſariorum refutationem, qvod teſtantur ſinguli Auguſtanæ Confeſſionis Articuli, ejusq; Apologia & Smalcaldici articuli, nec non Formulæ Concordiæ Liber, à capite usqve ad calcem.

3. *Ad Pædiam & Epanorthoſin*, qvam inprimis Lutheri Catechismus major & minor cum Tabula Oeconomica urgent.

4. *Ad Paracleſin*, qvam vel maximè præter Catechismum Lutheri Auguſtana Confeſſio in Articulo de Juſtificatione, & Formula Concordiæ in articulo de Electione, de Chriſto, & de Cœna Domini inculcat.

§. 9. *Methodus dextrè legendi, intelligendi, applicandi, & ad uſum transferendi libros Symbolicos; non modò eorum ſummam & hiſtoriam, nec non commentatores reſpicit, verùm etiam*

Digitized by Google

etiam locos & claſſes, ad qvas ſingula referre & exinde, qvoties uſus poſtulat, repetere licet.

Obſerv. 1. *Summam* omnium Librorum Symbolicorum accuratam, planam & perſpicuam collegit *Rechtenbachius & Kromeyerus*, ex qvibus ſeriem tam Librorum, qvàm ſingulorum articulorum memoriæ feliciter imprimere licebit.

Obſerv. 2. *Qvi verſiculis* delectantur mnemonicis, adhibere poſſunt ſeqventes, qvi continent

I. *Summam Auguſtanæ Confeſſionis.*

Eſt [1] Deus, inde [2] ſcelus, [3] Chriſtus, [4] juſtusqve, [5] Miniſter,
Hinc [6] opera, & [7] cœtus, non [8] malus obſtat, [9] aqva,
[10] Cœna, & [11] faſſio, poſt [12] dolor, [13] uſus, & [14] ordo, boniq;
[15] Ritus, [16] jura licent, [17] judiciumqve venit.
[18] Arbitrium, [19] peccans homo ſpontè, [20] fides juvat una,
Nil [21] proſunt ſancti, hæc noſtra recepta fides.

Et abuſuum;

[1] Utraqve ſed ſpecies, [2] thorus, & (ſunt inter abuſus)
[3] Miſſa, [4] occulta, [5] cibi, hinc [6] optio, [7] visqve ſacra.

II. *Summam Formulæ Concordiæ;*

[1] Peccatum, [2] arbitrium, [3] juſtus, [4] bona facta, [5] ſeqveſtra
(ſive diſcerne Legem & Evangelium)
[6] Uſus, [7] edas, [8] Chriſtus, [9] infera, [10] ritus, [11] amor.

Obſerv. 3. *Hiſtoriæ & originis* omnium librorum Symbolicorum accurata cognitio ſummè neceſſaria eſt. Ubi

I. *Hiſtoriam Symboli Apoſtolici Nicæni & Athanaſiani* oſtendunt Centuriæ *Magdeburgenſes*, *Pelargi* Schola fidei, *Lyſeri & Majoris* diſputa-

 puta-

putationes de Symbolis, *D. Calovii* Tomus 1. in Auguſtanam Confeſſionem & Tom. 1. Syſtematis Theologici. *Carpzovius* in ſpecimine Chemniciano & Commentario in Libros Symbolicos.

II. *Hiſtoriam Auguſtanæ Confeſſionis*, ejusqve Apologiæ, *Lutherus, Chytræus, Cæleſtinus, Oſiander, Menzerus* in exegeſi, *D. Calovius* l. d. & *Sleidanus* repetunt.

III. *Hiſtoriam Articulorum Smalcaldicorum* Oſiander in Epitome Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ memorat, & Carpzovius Comm. h. l.

IV. *Hiſtoriam Formulæ Concordiæ Hutterus* in Libro, qvem vocat, Concordia concors, qvo concordiam diſcordem *Hoſpiniani* refutavit, nec non in Commentario in Formulam Concordiæ & Autores *Apologiæ* Formulæ Concordiæ, ut & Carpzovius prolixiùs explicant. Qvorum omnium exhibet Compendium Conſtans Concordia Concors, An. 1675. edita Hal. Sax.

Obſerv. 4. *Commentatores* Librorum Symbolicorum præter *Carpzovium*, qvi omnes conjunctim accurato ſtudio illuſtravit, ſunt:

1. In *Symbola* Oecumenica, *Pelargus, Rungius, Carpzovius*, & reliqvi Obſervat. 3. citati.

2. *In Auguſtanam Confeſſionem, Menzerus, Lobechius, Mylius, Jacobus Martini, Hülſemannus, Gmuerus, D. Calovius, Carpzovius*, & Theologi *Marpurgenſes* in Diſputationibus Anno 1630. habitis. Confer Diſſertationes *Schmidii & Dorſchei* de Auguſt. Confeſſ. eodem Anno editas.

3. In Articulos *Smalcaldicos, Balduinus, Carpzovius.*

4. In *Catechiſmum Lutheri, Schilterus, Dietericus, Gieſſenius, Dannhauerus, Carpzovius.*

5. *In Formulam Concordiæ, Apologiæ* Libri Concordiæ, *Hutterus*, (cujus Commentarius cum Concordia concorde & recitationibus *Selneceeri* ſemper conjungendus eſt.) *Geſnerus, Rungius, Piſcator, Himmelius, Carpzovius continuatus, & D. Chriſtianus Chemnicius.* Confer Erotemata *Mamphraſii* utiliſſima in Formulam Concordiæ, & qvatuor articulos *Viſitatorios* de Cœna, de Chriſto, de Baptiſmo, de Prædeſtinatione à *Balduino* illuſtratos.

Obſerv. 5. *Methodus* digerendi, applicandi, & ad uſum transferendi Libros Symbolicos convenientiſſima videtur illa, qvæ in *In-*

dice

dice Balduiniano monſtrata eſt, juxta quam omnes fidei & doctrinæ Chriſtianæ articuli ad Theologiam *Poſitivam*, Controverſiæ verò ad Theologiam *Polemicam*, Obſervationes autem de genuina dictorum fundamentalium explicatione ad Theologiam *Exegeticam*, nec non ſingula Moralia ad Theologiam *Moralem*, Termini deniqve, Diſtinctiones, Hiſtorica, & qvæcunqve in hac lectione occurrunt notatu digna, ad diſtincta *Repertoria* ejusdem Indicis referri, & ex communi hoc promptuario, qvoties uſus poſtulat, in exercitiis, tàm Diſputatoriis, qvàm Concionatoriis, imò, qvoties aliqvid vel dicendum vel ſcribendum eſt, feliciter ad uſum transferri poterunt. Confer h. l. ſeqventem librum 2. & 3. & Indicem annexum Commentario B. Carpzovii in libros Symbolicos. NB.

MEMBRUM III.

De accuratâ Locorum Theologicorum cognitione.

§. 1.

Accurata Locorum Theologicorum cognitio Theologiæ Studioſo ſummè neceſſaria eſt, qvam oſtendit Theologia Poſitiva.

Obſervatio: Theologia Poſitiva hoc loco non tantùm habitualiter conſideratur, ſed inprimis Syſtematicè, ut patet ex iis, qvæ ſuprà cap. 1. de natura Theologiæ dicta ſunt.

§. 2. *Syſtematis Theologici, ſive Theologiæ Poſitivæ notanda eſt 1. deſcriptio, 2. connexio, 3. methodus, ejusqve adminicula, 4. uſus.*

§. 3. *Theologia Poſitiva eſt Syſtema articulorum fidei & doctrinæ Chriſtianæ plenarium, inſtinctu Spiritus Sancti ab Eccleſiæ Doctoribus ex Verbo DEI revelato collectum, & methodicè diſpoſitum, animum Theologi habitualiter perficiens, ut veritas in Eccleſiâ ſincerè conſervata, uſqve ad mundi finem propagari, & homines ad DEI gloriam & æternam ſalutem informari poſſint. Qvod oſtendit ſeqvens liber 2.*

§. 4. *Connexio univerſi Syſtematis Theologiæ Poſitivæ convenientisſima videtur illa, qvæ præcognita, principia & principiata attendit*, ita, ut notetur non ſolùm *principium cognoſcendi*, Scriptura S. & *Eſſendi*, Deus, verùm etiam *Subjectum*, peccator, ejusq; *finis*, ſalus, Chriſti merito acqviſita, per *Media* divinitus ordinata, Verbum & Sacramenta, in *officinâ* gratiæ, Eccleſiâ applicanda, cujus *Conſummatio* in Regno Gloriæ expectanda eſt. vid. infr. Theol. Poſit. artic. 1.

Obſerv. 1. Qvi Theologiam Poſitivam inſtar *diſciplinæ practicæ* ita conſiderare malunt, ut ſubjectum ſeqvatur finis & media, nihilominùs fateri coguntur, *Theologiam Poſitivam diſciplinis qvidem practicis affinem eſſe, in eo autem differre vel* maximè, qvod media diſciplinarum practicarum ſint ἐφ' ἡμῖν in noſtrâ poteſtate poſita, in Theologia verò *homo reſtaurandus ſubjectum maneat merè pasſivum*, imò non ſolùm nihil agens in Converſione, ſed etiam Spiritui Sancto naturaliter repugnans, (qvemadmodum phreneticus medico remedia offerenti non raro reluctari ſolet) qvi οὐ δέχεται 1. Cor. 2, 14. *minimè capax eſt*, adeoqve nullam planè habens δύναμιν δεκτικήν, ſed ſubjectum ἄχρηστον καὶ ἄεργον, lapide & trunco etiam deterius, qvia, *cum ex ſe nihil posſit, non deſinit tamen ἀντιστρατεύειν per modum rebellionis ſe opponere* Rom. 7: verſ. 23. & ἀντιπίπτειν, reſiſtere Spiritui Sancto Actor. 7, 51.

Obſerv. 2. Cùm E. nec ipſa *fides*, qvæ aliàs *medium* ex parte vel reſpectu hominis, ſalutem in Verbo & Sacramentis oblatam, apprehendentis vocari ſolet, in noſtrâ poteſtate, ſed *ſolius Dei donum* ſit gratuitum, non incommodè ex Theologiæ cum Medicinâ comparatione terminus *Remedii*, per Chriſtum unicum animarum Medicum Exod. 15. acqviſiti, oblati, & applicati, adhiberi poteſt, ita, ut *ſalus noſtra per CHRISTUM* parta, ſoli DEO debita Oſe. 13. conſideretur vel *reſpectu DEI offerentis*, conferentis, applicantis & obſignantis, per Verbum & Sacramenta, vel *reſpectu hominis*, eandem non niſi fide per Verbum & Sacramenta divinitus collatâ apprehendentis & recipientis.

Obſerv. 3. Qvibus neqve conformatio cum Philoſophiâ Practicâ, neqve cum Medicinâ arridet, illi nudâ Articulorum fidei enumera-

meratione contenti ſint. Conf. varias Theologiæ partitiones apud *Meiſnerum* in præcognitis & initium Syſtematis *Carpzoviani.*

§. 5. *Methodus colligendi ſingulos Theologiæ Poſitivæ Articulos convenientisſima eſt, qvæ naturam imitatur & beneficio adminiculorum neceſſariorum, non niſi per certos gradus, adeoqve per Tabulas & Summaria progreditur ad Syſtema plenarium.*

Obſerv. 1. *Tabulas* Theologiæ Poſitivæ collegerunt ex noſtris *Chriſtianus Matthiæ, Scharffius, & D. Johann Erneſtus Gerhardus.* Ex *Calvinianis verò Zegedinus.*

Obſerv. 2. *Summam* Theologiæ Poſitivæ exhibet ſeqvens liber ſecundus & Compendium *Hutteri, & Hafenrefferi,* Catecheſis *Dieterici,* Hodoſophia *Dannhaueri,* Summarium *Lyſeri,* Breviarium *Hülſemanni,* Theologia Poſitiva *Balduiniana*, Manuale Hand-Buch & Libelli *Mnemonici* pars 2. ſub Titulo Glaubens-Grund.

Obſerv. 3. *Ad Syſtema* Theologiæ Poſitivæ plenarium reqviritur non modò *Theſis*, verùm etiam *Antitheſis* breviter delineata, (juxta methodum in Syſtemate Höpfneriano & Carpzoviano obſervatam,) & *Praxis*, ſive uſus juxta manuductionem in Locis *Gerhardi* ſub finem Articulorum, & Syſtemate *D. Calovii*, nec non in Compendio *Hafenrefferi*, & in Theologia Poſitiva *Balduinianâ* monſtratam. Qvorum omnium ſummam exhibet Manuale das Hand-Buch / de cujus uſu ſuprà dictum eſt.

Obſerv. 4. *Collectio Syſtematis* plenarii commodiſſima eſt, qvæ juxta ordinem in *Summario Theologiæ Poſitivæ Balduinianæ* monſtratum, inſtituitur, ita, ut *Exiſtentiam Eſſentiæ*, & *Onomatologiam Pragmatologia* excipiat, inſertis ubiqve *probationibus* neceſſariis, unde & per *Obſervationes, Regulas, Canones, Poriſmata &c.* qvæ ab ipſa theſi ſemper ſeparanda ſunt, adverſariorum fraudes faciliùs agnoſci & refutari poſſunt.

Obſerv. 5. Collectio Syſtematis plenarii præſupponit *Bibliothecam & certas omnium Autorum Claſſes*, ad qvas ſinguli, qvicunqve occurrunt, Libri vel Tractatus ſine labore referri qveant, e.g. eandem veritatem, qvam univerſa Theologia Poſitiva in ſingulis articulis complectitur.

I. *De-*

I. *Docent impulſu Spiritus Sancti ejuſdem organa:*

(1) *In Veteri Teſtamento* Moſes, Prophetæ & David in Pſalmis.

(2) *In Novo Teſtamento* Evangeliſtæ & Apoſtoli,

II. *Repetunt* (1) *Patres*, tàm Græci, qvàm Latini.

(2) *Concilia* Oecumenica & particularia.

(3) *Scholaſtici*, tùm antiqviores, tùm recentiores, qvamvis non ſine ſtipulis & erroribus variis.

(4) *Libri Symbolici* Eccleſiarum Auguſtanæ Confeſſionis.

III. *Confirmant* ex Scripturâ, & ſufficienter explicant *Theologi Orthodoxi*

(1) *Antiquiores, Lutherus, Chemnicius, Selneccerus.*

(2) *Recentiores*, eorumqve ſcripta 1. *Poſitiva*, Locos Theologicos explicantia.

2. *Polemica*, & variæ diſputationes contra adverſarios.

3. *Exegetica*, & Commentarii in Libros tàm Veteris, qvàm Nov. Teſtam.

4. *Moralia* Catechetica, & Conſcientiæ Caſus ſpectantia.

IV. *Defendunt* (1) *contra Pontificios*, Chemnicius, Gieſſenius & alii.

(2) *Contra Calvinianos*, Menzerus, Gieſſenius &c.

(3) *Contra Photinianos*, Feurbornius, Meiſnerus, D. Calovius &c.

(4) *Contra Weigelianos*, Hunnius, Himmelius, Thummius &c,

(5) *Contra Arminianos* D. Calovius in Arminianiſmo.

V. *Agnoſcunt*, & fatentur ipſi Adverſarii:

(1) *Pontificii*, qvorum teſtimonia collegit *Gerhardus* in Confeſſione Catholica, *Botſaccus* in contradictionibus Pontific. *Oſiander* in Papa non Papa.

(2) *Calviniani*, qvorum verba adducit *Himmelius* in Collegio Irenico.

Obſerv. 6. Inter *Syſtemata Theologica* noſtratium eminent

1. *ob profunditatem, Chemnicius*, cum Examine *Selnecceri*, Locis *Huttari, & Hunnii* ſenioris, & Epitome D. Nicolai Hunnii, non ſine fructu conjungendus.

2. *Ob ubertatem rerum Gerhardus*, & qvi hunc laborem hucusqve feliciter continuat *D. Calovius*.

3. Ob

3. *Ob ſingularem facilitatem & accuratam perſpicuitatem, Meiſnerus* in Anthropologia, Chriſtologia, articulo de Scriptura, Sacramentis, Eccleſia, Legibus &c.

4. *Ob compendioſam repetitionem, Brochmannus.*

Qvorum omnium qvaſi qvintam eſſentiam (uti loqvuntur) habet Lipſiæ editum Syſtema *Hopfneri*, Hodoſophia *Dannhaueri*, & inchoatum Syſtema *Carpzovii*: nec non Manuale, Das Hand-Buch / & qvæ infra libro 2. oſtenditur, Theologia Poſitiva.

Obſerv. 7. Qvi fundamenta Theologiæ Poſitivæ cum nobilioribus controverſiis, ex autoribus citatis probè perſpecta habet, conferre poterit cum Locis Theologicis *Adverſariorum Syſtemata* & compendia non ſolùm *Pontificiorum*, v.g. Inſtitutiones *Vigverii*, ſed etiam *Calvinianorum*, e.g. Syntagma *Polani*, Locos P. *Martyris* & *Muſculi*, Inſtitutiones *Calvini*, *Bucani*, Theologiam Chriſtianam *Wendelini*, Inſtitutiones *Wollebii*, Syſtema *Mareſii*, *Hornbeck*, *Junii*, *Hottingeri*, *Cocceji*, problemata *Aretii* &c.

§. 6. *Uſus Syſtematis Theologici hac methodo adornati eſt ampliſſimus.*

Ex illius enim indefeſſa repetitione acqviſitus habitus exqviſitiſſimum reddet Theologum, ut ſive divina veritas aliis proponenda, ſive contra Adverſarios defendenda, ſive ex Codice Sacro eruenda, ſive etiam ad Mores illa applicanda fuerit, nunqvam ſine ſingulari gaudio & fructu inſignem ejusmodi Theſaurum evolvere poſſit. Cujus rei veritatem vel ſolum Manuale demonſtrat, & Theologia Poſitiva libro ſecundo propoſita.

MEMBRUM IV.

De accuratâ Terminorum Theologicorum explicatione.

§. I.

H*Orologia Sacra, Theologo non ſolùm ſummè neceſſaria, verùm etiam longè utiliſſima eſt.* Vid. *Chemnicius* ab initio

tio Locorum Theologicorum, *Meiſnerus* in præcognitis, & *Carpzovii* Specimen Chemnicianum, nec non infrà liber 3. Cujus clavem exhibet Theologia Poſitiva, Polemica & Moralis.

Obſerv. 1. *Termini* in Theologia occurrentes vel purè *Theologici* (tùm *Biblici*, tùm *Eccleſiaſtici*) ſunt, vel *Mixti*. De qvibus omnibus Autores citati conſulendi ſunt.

Obſerv. 2. Horologia Sacra aliàs appellatur *Repertorium Technologicum*, qvia, qvemadmodum qvælibet τέχνη Ars & Scientia, Technicos ſuos, ſive peculiares habet terminos, qvorum ignorantia facit, ut omnis labor ſit fruſtraneus: ita & in Theologia Termini occurrunt ejusmodi, qvorum dextra explicatione nullus Theologiæ Studio addictus carere poteſt, cùm Spiritus Sancti Phraſeologiam, & rerum divinarum ſublimitatem, ſine illorum cognitione velle aſſeqvi, fruſtraneum ſit & impoſſibile.

§. 2. *Terminorum Theologo neceſſariorum notanda eſt digeſtio, collectio, explicatio, & applicatio.*

§. 3. *Collectio & digeſtio Terminorum Theologicorum commodiſſimè inſtituitur ordine Alphabetico.*

Et qvidem juxta manuductionem Indicis Balduiniani in Repertorio tàm Technologico, qvàm in ſeqventibus reliqvis monſtratam, qvorum omnium epitomen exhibet Index Manuali annexus, cum qvo conferri poſſunt Clavis *Flacii & Pfeilii*, Rhetorica Sacra *Glaſſii*, Canones *Finckii*, Mellificium *Binchii*, Index *Raupii*, & qvi inprimis Theologiæ Studioſo notiſſimus eſſe debet, tractatus *Benedicti Ariæ Montani Jeremias*, de actione, inſertus *Bibliis Anglicis* Criticis Tomo 8. col. 672. cum obſervationibus, qvæſtionibus & Miſcellaneis *Druſii*.

Et ab illis, qvi in Controverſiis *Calvinianis* probè exercitati ſunt, *Alſtedii* Lexicon Theologicum, Triumphus Biblicus & Paratitla, nec non *Ravanelli* Bibliotheca Sacra.

Et poſt perſpectas *Pontificiorum* Controverſias, *Summa* Angelica Angeli de Clavaſio, *Altenſtaigii* Lexicon. *Lorichii* Theſaurus, Compendium *Laymanni* & *Bonacinæ*, Synopſis *Filliucii*, Inſtructio Sacerdotum *Toleti*, Index Inſtitutionum *Vigverii*, Summæ *Aqvinatis*, Controverſiarum *Bellarmini* & Inſtitutionum moralium *Azorii*.

§. 4. *Ex-*

Digitized by Google

§. 4. *Explicatio Terminorum purè Theologicorum ex ſolâ Theologiâ ; Mixtorum verò ſimul ex illâ diſciplinâ , unde deſumti ſunt , petenda eſt.*

Confer Autores §. 1. citatos , & qvæ ſuprà de adminiculis Philoſophicis & controverſiis mixtis dicta ſunt, cujus rei Exempla in universâ Theologiâ paſſim occurrunt.

Obſervatio : Ad accuratam Terminorum tàm *Juridicorum* & *Medicorum* , qvàm *Philoſophicorum* & *Mixtorum* , imò & *Theologicorum* , tractationem reqviritur

1. *Reductio* Termini ad fontes & diſciplinam , ubi ille Terminus ex profeſſo tractatur.

2. *Explicatio* Termini , qvoad Onomatologiam & Pragmatologiam , per Definitionem & cauſas, ex eâdem diſciplinâ.

3. *Repurgatio* Termini ab omni imperfectione. *Omnis enim imperfectio Termini priùs removenda eſt,* juxta *Thomam, anteqvam Deo tribuatur.*

4. *Applicatio* ad Theologiam , ut inde pateat 1. Didaſcalia , 2. Elenchus , 3. Pædia , 4. Epanorthoſis , 5. Paracleſis.

Sic v. g. *Terminus generationis* , qvi in Articulo de Deo Patre & Filio occurrit, aliàs Philoſophicus eſt & *Phyſicus.*

Factâ itaqve *reductione ad illud principium* , patet , qvod *generatio Phyſica* in genere ſit actio corporis naturalis mixti , qva ſibi ſimile producit , (qvod ex cauſis generationis uberiùs oſtendit Phyſica) ſive qvod *generatiò generaliter* loqvendo importet productionem , qva producens communicat producto eandem , qvam habet , naturam. *Generatio verò humana* inferat eſſentiæ communicationem cum relatione Patris ad Filium;

Theologus verò animadvertit, *definitionem* hanc ſolùm competere *generationi Phyſicæ , adeoq; & humanæ.* Cùm itaqve hoc loco non qværatur *de generatione Phyſicâ aut humanâ , ſed divinâ , ideò repurgato Termino* ab omni imperfectione, hoc ſolùm remanet, qvod *generatio in Intelligentibus formaliter conſiderata , nihil aliud ſit , qvàm communicatio eſſentiæ , inferens relationem Patris & Filii in Creatore infinitam, in Creaturis verò finitam.*

Unde ex *applicatione* hujus Termini hoc modò repurgati , & ab omni imperfectione liberati , ad Myſterium æternæ generationis divinæ oritur

1. *Di-*

& profana dogmata : ſentias autem & doceas , qvæ nos credimus & docemus &c.

§. 8. *Utilitas Librorum Symbolicorum , vel ipſam Eccleſiam , ejusq́; membra conjunctim , vel ipſos Eccleſiæ Doctores attinet ſpecialiter.*

Obſerv. 1. *Utilitatem* Librorum Symbolicorum *reſpectu Eccleſiæ* Selneccerus in Conc. funebr. Auguſti Electoris Saxon. his verbis exprimit : Wir können deſſen gewiß ſeyn / daß / ſo lang man in dieſen und andern Landen / Kirchen und Schulen / über dieſer Bekäntnüß und Erklärung / ſo in gemelten Chriſtlichen Concordien-Buch verfaſſet / halten wird / ſo lange werde auch Richtigkeit in GOttes Wort / oder in der Lehre / ohne Schwermerey / neben andern Segen Gottes / bey uns ſeyn und bleiben. So bald aber von demſelben richtigen Bekäntnüß wird im geringſten abgeſetzet werden / daß auch GOTT / der uns dieſe groſſe Wolthat noch zu letzt erzeiget hat / von uns abſetzen / und allerley Läſterung und Schwermerey unter uns einreiſſen laſſen werde.

Obſerv. 2. Libri Symbolici *Eccleſiæ Doctori* ſunt *utiliſſimi*, faciunt enim

1. *Ad Didaſcaliam* , & informationem , ut de articulis controverſis cautè loqvi , & errorum ſcopulos evitare diſcat Eccleſiæ miniſter.

2. *Ad Elenchum* , & adverſariorum refutationem, qvod teſtantur ſinguli Auguſtanæ Confeſſionis Articuli, ejusq; Apologia & Smalcaldici articuli , nec non Formulæ Concordiæ Liber , à capite usqve ad calcem.

3. *Ad Pædiam & Epanorthoſin* , qvam inprimis Lutheri Catechismus major & minor cum Tabula Oeconomica urgent.

4. *Ad Paracleſin* , qvam vel maximè præter Catechismum Lutheri Auguſtana Confeſſio in Articulo de Juſtificatione , & Formula Concordiæ in articulo de Electione , de Chriſto , & de Cœna Domini inculcat.

§. 9. *Methodus dextrè legendi , intelligendi , applicandi , & ad uſum transferendi libros Symbolicos , non modò eorum ſummam & hiſtoriam , nec non commentatores reſpicit , verùm etiam*

Digitized by Google

etiam locos & claſſes, ad qvas ſingula referre & exinde, qvoties uſus poſtulat, repetere licet.

Obſerv. 1. *Summam* omnium Librorum Symbolicorum accuratam, planam & perſpicuam collegit *Rechtenbachius & Kromeyerus*, ex qvibus ſeriem tàm Librorum, qvàm ſingulorum articulorum memoriæ feliciter imprimere licebit.

Obſerv. 2. *Qvi verſiculis* delectantur mnemonicis, adhibere poſſunt ſeqventes, qvi continent

I. *Summam Auguſtanæ Confeſſionis.*

Eſt [1]Deus, inde [2]ſcelus, [3]Chriſtus, [4]juſtusqve, [5]Miniſter,
Hinc [6]opera, & [7]cœtus, non [8]malus obſtat, [9]aqva,
[10]Cœna, & [11]faſſio, poſt [12]dolor, [13]uſus, & [14]ordo, boniq;
[15]Ritus, [16]jura licent, [17]judiciumqve venit.
[18]Arbitrium, [19]peccans homo ſpontè, [20]fides juvat una,
Nil [21]proſunt ſancti, hæc noſtra recepta fides.

Et abuſuum;

[1]Utraqve ſed ſpecies, [2]thorus, & (ſunt inter abuſus)
[3]Miſſa, [4]occulta, [5]cibi, hinc [6]optio, [7]viſqve ſacra.

II. *Summam Formulæ Concordiæ:*

[1]Peccatum, [2]arbitrium, [3]juſtus, bona [4]facta, [5]ſeqveſtra
(ſive diſcerne Legem & Evangelium)
[6]Uſus, [7]edas, [8]Chriſtus, [9]infera, [10]ritus, [11]amor.

Obſerv. 3. *Hiſtoriæ & originis* omnium librorum Symbolicorum accurata cognitio ſummè neceſſaria eſt. Ubi

I. *Hiſtoriam Symboli Apoſtolici Niceni & Athanaſiani* oſtendunt Centuriæ *Magdeburgenſes*, *Pelargi* Schola fidei, *Lyſeri & Majoris* diſputa-

putationes de Symbolis, *D. Calovii* Tomus 1. in Auguſtanam Confeſſionem & Tom. 1. Syſtematis Theologici. *Carpzovius* in ſpecimine Chemniciano & Commentario in Libros Symbolicos.

II. *Hiſtoriam Auguſtanæ Confeſſionis*, ejusqve Apologiæ, *Lutherus*, *Chytræus*, *Cæleſtinus*, *Oſiander*, *Menzerus* in exegeſi, *D. Calovius* l. d. & *Sleidanus* repetunt.

III. *Hiſtoriam Articulorum Smalcaldicorum* Oſiander in Epitome Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ memorat, & Carpzovius Comm. h. l.

IV. *Hiſtoriam Formulæ Concordiæ Hutterus* in Libro, qvem vocat, Concordia concors, qvo concordiam diſcordem *Hoſpiniani* refutavit, nec non in Commentario in Formulam Concordiæ & Autores *Apologiæ* Formulæ Concordiæ, ut & Carpzovius prolixiùs explicant. Qvorum omnium exhibet Compendium Conſtans Concordia Concors, An. 1675. edita Hal. Sax.

Obſerv. 4. *Commentatores* Librorum Symbolicorum præter *Carpzovium*, qvi omnes conjunctim accurato ſtudio illuſtravit, ſunt:

1. In *Symbola* Oecumenica, *Pelargus*, *Rungius*, *Carpzovius*, & reliqvi Obſervat. 3. citati.

2. *In Auguſtanam Confeſſionem*, *Menzerus*, *Lobechius*, *Mylius*, *Jacobus Martini*, *Hülſemannus*, *Gmuerus*, *D. Calovius*, *Carpzovius*, & Theologi *Marpurgenſes* in Diſputationibus Anno 1630. habitis. Confer Diſſertationes *Schmidii* & *Dorſchei* de Auguſt. Confeſſ. eodem Anno editas.

3. In Articulos *Smalcaldicos*, *Balduinus*, *Carpzovius*.

4. In *Catechiſmum Lutheri*, *Schilterus*, *Dietericus*, *Gieſſenius*, *Dannhauerus*, *Carpzovius*.

5. *In Formulam Concordiæ*, *Apologia* Libri Concordiæ, *Hutterus*, (cujus Commentarius cum Concordia concorde & recitationibus *Selneceeri* ſemper conjungendus eſt.) *Geſnerus*, *Rungius*, *Piſcator*, *Himmelius*, *Carpzovius continuatus*, & *D. Chriſtianus Chemnicius*. Confer Erotemata *Mamphraſii* utiliſſima in Formulam Concordiæ, & qvatuor articulos *Viſitatorios* de Cœna, de Chriſto, de Baptiſmo, de Prædeſtinatione à *Balduino* illuſtratos.

Obſerv. 5. *Methodus* digerendi, applicandi, & ad uſum transferendi Libros Symbolicos convenientiſſima videtur illa, qvæ in *Indice*

dice Balduiniano monſtrata eſt, juxta quam omnes fidei & doctrinæ Chriſtianæ articuli ad Theologiam *Poſitivam*, Controverſiæ verò ad Theologiam *Polemicam*, Obſervationes autem de genuina dictorum fundamentalium explicatione ad Theologiam *Exegeticam*, nec non ſingula Moralia ad Theologiam *Moralem*, Termini deniqve, Diſtinctiones, Hiſtorica, & qvæcunqve in hac lectione occurrunt notatu digna, ad diſtincta *Repertoria* ejusdem Indicis referri, & ex communi hoc promptuario, qvoties uſus poſtulat, in exercitiis, tàm Diſputatoriis, qvàm Concionatoriis, imò, qvoties aliqvid vel dicendum vel ſcribendum eſt, feliciter ad uſum transferri poterunt. Confer h. l. ſeqventem librum 2. & 3. & Indicem annexum Commentario B. Carpzovii in libros Symbolicos. NB.

MEMBRUM III.

De accuratâ Locorum Theologicorum cognitione.

§. 1.

Accurata Locorum Theologicorum cognitio Theologiæ Studioſo ſummè neceſſaria eſt, qvam oſtendit Theologia Poſitiva.

Obſervatio: Theologia Poſitiva hoc loco non tantùm habitualiter conſideratur, ſed inprimis Syſtematicè, ut patet ex iis, qvæ ſuprà cap. 1. de natura Theologiæ dicta ſunt.

§. 2. *Syſtematis Theologici, ſive Theologiæ Poſitivæ notanda eſt 1. deſcriptio, 2. connexio, 3. methodus, ejusqve adminicula, 4. uſus.*

§. 3. *Theologia Poſitiva eſt Syſtema articulorum fidei & doctrinæ Chriſtianæ plenarium, inſtinctu Spiritus Sancti ab Eccleſiæ Doctoribus ex Verbo DEI revelato collectum, & methodicè diſpoſitum, animum Theologi habitualiter perficiens, ut veritas in Eccleſiâ ſincerè conſervata, uſqve ad mundi finem propagari, & homines ad DEI gloriam & æternam ſalutem informari poſſint. Qvod oſtendit ſeqvens liber 2.*

§. 4. *Connexio univerſi Syſtematis Theologiæ Poſitivæ convenientisſima videtur illa, qvæ præcognita, principia & principiata attendit*, ita, ut notetur non ſolùm *principium cognoſcendi*, Scriptura S. & *Eſſendi*, Deus, verùm etiam *Subjectum*, peccator, ejusq; *finis*, ſalus, Chriſti merito acqviſita, per *Media* divinitus ordinata, Verbum & Sacramenta, in *officinâ* gratiæ, Eccleſiâ applicanda, cujus *Conſummatio* in Regno Gloriæ expectanda eſt. vid. infr. Theol. Poſit. artic. 1.

Obſerv. 1. Qvi Theologiam Poſitivam inſtar *diſciplinæ practicæ* ita conſiderare malunt, ut ſubjectum ſeqvatur finis & media, nihilominùs fateri coguntur, *Theologiam Poſitivam diſciplinis qvidem practicis affinem eſſe, in eo autem differre vel* maximè, qvod media diſciplinarum practicarum ſint ἐφ' ἡμῖν in noſtrâ poteſtate poſita, in Theologia verò *homo reſtaurandus ſubjectum maneat merè pasſivum*, imò non ſolùm nihil agens in Converſione, ſed etiam Spiritui Sancto naturaliter repugnans, (qvemadmodum phreneticus medico remedia offerenti non raro reluctari ſolet) qvi ὀ δέξεται 1. Cor. 2, 14. *minimè capax eſt*, adeoqve nullam planè habens δύναμιν δεκτικὴν, ſed ſubjectum ἄεργον καὶ ἀεργὸν, lapide & trunco etiam deterius, qvia, *cum ex ſe nihil posſit, non deſinit tamen ἀντιστρατεύεσθαι per modum rebellionis ſe opponere* Rom. 7. verſ. 23. & ἀντιπίπτειν, reſiſtere Spiritui Sancto Actor. 7, 51.

Obſerv. 2. Cùm E. nec ipſa *fides*, qvæ aliàs *medium* ex parte vel reſpectu hominis, ſalutem in Verbo & Sacramentis oblatam, apprehendentis vocari ſolet, in noſtrâ poteſtate, ſed *ſolius Dei donum* ſit gratuitum, non incommodè ex Theologiæ cum Medicinâ comparatione terminus *Remedii*, per Chriſtum unicum animarum Medicum Exod. 15. acqviſiti, oblati, & applicati, adhiberi poteſt, ita, ut *ſalus noſtra per CHRISTUM* parta, ſoli DEO debita Oſe. 13. conſideretur vel *reſpectu DEI offerentis*, conferentis, applicantis & obſignantis, per Verbum & Sacramenta, vel *reſpectu hominis*, eandem non niſi fide per Verbum & Sacramenta divinitus collatâ apprehendentis & recipientis.

Obſerv. 3. Qvibus neqve conformatio cum Philoſophiâ Practicâ, neqve cum Medicinâ arridet, illi nudâ Articulorum fidei enumera-

meratione contenti ſint. Conf. varias Theologiæ partitiones apud *Meiſnerum* in præcognitis & initium Syſtematis *Carpzoviani.*

§. 5. Methodus colligendi ſingulos Theologiæ Poſitivæ Articulos convenientiſſima eſt, qvæ naturam imitatur & beneficio adminiculorum neceſſariorum, non niſi per certos gradus, adeoqve per Tabulas & Summaria progreditur ad Syſtema plenarium.

Obſerv. 1. *Tabulas* Theologiæ Poſitivæ collegerunt ex noſtris *Chriſtianus Matthiæ, Scharffius, & D. Johann Erneſtus Gerhardus. Ex Calvinianis verò Zegedinus.*

Obſerv. 2. *Summam* Theologiæ Poſitivæ exhibet ſeqvens liber ſecundus & Compendium *Hutteri*, & *Haſenrefferi*, Catecheſis *Dieterici*, Hodoſophia *Dannhaueri*, Summarium *Lyſeri*, Breviarium *Hülſemanni*, Theologia Poſitiva *Balduiniana*, Manuale Hand-Buch & Libelli *Mnemonici* pars 2. ſub Titulo Glaubens-Grund.

Obſerv. 3. *Ad Syſtema* Theologiæ Poſitivæ plenarium reqviritur non modò *Theſis*, verùm etiam *Antitheſis* breviter delineata, (juxta methodum in Syſtemate Höpfneriano & Carpzoviano obſervatam,) & *Praxis*, ſive uſus juxta manuductionem in Locis *Gerhardi* ſub finem Articulorum, & Syſtemate *D. Calovii*, nec non in Compendio *Haſenrefferi*, & in Theologia Poſitiva *Balduinianâ* monſtratam. Qvorum omnium ſummam exhibet Manuale das Hand-Buch / de cujus uſu ſuprà dictum eſt.

Obſerv. 4. *Collectio Syſtematis* plenarii commodiſſima eſt, qvæ juxta ordinem in *Summario Theologiæ Poſitivæ Balduinianæ* monſtratum, inſtituitur, ita, ut *Exiſtentiam Eſſentiæ*, & *Onomatologiam Pragmatologia* excipiat, inſertis ubiqve *probationibus* neceſſariis, unde & per *Obſervationes, Regulas, Canones, Poriſmata &c.* qvæ ab ipſa theſi ſemper ſeparanda ſunt, adverſariorum fraudes faciliùs agnoſci & refutari poſſunt.

Obſerv. 5. Collectio Syſtematis plenarii præſupponit *Bibliothecam & certas omnium Autorum Claſſes*, ad qvas ſinguli, qvicunqve occurrunt, Libri vel Tractatus ſine labore referri qveant, e.g. eandem veritatem, qvam univerſa Theologia Poſitiva in ſingulis articulis complectitur.

I. Do-

I. *Docent impulſu Spiritus Sancti ejuſdem organa:*

(1) *In Veteri Teſtamento* Moſes, Prophetæ & David in Pſalmis.

(2) *In Novo Teſtamento* Evangeliſtæ & Apoſtoli,

II. *Repetunt* (1) *Patres*, tàm Græci, qvàm Latini.

(2) *Concilia* Oecumenica & particularia.

(3) *Scholaſtici*, tùm antiqviores, tùm recentiores, qvamvis non ſine ſtipulis & erroribus variis.

(4) *Libri Symbolici* Eccleſiarum Auguſtanæ Confeſſionis.

III. *Confirmant* ex Scripturâ, & ſufficienter explicant *Theologi Orthodoxi*

(1) *Antiquiores, Lutherus, Chemnicius, Selneccerus.*

(2) *Recentiores*, eorumqve ſcripta 1. *Poſitiva*, Locos Theologicos explicantia.

2. *Polemica*, & variæ diſputationes contra adverſarios.

3. *Exegetica*, & Commentarii in Libros tàm Veteris, qvàm Nov. Teſtam.

4. *Moralia* Catechetica, & Conſcientiæ Caſus ſpectantia.

IV. *Defendunt* (1) *contra Pontificios*, Chemnicius, Gieſſenius & alii.

(2) *Contra Calvinianos*, Menzerus, Gieſſenius &c.

(3) *Contra Photinianos*, Feurbornius, Meiſnerus, D. Calovius &c.

(4) *Contra Weigelianos*, Hunnius, Himmelius, Thummius &c,

(5) *Contra Arminianos* D. Calovius in Arminianiſmo.

V. *Agnoſcunt*, & fatentur ipſi Adverſarii:

(1) *Pontificii*, qvorum teſtimonia collegit *Gerhardus* in Confeſſione Catholica, *Botſaccus* in contradictionibus Pontific. *Oſiander* in Papa non Papa.

(2) *Calviniani*, qvorum verba adducit *Himmelius* in Collegio Irenico.

Obſerv. 6. Inter *Syſtemata Theologica* noſtratium eminent

1. *ob profunditatem, Chemnicius*, cum Examine *Selneceeri*, Locis *Hutteri, & Hunnii* ſenioris, & Epitome D. Nicolai Hunnii, non ſine fructu conjungendus.

2. *Ob ubertatem rerum Gerhardus*, & qvi hunc laborem hucusqve feliciter continuat *D. Calovius*.

Digitized by Google

3. *Ob ſingularem facilitatem & accuratam perſpicuitatem, Meiſnerus* in Anthropologia, Chriſtologia, articulo de Scriptura, Sacramentis, Eccleſia, Legibus &c.

4. *Ob compendioſam repetitionem, Brochmannus.*

Qvorum omnium qvaſi qvintam eſſentiam (uti loqvuntur) habet Lipſiæ editum Syſtema *Höpfneri*, Hodoſophia *Dannhaueri*, & inchoatum Syſtema *Carpzovii*: nec non Manuale, das Hand-Buch / & qvæ infra libro 2. oſtenditur, Theologia Poſitiva.

Obſerv. 7. Qvi fundamenta Theologiæ Poſitivæ cum nobilioribus controverſiis, ex autoribus citatis probè perſpecta habet, conferre poterit cum Locis Theologicis *Adverſariorum Syſtemata* & compendia non ſolùm *Pontificiorum*, v.g. Inſtitutiones *Vigverii*, ſed etiam *Calvinianorum*, e.g. Syntagma *Polani*, Locos P. *Martyris* & *Muſculi*, Inſtitutiones *Calvini*, *Bucani*, Theologiam Chriſtianam *Wendelini*, Inſtitutiones *Wollebii*, Syſtema *Mareſii*, *Hornbeck*, *Junii*, *Hottingeri*, *Cocceji*, problemata *Aretii* &c.

§. 6. *Uſus Syſtematis Theologici hac methodo adornati eſt ampliſſimus.*

Ex illius enim indefeſſa repetitione acqviſitus habitus exqviſitiſſimum reddet Theologum, ut ſive divina veritas aliis proponenda, ſive contra Adverſarios defendenda, ſive ex Codice Sacro eruenda, ſive etiam ad Mores illa applicanda fuerit, nunqvam ſine ſingulari gaudio & fructu inſignem ejusmodi Theſaurum evolvere poſſit. Cujus rei veritatem vel ſolum Manuale demonſtrat, & Theologia Poſitiva libro ſecundo propoſita.

Membrum IV.

De accuratâ Terminorum Theologicorum explicatione.

§. I.

Horologia *Sacra*, *Theologo non ſolùm ſummè neceſſaria*, *verùm etiam longè utiliſſima eſt.* Vid. *Chemnicius* ab initio

tio Locorum Theologicorum, *Meiſnerus* in præcognitis, & *Carpzovii* Specimen Chemnicianum, nec non infrà liber 3. Cujus clavem exhibet Theologia Poſitiva, Polemica & Moralis.

Obſerv. 1. *Termini* in Theologia occurrentes vel purè *Theologici* (tùm *Biblici*, tùm *Eccleſiaſtici*) ſunt, vel *Mixti*. De qvibus omnibus Autores citati conſulendi ſunt.

Obſerv. 2. Horologia Sacra aliàs appellatur *Repertorium Technologicum*, qvia, qvemadmodum qvælibet τέχνη Ars & Scientia, Technicos ſuos, ſive peculiares habet terminos, qvorum ignorantia facit, ut omnis labor ſit fruſtraneus: ita & in Theologia Termini occurrunt ejusmodi, qvorum dextra explicatione nullus Theologiæ Studio addictus carere poteſt, cùm Spiritus Sancti Phraſeologiam, & rerum divinarum ſublimitatem, ſine illorum cognitione velle aſſeqvi, fruſtraneum ſit & impoſſibile.

§. 2. *Terminorum Theologo neceſſariorum notanda eſt digeſtio, collectio, explicatio, & applicatio.*

§. 3. *Collectio & digeſtio Terminorum Theologicorum commodiſſimè inſtituitur ordine Alphabetico.*

Et qvidem juxta manuductionem Indicis Balduiniani in Repertorio tàm Technologico, qvàm in ſeqventibus reliqvis monſtratam, qvorum omnium epitomen exhibet Index Manuali annexus, cum qvo conferri poſſunt Clavis *Flacii & Pfeilii*, Rhetorica Sacra *Glaſſii*, Canones *Finckii*, Mellificium *Binchii*; Index *Raupii*, & qvi inprimis Theologiæ Studioſo notiſſimus eſſe debet, tractatus *Benedicti Ariæ Montani Jeremias*, de actione, inſertus *Bibliis Anglicis* Criticis Tomo 8. col. 672. cum obſervationibus, qvæſtionibus & Miſcellaneis *Druſii*.

Et ab illis, qvi in Controverſiis *Calvinianis* probè exercitati ſunt, *Alſtedii* Lexicon Theologicum, Triumphus Biblicus & Paratitla, nec non *Ravanelli* Bibliotheca Sacra.

Et poſt perſpectas *Pontificiorum* Controverſias, *Summa* Angelica Angeli de Clavaſio, *Altenſtaigii* Lexicon, *Lorichii* Theſaurus, Compendium *Laymanni* & *Bonacinæ*, Synopſis *Filliucii*, Inſtructio Sacerdotum *Toleti*, Index Inſtitutionum *Vigverii*, Summæ *Aqvinatis*, Controverſiarum *Bellarmini* & Inſtitutionum moralium *Azorii*.

§. 4. *Ex-*

Digitized by Google

§. 4. *Explicatio Terminorum purè Theologicorum ex ſolâ Theologiâ; Mixtorum verò ſimul ex illâ diſciplinâ, unde deſumti ſunt, petenda eſt.*

Confer Autores §. 1. citatos, & qvæ ſuprà de adminiculis Philoſophicis & controverſiis mixtis dicta ſunt, cujus rei Exempla in universâ Theologiâ paſſim occurrunt.

Obſervatio: Ad accuratam Terminorum tàm *Juridicorum* & *Medicorum*, qvàm *Philoſophicorum* & *Mixtorum*, imò & *Theologicorum* tractationem reqviritur

1. *Reductio* Termini ad fontes & diſciplinam, ubi ille Terminus ex profeſſo tractatur.

2. *Explicatio* Termini, qvoad Onomatologiam & Pragmatologiam, per Definitionem & cauſas, ex eâdem diſciplinâ.

3. *Repurgatio* Termini ab omni imperfectione. *Omnis enim imperfectio Termini prius removenda eſt*, juxta *Thomam, anteqvam Deo tribuatur.*

4. *Applicatio* ad Theologiam, ut inde pateat 1. Didaſcalia, 2. Elenchus, 3. Pædia, 4. Epanorthoſis, 5. Paracleſis.

Sic v. g. *Terminus generationis*, qvi in Articulo de Deo Patre & Filio occurrit, aliàs Philoſophicus eſt & *Phyſicus*.

Factâ itaqve *reductione ad illud principium*, patet, qvod *generatio Phyſica* in genere ſit actio corporis naturalis mixti, qva ſibi ſimile producit, (qvod ex cauſis generationis uberiùs oſtendit Phyſica) ſive qvod *generatiò generaliter* loqvendo importet productionem, qva producens communicat producto eandem, qvam habet, naturam. *Generatio verò humana* inferat eſſentiæ communicationem cum relatione Patris ad Filium;

Theologus verò animadvertit, *definitionem* hanc ſolùm competere *generationi Phyſicæ, adeoq; & humanæ.* Cùm itaqve hoc loco non qværatur *de generatione Phyſicâ aut humanâ, ſed divinâ, ideò repurgato Termino* ab omni imperfectione, hoc ſolùm remanet, qvod *generatio in Intelligentibus formaliter conſiderata, nihil aliud ſit, qvàm communicatio eſſentiæ, inferens relationem Patris & Filii in Creatore infinitam, in Creaturis verò finitam.*

Unde ex *applicatione* hujus Termini hoc modò repurgati, & ab omni imperfectione liberati, ad Myſterium æternæ generationis divinæ oritur

1. *Didaſcalia*, *de Generatione divinâ*, qvæ eſt *charaɛter æterni Patris* ad intra, in relatione ad Filium æternum, qvæ *Generatio Activa* vocatur, ſcilicet *Grammaticè*, non verò Phyſicè: *ratione Filii autem paſſiva Generatio*, itidem *Grammaticè*, neqvaqvam verò Phyſicè ſic dicta, *qvæ non nova, ſed numero eadem Patris eſſentia individua communicatur Filio*, qvi ideò ὁμοούσιος Patri, & idem numero unus cum Patre Deus eſt, ita, *ut charaɛter Filii Dei* perſonalis ſit, in relatione ad æternum Patrem, Generatio ſive Nativitas æterna, ex Pſalmo 2. Confer Artic. 13. & 14. *Theologiæ Poſitivæ*, *Jacobum Martini* lib. 2. de tribus Elochim c. 16. *Grauerum* Centur. 1. d. 3. q. 6.

2. *Elenchus Photinianorum*, qvi generationem humanam divinæ generationi perperam opponunt, eamq; ob confictas rationis imperfectiones pertinaciſſimè negant. Vid. *Feurbornii* Anti-Oſtorodus p. 125. & *Jacobus Martini* l. d. p. 112. ubi ait: *Eſſentiales generationis conditiones* ſunt 1. *producere* ſibi ſimile, 2. cum producto *ſuam eſſentiam communicare*, 3. *in intelligentibus* verò, ex generatione reſultare *relationem* inter patrem & filium. Ubi igitur *hæ tres conditiones* inveniuntur, ibi *dari generationem* eſſentialem & veram qvi negat, nihil intelligit.

3. *Padia*, ut hanc generationem divinam rationi ſimpliciter ignotam ex ſolâ revelatione grati diſcamus. Vid. *Geſneri* comm. in Pſalm. 2.

4. *Epanorthoſis*, ut rationem refrenare & petulantiſſimas ejus contradictiones in tanto Myſterio cavere diſcamus. Vid. 2. Cor. 10, 5. & ſupra de adminiculis Philoſophicis.

5. *Paracleſis*, ut Dei Patris paternam in nos benevolentiam atqve providentiam omnibus calamitatibus noſtris opponamus, qvi propter æternum Filium in tempore incarnatum ob ſalutem noſtram, etiam eſt *Pater noſter*, de qvo Salvator ait: Aſcendo ad Patrem meum, & ad *Patrem veſtrum*, Joh. 20. *Pater veſter* cœleſtis ſcit, qvod his omnibus indigeatis, Matt. 6. Pater ipſe amat vos Joh. 16.

§. 5. *Uberiorem terminorum Theologicorum explicationem & applicationem oſtendit Methodus & exemplum ſuprà adductum in Appendice adminiculorum Philologicorum de uſu Concordantiarum, cum autoribus ad hunc ſcopum neceſſariis.*

Obſer-

2. *Obſervatio: Adminicula* hujus laboris egregia Theologiæ Studioſo, auctores offerunt ſeqventes, qvoad

1. *Terminos Theologicos*, *ſeqvens* Summa Theologiæ Poſitivæ, Polemicæ, Exegeticæ & Moralis libro 2. unà cum Repertoriis libro 3.

2. *Terminos Philoſophicos*, Repertorium *Philoſophicum*.

3. *Terminos Mixtos*, *Armandus* de Bello Viſu, *Caſtanens* & Summa *Thomæ* Aqvinatis.

4. *Terminos Juridicos*, Lexicon Juridicum *Calvini*, *Briſſonii* &c.

5. *Terminos Medicos*, Lexicon Anutii *Foëſii*, & Dictionarium Medicum *Henrici Stephani*, ex Hippocrate, Aretæo, Galeno, Oribaſio, Aëtio, Tralliano, *Æginetâ*, *Celſo*, & aliis collectum Anno 1564.

6. *Terminos Grammaticos*, *Lexicographi*, ſuprà Tit. de adminiculis Philologicis enumerati.

7. *Terminos Philologicos*, Hiſtoricos & Criticos, Index Theſauri Philologici & Hiſtoriæ orientalis *Hottingeri*, Etymologicon *Voſſii*, & Lexicon *Martini* Philologicum. De qvibus omnibus plenior cognitio petenda eſt ex ſeqvente libr. 3.

MEMBRUM V.

De accuratâ Controverſiarum Theologicarum tractatione.

§. 1.

Controverſiarum Theologicarum Summarium exhibet Theologia Polemica, qvarum tractatio vel conjuncta, vel diſtincta eſt.

Obſerv. 1. Controverſiarum tractationem ſibi vendicat *Theologia Polemica*, qvæ eſt habitus ſupernaturalis, animum Theologi perficiens, ut poſſit τὰς ἀντιλέγοντας ἐλέγχειν, Tit. c. 1, 9. & ſeductores ἐπιστομίζειν, v. 11. ad Dei Gloriam, ſeductionis excluſionem, Matt. 7. & auditorum ſalutem.

Obſerv. 2. *Principium Theologiæ Polemicæ* unicum, infallibile, generale & perpetuum eſt: *Dominus dixit*, E. verum. E. credendum eſt. *Dominus non dixit, ſed contradixit.* E. *nec verum, nec credendum, ſed falſum* & proinde cavendum eſt. Confer Matt. 7, 15. & Polemoſophiam Sacram *Dannhaueri*, inprimis verò ejus initium.

Obſerv. 3. Theologia Polemica præſupponit *Proceſſum diſputandi Logicum.* Videatur *Dannhaueri* Idea boni Diſputatoris & Polemoſophia Sacra, & infr. lib. 2. de Theol. Polem.

§. 2. *Conjuncta Controverſiarum tractatio, in ſingulis Theologiæ Poſitivæ Articulis, vel theſi antitheſin nobiliorum controverſiarum ſtatim opponit, juxta manuductionem Theologiæ Poſitivæ Balduinianæ, cujus commentarium exhibet Manuale,* das Hand-Buch; *vel ſubjungit, ad exemplum Exegeſeos Auguſtanæ Confesſionis Menzeri, Locorum Gerhardi, D. Calovii & Brochmanni.*

§. 3. *Diſtincta Controverſiarum Theologicarum tractatio, controverſias tùm Textuales, tùm reales, in Theologiâ tàm Poſitivâ, qvàm Morali occurrentes attendit.*

Obſerv. 1. *Controverſias textuales* juxta ſeriem Codicis Sacri collegit *D. Calovius* in Annot. Biblicis accuratiſſimis, nec non *Oſiander, Waltherus* in Harmonia, *Qviſtorpius, Friedlieb*, & qvi ob brevitatem & Autorum catalogum, Studioſis inprimis commendatiſſimus eſſe debet, *Prücknerus* in Annot. Biblicis.

Obſerv. 2. *Controverſiæ reales*, non modò ipſum Syſtema & ſingulos fidei atqve doctrinæ Chriſtianæ *Articulos* ſpectant, verùm etiam Theologiam *Moralem*, & facta atq; certos conſcientiæ caſus.

§. 4. *Controverſiarum realium tractatio alia ſummaria, alia verò plenaria eſt.*

§. 5. *Tractatio ſummaria ſeqvitur aliorum manuductionem.*

Qvam v. g. oſtendit 1. *qvoad Papiſmum, Chemnicii* Examen Concilii Tridentini, *Gieſenius, Gerhardi* Confeſſio Catholica, Hodomoria *Dannhaueri, Jacobi Martini* Diſputationes contra Becanum,

D. Gottfr.

D. Gottfr. Olearii Iſagoge, Pellis ovina *Hunnii*, Panſtratia *Chamieri*, Epitome *Eccardi, Oſiandri &c.*

2. Qvoad *Calvinismum, Gieſenius*, *Feurbornii* Epitome, gründliche Antwort NB. Theolog. *Hasſiacorum, & Theologorum Wittebergenſium*, Abſurda *Gnueri*, Hodomoria *Dannhaueri*, Iſagoge D. Gottf. *Olearii*, Faſciculus *Eccardi*, & Epitome *Oſiandri*.

3. Qvoad *Photinianismum*, Anti-Oſtorodus *Feurbornii, D. Calovius, D. Scherzerus, Stegmannus, Thummius, Hunnius &c.*

4. Qvoad *Schwenckfeldianismum, Enthuſiasmum*, *Weigelianiſmum, Anabaptismum & Qvackerianismum, Schlüſſelburgius*, *Hunnius, Schelhammerus, Thummius, Merckius, Botſaccus & Müllerus.*

5. Qvoad *Arminianismum*, *D. Calovius.*

Ita, ut ſemper in conſpectu ſint fundamenta præcipua adverſariis opponenda, Tum Generalia:

Fugiendam eſſe illam Religionem, qvæ Dei gloriam, Studium Pietatis, & afflictorum ſolatium evertit, qvod de Religione Pontificiâ, Calvinianâ, Photinianâ, & Weigelianâ, dudum probavit *Gerhardus*, in Diſputationibus Academicis. Conf. Theologorum *Wittenbergenſium* Fidelem admonitionem, de cavendo Papismo & Calvinismo. *Tùm Specialia*, qvalia ſunt: fugiendum eſſe

1. *Papismum*, qvia dogmata fovet 1. ἄγραφα, & Scripturæ planè ignota, 2. ἀντίγραφα, & Scripturæ directè contraria, 3. ἄλογα & ἀντιφατικά, abſurda, contraria, & contradictoria.

2. *Calvinismum*, qvia labefactat 1. Fidei Principium, tàm Eſſendi, qvàm Cognoſcendi, 2. Fidei Scopum ultimum, qvi eſt Dei gloria, 3. fidei ſcopum proximum, qvi eſt ſalus æterna, 4. Salutis media, Verbum & Sacramenta, 5. Salutis fundamentum univerſale, Dei gratiam, Chriſti meritum & vocationem ad Eccleſiam, 6. Chriſtianam Libertatem, 7. Confeſſionis Evangelicæ ſecuritatem, cui inſervit Formula Concordiæ.

3. *Photinianismum*, qvia univerſum fidei fundamentum evertit, dum veritatis ſalvificæ oppugnat 1. Principium, tàm Cognoſcendi, qvàm Eſſendi, 2. Principiata, adeoqve Theologiæ 1. Subjectum, 2. Finem, 3. Media, 4. Officinam, Eccleſiam.

4. *Schwenckfeldianismum, Enthuſiasmum, Weigelianismum*, Anabaptismum, & Qvackerianismum, qvia labefactat univerſæ veritatis

tatis ſalvificæ 1. Principium Cognoſcendi, & Eſſendi, 2. Principiata, dum variis modis confundit doctrinam, qvæ explicat Theologiæ 1. Subjectum, 2. Scopum, 3. Media, 4. Officinam, Eccleſiam.

5. *Arminianiſmum*, qvia oppugnat veritatis ſalvificæ (1.) Principium, 1. Cognoſcendi, 2. Eſſendi; (2.) Principiata, qvoad Theologiæ 1. Subjectum, 2. Finem, 3. Media. De qvibus omnibus, ut & *Autoribus* huc facientibus, agit Theologia *Polemica*.

§. 6. *Plenaria Controverſiarum Theologicarum tractatio, in ſingulis controverſiis ſingularem reqvirit diligentiam, inprimis qvoad accuratam Status Controverſiæ formationem, & ſingularum tàm objectionum, qvàm exceptionum refutationem.*

Obſervatio: Theologo, qvi ſolidè & feliciter adverſarios refutare conatur, in ſingulis Controverſiis attendenda eſt

1. *Terminorum* controverſorum explicatio & applicatio, ex præced. membro 4.

2. *Remotio* eorum, qvæ à Statu Controverſiæ aliena ſunt.

3. *Poſitio* Theſeos, ſive ſententiæ, de qva controvertitur.

4. *Oppoſitio Antitheſeos*, & qvidem qvantum fieri poteſt, ex ipſis Adverſarii verbis conceptæ.

5. *Accurata aſſertio* ſive Veritatis probatio.

6. *Refutatio* tùm Objectionum, tùm exceptionum adverſarii.

7. *Concluſio*, Veritatem ex his omnibus indubiam patere, ideoqꝫ immobilem ſubſiſtere.

Cujus rei exemplum exhibet Theologia Exegetica, de Scripturæ perfectione lib. 2. c. 6. Tit. 6.

§. 7. *Plenaria Controverſiarum tractatio reqvirit accuratam cognitionem, unde deſumenda ſit adverſariorum Theſis, & Orthodoxorum Antitheſis.*

Obſerv. 1. Diſtincta *Adverſariorum Theſis* optimè cognoſcitur diſtinctè;

1. *Pontificiorum*, ex Concilio *Tridentino*, (cujus Æqvivocationes & Myſteria detexit Chemnicius in Examine & P. Svavis in Hiſtoria Concilii Tridentini,) & Controverſiis *Bellarmini*, (qvorum ſummam exhibet Theologia Polemica,) Theologiâ Scholaſticâ *Becani*, & Guili-

Guilielmi *Bailii* Catechiſmo controverſiarum , Conſultatione *Leſſii*, Refutatione Auguſtanæ Confeſſionis *Hageri* , Diſputat. *Cornai*, Speculo Veritatis &c.

II. *Calvinianorum, ex Confeſſionibus* Reformatorum conjunctim editis , ex Synodo *Dordracenâ* , ex Confeſſione *Thorunienſi* , ex Inſtitutionibus *Calvini* , (qvarum ſummam repetit Theologia Polemica) & *Bucani* , ex Syntagmate Theologico *Polani* , Syſtemate *Mareſii* , Inſtitutionibus *Hornbeck*; Curſu Theologico *Hottingeri* , Theologiâ Chriſtianâ *Wendelini* , Controverſiis *Maſſonii*, *Martinii* , *Sadaelis* , *Sachſii*, ut & *Anhaltinorum* , *Palatinorum*, *Paraei*, *Alſtedii*, & aliorum.

III. *Photinianorum* , ex Catecheſi *Racovianâ* , Libello Svaſorio *Socini* , & Inſtitutionibus *Oſtorodi* , *Volckelii*, ut & ex *Schmalzii* , *Crellii*, *Schlichtingii* , & *Enjedini* ſcriptis.

IV. *Arminianorum* , ex Confeſſione Remonſtrantium , ex Anti-Vedelio & ſcriptis *Epiſcopii*.

V. *Weigelianorum & Enthuſiaſtarum* , ex ſcriptis & Poſtillis *Weigelii*.

VI. *Schvvenckfeldianorum*, ex ſcriptis *Schvvenckfeldii*.

VII. *Anabaptiſtarum*, ex Colloqvio *Franckenthalenſi*, item : Bekäntnüß der Wiedertäuffer/ zu Roſtock und Dantzig gedruckt.

VIII. *Qvackerorum* , ex variis eorum ſcriptis, qvorum Tituli : Ein Standart. An. 1659. Ein Allarm / geblaſen zu allen Nationen der gantzen Welt. An. 1657. Eine Unterweiſung. An. 1659. Eine Schrifft außgeſandt in die Welt. Anno 1660. Ankündigung des Gerichts GOttes etc.

Obſerv. 2. *Antitheſis Orthodoxa* , ſingulis Adverſariis oppoſita patet tùm ex præced. §. 5. tùm ex Theologiâ Polemicâ, tùm ex ſeqq.

I. *Pontificios* refutarunt tùm Noſtri, tùm Calviniani, non ſolùm conjunctim, *Gerhardus* , in Confeſſione Catholica, & *Dannhauerus* in Hodomoria, Theologi *Saxonici* in Apologiâ Aug. Confeſſ. Germanicâ, Autores der ſtatlichen Außführung / *Heilbrunnerus* im Uncatholiſchen Pabſtum/ & *Chamierus* in Panſtratia; *Verùm etiam in ſpecie* :

1. Concilium Tridentinum , *Chemnicius*.

2. Bellarminum, *Gerhardus* in peculiaribus Diſputationibus, *Hunnius*, *Gieſenius*, *Hülſemannus* , *Ameſius*.

3. Becanum, Jacobus *Martini* , *Himmelius & Crocius*.

4. Bailium, *Rivetus* in Catholico Orthodoxo.
5. Leſſium, *Meisnerus.*
6. Hagerum, *Hülſemannus.*
7. Cornæum, *Dannhauerus.*
8. Speculum veritatis, *Brochmannus.*

II. *Calvinianos* refutarunt non ſolùm conjunctim Theologi *Haſſiaci* in der gründlichen Widerlegung / & Autores *Apologiæ* Formulæ Concordiæ, *Dannhauerus* in Hodomoria, & in Reformato *Salve. D. Calovius* in Diſputat. Anti-Calvin. *Feurbornius* in Diſſertationibus.

Verùm etiam in ſpecie.

1. Synodi Dordracenæ Articulos, *Hunnius* in fundamentali disſenſu, *Menzerus* in peculiari Diſputatione, *Müllerus* in examine Abſoluti Decreti, & *Remonſtrantes.*
2. Confeſſionem Thorunienſem, *Hülſemannus.*
3. Wendelinum, *Lyſerus & Gerhardus.*
4. Maſſonium, Jacobus *Martini*, *Wellerus, & Scharffius.*
5. Martinium, *Menzerus & Affelmannus.*
6. Sadaëlem, idem *Menzerus.*
7. Sachſium, D. Johannes *Dürrius.*
8. Anhaltinos, Theologi *Wittenbergenſes.*
9. Palatinos *Heilbrunnerus*, & alii Theologi Würtenbergenſes.
10. Pareum, *Sigvvartus*, *Hutterus*, & alii.

III. *Photinianos* refutarunt non ſolùm conjunctim tàm *Noſtri*, Nicolaus *Hunnius, D. Calovius, Stegmannus, Thummius, Himmelius, Keslerus* in Logica & Metaphyſica Photiniana; qvàm *Calviniani*, *Becmannus, Junius*, *Jacobus ad Portum* & alii. Verùm etiam in ſpecie:

1. Catecheſin Racovianam, Theologi *Wittenbergenſes.*
2. Socini Libellum Svaſorium, *Meiſnerus.*
3. Oſtorodi Inſtitutiones, *Feurbornius.*
4. Volckelii Inſtitutiones Jacobus *Martini.*
5. Smalzium, *Franzius* Diſp. in Auguſt. Confeſſ. & in ſchola Sacrificiorum.
6. Crellium, *Calovius & Botſaccus.*
7. Enjedinum, *Feurbornius* in Anti-Enjedino à D. Haberkornio edito.

IV. *Armi-*

Digitized by Google

IV. *Arminianos* refutavit 1. *ex Noſtris*, *D. Calovius* in Arminianismo, & qvoad Controverſias de Gratiâ, *Hülſemannus* in Diſputat. de Auxiliis gratiæ.

2. *Ex Calvinianis*, *Vedelius*, *Ameſius*, & *Molineus*.

V. *Weigelianos & Enthuſiaſtas* conjunctim refutarunt Theologi *Hamburgenſes*, ut & Nicolaus *Hunnius*, & *Himmelius*. In ſpecie verò

1. Weigelium, *Scheelhammerus*.
2. Ezechielem Meth, D. Andreas *Merckius*.
3. Eliam Prætorium & ſimiles D. *Müllerus* & *Zapfius*.

VI. *Schvvenckfeldianos* refutavit *Schlüſſelburgius* in Schvvenckfeldianismo.

VII. *Anabaptiſtas* refutavit *Oſiander*, *Schlüſſelburgius* in Anabaptismo, & *Botſaccus* in Anabaptismo reprobato.

VIII. *Qvakeros*, Theologi *Hamburgenſes* in peculiari Libro, cui Titulus: Quacker-Greuel. An 1661.

Cum qvibus conjungi poſſunt controverſiæ

1. *Turcicæ*, ex *Hottingeri* Theſauro Philologico, Hiſtoriâ Orientali, & Bibliotheca Orientali, nec non ex Refutatione Alcorani colligendæ.
2. *Judaicæ*, ex *Mülleri* Judaismo & *Helvici* Diſputationibus.
3. *Moſcoviticæ*, ex Itinere Perſico Adami Olearii. Et ſimiles.

Membrum VI.

De accuratâ Locorum Practicorum collectione.

§. 1.

Poſt explicata Theologiæ Poſitivæ & Polemicæ Media, reſtant ea, qvæ tàm ad Exegeticam, qvàm ad Moralem Theologiam reqvirunter.

Obſerv. 1. *Theologia Exegetica* eſt habitus Practicus ſupernaturalis, qvo Veritas divina ex Verbo revelato ita cognoſcitur, ut non ſolùm aliis ſufficienter *explicari*, ſed etiam ad Doctrinam, Elenchum, Pæ-

Digitized by Google

Pædiam, Epanorthoſin, & Paracleſin, dextrè applicari poſſit, ad Dei gloriam & Auditorum ædificationem. vid. infr. librum 2.

Obſerv. 2. *Theologia Moralis* eſt habitus Practicus ſupernaturalis, animum Theologi perficiens, ut ſit δυνατὸς ſufficienter inſtructus, qvi poſſit alios exhortari per doctrinam ſanam, Tit. 1, 9. dum Veritatem ſalvificam dextrè explicatam ita *applicat*, ut ignorantes inſtituat, errantes corrigat, & afflictos erigat, ad Dei gloriam & Auditorum ædificationem, ex 2. Tim. 3. verſ. 16. Qvâ de re itidem infrà libro 2. agitur.

Obſerv. 3. Præter *Adminicula Interpretationis* Scripturæ Sacræ, qvæ ipſi *Theologo*, ſive ad Theologiam Exegeticam ſive Moralem neceſſaria ſunt, reſtant adhuc illa, qvæ inprimis reſpectu *Auditorum* reqviruntur, ut Theologus Veritatem Cœleſtem rectè intellectam non modò 1. proponere, 2. & defendere, verùm etiam aliis 3. explicare, & 4. ad mores applicare poſſit, tanqvam typus gregis, qvi qvod alios docet, ipſe facit, & ſuo exemplo Auditores ad imitationem excitat.

Obſerv. 4. *Compendium* Theol. Moralis exhibet Apoſtolus Tit. 2. verſ. 12. dum vitam piam DEO, ſobriam nobis, & juſtam proximo vendicat.

§. 2. *Adminicula illa offerunt Loci Communes Practici, qvi nihil aliud ſunt, qvàm certæ claſſes, qvæ ſingula Theologiæ Moralis objecta Methodicè digeſta, tùm ad ipſius Theologi, tùm ad Auditorum ſufficientem informationem pertinentia continent.*

Obſervatio: Collectio Locorum Practicorum, qvorum ſummam exhibet Theologia Moralis libro 2. propoſita, nec non Aretologia Tugend-Schule / neqvaqvam tamdiu *differenda* eſt, donec univerſæ Theologiæ Poſitivæ, Polemicæ, Exegeticæ & Moralis ſufficientem cognitionem Theologiæ Studioſus acqviſiverit, ſed potiùs *ſtatim* ſub initium Lectionis Scripturæ Sacræ annotatio dictorum & exemplorum memorabilium ad marginem *libelli Mnemonici*, cui Titulus: Gedenck-Kunſt / inchoanda, & ex practicis Theologorum Libellis ſubinde continuanda eſt, donec plenaria addatur Collectio, ex ſeqvente §. 3. 4. ſeq. Conf. Conſilium *Theodoreti*, Tom. 2. Dial. 1. cui Titulus: Impatibilis, p. 362. ubi dicit: *Imitare Apes, & Sacræ Scripturæ prata, &*

San-

Digitized by Google

Sanctorum Patrum pulchros flores mente circumvolans, fidei favos inte contexe. Qvod ſicubi herbam inveneris, nec dulcem, nec eſculentam, habet tamen aliqvid utile ad mel conficiendum: non eſt alienum, qvod bonum qvidem eſt ſumere, qvod verò noxium, relinqvere. Etenim Apes ſæpè in venenoſis fruticibus inſidentes, qvod eſt qvidem *perniciosum, relinqvunt*, qvod eſt verò ſibi *accommodatum, accipiunt.*

Canon. Futuro concionatori familiariſſima ſint 1. dicta, 2. exempla, 3. documenta moralia. Nam dicta Scripturæ docent, exempla & docent, & illuſtrant, documenta verò urgent, ut facienda facias, & fugienda fugias. Qvalia ſunt I. Dominus dixit. Ergo verum, Ergo credendum, Ergo obſervandum eſt. II. Dominus mandavit, E. faciendum eſt, cum fugâ contrarii. III. Dominus promiſit. E. ſperandum eſt.

§. 3. *Locorum Practicorum & ſeries notanda eſt, & methodus, cum adminiculis, ad feliciorem eorum collectionem ſpectantibus.*

§. 4. *Series ſive diſtributio Locorum Practicorum, vel vulgaris eſt, vel accuratior.*

Obſerv. 1. Qvibus *Vulgaris* placet diſtributio, illi ordinem obſervant Alphabeticum, uti Moralia D. Botſacci, vel etiam arbitrarium, & beneficio Indicis Alphabetici memoriæ conſulunt.

Obſerv. 2. *Qvi tutiorem amant viam*, qva & judicio & memoriæ rectiùs conſulitur, illi omnia fundamenta Moralia *probantia* annotant ad marginem vel 1. *Libelli Mnemonici* Gedenck-Kunſt / 2. vel *Theſauri Vogelii*, vel 3. *Theologiæ Moralis.*

§. 5. *Methodus colligendi Locos Practicos ſingulas Theologiæ Moralis Claſſes ordine attendit, & probationes ab illuſtrationibus accurato ſtudio diſcernit.*

Obſerv. 1. *Ad probationem* faciunt Dicta & Exempla Sacra, qvæ ſpectant *ad uſum* 1. *ſingulorum Articulorum* juxta manuductionem Theologiæ Poſitivæ.

2. *Singulorum Scripturæ Sacræ dictorum & exemplorum*, juxta manuductionem ſuprà Membro 1. indicatam. 3. Sin-

3. *Singularum Virtutum*, qvibus juxta ſeriem Decalogi oppoſita ſunt certa Vitia, ex Theologia Morali.

4. *Singulorum reqviſitorum & officiorum*, qvæ competunt viventibus *in Statu* 1. *Eccleſiaſtico*, 2. *Politico*, 3. *Oeconomico*, juxta Theologiæ Moralis ſeriem.

Obſerv. 2. *Ad illuſtrationem* faciunt 1. *Exempla*, ſive Hiſtoriæ, vel ad diſtincta Indicis Theologici Repertoria referenda, vel ex aliis colligenda, 2. *Allegoriæ* & ſimilitudines, 3. *Dicta* aliorum memorabilia, uti patebit ex §. 8. & ſeqq. De qvibus omnibus agit Oratoria Eccleſiaſtica.

§. 6. *Adminicula ad Locorum Practicorum collectionem neceſſaria, vel generalia ſunt, vel ſpecialia, vel ſpecialisſima.*

§. 7. *Generalia ſunt, qvæ materias Practicas conjunctim tractatas offerunt.*

Huc faciunt præter Theologiam Moralem, Moralia *Botſacci*, Explicationes Evangeliorum *Dieterici, Gerhardi, Meiſneri*, ejusqve conciones in Auguſtanam Confeſſionem, & ſimiles, nec non omnes noſtri Commentatores, inprimis verò *Catechetæ*, & qvi Decalogi præcepta illuſtrarunt, inter qvos, poſt *Lutherum & Chemnicium, Gerhardi* Schola Pietatis, *Dannhaueri, Thummii, & Gieſſenii* Scripta Catechetica eminent, cum Conçionibus *Herzogii* in Decalogum.

§. 8. *Adminicula ſpecialia reſpiciunt Collectionem 1. Exemplorum, 2. Allegoriarum, 3. Dictorum memorabilium.*

§. 9. *Exempla Theologo Practico neceſſaria vel ſacra ſunt, vel profana.*

Obſerv. 1. *Exempla* Veteris & Novi Teſtamenti Theologo Morali neceſſaria collegit *Crellius* in Concordantiis, *Cramerus* im Wegweiſer/ *Vogelius* in Theſauro, *Piſcator* in Indice Biblico, *Marloratus* in Theſauro Scripturæ, *Simon Goulartius*, & alii.

Canon: Exempla S. magnifacienda ſunt, qvia regulam univerſalem præſupponunt. Qvâ de re agit Theol. Exegetica lib. 2. c. 3. Tit. 5.

Obſerv. 2. Exempla ex Hiſtoria Eccleſiaſtica collecta offerunt *Centuriæ Magdeburgenſes, Oſiandri* Epitome, & memorabilia *Wolffii*, cum qvibus Annales *Baronii*, Calendarium Sanctorum *Surii & Wicelii*,

atqve

atqve Theatrum Vitæ Humanæ *Beyerlingii conjungi poſſunt, ita tamen,* ut enormia illa *mendacia & fabuloſæ narrationes in his autoribus* Pontificiis à veritate Hiſtoricâ accurato ſtudio ſeparentur.

Obſerv. 3. Exempla Profana ex variis Autoribus collegit *Valerius Maximus, Zvvingerus & Beyerling* in Theatro, *Calviſius* atque *Bucholzerus* in ſcriptis Chronologicis, qvibus & Richteri Axiomata, & Ludovici *Gotofredi* atqve *Cluveri* ſcripta Hiſtorica conjungi poſſunt, atqve Loci Simonis *Goulartii* & Nucleus *Meigerii*, nec non Calendarium & Promptuarium *Hondorffii, Sturmii* atqve *Titii, Molleri, Manlii*, & alia ejusmodi Autorum collectanea, adhibitâ tamen cautione debitâ, ne fabuloſa pro veris accipiantur.

§. 10. *Præter Exempla, Allegoriæ etiam & ſimilitudines cum Typis, inſerenda ſunt Locis Practicis. De quibus videri poteſt Theologia Exegetica.*

Obſerv. 1. Autores, qvi Allegorias & ſimilitudines ſacras explicarunt, potiores ſunt ex Noſtris: *Zehnerus, Botſaccus* in Promptuario, & in Moralibus, *Mollerus*, & *Titius*. Ex *Pontificiis* verò vel ſola Hieronymi *Laureti* Sylva Allegoriarum ſufficere, vel cum Summâ *Geminiani*, & Gregoriano *Garneri*, vel cum *Marchantio* & Locis *Labata* conferri poteſt.

Obſerv. 2. Compendium Allegoriarum & ſimilitudinum præcipuarum offert *Repertorium* Indicis Balduiniani Allegoricum.

Obſerv. 3. De Typis Theologia Exegetica agit.

§. 11. *Dicta memorabilia, Locis Practicis inſerenda, ſunt [The]ologorum, Patrum, Lutheri & reliqvorum; vel Auto[...]rum, Hiſtoricorum, Poëtarum & ſimilium; vel etiam*

[...]trum collegerunt Centuriatores Magdebur-
[...]i Articulorum ſeriem, per ſingula ſe-
[...]icis, *Meckelius, Eccardus* & alii;
[...] Origenis, Baſilii, Chryſo-
[...]rii, & Bernhardi, ordi-
[...]atrum.
[...] *Porta*, Nean-
[...] *Obſerv. 3.*

Obſerv. 3. *Hiſtoricorum, Poëtarum & variorum Autorum* ſententias nobiliores collegit *Zvvingerus & Beyerling* in magno Vitæ Humanæ Theatro, ut & *Langius* in Polyanthea &c.

Obſerv. 4. *Dicta Rabbinorum*, qvorum Catalogum *Alſtedii* Chronologia exhibet, notatu digniſſima occurrunt in obſervationibus Johannis *Gregorii*, inſertis Tomo 9. Bibl. Critic. Anglic. col. 2752. nec non in collatione tranſlationum P. Fagii ibid. col. 2839. inprimis verò in Melliſicio Hebraico Chriſtoph. Cartvvright. col. 2943. Cum qvibus conferri poſſunt Proverbia & Adagia *Druſii*, nec non Simeonis de *Muis* varia ſacra è Rabbinis contexta. ibid. col. 2607. & *Galatini* arcana, ut & nobiliora Arabum & Perſarum dicta ab *Hottingero* collecta lib. 2. Hiſtor. Oriental. c. 6. p. 507. ſeq. & à *Gentio* tranſlata, qvæ hodiè etiam Germanis, ex *Adami Olearii* verſione non ignota ſunt. Qvorſum & *Erpenii* Proverbia Arabica facere poſſunt: nec non Johannis *Ligtfothi* Horæ Hebraicæ & Talmudicæ.

§. 12. *Adminicula Locorum Practicorum ſpecialiſſima reſpiciunt Methodum dextrè explicandi ſingulas Virtutes cum vitiis oppoſitis.*

Obſerv. 1. *Fundamenta generalia* h. l. attendenda ſunt 1. *DEI Omniſcientia*, Mandatum, Præſentia, & Bonitas, Pſal. 139, 1. 2. 3. 4. Pſal. 7, 10. 1. Tim. 6, 11. Sir. 23, 28. Sir. 50, 24.

2. *Hominis*, ejusqve Vitæ vanitas & brevitas. Pſalm. 39. verſ. 6. Pſal. 103, 15.

3. *Judicii Extremi* rigoroſiſſimi infallibilitas Eccleſ. 12, verſ. 14. 2. Cor. 5, 10.

4. *Impiorum miſeria*, ex peccati fœditate orta, & perennis infelicitas. Devteron. 27, 26. Pſalm. XI, 6. Galat. 5, 21. Matt. 25. verſ. 41. 2. Tim. 2, 26.

5. *Piorum æterna felicitas*, Rom. 2. verſ. 7. Pſalm. 61. verſ. 6. Matt. 25, 34.

Obſerv. 2. *Fundamenta Specialia* ſvaſoria in ſingulis Virtutibus obſervanda, ſunt 1. *Dicta*, 2. *Exempla*, 3. *Documenta*, cum *præmiis* temporalibus & æternis, qvæ *Eraſmus* in Eccleſiaſte, & alii reducunt ad certa capita, qvorum 1. Honeſtum, 2. Neceſſarium, 3. Utile, 4. Jucundum, 5. Tutum, 6. Facile, 7. Laudabile. Confer Theologiam

logiam Moralem] *Ex qva parent potiſſimarum Virtutum* 1. *Nomen,* (*Exiſtentia & Eſſentia, ex Onomatologia, & Pragmatologia, Definitione, & Cauſis*)

2. *Cultum, ejusqve* (1) *fundamenta, Dicta, Exempla & Documenta.* (2) *Adminicula, Oratio, Meditatio, & Tentatio.*

3. *Contraria, peccata & vitia.* De qvibus omnibus videri poſſunt *Chemnicius, Gerhardus, Dannhauerus, Thummius & Herzog*, in Explicatione Decalogi, *Matheſius* in Siracidem, *Gerhardi* Schola Pietatis, *Botſacci* Moralia, *Vogelii* Schatz-Kammer / *Chytræus* in Regulis Vitæ, *Arndius* de Chriſtianiſmo, *Mamphraſius* in Praxi Theologica.

Ex Calvinianis verò, *Polanus* Syntagmate Theologico, *Ahrenetby* Seelen-Artzney / *Danæi* Ethica Chriſtiana, *Rivetus* in Exodum, *Spinæus* de tranqvillitate animi.

Et ex Pontificiis, *Azorius* in Inſtitutionibus Moralibus. *Peraldi* Summa Virtutum & Vitiorum, *Cornelius à Lapide* in Siracidem, *Buſenbaum* in Medulla Theologiæ Moralis. Toletus, & ſimiles.

Obſerv. 3. *Fundamenta Diſſvaſoria Specialia*, qvoad ſingula vitia itidem ſunt 1. *Dicta*, 2. *Exempla*, 3. *Documenta*, cum *ſuppliciis* temporalibus & æternis. Unde & *Vitii* 1. *Natura*, 2. *Fuga*, ejusqve fundamenta & Adminicula, 3. *Virtus contraria* oſtendenda eſt, juxta manuductionem Theologiæ Moralis & Oratoriæ Eccleſiaſticæ.

De qvibus omnibus Autores præced. Obſervat. 2. citati videri poſſunt.

MEMBRUM VII.

De accuratâ Caſuum Conſcientiæ Deciſione.

§. 1.

AD Locos Theologiæ Practicæ ſive ad Moralem Theologiam pertinent etiam Caſus Conſcientiæ. Qvorum explicatio aliàs vo- ſolet Theologia Caſiſtica, cujus Summam infrà liber ſecundus ologiæ exhibet.

§. 2. Con-

P

§. 2. *Conſcientia eſt Actus intellectus, ſeu Judicium aut dictamen rectæ rationis, indicans, aliqvid tanqvam bonum vel malum, hic & nunc agendum vel omittendum eſſe.* Confer Vasqvez in 1. ſecundæ Tom. 1. Diſp. 159. Vel: *Conſcientia eſt actus intellectus practici circa actionis finem, an ſit actio honeſta, turpis, vel indifferens. Diciturq́ recta, ex rectitudine Intellectus; vel errans, ob intellectus deceptionem, vel depravationem, circa honeſtum, inhoneſtum, vel adiaphorum.*

Obſerv 1. *Conſcientia eſt Syllogismus Practicus*, qvi 1. reſpectu *Propoſitionis Majoris*, qvam offert, συντήρησις dicitur Lex & lumen, Chriſtiano oſtendens, qvid conveniat non ſolùm cum jure naturæ, verum etiam cum jure divino & humano; 2. *reſpectu aſſumtionis ſeu propoſitionis Minoris*, qvam oſtendit applicatio ad præterita & futura συνείδησις vocatur, Teſtis; 3. reſpectu *Concluſionis* deniqve appellatur Judex (v. g. Honeſtè vivendum eſt. Tu benefaciendo egenis honeſtè vivis, E. rectè facis.) Qvod enim Intellectus Speculativus ut verum apprehendit, illud ipſum Intellectus Practicus ad opus ordinat. Unde Criſis tàm factorum, qvàm faciendorum patet.

Obſerv. 2. Sive Conſcientia dicatur *Judicium intellectus Practicum*, ſive *actus ſcientificus*, de cogitatis, dictis & factis, per diſcurſum à Principio ad Principiata inſtitutus, qvi principia practica univerſalia applicat ad circumſtantias actus ſingulares, manet tamen *officium conſcientiæ, judicare & examinare* actus humanos Morales individuos & ſtatuere, hos vel illos eſſe bonos vel malos, ideoqve vel benè, vel malè factos, ſive faciendos eſſe.

Obſerv. 3. Qvamvis *Examen* illud non ſolùm facienda & fugienda, verùm etiam jam facta rectæ rationi tàm diſſentanea, qvàm conſentanea (adeoqve Objecta præterita, præſentia & futura) reſpiciat, h. l. tamen inprimis *de faciendis* ſollicitus eſt Theologus. Sauciam enim Conſcientiam ſanare & erigere ad Theologiam ſpectat *Paracleticam*, ſive ad officium Eccleſiæ Doctoris Paracleticum. Qva de re Theologia Moralis agit, & D. Balduinus in Caſ. Conſcient. nec non Gymnaſium Patientiæ p. 909.

Obſerv. 4. *Judicium* Theologi Moralis h. l. non reqviritur probabile

babili & erroneæ, qvàm ſcrupuloſæ rectè conſulatur, adeoqve Chriſtianus Judicium habere poſſit indubitatum, de rectè cogitatis, dictis & factis, cum jure Divino principaliter, & conſeqventer cum jure humano certò & indubitatò conſentientibus. Cujus *Fructus* ſunt, Liberatio à morſu & accuſatione conſcientiæ, Job. 28. & excuſatio, Rom. 2. cum commendatione, 2. Cor. 1, 12. gaudio & tranqvillitate ſvaviſſimâ Rom. 15. Confer qvæ ſuprà de certitudine dicta ſunt cap. 2. Sect 3.

Poriſma: Ergo horrenda eſt aſſertio Martini Breſſeri lib. 2. de Conſcientia c. 13. §. 125. p. 199: Citra ſpecialem revelationem *nemo poteſt eſſe certus certitudine fidei, de bonitate conſcientiæ ſuæ*, ſeu ſtatu præſentis gratiæ. Eſt omnium Catholicorum ex Concilio Tridentino, Seſſ. 6. c. 9. Ratio eſt ibidem p. 207. allata, qvia 1. incerta ſunt opera, 2. & pœnitentia & peccatorum remiſſio, 3. vera Baptiſmi perceptio. Contrarium vero patet ex Theol. Poſit. art. 93. 94. 95. & 87. NB.

Obſerv. 5. Infallibilis itaqve *deciſio Normam qvoqve reqvirit infallibilem*, qvæ nulla alia eſt, qvàm divina Revelatio, olim & ſcriptione, & enunciatione; hodiè verò ſolâ ſcriptione nobis communicata, qvæ ſola etiam homines poteſt σοφίσαι, ut ἄρτιος reddatur homo Dei ad omne opus 2. Timoth. 3. qvi & ſeipſum & Auditores ſalvare poſſit 1. Tim. 4.

Obſerv. 6. *Deciſioni* Caſuum Conſcientiæ, ex immotis Scripturæ fundamentis monſtratæ rectè ſubjungitur illius *illuſtratio* uberior, 1. per Exempla, 2. per Dicta Patrum, & ſimiles Theolog. Practicorum Obſervationes.

§. 3. *Caſus Conſcientiæ eſt factum dubium, de qvo renatus ob prægnantes dubitandi rationes hæſitat.*

Obſerv. 1. *Dubium* h. l. non conſideratur (1) *generaliſſimè*, ut includat 1. *omne dubium*, vel circa *credenda*, qvod ex Theologiâ Poſitivâ, vel circa *agenda*, qvod ex Decalogo obvium eſt, vel ex Tabulâ Oeconomicâ, & ex parte 1. & 2. Theologiæ Moralis.

2. *Nec omne Objectum*, qvod animum qvocunqve modo *affligit*, qvo reſpectu & *Tentationes* & ſimilia interdum referri ſolent ad Caſus Conſcientiæ.

Sed (2) *Specialiſſimè*, qvatenus notat *dubium* hominis renati, *in*

P... actio-

actione aliqva humana, de qva Conſcientia ſine informatione judicium ſuum ritè inſtituere non poteſt. Vid. infr. §. 6. obſervat. 3. & plura huc facientia in Gymnaſio Patientiæ p. 920. ſeq. ubi oſtenditur, qvod dubia illa vel ex ignorantia *intellectus*, vel ex depravatione *voluntatis*, vel ex impetu *Affectuum*, oriantur, ut neqve Principium dirigens, aut Imperans, aut Exeqvens ſine manuductione ſe expedire, aut agentem ab errore liberare qveat, etiamſi agenda ſciat, & agere velit & poſſit. Unde *Balduinus* in Caſibus Conſcientiæ p. 43. monet: Caſus Conſcientiæ qværendos eſſe in *actionibus hominum difficilioribus*, & dubiis, qvæ juxta ductum Scripturæ Sacræ decidendæ & dirigendæ ſunt, ut Conſcientia acqvieſcere poſſit.

Obſerv. 2. Qvæcunqve *Theologo Morali* occurrunt, ſunt tùm *Actiones*, vel Doctoris, vel Auditoris, tùm *paſſiones* & variæ calamitates, tàm *externæ*, de qvibus in Articulo 108. Theologiæ Poſitivæ, de cruce agitur, qvàm *internæ*, Tentationes &c. de qvibus in Gymnaſio Patientiæ p. 716. ſeq. & ſuprà dictum eſt cap. 3. ſect. 1. membro 3. in Reqviſitis Theologicis: à qvibus omnibus accurato ſtudio diſcernendæ ſunt *dubitationes*, vel fluctuationes, qvæ vel facienda aut omittenda *ſimpliciter*, vel faciendi aut omittendi *modum*, ejusqve circumſtantias reſpiciunt. Unde vel ob facti ipſius *obſcuritatem*, vel ob intellectus *imbecillitatem*, (dum vel ex ignorantiâ puræ negationis, vel pravæ diſpoſitionis, infallibilis Verbi Divini norma, ejusqve applicatio negligitur,) vel ob voluntatis *perverſitatem*, vel ob affectuum *dominium* homo etiam renatus ſe extricare neqvit, & facta ejusmodi, qvæ deciſionem ex Scripturâ S. deſiderant, propriè vocantur *Caſus Conſcientiæ*.

Nota. *Caſus Conſcientiæ* eſt actus moralis, circa qvem eliciendum conſcientia hominis rationes probabiles videt, ob qvas actus vel faciendus, vel omittendus (vel eliciendus, vel non eliciendus) eſſe videtur.

Obſerv. 3. Qvæcunqve *Mores Chriſtiani* directè reſpiciunt, ſive *in genere*, juxta Decalogum, ſive in *ſpecie*, ratione certi officii, in Theologiâ Morali explicanda ſunt. Officium verò *Doctoris Eccleſiaſtici* dirigunt Agenda, & Conſtitutiones Eccleſiaſticæ; Qvæ verò in Eccleſiis Saxonicis dubia occurrere poſſunt, *Carpzovius* explicavit in Jurisprudentia Eccleſiaſtica, cujus ſummarium ex Deciſionibus & delineatione præfixa, omninò memoriæ imprimendum eſt. *Ob-*

deprehenduntur, vel purè Moralia, vel etiam ipſos fidei Articulos, vel fundamentales Adverſariorum Controverſias, vel deniqve Tentationes & Solatia Afflictorum attinentia, ab ipſis Conſcientiæ Caſibus propriè dictis, accuratè *ſeparanda* ſunt.

§. 4. *Qvoad Conſcientiæ Caſus notanda ſunt Reqviſita, & Methodus eosdem Caſus 1. dirigendi, 2. colligendi, & 3. decidendi.*

§. 5. *Reqviſita reſpiciunt Theologiæ Studioſum, ejusq́ ætatem, judicium, & eruditionem.*

Obſerv. 1. *Cognitio Caſuum Conſcientiæ, & Scientiam* reſpicit & *Experientiam*, adeoqve neqvaqvam Adoleſcenti aut Tyroni, ſed veterano Theologiæ Studioſo competit, qvi in mediis præcedente Membro 1. 2. 3. 4. 5. 6. enumeratis, adeoqve in univerſa Theologia Poſitiva, Polemica, Exegetica & Morali & verſatiſſimus eſt, & exercitatiſſimus.

Obſerv. 2. Caſus Conſcientiæ *maturum, accuratum & confirmatum* Theologi reqvirunt *judicium.*

Obſerv. 3. In Caſuum Conſcientiæ *deciſione* nemo ſibi arrogare poteſt aut debet Scientiam infallibilem, ut in arduis negotiis ſuis potiùs confidere malit viribus, qvàm Collegiorum Theologicorum conſilia admittere, & aliorum judicia expectare. Confer Gymnaſium Patientiæ p. 924.

§. 6. *Methodus digerendi Caſus Conſcientiæ (ſive Theologiam Caſiſticam,) convenientisſima videtur illa, qvæ Medicinæ affinis eſt, adeoq́ poſt explicata Præcognita, Phyſiologiam, Pathologiam & Therapevticam attendit.*

Obſerv. 1. *Præcognita* oſtendunt, qvid ſit Conſcientia, & qvis Conſcientiæ Caſus propriè dictus, ex præced. §. 2. & 3.

Obſerv. 2. Ipſa Conſcientiæ Caſuum *tractatio*, ſive, ut aliàs vocatur, *Theologia Caſiſtica*, dividi poteſt in *partem* Communem & Propriam.

Obſerv. 3. *Pars Communis* attendit

I. *Phyſiologiam*, & conſiderat (1) *Subjectum*, qvod eſt homo,

 qvi

qvi hoc loco non Phyſicè aut Ethicè, ſed Theologicè ſpectatur: non Ethnicus, Turca, aut Judæus, ſed *Chriſtianus*, adeoqve non peccator, aut adhuc convertendus, ſed vocatus, converſus, renatus, & juſtificatus, Deo propter Chriſtum gratus & acceptus, non ratione fidei, qvæ, aut qvâ creditur, ſed ratione vitæ & morum, ſive *reſpectu actionum Chriſtianarum*, non tamen omnium, ſed ſolùm *dubiarum*, ex qvibus aliqvod conſcientiæ periculum metuendum eſt, conſideratus.

(2) *Finem ſeu Scopum*, qvi non eſt *Dei gratia*, aut gloria Beatorum Cœleſtis & æterna, aut *Conſcientiæ tranqvillitas ex Juſtificatione*, qvæ ex ſolius Chriſti Juſtitiâ oritur, Rom. 5, 1. Act. 15, 9. *ſed tranqvillitas, ex Renovatione & Sanctificationis* continuatione orta, cum excluſione omnis *dubitationis* atq; offenſionis, tàm Dei, qvàm Proximi.

(3) *Media*, ad hunc finem facientia; qvæ neqvaqvam ſunt *humana*, ut Lex naturæ, variis corruptelis ob corruptum peccatoris intellectum & voluntatis depravationem obnoxia: nec Leges Politicæ, aut deciſiones vel Conciliorum, vel Romani Pontificis; *Sed Divina*, ex Revelatione Scripturæ, ejusqve certitudine, qvoad actiones dubias, ratione Principii Dirigentis, Imperantis, & Exeqventis, ſive Intellectus, Voluntatis & Poteſtatis, unde directorium generale & *canones* infallibiles, ad qvos in omni actione dubiâ tutò reſpicere licet, extruendi ſunt.

II. *Pathologiam*, qvæ varios Conſcientiæ *morbos*, eorumqve ſigna, cauſas, Symptomata, & Prognoſtica attendit *ut diſcrimen inter Conſcientiam rectam & erroneam*, dubiam, opinabilem, ſcrupuloſam, bonam & malam, cum ſignis bonæ Conſcientiæ infallibilibus pateat.

III. *Therapevticam*, & conſcientiæ dubiæ *curam*, per antidota, alexipharmaca, purgantia, confortantia & ſanitatem ſpiritualem reſtituentia, cum *Mediis Chirurgicis*, ex debitâ Magiſtratus & Superiorum animadverſione, & officiis hominis dubii: Qvibus ſuccedunt præſentiſſima Verbi revelati *Remedia Prophylactica & Præſervantia*, nec non *Diæta*, ſive accurata vivendi ratio, tàm ſanis, qvàm ægris, & reſtitutis neceſſaria, ut recidiva evitari poſſit periculoſiſſima, juxta ſeriem ſingulorum Decalogi Præceptorum.

Obſerv. 4. *Pars Propria* conſiderat Conſcientiam Hominis *incerta*

Oeconomico,ubi Caſus Conſcientiæ partim *Eccleſiæ Doctores*, eorumqve Auditores, partim *Magiſtratum* & ſubditos, partim *Parentes* & Liberos,imò univerſam Conjugalem,Patriam,& Herilem Societatem ſpectantes, ordine explicari poſſunt, juxta ſeriem Titulorum in Theologiæ Moralis Parte ſpeciali monſtratam.

§. 7. *Methodus colligendi Caſus Conſcientiæ vel ſummaria eſt, vel plenaria.*

Obſerv. 1. *Summam* Caſuum Conſcientiæ exhibent

1. *Ex Noſtris: Lutherus*, in Epiſtolis & Conſiliis, Theologi tam Wittenbergenſes, qvàm Jenenſes in Conſiliis, *Balduinus in Caſibus Conſcient. Dedekennus, Dannhauerus, Bidenbachius, Steuberus, Keslerus, Brochmannus, Waltherus* in qvæſtionibus, *Prücknerus, Duntius, Porta* in Paſtorali Lutheri, *Gallus* im Kirchen-Buch.

2. *Ex Calvinianis, Ameſius Perkinſius, Alſtedius, Rivetus in explicatione Decalogi, Sanderſonius, &c.*

3. *Ex Pontificiis*, ſumma *Angelica, Filliucius, Azorius, Tannerus, Laymannus, Bonacina, Diana, Sanchez, Navarrus, Toletus, Buſenbaum.*

Obſerv. 2. Summaria *collectio* ex Autoribus citatis vel juxta ſeriem Caſuum Conſcientiæ Balduini aut Dannhaueri, vel Indicis Balduiniani, inſtitui poteſt, ut ſinguli Caſus ſingulis Decalogi Præceptis, & ſingulis Tabulæ Oeconomicæ Claſſibus ſubjiciantur.

Obſerv. 3. *Plenaria* Caſuum Conſcientiæ collectio inſtitui poteſt juxta manuductionem ſupra §. 6. monſtratam, & qvam infrà libro 2. offert Theologia Caſiſtica.

§. 8. *Methodus decidendi Caſus Conſcientiæ tàm generaliora, qvàm ſpecialiora attendere jubet.*

§. 9. *Generalia, qvæ h. l. reqviruntur, ſunt 1. Præcognita, an & qvid res ſit, de qva qværitur, 2. Principia, 3. Principiata.*

Obſerv. 1. Ad *Præcognita* pertinet accurata *Terminorum* explicatio, (v.g. qvid ſit conjugium, qvid cœlibatus,) de qva dictum eſt ſuprà Membro 4.

Obſerv. 2.

Obſerv. 2. *Principia* h. l. non humana, ſed Divina reqviruntur & infallibilia, ut ex illis Concluſiones, Poriſmata, Canones, & Obſervationes deduci, & ad præſentem caſum dextrè applicari poſſint. E. g. Canon univerſalis eſt, meliùs eſt nubere, qvàm uri 1. Cor. 7. Conjugium honorabile eſt in omnibus Hebr. 13. Ex qvibus principiis infallibilibus dubiorum tàm de cœlibatu, qvàm de Conjugio deciſio oritur infallibilis.

Obſerv. 3. *Principiata* ſunt, qvæ ex Principiis & infallibilibus Verbi revelati regulis deducuntur, & ad caſus ſpeciales applicantur. Sic v. g. rectè ſvadetur homini, qvi animadvertit, ſe ſine graviſſimo periculo in cœlibatu vivere non poſſe, ex Principiis Apoſtolicis 1. Cor. 7. Hebr. 13. jam adductis, *Conjugium etiam hîc & nunc ineundum eſſe*, non obſtantibus difficultatibus publicis & privatis, ſive Politicis, ſive Oeconomicis; (Vid. 1. Cor. 7, 28. afflictionem in carne habituri ſunt ejusmodi.) cum ſatiùs ſit, incontinentes contrahere matrimonium, 1. Cor. 7, 9. (ita, ut uxorem ducens non peccet v. 28.) qvàm peccare, &, ad evitanda mala pœnæ, in impuro cœlibatu innumera culpæ mala perpetrare. Confer de hoc Caſu Gerhardum Tom. 7. Loc. Balduinum in Caſ. Conſc. & Commentar. in 1. Cor. 7. ut & Theologiam Poſitivam Artic. 129.

§. 10. *Specialia, qvæ h. l. attendenda ſunt in ſingulis Caſibus, inprimis Morbum cum rationibus dubitandi atqve decidendi examinare, Antidota offerre, & Diætam reſtituto præſcribere, adeoqve Recidivam cavere jubent periculoſiſſimam.*

Sic v. g. qvando poſt obitum Conjugis de certo aliqvo individuo 30. vel 40. annorum qværitur: Num præſtet vivere viduum, an verò iterare Conjugium, occurrit

1. *Morbus*, periculum Conſcientiæ, ob varias tentationes & peccandi occaſiones, qvod auget ætas, Conjugio apta, Temperamentum, vivendi ratio, victus, converſatio cum aliis &c.

2. *Rationes* (1) *dubitandi*, ſunt calamitates publicæ & privatæ, pericula bellica, difficultates familiæ, numeroſa ſoboles, disſvaſiones Amicorum &c.

(2) *Decidendi*, fundamenta patent ex præcedente §. 9. Obſerv. 2. qvia meliùs eſt nubere qvàm uri: & qvia Conjugium honorabile eſt in omnibus.

3. *Anti-*

Digitized by Google

3. *Antidota* adducta ſunt præcedente §. 9. *Obſerv.* 3. Conjugium etiam hîc & nunc potius eligendum eſſe , qvàm cœlibatum : ob præſentiſſimum conſcientiæ periculum.

Ex qvibus patet , *præferendum eſſe impuro vel periculoſo cœlibatui Conjugium iteratum* , non obſtantibus difficultatibus vel Politicis vel Oeconomicis. (Sit enim damnum aut vulnus qvodcunqve , modò non ſit in Conſcientia.)

4. *Diæta* reqvirit, ut ex tanto periculo liberatus diſcat æſtimare incomparabilem exoptati Conjugii felicitatem , & peccata cavere,qvæ tanto beneficio indignos privare ſolent.

MEMBRUM VIII.
De Accuratâ lectione Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ.

§. 1.

Hiſtoria Eccleſiaſtica accurato Theologiæ Studioſo ob doctrinæ conſangvinitatem minimè negligenda eſt.

Ratio , qvia eſt Theologia Poſitiva , Polemica,Exegetica & Moralis continua atqve exemplaris , per ſingula Vet. atqve N. Teſt. ſecula maximè conſpicua.

Obſerv. 1. *Conſenſus Antiqvitatis* neqvaqvam *Norma* aut Principium fidei ſecundarium eſt , neqve enim *credenda* oſtendit,ſed *credita*, eandem ſcilicet Scripturæ Sacræ ſententiam , qvam adhuc habemus, etiam ſuperioribus ſeculis in Eccleſia tàm Orientali , qvàm Occidentali repetitam fuiſſe. Confer *Dorſchei* Epiſtolam ad Landgravium Haſſiæ.

§. 2. *Hiſtoria Eccleſiaſtica eſt rerum Eccleſiaſticarum in univerſo orbe geſtarum conſignatio methodica , ad Theologum Practicè informandum , ut Divinæ Veritatis propagationem gratus agnoſcat , bona præmiis invitatus imitetur , & mala Tyrannorum & Hæreticorum pœnis retractus conſtanter fugiat , atqve alios , ut idem faciant , erudiat , ad Dei gloriam, ſuamqve & Eccleſiæ utilitatem.*

Obſerv. 1. *Scopus Lectionis* Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ neqvaqvam eſt *Veritatis indagatio*, hanc enim ſola Scriptura Sacra (de qva ipſa Veritas Eſſentialis ad æternum Patrem dicit Joh. 17, 17: Verbum tuum eſt Veritas,) ſufficientiſſimè monſtrat, ita ut perfectus ſit homo Dei ad omne opus bonum perfectè inſtructus 2. Tim. 3.

Obſerv. 2. *Scopus* Lectionis Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, *eſt accurata cognitio propagationis Eccleſiæ, & conſervationis* divinæ veritatis, ut *DEO gloria* Omnipotentiæ, Veritatis, Bonitatis, & Juſtitiæ, atqve Miſericordiæ ex admirandâ credentium collectione, conſervatione, & contra innumeros hoſtes, Tyrannos, Hæreticos atqve Schismaticos, defenſione tribuatur.

Obſerv. 3. *Scopus* Lectionis Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ eſt, tùm ut Studioſi *judicium & Prudentia* Theologica, ex tot caſuum & rerum geſtarum ad normam Verbi Divini examinatarum annotatione, indies augeatur; tùm ut ipſe & futuri Auditores *in ſtudio Pietatis* magis magisqve excitati ſubindè creſcant & confirmentur.

§. 3. *Circa Lectionem Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ attendere decet tùm methodum & directorium, tùm lectionis Objectum.*

§. 4. *Methodus convenientiſſima eſt, qvæ, non neglecto ſtudio Chronologico, à facilioribus ad difficiliora, & à generalioribus ad ſpecialiora progreditur.*

Obſerv. 1. *Generalia* ad ſtudium Hiſtoricum & Chronologicum neceſſaria offerunt Inſtitutiones *Wagneri*, Synopſis *Beſoldi*, cum Notis *Ruperti*, Epitome *Cluveri*, Chronologia *Strauchii*, *Codomanni*, *Helvici*, *Calviſii*, *Bucholzeri*, *Alſtedii*, nec non *Scaligeri*, *Caſauboni*, *Keckermanni*, *Chytræi*, *Bodini*, & aliorum manuductio. Inprimis verò Chronologiam ſacram ſingulari diligentiâ explicavit Dn. D. Calovius Tomo 1. Annot. Bibl. in V. T.

Obſerv. 2. *Synopſin* Univerſæ Hiſtoriæ, tàm Eccleſiaſticæ, qvàm Profanæ, offerunt tùm Tabulæ *Helvici*, *Micrælii*, *Boſii*, & *Schræderi*, tùm Compendia *Jonſtoni*, *Kromayeri*, *Pappi*, *Micrælii*, *Strntemanni*, & Chriſtiani *Matthiæ*, atqve *Reuſneri* Iſagoge. Cum qvibus Compendium Hiſtoricum *Johannis Læti*, & *Theol. Propheticam Gulichii* non ſine fructu conjungere licebit, ſi modò accuratum judicium, & Prudentia, qvoad Controverſias Calvinianas adhibeatur.

Obſerv. 3.

Digitized by

Obſerv. 3. *Syſtema* ſeu integrum Syntagma Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ex *Hiſtoriâ Sacrâ* Veteris Teſtam. patet, cum qva *Joſephus*, *Egeſippus*, *Philo*, & ſimiles conjungi poſſunt, ita tamen, ut horum omnium autoritas infallibili Veritati Spiritus Sancti neqvaqvam opponatur, ſed perpetuò illi ſubjiciatur.

Obſerv. 4. *Hiſtoriam Eccleſiaſticam Novi Teſtam.* ordine proponunt 1. *Ex Noſtris: Centuriæ Magdeburgenſes*, *ex Theodoreti*, *Euſebii*, *Ruffini*, *Socratis*, *Sozomeni*, *Evagrii* & aliorum ſcriptis, nec non ex Tomis Conciliorum, & innumeris ferè Patrum voluminibus, ſummo labore collectæ, qvarum Supplementum ex Chriſteide *Dannhaueri*, continuatio verò ex *Oſiandri* Epitome & Hiſtoriâ Eccleſiaſticâ *Micrælii*, Memorabilibus *Wolffii*, Hiſtoriâ Auguſtanæ Confeſſionis Chytræi, & Cœleſtini, & ex *Sleidani* atqve *Thuani* Scriptis haberi poteſt. In ſpecie, qvæ *Lutheri* vitam attinent, *Matheſius* collegit. Hiſtoriam verò Formulæ Concordiæ *Hütterus* habet in concordiâ conc.

2. Ex *Calvinianis*, *Hottingerus*, qvi multa & rariora, & lectu jucunda atqve neceſſaria habet, nec non *Gulichius*.

3. *Ex Pontificiis*, *Baronius*, *Bzovius* & *Spondanus*.

§. 5. *Directorium Studii Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, autoritatem ejus non niſi humanam divinæ perpetuò ſubjiciendam reſpicit.*

Obſerv. 1. Non omnis *Antiqvitas*, (maximè verò ſeculorum poſteriorum, & poſt initium Seculi Sexti) ſed prima, genuina, & Verbo DEI conſentanea, reverentiam meretur. Vid. Titulum 1. ſeq. de Patribus §. 4.

Obſerv. 2. Non tàm videndum eſt, *qvis loqvatur*, qvàm qvid aliqvis ſcripſerit, aut fecerit.

Obſerv. 3. *Non Exemplis, ſed Legibus* pugnandum eſt, juxta illud Germanorum: Hundert Jahr unrecht / war noch nie ein Jahr recht.

Obſerv. 4. Non tàm de *facto*, qvàm *de facti jure* qvæſtio eſt, in rebus fidei & in foro conſcientiæ.

Obſerv. 5. Etiamſi *Angelus* de cœlo aliqvid alienum à Veritate Evangelicâ dixerit, anathema erit ex ore Pauli Galat. 1.

Obſerv. 6. *Myſterium iniqvitatis* ſub ſpècioſo Antiqvitatis prætextu

textu latens, accurato ſtudio inveſtigandum eſt. Confer Myſterium iniqvitatis *Mornei.*

Obſerv. 7. In ſingulis ſeculis neceſſarium eſt, conſtituere *certa capita*, ad qvæ omnia, qvæcunqve in Univerſâ Hiſtoriâ Eccleſiaſticâ occurrunt, referre liceat, ex ſeq. §. 6.

§. 6. *Objectum Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ſunt res, tàm Fidem, qvàm Mores, & Eccleſiæ propagationem atqve conſervationem, ejusqve ſtatum non modò tranqvillum, verùm etiam perturbatum, cum perſecutionibus violentis & fraudulentis, attinentes.*

Obſervatio: Objecta Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, in ſingulis Centuriis Magdeburgenſibus referuntur ad XV. Claſſes, ita, ut in ſingulis Seculis conſiderentur:

1. *Locus* & propagatio Eccleſiæ.
2. *Perſecutio* & Tranqvillitas, cum pœnis perſecutorum.
3. *Doctrina* Eccleſiæ per ſingulos fidei Articulos.
4. *Hæreſes* & Errores. 5. *Ceremoniæ* & Ritus. 6. *Gubernatio* Eccleſiæ, & particularium Eccleſiarum Conſociatio, nec non bona Eccleſiaſtica, Bibliotheca & Scholæ. 7. *Schiſmata.* 8. *Concilia.* 9. *Vita* Doctorum. 10. *Hæretici.* 11. *Martyres.* 12. *Miracula* & Prodigia. 13. *Res Judaicæ.* 14. *Religio Gentilium.* 15. *Mutationes* Politicæ.

§. 7. *Objecta Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, qvorum cognitio inprimis neceſſaria eſt Theologo, ſunt 1. Summa Doctrinæ Cæleſtis per ſingula ſecula, 2. Canones Conciliorum, 3. Teſtimonia Patrum, Lutheri, Scholaſticorum, & Adverſariorum.*

Obſerv. 1. *Summam Doctrinæ* Cœleſtis per ſingula ſecula, cum antidotis Hæreticorum & Schismaticorum, offerunt ſingulæ Centuriæ Magdeburgenſes.

Obſerv. 2. *Summam Conciliorum* collegit ex Noſtris *Geſnerus*, & ex Pontificiis *Caranza.* Confer, qvæ de Autoritate Conciliorum contra Bellarminum habet *Geſnerus* l. d. & Theologia Poſitiva Articulo 114.

Obſerv. 3. *Teſtimonia Adverſariorum* 1. *Pontificiorum*, offert *Gerhardus* in Confeſſione Catholicâ, & *Bellarmino* Orthodoxias teſte,

Bot-

Boiſaccus in Contradict. Pontif. *Oſiander* in Papâ non Papa, nec non *Dorſcheus* in Thomâ Confeſſore Veritatis Evangelicæ. 2. *Calvinianorum dicta Himmelius* habet in Irenico.

Obſerv. 4. De Teſtimoniis *Patrum, Lutheri & Scholaſticorum* agunt Tituli ſeqventes.

TITULUS I.
De Scriptis Patrum.

§. 1.

Patrologia non poſtrema pars eſt Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, qvæ univerſam Theologiam, Poſitivam, Polemicam, Exegeticam atq; Moralem, egregiè illuſtrare poteſt.

Obſervatio: Diligentia digna eſt piè Eruditis, loqvi cum Eccleſia juxta *Chemnicium* Lib. de Duabus Naturis p. 5. Conferatur ejusdem Libri Præfatio egregia.

§. 2. *Patrologia commodisſimè ita tractatur, ut à generalibus procedatur ad ſpecialia.*

§. 3. *Generalia ad Patrum lectionem facientia reſpiciunt 1. Judicium, 2. Catalogum, 3. Summarium, 4. Methodum legendi, colligendi, & ad uſum transferendi ſingula Patrum Dicta & Scripta.*

§. 4. *Generale Judicium de Patribus reſpicit eorum autoritatem, conſenſum, neceſſitatem, integritatem, & varietatem.*

Obſerv. 1. *Patrum Autoritas* etiamſi vel ſinguli, vel univerſi conjunctim conſiderentur, neqvaqvam divinæ revelationi opponenda, ſed eidem perpetuò ſubordinanda eſt. Vid. *Chemnicius* ab initio Locorum Theologicorum, *Gerhardus* Tomo 1. Confeſſionis Catholicæ, & Theologia Poſitiva articulo 5. Confer Conſtit. Eccleſ. Elect. Sax. D. Auguſti fol. 213: Wer ohne die heilige Schrifft aus den Patribus redet/ der kan mit einem einigen hellen klaren Spruch der Schrifft hindertrieben und zu Boden geſchlagen werden/ daß alle ſein Vorgeben zu Waſ-

 ſer

ſer gemacht / und im Kampff des Gewiſſens weder vor GOTT / noch den Menſchen nicht beſtehen kan.

Obſerv. 2. Conſenſus Patrum neqvaqvam ad fidei cauſam *efficientem*, ſed ſolùm ad Veritatis *teſtimonium* pertinet, adeoqve nullatenus eſt Fidei Principium, neqve μαϑήσεως, infallibiliter credenda proponens, neqve πράγματος, fidem divinam generans, ſed tantum *de Conſenſu Eccleſiæ* perpetuò nos certiores reddit, & *certitudinem* non divinam, ſed *tantùm humanam* efficit. Qvâ de re agit Theologia Exegetica lib. 2. c. 6. §. 2. NB.

Obſerv. 3. Neceſſitas Conſenſus Patrum neqvaqvam abſoluta & ſimpliciter expetenda eſt, ſed *expedientiæ* tantùm, adeoqve etiam ſine hujus harmoniæ notitiâ Adverſarii ex ſola Scriptura Sacra convinci poſſunt. Qvanqvam hoc fiat *expeditiùs*, ſi idem Adverſarius falſitatis ſimul & novitatis convincatur. Conf. *Chemnicii* Examen Concilii Tridentini per omnes Articulos, & *Perkinſi* Catholicum ementitum.

Obſerv. 4. Genuina Patrum Scripta à ſuppoſititiis, confictis & interpolatis accuratè diſtingvenda ſunt, videantur hac de re

1. *Ex noſtris*, Autores *Centuriar. Magdeburg. Gerhardus* Tom. I. Confeſſionis Catholicæ, ejusqve Patrologia. *Dorſcheus* contra Kirchnerum.

2. *Ex Pontificiis*, Rob. *Bellarminus* de Scriptoribus Eccleſiaſticis. *Sixtus Senenſis* in Bibliothecâ Sanctâ. *Eraſmus* in Præfationibus, qvas editioni Patrum Baſileenſi præfixit.

3. *Ex Calvinianis*, *Rivetus* in Critico Sacro, Robertus *Cocus* in Cenſura Patrum. Abrahamus *Scultetus* in Theologia Patrum. *Perkinſus* in Catholico ementito, & *Chamierus* paſſim in Panſtratiâ catholicâ.

Obſerv. 5. Scripta Patrum Poſitiva, Polemica, Exegetica & Moralia accurato ſtudio *diſcernenda* ſunt, qvod urgent

1. *Ex Noſtris*, *Chemnicius*, in Oratione de Patribus, *Gerhardus*, *Meiſnerus & D. Calovius* in Methodo Studii Theologici &c.

2. *Ex Pontificiis*, *Sixtus* Senenſis in Bibliothecâ Sanctâ.

3. *Ex Calvinianis*, præter Autores jam citatos, *Polyander*, in peculiari Oratione de Lectione Patrum, & *Piſcator* in præfatione Notarum in Proverbia Salomonis.

Obſerv. 6.

Digitized by Google

Obſerv. 6. Scripta Patrum Græcorum Latinis Verſionibus eorundem omninò præferenda ſunt. Cujus Obſervationis utilitatem in nobilioribus Controverſiis oſtendit Panſtratia *Chamieri.*

Obſerv. 7. Autoritas Patrum, qvi qvinqve prioribus à Chriſto nato *ſeculis* floruerunt, ſemper fuit maxima. Salvo tamen diſcrimine inter divinam & humanam autoritatem, ex præced. Obſerv. 1. & 3.

Obſerv. 8. *Minorum obſcuriorum & poſteriorum Patrum Labores,* (qvos conjunctim exhibet Bibliotheca Patrum minorum *Margarini de la Bigne*) Majorum atqve priorum Patrum ſcriptis minimè æqviparari poſſunt. Multò minus verò *Thomas* de *Kempis* & cæteri obſcuriores atqve recentiores autores. vid. præfatio Germanica editioni hujus Thomæ nuper præfixa.

§. 5. *Patrum Catalogus vel ſummarius eſt, vel plenarius.*

Obſerv. 1. Catalogum *breviorem* exhibet *Chemnicii* Oratio de Patribus, & *Pelargi* Schola Fidei.

Obſerv. 2. *Catalogum pleniorem* habent Centuriæ *Magdeburgenſes*, Patrologia *Gerhardi*, Bibliotheca Sancta *Sixti Senenſis*, *Bellarmini* Liber de Scriptoribus Eccleſiaſticis, *Rivetus*, & alii ſupra §. 4. Obſervat. 4. citati.

Obſerv. 3. Sufficit ab initio *Gerhardi Patrologiam* cum libro Bellarminiano conjungere, & ſingulorum Patrum per ſingula ſecula ſeriem, eorumqve ſcriptorum ſummam memoriæ imprimere, progreſſu verò temporis hunc laborem ex Autoribus §. 4. & 6. citatis continuare.

Obſerv. 4. *Diſtinctio ſeculorum* accuratior ſummè neceſſaria eſt. De qva notari poſſunt ſeqventia *Gerhardi* monita in Methodo Stud. Theol. p. 281.

Primo ſeculo floruerunt Ignatius, Dionyſius Areopagita, Clemens Romanus.

Secundo ſeculo, Juſtinus, Irenæus, Clemens Alexandrinus, Theophilus.

Tertio ſeculo, Tertullianus, Julius Africanus, Cyprianus, Origenes, Methodius, Minutius Felix.

Qvarto ſeculo, Euſebius Cæſarienſis, Lactantius, Athanaſius, Arnobius, Cyrillus Hieroſolymitanus, Macarius, Hilarius, Gauden-

dentius, Baſilius, Gregorius Nazianzenus, Gregorius Nyſſenus, Ambroſius, Ruffinus, Hieronymus, Epiphanius, Phylaſtrius, Chryſoſtomus.

Qvinto ſeculo, Optatus Milevitanus, Ephrem, Evagrius, Auguſtinus, Prudentius, Gennadius, Heſychius, Maximus Taurinenſis, Oroſius, Caſſianus, Cyrillus Alexandrinus, Vincentius Lyrinenſis, Syneſius, Claudius Marius Victor, Eucherius, Iſidorus Peluſiota, Leo primus, Primaſius, Theodoretus, Proſper, Theodulus, Sedulius, Vigilius, Gelaſius, Salvianus, Fulgentius, Junilius, Salonius, Paulinus.

Sexto ſeculo, Boëtius, Maxentius, Euſebius Emiſſenus, Caſſiodorus, Aretas, Gregorius Turonenſis, Alcimus, Fortunatus, Olympiodorus, Gregorius Magnus, Iſidorus Hiſpalenſis.

Septimo ſeculo, Anaſtaſius, Sophronius, Cæſarius, Andodenus.

Octavo ſeculo, Beda Presbyter, Alcuinus, Damaſcenus, Carolus M., Paulus Diaconus.

Nono ſeculo, Haymo, Photius, Bertramus, Rabanus, Strabus Fuldenſis, autor gloſſæ ordinariæ, Paſchaſius, Remigius, Angelomus, Hincmarus, Udalricus Auguſtanus.

Decimo ſeculo, Oecumenius, Fulbertus Carnotenſis, Theophylactus, Humbertus, Algerus, Euthymius, Guitmundus, Hildebertus, Giſelbertus, Luitprandus, Ansbertus, Radulpus, Smaragdus.

Undecimo ſeculo, Rupertus Tuicienſis, Anshelmus, Florentinus Wigornienſis, Lanfrancus, Petrus Damianus, Berno.

Duodecimo ſeculo, Bernhardus, Honorius Auguſtodunenſis, Nilus Archiepiſcopus Theſſalonicenſis, Hugo de S. Victore, Theodorus Balſamon Patriarcha Antiochenus. &c.

Qvibus addi poſſunt obſervationes Emſmi ſeqventes:

I. *De Ambroſio:* Inter priſcos, (*inqvit in proœm. Comment. Ambroſ.*) Eccleſiæ Doctores Latinos vix alium arbitror eſſe digniorem, cujus extent integræ lucubrationes, qvàm *D. Ambroſium;* hoc & ex animo dictum, videri velim, & citra cujusqve contumeliam. Sit lingvarum ac Scripturarum peritior Hieronymus, ſit elaboratioris phraſeos Hilarius, ſit in qvibuſdam nodis explicandis argutior Auguſtinus, aliis item dotibus excelluerint alii, ſed qvem mihi dabis, qvi pari ſinceritate tractet ſacras literas, qvi cautiùs vitârit ſuſpecta dogmata, qvi ſic ubiqve

qve gerat Chriſtianum Epiſcopum, qvi ſic ſpiret paterna viſcera, qvi ſummam Præſulis autoritatem cum ſummâ manſvetudine conjunxerit, eſt qvod non ſine causâ Doctorem mellifluum eum vocant.

II. *De Auguſtino* & reliqvis (in præfat. oper. Auguſt.) In *Athanaſio* ſuſpicimus ſacram ac ſedulam docendi perſpicuitatem; In *Baſilio* præter ſubtilitatem exoſculamur piam ac mitem ſvaviloqventiam: In *Chryſoſtomo* ſponte profluentem orationis copiam amplectimur: In *Cypriano* ſpiritum veneramur martyrio dignum: In *Hilario* grandi materiæ parem grandiloqventiam, atqve ita ut loqvar, cothurnum admiramur: In *Ambroſio* dulces qvosdam aculeos & Epiſcopo dignam amamus verecundiam: In *Hieronymo* divitem Scripturarum penum jure laudamus: In *Gregorio* puram, nulloqve fuco picturatam ſanctimoniam agnoſcimus. In *Auguſtino* omnia hæc ſunt.

III *De Chryſoſtomo* monita *Hyperii* de form.conc.lib.1.c.6.p.35. Non minor eſt virtus, apertè, ſimpliciter, & populariter, qvàm doctè, argutè, & graviter eloqvi. Qvam virtutem verè eximiam & raram neceſſe eſt omnes uni præ cæteris Chryſoſtomo inter Græcos concedant, qvem ſanè optârim indeſinenter omnes juniores concionatores diurnâ nocturnâq; verſarent manu. Eſt enim in conciliandis excitandisqve auditorum animis & diligens & mirus artifex. p. 43. qvi incredibili prudentiâ atqve arte amplificat. p. 93. qvi acriter movet affectus, modò ipsâ rerum mole dignitateqve, modò verò peculiari, qvâ qvamplurimis ſui ordinis anteit, eloqventiâ ac dicendi gratiâ &c. Unde & aliis dicitur incomparabilis morum emendandorum autor.

IV. *Bernhardum* inprimìs commendat devotio.

§. 6. Summaria Patrum tàm Theoretica, qvàm Practica, vel breviora dantur, vel pleniora.

Obſerv. 1. Summarium Patrum Theoretico-Practicum exhibent Aphoriſmi *Gerhardi* Theoretici & Practici, Gnomologia Patrum *Meckelii*, & Compendium Theologiæ Patrum *Eccardi.*

Obſerv. 2. Pleniorem Theologiæ Patrum ſummam qvoad præcipuos fidei Articulos per ſingula ſecula offerunt *Centuriæ Magdeburgenſes.*

Obſerv. 3. Moralia Concionatori vel maximè neceſſaria ex *Orige-*

ne, Baſilio, Chryſoſtomo, Hieronymo, Ambroſio, Auguſtino, Gregorio, & Bernhardo in Epitomen redegit & indice laborioſiſſimo tam ad potiora Veteris & Novi Teſtamenti Dicta, qvàm ad Evangelia Dominicalia, applicavit *Johannes Lopez*, Epiſcopus Monopolitanus.

§. 7. *Methodum legendi, digerendi, colligendi, & ad uſum transferendi Patrum ſcripta, oſtendunt ſeqventia.*

Obſerv. 1. *Lectio Patrum* à ſcriptis eorum Catecheticis, & Fidei ſummariis inchoanda eſt, qvorum Catalogum exhibet *Chemnicii* Oratio de Patribus Tom. 1. Locis præfixa, ubi *Auguſtinus* de Doctrina Chriſtiana & *Damaſcenus* de Orthodoxa fide aliis meritò præferuntur.

Obſerv. 2. *Nævi Patrum* potiores, & qvomodo ſingulis ſeculis Pleonasmus Traditionum Veritatem cœleſtem magis magisqve obſcuraverit, neqvaqvam negligendi, ſed accuratâ diligentiâ unâ cum excuſationibus & fundamentis contrariis annotandi ſunt, ut tela præviſa minùs noceant. Qva in parte gratâ mente agnoſcenda eſt diligentia Centuriatorum *Magdeburgenſium*, & *Chemnicii* in Examine Concilii Tridentini.

Obſerv. 3. Ex Scriptis Patrum *Polemicis & Exegeticis* Lector tunc demum majorem fructum percipere poterit, ſi in illis ad accurati *Proceſſus Diſputandi* Canones, in his verò ad Leges *Hermenevticæ* Sacræ ſingula revocaverit, (ita, ut primùm inter Commentatores locum habeant *Hieronymus & Theodoretus*, qvi ſenſum literalem accuratiùs attendunt, cujus translationem ad uſum magis urgent Ambroſius, Auguſtinus, Chryſoſtomus & Bernhardus, de qvibus ſuprà dictum eſt §. 5. obſerv. 4.) ne humanâ deceptus autoritate, falſa pro veris arripiat, aut ex Lingvarum ignorantiâ profectas opiniones, aut Allegoricas perverſiones (qvibus inprimis abundat *Origenes*) genuinæ Scripturarum interpretationi perperam opponat.

Obſerv. 4. *Moralia* Patrum Scripta futuro Concionatori ſunt utiliſſima, maximè verò Homiliæ & Sermones *Chryſoſtomi, Auguſtini & Bernhardi*, cum reliqvis ſuprà §. 6. obſerv. 3. enumeratis.

Obſerv. 5. *Methodus digerendi, colligendi, & ad uſum transferendi* omnia, qvæcunqve in Patrum Lectione occurrunt, convenientiſſima eſt, qvæ ſingula partim ad ipſius Theologiæ Poſitivæ, Polemicæ,

Exe-

Digitized by Google

Exegeticæ & Moralis Summaria, partim ad diſtincta Repertoria refert, uti patet ex ſeq. lib. 2. & 3.

§. 8. *Specialia ad Patrum Lectionem facientia ſingulos ſingulorum Patrum Labores & tractatus reſpiciunt.*

Obſerv. 1. *Specialis* ſingulorum Patrum Lectio nunqvam cum fructu tentari poterit, niſi Obſervationes ſup. §. 4. & 7. enumeratæ præſupponantur.

Obſerv. 2. *Directorium Lectionis Patrum ſpecialis* oſtendunt Centuriæ *Magdeburgenſes* ſingulæ, & Patrologia *Gerhardi*, cujus monita de diſtinctis Patrum editionibus, eorumqve Stylo, Doctrinâ, Controverſiis, certaminibus & Adverſariis probè attendenda ſunt.

Obſerv. 3. *Exempla Analyſeos* certorum Tractatuum & Librorum exhibet Theologia Patrum *Sculteti.*

Obſerv. 4. *Methodum colligendi Harmoniam* Patrum, oſtendunt

1. In ſingulis Fidei *Articulis*, *Chemnicius* in Examine Concilii Tridentini, & Locis Theologicis, *Gerhardus* in Locis Theologicis, *Pelargus* in Commentario in Damaſcenum, & in Scholâ Doctrinæ Chriſtianæ, ut & *Meckelius* & *Eccardus* in Compendio Theologiæ Patrum.

2. *Per ſingula ſecula*, ſingulæ Centuriæ Magdeburgenſes, cap. 3. qvarum terminus eſt ſeculum decimum tertium.

TITULUS II.
De Scriptis Lutheri & Theologorum Lutheranorum.

§. 1.

Scripta Lutheri, ejusq; ſucceſſorum Theologo debent eſſe familiariſſima. Ex his enim deprehendet ſingula, qvæ univerſam Theologiam Poſitivam, Polemicam, Exegeticam atqve Moralem illuſtrare poſſunt.

Obſerv. 1. Qvia prorſus intolerabile eſt, Lutheranæ Religioni addictum Lutheri Scripta ignorare, ideò Megalandri illius Scriptorum

lectio (vel ob ſingularem *utilitatem*, qvam *Kirchnerus*, in Præfatione Theſauro Lutheri Germanico præfixâ, prolixè explicat) inprimis futuro Theologo commendata eſſe debet, ut illa in ſuccum & ſangvinem convertere laboret.

Obſerv. 2. Qvemadmodum Eraſmus laudat *Athanaſii* perſpicuitatem, *Baſilii* ſvavitatem, *Chryſoſtomi* copiam, *Cypriani* Spiritum, *Hilarii* grandiloqventiam, *Ambroſii* dulces aculeos, *Hieronymi* divitem Scripturarum penum, & *Gregorii* Sanctimoniam, qvæ omnia in Auguſtino conjunctim commendat: ita & nos *in Luthero hac omnia* meritò gratâ mente agnoſcimus.

Obſerv. 3. In unicâ Scriptorum *Lutheri* pagellâ plus ſolidæ ac Theologicæ eruditionis ſæpè invenitur, qvàm in multis Patrum ſcriptis, ut Maſius, licet Pontificius, ipſe fatetur: Major eſt *Lutherus*, qvàm ut à qvovis ſciolo poſſit aut debeat judicari, (teſte *Urbano Regio*,) imò nemo præclarus Theologus ſine Lutheri Scriptis fieri poteſt, judice Hieronymo Wellero. Conf. Gymnaſium Patientiæ pag. 106. & pag. 269.

§. 2. *Circa Lectionem Scriptorum Lutheri inprimis notare decet 1. Catalogum. 2. Directorium. 3. Adminiculum.*

§. 3. *Catalogus Scriptorum Lutheri tùm diſtinctionem, tùm editionem attendit.*

Obſerv. 1. *Scripta Lutheri* alia priora, alia poſteriora ſunt. Vid. inf. §. 5.

Obſerv. 2. *Scripta Lutheri continentur* Tomis partim Wittenbergenſibus, partim Jenenſibus, partim Islebienſibus, (& Altenburgenſibus,) qvorum ſummam exhibet Paſtorale *Porta*.

Obſerv. 3. *Tomi Jenenſes* ſunt octo Germanici, & qvatuor Latini, cum Commentario in Geneſin, ſeorſim edito.

Obſerv. 4. *Tomi Wittenbergenſes* duodecim Germanici, & ſeptem Latini ſunt.

Obſerv. 5. *Tomi Islebienſes* extant duo Germanici.

Obſerv. 6. *Tomi Altenburgenſes* ſunt novem, qvibus accedit Index peculiarem conſtituens Tomum.

Obſerv. 7. Præter Lutheri Tomos enumeratos etiam *Poſtilla* Eccleſiaſtica & Domeſtica, nec non Liber *Sermonum* Convivalium & *Epiſtolarum* editus eſt.

§. 4. *Di-*

§. 4. *Directorium Lectionis Scriptorum Lutheri, autoritatem illorum & judicium de distinctis Lutheri libris reſpicit.*

Obſerv, 1. *Autoritas* Scriptorum Lutheri neqvaqvam divina, ſed humana, ideoqve Scripturæ Sacræ nunqvam opponenda, ſed ſemper ſubordinanda eſt.

Obſerv. 2. *De Scriptis Lutheri prioribus* ſemper ex poſterioribus judicandum eſt, videatur ipſius Lutheri admonitio Anno Chriſt 1545. exarata, qvæ Tomo 1. Latino Jenenſi præfixa eſt.

Obſerv. 3. *Tomi Jenenſes* certo reſpectu præferuntur Tomis Wittenbergenſibus, qvia in illis habentur tantùm ea, qvæ ipſe Lutherus vel Latinè, vel Germanicè conſcripſit: in his verò etiam multa aliena ab ipſo Luthero non exarata, ſed ſolùm ob Hiſtoriæ continuationem, aut materiæ affinitatem inſerta, vel etiam ex aliorum Verſione collecta inveniuntur Germanica.

Obſerv. 4. *Poſtilla Domeſtica* certo reſpectu præferuntur Eccleſiaſticis, qvia poſteriora ſunt. *Eccleſiaſtica* verò præferuntur ideò, qvia ab ipſo Luthero edita ſunt, qvi de iisdem ait Tom. 3. Jenenſ. G. f. 381. b. Die Kirchen-Poſtill iſt mein allerbeſtes Buch / das ich ie gemacht habe. Und mein liebſtes Buch f. 382. a. Qvæ verò in illis occurrunt de purgatorio, ſanctorum cultu, & alia, illa omninò ex poſterioribus Lutheri ſcriptis explicanda ſunt.

Obſerv. 5. *Sermones Convivales* (Tiſchreden) qvi continentur Scripto poſthumo, & ab aliis collecto, genuinis Lutheri Scriptis minimè opponendi, ſed iisdem ſubordinandi, & ex illis omnia dubia explicanda ſunt.

Obſerv. 6. *Liber Lutheri, de Servo arbitrio, Eraſmo*, viribus humanis nimium tribuenti oppoſitus, *ante Calvinianorum* certamen, de abſoluto decreto, conſcriptus, interdum *liberius* loqvitur, & ad alterum *extremum* inclinare videtur, *citra veritatis* divinæ præjudicium. Cùm itaqve ſit ex numero ſcriptorum *priorum*, meritò ex *poſtremis* Lutheri ſcriptis explicatur, inprimis verò ex *commentario* in cap. 26. Geneſeos, ubi Lutherus & *Contingentiam & libertatem* in actionibus externis *concedit*, & negotium *ſalutis* noſtræ, humanis viribus denegatum, *Deo unicè* adſcribit. Confer *Lutherum* Comm. in c. 16. Geneſ. & Tom. 7. Jenenſ. Germ. fol. 31. cum Articulo 18. Aug. Confeſſionis.

Vid. *Meiſnerum* Diſp. 23. Anthropol. q. 2. & *Mülleri abſolut. decret. p.* 543. add. Comment. in F. Conc. Artic. 2. NB.

Obſerv. 7. *Qvæ ex Lutheri Scriptis Adverſarii nobis objicere ſolent,* ſufficienter à Noſtris refutata ſunt. Videatur inprimis contra *Pontificios Lutherus defenſus*, & defenſionis defenſio D. Johann *Mülleri, Gerhardi* Confeſſio Catholica, *Willichii* Conſtantia Lutheri, *Gieſſenius* in Defenſione Catechiſmi Lutheri, gründliche Außführung *Theologorum Haſſiacorum*, D. Johann. *Dürrius* in Widerlegung des Zirickſeiſchen Catechiſmi Klüglings/ nec non *Keslerus, Heilbrunnerus* & alii. Et contra *Calvinianos*, Lutherus redivivus *Finckii* & *Müllerus* in abſoluto decreto ſub finem.

§. 5. *Adminicula ad feliciorem Scriptorum Lutheri Lectionem facientia, partim Indices, partim Summaria ex operibus ejusdem collecta exhibent.*

Obſerv. 1. *Summarium* ex Scriptis Lutheri Latinis & Germanicis collegit *Fabricius* & *Neander*; ex Scriptis verò Germanicis *Kirchnerus* in Theſauro, & *Porta* in Paſtorali.

Obſerv. 2. *Sedes materiarum*, qvæ omnibus Lutheri Scriptis continentur, ordine monſtrantur Alphabetico per Indices Tomis, tàm Germanicis, qvàm Latinis annexos, inprimis verò Indices Tomorum Altenburgenſium.

Obſerv. 3. Ante omnia *legenda ſunt* illa Lutheri Scripta, qvæ illuſtrant Theologiam 1. *Poſitivam*, qvorſum facit *Catechiſmus* major. 2. *Polemicam* (ad qvam ſpectat *Confeſſio* de Cœna, Liber de Conciliis, de Eccleſia, de Papatu &c.)

3. *Exegeticam*, (ubi eminet Commentarius in *Geneſin*, de ultimis verbis *Davidis*, in Epiſtolam ad *Galatas*, in aliqvot Capita *Johannis*, in Eccleſiaſten, in Pſalmos, & explicatio Evangeliorum atqve Epiſtolarum Dominicalium.

4. *Moralem.* Qvorſum facit *explicatio Decalogi*, inſtructio tàm Eccleſiæ miniſtrorum & auditorum, qvàm Magiſtratûs & ſubditorum, nec non erectio afflictorum. Qvæ omnia conjunctim exhibet Paſtorale *Lutheri*.

Obſerv. 4. Qvæcunqve in *Lutheri Scriptis* notatu digna occurrunt, commodiſſimè ad certas Claſſes Theologiæ Poſitivæ, Polemicæ,

Digitized by Google

micæ, Exegeticæ & Moralis, nec non ad diſtincta Repertoria referri poſſunt, uti patet ex ſeq lib.2. & 3.

§. 6. *Poſt Lectionem Scriptorum Lutheri Lectio Theologorum Lutheranorum meritò attendenda eſt.*

Obſerv. Palmam reliqvis omnibus dubiam facit incomparabilis *Chemnicius*, cum *Hunnii*, *Gerhardi*, *Meiſneri*, *Höpfneri*, *D.Calovii* & aliorum ſuprà Membro 3. enumeratorum Scriptis perpetuò conjungendus.

TITULUS III.

De Scriptis Scholaſticorum.

§. I.

Cùm Scholaſticorum apud Pontificios magna ſit autoritas, neqvaqvam illos negligere poterit accuratus Theologiæ Studioſus.

Ratio eſt, qvia ex Scholaſticorum ſcriptis & accuratâ terminorum explicatione non pauca faciunt ad Theologiæ Poſitivæ, Polemicæ, & Moralis illuſtrationem.

Obſerv. 1. *Scholaſtici* olim vocabantur *Rhetores* & Declamatores, qvi poſt creberrima in Controverſiis fictis exercitia, tandem ad tribunalia judicum pergebant. Qvalem ſe adoleſcentulum adhuc Romæ fuiſſe fatetur *Hieronymus*, Commentario in Epiſtol. Galat. c. 20. Unde & ipſi *Advocati* tandem appellati ſunt Scholaſtici, qvibus Scholaſticè dicere idem erat, qvod rem aliqvam Rhetoricè pertractare. Confer, qvæ ex *Tacito*, *Plinio*, & *Seneca*, & ex *Syneſio* atqve Concilio *Sardienſi*, hac de re habet *Baronius* in Martyrologio ad d. 6. Februar. pag. 101.

Obſerv. 2. *Theologi Scholaſtici* ſunt, qvi res Divinas Logicè diſputando perqvirunt, unde Scholaſticè dicere idem eſt, qvod rem per controverſiam diſputare, uti loqvitur Baronius l. d.

§. 2. *Scholaſticorum alii antiqviores, alii verò recentiores ſunt, & inter illos alii vocantur Sententiarii, alii Summiſtæ & Caſiſtæ, alii verò Qvodlibetarii.*

Obſerv. 1.

Digitized by Google

Obſerv. 1. *Hiſtoriam* Scholaſticorum repetit Chronologia *Alſtedii*, nec non *Binderus*, & *Himmelius* de Theologia Scholaſtica.

Obſerv. 2. *Varios Scholaſticorum abuſus*, cum variis eorundem qvæſtionibus otioſis, impiis & blaſphemis, recenſet *Gerhardus* in Methodo Studii Theologici.

§. 3. *Ex immensâ Scholaſticorum turbâ ſufficit eligere optimos.*

Obſervatio: Inter Scholaſticos *antiqviores* eminent *Lombardus & Thomas*; Inter recentiores verò Thomæ Commentatores, *Vasqvez, Svarez, & Ludovicus Molina* aliis præferuntur, cum *Radâ*, & *Peſantio*, qvi poſterior Scholaſticorum Controverſias in Epitomen redactas unico Volumine Lectori offert. Qvibus & Arriaga, & Lugo & Gonet, & ſimiles addi poſſunt.

§. 4. *Scholaſticorum Autoritas non niſi humana eſt, ideoq; eorum vel diſſenſus, vel conſenſus Verbo revelato contrarius neminem turbare poteſt aut debet.*

Obſerv. 1. Ex Scholaſticis qvædam *annotanda ſunt*, ubi Veterum veſtigiis inſiſtunt, videatur egregia *Chemnicii* Præfatio Libri de duabus Naturis p. 10.

Obſerv. 2. *In rebus dubiis* turba Scholaſticorum, qvi ſeqvuntur antecedentium gregem, nec eunt, qvà eundum eſt, ſed qvà itur, non magnoperè attendenda eſt, videatur *Dorſcheus* in collatione Synodi Sirmienſis p. 159.

Obſerv. 3. *Scholaſticorum Diſputationes* ſpinoſæ, qvibus omnia involvunt, & inanes ſubtilitates venantur, non debent ullum veritatis præjudicium gignere. Videatur *Chemnicius* l. d. ubi Scholaſticis *præfert Patres*, qvi parcè & ſobriè myſteriorum rationem venerantur magis, qvàm explicant, multi verò & copioſi ſunt in monſtrando vero & ſalutari uſu, & addit: *hanc methodum* omnium judicio eſſe utiliſſimam & tutiſſimam.

Obſerv. 4. *Errores Scholaſticorum* qvoad diſputandi principium, objectum & modum enumerant *Himmelius* in Theologia Scholaſtica, p. 72. & ſeq. & *Binderus* l. d.

§. 5. *Methodus legendi Scholaſticos aptiſſima eſt, qva non niſi*

niſi poſt accuratam univerſæ Theologiæ cognitionem, Lombardi ſententias ex patribus collectas, & libris qvatuor incluſas, & (præmiſſo Ludovici Carbonis Compendio) Thomæ Aqvinatis ſummam (cum commentatoribus) evolvere jubet, ut qvæcunqve notatu digna occurrunt, obſervari & ad uſum feliciter transferri poſſint.

Obſerv. 1. *Accurata Scholaſticorum lectio* accuratum & in Controverſiis tàm Philoſophicis, qvàm Theologicis, inprimis verò Pontificiis exercitatiſſimum Lectorem, ejusqve confirmatum reqvirit judicium.

Obſerv. 2. *Lombardus* libro 1. ſententiarum habet diſtinctiones 48. de Deo, ejusqve attributis. Libro 2. diſtinctiones 44. de creatione & creaturis, Angelis & hominibus, & de peccato. Lib. 3. habet diſtinctiones 40. de Incarnatione, charitate, & lege. Libro 4. habet diſtinctiones 50. de Sacramentis, morte, judicio, inferno, & vita æterna.

Obſerv. 3. *Lombardum*, ſive magiſtrum ſententiarum varii illuſtrârunt. Extat adhuc cum aliis editio Baſileenſis, An. 1510. cum concluſionibus & partitione textus *Henrici Gorichem*, cum expoſitionibus *Ægidii de Româ*, & cum additionibus *Henrici de Urimaria*. Et *Thomæ Aqvinatis* Scriptum in 4. Libros Sententiarum ad Annibaldum Annibaldenſem.

Obſerv. 4. *Thomæ Aqvinatis* ſumma innumeros ferè habuit Commentatores, inter qvos *Gonet*, *Arriaga*, *Svarezius*, & *Vasqvez* eminent. Ex opuſculis verò ejusdem, inprimis Libros 4. *contra Gentiles*, Commentariis illuſtravit *Franciſcus de Sylveſtris* Ferrarienſis, qvi multa obſervatione non indigna continet.

Obſerv. 5. *Ex recentioribus Scholaſticis*, ob Pontificiorum Controverſias non negligendus eſt *Tannerus & Becanus*, cujus Theologiam Scholaſticam qvoad præcipuas Controverſias examinavit *D. Jacobus Martini*, in Diſp. in Auguſtanam Confeſſionem.

Obſerv. 6. Qvæcunqve ex Scholaſticorum lectione *notanda* occurrunt, commodiſſimè tàm ad claſſes univerſæ Theologiæ, qvàm ad diſtincta Repertoria referri poſſunt.

APPENDIX.

UT eò felicius in lectione Scholaſticorum pergere liceat, inprimis obſervanda eſt ſeries *Summæ Theol. Thomæ Aqvinatis.*

Cujus *pars prima continet qvæſtiones 118.* de Theologia, Deo, ejusqve attributis, perſonis SS. Trinitatis, de creatione, Angelis, de creationis ſextiduo, de hominis animâ & corpore, de providentiâ & mutatione hominis.

Pars prima ſecundæ partis continet qvæſtiones 114. de ultimo hominis fine, & virtutibus atqve vitiis in genere. Ubi de beatitudine, actionibus humanis, affectibus, habitibus, virtutibus & peccato tam originali, qvàm actuali, & de lege naturali, humanâ & Morali, de lege novâ & de gratiâ atqve merito agitur.

Pars ſecunda ſecundæ partis continet qvæſtiones 189. ubi agitur de virtutibus & vitiis. De fide, ſpe, charitate, &c. per totum decalogum, & de vita contemplativa, activâ, perfectâ, & ſtatu religioſorum.

Pars tertia continet qvæſtiones 90. ubi agitur de Chriſti incarnatione & vitâ, & paſſione, reſurrectione & aſcenſione, ut & de Sacramentis, & qvæ de B. Mariâ, & doctrinâ atqve operibus CHRISTI huc ſpectant.

Qvibus annectitur ſupplementum, continens qvæſtiones 99. ubi de contritione, confeſſione, ejusqve ſigillo, nec non de ſatisfactione, poteſtate clavium, excommunicatione, abſolutione, indulgentiis, de ſolenni ritu pœnitentiæ, de extremâ unctione, de ordine, de matrimonio, ejusq; conſenſu, impedimentis, bigamia, repudio, & illegitimè natis agitur, usqve ad q. 69. qvæ ad reſurrectionem ſpectat. Ubi de loco animarum poſt mortem, de purgatorio, ſuffragiis, judicii extremi ſignis, mundi conflagratione, mortuorum reſurrectione, reſurgentium conditione, judicio & judice univerſali, tandemqve de ſtatu beatorum & damnatorum agitur usq; ad finem q. 99.

Qvâ de re notandum.

I. Qvod ſupplementum ipſe Thomas morte præventus, perficere non potuerit, ſed qvod ex ejusdem ſcripto in qvartum librum ſententiarum hæc excerpta ſint.

II. Qvod

II. Qvod editio Antverpienſis in folio An. 1624. exhibeat errata plurima, qvæ vitio librariorum imputantur.

III. Qvod editio Lugdunenſis An. 1587. conjuncta ſit cum Commentariis Cajetani, ejusqve Tract. de omnipotentiâ, præſcientia, & prædeſtinatione, addito etiam volumine Qvodlibetorum Thomæ.

IV. Qvod An. 1671. Coloniæ Agrippinæ editus ſit Clypeus Theologiæ Thomiſticæ, autore Joh. Baptiſta Gonet, Ord. Prædicat. & Anteceſſ. in Academia Burdigalenſi, exhibens qvinqve volumina. Ubi autor Thomæ ſententiam defendit, & in præfatione monet, ſe Calviniſmi ſuſpicionem depellere, tractatum Petri à S. Joſe, ho, contra præmotionem phyſicam, refutare, controverſias Janſenii pleniſſimè explicare, & delectum tutioris & probabilioris opinionis enodare &c.

V. Qvod Pontifex R. Johannes 22. tanti fecerit Thomam, ut in ejus conſecratione dixerit: Hic tot miracula fecit, qvot qvæſtiones determinavit, ex relatione Vanini, in Amphitheatro providentiæ, præfat. ad Lectorem.

Membrum IX.

De Lectionum, Concionum, & Diſputationum Theologicarum freqventatione.

Cum φύσις & μάθησιν reqvirat, atqve ἄσκησιν, ideò tàm de *Lectionibus*, qvàm de *Concionibus* & *Diſputationibus* Theologiæ Studioſo neceſſariis adhuc dicendum eſt. Hæc enim ſunt illa media qvæ habitum univerſæ Theologiæ Poſitivæ, Polemicæ, Exegeticæ, & moralis perficere poſſunt.

Titulus I.

De Lectionibus Theologicis.

§. 1.

Qvia vox viva docentis mutis Præceptoribus aut mortuorum ſcriptis omninò præferenda eſt, ideò Theologiæ Studioſi no-

nomen vix obtinere poterit, qvi Lectiones negligit Theologicas.

Confer *Hieronymum* ad Paulinum: Habet, neſcio qvid latentis energiæ viva vox, & in aures diſcipuli de ore Autoris transfuſa fortiùs ſonat.

Obſerv. 1. *Vox eſt ſonus animalis* reſpirantis ore prolatus, ejusdem tùm affectus, tùm conceptus exprimens, qvorum illud etiam inarticulata, hæc verò articulata vox præſtat.

Obſerv. 2. *Articulata hominis* vox eſt nuncius ac interpres cogitationum, ita, ut 1. res. 2. conceptus. 3. verba dentur, qvæ conceptus repræſentant, qvos deinceps per verba articulata aliis communicamus.

Obſerv. 3. *Vox eſt repræſentatio objectorum* intelligibilium, intellectui ab altero per aliqvod ſignum facta.

Obſerv. 4. *Repræſentatio* hæc fit vel mediante *viſu*, ejusqve receptione, per literas, notas & imagines; vel mediante *auditu* in aliorum informatione: vel *ſimpliciter* (viſorum vel auditorum) per *ſenſum communem*, beneficio reminiſcentiæ.

Obſerv. 5. *Lectio Theologica* eſt objecti Theologici à Doctore loqvente propoſiti communicatio.

Obſerv. 6. *Lectio Studioſi* Theologiæ eſt objecti Theologici à Doctore tùm enunciatione, tùm ſcriptione communicati receptio. Conf. ſuprà c.1. de Meditatione.

Obſerv. 7. *Lectiones Theologicæ privatæ*, publicis neqvaqvam opponendæ, ſed potiùs perpetuò conjungendæ ſunt.

§. 2. *Lectio Theologica alia diſtinctas Theologiæ partes, alia verò fundamenta Theologiæ qvoad Theoriam & Praxin conjuncta reſpicit.*

§. 3. *Diſtinctas Theologiæ partes attinent Lectiones, qvæ vel Fidei Articulos ſive Theologiam Poſitivam, vel Controverſias tàm generales, qvàm ſpeciales, ſive Theologiam Polemicam, vel interpretandi & concionandi methodum ſive Theologiam Exegeticam, vel deniqve vitam Chriſtiano dignam, cum certis conſcientiæ caſibus, ſive Theologiam Moralem explicant.*

Obſerv.

Obſervatio: Qvemadmodum his omnibus *mediis* neqvaqvam carere poteſt accuratus Theologiæ Studioſus, (uti patet ex enumeratione Mediorum præcedentium) ita impoſſibile eſt, ſine aſſidua tàm publicâ, qvàm privatâ Theologorum *manuductione* in illis laudabiles & neceſſarios facere progreſſus.

§. 4. *Lectiones fundamenta Theologica, qvoad Theoriam & Praxin conjunctam reſpicientes, ſunt accurati Librorum Scripturæ Veteris & Novi Teſtamenti Commentarii.*

Obſervatio: Scripturæ Sacræ explicatio Eccleſiaſtica accurato Theologiæ Studioſo non poteſt ſufficere, niſi inſuper accedat *Academica*, de qva Theologia Exegetica agit. Confer, qvæ de accurata Scripturæ Sacræ Lectione & certis Sectionibus ad hunc Scopum neceſſariis dicta ſunt ſuprà Membro 1.

§. 5. *Ut Lectiones Theologicæ cum fructu audiantur, reqviritur & neceſſaria præparatio, & neceſſariorum electio, & electorum ad uſum translatio.*

Obſerv. 1. *Præparatio* Studioſo Theologiæ neceſſaria, reqvirit Auditorem Lectionum Theologicarum adminiculis, tàm Philoſophicis, qvàm Philologicis ſufficienter inſtructum, devotum, precibus aſſiduis deditum, attentum, accuratum, ſedulum, & conſtantem. Confer, qvæ ſuprà de *Reqviſitis & Adminiculis* Studioſi Theologiæ dicta ſunt c. 3. Sect. 1. & 2.

Obſerv. 2. *Electio reqvirit Prudentiam*, ut neceſſaria & captui diſcentis accommodata, minùs neceſſariis & difficilioribus Lectionibus (donec & Eruditio creſcat & judicium,) præferantur. *Neqve enim à Controverſiis aut Conſcientiæ Caſibus, ſed à Theologiæ Poſitivæ fundamentis* Studioſo faciendum eſt initium.

Obſerv. 3. *Translatio* ad uſum jubet omnes & ſingulas Lectiones Theologicas qvaſi in ſuccum & ſangvinem convertere. Qvod faciliùs præſtabit, qvi operam dat ſedulò, ut poſſit

1. Univerſas ac ſingulas *Lectiones* Theologicas ſcopo ſibi propoſito convenientes *excipere*, & qvæ ex diſcurſu aſſeqvi poteſt, ad marginem notare.

2. *Excepta* domi diligenter *repetere*, & notatu digna vel lineis, vel numeris & ſummariis marginalibus ſignare.

3. Singulas *pagellas* certis *numeris* diſtingvere.

4. Singula ex ſingulis Lectionibus obſervata *ad certa Theologiæ capita*, ejusq; diſtincta Repertoria referre.

5. *Dubia*, qvæ reſtant, vel ex commilitonis, aut contubernalis diſcurſu privato, vel ex eruditiorum colloqviis, vel ex Profeſſorum publicorum Diſputationibus & Reſponſionibus ſolvere.

6. *Audita* & obſervata ſæpiùs *repetere*.

7. Singula *in Exercitiis* tam Diſputatoriis, qvàm Concionatoriis applicare, & ad ſcopum præfixum dirigere.

TITULUS II.

De Audiendis Concionibus Publicis.

§. 1.

QVemadmodum viva docentis vox, Studioſo Lectiones Theologicas, ita & Conciones eidem commendat publicas. Vid. ſup. Tit. 1. §. 1. Obſerv. 2.

Obſervatio: Certis ingeniis immorari & innutriri oportet, ſi velis aliqvid trahere, qvod in animo fideliter ſedeat. *Nusqvam eſt, qvi ubiq; eſt.* In peregrinatione vitam agentibus hoc evenit, ut multa hoſpitia habeant, nullas amicitias. Idem accidat neceſſe eſt iis, qvi *nullius ſe ingenio familiariter applicant* ut monet *Seneca*, Epiſt. 2.

§. 2. *Ut Conciones publicas cum fructu audire & ad uſum transferre, tandemq; virtutes præceptorum feliciter imitari liceat, & præparatione, & attentione, & repetitione opus eſt.*

Obſerv. 1. *Præparatio* & preces aſſiduas, & indefeſſam Scripturæ Sacræ lectionem, & accuratam Textus publicè explicandi repetitionem reqvirit.

Obſerv. 2. *Attentio* Studioſi major erit, qvi conſiderat ſe non audire verba hominis, ſed ἀληθῶς verè & indubitatò verba ipſius Dei, 1. Theſſal. 2, 13.

Ob-

Obſerv. 3. *Repetitio* reqvirit annotationem ſedulam eorum, qvæ vel ad theoriam, vel ad praxin facere poſſunt, ita, ut illa non modò memoriæ imprimantur, verum etiam ad ſingulas univerſæ Theologiæ Claſſes, ejusq; diſtincta Repertoria referantur.

Obſerv. 4. *Fructus* ex Concionibus publicis tùm demum expectari poterit uberrimos, ſi Studioſus conetur

1. *Virtutes accuratæ diſpoſitionis*, Elocutionis, & Pronunciationis annotare & *imitatione* exprimere.

2. *Realia* ipſa, cum vocabulorum emphaſi atqve connectendi & affectus movendi artificio ſedulò obſervare, conſignare & deinceps Oratoriæ ſacræ inſerere, & in Exercitiis Concionatoriis ad uſum transferre.

3. *Textum ordinarium* publicè explicandum privato ſtudio priùs conſiderare, cum ipſis fontibus & aliorum Commentariis conferre, & dicta Parallela cum ſummâ præcipuarum Doctrinarum, qvæ ex Textu fluunt, annotare. Qvo facto *ex unica Concione majorem fructum ſentiet*, qvàm ſi aliàs decem vel viginti Homilias ſine ejusmodi præparatione vel audiviſſet, vel legiſſet.

4. *Ex Codice Biblico*, qvi audienti ad manus eſſe debet, dicta potiora vel minùs notiora aut difficiliora obſervare, atqve finitâ Concione illa evolvere, ſimulqve memoriæ imprimere. Confer reliqva huc facientia ex ſeq. Tit. 4.

TITULUS III.

De Diſputationibus Theologicis.

§. I.

Diſputationes Theologicæ, velut exoptatiſſimum Veritatis indagandæ medium ob utilitates varias accuratè Theologiæ Studioſo neqvaqvam negligendæ ſunt.

Obſerv. 1. *Diſputationes Cribrum Veritatis* non immeritò appellavit *Picus Mirandula*, ex qvibus velut ex lapidum colliſione ignis *elicitur Veritas*, judice *Scaligero*. Unde *Eccium, Coſterum, Piſtorium, Beccanum* & ſimiles negantes diſputandum eſſe ex Scriptura Sacra cum

Hæ-

Hæreticis, meritò taxat *Gerhardus*, Tom. I. Confeſſionis Catholicæ pag. 943.

Obſerv. 2. *Diſputationes Theologicæ* Studioſum exercent, ad ſeria certamina præparant, judicium acuunt, memoriam juvant, ſcrupulos diſcenti eximunt, & expeditum reddunt Theologum, ad veritatis defenſionem, & contradicentium refutationem. Confer Conſtit. Eccleſ. Sax. Electoris Auguſti fol. 213. Die Tyrones Theologiæ werden aus einer Diſputation mehr/ denn aus zwantzig Lectionibus lernen etc. daß ſie mit kurtzen Worten nicht allein den Grund reiner Lehre anzeigen/ ſondern auch dem Gegentheil den Mund ſtopfen etc. Welches nicht eine gemeine Kunſt/ ſondern eine beſondere Gabe Gottes iſt.

§. 2. *Exercitia Diſputatoria Theologica & devotionem, & ſufficientem Diſputatoris informationem, & præparationem reqvirunt.*

Obſerv. 1. *Exercitia Diſputatoria* non niſi adminiculis tàm Philoſophicis, qvàm Philologicis ſufficienter inſtructis, & in Theologia Poſitivâ exactè informatis conveniunt.

Obſerv. 2. *Diſputator devotus, accuratus*, in Proceſſu diſputandi exercitatus, & in fundamentis Fidei confirmatus, nunqvam ſine ſingulari fructu inſtituet exercitia diſputatoria.

§. 3. *Idoneus Diſputator erit, qvi nunqvam ſeqventes ex Theologia Polemica, & proceſſu diſputandi plenius conſiderandas negligit Obſervationes.*

Obſerv. 1. *Diſputationes* Theologicas reverenter, ferventer, conſtanter, & prudenter audire decet.

Obſerv. 2. *Theſes* futuræ Diſputationis ante ejus initium accurato ſtudio perlegendæ, & cum accurato aliqvo Compendio aut plenario Syſtemate Theologico diligenter conferendæ, qvæ verò in Theſibus notatu digna occurrunt, excerpenda, & vel ad ipſius Theologiæ capita, vel ad diſtincta Repertoria referenda ſunt.

Obſerv. 3. *Objectiones* præcipuæ cum reſponſionibus, diſtinctionibus, & ſolidis Dictorum explicationibus notandæ, ad claſſes univerſæ Theologiæ referendæ, & ſæpiùs repetendæ ſunt.

Obſerv. 4. *Status Controverſiæ* accuratè obſervandus eſt, ut ad eum-

Digitized by Google

eundem omnia argumenta revocari qveant. Confer, qvæ ſuprà de accurata Status Controverſiæ formatione dicta ſunt Membro 5.

Obſerv. 5. Omnia audita & notata ad uſum transferenda ſunt, tùm per privata colloqvia, tùm per privata ſimul ac publica exercitia Diſputatoria.

Obſerv. 6. Reſponſiones, & argumentorum ſolutiones in ipſo Diſputationis actu obſervatæ, cum accuratiſſimorum Theologorum Scriptis conferendæ, & ſcrupuli reſidui oblatâ opponendi occaſione animo diſcentis eximendi ſunt.

Obſerv. 7. Regulæ proceſſum diſputandi dirigentes ſæpiùs repetendæ ſunt, ex *Meiſneri* & *Gerhardi* Methodo Studii Theologici, *D. Calovii* Methodologiâ, *Dannhaueri* Ideâ boni Diſputatoris & Polemoſophiâ Sacra. Qvâ de re agit Theologia Polemica. NB.

Titulus IV.
De habendis Concionibus publicis.

Officium futuri Concionatoris, qvod pleniùs exponit Oratoria Eccleſiaſtica, Anno 1665. edita, poſt accuratam ſingulorum Studii Theologici reqviſitorum, adminiculorum & mediorum hactenus enumeratorum, cognitionem præcipuum eſt:

I. *Finem & Media Interpretis Sacri & Oratoris Eccleſiaſtici* ex Theologiâ Morali, inprimis verò ex Theologia Exegetica, accurato ſtudio conſiderare, ſibiq; reddere familiariſſima.

II. *Ex innumeris Concionum Methodis certum Autorem ſibi eligere*, & ad eundem, qvæ in aliis paſſim occurrunt, obſervationes annotare. e. g. ad Methodum *Hülſemanni*, vel etiam ad Oratoriam Eccleſ. egregia *Gerhardi*, *Meiſneri*, *D. Calovii*, *Botſacci*, *Carpzovii*, *D. G. Olearii*, & aliorum monita commodiſſimè referri poſſunt.

III. *Præcipuas tàm connectendi, qvàm amplificandi formulas* juxta manuductionem *Hülſemanni*, ſibi eligere. (Confer Formulas *Förſteri*, in Appendice Methodi Hülſemanni, nec non *Molleri*, ſeorſim editas. Inprimis verò appendicem Oratoriæ Eccleſiaſticæ.) Et adminicula memoriæ non negligere, qvalia ſunt onomatologiæ & pragmatologiæ ſeries. Summa univerſæ Theologiæ, Termini Mnemonici, v. g.

wiſſen / wollen / können etc. Das Reich der Allmacht / Gnaden und Ehren / das zeitliche / geiſtliche und ewige Leben / etc.

IV. *Phraſeologiam Biblicam ordine alphabetico qvotidianæ lectionis beneficio adornare*, e. g. qvando agendum de Studio Verbi Divini, ejusq; lectione perpetuâ, conferendæ ſunt Phraſes utriusq; Teſtamenti tàm Veteris, qvàm Novi, qvod enim Vocabulo הגה innuitur, ſive per meditationem continuam, Tag und Nacht davon reden / Pſ.1. illud Deut. 6. exprimitur per Vocabulum Germanicum ſchärffen. Vid. Lutheri Gloſſ. marg. h.l.& per Græcum ἐρευνᾶν Johann.5. verſ. 39. forſchen/ſuchen/ ut Verbum Dei aſſiduâ meditatione nobis fiat familiariſſimum, adeoq; poſſit ἐνοικεῖν reichlich unter uns wohnen/ Coloſſ.3, 16. Qvâ de re ſuprà dictum eſt, de uſu Concordantiarum, & Tit. de Lingva Germanicâ. Inprimis verò in Theologia Exegetica.

V. *Textus propoſiti explicationem, confirmationem, illuſtrationem & applicationem accuratè diſtingvere.* Vid. Theol. Exegetica.

VI. *Emphatica, tàm Hebræa, qvàm Græca vocabula in qvolibet Textu attendere*, juxta manuductionem & monita de Adminiculis Philologicis & concordantiarum uſu ſupra adducta. Confer exempla in Repertorio Philologico.

VII. *Ex Articulis Theologiæ Poſitivæ*, Locis Practicis, Theologiâ Morali, & infr. lib.3. delineatis Repertoriis *non omnia* ſine judicio, *ſed ſelectiora* ſolùm & auditoribus ſummè neceſſaria proferre. Confer Adminicula ſupr. Tit. de Locis Practicis expoſita.

Canon. Futuro Concionatori familiariſſima eſſe debent univerſæ Theol. Moralis 1. dicta, 2. exempla, 3. documenta, ex libello, cui Titulus: Gedenck-Kunſt. vid. ſupr. c.3. membro 6. §. 2.

VIII. *Inprimis verò cavere*, ne poſtpoſitis Spiritus Sancti Oraculis, *nimium temporis tribuatur Hiſtoriis, Verſiculis, aut aliis Gentilium dictis.* Vid. Oratoria ſacra. Qvoties verò hæc & ſimilia occurrunt, ſemper imitandus eſt *Hieronymus*, qvi in Epiſt. 3. ad Heliodor. ubi memorat, Gentiles Romanos, qvorum non minor in luctu, qvàm in bellis Virtus fuit, ſubjungit: *ſe hæc adducere in ſugillationem Chriſtianorum, ſi non præſtet fides, qvod exhibuit infidelitas.* Sic Epiſt. 23. ad Paulam: *Erubeſce, Ethnicæ comparatione ſuperaris, melior Diaboli ancilla, qvàm mea eſt.* Sic qvando citantur Exempla *Senecæ*, ejusq; monita, ut & Ciceronis, Epicteti & aliorum Gentilium, addi poſſunt ſeqventia:

tia: *Si hæc Gentiles, τὰ τοῦ νόμου facientes*, Rom. 2. *ex lumine naturæ agnoverunt, nonne de Chriſtianis jure repetere licebit illud Apoſtoli* 1. Cor. 6. *ad erubeſcentiam veſtram dico?* (Euch zur Schande) item c. 15, 34. Wachet recht auff / und ſündiget nicht / denn etliche wiſſen nichts von GOTT / das ſage ich euch zur Schande.

IX. *Artificium movendi Affectus* ſummo ſtudio excolere, juxta monita huc facientia, qvæ in Methodo concionandi *Hülſemanni*, *Hyperii*, *Eraſmi*, nec non apud *Cauſinum*, & in Pathologiâ *Thilonis*, atqve in Oratore Eccleſiaſtico *Caroli Regii* occurrunt. Qvorum omnium ſummam exhibet Oratoria Eccleſiaſtica. NB.

X. *Oratores Eccleſiaſticos excellentiores ſæpiùs audire*, ſcripta eorum legere, virtutes Inventionis, Diſpoſitionis & Elocutionis obſervare, & Imitatione, qvantum fieri poteſt, exprimere.

XI. *Lingvæ vernaculæ culturam* ex aſſiduâ tùm Bibliorum, tùm Scriptorum Germanicorum *Lutheri, Selnecceri, Balduini & Arndtii, lectione, non negligere*. Confer obſervationes huc ſpectantes, ſuprà Tit. de Lingva Germanica adductas.

XII. *Acumen Auguſtini, cum facundiâ Chryſoſtomi & devotione Bernhardi*, ex aſſidua eorum perlectione obſervatâ, indies magis magisq; *conjungere*, & ex B. Lutheri ſcriptis imitari eloqventiam ab ipſo Spiritu S. emphaticè monſtratam. Videatur Theſaurus *Lopez* & ſuprà Titulus 1. de Scriptis Patrum, & Lutheri.

XIII. *Concionandi Exercitia*, nunqvam niſi præſentem noverit *fidelem monitorem*, inſtituere, ejusqve monita, ceu beneficia rariſſima & precioſiſſima grato animo accipere.

XIV. *Præcipitantiam*, & alia Lingvæ vitia, tanqvam peſtem concionatoris fugere & deteſtari.

XV. *Prudentiam*, in Auditorum vitiis taxandis ſummè neceſſariam ab exercitatiſſimis diſcere Concionatorib9, & illorum potiùs attendere *experientiam*, qvàm inanes ſeqvi opiniones, vel incertas ſuſpiciones aut peſtilentiſſimam affectuum intemperiem. Vid. *Lutherus* T. 3. Wittenb. f. 187. in Pſal. 8. von hitzigen Predigern / & ex eo *Porta* Paſtoral. p. 119. Es ſind viel geängſtete und unnütze Prediger / die da brennen / hitzig ſind / und mit dem Kopff hindurch wollen / (anxii & vani, æſtuantes & tumultuantes) wiſſen nicht / daß ein ander Ding ſey umb pflantzen und begieſſen / und ein ander Ding umb das Gedeyen geben. So bald / als ſie

es geſagt haben/wollen ſie/es ſoll auch gethan ſeyn. Conf. ibid. comparationem eorum, qvi non niſi pungere & mordere conantur, cum cibo redolente excrementa humana, ex *Ezech.* 4. It. Bericht vom Straff-Ambt / wie daſſelbe öffentlich und abſonderlich von Predigern zu führen/ gedruckt zu Gotha / An. 1645. Vide Orator. Eccleſiaſticam. NB.

XVI. *Pro donis* divinitus conceſſis devotas qvotidiè altiſſimo agere gratias.

XVII. *Ob dona divinitùs conceſſa neqvaqvam ſuperbire*, aut alios deſpicere, ne, qvod ſæpiùs fieri ſolet, ab elatis auferat χαρίσματα ſua Judex juſtiſſimus. Confer *Gymnaſium Patientiæ* de Humilitate, p. 165. & monitum *D. Heinrici Höpfneri : Eſtote parvi in oculis veſtris, ut ſitis magni in oculis DEI & Eccleſiæ.* Nec non regulam *Thomæ de Kempis : Prodeſt, ſi vel omnibus te ſubjicias; nocet, ſi vel uni te præponas.*

XVIII. *Nullam ſibi in hac imperfectione abſolutam fingere perfectionem*, (contra aſſertionem Paulinam 1. Cor. 13, 9.) ſed qvos in rigoroſo ſui ipſius examine deprehendit defectꝰ innumeros, ſubindè emendare, & ad perfectionem in hac imbecillitate poſſibilem ſeriis precibus & ſtudiis contendere.

XIX. *Maximè verò operam dare, ut, qvod alios docet, ipſe faciat*, ne campanis, auditores invitantibꝰ, nunqvam verò templum intrantibus ſimilis evadat, & Phariſæorum atqve Hypocritarum ordini annumeretur, de qvibus ipſe Salvator dicit Matth. 23. *Dicunt & non faciunt.* Videatur Theologia Moralis, de Concionatorum præmiis & pœnis. *Specialiora*, qvæ h. l. deſiderari poterunt, monſtrat *Oratoria Eccleſiaſtica*, edita An. 1665.

Cujus ſummam repetit Theologia Exegetica.

Summa Summarum.

VOta fac aſſiduè, meditare, & cuncta per uſum
Exige, Theologus ſi cupis eſſe bonus.
Surge, precare, bonos audi, lege, lecta memento
Conſignare, pios reſpice & eſto pius.
Fons vitæ timor eſt Domini & Sapientia prima,
Ergo Scopus tibi ſit principiumqve DEUS.

Sic

Digitized by Google

Sic felix, Cœlo gratus, ſic utilis Orbi
Et CHRISTI ſervus, crede, beatus eris.

CONCLUSIO.

Atqve ex his omnibus oriuntur *Theologiæ Moralis fructus*, qvi aliàs vocari ſolent *Theologia Aſcetica*, *Catechetica*, *Paracletica*, *atqve Caſiſtica*. Qvi enim perfectus eſt Homo DEI, ad omne opus bonum ſufficienter inſtructus, ille etiam ſe ipſum *exercere* poteſt in pietate, & rudiores *docere* fundamenta Catechetica, & afflictos ſolatio *erigere*; nec non in qvovis caſu conſcientias ſufficienter informare. Qvâ de re agit Theologia Moralis.

Appendix.

Qvia ad feliciorem uſum, tùm Adminiculorum, tùm Mediorum Studii Theologici hactenùs enumeratorum, inſuper qvædam Honoraria adhuc reqviruntur adminicula, nec non Bibliotheca & cum diſtinctis Repertoriis, univerſæ Theologiæ Summaria, qvotidianæ repetitioni neceſſaria, ideò de iis pauca adhuc notare non pigebit.

Sectio I.

De Adminiculis Honorariis.

§. 1.

Adminicula Honoraria vocari ſolent, qvæ non conſtituunt, ſed perficiunt & ornant Theologum.

§. 2. *Ornamenta ejusmodi alia Critica, alia Juridica, alia verò Medica appellari poſſunt.*

TITULUS I.
De Ornamentis Criticis.

§. 1.

QVemadmodum *Criſis notat judicium*, *ita Criticus* κριτικὸς *eſt judicandi peritus*, *judex & cenſor*, *alienorum ſcriptorum exactor*, qvi non ſola Poëmata, uti opinatur Euſtathius, ſed omne ſcibile πᾶν τὸ ἐπιστητὸν dijudicat.

§. 2. *Criſis hæc vel Sacros vel Profanos Autores reſpicit.*

Confer Prolegomena *Heinſii* ad Ariſtarchum, qvibus continetur egregia de veræ Criticæ apud Veteres ortu, progreſſu uſuqve, cùm in cæteris diſciplinis, tùm in Theologia præſertim, diſſertatio: Nec non Ideam boni interpretis *Dannhaueri*, & *Alſtedium* Lib. 35. Encyclopædiæ, qvi Criticam ſpecialem dividit in *Philologicam, Philoſophicam, Theologicam, Juridicam, Medicam & Hiſtoricam.*

§. 3. *Criſis Sacra inprimis attendit Textum Scripturæ Sacræ authenticum, ejusq; non ſolùm integritatem, veritatem, puritatem, lectionis & diſtinctionis varietatem, ſignificationem, Idiotismos & Emphaſin; verùm etiam accuratiorem fontium cum variis verſionibus collationem.*

Obſervatio: Qvæ de Codice Sacro dicta ſunt, illa ſuo etiam modo Concilia & Patrum ſcripta reqvirunt. Confer Criticum Sacrum *Riveti*, & Cenſuram *Coci.*

§. 4. *Textus Scripturæ Sacræ authenticus, tàm Veteris Teſtamenti Hebræus, qvàm Græcus N. T. integerrimus & ab omni corruptione univerſali immunis eſt.*

Obſerv. 1. Non qværitur h. l. *de particulari* qvorundam Exemplarium corruptione, ex errore, aut oſcitantiâ, vel deſcribentis, vel Typothetæ, ſed *de univerſali omnium & ſingulorum exemplarium, qvoad dicta inprimis fundamentalia, corruptione*, ita, ut nulla ſuperſit genuinæ lectionis certitudo. Sive, an textus Hebr. & Græcus V. & N. T. ex probatis

batis codicibus, eorumqve accuratâ collatione ſuperſtes, ita *corruptus ſit, per humanam vel malitiam, vel negligentiam, ut norma fidei & morum eſſe neqveat, ſed juxta Latinam Verſionem corrigendus ſit?* Qvod contra *Bellarminum*, *Huntlæum* & aſſeclas ex Maſorâ & aliis fundamentis defendit *Glasſius*, part. 1. Philologiæ Sacræ, & contra *Morinum*, & ſimiles, *Hottingerus* in Theſauro Philologico p. 119. ut & contra *Ludovici Capelli* Criticam Sacram *Buxtorſius* in præfatione Anti-Crit. ubi ait: in hunc usqve diem in lucem hominum *non prodiit Scriptor & Liber, qvi tantâ audaciâ, temeritate, præſumptione & confidentiâ, nec minore imperitiâ & inſcitiâ*, tot ſophismatis, Sacroſanctas Vet. & N. Teſtam. *Tabulas originarias aggrediatur*, convellat, & labefactet. Ex ſumpto ejusdem non probato principio, infinitæ *Hebraicorum codicum mutationes, depravationes, errores*, ſub fallaci & falſo variarum lectionum titulo ſine modo & fine congeruntur & coacervantur. Objectiones adverſariorum præcipuas breviter refutavit *Heerwartus* in ſcrutinio Philologico lib. 1. plenius verò D. *Glasſius* part. 1. Philol. S.

Obſerv. 2. De punctis vocalibus qværitur non ſolùm ratione *materialis & formalis externi* (an hæc ipſa ſigna, prout hodiè ſcribuntur, & non alia, à Moſe & Prophetis adhibita fuerint) *ſed inprimis ratione formalis intrinſeci ſpectatis, annon vocales & puncta vocalia ratione ſignificationis, ſive qvatenus ſunt media pronunciandi & ſignificandi conceptum, ſint coæva conſonantibus?* ita, ut etiamſi aliqvando expeditioris ſcriptionis gratiâ omitti poſſint, nihilominùs tamen *virtualiter ſcriptioni conſonantium inſint*, adeoqve vera & genuina *lectio*, tùm ex conſonantium & contextus *harmoniâ*, tùm ex crebro legendi *exercitio*, tùm ex exactâ Lingvæ *peritiâ* infallibiliter dijudicari & deprehendi poſſit? non minùs, ac ſi qvis ſcripſerit Latinæ Lingvæ peritis I. N. R. I. vel J. U. D. aut S. P. Q. R. Videantur omnes noſtri in artic. de Scripturâ S. Confer qvæ de Vocalium Hebr. inventione, reſtauratione & vindicatione habet *Hottingerus* in Theſauro Philolog. p. 399.

§. 5. *Textus Scripturæ Sacræ authenticus veriſſimus eſt, & autoribus iisdem ſive Spiritus Sancti Amanuenſibus, qvorum nomina præfixa ſunt, indubitatò tribuendus.*

Videatur *Dannhaueri* Idea boni Interpretis, & Hermenvtica Sacra, p. 141. & de ſingulis Scripturæ Sacræ Libris, *Gerhardi* Exegeſis, Artic.

Digitized by Google

Artic. de Scriptura Sacra. Confer Theologiam Exegeticam & Procemium Commentarii Balduini in Epiſtolam ad Hebræos.

Obſerv. Qvæ de literis Samaritanis antiqvioribus moventur Controverſiæ, videri poſſunt apud *Gerhardum* in Exegeſi Artic. de Scriptura Sacra. *Caſaubonum* Exercitat. 16. nec non apud *Capellum*, *Schickardum, Buxtorffium, Morinum*, & *Hottingerum* in Antimorino, & in Theſauro Philologico p. 146. Inprimis verò videnda eſt *Simeonis de Muis* triplex aſſertio Veritatis Hebraicæ, adverſus Exercitationes Johannis *Morini*, Tomo 2. operum.

§. 6. *Textus Scripturæ Sacræ originalis Hebræus & Græcus puriſſimus eſt, & à Solœciſmis atqve Barbariſmis propriè ſic dictis alieniſſimus. Qvâ de re agit Theologia Exegetica libro 2. c. 5. claſſ. 1. Tit. 1. §. 4.*

Videatur *Dannhaueri* Hermenevtica Sacra p. 158. *Schmidius & Beza* in Notis N. T. inprimis verò qvæ hic contra Eraſmum ſcribit ad c. 10. Act. v. 46. Et qvæ de Stylo Sacro tùm in genere, tùm in ſpecie Prophetico & Apoſtolico habet *Glaſſius* parte 1. Philologiæ ſacræ. Huc facit & Diatribe *Pfochenii* & *Schmidii* obſervatio ad Matth. 21, 41. ubi *Hebraiſmos* N. T. ineſſe monet, *non tamen verbis* Evangeliſtarum, ſed Verſioni LXX. Interpretum, ex qva Evangeliſtæ multa repetunt, qvorum verba ab alienis, ex uſitatâ Verſione repetitis, omninò diſtingvenda ſunt.

§. 7. *Lectionum varietatem Conſenſus Exemplarium MS. antiqviſſimorum & accuratiſſimorum facilè tollit.*

Confer de his *Glaſſium* l. d. cum annotationibus *Schmidii, Eraſmi, & Bezæ* in N. T. Inprimis verò *Tomum 6. Bibl. S. Anglic. Polyglott.* qvi præter alia continet non ſolùm *varias lectiones Hebraicas, Chaldaicas, Syriacas, Arabicas, Perſicas*, verùm etiam *Flaminii Nobilii* Notas ad editionem LXX. Interpr. cum ſupplemento *Druſii* & aliorum, & *varias lectiones N. T. Græci, ex XVI. Codicibus MS. Roberti Stephani* collectas, & ex plurimis aliis vetuſtiſſimis exemplaribus in unum corpus digeſtas.

§. 8. *Diſtinctiones Codicis Sacri, tàm majores, qvàm minores ſuâ non deſtituuntur certitudine.*

Vid.

Digitized by Google

Vid. *Fabricius* de partitione Codicis Hebræi, *Hottingeri* Theſaurus Philologicus, p. 215. & de Accentibus *Buxtorffius* & alii Grammatici, nec non *Dannhauerus* in Hermenevtica Sacra p. 144. & p. 148. In ſpecie verò de capitibus Nov. Teſtam. *Schmidius* in notis ad Matth. ab initio.

§. 9. *Significatio Vocabulorum, tàm Hebræorum, qvàm Græcorum optimè cognoſcitur ex Lexicis & Concordantiis accuratioribus.*

Vid. ſup. Tit. de Adminiculis Philologicis & uſu concordantiarum. Conf. de propriâ vocis ſignificatione *Gerhardi* Tractatum de Scripturæ Sacræ interpretatione, *Dannhaueri* Hermenevticam Sacram p.163. & *Muſæi* Diſſertationes contra Bohlium.

§. 10. *Idiotismos Hebræos pariter & Græcos poſt Flacium collegit Glasſius, in Grammatica & Rhetorica Sacra, & Abdias Prætorius, & Dannhauerus in Hermenevtica Sacra p.173.*

Confer, qvæ habet *Waltonus* in apparatu Tom. 1. Bibl. Anglic. & ex Jeſuitis, *Jacobus Tirinus*, Tomo 1. Comm. in V. & N. T. ſub Titulo: Explicatio idiotismorum ſeu proprietatum Lingvæ Hebr. & Græcæ, qvæ ſæpius in Scripturis occurrunt, ut & *Stephanus Menochius* de ſtylo Scripturæ Sacræ,& *Cornelius à Lapide* ab initio Comm. in Prophetas majores.

§. 11. *Emphaſes vocum Hebraicarum accurato ſtudio obſervat Johannes Tarnovius in Commentario in Prophetas minores, & in aliqvot Pſalmos, D. Geierus in Danielem, Proverbia, Eccleſiaſten atqve Pſalterium, Simeon de Muis, Mollerus & Bucerus in Pſalterium, Forerius in Eſaiam &c. Idem in Nov. Teſtam. qvoad Græca vocabula præſtitit Chemnicius & Gerhardus* in Harmonia Evangelica, nec non *Selneccerus & Balduinus* in Epiſtolas Paulinas, *Paulus Tarnovius* in Commentario in Johannem, inprimis verò *Wellerus*, Commentario in Epiſtolam ad Romanos, & *Schmidius* in Notis N. T. Videantur accuratæ Annotationes in V. & N. T. D. Calovii.

U §. 12. Col-

§. 12. *Collatio variarum Verſionum Theologo neqvaqvam negligenda eſt.* Vid. *Dannhaueri* Hermenevt. S. pag. 150. & ſupra Tit. de Adminiculis Philologicis.

Confer Iſagogen Annot. Bibl. D. Calovii, Apparatum Biblior. Anglic. *Waltoni*, & qvæ de variis Verſionibus habet *Hottingerus* in Theſauro Philologico, p.248. ubi de Paraphraſibus Chaldæis, Syriacis, Arabicis, Perſicis, Græcis & Latinis, nec non *Maſorâ*, *Kabbala* & aliis ad Criſin ſacram ſpectantibus differit.

Not. 1. *Kabbala* eſt traditio eorum, qvæ accipit vir ex ore viri קבל ab aliis accepta. vid. Eſdra. c. 8, 30. ſive Theologia myſtica oretenus tradita, de divino auditu, & arcanis ac myſteriis Legis divinæ. Unde Cabaliſatus dicitur, qvi per Cabalam edoctus eſt.

Not. 2. *Kabbaliſta* eſt qvi didicit libros Kabbalæ.

Not. 3. *Kabbala* dividitur in duas partes, ſpeculativam & practicam. Qvam ſe ignorare fatetur Elias Levita in Thisbi. Videatur Pokocke Porta Moſis, & Buxtorffii Lex. Rab. col. 1953.

TITULUS II.
De Ornamentis Juridicis.

§. 1.

O*Rnamenta Juridica Theologo attendenda, reſpiciunt Jus partim Civile, partim Canonicum.*

§. 2. *Jus Civile vel publicum eſt vel privatum.*

§. 3. *Juris tàm privati, qvàm publici attendenda ſunt utilitas, ſumma, & Termini.*

Obſerv. 1. *Utilitatem* Terminorum Juridicorum in Theologia (v. g. Chirographi, adoptionis, libertatis, hæreditatis, Tutoris, Teſtamenti, Depoſiti &c.) oſtendit Repertorium Juridicum infrà libro 3.

Obſerv. 2. *Summam Juriſprudentiæ Civilis* oſtendunt Inſtitutiones Juſtiniani, cum Notis *Schulzii*, Epitome *Pacii*, Paratitla *Weſenbecii*, Diſputationes *Treutleri*, Collegium Argentoratenſe Juſti *Mejeri*,

Juris-

Juriſprudentia *Carpzovii*, Tabulæ *Schavii*, Epitome *Groſſii*, Dicæologia *Althuſii*, & Encyclopædia *Alſtedii*.

Obſerv. 3. *Summam Juris publici* habet *Brautlacht*, *Reinking & Limnaeus*.

Obſerv. 4. *Terminos* Juridicos explicat Lexicon *Calvini & Briſſonii*. Conf. ſupr. de Terminis Theologicis.

§. 4. *Jus Canonicum continet Decretum, Decretales, Sextum Decretalium & Extravagantes.*

Obſerv. 1. *Utilitatem* Juris Canonici qvoad controverſias Caniſtarum, Pontificiorum contradictiones, arborem conſangvinitatis &c. oſtendit *Meiſnerus*, & articulus de conjugio.

Obſerv. 2. *Summam* Juris Canonici exhibet *Pacius* & Inſtitutiones Juris Canonici *Antonii Cuchi*, qvibus inſertæ ſunt Conſtitutiones Concilii Tridentini. Conf. D. *Ziegleri* Commẽt. in Jus Canon. Lancelotti.

Obſerv. 3. *Terminos* Juris Canonici explicat idem *Pacius* & Index Juris Canonici, nec non *Barboſa* in principiis Juris.

TITULUS III.
De Ornamentis Medicis.

§. 1.

ORnamenta Medica Theologo non negligenda, reſpiciunt Medicinæ utilitatem, Summam & Terminos.

§. 2. *Utilitas Medicinæ in univerſa ferè Theologia occurrit.*

Obſervatio: Theologus neqve peccata cum *Morbo* & in ſpecie cum *Leprâ*, aut Chriſtum cum *Medico*, aut Theologiam cum *Medicina* comparare, aut *Controverſias* de jejunio, vel naturam morborum à CHRISTO ſanatorum, vel Providentiam Divinam in admirandâ corporis humani fabricâ Pſal. 139. ritè explicare, aut valetudinis curam, & Melancholicorum, Scorbuticorum atqve Hypochondriacorum Symptomata à Tentatorum, aut Obſeſſorum moribus diſtingvere poterit, qvi fundamenta Medicinæ ſimpliciter ignorat.

§. 3. *Summam Medicinæ exhibet Horſtius , Groſſius , & Alſtedius in Triumpho & Encyclopædiâ.*

Obſervatio : Fundamenta Medicinæ Theologo attendenda accurato ſtudio explicavit *Sennertus & Mæbius* in Inſtitutionibus, *Jonſtonus* in Medicinâ Practicâ , vel ob accuratas morborum deſcriptiones lectu digniſſimus , confer & *Franciſci Valeſii* Philoſophiam Sacram & *Levini Lemnii* tractatum de Plantis & Gemmis in Sacro Codice citatis. Nec non *Guillelmi Aderi* tractatum de ægrotis & morbis in Evangelio, inſertum Bibl. Critic. Anglic. Tomo 9. de cujus ſcopo ſuprà c. 3. membro 2. dictum eſt.

§. 4. *Terminorum Medicorum in Scripturis occurrentium naturam explicant Lexicographi Medici , nec non Repertorium Medicum infra libro 3.*

Obſervatio : Studioſo Theologiæ inprimis commendatum eſſe debet Lexicon Hippocraticum *Anutii Foëſii* , & *Schröderi* Pharmacop.

SECTIO II.
De Bibliotheca Theologo neceſſaria.

B*ibliotheca Theologo neceſſaria ſpectat ſingula hactenus enumerata Theologi*

I. *Reqviſita*, qvæ ſunt (ex præcedente C. 3. Sect. 1.)

1. *Oratio.* Cujus *Theoriam* oſtendit Lutherus, Chemnicius in Harmon. Evangel. ad C. 6. Matth. & Dannhauerus in Explic. Orat. Dominicæ.

Praxin, Auguſtinus in meditationibus, Soliloqviis & Confeſſionibus Lutherus (vid. Exemplariſche Bet-Kunſt) Arndtius in Hortulo, & Gerhardus in Enchiridio & meditationibus. Confer libellum, cui Titulus Bet-Schule. Item , das allerbeſte Gebet-Buch ex Pſalterio Davidis.

2. *Meditatio.* Cujus *Theoriam* cum *praxi* monſtrat Pſalmus 119. & Gerhardus in Methodo Studii Theologici.

Praxin

Praxin verò diſtinctam Gerhardus in meditationibus.

3. *Tentatio.* Cujus *Theoriam & Praxin* habent Glaſſius, Scherertz in Speculo Tentat. Mülmannus, Avianus. Confer Gymnaſium Patientiæ.

II. Adminicula, qvæ ſunt ex præcedente Cap. 3. Sectione 2. pag. 51. (*I*) *Philologica*, qvæ reſpiciunt *Lingvas* tùm Orientales, tùm Occidentales, earumqve tàm præcepta *Grammatica*, qvam Exempla in *Lexicis*, qvoad Orationem puram & ornatam.

Ubi imprimis in promtu eſſe debent qvoad Lingvam

1. *Germanicam*, 1. *Præcepta* Schottelii, Gveinzii.
2. *Indices* Biblici, ſive Concordantiæ Agricolæ & Crellii, Crameri Wegweiſer Index Piſcatoris.

2. *Latinam*, 1. Grammatica Schmidii, Reyheri, Gieſſenſium, Becmanni origines Lat. Lingvæ, Scaliger de cauſis Lingvæ Latinæ, Gruteri Theſaurus Criticus, Barthii adverſaria.
2. *Lexicon* Stephani, & Martinii, Etymologicon Voſſii, Fabri, Altenſtaig, Alſtedii.
3. *Concordantiæ* Latinæ *tùm Verbales* in fol. *tùm reales*, qvas exhibet Clavis Flacii, Bibliotheca Ravanelli, Clavis Pfeilii, Rhetorica S. Glaſſii.

3. *Græcam*, 1. *Grammatica* Welleri, Golii, & inprimis Grammatica Sacra Glaſſii.
2. *Lexicon* Paſoris, Scapulæ, Henrici Stephani Theſaurus, Budæus, cum qvibus conferendæ Annotationes egregiæ Eraſmi Schmidii in Novum Teſtamentum.
3. *Concordantiæ* Stephani, Schmidii, Kircheri.

4. *Hebraicam*, 1. *Grammatica* Buxtorffii, Troſtii, Sixtini Amamæ, Grammatica Sacra Glaſſii, Ludovici de Dieu, Druſii, Martinii.
2. *Lexicon* Buxtorffii, Avenarii, Pagnini (cum notis Merceri) Forſteri, Schindleri, Crucigeri, (Confer Maimonidis Doctorem perplexorum) qvæ ex Lectione Commentariorum Tarnovii in Prophetas minores, & D. Geieri in Pſalterium, Proverbia & Eccleſiaſten, nec non ex notis Fagii ad Pentateuchum in multis illuſtrari poterunt.
3. *Concordantiæ* Buxtorffii, earumq; Compendium.

5. *Chaldaicam*, 1. *Grammatica* Buxtorffii, Troſtii.
2. *Lexicon* Buxtorffii, Münſteri, Schindleri.

6. *Syriacam*, 1. *Grammatica* Crineſii, Troſtii, Eclogæ Syriacæ Dilherri.
2. *Lexicon* Crineſii, Troſtii, Schindleri.

7. *Arabicam*, 1. *Grammatica* Erpenii, Gerhardi, Kirſtenii, Ruthgeri Spey.
2. *Lexicon* Schindleri, Raphelengii. Confer de reliqvis Lingvis Orientalibus Briani Waltoni prolegomena in Biblia Polyglotta Anglica. Inprimis verò Lexicon Caſtelli.

(II.) *Philoſophica*.

1. *Generalia*, ubi Terminos explicat Micrælius in Lexico: rem ipſam verò Ariſtoteles, ejuſq; Commentatores. Confer Compendium Seybothi & Reyheri.

2. *Specialia*, qvoad Philoſophiam

1. *Theoreticam*, ubi videndus Jacobus Martini, Calovius, Stahlius, Franciſcus de Abra de Raconis, Arriaga, Mendoza, Vazqvez.

2. *Practicam*, qvam explicat idem Jacobus Martini, Libenthal, Itterus, Reinking, &c. Confer infrà Repertorium Philoſophicum.

III. *Media*, qvæ ſunt accurata

1. *Scriptura Sacra, ejusq; Commentatorum* Lectio, ubi reqviruntur Commentatores

I. *Univerſales*, 1. *Senſum Literalem* attendentes, ut Biblia Jenenſia.

2. *Uſum* ſimul innuentes, ut Oſiander, Cramerus.

3. *Controverſias præter ſenſum literalem annotantes*, ut D. Calovius, Oſiander in Notis, Qviſtorpius, Prücknerus. Videantur etiam ex *Calvinianis* Piſcator, Toſſanus, Junius & Tremellius; ex *Pontificiis* verò Eſtius, Saa, Menochius, Tirinus &c. Confer etiam Notas ad ſingulos Veteris & Novi Teſtamenti Libros in Bibliis Criticis Anglicanis.

II. *Speciales*.

Sunt enim Libri Scripturæ Sacræ integri vel Veteris, vel Novi Teſtamenti. In qvibus omnibus qvid vel ſolus præſtiterit *Lutherus*, docet Porta in Paſtorali Lutheri p. 64. ſeq.

(a) *Libri*

Digitized by Google

(a) *Libri Veteris Teſtamenti* ſunt vel Moſaici cum Hiſtoricis, vel Prophetici, vel Davidici ſive Pſalmi.

Pentateuchum illuſtravit Pelargus. Imprimis verò Geneſin Lutherus, Selneccerus, Geſnerus, Rungius & Gerhardus, cujus etiam in Devteronomium extat Commentarius.

Libros Hiſtoricos Veteris Teſtamenti præter Balduinum, Laurentius, Martyr, Lavaterus & Wolffius. *Jobum* Scultetus, D. Gottfried Olearius, Mercerus, Coccejus. *Pſalterium* D. Geierus, Geſnerus, Arndtius, Selneccerus, Höpfnerus, Simeon de Muis, Lorinus, Mollerus, Bucerus. *Proverbia & Eccleſiaſten* Geierus & Dietericus. *Canticum* Gerhardus. *Eſaiam* Heshuſius, Forſterus, Varenius & Arcularius. *Jeremiam* Hülſemannus. *Ezechielem* Polanus. *Danielem* Geſnerus. *Prophetas Minores* Tarnovius & Winckelmannus.

(Confer in Libros Veteris Teſtamenti *Apocryphos* Notas Oſiandri & Crameri, imprimis verò Dietericum in Librum Sapientiæ, & Mattheſium in Siracidem.)

(b) *Libri Novi Teſtamenti* ſunt 1. Hiſtorici. 2. Dogmatici. 3. Prophetici, qvalis eſt Apocalypſis Johannis.

Qvatuor Evangeliſtas illuſtravit Chemnicius in Harmonia. Confer Diſputationes Lyſeri in Johannem, & Cornelium à Lapide in qvatuor Evangeliſtas.

Acta: Pelargus, Arcularius, Lorinus, Cornelius à Lapide.

Epiſtolas Paulinas: Selneccerus, Balduinus, Eſtius, Cornelius à Lapide.

Epiſtolas Petrinas: Gerhardus, Cornelius.

Epiſtolas Johannis: Selneccerus, Cundiſius, Cornelius.

Epiſtolam Hebr. Gerhardus, Waltherus, Balduinus, Cornelius.

Epiſtolam Jacobi & Judæ: Lorinus & Cornelius à Lap.

Apocalypſin: Hoë, Kromayerus, Graſius, Cornelius à Lap. Ludovicus ab Alcaſar.

Confer *Catalogum* potiſſimorum Patrum, Lutheranorum, Calvinianorum & Pontificiorum Commentariorum apud *Gerhardum*, *Meiſnerum*, *D. Calovium* in Methodo : nec non in Prolegomenis *Gerhardi* Commentarii in Matthæum: Addatur *Bibliotheca Pelargi*, *Bolduani*, *Voëtii*, *Meyeri*, *Draudii*, *Sixti Senenſis*, & *Apparatus Poſſevini*.

2. *Libro-*

2. *Librorum Symbolicorum evolutio*, cum Commentariis Menzeri, Jacobi Martini, Hütteri, Geſneri & Carpzovii.

3. *Locorum Theologicorum cognitio*, ex præced. membro 3. Ex Chemnicio, Gerhardo, Hunnio, Hüttero, Calovio, Brochmanno, Dannhauero, Carpzovio, & Chriſtiano Matthiæ, atqve ex ſeq. Syſtemate Theol. infra lib. 2.

4. *Terminorum Theologicorum explicatio.*

Qvorſum facit Clavis Flacii, Rhetorica Sacra Glaſſii, Bibliotheca S. Ravanelli.

5. *Controverſiarum* Theologicarum tractatio. Ubi inprimis videri poſſunt.

(1.) *De Papiſmo* Chemnicii Examen Concil. Trident. Gieſſenius, Gerhardi Confeſſio Catholica, Hodomoria Dannhaueri, Jacobi Martini Diſputat. contra Becanum, D. Gottfried Olearii Iſagoge, Pellis Ovina Hunnii, Panſtratia Chamieri &c.

(2.) *De Calviniſmo*, Gieſenius, Feurbornii Epitome, & Refutatio Germanica Theol. Haſſiacorum, & Theolog. Witteberg. Hodomoria Dannhaueri, Iſagoge D. Gottfridi Olearii.

(3.) *De Photinianiſmo*, Anti-Oſtorodus Feurbornii, D. Calovius, D. Scherzerus, Stegmannus, Thummius, Hunnius &c.

(4.) *De Schwenckfeldianiſmo, Enthuſiaſmo, Weigelianiſmo, Anabaptiſmo &c.* Schlüſſelburgius, Hunnius, Schelhammerus, Thummius, Merckius, Botſaccus, Müllerus.

(5.) *De Arminianiſmo* D. Calovius & Hülſemannus de auxiliis gratiæ.

6. *Locorum Practicorum collectio*, ex præcedente membr. 6.

Qvorſum facit Lutheri Catecheſis, Chemnicii Explicatio Decalogi, Dannhaueri Conciones Catecheticæ, & Gerhardi Schola Pietatis, nec non Moralia Botſacci, & Decalogus Thummii.

7. *Caſuum Conſcientiæ Deciſio*, ex præcedente membr. 7.

De qvibus videndus Balduinus, Dedekennus, Dannhauerus, Steuberus, Keslerus, Prücknerus. Inprimis verò Conſilia Theol. Wittenb. & Jenenſ.

8. *Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Lectio* ex præcedente membr. 8.

Ubi in ſpecie 1. *de Scriptis Patrum.* 2. *de Conciliis & Hæreticis.* 3. *de Scholaſticis*, egregia habent Centuriatores Magdeburgenſes, Ger-har-

Digitized by

hardi Patrologia, Binderus, Geſnerus, & Himmelius. 4. *De Scriptis Lutheri* Paſtorale Portæ & Theſaurus Kirchneri, & Index Tomorum Altenburgenſium.

9. *Lectionum, Concionum & Diſputationum Theologicarum frequentatio*, ex præcedente membr. 9.

Ubi præter explicatam libro 2. Theologiam Polemicam atqve Exegeticam videnda eſt Oratoria Eccleſiaſtica, Hermenevtica Sacra Dannhaueri, Methodologia D. Calovii, Polemoſophia Sacra Dannhaueri, ejusqve Idea Boni Diſputatoris.

Qvibus omnibus accedit ex præcedente Appendice, *Bibliotheca Honoraria*.

1. *Critica*, qvorſum facit Hermenevtica Sacra Dannhaueri, Philologia Sacra Glaſſii, & Hottingeri Theſaurus Philologicus, cum Apparatu Waltoni.

2. *Juridica*, qvoad Summam Juris Canonici, & Civilis, ejusq; Terminos in Theologiâ occurrentes.

Huc facit Summa totius Juris Canonici Pacii, item: Schævii Idea Jurisprudentiæ, Dicæologia Althuſii, Jurisprudentia Eccleſiaſtica Carpzovii, & Lexicon Calvini, Briſſonii &c.

3. *Medica*, qvoad ſummam & terminos. Huc ſpectant Inſtitutiones Sennerti, Jonſtoni, & Mœbii, cum Tabulis, & Lexico Anutii Foëſii.

Plures *Autores* deſideranti non modò Catalogus *Draudii*, & Bibliotheca *Bolduani* ſuccurrit, verùm etiam ex Noſtris *Meiſnerus*, *Gerhardus*, *Hülſemannus*, *D. Calovius* in Methodo ſive Pædia, & ex *Calvinianis Voëtius* & *Mejerus* in Bibliotheca Theologica. Et qvoad varia huc ſpectantia *Miſcellanea*, Epitomica & Mnemonica *Alſtedii* Encyclopædia, Tomo ſeptimo, lib. 37. Scilicet:

Tantæ molis erat divinam condere gentem.

SECTIO III.
De univerſæ Theologiæ Summario & diſtinctis Repertoriis.

§. 1.

SUmmam *Theologiæ 1. Poſitivæ, 2. Polemicæ, 3. Exegeticæ, 4. Moralis, exhibet initium Syſtematis Theol. 1. Poſitivæ. 2. Polem. 3. Exeget. 4. Moralis, libro 2.*

§. 2. *Diſtincta verò* Repertoria *oſtendit lib. 3.*

§. 3. Uſum *Repertoriorum etiam ex ſcriptis Exegeticis adornatorum commendat Theologus eminentisſimꝰ, Dn. D. Abrahamꝰ* Caloviꝰ, *cujus præfatio accuratisſimarum Annotationum in N. Teſt. habet ſeqventia:* Licet hinc Locos Communes per totum Syſtema more Indicis *Tiriani, vel D. Olearii noſtri, Theologi Summi & Fratris intimi, ſummo loco honorandi,* in Commentariis B. Balduini obſervato adornare, *ſolideq; comprobare, ſingulis ad locum ſuum plenè, & ex dictis eò pertinentibus univerſis revocatis atq; digeſtis.*

Tractatus II. Iſagogicus,

exhibens Theologiæ Objectum, qvod eſt Religio,

& qvidem vera atqve Chriſtiana, qvæ hodie Lutherana appellatur.

§. 1.

QVid ſit religio, *& qvinam illius hoſtes, dictum eſt in Tractatu proœmiali de Theologiâ, §. 5. ſuprà pag. 14. Confer de obligatione artic. 10. Tit. 35. §. 1. NB.*

Nota 1. *Religio dicitur à religando,* qvia ipſa eſt vinculum, qvo avulſi à Deo peccatores ipſi per media revelata denuò uniuntur, & ad normam Verbi religantur, Matt. 12.

Nota 2. *Religio h. l. non ſolùm notat religioſam venerationem,* vid. Col. 2. 18. & cultum non ſolùm primæ tabulæ Exod. 12, 26. aut ſecundæ

Jac. 1,

Digitized by Google

Jac. 1, 27. μερικῶς, ſed ὁλικῶς & *univerſaliter omnia, qvæ in univerſa Theologiâ tam credenda, qvàm agenda proponuntur*, ita, ut in omnibus exacta detur *congruentia cultus*, cum voluntate divina Verbo ſcripto expreſſè revelatâ.

§. 2. Qvia verò religio vera hodie Chriſtiana dicitur & Lutherana, (*qvæ ſalutem in ſolo Chriſto Meſſiâ, unicoqve ejus Evangelio oſtendit. Qvâ de re agit Theol. Poſit. art. 40. & art. 77.*) *ideò paucis illam cognoſcere decet.*

Nota 1. *Religio Chriſtiana* eſt antiqviſſima per Chriſtum, ejusqve Apoſtolos in N. T. repetita veritas. Cujus efficiens eſt & objectum Deus, actum oſtendit fides & caritas, juxta Verbi *normam*. Unde *forma* eſt congruentia cum *verbo revelato*, finis Dei gloria &c. §. 6.

Nota 2. *Religio Lutherana* eſt antiqva veritas, à Prophetis & Apoſtolis repetita, & à variis corruptelis miniſterio Lutheri repurgata. Qvâ de re agit Theol. Poſ. art. 117.

Nota 3. *Religio vera eſt unica*, qvæ ſolum verum Deum autorem agnoſcit, & hodie à Chriſto Chriſtiana, & à Chriſti miniſtro Lutherana appellatur, cujus nomen ab aliis, qvi itidem Chriſtianiſmum profitentur, Confeſſores Evangelicos diſtingvit.

Nota 4. *Religio Lutherana eſt 1. una. 2. vera. 3. bona. 4. certa. 5. infallibilis. 6. perſpicua. 7. perfecta.* Ratio eſt, qvia unicè nititur divinâ in ſcripturis exaratâ revelatione, adeoqve principio gaudet divino unico, veriſſimo, optimo, certiſſimo, infallibili, perſpicuo & perfectiſſimo. Cujus aſſertionis probationem oſtendit Theol. Exeget. lib. 2. cap. 6.

Nota 5. *Religio Lutherana dicitur Evangelica*, non, qvia Legem cum Antinomis rejicit, ſed qvia Pontificiam Legis & Evangelii confuſionem tollit, & qvia puritatem Evangelicæ veritatis de gratuitâ hominis peccatoris juſtificatione aſſerit, & maſculè defendit. vid. infrà art. 93. & 94. de fide & juſtificatione, nec non de Evangelio. Artic. 76. & 77.

Nota 6. *Religio Lutherana ſub Papatu obſcurata*, & variis tenebrarum involucris implicata Lutheri miniſterio feliciter in lucem protracta eſt. Vid. Höpfneri Saxonia Evangelica, & Catalogus teſtium veritatis, nec non infrà art. 117. Theol. Poſit.

§. 3. Religio Lutherana ſive Chriſtiana eſt ratio colendi Deum verâ fide in Chriſtum, cujus fructus ſunt charitas DEI & proximi, juxta normam Verbi ſcripti revelati, ad Dei gloriam & hominis emolumentum.

§. 4. Summa religionis Lutheranæ illa eſt, qvam exhibet Auguſtana Confeſſio, *unà cum reliqvis libris Symbolicis. Vid. Comment. Carpzovii, Hiſtoria Auguſt. Confeſſ. Sauberti, & infrà lib. 2. Summa Theologiæ Poſitivæ, nec non Apologia Pupillæ*, Haupt-Vertheidigung des Evangeliſchen Aug-Apffels: *Ubi objectiones Pontificiorum maſculè refutantur, & religionis Evangelicæ Principium Chriſtus, & Objectum Deus ex Scriptura Sacra evidenter demonſtratur.*

§. 5. Norma religionis Lutheranæ unica & infallibilis eſt Scriptura Sacra, *de qvâ agit Theol. Poſit. art. 5. ex qva patet illius veritas certisſima, &* Forma *infallibilis, qvæ eſt congruentia cum voluntate DEI revelatâ per Scripturam exactisſima.*

§. 6. Finis religionis Lutheranæ eſt DEI gloria, & hominum Salus. *Vid. Theol. Poſit. art. 113. de Eccleſiâ, qvam accipit fides, Joh. n. 20. art. 93. Cujus fructus ſunt opera, art. 100. vid. Theol. moralis. NB.*

Canon. Vera religio facit ad Dei gloriam ſtudium pietatis & tranqvillitatem conſcientiæ. vid. Theol. Exeget. lib. 2. c. 6. Tit. 4. NB.

§. 7. Hoſtis Lutheranæ religionis acerrimus eſt Papatus, *qvi Lutheri perſonam & doctrinam variis modis oppugnare conatur.*

Nota 1. *Fruſtra objiciuntur Lutheranis convitia, qvæ Luthero affinguntur.* Nam veritas Evangelica nihilominus manet veritas, etiamſi à miniſtro moraliter malo proferatur. Qvemadmodum non ſeqvitur, vel ex Judæ proditione, vel ex Petri abnegatione, veritatem Evangelicam ab utroqve repetitam propterea falſam fuiſſe. Ne tamen anſa calu-

Digitized by Google

calumniandi adverſariis relinqvatur, rectè iis opponimus Lutherum defenſum D. Mülleri, ejusq; Apologiam.

Nota 2. *Dogmata Lutheri* perperam taxari à Pontificiis, ſufficienter oſtendit Chemnicius in Examine Concilii Tridentini, nec non Gerhardus in Confeſſione Catholicâ, & Menzerus atqve Carpzovius Comm. in Auguſt. Confeſſionem. Qvorſum facit univerſa Theologia Poſitiva, Polemica, Exegetica, & Moralis. vid. lib. 2.

Tractatus III. Iſagogicus,

exhibens Theologi Officium.

§. 1.

QVia univerſa Theologia eſt merè practica, qvæ Theologi Theoriam ad praxin perpetuam dirigit, igitur omninò reqviritur, ut officium futuri Theologi ante exactam Theologiæ cognitionem accuratiùs expendatur, *qvò cordatus Theologiæ Studioſus tàm intentionem ſuam, qvàm ingenium & vires, atqve inclinationem, ad certum docendi officium, ſive Academicum, ſive Eccleſiaſticum, ſive Scholaſticum, eò rectiùs examinare, certum ſibi ſcopum præfigere, atq; ad eundem omnes cogitationes, labores & ſtudia feliciter dirigere poſſit.*

§. 2. Eſt verò officium Theologi ſufficienter informati Architectonicum. Er muß täglich bauen und beſſern / *juxta regulam Apoſtolicam:* Omnia ad ædificationem, *1. Cor. 14, 26.* πάντα πρὸς οἰκοδομὴν.

Canon. Theologia eſt Architectonica. Cui rectiſſimè tribuitur illud, qvod habet Vitruvius lib. 1. c. 1. *Architectum* eſt ſcientia pluribus diſciplinis & variis eruditionibus ornata, cujus judicio probantur omnia, qvæ à cæteris artibus perficiuntur, opera.

Nota 1. *Architectonica*, uti monet Vitruvius lib. 1. c. 2. non ſolùm *Ichnographiam*, verùm etiam *Orthographiam* & *Scenographiam* attendit: Qvæ & cogitationem & inventionem, & Eurythmiam atqve

Digitized by Google

Symmetriam univerſi operis reqvirunt. Qvâ de re videri poteſt Repertorium Architectonicum infrà lib. 3.

Nota 2. *Cogitatio* eſt cura ſtudii plena, & induſtriæ, vigilantiæq; effectus propoſiti cum voluptate, uti idem Vitruvius monet l. d.

§. 3. Officium Theologi Architectonicum reſpicit tùm fundamentum *(de qvo agit Theol. Poſit. art. 3.)* tùm ædificationis Objectum.

§. 4. Objectum Architecti myſtici eſt tùm ipſe Theologus, tùm ipſius auditores, ſive auditorium cum auditoribus conſideratum. *Qvâ de re agit Theologia Aſcetica unà cum univerſis pietatis exercitiis 1. Tim. 4. ut ſit* καλῶς γυμνασμένος, *qvemadmodum de Jobo loqvitur Chryſoſtomus. Vid. Gymnaſ. Patient. ab init.*

§. 5. Officium Theologi attendere jubet tempus tùm futurum, ut Theologiæ Studioſus idoneus tandem ad officium dignus inveniatur; tùm præſens, qvatenus in certo officio jam conſtitutus eſt.

§. 6. Qvi ad certum officium adſpirat, vel Academicum, vel Eccleſiaſticum, conſiderari poteſt vel ut Candidatus Miniſterii, vel SS. Theologiæ.

§. 7. Candidatus Miniſterii inprimis certus eſſe debet

1. de orthodoxiâ, *ut intrepidè Examini ordinandorum ſe ſubjicere, nec non ſalvâ conſcientiâ juramentum religionis præſtare, & libris Symbolicis ſine hæſitatione ſubſcribere poſſit.*
2. de ſufficientiâ *donorum ad docendum neceſſariorum, ex Methodo Studii Theologici.*
3. de vitâ inculpatâ, *ne culpa Doctoris docentem redarguere poſſit.*
4. de Agendis Eccleſiaſticis, *qvæ continentur in Conſtitutionibus Eccleſiaſticis*, Kirchen-Ordnung.
5. de vocatione ordinariâ; *juxta illud Siracidis c. X. 31.*

In

igitized by Google

In Widerwertigkeit ſey getroſt/ und trotze auf dein Ambt.
De qvibus omnibus plura notatu dignisſima offerunt Conſtitutiones Eccleſiaſticæ Electoris Auguſti.

§. 8. Candidatus Theologiæ, qvi ad ſummum in Theologiâ gradum adſpirat, ſcrutinium perfectionis debitæ itidem ex Methodo Studii Theolog. cognoſcere poteſt. *Summi enim honores ſummum perfectionis gradum in hâc vitâ poſſibilem reqvirunt, & aptitudinem ad officium docendi vel Academicum, vel Eccleſiaſticum.*

§. 9. Officium Theologi in certâ vocatione conſtituti præſens eſt, qvod reſpicit vel prudentiam Conſiſtorialem, vel Profeſſionem Academicam, vel Inſpectionem Eccleſiaſticam, vel informationem auditorum generalem, qvæ convenit Concionatoribus. *De qvibus plura offerunt capita ſeqventia.*

CAPUT I.
De Officio Aſſeſſorum Conſiſtorii Eccleſiaſtici.

§. 1.

OFficium Conſiſtoriale uti graviſſimum eſt, ita & longè majorem Theologi perfectionem reqvirit, *qvàm illam, qvæ Theologiæ Candidato ſufficere poteſt. Qvâ de re monet Elector Saxoniæ, Auguſtus in Conſt. Eccleſ. fol. 254.* Daß in *Conſiſtoriis* nicht allein Gewiſſens-Sachen/ ſondern auch weltliche Händel vorbracht und verrichtet werden müſſen/ ſo die Ehſachen/ der Kirchen und Schuldiener Güter/ Unterhaltung/ Leben und Wandel der Lehrer und Zuhörer belangen.

§. 2. Officium hoc reqvirit inſpectionem aſſiduam, accuratam ordinis cuſtodiam, das Halten über der Kirchen-

Ord-

Ordnung / *General*-Articuln / *Viſitation-Decret &c. ut floreat 1. orthodoxia in Eccleſiis & Scholis. 2. ſtudium pietatis, & inprimis 3. Concordia. Vid. l. d. fol. 255. Qvorſum etiam pertinet prudentia in Actis perlegendis, votorum formatione, collectione, directione, & aliis huc ſpectantibus neceſſaria. Qvâ de re infrà lib. 2. agit proceſſus diſputandi. Qvibus accedit Cenſura Scriptorum edendorum, remotio perverſorum, & receptio ad officia Eccleſiaſtica non niſi dignorum. Qvâ de re itidem monet Elector piiſſimus l. d. fol. 94.* Wir wollen auch hiermit unſern Theologen bey ihren Pflichten eingebunden haben / daß ſie um Beförderung willen zum Kirchen-Dienſt kein Geſchenck noch Gaben von iemands / wer der ſeyn mag / nehmen / noch ſich mit den Ordinanden oder Examinanden heimlich vergleichen / was ſie im *Examine* nachmals antworten ſollen / weil ſie wohl wiſſen / wie ernſtlich der Allmächtige ſolche *Simoniam* geſtraffet; ſondern wie ſich ihrem Ambt und Beruff nach gebühret / ſolch *Examen* auffrichtig / und nach euſerſter Nothdurfft der Kirchen verrichten / wie ſie ſolches nicht allein vor Uns / als dem Lands-Fürſten / ſondern zuförderſt vor dem Richterſtul JEſu Chriſti verantworten müſſen.

§. 3. Qvia verò tela præviſa minùs nocent, *ideò rectius ſibi & ſtudiis ſuis conſulit Theologiæ Candidatus, qvi præter Theologiam Caſiſticam, infrà lib. 2. explicatam, inprimis* Jurisprudentiam Eccleſiaſticam *ſeu Conſiſtorialem Carpzovii ſibi reddit familiariſſimam, ut qvocunqve caſu oblato ſciat & controverſiæ ſedem, & fundamenta decidendi generalia tàm ex Verbo DEI, qvàm ex Conſtitutionibus Eccleſiaſticis obvia, qvæ deinceps, duce experientiâ, facilè ad alia ſpecialiora applicari poſſunt.*

§. 4. Adminiculum hujus prudentiæ offert ſeqvens ſumma Carpzoviana, cujus

Liber I. agit de Jure Perſonarum Eccleſiaſticarum ſive Clericorum, eorumq; vocatione, officiis, reditibus & ſalariis. Ubi

Tit. 1.

Tit. 1. de Juribus Epiſcopalibus, qvæ in Conſiſtoriis Principum ac Statuum Imperii Evangelicorum tractantur.
Tit. 2. de Jure Patronatus.
Tit. 3. de Nominatione & Vocatione Miniſtrorum Eccleſiæ.
Tit. 4. de Præſentatione, Ordinatione, & Inveſtiturâ novi Paſtoris.
Tit. 5. de Qvalitatibus & Officio miniſtrorum Eccleſiæ.
Tit. 6. de Ludimoderatoribus, Cuſtodibus, aliisqve Clericis, eorumqve vocatione & officio.
Tit. 7. de Stipendiis, ſive Salariis ac Reditibus Paſtorum & miniſtrorum Eccleſiæ, eorumq; immunitatibus.
Tit. 8. de Decimis.
Tit. 9. de Potu miniſtrorum Eccleſiæ à collectis libero.
Tit. 10. de Statu Eccleſiæ, ſi Paſtor ob ſenium & adverſam valetudinem ei præeſſe neqveat; vel è vitâ diſcedat.
Tit. 11. de Succeſſione viduæ ac hæredum defuncti Paſtoris in reſiduo ſalarii.
Tit. 12. de dimidio gratiæ anno, ſive ſalario ſemeſtri.

Liber II. agit de rebus ac bonis Eccleſiaſticis, cauſisq; ſpiritualibus & mixtis. Ubi

Tit. 1. de Matrimonio & Nuptiis in genere.
Tit. 2. de Sponſalibus.
Tit. 3. de Sponſalibus clandeſtinis.
Tit. 4. de Binis Sponſalibus.
Tit. 5. de Propinqvitate Conſangvinitatis matrimonio adversâ.
Tit. 6. de Propinqvitate Affinitatis matrimonio adversâ.
Tit. 7. de Diſpenſatione matrimonii in gradibus prohibitis.
Tit. 8. de Matrimonii Conſummatione per nuptias, earumqve ritibus ſolennibus.
Tit. 9. de ſecundis Nuptiis.
Tit. 10. de Sponſaliorum diſſolutione ſive Repudio.
Tit. 11. de Divortio.
Tit. 12. de Separatione Conjugum qvoad thorum & menſam, ex causâ diſcordiæ atqve ſævitiæ.
Tit. 13. de Partu legitimo, & qvisnam talis habeatur?
Tit. 14. de Stupro, Fornicatione & Alimentatione Spuriorum.

Digitized by Google

Tit. 15. de Ritibus & Ceremoniis Eccleſiaſticis.
Tit. 16. de Sanctificatione Sabbati, & concionibus publicis.
Tit. 17. de Ritibus Eccleſiaſticis circa Pœnitentiam & Baptiſmum.
Tit. 18. de Adminiſtratione & Uſu cœnæ Dominicæ.
Tit. 19. de Bonis Eccleſiaſticis, eorumq; adminiſtratione.
Tit. 20. de Reditibus & Ærario Eccleſiæ.
Tit. 21. de Mendicis, & ſuſtentatione miſerabilium perſonarum.
Tit. 22. de Ædificatione & Reparatione Eccleſiarum, domuumqve parochialium: nec non operis ad agriculturam in parochiâ præſtandis.
Tit. 23. de ſubſelliis Templorum, eorumq; jure.
Tit. 24. de Jure Sepulturæ.
Tit. 25. de Rebus & Juribus Academicis.

Liber III. agit de Judicio & Proceſſu Eccleſiaſtico, pœnisq; in hoc foro dictandis. Ubi

Tit. 1. de Foro Eccleſiaſtico, ejusq; competentiâ & jure.
Tit. 2. de Proceſſu Fori Eccleſiaſtici in genere.
Tit. 3. de Proceſſu in cauſis matrimonii & ſtupri.
Tit. 4. de Juramentis, præſertim in cauſis matrimonialibus præſtandis.
Tit. 5. de Proceſſu Deſertionis.
Tit. 6. de Pœnâ ſtupri.
Tit. 7. de Pœnitentiâ Eccleſiaſticâ, ſeu publicâ deprecatione.
Tit. 8. Turbatores Sacrorum qvomodo puniendi?
Tit. 9. Qvomodo procedendum adverſus miniſtros Eccleſiæ rixoſos & conviciatores?
Tit. 10. de Depoſitione ſeu remotione miniſtrorum Eccleſiæ ab officio, eorumq; pœnis.

CAPUT II.
De Officio Profeſſorum Academicorum.

§. I.

OFficium Profeſſorum Academicorum uti longè graviſſimum eſt, ita & accuratam præparationem & functio-

ctionem reqvirit, *vel ideò, qvia illi concurſus univerſæ curæ Eccleſiaſticæ non rarò deprehenditur, ut præter officium docendi ordinarium, etiam officium Conſiſtoriale, imò & Ephoria Eccleſiaſtica vel generalis vel ſpecialis, unius viri humeris imponatur: qvibus laboribus ſæpè vel decem alii vix ſufficerent.*

§. 2. Qvamobrem ſi ullibi, certè hîc cavenda eſt temeritas, *ne qvis ultra vires temerè qvicqvam tentare præſumat.*

§. 3. Qvæ verò, qvalis & qvanta hîc reqviratur eruditio, dexteritas & prudentia *in docendo, diſputando, decidendo, & dirigendo labore Conſiſtoriali, Academico, & Eccleſiaſtico, non opus eſt hoc loco addere, cùm ſingulari providentiæ curâ hæc determinaverit Auguſtiſſimus Elector Saxon. Auguſtus in Conſtitutionibus Eccleſiaſticis & Academicis, qvi inter alia potiſſimùm reqvirit*

I. Daß vermittelſt der Gnaden Gottes aller Sauerteig ausgefegt/ und die Theologiſche Facultät mit auffrichtigen/ gottsfürchtigen/ in der Lehre reinen/ beſtändigen/ und heiliger Schrifft wohl erfahrnen Männern/ beſtellet werde/ fol. 405.

II. Daß ein Profeſſor Theologiæ, ſo viel müglich/ auch zugleich ein geübter Prediger ſey/ der die Prediger mit ſeinem ſelbſt eigenem Exempel unterweiſen/ und ſie erinnern könne/ daß die Kunſt eines rechten Theologen nicht beſtehe auff ſcharffſinnigen Speculiren/ ſondern in der einfältigen/ reinen/ unverfälſchten Lehre des Glaubens/ Vermahnung und Troſt der heiligen Schrifft/ deren ſich der Menſch mit der Vernunfft/ und allen ihren Gedancken/ unterwerffen und gefangen geben muß/ fol. 406. Der auch ſeine Predigten alſo anſtelle/ damit nicht alleine das gemeine Volck dieſelbe nützlich hören/ ſondern auch die Studioſi Theologiæ mit der Zeit ihren modum docendi, zu Auffbauung der Kirchen imitiren können/ fol. eod.

III. Daß ein Profeſſor Theologiæ ſeine Lectiones aus Gottes Wort alſo einrichte/ damit ein Studioſus derſelben auff beſtimte gewiſſe Zeit/ durch Gottes Gnade/ in den Schrifften der Propheten und

Apoſtel/einen ſolchen Verſtand faſſen möge/da er gleich nicht alle Bücher gäntzlich hören erklären/ ſich dennoch in alle ſchicken könne / und mit derſelben Zeugnis alle Artickel Chriſtlicher Lehre wiſſe zu vertheidigen / wie auch derſelben widerwertige Irrthum mit beſtändigem Grund der Warheit zu verwerffen/und ſeine Zuhörer dafür zu warnen/fol. 407.

IV. **Daß er eines ieden Spruchs heiliger Schrifft eigentlichen Verſtand auff das einfältigſte und kürtzeſte / ſo es immer ſeyn kan/ſeinen diſcipeln erkläre** / und darneben anzeige/wie ſolcher entweder zur Beſtätigung unſer Chriſtlichen Lehre / oder Widerlegung der Irrthum und falſcher Lehre / oder zum Troſt / Vermahnung / oder Warnung vor Sünden und Ungerechtigkeiten/nützlich gebraucht werden möge/fol. 407.

V. Daß er in den Diſputationibus **die dunckelen Zeugnis heiliger Schrifft** / daraus die Ketzer zu allen Zeiten ihre Irrthum/ wider des H. Geiſtes Willen und Meynung / geſponnen / **durch die lautern / hellen und klaren Sprüche derſelben / nach Anleitung des Glaubens erkläre** / fol. 413. Confer infrà Theologiam Polemicam, & Proceſſum diſputandi. NB.

§. 4. Qvantam verò immenſus iſte labor reqvirat judicii dexteritatem, memoriæ promtitudinem, & prudentiæ abundantiam, *qvantos poſtulet ſumtus, qvantas curas atqve vigilias, qvantum Bibliothecæ apparatum, qvantam prudentiam, fidelitatem atqve patientiam, facilè patet. Unde & illis, qvi à latere ſunt Nutritiorum Academicorum, incumbit curare ſedulò, ut tantis Doctoribus pro tanto labore non modò æqvivalens conſtituatur ſalarium, verùm etiam pro tantis in univerſam Eccleſiam extantibus meritis dignum reddatur præmium.*

CAPUT III.

De Officio Ephori Eccleſiaſtici.

QVia Officium Superintendentis ſive Ephori, cui cura Eccleſiarum & Scholarum commiſſa eſt, ſatis patet ex Conſtitutionibus Eccleſiaſticis, ideò placet ſolùm hic breviter repetere monita ſeqventia.

§. 1. Qvem-

Digitized by Google

§. 1. Qvemadmodum Prophetæ *Videntes* dicebantur, *1. Sam. IX.* (*Conf. Eſa. 6. vidi Dominum:*) *ita & illos, qvibus animarum cura incumbit, docet intueri cœlum apertum, & JESUM ſtantem à dextris æterni Patris, Actor. 7. paratum ad defenſionem, & certiſſimum indefeſſi imitatoris Matth. XI. auxilium.*

§. 2. Maximè verò Inſpector aliorum, Superintendens
Superattendens &
Superextendens
Cui vel ipſum nomen qvotidiè inculcat (*eſſe debet.*

τὸ intende, *animum, conſilium, auxilium.*
attende *lectioni, gregi, Actor. 20. Tibi ipſi, 1. Tim. 4.*
extende *oculos, aures, lingvam, manus ad orandum, 1. Reg. 8. & juvandum.*

§. 3. Qvorſum faciunt potiora Ephori officia, *ex verbo* Fero.

Qvibus probè obſervatis, divinâ aſſiſtente gratiâ, oneri ferendo par eſſe poterit.

§. 4. Decet itaqve Ephorum vel maximè

I. *Afferre indies incrementa intellectus & voluntatis, atqve doctrinæ, autoritatis, & vitæ exemplaris,* ſibi ſuisqve, tàm ſuperioribus, qvàm eqvalibus & inferioribus, cum *harmonia* ſummæ manſvetudinis, Matt. XI. & ἐπιεικείας Apoſtolicæ, Philip. 4, 5. c. 2, 14. 15. ἐν πρᾳότητι 2. Tim. , 25. per aſſiduam

Orationem, Meditationem, & Tentationem,

ut tandem Homo Dei pro modulo hujus imperfectionis exiſtat ἄρτιος καὶ ἐξηρτισμένος, 2. Tim. 3.

II. *Auferre* occaſiones ſcandalorum, nimiæ familiaritatis, qvæ eſtis præſentiſſima autoritatis eſſe ſolet; nec non iracundiæ, odii, rixarum, ſuſpicionis, & diſputationis inter pocula; ut & præcipitantiæ n dictis & factis, & pertinaciæ in defendendis erroribus. (Confer lud: Homo ſum, humani à me nihil alienum puto. Item: Non piget me, ſicubi hæſito, qværere; non pigebit, ſicubi erro, diſcere. Confer

 Epiſt.

Epiſt. Hieronymi, & Auguſtini.) imò & negligentiæ, confuſionis, & perdendi temporis, tàm veſpertini, per crebras comeſſationes in ſeram noctem protractas; qvàm matutini, precibus, ſtudiis atqve meditationibus gravioribus deſtinati: ne obruatur negotiis intempeſtivis & minùs neceſſariis, qvibus horæ pomeridianæ ſufficiunt.

III. *Conferre* negotia omnia & ſingula, poſt preces aſſiduas, cum Verbo revelato S. Codicis; inprimis verò præterita & præſentia cum futuris; nec non cum Conſtitutionibus Eccleſiaſticis, memoriæ accurato ſtudio imprimendis; imò & cum Deciſionibus aliorum (v.g. Balduini, Gerhardi, Conſiliis Dedekenni, Theol. Witteberg. Carpzovii Jurisprud. Eccleſiaſt. &c.) maximè verò caſus ſubinde emergentes cum priſtinis (ubi notitia Actorum Anteceſſoris reqviritur exactiſſima. NB. Matricul/ Haupt-Bücher/ Inventaria, Viſitation-Decret, Kirch-Rechnungs-Acta,) vel etiam cum Collegis, vicinis, aut Superioribus, vel Senioribus, qvos perſpecta nobilitat prudentia ſimul, & cum autoritate conjuncta experientia.

IV. *Differre* nonnunqvam graviora negotia, & ſpacium deliberandi expectare potiùs, aut qværere per reſponſum generale, vel hypotheticum, qvàm inconſideratâ deciſione, conſcientiam lædere, ſimulq; autoritatem, famam & officium turpiter proſtituere, aut, dum volat irrevocabile verbum, præſentiſſimo exponere periculo. Omninò enim præſtat, in qvæſtionibus piraſticis atqve ambiguis, prudens diffidentia, qvàm incauta credulitas, maximè verò in dandis teſtimoniis. e. g. qvando *qvæſtiones* offeruntur 1. *complicatæ*, qvæ plures connexas ſimul involvunt, nunqvam abſolutè pronunciandum eſt, ſed præviâ homonymias explicatione, & accuratâ ſtatus controverſiæ formatione, diſtincta diſtinctè explicare, & manifeſta ab obſcuris, perſpicua ab intricatis, utilia à curioſis & vanis qvæſtiunculis ſeparare decet. Sic etiam 2. *qvæſtiones matrimoniales* longè feliciùs formato ſchemate, qvàm ex nudâ relatione decidere licebit. Huc facit etiam proceſſus diſputandi accuratè obſervandus, & qvæ ibidem de Colloqviis, deliberationibus, & votorum collectione habentur, infrà in Theologia Polemica.

V. *Efferre* expedita ad locum deſtinatum, ne multitudo objectorum agenda impediat.

VI. *Inferre* neceſſaria diario, vel certo actorum generalium volu-

volumini, juxta dierum & annorum numerum diſtincto, unde beneficio indicis alphabetici, qvoties uſus poſtulat, dato temporis ſpacio, ſive anno & die rei geſtæ, de qvâ dubitatur, velut ex promtuario infallibili ſingula depromere licebit.

Sint E. in promtu diſtincta ſingulorum pagorum, paſtorum, cuſtodum & ludorum nomina, inventaria & acta, ſimulq; priſtinæ deciſionis ſumma atqve fundamenta. e. g. qvando inſtat tempus rationum Eccleſiaſticarum, ſimul attendenda ſunt, qvæ 1. ex articulis generalibus vicem Viſitationis ſpecialis ſupplere poſſunt, 2. qvæ ex ſpeciali Viſitationis decreto obſervanda ſunt, 3. qvæ ſuper. anno conſtituta ſunt: Neqve enim præſentia tractabit feliciter, qvi nondum certus eſt, an expedita ſint, vel adhuc facienda reſtent, qvæ ſuper. anno emendata atqve conſtituta erant.

VII. *Offerre* 1. *Deo preces* indefeſſas, pro officio & auditorum ſalute.
2. *auditoribus occaſionem* vitam emendandi in ſingulis concionibus & qvotidianâ converſatione. NB. Beata labia, qvæ nunqvam, qvod revocare velis, emittunt.
3. *inferioribus* anſam diſcendi. Qvi enim alios docet, ſeipſum docet. Qvod inprimis obſervandum erit 1. in Synodis anniverſariis, 2. in concionibus circularibus expendendis. 3. in Viſitationibus & Examinibus Scholaſticis. 4. in compellationibus qvotidianis tàm ſtudioſorum, qvàm Paſtorum & Collegarum Scholaſticorum.

VIII. *Perferre* adverſa præviſa animo forti, & cavere qverelas muliebres Ephoro indignas. Hunc enim exemplo alios erigere decet. Qvi veluti alter NB. Jobus debet eſſe *καλῶς γυμνασμένος*. Nam tela præviſa minus nocent. vid. Gymnaſ. Pat. ab initio NB.

IX. *Referre* 1. *gratias* Deo, Magiſtratui, proximo, pro beneficiis.
2. *moleſtias* & negotia qvotidiè emergentia
(1.) *publica*, ad ſuperiores, ad Magiſtratum, ad Conſiſtorium. Dic & liberâſti animam.
(2.) *privata* ad certas claſſes mnemonicas, ſive ad Inventaria, vel Repertoria, non neglectis ſchedulis memorialibus qvotidiè perluſtrandis.
3. *ſingula objecta* & agenda ad certum autorem. v. g.

Carpzo-

Carpzovium, qvi debet eſſe familiariſſimus, adhibitâ accuratâ diſtinctione 1. *rerum*, 2. *perſonarum*, 3. *actionum*. NB. Paralipomena ſupplere decet ex Conſtit. Eccleſ. neuen Erledigung. Synodal-Decret, & conſiliis aliorum.

X. *Sufferre* labores ordinarios ordine, cum gaudio, alacriter perficiendos, nec non cum ſtudio pacis & concordiæ (ut indiſſolubili nexu jungatur Moſes & Aaron.) Qvi enim ſerunt lites, conſumuntur; qvi verò crebriores qværunt ſublevationes, illi tandem otio marceſcunt & ad labores continuos inepti redduntur. *Summa;*

Ordine pervenies, qvò non datur ire labore.

CAPUT IV.

De Officio Concionatorum.

§. 1.

OFficium Concionatoris ſive Eccleſiæ miniſtri, *præter illa, qvæ ex præced. capite 3. hoc loco repetenda ſunt,* pleniùs oſtendit Theologia Moralis & *Iſagoge in Oratoriam Eccleſiaſticam. NB. Inprimis verò Architecto S. commendatiſſimum eſſe debet tritum illud;*

Deſtruit, ædificat, aptat qvadrata rotundis.

§. 2. I. Deſtruit & *deſtruere cogitur indefeſſo ſtudio, qvi alios ædificare conatur, veteris Adami reliqvias. Qvanqvam illud non ſine graviſſimâ carnis & Spiritûs luctâ fieri poſſit. De qva vid. Theol. Poſit. Artic. 98. & 99.*

§. 3. II. Ædificat *novum hominem, vid. loco dicto, ut qvotidie creſcat Fides, Spes, Charitas, de qvâ 1. Cor. 13. & ipſe Architectus ad exemplum Salvatoris Luc. 2. creſcat ſapientiâ, ætate & gratiâ apud Deum & homines. Qvâ de re agit peculiaris libellus, cui Tit. Chriſtianus Auguſtus.*

§. 4. III. Aptat qvadrata rotundis. *Ut ipſe in Chriſto fide apprehenſo fundatus Matth. 16. tàm in proſperis, qvàm ad-*

Digitized by Google

adverſis immotus ſubſiſtat, *& utramqve columnam Jachin & Bohas 1. Reg. 17, 21.* (כון *aptavit*, *ſtabilem reddidit. Pſal. 90, 13.* עז *robur in Nomine Dei*, *Proverb. 18, 10.*) *conſcientiam & patientiam conſtanter retineat.*

Nota 1. *Verbi miniſter ſit vir qvadratus*, τετράγωνος. Qvod Camerarius Comm. in Ethic. Ariſtot. lib. 1. cap. 10. p. 63. ita explicat: Significatur metaphorâ figuræ qvadratæ, cùm omnium partium exqviſita perfectio, tùm æqvabilitas & ſimilitudo, & veritatis atqve recti conſenſio. Tale enim qvadratum eſt, in qvo & anguli omnes recti, & latera ſunt æqvalia, ut neqve qvicqvam alteri impar aut diſſimile, neqve diſcrepantia ulla aut varietas uſqvam extet.

Nota 2. *Verbi miniſtrum decet patientia*, ut παθήματα fiant μαθήματα. Qvâ de re agit Gymnaſium Patientiæ. Vix enim meliora ſibi promittere poteſt fata in medio nationis pravæ, qvàm ſummus ille Ductor & Doctor populi electi. Cujus curriculum vitæ ita deſcribitur Num. 12, 3: Moſe war ein ſehr geplagter Menſch über alle Menſchen auff Erden. Luther. gloſſ. elend Pſalm. 10, 17. Der viel leiden muſte Pſalm. 132, 1. Prov. 18, 12. ante gloriam paſſio. Erat עני afflictus formaliter, & manſvetus conſeqventer. LXX. πραΰς σφόδρα. Er muſte durch Trübſal mürbe gemacht / viel ablegen von ſeiner Hefftigkeit / davon Ex. XI, 8. und lernen ſeyn ſanfftmüthig und von Hertzen demüthig. Matt. XI. Confer Philip. 4, 5. eure Lindigkeit laſt kund ſeyn / τὸ ἐπιεικές. Nam æqvitas de ſuo jure cedit, & generalitatem legis ſupplere conatur. vid. 1. Tim. 3. NB. Ab unicâ voce Hebr. ענה deducitur 1. afflictio, 2. tolerantia, 3. oratio, 4. exauditio. Plagen / dulden / beten und erhören / ſtehet wohl beyſammen.

Nota 3. *Architectum S. decet puritas conſcientiæ*, exemplo Pauli Actor. 24, 16. Qvâ de re agit Theologia Moralis.

Nota 4. *Ab Architecto S. abſit deteſtandum illud IAS.* Invidia, Avaritia, Superbia. De qvibus itidem agit Theologia Moralis.

CONCLUSIO.

Summa Summarum : Architecto prudenti ſufficere poterit nobile illud Antidotum, qvod offert *Triga Theologorum* nobiliſſima. Videlicet 1. Lutherus. 2. Selneccerus. 3. Arndtius.

Z   I. *Luthe-*

I. *Lutherus* ait præfat. in Catech. minor. Ich bitte umb GOTTES willen euch alle ſo Prediger ſind / wollet euch eures Amts von Hertzen annehmen/euch erbarmen über euer Volck / das euch befohlen iſt/ und helffen den Catechiſmum in die Leute bringen. Und Tomo I. Jenenſ. German. præfat. Fühleſt du dich / und läſſeſt dich düncken/ du habeſt es gewiß/und kützelſt dich mit deinem eigenen Büchlein/ Lehren oder Schreiben/ **als habeſt du es ſehr köſtlich gemacht / und trefflich geprediget / gefället dir auch ſehr / daß man dich für andern lobe / wilt auch vielleicht gelobet ſeyn /** ſonſt würdeſt du trauren oder ablaſſen. Biſtu der haare / lieber / ſo greiff dir ſelber an deine Ohren / und greiffeſt du recht / ſo wirſt du finden ein ſchön baar groſſer/langer/raucher Eſels-Ohren/ſo wage vollend die Koſt daran/und ſchmücke ſie mit güldenen Schellen / auff daß / wo du geheſt/man dich hören könte/mit Fingern auff dich weiſen und ſagen: **Sehet/ ſehet / da gehet das feine Thier / das ſo köſtliche Bücher ſchreiben /** und **trefflich wohl predigen kan.** Alsdenn biſt du ſeelig und überſeelig im Himmelreich / da dem Teuffel ſamt ſeinen Engeln dasölliſche Feuer bereit iſt. Summa / **laſt uns Ehre ſuchen / und hochmütig ſeyn / wo wir mögen. In dieſem Buch iſt GOTT die Ehr allein / und heiſt:** Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Cui eſt gloria in ſecula ſeculorum, Amen!

II. Selneccerus, welcher in Malach. c. 2. f. 206.b. das Kyrikokakoëthes beſchreibet / ſo zu ſeiner Zeit ſich befunden / in dem er folgende Klage anführet: Viel ſchwatzen und diſputiren aus ihrer Vernunfft / **führen die Leute vom Wort Gottes ab** / bringen ihre Phantaſey auff die Cantzel / reden Hebreiſch/ Griechiſch / Arabiſch / Lateiniſch/ wollen geſehen ſeyn als gelehrte wohlberedte Leute / hören ſich ſelbſt gern/ reden / ſagen und erzehlen viel Hiſtorien aus Heydniſchen Büchern/ **bringen immerdar etwas ſonderliches und neues / etwas ſelzames und zuvor unerhörtes** / werffen umb ſich mit Ariſtotele, Platone, Socrate, Iſocrate, Menandro, Sophocle, Æſchylo, Euripide, Homero, Cicerone, Terentio, Thucydide, Herodoto, Athenæo, Pauſania, Livio, und dergleichen Heiligen. Und wollen ſich damit / als Meiſter Gecks erzeigen/und rumpeln denn mit ihrer Naſenweiſen Narrheit auch in die Patres und Fratres, und bringen nacheinander daher Irenæum, Juſtinum, Origenem, Baſilium, Nazianzenum, Nyſſenum,

Am-

Ambroſium, Auguſtinum, Theodoretum &c. **Und verſchläudern alſo die gute Zeit/ äffen und betriegen die armen Zuhörer/ daß ſie Maul und Naſen auffſperren / und wiſſen ſo viel nach der Predigt / als zuvor / ja werden nur irr und ſeltzam drüber / hören kein recht Wort GOttes / keine recht Chriſtliche Unterweiſung / kein Troſt / kein Straffe.** In Summa / es iſt ſolchen ſtoltzen unerfahrnen kühnen Plauderern **nur zu thun um eigene Ehre / Anſehen und Beyfall der Menſchen. GOTT und ſeine Ehre ſuchen ſie nicht.** Matth. 23/ 16. Darumb reden ſie auch nicht Gottes Wort / aus Gott/ für Gott/ in Chriſto / als Engel und Bothen Gottes Malach. 2. ſondern ſchwatzen und diſputiren/ und wollen geſehen/ hoch und groß/ gelehrt und heilig gehalten werden / und ſind doch ſtoltze/ **auffgeblaſene Heuchler und Miedlinge** in der Haut für GOTT und der Welt Johan. 10. ſtumme Hunde Pſ. 50. ſtraffen die Armen und loben die Reichen. Eſa. 56. Jerem. 14. Pſal. 58. haltens heut mit dieſer/ morgen mit jener Lehre. Conf. ſimiles qverelas comm. in Pſalm. 119. repetitas in libello, cui Tit. Wunderliche Güte / NB. Ex qvibus omnibus patet, qvod Selneccerus eruditiſſimus pariter, & diligentiſſimus, atqve eloqventiſſimus Theologus neqve ipſam eruditionem, neqve diligentiam, neqve eloqventiam Concionatoris taxare voluerit, ſed ſolùm præpoſteram ambitioſorum inſolentiam.

III. *Arndtius* in præfat. des wahren Chriſtenthums/ da er ſagt:

I. **Es iſt nicht genung** GOttes Wort wiſſen / ſondern man muß auch daſſelbige in die lebendige thätige Ubung bringen. Qvâ de re infrà agit Theologia Aſcetica.

II. **Viel meynen** / die Theologia ſey nur eine bloſſe Wiſſenſchafft und Wort-Kunſt / da ſie doch eine lebendige Erfahrung und Ubung iſt.

III. **Jederman ſtudiret itzo** / wie er hoch und berühmt in der Welt werden möge / aber fromm ſeyn will niemand lernen.

IV. **Jederman ſucht itzo** hochgelahrte Leute / von denen er Kunſt / Sprachen und Weißheit lernen möge / aber von unſerm einigen Doctore/ JESU Chriſto/ will niemand lernen Sanfftmuth und hertzliche Demuth / da doch ſein heiliges lebendiges Exempel die rechte Regul und Richtſchnur unſers Lebens iſt / ja/ die höchſte Weißheit und Kunſt/ daß wir billich ſagen können:

Digitized by Google

Omnia nos Chriſti vita docere poteſt.

V. **Jederman wolte gern Chriſti Diener ſeyn/aber Chriſti Nachfolger will niemand ſeyn.** Er ſpricht aber Johan. 12, 26. Wer mir dienen will/der folge mir nach. Darumb muß ein rechter Diener und Liebhaber Chriſti auch ein Nachfolger Chriſti ſeyn. Wer Chriſtum lieb hat / der hat auch lieb das Exempel ſeines heiligen Lebens/ ſeine Demuth/Sanfftmuth/Gedult/Creutz/Schmach und Verachtung/ obs gleich dem Fleiſch wehe thut. Und ob wir gleich die Nachfolge des heiligen und edlen Lebens CHriſti in dieſer Schwachheit vollkömmlich nicht erreichen können; ſo ſollen wirs doch lieb haben / und darnach ſeufftzen / denn alſo leben wir in Chriſto/ und Chriſtus in uns/wie S. Johan. 1.am 2/6. ſpricht: Wer da ſaget/ daß er in ihm bleibet/der ſoll auch wandeln / gleichwie er gewandelt hat. Confer præfationem German. Thomæ de Kempis Imit. Chr.

VI. **Itzo iſt die Welt alſo geſinnet / daß ſie gern alles wiſſen wolte /** aber das jenige/ das beſſer iſt/denn alles wiſſen/nemlich/ Chriſtum lieb haben / will niemand lernen. Es kan aber CHRJSTUM niemand lieb haben / er folge denn auch dem Exempel ſeines heiligen Lebens.

VII. **Viel ſeyn/ja die meiſten in dieſer Welt / die ſich des heiligen Exempels Chriſti ſchämen /** nemlich ſeiner Demuth und Niedrigkeit/das heiſſet / ſich des HErrn Chriſti geſchämet / davon der HErr ſagt: Marc. 8/38. Wer ſich meiner ſchämet in dieſer Ehebrecheriſchen Welt/ etc.

VIII. **Die Chriſten wollen itzo einen ſtattlichen/prächtigen/reichen/ weltförmigen Chriſtum haben /** aber den armen ſanfftmüthigen / demüthigen / verachteten/ niedrigen Chriſtum will niemand haben / noch bekennen / noch demſelben folgen/ darumb wird er einmahl ſagen: Ich kenne euer nicht. Matth. 7, 23. Ihr habt mich nicht wollen kennen in meiner Demuth / darumb kenne ich euer nicht in euer Hoffart.

IX. **Nicht allein aber iſt das gottloſe Leben und Weſen Chriſto und dem wahren Chriſtenthum gantz zuwider ; ſondern es häuffet täglich Gottes Zorn und Straffe /** alſo / daß Gott

Digitized by Google

Gott alle Creaturen wider uns rüſten muß zur Rache / daß Himmel und Erde/Feuer und Waſſer wider uns ſtreiten müſſen/ Ja/ die gantze Natur ängſtet ſich darüber/ und wil brechen: Daher muß elende Zeit kommen/ Krieg / Hunger und Peſtilentz / ja die letzten Plagen dringen ſo hefftig und mit Gewalt herein / daß man faſt für keiner Creatur wird ſicher ſeyn können.

X. **Denn gleichwie die greulichſten Plagen die Egypter überfielen** für der Erlöſung und Außgang der Kinder Iſrael aus Egypten/alſo werden für der endlichen Erlöſung der Kinder Gottes **ſchreckliche/ greuliche/ unerhörte Plagen** die Gottloſen und Unbußfertigen überfallen.

XI. **Darum iſt hohe Zeit Buſſe zu thun** / ein ander Leben anzufahen/ſich von der Welt zu Chriſto zu bekehren/an ihn recht gläuben/ und in ihm Chriſtlich leben/auf daß wir unter dem Schirm des Höchſten/ und Schatten des Allmächtigen ſicher ſeyn mögen/Pſalm. 91/2. dazu uns auch der HErr vermahnet Luc. 21/36. **So ſeyd nun wacker allezeit und betet/ daß ihr würdig werden möget zu entfliehen dieſem allen das geſchehen ſoll / und zu ſtehen für des Menſchen Sohn.** Vide præfationem libelli, cui Titulus: Das allerbeſte Gebet-Buch. Item, Probe des wahren Chriſtenthums/ & infrà Theolog. Polemicam, de Pſeudo-Chriſtianiſmo, nec non univerſam Theologiam Aſceticam.

Confer *inſignem Auguſtini Orationem* in obſeſſione Hipponis repetitam, interprete Heinrico Meibomio:

Ante tuos oculos ferimus, Deus optime, culpas,
Conferimusqve etiam, qvas dat tua dextera, plagas.
Qvod patimur, minus eſt, majus qvod culpa meretur.
Sentimus ſcelerum pœnas, ſed nemo furorem
Peccandi cohibet: rigidi vis dura flagelli
Atterit infirmos, frangitq;, ſed impia labes
Mutari renuit: mens enervata tenaci

Carpitur ærumnâ, cervix neqvit improba flecti.
Si ſpacium indulges, nihil emendamur, & idem,
Si vindictam adhibes ultor, durare neqvimus.
Correpti ingemimus plagis, lapſusq; fatemur,
Mox pœnæ immemores, qvod flevimus antè, patramus.
Si dextram extendis, qvævis promittimus ultrò,
Si gladium abſcondis, promiſſa implere negamus.
Dum premis, ut parcas, iterumqve iterumqve precamur,
Si parcis, functas peccando laceſſimus iras.
Præſta, ſancte Deus, qvæ nullo jure rogamus,
Qvi qvondam ex nihilo petituros iſta creaſti.

LIB. II.

Digitized by Google

LIBER II.

Univerſæ Theologiæ Syſtematicus

exhibet Syſtema Theologiæ 1. Poſitivæ. 2. Polemicæ. 3. Exegeticæ. 4. Moralis:
Ejusq; fructum, qvi eſt Theologia 1. Aſcetica. 2. Catechetica. 3. Paracletica. 4. Caſiſtica.

Seqvitur ergò in Nomine JESU!

I. SYSTEMA THEOLOGIÆ POSITIVÆ.

QVod continet I. *Præcognita*, *II. Principia eſſendi & cognoſcendi*, III. *Principiata* ſive articulos fidei, & veritatis à Deo per Scripturam revelatæ diſtincta Capita. Uti conſtat ex ſeqventibus articulis CXLII. eorumqve connexione & enumeratione ex articulo I. §. 3. conſpicuâ.

ARTICULUS I.
De Theologiâ Poſitivâ.

Hæc eſt vita æterna, ut cognoſcant Te ſolum verum DEUM, & qvem miſiſti Jeſum Chriſtum. Johan. 17. verſ. 3. NB. vid. infrà artic. 10. Tit. 3.

§. 1.

THeologia Poſitiva eſt habitus intellectum Theologi perficiens, ut γνῶσιν, ſive revelatæ veritatis ex Scripturâ S. cognitionem certiſſimam aliis proponere poſſit, ad Dei gloriam & auditorum ſalutem.

Hæc ſcripta ſunt, ut credatis, Johan. 20.
Hæc faciens teipſum ſalvabis & auditores tuos. 1. Tim. 4. velut ſervus Dei, juxta fidem electorum Dei, *& agnitionem veritatis*, qvæ eſt ſecundum pietatem, ἐπίγνωσιν ἀληθείας τῆς κατ᾽ εὐσέβειαν. Tit. 1. 1.

Obſerv.

Obſerv. 1. *Theologia Poſitiva* à fundamenti poſitione & iteratâ propoſitione docentis, ſuper illud ædificantis auditores in Eccleſia conſtitutos nomen habet. 1. Cor. 3. Matt. 16. De qvo fidei fundamento agit ſeqvens art. 3.

Obſerv. 2. Theologia Poſitiva vel *habitualiter*, ut habitus Theologum perficiens, conſiderari poteſt, vel *Syſtematicè*. Confer de genere Theologiæ præced. Tract. procem. de natura Theologiæ, ubi dictum eſt, qvod Theologia ſit habitus intellectûs practicus ſupernaturalis &c. Hoc loco autem oſtenditur, qvod homo peccator per Theolog. *poſitivam* ad fidem in Chriſtum, & mediante hâc ad ſalutem perduci poſſit æternam.

Obſerv. 3. *Theologia Poſitiva Syſtematicè conſiderata eſt doctrina*, ſive ſumma univerſæ doctrinæ ſalutaris Eccleſ. 12, 13. Summa Summarum / die Haupt-Summa aller Lehre/ סוף finis, extremitas, conſummatio. τέλος λόγου. τὸ πᾶν. & ὑποτύπωσις ὑγιαινόντων λόγων 2. Tim. 1, 13. qvæ fidem generat & excitat in animo peccatoris Rom. X. ut per hanc obtineat vitam æternam, Johan. 20.

Obſerv. 4. Theologia Poſitiva aliis vocatur *Syntagma*, *Syſtema*, *& Summa* articulorum fidei ac doctrinæ Chriſtianæ. Conf. ſuprà Iſagog. §. 1. pag. 12. NB. & Theologia *Didactica*; & ratione elementorum & modi proponendi erotematicum *Catechetica*, de qva infrà dicendum in explicatione Theol. Moralis. Neqve enim *ratione fundamenti* aliud docet *Catecheſis* pueros & laicos, qvàm qvod Theologia Poſitiva docet Theologos vel Theologiæ Studioſos. Licet modus docendi hìc ſit plenior, & accuratior, qvantum ad Theoriam & praxin attinet: Et methodus ipſa non ſolùm ad fundamenti cognitionem, verùm etiam ad illius contra adverſarios defenſionem; imò ad ſufficientem dictorum fundamentalium explicationem, & deniqve ad moralem applicationem magis accommodata reqviratur. Unde differentia inter Inſtitutiones Catecheticas & Theologicas; ſive inter fidei fundamenta Catechetica, & integrum Theologiæ Syſtema cuivis facilè patet.

§. 2. Cauſa Efficiens Theologiæ Poſitivæ eſt Deus revelans *Johan. 1. cujus Verbum eſt ipſa Veritas, Johan. 17.*

Materia ſive objectum materiale, ſunt capita fidei & doctrinæ cœleſtis, qvæ vocantur veritates Theologicæ.

For-

Digitized by Google

Forma ſive objectum formale eſt revelatio divina ſupernaturalis, ſive ipſa divinitus revelata veritas, Johan. 17. De cujus ſummario primo & antiqviſſimo dictum eſt ſup. Iſag. §. 3. NB. p. 12.

Finis ſummus eſt Dei gloria, proximus peccatoris fides, atqve ultimus vita æterna, Johan. 20. vid. art. 131. §. 1. NB.

Obſerv. 1. *Principium eſſendi* Theologiæ Poſitivæ ſummum, unicum & ſolitarium eſt Deus: cujus Verbum enunciatione, & nunc ſolâ ſcriptione communicatum eſt *principium cognoſcendi* res ſacras ſummum, unicum & ſolitarium, adeoqve prorſus infallibile atqve certiſſimum. Vid. infr. art. 4. & 5. & artic. 3. §. 1. NB. Confer de Concluſionibus Theologicis certiſſimis, unde infallibilia oriuntur Poriſmata, Theologiam Exegeticam lib. 2. c. 5. Tit. 2. NB. Qvid verò hac in parte præſtiterint Spiritus S. organa θεόπνευστα, patet ex art. 5. De Patribus verò dictum eſt ſuprà in Iſagoge §. 3. & in Methodo Studii Theologici.

Canon: Theologia Poſitiva eſt certiſſima

1. *ob principium* unicum, optimum, certiſſimum, infallibile, perſpicuum atqve perfectiſſimum. Qvod probat Theologia Exegetica lib. 2. c. 6. Tit. 4.

2. *propter objectum*, qvod eſt veritas revelata, æterna & immutabilis Eſa. 40. inf. art. 4.

3. *propter finem*, qvi ob Dei promiſſionem eſt infallibilis Tit. 1. Rom. 8. Unde & *Subjectum* huic veritati perſeveranter per Dei gratiam adhærens, eſt univerſæ hoſtium multitudini inexpugnabile. vid. Rom. 8. & art. 109. & 131. NB. §. 4.

Obſerv. 2. *Materia* ſive Objecta Theologiæ Poſitivæ ſunt capita ſive articuli fidei & doctrinæ divinitus revelatæ, qvæ inprimis Theologiam, Anthropologiam, atqve Chriſtologiam attinent. infr. §. 3.

Qvæ verò h. l. de Subjecto radicali, integrali & univerſali diſputat *Brulefer*, ab initio Commentarii in libros ſententiarum p. 7. ad genuinam Theologiæ cognitionem vel nihil, vel parum faciunt.

Obſerv. 3. *Forma* Theologiæ Poſitivæ eſt accurata revelatæ veritatis cognitio, eaqve certiſſima. Confer, qvæ de certitudine habet Theologia Exegetica lib. 2. c. 6. Tit. 4.

Obſerv. 4. *Finis* Theologiæ Poſitivæ

Summus eſt DEI gloria. 1. Cor. X.

Digitized by Google

proximus, fides ex Verbo & Sacramentis expectanda. Rom.1. c.X. de qva vid.inf. art.93.

ultimus eſt ſalus & gloria æterna, Johan. 20. De qvâ ejusqve certitudine vid. infr. art.142.§.1.& art. 131.§.1.

Nota 1. *Finis Theologiæ Poſitivæ aliàs dicitur beatitudo*, ſive μακαριότης, & μακαρισμὸς, ἀπὸ τῆς χαρᾶς, ubi gaudium perfectum, Johan. 16.ubi nemo obnoxius morti vel fato. μὴ κηρὶ. dum beatus vitâ fruitur beatâ, βιὸς. Beare enim dicuntur, qvæ vitam vel conferunt, vel conſervant. Conf.pluralem אשרי Pſal.1,1. Pſal. 32,1. qvo denotatur ſumma ſummi boni excellentia, conſummata felicitas,& apex bonorum omnium. Das geiſtliche und ewige Wohl / die Gerechten ſollens gut haben. Eſa. 3, 10. טוב: Beatitudo enim eſt libertas à reatu peccati, ac gratiæ Dei vivificæ læta fruitio, & μακαρισμὸς laus, & beata ob beatitudinem beati prædicatio. NB. art. 142. Conf. Ciceronem l. 5. Tuſcul. Neqve ulla alia huic verbo, cum beatum dicimus, notio eſt, niſi ſecretis malis omnibus cumulata bonorum complexio. στέρησις κακῶν, θέσις ἀγαθῶν. 1. Das Erlöſen vom Verderben, 2. Das Crönen mit Gnade und Barmhertzigkeit. Pſal. 103, 4. Vid. emphaſin vocis ישוע Jeſus. Articul. 40. & 59. Titulo. 1. & הגואל τὸν λυτρούμενον. Pſalm. 103, 4. & inf. art. 55. NB. & עטר loco dicto. LXX. τὸν στεφανοῦντα.

Nota 2. *Beatitudo* dicitur

1. *Objectiva*, res ipſa, cujus poſſeſſio hominem beatum reddit: eſtqve ipſe Deus.
2. *Formalis*, ipſa hujus boni adeptio, qvæ eſt clara Dei viſio, qvam amor conſeqvitur. NB. vid. art.142. §. 1.

Nota 3. *Beatitudo diſtinctè conſideratur* reſpectu viæ & patriæ, ſive regni gratiæ, ex juſtificatione artic. 94.& gloriæ, ex conſummatione, de qva vid. infrà art.142.& art.131. §.1.

Nota 4. *Finis Theologiæ Poſitivæ* hoc loco *præcognoſcitur*, *ut acqvirendus*; ſed infrà art. 131.& art. 142. conſideratur loco ultimo, *ut acqviſitus* per certa media. Manet tamen nihilominus primus in intentione, & ultimus in executione.

Nota 5. Qvamvis Theologia Poſitiva ſit *habitus practicus*, non tamen ſimpliciter comparari poteſt cum habitu practico Philoſophico, ſive humano, ubi qværitur εὐδαιμονία ἀνθρωπίνη. 1. Nicom. 13. &

τῆ

τὰ ἀνθρώπινα; ubi media ad finem facientia, ex lumine naturæ ſnota, hominibus obvia, & voluntatem moventia, præſtò, & in noſtra poteſtate poſita ſunt, ἐφ᾽ ἡμῖν, qvod Ariſtoteles reqvirit l. d. c. 6. ſed ſalus noſtra unicè eſt à Deo. Hoſe. 13. Unde & Theologia, licet ſit ſimilis diſciplinis practicis, tamen 1. non utitur *principiis* naturâ notis, nec ſenſu, nec experientiâ. 2. qvia *nec finis* ejus eſt in ſubjecti arbitrio & poteſtate, velut in moralibus. 3. *nec ſubjectum* ullam vim habet ad finem illum obtinendum. 4. *nec media* ad finem ducentia homo in ſuâ poteſtate habet: Ideò tutiſſima eſt Methodus Theologiæ illa, qvæ Medicinæ affinis, Deo omnia, homini verò nihil tribuit, Pſal. 115. Unde certitudo oritur infallibilis vid. artic. 77. NB.

Poriſma. Exulat E. 1. Pontificia *dubitatio*. vid. inf. art. 93. 94. 131. Vid. Bellarm. lib. 1. de pœnit. c. 6. §. 8. ſperare qvidem poſſumus & debemus, Deum nobis propitium fore: ſed certò id credere, qvomodo certò credimus articulos fidei, *mera ſtultitia eſt*. (qvalis ergò erit ille fidei articulus: credo remiſſionem peccatorum?) Nam promiſſam eſſe peccatorum remiſſionem hominibus per Chriſtum, ſciunt etiam Diaboli: ſolus verò homo credere & debet & poteſt, verum eſſe qvod Salvator dicit Matth. 9. & per miniſtri abſolutionem repetit: *Confide, remiſſa ſunt* NB. *TIBI PECCATA TUA.*

2. nova *revelatio*. vid. inf. art. 4.

3. occulti decreti *oppoſitio*. vid. inf. art. 38. 39. 70. 90. 110. & artic. 10. Tit. 17.

§. 3. Summa Theologiæ Poſitivæ Subjectum, finem & media attendit. *Vid. art. 131. §. 1. NB.*

Nota Theologia Poſitiva

I. *Breviſſimè* oſtendit

1. Theologiam, 2. Anthropologiam, & 3. Chriſtologiam.

II. *Plenius* offert

1. præcognita, 2. principia, 3. principiata.

Nam I. *Principium cognoſcendi* eſt Scriptura S. ob ſalutem noſtram exarata, Joh. 20, 30. art. 1.

II. *Principium eſſendi* eſt Deus Pater, Filius, & Spiritus S. Creator, Redemtor, & Sanctificator noſter, ſalutis noſtræ Autor unicus. Oſe. 13, 9. art. 2.

III. *Subjectum*, homo in peccatis mortuus Epheſ. 2, 5. gratiâ & gloriâ deſtitutus. Rom.3, 23. art. 3.

IV. *Finis*, ſalus, ſive vita gratiæ & gloriæ Johan. X, 11. Chriſti Salvatoris merito omnibus acqviſita Johan. 3, 16. unde gratia præſens per fidem credentibus hîc gratis applicatur, Rom. 3, 23. gloria verò cœleſtis futura perſeverantibus promittitur. Matth. 24, 13. art 4.

V. *Media* ad hunc finem divinitus ordinata ſunt Verbum & Sacramenta, fidem & vitam ſpiritualem Galat. 2, 20. Johan. 5, 25. generantia Rom. 10, 18. Joh. 3, 6. art. 5.

VI. *Officina* gratiæ & vitæ ſpiritualis eſt Eccleſia 1. Tim. 3. verſ. 15. verbi miniſterio inſtructa. 1. Cor. 3, 5. art. 6.

VII. *Terminus credentis ultimus* eſt ſalus conſummata, ſive gloria perſeveranti in Regno gratiæ promiſſa, Apoc. 2, 10. & in vitâ æternâ gratis conferenda. Johan. 3, 16. art. 7.

III. *Pleniſſimè verò ſeries* & connexio articulorum omnium *totius Syntagmatis ſive Syſtematis Theologiæ Poſitivæ patet ex ſeqventi Summario:*

Artic. 1. 2 *Theologia Poſitiva* proponit *Myſteria* & eò ſpectantes fidei & do-
3. 4. ctrinæ cœleſtis *articulos*: Qvos tradit ſola *revelatio*, primùm enuncia-
5. tione, dein ſcriptione per *Scripturam S.* communicata.
6. 7. Ducentem inprimis ad *DEI cognitionem*, qvæ vel *naturalis*, vel
8. *revelata* eſt.
9. 10. Videlicet 1. *eſſentiæ*, ex nominibus & attributis.
11. 2. *perſonarum* SS. Trinitatis, atqve ordinis perſonalis, ut
12. 13. 14. 15 prima perſona ſit Pater, ſecunda Filius, & tertia Spiritus S.
16. 3. *operum* tàm in genere,
17. qvàm *Creationis* in ſpecie.
18. Unde patet creaturarum *enumeratio* & *diſtinctio*, inviſibilium ſcilicet,
19. 20. 21. *Angelorum bonorum* & ſpontaneo lapſu *malorum*; & viſibilium, qvarum
22. nobiliſſima eſt *homo*, h. l. ut creatura conſideratus.
23. Hanc Creationem porrò excipit *Providentia* occupata ordina-
24. 25 riè circa *bona*; extraordinariè circa *miracula*: & dato peccato circa
26. *mala*.
27. Maximè verò circa hominis *ſtatum* qvadruplicem, ſcilicet
28. 1. *Integritatis*, cum imagine Dei.

2. Cor-

Digitized by Google

2. *Corruptionis* (cui ſtatus tertius reſtitutionis ſive gratiæ, & ſtatus qvartus conſummationis opponitur.) *Artic.* 29.

Unde orta eſt *liberi arbitrii* nullitas in ſpiritualibus, qvam cauſa- 30.
vit *peccatum* primi hominis, ad poſteros propagatum, qvod vocatur 31. 32.
peccatum *originis*, cujus fructus eſt peccatum *actuale*: hujusqve ſum- 33. 34.
mus gradus, peccatum in *Spiritum S.* Conſeqvens verò *pœna* intermi- 35. 36.
nabilis.

Corruptionem ſeqvitur peccatoris *reſtauratio*, omnibus qvidem 37.
hominibus *communis*, non tamen ſine certo ſalutis *ordine* facta, per 38. 39.
Chriſtum Salvatorem ſive *Meſſiam* miſſum & *incarnatum*. Cujus at- 40. 41.
tendendæ ſunt *naturæ*, & *perſona*, itemqve *Mater*, & genealogia, & per- 42. 43. 44.
ſonalis *unio*: atqve ex hâc orta Idiomatum *communicatio* tàm univer- 45. 46.
ſalis, qvàm *Majeſtatis* divinæ diſtincta & ſingularis, reſpectu *Omniſci-* 47. 48.
entiæ, *Omnipotentiæ*, *omnipræſentiæ* & *adorationis*. 49. 50. 51

Atqve hæc omnia facta ſunt propter *officium* Mediatorium, qvod 52.
appellatur tùm *Propheticum*, tùm *Sacerdotale*, (cujus actus ſunt 53. 54.
ſatisfactio & *interceſſio*.) tùm *Regium*. Qvod tamen certos Salvato- 55. 56. 57.
ris admittit *ſtatus*: videlicet 58.

1. *Exinanitionis*, cum ſingulis actibus, qvorum præcipuus, & 59.
ſimul complementum eſt *paſſio* vicaria *certiſſima*, qvam ſeqvitur *cruci-* 60. 61. 62.
fixio, *mors*, & *ſepultura*. 63. 64.

2. & *Exaltationis*, cujus actus poſt vivificationem, ſunt ad infe- 65.
ros *deſcenſio*, *reſurrectio*, *aſcenſio*, & *ſeſſio* ad dextram Patris. 66. 67. 68. 69

Reſtaurationem ſalutis excipit ejusdem *Oblatio*, & conſeqvens 70.
applicatio, per certa media, qvæ ſunt

(a) *Verbum*, & 1. qvidem *Contritionem* excitans *Lex*, inpri- 71. 72.
mis *Moralis*; conſeqventer verò etiam ſuo modo *ceremonialis*, cum ty- 73. 74.
pis & ſacrificiis; nec non *forenſis*. 75.

2. Fidem generans *Evangelium* cum ſuis *promiſſionibus* gratui- 76. 77.
tis: qvas licet pervertat Papatus per fictam *perfectionem*, conſilia, & or- 78.
dines; & confundant alii; manent tamen nihilominus *diſtinctiſſima*, 79.
Lex & Evangelium: adeoqve & *diſcrimen Veteris & Novi Teſtamenti*: 80.
Cùm illud jam plenè *abrogatum* ſit per Chriſtum. 81.

(b) Verbo annectuntur Sigilla, *Sacramenta* tùm *Veteris Teſta-* 82. 83.
menti, videlicet

Circumciſio, & *Agnus Paſchalis*: 84. 85.

*Art.*86. tùm *Novi Teſtamenti*, qvæ ſunt, excluſo Pleonaſmo Papiſtico,
87. partim Sacramentum initiationis, *Baptiſmus*, partim S. confirmatio-
88.89. nis, *Sacra Cœna.* Cujus perverſio per *Miſſam*, ejusqve affinia meri-
tò rejicitur.

Oblationis porrò atqve applicationis modus eſt gratuitus, ita ut
90.91.92 *Gratia* conſpiciatur in *Vocatione*, qvam ſeqvitur *Converſio* ſive Donatio
93.94.95 *fidei ſalvifica*, atqve per illam ſolam *juſtificatio* gratuita *pœnitentis*,
96.97. nec non cum CHRISTO *unio*, & ſucceſſiva *ſanctificatio*, non ſine
98.99. veteris Adami *crucifixione*, & *luctâ* Spiritûs indeſinenter conti-
nuanda.

100.101. Cujus fructus ſunt *Bona Opera*. Qvibus accidit *Libertas* Chri-
102. ſtiana potiſſimùm in legitimo *adiaphororum* uſu conſpicua.

103.104.105 Ubi & *Feſtorum* celebratio, & conventus in *Templis*, cum *Muſicâ*
106. & *jejunio* attendenda ſunt, ut prudentia Chriſtiana univerſum perpe-
107. tuò excludat *ſcandalum*.

108. Sanctificationem porrò ſeqvitur probatio piorum per *crucem*,
109.110. & conſervatio finalis ſ. *perſeverantia*, ex qvâ certitudo *Electionis* con-
111. ſpicitur, ejusqve oppoſitum *Reprobatio*, & juſtiſſima reproborum
112. *derelictio*, excœcatio, induratio, atq; traditio.

113.114. *Officina ſalutis eſt Eccleſia*, cujus occurrit 1. *regimen* in Conciliis
115. atqve Colloqviis conſpicuum. 2. *poteſtas* atqve ordo. 3. hoſtis,
116. *Anti-Chriſtus* infernalis, orientalis, atqve occidentalis: unde varia
117. Eccleſiæ deformatio, cujus antidotum eſt *Reformatio*, tàm generalis,
118. qvàm Lutheri ſpecialis. 4. membra in omni *ſtatu*, videlicet (1) Ec-
119. cleſiaſtico, ubi *Eccleſiæ miniſtri*, cùm V. T. tàm ordinarii, qvàm extra-
120. ordinarii, *Prophetæ*:

121. tùm N. T. 1. *extraordinarii*, Evangeliſtæ, Apoſtoli, Prophetæ,
122.123. 2. *ordinarii*, qvorum attendenda eſt *vocatio*, ordinatio, confirmatio,
124.125. & functio, ſ. *officium*, in ſpecie circa *claves*, tàm ſolventem, qvàm li-
126. gantem: cujus ſummus gradus eſt *Excommunicatio*.

127. (2) *Politico*. (3) Oeconomico. Cujus ſimul & reliqvorum
128.129.130 ſeminarium eſt *conjugium*, excluſo *cœlibatu* præpoſtero, & *Polygamiâ*
ſimultaneâ.

131. Media hactenus explicata, ſeqvitur *finis ultimus*, ſcilicet ſalus
æterna, & gratiam excipiens gloria, qvam antecedunt *noviſſima*

non

Digitized by Google

non ſolùm hominis ſive Microcoſmi, *mors*, qvam ſeqvitur *ſtatus* Art. 132.
1. *animæ* ſeparatæ verus, fictum in *purgatorio* ſtatum excludens. 133. 134.
2. *corporis* poſt mortem: cujus *ſepulturæ* ſuccedit cineſactio: 135.
verùm etiam totius mundi, ſive Macrocoſmi, videlicet *dies extremus*, 136.
conjunctus cum *adventu* Chriſti ad judicium, qvem excipit *reſurrectio* 137. 138.
catholica. Ubi *corporum ad gloriam æternam reſuſcitatorum* ſtatus & 139.
qvalitas; & *extremum judicium*, ejusqve ſententia irrevocabilis: 140.
qvæ impios in *inferno* cum cruciatu perpetuo; pios verò & cre- 141.
dentes in *cœlo* cum gaudio ineffabili in *vitâ æternâ* manet ſine ter- 142.
mino.

§. 4. Pleniorem hujus articuli exegeſin, ejusqve uſum, atqve autorum Catalogum, *exhibet Manuale Theol. German. Articulo I. nec non Summa Theol. Bald. in 4. edita.*

ARTICULUS II.
De Myſteriis Divinis.

DEUS patefecit nobis, γνωρίσας ἡμῖν τὸ μυστήριον τοῦ θελήματος arcanum voluntatis ſuæ, juxta beneplacitum ſuum. Epheſ. 1, 9. Confer Coloſſ. 1, 26. Rom. 16, 25. ut nobis olim arcana jam ſint revelata Devt. 29, 29. vid. infra artic. 38. & artic. 10. Tit. 17. NB. & Daniel. 2, 28. & 1. Cor. 4, 1. ubi Apoſtoli dicuntur Oeconomi, Haußhalter / diſpenſatores myſteriorum Dei, ſcilicet Verbi & Sacramentorum.

§. 1. Theologia Theologo manifeſtat myſteria.

Nota 1. *Myſterium eſt res arcana, occulta, clauſa, abſtruſa*, ein Geheimnis / *qvæ nos per naturam latet, qvia ante revelationem ignota* 1. Cor. 15, 51. & veluti clauſa nemini patet, dum ab aliorum intellectu & ſcientiâ remota eſt. Vide Hebr. בַּמִּסְתָּר Pſal. 10, 9. סתר latuit, abſcondit, ἐν ἀποκρύφῳ Pſal. 27, 9. Pſal. 19, 13. Confer 2. Theſſ. 2, 7. Myſterium iniqvitatis ἀνομίας; qvod eſt occulta vel velata iniqvitas: ſcilicet ſub nomine Eccleſiæ ſplendidiſſimo latens. Qvemadmodum Joſephus lib. 1. de bello, de Antipatro, Herodis filio dicit, qvòd vita ejus

ejus fuerit κακίας μυςήριον, malitia occulta & profundiſſima, qvæ altiſſimas egerat radices.

Nota 2. Μυςήριον deducitur à voce μύςης, qvæ ſacris initiatum notat, ex μυέω, in ſacris inſtituo, Philip. 4, 12. initio, arcana, qvæ clauſa erant, doceo. à μύω claudo, occludo, oculis conniveo; qvod ad verbum μειόω, minuo reduci ſolet, qvia, qvod clauditur, minus fieri ſolet. Qvia incumbebat illis, qvi Myſtæ vocabantur, μύειν τὸ σόμα, os claudere, & nihil eorum dicere, qvæ ipſi perceperant, ne arcanorum autoritas minueretur.

Nota 3. Myſterium *Hebraicè* dicitur סוד Pſal. 25, 14. Das Geheimniß des HERRN / arcanum, ſecretum, conſilium, qvod in arcano capitur. Gen. 49, 6. qvia fundamentum actionum eſt conſilium, qvod amat ſilentium.

Nota 4. Myſterium *Germanicè* vocatur, ein Geheimniß/das heimlich/ geheim / und nicht offenbahr iſt / davon man gantz ſtill geſchwiegen/ und nichts hat ſagen können / weil man nichts davon gewuſt hat. Cui opponitur das kündliche Geheimniß 1. Tim. 3. welches iederman kund und offenbahr und unlaugbar iſt; omnibus ad ſalutem notum; ὁμολογουμένως μέγα μυςήριον. Item, die heimliche Weißheit/Pſal. 51. verſ. 8. סתם occluſit inſtar Epiſtolæ obſignata. Dan. 12. verſ. 4. c. 8, 26. חכמה σοφία Eccleſ. 8, 1. LXX. τὰ κρύφια τῆς σοφίας, à κρύπτω occulto. Confer arcana Regum & Principum ſilentio involvenda, Tob. 12, 8. & abyſſum, Rom. XI. Ezech. 47. cum revelatione harmonicâ, Rom 16, 25. infra art. 4.

Poriſma. Ergò Myſterium Epheſ. 5, 32. non denotat idem, qvod Sacramentum. Ratio eſt, qvia omne qvidem myſterium divinum res ſacra eſt, non verò omnis res ſacra eſt myſterium: Imò & Sacramentum eſt myſterium, neqvaqvam verò omne myſterium eſt Sacramentum propriè dictum. vid. infr. art. 82.

§. 2. Myſterium eſt res ſacra rationi abſconditā, citra gratioſam revelationem nemini nota, ex ſolo Verbo DEI cognita, ut voluntas ipſius hominibus de ſalute peccatoris manifeſtata faciat ad DEI gloriam & noſtram ſalutem.

Nota 1.

Nota 1. *Objectum revelatum* rationi inevidens & ignotum Hebr. XI, 1. credenti fit manifeſtum & perſpicuum. Vid. Theolog. Exeget. lib. 2. c. 6. Tit. 6. & infra artic. 91.

Nota 2. *Principium* myſteria manifeſtans eſt Deus per Verbum loqvens hominibus, qvod olim enunciatione, hodie verò ſolâ ſcriptione nobis communicatum eſt. Vid. infrà artic. 4. & 5.

Nota 3. *Objecta* olim abſcondita, jam verò revelata, exhibet Verbi Veritas infallibilis, Johan. 17, 17.

Nota 4. *Forma* proponendi myſteria attendere jubet συγκατάβασιν & condeſcenſum divinum ad noſtram imbecillitatem, ut per verba perſpicua abſtruſiſſima myſteria nobis revelata cognoſcantur, dum ex illis habemus ſenſum Chriſti, νοῦν Χριστοῦ, 1. Cor. 2. Qvemadmodum Pater dicitur συγκαταβαίνειν filiis infantibus lento gradu incedens, eosqve manu demiſsâ apprehenſos & qvaſi inclinato capite ducens. Qvâ de re dictum eſt art. 10. §. 3. not. 7. Confer Pſalm. 48, 15. Er führet uns wie die Jugend. נהג notat ducere conſilio & auxilio, exercitum, 1. Chron. 20, 1. & gregem, 1. Sam. 30, 20. & reſpicit 1. ductorem ſive principium, ejusqve benevolentiam, ſcientiam atqve potentiam, 2. objectum, ejusqve inſcitiam, infirmitatem, periculum ſeductionis, 3. modum benevolum, paternum, juventuti convenientem & oviculis, qvem LXX. exprimunt, per verbum ποιμαίνειν. weiden. NB Joh. 10. & Pſal. 23, 1.

Nota 5. *Finis* myſteriorum à Deo revelatorum eſt revelantis gloria, & hominis fides, atqve per hanc ſalus æterna, Joh. 20.

§. 3. Hoſtis myſteriorum eſt ratio humana, *peccato corrupta, divinæ revelationi contradicens. Unde ſeqvitur incredulitas. Vide de Thomâ Johan. 20. & infr. art. XI. de Trinitate, art. 88. de Cœnâ, & artic. 128. de Reſurrectione.*

Canon. Fides in ſolâ revelatione acqvieſcit, qvia non eſt impoſſibile apud Deum omne Verbum, & omne objectum per verbum revelationis enunciatum, Luc. 1. Sufficiunt pennæ columbinæ Davidis, ſi non conceduntur oculi perſpicaciſſimi & alæ aqvilinæ Johannis. Sufficit cum Paulo ſedere ad pedes Gamalielis, & ſummi Doctoris noſtri cum Mariâ Luc. 10. donec ſeqvatur raptus in tertium cœlum in vitâ æternâ.

§. 4. An-

§. 4. Antidotum hujus mali eſt rationis captivatio, *de qvâ Apoſtolus agit 2. Cor. 10, 5. & Methodus Studii Theol. c.3. de Uſu Philoſophiæ.*

§. 5. Diſtinctionem myſteriorum revelatorum exhibet diſtincta eorum enumeratio, *dum alia ad* Theologiam *& SS. Trinitatis myſterium; alia ad* Anthropologiam *& ad hominis ſtatum integritatis, corruptionis & reſtaurationis; alia deniqve ad* Chriſtologiam, *& Salvatoris mirabilem perſonam Eſa. 9. perſonalem unionem, idiomatum communicationem, beneficia, ſtatus, regnum &c. ſpectant, uti patebit ex articul. ſeqq.*

§. 6. Pleniorem hujus articuli Exegeſin, ejusqve Uſum, *atqve Autorum Catalogum exhibet Manuale Theol. German. Artic. 2. nec non Summa Theol. Bald. in 4. edita.*

ARTICULUS III.
De fidei articulis, eorumq́; principio & fundamento.

Fundamentum eſt Chriſtus 1. Cor. 3, 11. Epheſ. 2, 20.

§. 1.

MYſteria Theologiæ oſtendunt ſublimes & rationi ignotos fidei articulos.

§. 2. Articulus fidei eſt principiatum ex infallibili principio cognoſcendi deductum, qvod non ſolùm myſteria ſtrictè ſic dicta, verùm etiam reliqva objecta credenti neceſſaria reſpicit, ut illa cognoſcamus, & veritatem cognitam certò teneamus ad DEI gloriam, & noſtram ſalutem, *Joban. 20. 2. Tim. 3, 15.*

Obſerv. 1. Qvemadmodum membra humani corporis, & digiti ſuos habent articulos connexos, (nam articulus eſt diminutivum ab artus,

Digitized by Google

artus, qvæ vox juncturas vel nodos membrorum arctiſſimè cohærentes ſignificat,) ita & doctrinæ Chriſtianæ partes accuratè connectuntur, ideoqꝫ dicuntur *articuli fidei*, ſive partes doctrinæ creditu neceſſariæ, qvæ inſtar annuli in catenâ accuratiſſimè connectuntur, & qvia in illos univerſa doctrina, velut digitus in ſuos articulos reſolvitur. Vid. ſup. art. 1.

Obſerv. 2. *Articulus* h. l. eſt certa credendorum, accuratâ connexione combinatorum, particula, qvæ non ſolùm nudos reſpicit terminos, ex revelatione cognoſcendos; ſed ſimul integras enunciationes ex Scripturæ principio infallibili deductas. Nam ex principio Scripturæ infallibili, de qvo agit articul. 5. deducuntur concluſiones Theologicæ, & certa dogmata, qvæ in illâ habentur vel *αὐτολεξεὶ*, & formaliter, vel virtualiter, & proinde ex illâ deducuntur per bonam conſeqventiam.

Obſerv. 3. *Articulus fidei* dicitur *à fide*, cujus Objectum eſt. (vel veritates Theologicæ.)

Obſerv. 4. *Fides, qvâ creditur*, ſive actus credendi ad objectum, *qvod creditur* (& fide credentis apprehenditur) relatus, non niſi ſolâ revelatione divinâ nititur, ideoqve concludere poteſt infallibiliter: Qvicunqve omnes vult ſalvos fieri, ille etiam tuam & meam ſeriò vult ſalutem. Atqvi Deus &c. Ergò. videlicet, ex harmoniâ univerſalis conſtitutionis & acqviſitionis cum oblatione ſalutis catholicâ, unde oritur applicatio ſingulis credentibus per Verbum & Sacramenta communis. Vid. infr. art. 38. 39. 70. & 90. & ſup. p. 9. NB.

Obſerv. 5. *Articulus fidei hoc loco, non reſpicit objectum Hiſtoricum de aſinâ Bileami, aut fidem humanam, aut hiſtoricam*, ſed *divinam & ſalvificam*, qvæ creditur, adeoqve eſt objectum fidei divinæ, & pars doctrinæ fide divinâ tenendæ. Ideoq; ab *articulo doctrinæ* Chriſtianæ generaliter ſic dicto diſtinctus eſt. Confer infr. art. 93. & 88. & Epiſt. Judæ v. 3. ubi *Fides, qva creditur*, vocatur fides ſanctiſſima v. 20. ſemel data ſanctis, à Spiritu Sancto, per Apoſtolos v. 3. & fundamentalis, cui omnes fideles ſuperædificandi ſunt, Matth. 16. vid. articul. 93. NB.

Obſerv. 6. *Fundamentum* fidei conſideratur *Vel in relatione ad Objectum, qvod creditur*; & ſic fundamentum *perſonale* vocatur Chriſtus, 1. Cor. 3. *doctrinale* verò Verbum, qvod doctrinam de Chriſto

 mani-

Digitized by Google

manifeſtat, qvæ ipſa doctrina eſt fundamentum fidei proximum, & ratio cognoſcendi Chriſtum, qvâ creditâ fides tendit ad ipſum Chriſtum, cui unicè innititur velut imo lapidi angulari Matt. 16. Johan. 20. c. 3. & 1. Joh. 5. qvod ipſum fundamentum eſt Prophetarum & Apoſtolorum, qvi doctrinam ſuam illi ſuperſtruxerunt, Epheſ. 2, 20.

Vel in relatione ad ſubjectum, qvod credit: qvâ ratione attenditur gratiæ univerſalitas ex Theologiâ & Chriſtologiâ ad univerſam Anthropologiam ſe extendens NB. art. 38. ita ut credentis gratiam, juſtitiam & gloriam æternam reſpiciat, etiam in ipſâ morte Johan. 8. ex Luc. 2.

Canon. Fundamentum ſalutis eſt unitrinum & Catholicum, vid. art. 38. §. 2. de benevolentia Paterna, Redemtione Fraterna & Spiritus Sancti gratiâ.

Obſerv. 7. *Fundamentum fidei* h. l. non ſolùm perſonale 1. Cor. 3. Matt. 16. ſed doctrinale inprimis attenditur.

Cujus Summa eſt: Salus Evangelicæ promiſſionis catholico-gratuita, omnibus & ſingulis in univerſo orbe peccatoribus, adeoqve & mihi, hîc & nunc, per fidem, ex Verbo & Sacramentis hauriendam, eſt infallibiliter applicabilis. Vid. Actor 4, 12. In nullo alio eſt ſalus, niſi in Jeſu Chriſto, de qvo univerſali Salvatore omnes Prophetæ teſtantur cap. X, 43. Unde per gratiam Jeſu Chriſti nos eodem modo ſalvari credimus, ſicut Patres noſtri, cap. 15, 10. 11. Ubi conjungitur 1 contrarii excluſiva, 2. univerſalis affirmativa, 3. ſpecialis diſtributiva, adeoqve probationem reddit prorſus infallibilem. vid. ſup. pag. 9. NB.

Nota 1. Qvemadmodum negari neqvit, dari *Objectum fidei* 1. *eſſentiale*, qvod eſt Deus; 2 *perſonale*, qvod eſt Chriſtus θεάνθρωπος salutis autor & fiduciæ Objectum, Johan. 14, 6. (qvam fiduciam ſeqvitur imitatio Matt. XI. 1. Pet. 2, 21.) 3. *reale ſive doctrinale*, qvod eſt Verbum Evangelii, docens Chriſti juſtitiam, Rom. 10. qvam ſeqvuntur fructus fidei, juxta normam Legis conſpicui. Exod. 20. Ita & *ipſum fidei fundamentum* hoc reſpectu diverſimodè conſiderari poteſt, adeoqve fundamentum fidei dogmaticum, de univerſali Dei miſericordia, CHRISTI merito, & Spiritus S. vocatione, eſt verum, proximum & immediatum generandæ fidei ſalvificæ principium. vid. art. 18.

Nota

Digitized by Google

Nota 2. Qvia *fides unicè nititur divinâ revelatione*, ita, ut qvod non eſt ſcriptum, non ſit ſentiendum; utiqve ob defectum revelationis individualis neceſſaria eſt *revelatio univerſalis* de ſalute omnium, ex qvâ per evidentem conſeqventiam deduci poſſit concluſio infallibilis, de hoc vel illo individuo determinatè ſpectato, hoc modo: Deus etiam te vult ſalvum, qvia omnes & ſingulos vult ſalvos, Ezech. 18. Ergò in ejus bonitate, gratiâ & miſericordiâ tibi confidendum, & ex univerſali ſalutis promiſſione fides & ſpes concipienda erit. Vid. inf. art. 77. NB. & inprimis articulum 38.

Poriſma. Ergò abſurdum eſt Piſcatoris ſolatium: Deus vult qvosdam abſolutè electos: Ergò fieri poteſt, ut tu ſis in eorum numero. vid. inf. art. 10. Tit. 17. & 33.

Canon. Sublatâ Majoris univerſalitate ſimul tollitur univerſum fidei fundamentum.

Niſi E. certa ſit hæc Major:

Omnes peccato onerati ad Chriſtum venire debent, ut reficiantur Matt. XI; Malè concludes: Tu es oneratus. E. venire debes, ut reficiaris.

Qvia ex puris particularibus nihil ſeqvitur. Confer infrà art. 38. 39. 70. 90. & 110. Neqve enim ulla ad hoc vel illud individuum determinata datur revelatio, præter eam, qvæ ex univerſali ſalutis fonte derivanda eſt, & in illâ virtualiter continetur. Uti patet ex artic. 38. & 39. §. 1. & ſup. p. 9.

Poriſma. Ergò *analogia fidei*, qvam *Catechiſmus* complectitur, etiam à laicis cognoſcenda, & univerſale ſalutis fundamentum, ejusq; applicatio ad ſingulos ſedulò urgenda eſt. Vid. Theol. Haſſiacorum gründliche Außführung. Cujus ſumma eſt: I. Omnes ſunt peccatores, ex Decalogo. vid. Rom. 3. II. Omnibus paratum eſt remedium ex paternâ Creatoris benevolentiâ, per fraternam Redemtoris ſatisfactionem, & gratioſam atqve gratuitam Spiritus Sancti applicationem, ex Symbolo, qvæ beneficia nemini abſolutè denegata ſunt. vid. art. 39. ſed *intentio* Dei, omnibus ac ſingulis ſuppeditandi ſufficientia & efficacia gratiæ media, omninò eſt ſeria. III. Omnes credentes tenentur invocare Patrem beneficum, ex oratione Dominicâ. IV. Omnes baptizati habent promiſſionem ſalutis infallibilem, ex

Digitized by Google

Baptiſmo, Marc. 16. V. Omnes S. Cœnâ dignè utentes certi ſunt de remiſſione peccatorum obſignatâ. vid. art. 88.

Obſerv. 8. *Principium*, vi nominis, ſignificat id, unde aliqvid eſt qvocunqve modo, vel, qvod rei cujusqve initium eſt, (ut unitas numeri, punctum lineæ, & fundamentum ædificii,) ſive cum causâ reciprocetur, ſive ab eâ per modum termini excedentis & exceſſi diſtingvatur, modò illud, cujus principium eſſe dicitur, qvocunqve modo reſpiciat, ut antecedens, & ita, ut inter principium & principiatum detur aliqvis ordo, & certa connexio. Vid. infr. art. 13. §. 2. de principio, Joh. 1, 1. Confer *Ciceronem* q. Tuſcul. 3. ubi ait: Principii nulla eſt origo; nam ex principio oriuntur omnia, ipſum autem ex re nullâ naſci poteſt.

Obſerv. 9. *Principium* aliud eſt *eſſendi*, aliud verò *cognoſcendi* (ſive doctrinæ, qvod primò cognoſcitur, & per qvod alia cognoſcuntur.) Illud reſpectu Theologiæ eſt Deus, hoc verò Scriptura Sacra. inf. art. 5.

Obſerv. 10. *Principiatum* h. l. eſt, qvod ex ſuo principio ortum habet. Qvemadmodum Concluſio ex præſuppoſitis oritur principiis, & inde deducitur: ſic omnis fidei & doctrinæ articulus originem ſuam divinæ revelationi tanqvam principio infallibili unicè debet. Ex hoc enim Theologiæ Oceano omnes rivuli derivantur.

Obſerv. 11. Non qværitur h. l. de principio *κατ᾽ ἄνθρωπον* imaginario, dependente, vel impropriè ita dicto, ſed de eo, qvod ſummum eſt, & independens, atq; immutabilis divina veritas Joh. 17.

Non ergò obſtat *autoritas Ariſtotelis* lib. 1. prior. analyt. c. 2. & 8. cui principium eſt illud etiam, qvod ab alio pendet, & aliunde probatum eſt.

Qvia h. l. non qværitur de principio cognoſcendi qvocunqve modo ſic appellato, ex qvo in cognitionem alicujus concluſionis vel qvæſtionis etiam Hiſtoricæ, qvovis modo deducimur; ſed de *principio* cognoſcendi *ſummo, primo, authentico & divino, adeoq; prorſus infallibili*. Vid. *Carpzovius* Iſagog. in Form. Concord. p. 5. & p. 1143. p. 36. & p. 517. ubi oſtendit, *principium fidei ſecundarium* non niſi univocè ſic dictum fingi poſſe, adeoqve neqvaqvam fidem divinam pariens, ſed ſolùm per modum teſtimonii fidem humanam producens, & hiſtoricum antiqvitatis conſenſum oſtendens. Vid. Method. Stud. Theolog. de Patribus.

Canon

Digitized by Google

Canon 1. Articuli fidei Chriſtianis ſunt certisſimi.

Ratio eſt, qvia unicè nituntur divinâ in Scripturis exaratâ revelatione, qvæ eſt principium fidei unicum, veriſſimum, optimum, certiſſimum, infallibile, perſpicuum atqve perfectiſſimum. Vid. probationem qvoad ſingula membra in Theol.Exeget. l.2.c.6.

Canon 2. Principia rationis principio revelationis infallibili fruſtra opponuntur. Vid. Method. Stud. Theol. de Uſu Philoſophiæ, & infra artic. 88. de Cœnâ Domini.

§. 3. Cauſa eſt I. Efficiens & principium eſſendi articulorum fidei, DEUS, ejusqve revelatio. *Hebr. 1. Johan. 1. per Prophetas & Apoſtolos tàm enunciatione qvàm ſcriptione communicata. 1. Johan. 1, 1. qvi ſolus revelatæ veritatis autor eſt, adeoqve ſolus condere poteſt articulos fidei.* Principium verò cognoſcendi eſt ſola revelata ſcripta veritas, *Eſa. 8. verſ. 20.*

II. *Objecta* credenda exhibet 1. Theologia. 2. Anthropologia. 3. Chriſtologia.

III. *Forma* eſt revelata veritas harmonica & exactiſſimus conſenſus cum univerſo fidei fundamento, ſive ſenſus divinus 1. Cor. 2. omni creaturæ ſimpliciter immutabilis, Gal. 1. Unde articulus fidei eſt pars doctrinæ cœleſtis, de objecto aliqvo ſpirituali in Scripturâ Canonicâ revelato qvà tali.

IV. *Finis* eſt DEI gloria & noſtra ſalus, Johan. 20. qvam articulus fidei vel directè ponit, vel indirectè, dum obſtaculum removet.

§. 4. Diviſio datur in articulos puros & mixtos: fundamentales & non fundamentales.

Nam I. *Puri* dicuntur, qvi ex ſolâ revelatione innoteſcunt, & tantùm creduntur, ut incarnatio.

II. *Mixti*, qvi partim ex revelatione, partim ex lumine naturæ innoteſcunt, ut Dei exiſtentia.

III. *Fundamentales* fidei fundamentum Chriſtum attinent, qvi ſalvo fundamento ignorari vel negari non poſſunt, & dicuntur primarii, vel antecedenter, vel conſtitutionis intrinſecæ reſpectu.

IV. *Non*

Digitized by Google

IV. *Non fundamentales* reliqvi, qvi ſalvo fundamento ignorari poſſunt. v.g. de peccato Diabolorum, &c. vid. N. Hunnius de fundam. fidei.

Nota. Ex his patet, qvænam ſint *reqviſita* articuli fidei ſtrictè ita dicti: Videlicet

1. *Ignorantia* rationis, cujus cauſa eſt inevidentia objecti crediti, reſpectu luminis naturalis, ejusq; ſublimitas.

2. *Revelatio* divina objecti, qvod à ſeculis fuerat abſconditum, Rom. 16, 25. ex præced. art. c. 2. qvæ cum Verbo Dei ſcripto, & cum univerſâ totius fidei catenâ exactiſſimè congruit & harmoniam habet accuratiſſimam.

3. *Relatio* ad ſalutem, ſive habitudo & ordinatio ad illam, ita, ut ſit creditu neceſſarius, Johan. 20. & ſine hac fide ſalus nemini obtingere poſſit. Johan. 3. Marc. 16.

§. 5. Fundamentum fidei non aliud datur, niſi unicum, *qvod eſt Meſſias*, θεάνθρωπος *per Prophetas & Apoſtolos prædicatus, Mediator & Salvator noſter unicus. 1. Cor. 3. ex Verbo revelato cognoſcendus, qvi fide ſalvificâ apprehenſus ſit fundamentum fidei ſingulorum credentium ad ſalutem æternam, ſive fundamentum fidei dogmaticum. Non obſtante Vet. & Novi Teſtam. diſcrimine Actor. 15. Vid. Gen. 3, 15. & infrà art. 41. de Meſſia. Nam* הוא *ipſe CHRISTUS*, αὐτὸς *Hebr. 13. verſ. 8. eſt heri & hodie, & in ſecula, extra qvem non eſt ſalus.*

Nota 1. *Fundamentum* dicitur, qvod eſt primum, & toti ſtructuræ ſubſtat, nec ab alio ſuſtentatur.

Nota 2. *Fundamentum* dicitur in ordine ad fidem, cujus Objectum ſunt dogmata ad ſalutem neceſſaria.

Nota 3. *Propoſitiones*, qvibus Deus gratiam ſalutiferam omnibus promittit, & qvibus Chriſtus cum ſuo merito univerſali credendus exhibetur, ſunt ſigna Dei gratiam promittentis & Chriſti meritum offerentis, qvæ illa beneficia, tanqvam ſignata connotant, & intellectui credenda repræſentant.

Nota 4. *Lapis angularis* & ima fundamenti pars eſt Chriſtus. Vid. Theol. Exeget. l. 3. c. 2. Tit. XI.

Canon.

Digitized by

Canon. Ratio, qvod ignorat, ſtolidè negat. Qvæ proinde captivanda & compeſcenda eſt ut credat, ideò, qvia Deus revelavit. Vide infrà artic. 29. & 88. nec non Methodum Stud. Theolog. de Uſu Philoſophiæ.

Nota. Laudandus proinde eſt zelus Georgii Hornii, qvi Scepticos ad Atheiſtas relegat, de qvo agit Theol. Exegetica lib. 2. c. 5. claſſ. 2. Tit. 1. §. 3.

Nam dubitatio de fide Hiſtoricâ eſt præparatio ad Atheiſmum. Qvi enim audet negare veritatem Hiſtoriæ de aſinâ Bileami loqvente, aut de vulpeculis Samſonis, ille etiam audebit negare veritatem reſurrectionis.

§. 6. Conatus & intentio adverſariorum, qvi veritatem revelatam oppugnant, eſt fundamenti everſio. *Pſal. XI, 3.* Sie reiſſen den Grund um. הרס *fundamenta & propugnacula, Mich. 5, 10.* שתות *ab Architecto poſita* יסד

Nota 1. Etiamſi articuli omnes & ſinguli non æqvaliter attingant fundamentum fidei, neqvaqvam tamen illi, qvi ad fidei ſalvificæ generationem faciunt, ex numero articulorum fidei excludi poſſunt. Qvâ de re videri poteſt infrà articulus 38. 39. 70. 90. 82. 87. 88. & 110.

Nota 2. Everſio fundamenti eſt everſio fidei, ex §. 2. & 3.

Poriſma I. Ergò rationis dominium evertit univerſum totius fidei fundamentum. vid. Theol. Polemica de Photinianiſmo, & Methodus Stud. Theol. de Philoſophia.

Poriſma II. Ergò abſoluti decreti aſſertio eſt fundamenti totius & univerſæ fidei univerſalis everſio. Vid. Theol. Exeget. lib. 3. c. 2. Tit. XI. & infrà art. 38. 39.

Poriſma III. Ergò juſtitia operum & dubitatio de remiſſione peccatorum gratuitâ eſt fundamenti doctrinæ Evangelicæ everſio, uti patet ex art. 94. & 93. Confer Theol. Polemicam de Papiſmo.

Poriſma IV. Ergò modus loqvendi generalis & ambiguus non eſt conſenſus fidei fundamentalis. Confer Acta Buceri, & qvæ de ſtudio Irenico Duræi in Appendice Commentarii in Formul. Concordiæ dicta ſunt, & Theol. Polem. de Syncretiſmo.

§. 7. Hoſtis articulorum fidei eſt hæreſis, ſive error

Digitized by Google

ror fundamentalis. *Vid. infrà Theologia Polemica. Qvorſum & reliqva illius objecta ſpectant.*

Nota 1. *Hæreſis* eſt error veritati divinitùs revelatæ contrarius, cujus pertinaciſſima contradictio tandem fidei & ſalutis fundamentum evertit. Galat. 5, 20. Vid. D. Calovii Syſtema T. 1. pag. 109. Conf. Meiſneri præcognita, & infrà Theologiam Polemicam.

Nota 2. *Hæreticus* eſt homo in Eccleſiæ gremio vivens, qvi doctrinam falſam Scripturæ contrariam docendo fidei fundamentum evertit, & falſitatis ex Verbo ſcripto convictus, nihilominus errores ſuos, cum Eccleſiæ damno & piorum ſcandalo pertinaciter defendit. Vid. Tit. 3, 10.

Poriſma. Ergò Hæreticum facit nec appellatio, nec ſeductio, nec ignorantia. *Hæreticus* enim eſt

1. non, qvi hæreticus vocatur, ſed qvi erroris fundamentalis ex Scripturâ S. convincitur.
2. non, qvi ex ſimplicitate errat ſimpliciter, & qvatenus ab errantibus ſeductus eſt, ſed qvi errorem evidenter demonſtratum nihilominus pertinaciter defendit.
3. non is, qvi aliqvid ignorat, ſed qvi ex malitiâ veritatem negat, & fidei fundamentum, qvod ex Scripturæ revelatione univerſa credit Eccleſia, evertere conatur, ita, ut concurrat 1. error fundamentalis & fundamenti oppugnatio. 2. convictio evidens. 3. defenſio pertinax. Vid. Gerhard. T. 6. p. 622. Azorii Inſtitut. l. 8. c. 9. p. 660. Dannhauvv. Hodom. Calv. T. 1. p. 642. Wittenb. Theolog. gründlicher Beweiß. pag. 62.

Canon. Theologus ſedulò cavere tenetur novitatem, ne novitatis amor generet ſingularismum, qvi facilè degenerat in errorem ſchiſmati proximum, tandemqve ex ſchiſmatico facit hæreticum. Conf. Theol. Polemicam.

§. 8. Pleniorem hujus articuli exegeſin, *ejusqve uſum atqve Autorum Catalogum exhibet Manuale Theologicum artic. 3. & Summa Theol. Bald. in 4. edita. Videantur inprimis Lutherus Tom. 7. Jenenſ. G. in cap. 17. Johannis f. 175. & Tom. 6.*

Tom. 6. in 1. Cor. 15. f. 213. & Tom. 8. f. 180. f. 179. Tom. 5. f. 517. Tom. 3. f. 341. & ſcripta fundamentalia Theol. tàm Wittebergenſium, qvàm Haſſiacorum de fundamento fidei. Addatur Hunnius de fundamentali diſſenſu & Dannhaueri Reform. Salve.

ARTICULUS IV.

De Revelatione divinæ veritatis certo verbo expreſsâ.

Joh. 1. Filius ex ſinu Patris nobis revelavit.
Hebr. 1. Deus nobis locutus eſt per Filium.

§. 1.

MYſteria divina & articuli fidei Theologo ex ſolâ revelatione innoteſcunt.

§. 2. Revelatio eſt actus DEI gratuitus, arcanam homini veritatem primò enunciatione, deinde verò etiam ſcriptione communicans ad revelantis gloriam & noſtram ſalutem.

Obſerv. 1. *Revelatio*, ἀποκάλυψις eſt qvaſi veli ablatio, vel rei occultæ, remoto velo, retectio, Apoc. 1, 1. Qvâ de re agit Theol. Exegetica lib. 2. c. 3. Tit. 7.

Nota 1. Hebræum דבר notat in genere tàm Verbum enunciativum, enuncians, enunciabile, & enunciatum, qvam rem ipſam certo verbo enunciabilem, vel enunciatam. Das Wort / und die durch das geredete Wort angezeigte Sache.

Nota 2. נאם dictum Jehovæ Jer. 31, 20. eſt ſermo fidelis, certus, omni acceptione dignus, 1. Tim. 3, 1. c. 1, 15. cui fides innititur, & in qvo tutò acqvieſcit, qvia in Chriſto eſt Amen. 2. Cor. 1. & infallibilis. Vid. ſuprà artic. 3. & infrà art. 77. de promiſſ. div. & artic. 93. de fide.

Nota 3. χρηματισμοὶ dicuntur oracula, divina reſponſa, eine Göttliche Anzeigung / Befehl / und Unterricht / in qvibus Deo uti licet

qvaſi familiari & propitio collocutore. Confer Matt.2,12. Luc.2,26. & *Chemnicii* Harmon. Matt. 2. χρηματισμὸς enim eſt divinum reſponſum, χρηματίζω, Dei nomine loqvor. χρηματισθεὶς divinitꝰ admonitus, χρῆμα res utibilis, qvâ qvis poteſt uti χρῆσθαι (ſicut pecunia, opes, merx, unde χρήματα, opes) unde χρηματίζω, negotium tracto, conſulto, reſponſum do, & χρηματίζεσθαι eſt oraculo admoneri.

Obſerv. 2. Qvæ homini naturâ erant obſcura, hæc intellectui gratioſè illuminato fiunt evidentiſſima. Nam tenemus ſenſum Chriſti revelatum. νοῦν Χριστοῦ. 1. Cor. 2.

Obſerv. 3. *Revelatio divina* eſt Theologiæ principium cognoſcendi unicum & infallibile. Vid. ſup. art. 3. §. 1. & infra art. 5. §. 1.

Poriſma. Exulant igitur, qvæcunqve principii nomine ab heterodoxis jactantur. Vid. ſup. art. 1. & 3. §. 2. & inf. art. 5. §. 1.

Obſerv. 4. Revelatio divina *diſtincta* eſt qvoad revelationis actum; non verò aliena, contraria, aut contradictoria, qvoad revelationis Objectum. Confer Gen. 22, 1. & Gerhardi Comm. h. l. & infra Horologiam, de Harmoniâ ſigni & ſignati. Inprimis verò Theol. Exegeticam lib. 2. c. 3. Tit. 5. §. 3. NB. nec non Theol. Poſit. art. 5. §. 13. & art. 10. Tit. 17.

Obſerv. 5. Revelatio voluntatem Dei revelatam reſpicit, qvæ per revelationem innoteſcit, ita, ut revelatio tantùm ſit ratio, per qvam voluntas innoteſcit; unde & in ſuo formali conceptu voluntatem non includit. Qvâ de re agit infr. art. 38. & art. 10. Tit. 17.

Obſerv. 6. *Revelatio extraordinaria* Prophetis & Apoſtolis; *ordinaria* verò per verbum Chriſtianis hodie competit, qvæ itidem certiſſima eſt de ſalute, non minùs, qvàm illa, qvæ olim Simeoni facta eſt extraordinariè, Luc. 2, 29. Confer infr. art. 93. de fide & art. 131. de certitudine ſalutis, & ſupra art. 3. §. 1.

§. 3. Cauſa Efficiens revelationis eſt DEUS. *Job. 1.*
Objectum *Dei verbum, ſive veritas cœleſtis naturæ ignota.*
Forma *illuminatio* θεόπνευστος. *2. Tim. 3.*
Finis *Dei gloria, & noſtra ſalus. Job. 20.*

Poriſma. Exulat ergò revelatio Diabolica cum transformatione in Angelum lucis conjuncta. 2. Cor. XI, 14. Vid. infr. art. 21. de Angelis malis, & art. 121. de Prophetis.

Nota

Digitized by Google

Nota. Verbum Dei eſt vel ὑποστατικὸν ipſe Deus, ſive λόγος, æternus Dei Filius, Joh. 1, 1. vel ἐνδιάθετον, internus Dei conceptus, viæ Dei Pſal. 25. ſive Theologia archetypa: vel προφορικὸν, verbi interni ſymbolum, qvo Deus ſe creaturis revelavit. Unde Theologia ectypa tùm revelationis, viatorum, tùm viſionis, beatorum oritur: qvæ à Theologiâ unionis diſtincta eſt. In Chriſto enim omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ ſunt abſconditi. Coloſſ. 2. vide Tract. procem. de Theologia, & infr. art. 48. Qvâ de re agit Theol. Exegetica lib. 1. §. 10. NB. ubi etiam de Verbo potentiæ & gratiæ, ejusq; variâ manifeſtatione pleniùs agitur.

§. 4. Revelatio divina olim varia erat & extraordinaria *Hebr. 1, 1. Vid. Num. 12, 6. 8.* hodie verò non datur, niſi ordinaria.

Obſerv. In revelatione divinâ attendenda ſunt

1. *Vox ſenſibilis* Eſa. 1, 1. ſive allocutio per vocem ſenſibilem. Qvorſum & refertur בת קול ſive filia vocis. Φωνὴ vox de cœlo, eine Stimme vom Himmel Johan. 12, 28. vox ex voce nata, qvæ nihil aliud erat qvàm echo, ſive vox, qvæ egrediebatur ex voce tonitru. Conf. Lex. Schindleri, col. 1599. & Lex. Rab. Philol. Ottonis p. 70. vox facta Johan. 12, 29. de qva turba auditorum dicebat, tonitruum eſſe factum βροντὴν γεγονέναι. Conf. Job. 37, 2. Pſal. 29, 3.

2. *Somnium* per phantaſmata dormientis. Matt. 2.

3. *Species objecta* ecſtaticis Apoc. 1. & viſio hominis vigilantis. Actor. 10, 10.

4. θεοπνευστία ſive divina inſpiratio. 2. Tim. 3, 16. De qvibus agit Theol. Exeget. lib. 2. c. 3. Tit. 7.

Canon I. *Revelatio extraordinaria* dogmatica hodie datur nulla Hebr. 1, 1. ideoqve perperam vel expectatur, vel à Deo expetitur. vid. infr. art. 121. Tit. 3. de Prophetis N. T.

Ratio eſt. Qvia canon Scripturæ perfectiſſimus 2. Tim. 3. in N. T. per Johannem conſummatus & obſignatus Apoc. 22. etiam Angelicas revelationes, ſub anathematis pœnâ excludit Gal. 1. & ſufficientiam veritatis per Moſen, & Prophetas Luc. 16. atqve Apoſtolos exaratæ confirmat, Johan. 20. 1. Joh. 1, 1. vid. inf. art. 5. NB.

Canon II. Spiritus revelationem extraordinariam jactan-

Digitized by Google

tes meritò probantur,& rigoroſo examini ſubjiciuntur. Conf. 1. Johan. 4. 1. δοκιμάζετε vid. art. 88. 1. Theſſ. 5, 21. 1. Cor. 14, 32. Spiritus Prophetarum Prophetis ſubjecti ſunt. ὑποτάσσεται.

Canon III. Ad certitudinem ſalutis ſufficit fidelibus ordinaria Verbi revelatio. Vid. inf. art. 5. 131. 38 39. 70. 93. 112. & 121.

§. 5. *Pleniorem hujus articuli exegeſin, ejusqve uſum atqve autorum Catalogum exhibet Manuale Theologicum art. 4. & Summa Theol. Bald. in 4. edita. Addantur ex noſtris Lutherus contra cæleſtes Prophetas, & qvæ Theologi Lübecenſes & Hamburgenſes fundamentaliter oppoſuerunt novis Prophetis in 4. & Qvackeris. Nec non tractatus Hunnii contra Weigelianos & Thummii Weigelianiſmus.*

ARTICULUS V.
De Verbo DEI ſcripto, ſive Scripturâ Sacrâ.

Omnis Scriptura θεόπνευστος utilis eſt, 2. Tim. 3, 16. עֵדוּת Teſtimonium Domini Pſal. 19, 8. ἡ μαρτυρία das Zeugnis.

§. 1.

VErbum DEI revelatum, olim enunciatione variâ Hebr. 1, 1. jam verò ſolâ ſcriptione nobis communicatum eſt. *Hæc ſcripta ſunt, ut credatis Jeſum eſſe Chriſtum Filium DEI, & ut credentes vitam habeatis æternam, Joh. c. 20.*

Nota 1. *Verbum DEI* h. l. non attenditur hypoſtaticum ſive perſonale, Unigenitus æterni Patris Filius, λόγος incarnatus. Joh. 1, 1. 14. ſed revelatum προφορικὸν, cum æterno divinæ ſapientiæ veritatis conceptu ſive Theologiâ Archetypa exactiſſimè conveniens. vid. Theol. Exegetica. lib. 1. & ſupr. art. 4. ab initio NB. & p. 4. NB.

Nota 2. *Verbum tam potentiæ, qvàm gratiæ*, mandati, promiſſionis, benedictionis & maledictionis, qvod eſſe creaturæ vel dat, vel multiplicat, vel conſervat, vel deſtruit, pleniùs explicatur loco dicto & inf. art. 25. de miraculis.

Canon:

Digitized by Google

Canon: Verbum Dei ſcriptum eſt principium Theologiæ 1. unicum, 2. veriſſimum, 3. optimum, 4. certiſſimum, 5. infallibile, 6. perſpicuum & 7. perfectiſſimum.

Cujus aſſertionis probationem qvoad ſingula membra oſtendit Theologia Exegetica lib.2.c.6.& contra Arminianos methodus Studii Theol. c. 3. m. 2. §. 6.

Poriſma. Exulat ergò omnis principiorum multiplicatio & dubitatio atqve univerſa incertitudo Pontificia. vid. inf. artic. 93. nec non Theologiam Polemicam, & Theol. Exegeticam c. 1.

Obſerv. 1. *Principium cognoſcendi* eſt vel complexum, vel incomplexum. vid. Tract. procem. de Theol. §. 4.

Obſerv. 2. *Principium complexum* eſt integra propoſitio. Tale eſt in ordine ad noſtram cognitionem: Qvicqvid Scriptura S. docet, illud divinitus inſpiratum, adeoqve infallibiliter verum eſt.

Ratio, qvia eſt ex naturâ ſcripturæ deſumtum, adeoq; non poteſt non eſſe notiſſimum, & certiſſimæ veritatis, apud omnes, qvi Scripturæ S. naturam & qvidditatem exactè perſpectam habent: qvæ proinde mediante hoc principio complexo eſt principium cognoſcendi unicum.

Obſerv. 3. *Principium incomplexum* eſt unus aliqvis terminus, videlicet Scriptura Sacra, qvi in omnibus argumentis Theologicis medium concludendi conſtituit.

Obſerv. 4. *Principium cognoſcendi* hoc reſpectu idem eſt, qvod medius terminus, ex qvo Theologus deducit concluſionem Theologicam.

Obſerv. 5. *Scriptura S.* eſt principium qvoddam & elementum qvaſi primum, exqvo concluſionum Theologicarum principia & canones deducuntur.

Obſerv. 6. *Libri Scripturæ S.* Canonici actu in ſe continent principia, ex qvibus illæ deducuntur concluſiones.

§. 2. Etymologia Scripturæ S. ſcriptionem illius, & qvidem Sacram reſpicit atqve Canonicam. *Qvia efficiens Scripturæ S. eſt ipſe Deus 2. Tim. 3. per organa Sacra immediatè illuminata in Vet. & Nov. Teſtam. Prophetas & Apoſtolos: vid. Exod. 24, 12. c. 34, 27. Jer. 30, 27. 1. Johan. 1, 1. 2. qvi materiam ſacram con-*

conſignârunt φερόμενοι getrieben *impulſu Spir. Sancti 2. Pet. 1, 20. & ſimul formam Scriptionis Sacræ*, τὸν Χριστοῦ, *ſenſum Chriſti 1. Cor. 2. nobis communicârunt, ita, ut finis hujus Scriptionis Canonicæ ſit DEI Gloria & fides noſtra, atqve per hanc credentium Salus æterna, Joh. 20.*

Nota 1. *Scribere* eſt literas exarare, ut ſcribendi actus (olim varius, de qvo Job. c. 19, 23. 24.) ſit actus cauſæ miniſterialis à cauſa principali ad certum ſcribentis ſcopum directus: qvi eſt conceptuum in ſcriptoris intellectu abſconditorum intellectui legentis, per certas ſcribendi notas ſive literas aut characteres communicatio. Conf. de his Symbolis Theol. Exeget. lib. 1. c. XI. & ſup. art. 4.

Nota 2. *Scriptura Sacra* inprimis objecta Sacra nobis communicat, etiamſi ad fidem Hiſtoricam varia concurrant objecta profana, & humanæ actiones.

Nota 3. *Scriptura S. tam materialiter*, qvoad literas, qvàm *formaliter*, ratione ſenſus divini h. l. attenditur.

Nota 4. *Scriptura S. Canonica* hoc ipſo nomine excludit omnia ſcripta humana, profana, dubia, ſuppoſititia, atq; apocrypha, de qvibus infrà §. 10.

§. 3. Homonymia Scripturæ Sacræ varia eſt. *Qvæ Verbum DEI ſcriptum à traditionibus non ſcriptis: ut & ſcriptionem humanam à ſcripto hominis, (v. g. Davidis, qvi & Pſalmos conſcribere, & literas Uriæ, ex diverſo ſcribendi principio exarare poterat) nec non ipſam veritatem à repetitione veritatis Canonicæ per ſcriptorem apocryphum factâ, accuratâ diligentiâ diſtingvere jubet. Neqve enim liber Siracidis ideò Canonicus eſt, qvia multa dicta Canonica (v. g. de qvarto præcepto, de benedictione divina, & alia) ex V. T. repetit. vid. infrà §. 10.*

Nota 1. Scriptura S. h. l. non accipitur generaliter pro omnibus libris in Codice S. contentis; ſed ſpecialiter & propriè pro ſolis libris Canonicis.

Nota 2. Verbum Dei attenditur 1. *præcisè*, ſine reſpectu ad ſcriptionem & qvatenus Dei Verbum eſt: ſic veritas divina deinceps literis con-

Digitized by Google

conſignata, eſt antiqvior Eccleſiâ; 2. *complexè*, & qvatenus ſcriptum eſt. Sic ſcriptionis actus eſt recentior Eccleſiâ in Paradiſo plantatâ, Gen. 3. ſalvâ antiqvitate æternæ veritatis. Eſa. 40.

§. 4. Synonymia

Scripturæ S. encomia affert

1. *Hebraica*, qvæ conjunctim exhibet Pſalmus 19. & 119. ubi vocatur דבר, אמר, אמרה Verbum & Veritas &c. vid. Joh. 17, 17.

2. *Græca*, ſic Scriptura vocatur λόγος Θεοῦ, & ἀλήθεια Johan. 17, 17. vid. Theol. Exeget. lib. 1.

3. *Latina*, ubi dicitur Verbum, & Veritas. Joh. 17. vid. l. d. lib. 1. & lib. 2. cap. 6.

4. *Germanica*, vocatur enim die heilige Schrifft. vid. Manuale art. 5. das Wort Gottes Pſal. 119. das Zeugnis des HErrn/ Pſ. 19. die Bibel.

Obſerv. 1. Scriptura Sacra eſt ἀληθῶς λόγος τοῦ Θεοῦ, verè Verbum Dei. 1 Theſſ. 2, 13. & γραφὴ θεόπνευστος 2. Tim. 3, 16. & in Libro ſcripta ſunt דברי יהוה eloqvia Domini ex ore Jeremiæ c. 36, 6.

Obſerv. 2. Scriptura Sacra non tantùm eſt organum, ſed etiam norma & Directorium univerſæ fidei & vitæ, adeoqve univerſum cultum, & ſingula tam credenda qvàm agenda explicans. Gal. 6.

§. 5. Scriptura Sacra eſt Verbum DEI, impulſu Spiritus Sancti à Prophetis & Apoſtolis literarum monumentis conſignatum, de eſſentiâ & voluntate DEI nos inſtruens, & fidem ad ſalutem, ut medium divinitus ordinatum, offerens.

Nota 1. *Scriptura* dicitur à ſcribendo, *Sacra* ex cauſis, *verbum* ab enunciando, verbum *DEI* ab autore, ex §. 1. cujus verbum veritas eſt, Johan. 17, 17. *Spiritus S.* de qvo artic. 15. h. l. conſideratur ut agens per appropriationem 2. Pet. 1. ſine ullâ vel Patris, vel Filii excluſione. *De Prophetis & Apoſtolis* agit articulus 120. & 121. *Conſignatio* eſt enunciationis per ſcriptionem expreſſio. *Eſſentia* DEI Patris, Filii & Spir. S. oſtenditur artic. 5. uſq; ad art. 16. *Voluntas* DEI tum Legalis, qvæ exprimitur articulo 71. & 72. tum Evangelica, de qva artic. 38. uſqve ad 70. & artic. 76. uſqve ad artic. 100. eò tendit, ut peccator miſeriam ex Lege agnoſcat, pœnitentiam agat artic. 95. ad Chriſtum

Digitized by Google

veniat Matth. XI. in ipſum credat Johan. 3. & credens per fidem ſalutem obtineat æternam. Johan. 20. Confer de efficaciâ Verbi articul. 124. NB.

Nota 2. Scriptura S. non ſolùm eſt norma credendi & vivendi, ſed etiam efficaciſſimum ſalutis organum. Qvâ de re agit Articulus 124.

Nota 3. *Reqviſitum* Scripturæ S. perpetuum eſt, ut agnoſcat autorem Canonicum, lingvâ Canonica in V. T. Hebraicâ, in N.T. verò Græcâ & non aliâ ſcribentem. infr. §. 10.

§. 6. Cauſa Efficiens Scripturæ Sacræ Principalis eſt DEUS. Miniſterialis in Vet. Teſt. Prophetæ, in N.T. Evangeliſtæ & Apoſtoli, φερόμενοι à *Spiritu S. 2. Pet. 1, 21.*

Nota 1. Idem, qvod Apoſtoli vivâ voce docuerunt, illud etiam ſcripto comprehenderunt, τὰ αὐτὰ. Phil.3, 1. vid. 1. Joh. 1. v. 3. 5.

Nota 2. Scriptores Eccleſiaſtici erant θεοδίδακτοι, ideoqve in ipſo ſcribendi actu ab omni errore, per immediatam Spiritus Sancti illuminationem immunes, qvorum & verba & res tantùm à DEO ſunt. vid. 1. Cor. 2, 13. loqvimur Verbis, qvæ docet Spiritus Sanctus, ſunt enim exarata κατ' ἐπιταγὴν æterni Dei. Rom. 16, 26.

Poriſma: Ergò in verbis ab ipſo Spiritu S. dictatis neqve Solœciſmus, neqve Barbariſmus locum habere poteſt. Neqve enim, qvod nonnullis tale apparet, ſtatim tale eſt. vid. Theol. Exeget. lib. 2. c. 5. Tit. 1. de reqviſitis Gramm. §. 4. NB.

Nota 3. Scriptura θεόπνευστος dicitur, qvæ ipſam Spiritus S. immediatam aſſiſtentiam & inſpirationem, verba ſimul & res ipſas Canonicis ſcriptoribus infallibiliter ſuggerentem, & qvaſi in calamum dictantem reſpicit. 2. Tim. 3, 15. 2. Pet. 1, 20. Non obſtante vel rerum, vel perſonarum, vel etiam ipſius ſtyli diverſitate NB. Vid. Theolog. Exeget. lib. 2. cap. 6. Tit. 5. §. 6. 7. & 8. Conf. ſup. §. 2. & de obſtaculo humanæ imperfectionis Theol. Exeget. lib. 2. cap. 6. §. 2. & Tit. 5. §. 5. De ſtylo autem tam Prophetico, qvàm Apoſtolico, agit Theologia Exegetica, & Glaſſii Philologia S. nec non clavis Flacii.

Nota 4. Diſtinctiſſima ſunt verba Prophetæ & verba Prophetica, à Spir. S. profecta. 2. Sam. 23, 2. Pſal. 45. qvemadmodum diſtincta eſt actio hominis, ipſi cum beſtiis communis (ut videre, dormire) & actio

huma-

humana, qvæ eſt ſolius hominis, ut ratiocinari. Unde idem Propheta eodem die inſtinctu divino vera dicere, & idem qvoq; mentiri poterat, 1. Reg. 13, 18. & Petrus loqvi poteſt verba Apoſtoli Apoſtolica, & paulò pòſt idem Apoſtolus loqvi poteſt verba Satanica Chriſto adverſa. Matt. 16, 17. 23. & David, Vir ſecundum cor Dei, ſcribit & Pſalmos, & alio tempore crudeles Uriæ literas 2. Sam. XI, 14.

Nota 5. Paulus interdum loqvitur per inſipientiam, ex mente adverſariorum, ſed non ſimpliciter. vid. 2 Cor. XI, 17. non κατ' ἀλήθειαν, ſed κατ' ἄνθρωπον. Et dicit, qvæ dicenti nondum revelata erant explicitè, ſed qvæ ſcribenti ſuggeſſit, & ſcripto exarata Dominus effecit verba Canonica & deciſionem explicitam 1. Cor. 7, 12. Nec diverſitas eſt in principio revelante, ſed in revelationis modo, qvi antea erat implicitus, poſtea verò factus eſt explicitus, dum hoc ipſum ſcriptione Apoſtolicâ expreſſè determinatur, qvod antea in generali canone incluſum ab aliis nondum perſpicuè videri poterat.

§. 7. Materia Scripturæ Sacræ ex qvâ, ſunt literæ, qvibus res ſacræ continentur, qvarum Summa eſt Lex & Evangelium, *& hujus nucleus, Chriſtus Jeſus, Johan. 5. Actor. 10. in univerſo Codice S. explicatus. Qvâ de re agit Articulus 70. usq; ad Artic. 82. Legis enim officium eſt, peccatoris ad Chriſtum pædagogica deductio Gal. 3, 24. Evangelii verò, ſalutaris informatio, ut credat & ſalutem habeat æternam, Joh. 3. vid. Articulus 40. usqve ad Artic. 70. & 76.* Objectum verò, qvibus Scriptura exarata eſt, ſunt omnes Homines, *2. Tim. 3, 15. qvibus, ut omnes & ſinguli legere poſſint Scripturam, opus eſt Verſionibus.*

Canon 1. Scripturæ Lectio ad omnes pertinet, qvia omnium & ſingulorum ſalus hoc reqvirit, Joh. 20. Pſal. 1.

Canon 2. Laicis non modò permittitur, ſed & præcipitur Scripturæ lectio. vid. Devt. 6, 6. & Theologiam Exegeticam de dicto Johan. 5, 39.

Canon 3. Nulla verſio eſt avthentica.

Poriſma. Non E. avthentica eſſe poteſt 1. Verſio vulgata Latina, 2. nec Græca LXX. Interpp. 3. nec ulla Orientalis. Confer de Verſionibus his & aliis Gerhardi Exegeſin, D. Calovii Criticum & Annot.

Digitized by Google

Biblicas. Hottingeri Theſaurum & Brianum Waltonum in Bibliis Polyglott. Anglicis, & ſupra Methodum Studii Theologici.

Nota: Verſio Germanica Lutheri ad fontes qvàm proximè accedit.

Fruſtrà E. accuſatur 1. *à Pontificiis*, qvorum objectiones diluit D. Muſeus in defenſ. Bibl. Erneſt. & pleniſſimè D. Balthaſar Raith. Tübingæ An. 1676. Confer infra artic. 94.

2. *à Piſcatore* & aliis, qvod facilè oſtendit utriusq; verſionis collatio; & accurata diſtinctio inter nudam metaphraſin ſingulorum verborum, & inter paraphraſin atqve ſimultaneam explicationem idiotiſmorum tam Hebr. qvàm Germanicorum. Confer Theol. Exeget. lib. 2. cap. 5. §. 1. & Lutheri Tract. von Dolmetzſchen/ & Franzii Tract. de Interpretatione Scripturæ, nec non infr. art. 94. de fide ſolâ.

§. 8. Forma Scripturæ Sacræ interna eſt ſenſus θεόπνευστος, *2. Tim. 3, 15.* Externa eſt character & idioma ſermonis, atqve ſtylus, *cujus voces Hebrææ in Vet. Teſtam. Græcæ in Novo Teſtam. adhibentur. Confer de Hebraiſmis Nov. Teſtament. Pfouchenium & Eraſmi Schmidii Notas in Nov. Teſt.*

Nota. *Senſus divinus* eſt conceptus divini intellectus, de myſteriis divinis, ſcriptione nobis communicatus 1. Cor. 2, 16. qvantum ad ſalutem ſufficit. Johan. 20. vid. Theol. Exeget. lib. 2. c. 6. & c. 5.

Canon 1. Senſus divinus Scripturæ S. eſt 1. unicus, 2. veriſſimus, 3. optimus, 4. certiſſimus, 5. infallibilis, 6. perſpicuus, 7. perfectiſſimus.

Qvam aſſertionem qvoad ſingula membra plenius explicat atqve confirmat Theologia Exegetica, lib. 2. cap. 6. Tit. 1. usq; ad 7. NB.

Canon 2. *Senſus literalis* in ſede fundamentali articulorum fidei omninò retinendus eſt. vid. ibid. ex Auguſtino, Titulo 1. NB.

Conf. ibidem de ſenſu literali proprio, & figurato, à qvo diſtat ſenſus myſticus, qvi propriè non eſt ſenſus verborum, ſed applicatio rerum, qvæ per verba denotantur.

§. 9. Finis Scripturæ Sacræ refertur tum ad Deum, *eſtq; ſalutaris Dei agnitio & glorificatio Johan. 20, 31. 1. Johan. 1, 4. 5.* tum ad hominem, *& eſt hominis informatio ad ſalutem ſufficiens NB. §. 14. de perfectione Scripturæ. vid. 2. Tim. 3, 15.*

ut

Digitized by Google

ut credens in Chriſtum ſalutem habeat æternam. Johan.20. adeoqve finis ultimus eſt ſalus; intermedius verò informatio 2. Tim.3, 16. Rom.15,4. regeneratio & ſanctificatio Joh.17,17.

Nota 1. Verbum eſt potentia DEI ad ſalutem Rom.1,16. non ſolùm ſenſum divinum continens, ſed etiam fidem generans & peccatores per illam ad ſalutem deducens. vid. infr. §. 9.

Nota 2. *Officium* Theologi ex Scriptura S. ſufficienter informati eſt Architectonicum. Qvâ de re agit ſupr. lib.1. ejusqve Tractatus 3. qvi explicat Theologi officium.

§. 10. Effectus Scripturæ Sacræ divinus eſt *ex §. 8. de qvo agit infr. §. 18. NB. vid. Pſalm. 19. & 119. Non enim ignorantes ſolùm veritatem docet, errantes refellit, mores informat, vitia expellit, & ſolatia ſuppeditat, uti conſtat ex 2. Tim.3. verùm etiam fidem generat & credentes ſalvat. Johan. 20. uti patet ex Articulo 124. Confer de Scripturæ Sacræ efficaciâ infrà §. 18. NB.*

§. 11. Diſtinctio Librorum, qvi in Codice ſacro habentur, varia eſt:

(I.) *Ratione temporis* ſcriptorum atq; objectorum

I. *Chronologica* in Libros Veteris ac N. T. 2. Cor.7.14.

II. *Proſopographica* in Propheticos, Evangelicos & Apoſtolicos. De qvibus agit Theologia Exegetica lib. 2. Nam Libri V. Teſt. diſtingvuntur in Moſen, Pſalmos & Prophetas. Libri verò Nov. Teſt. in Hiſtoricos, & Didacticos, Propheticos & Apoſtolicos.

III. *Dogmatica* in Legales & Evangelicos.

(II.) *Ratione autoritatis divinæ in Libros Canonicos & Apocryphos* propriè ſic dictos. Qvorum Catalogum exhibet Theologia Exegetica libro 1.

§. 12. Libris Canonicis opponuntur apocryphi, *qvi non niſi Morales nec in ſe ullius divinæ autoritatis ſunt, niſi per accidens, qvatenus libris Canonicis ſubordinati manent, dum divinam veritatem ex illis repetunt. Qvâ ſive per additionem, ſive per ſubtractionem mutatâ ſimul mutatur & prorſus concidit univerſa illa autoritas.*

Nota 1. Libri Canonici *reqviſita generalia* ſunt 1. ſcriptor canonicus. 2. ſcriptio canonica. 3. finis canonicus, ut ſit regula tam fidei, qvàm morum Pſal. 19. Gal. 6. Qvæ dicta explicata videri poſſunt in Theologia Exegetica lib. 3. c. 2. Tit. XI. §. 5. & univerſa difficultas, de normâ & judice controverſiarum ibid. §. 5.

Nota 2. *Specialia reqviſita* libri Canonici dantur

I. *In Veteri Teſtamento*, ubi reqviritur

1. *determinatio* temporis Prophetici, cujus terminus eſt Malachias & Johannes Baptiſta, Matth. XI. qvi Chriſtum præſentem digito monſtravit Johan. 1.

2. *ſcriptio* ab autore Prophetâ vel Prophetico.

3. *dictio* Hebraica, non obſtante Chaldaismo.

4. *teſtificatio* de Meſſiâ exhibendo. Actor. 10, 43.

5. *allegatio* vel expreſſa & formalis, vel generalis & materialiter facta repetitio in N. Teſtamento.

6. *aſſervatio* à populo Judaico, cui concredita erant τὰ λόγια τȣ̃ Θεȣ̃, Rom. 3, 2.

7. *Harmonia* cum universâ fidei analogiâ & veritate Canonica tam V. qvàm N. T.

II. In N. Teſtamento reqviritur

1. *determinatio* temporis poſt Chriſtum exhibitum, & ante Johannis Apoſtoli obitum, qvi Canonem Nov. T. obſignavit. Apoc. 22.

2. *ſcriptio* ab Autore Canonico, Evangeliſtâ vel Apoſtolo.

3. *dictio* Græca.

4. *teſtificatio* de Meſſiâ exhibito.

5. *allegatio* veritatis Canonicæ ex Vet. Teſtam. vel formalis, qvoad literam; vel materialis, qvoad rem ipſam ex Canone V. Teſtam. repetitam; ſive id fiat indeterminatè, ſive determinatè cum expreſſâ certi autoris denominatione.

6. *aſſervatio* in Eccleſiâ primitivâ, ejusq; approbatio.

7. *Harmonia* cum universâ fidei analogia V. & N. Teſtam. conſtans & perpetua.

Nota 3. *Ignorantia* autoris ſecundarii non tollit autoritatem Canonicam. Qvâ de re agit Theologia Exegetica. libro 2. cap. 3. ſect. 1. claſſ. 1. Titulo 1.

Nota

Digitized by Google

Nota 4. Liber N.Teſtam. qvi aliqvando fuit dubius, propterea non eſt apocryphus. Vide de ſingulis Gerhardi Exegeſin & Syſtema Höpfneri.

Nota 5. *Catalogus* ſingulorum librorum, qvi in univerſo Codice Biblico habentur, patet ex ſeqq. verſiculis Mnemonicis. Sunt enim

I. *Canonici Vet. Teſtam. libri:*

Sunt Geneſis, Exo, Levi, Num, Devt, Joſua, Judex,
Ruth, Samuel, Reges, Chronic, Eſra, Nehemia & Eſther,
Hinc Jobus, Pſalmi, Proverbia, Concio, Carmen.
Poſt futura canunt Eſa, Jer, (Threni) Eze, Daniel,
Hoſeas, Joël, Amoſus, Obadia, Jonas,
Michas, Nahumus, Habacuc, Sophonia, Hagai,
Zacharias clarus, Malachias ultimus inſit.

II. *Apocryphi Vet. Teſtam. libri:*

Judith, poſt Sapiens, Tobias, Siracidesqve,
Baruch, Maccabei, Suſan, Cant, atq; Manaſſe.

III. *Canonici Nov. Teſtam. libri:*

Poſt Evangelium ſunt Acta, Romana, Corinthus,
Poſt Galatas, Epheſo, Philippis atqve Coloſſis,
Theſſalo, Timotheo, Tito, Philemone, Hebræis,
Petrus, Johannes, Jacobus, Juda revelans.

IV. *Summa* capitum Biblicorum eſt 1327.
VIr MVLtæ pIetatIs erIt CVI BIbLIa CVræ.

§. 13. Affectiones Scripturæ Sacræ ſunt variæ. *Qvæ nonnullis in primarias dividuntur, & ſecundarias. Primaria eſt I. Autoritas. II. Veritas. Ad ſecundarias referri ſolet neceſſitas, integritas, fontium puritas, communicabilitas univerſalis ad omnes relata per verſiones &c.*

Aſſertio 1. *Primaria Scripturæ Sacræ affectio eſt divina autoritas. Qvæ reſpicit principium* tum eſſendi, qvod ſolus Deus eſt, tum cognoſcendi, videlicet Teſtimonium tam *Internum*, qvàm externum.

Internum ipſi ſcripturæ inſitum teſtimonium eſt infallibile, qvo autoritas Scripturæ infallibiliter perſvadetur, ut fide divinâ ſuſcipiatur. Qvorſum ſpectat tum *teſtificatio ipſius Scripturæ, ſive Spiritus S. per Scripturam loqventis* de θεοπνευστίᾳ & autoritate divinâ, Hoſe. 12. verſ. 10. Luc. 1,

Luc. 1, 70. 2. Pet. 1, 21. 2. Tim. 3, 16. cui teſtimonio divino omninò fides per ſe habenda eſt; *tum operatio Spiritus Sancti*, qvi per Scripturam efficax eſt, & in corde fidem divinam producit atqve obſignat. vid. Hebr. 4, 12.13. Rom. 1,16. Jac. 1, 21. Johan. 3, 33. & de veritate in nobis teſtatur. Confer Rom. 8.

A qvo teſtimonio infallibili differt 1. *teſtimonium internum probabile*, qvod fidem certam, non tamen divinam, ſed humanam gignit. Dum attenditur doctrinæ ſublimitas, ſtyli majeſtas, & partium omnium harmonia & conformitas. 2. *Teſtimonium externum*. Qvorſum ſpectat 1. Eccleſiæ teſtificatio, inprimis verò primitivæ. Confer exemplum Johan. 4, 42. de qvo agitur infr. art. 113. NB ubi oſtenditur evidentiſſima diſtinctio inter fidem humanam & divinam, & inter qvæſtionem hiſtoricam, & dogmaticam. 2. miraculorum confirmatio 3. pœnarum in contemtoribus Scripturæ conſpicuarum aggravatio. 4. martyrum teſtificatio. 5. Scripturæ conſervatio. 6. hoſtium confeſſio &c.

Canon: Divina & Summa Scripturæ Canonicæ autoritas, qva ab ipſo ſummo Autore & infallibili Spiritus S. teſtimonio interno dependet, eſt certiſſima & planè infallibilis. Ratio eſt, qvia ipſe Deus Scriptores Canonicos immediatè vocatos immediatâ inſpiratione illuminavit, ita, ut eorum verba non ſint verba hominum, ſed verba ipſius DEI. 1. Theſſal. 2, 13.

Nota 1. *Autoritas* h. l. tum autorem, tum perfectionem Scripturæ S. reſpicit. vid. infr. §. 14. Nam autoritas eſt autoris perfectio, ex effectu perſpecta ſcripto per autorem ſcripti communicata; divini divina, humani humana.

Nota 2. *Autoritas Autoris*, à qvo Scriptura in ſpecie (ſicut & omnis doctrina, aſſertio vel mandatum in genere) proficiſcitur, eſt *nota illius perfectio*, cujus cognitio cognoſcentem inducit 1. *ad aſſentiendum* ejus aſſertionibus. 2. *ad obediendum* ejus mandatis. Dum 1. *intellectum* intelligentis movet *ſcientia* excellentiſſima, cum morum probitate conjuncta, ita ut nec falli poſſit ob ſcientiam, nec fallere ob probitatem & integritatem.

2. *Voluntatem* flectit potentia, qvia poteſtatem & jus habet in alios, qvibus mandare, atq; præcepta morum præſcribere poteſt.

Nota

Digitized by Google

Nota 3. *Autoritas* ſive perfectio ad aſſenſum & obſeqvium inducens hoc præſtat, qvando aliis perſpecta & ſufficienter cognita eſt non ſolùm ex teſtimonio Hiſtorico externo, ſed etiam ex interno verborum ſenſu.

Nota 4. *DEI autoritas* divina, adeoqve & ſumma eſt, & longè maxima, omnem autoritatem tam Angelicam, qvàm humanam tranſcendens, qvia concurrit ſcire, velle, poſſe, wiſſen / wollen / können.

Nota 5. *Summa Dei perfectio eſt* ſummæ autoritatis Scripturæ confirmatio. Qvod oſtendit 1. *ejus omniſcientia & bonitas*, per qvam nec falli, nec fallere poteſt. 2. *ejusdem jus atqve poteſtas*, qvam in omnes & ſingulos homines obtinet pleniſſimam. Unde regula irrefragabilis. Qvicqvid Deus dicit, infallibiliter verum eſt. Qvicqvid Deus præcipit, ſine exceptione faciendum eſt.

Nota 6. *Omnis Scripturæ S. autoritas à ſolo Deo eſt, à qvo dependet unicè.* 2. Pet. 1,16. 1. Johan. 5, 9. Gal. 6,16. Unde & vocatur *avthentica*. (αὐθέντης dicitur in ſe autoritatem habens, ab αὐτὸς & ἕντος, qvi ſe ipſum mittit ad negotia, qvi liberâ poteſtate præditus eſt, αὐθεντία autoritas, αὐθεντέω autorem me præbeo. unde & αὐθέντης vocatur, qvi ſuâ manu ſe perimit, ab αὐτὸς, & ἕω, occido.

Nota 7. Ab autoritate Scripturæ S. diſtincta eſt ejus tum *perfectio*, de qva infr. §. 14 tum *Efficacia*, de qva agitur §. 18.

Nota 8. *Autoritas* Scripturæ non ſolùm *divina* eſt, qva illa ſola eſt & habetur Verbum Dei ἀληθῶς. 1. Theſſ. 2, 13. ſed etiam Canonica, qva eſt & agnoſcitur Regula vitæ, & fidei unica. Gal. 6,16. vid. §. 16. & Theol. Exeget. l. 3. c. 2. Tit. XI. §. 5.

Nota 9. Scriptura Sacra eſt λόγος πιστὸς καὶ πάσης ἀποδοχῆς ἄξιος 1. Tim. 1, 15. obligans omnes ad obedientiam, Devt. 18. verſ. 19. qvod patet 1. ex divina atteſtatione, qvam ipſa Scripturæ S. lectio lectori offert. 2. ex Materia. 3. Stylo. 4. Veritate. 5. Efficacia. 6. Conſervatione. 7. Confirmatione per Miracula. 8 Spiritus S. obſignatione, qvæ ſola præſtat id, qvod teſtimonium Eccleſiæ Hiſtoricum præſtare neqvit.

Poriſma 1. Ergò major eſt Scripturæ Autoritas, qvàm omnis ingenii humani capacitas, uti monet *Auguſtinus*.

Poriſma 2. Ergò manifeſtus eſt fidei lapſus, vel reſpuere aliqvid eorum, qvæ Scriptura habet, vel inducere qvicqvam, qvod ſcriptum non eſt, inqvit *Baſilius M.*

Digitized by Google

Poriſma 3. Ergò turpe eſt Theologo ſine Scriptura loqvi, turpius adhuc in judicio Scripturæ acqvieſcere nolle.

Poriſma 4. Ergò autoritatem Scripturæ divinam & ſummam neqvaqvam efficere poteſt humana dependens & ſubordinata Autoritas Eccleſiæ, qvæ tantum pædagogica eſt, & teſtimonium repetit Hiſtoricum de approbatione Eccleſiæ primitivæ. Vid. Johan. 4, 39. contra Pontificios, & art. 113. inprimis verò Syſtema Höpfneri de Scriptura Sacra.

§. 14. II. Divina Veritas. *Unde oritur* Aſſertio II. Veritas divina infallibilis eſt altera Scripturæ Canonicæ affectio primaria. *De qva agit Theologia Exegetica lib. 2. cap. 6. Tit. 2. qvam qvi pertinaciter negat etiam convictus, & falſitatem nihilominus defendit, hæreſeos crimen incurrit. Qvâ de re agit Theologia Polemica.*

Nota: Veritas divina Scripturæ Canonicæ eſt 1. Harmonica & contradictionis expers, 2. perfecta, 3. perſpicua, 4. ſemetipſam infallibiliter interpretandi apta, 5. normativa fidei & vitæ, 6. dicaſtica & judicativa controverſiarum, 7. efficaciſſima. Qvod patet ex ſeqventibus, & ex Theolog. Exeget. l. 2. NB.

Poriſma. Ergò deteſtanda eſt Piſcatoris aſſertio, qvi in notis ad Matt. c. 23. p. 244. ſtatuit, Deum non velle, qvod dicit, nec voluiſſe, qvod Chriſtus voluit.

Nam I. *Cum Judæi converſi non ſint*, ait: *ſeqvitur Deum non voluiſſe eos convertere voluntate beneplaciti*; qvod verò dicitur id voluiſſe, intelligendum eſt de voluntate ſigni, id eſt de facto, ex qvo tanqvam ſigno colligere debuerunt Judæi, Deum velle, ut convertantur, ac proinde convertere ſe debuerunt. Qvod cum non fecerint, fateri coguntur, ſe juſto DEI judicio propter ſuam ingratitudinem puniri.

II. *Voluntas ſigni*, inqvit, *propriè loqvendo non eſt voluntas*, ſed eſt factum, ex qvo tanqvam ex ſigno homines judicare debent de Dei voluntate.

III. *Prædicatio verbi*, ut porrò loqvitur, *eſt ſignum*, qvod Deus velit homines convertere, ſed non eſt ſignum, qvod velit convertere ſingulos.

IV. Offi-

Digitized by Google

IV. *Officium ſingulorum eſt ex mente Piſcatoris*, ut ſtatuant, ſe eſſe in numero illorum, qvos Deus convertere velit: & qvicunqve hoc ſtatuit, eum in numero convertendorum eſſe, certum eſt: Solis enim electis converſionem expetere datur.

Sed hac ratione Deo ſanctiſſimo & veraciſſimo hypocriſis & mendaciũ contra 1. Sam. 15, 29. Hebr. 6, 18. tribueretur, imò verbum Dei eſſet Principiũ deceptionis, qvod obligaret ad errandum & credendũ mendacio. Unde & univerſus fidei divinæ aſſenſus eſſet falſus. Cùm tamen ipſe Salvator dicat: Verbum tuum Veritas eſt, Joh. 17, 17. Confer Theolog. Exegeticam lib. 2. cap. 3. Tit. 5. de Abrahami Tentatione, & ibid. c. 6. Tit. 2. 4. & 5. de ſenſus divini veritate, certitudine, & infallibilitate, & de DEI veracitate infr. artic. 10, Titul. 33. NB. & voluntate Titulo 17. §. 8. claſſe. 1.

Piſcator verò ſibi ipſi contradicit, dum concedit 1. Chriſtum voluiſſe, qvod Deus noluit. 2. Dei velle eſſe non velle. 3. Signum & ſignatum eſſe contradictorium. 4. Voluntatem non eſſe voluntatem, & reſpicere non volentis animum aut ſenſum internum, ſed ſolùm ſignum & factum externum. 5. Prædicationem univerſalem eſſe ſignum particulare. 6. mandatam converſionem omnium & ſingulorum eſſe converſionem pauciſſimorum. 7. Officium reproborum eſſe officium electorum, ut ſtatuant ad ſe pertinere, qvod tamen non tenentur credere, & errorem eſſe veritatem, à particulari concludendum eſſe ad univerſale, & omnibus incumbere, ut ſtatuant ex ſuis viribus, qvod Deus abſolutâ voluntate noluit ſtatuere omnes, ſed ſolùm pauciſſimos, abſolutè electos. Qvalis ergo poteſt eſſe ſubſumtio, ubi major eſt particularis? Confer plura inf. art. 91. de vocatione, & NB. art. 38. 39. 71. 90. 76. & 77.

§. 15. III. Perfectio. *Unde oritur* Aſſertio III. Scriptura Autoris perfectiſſimi eſt perfectisſima ex §. 12.

Nota 1. *Integritas, Perfectio, Sufficientia*, & abſoluta Scripturæ S. utilitas non ſolum 1. *ex autore* conſtat, ſed etiam 2. *ex ſufficientiâ* omnium & ſingulorum, qvæ tam ad fidem, qvàm ad mores ſunt neceſſaria 3. *& tandem ex effectu*. Qvia effectus Scripturæ perfectus præſupponit cauſam perfectam. vid. 2. Tim. 3, 16. Apoc. 22, 18. Joh. 20, 31. Ex qvo loco rectè concluditur: Qvodcunqve principium fidem ſalvificam

vificam generat,& per fidem ſalutem offert,illud perfectum eſt, & ad ſalutem ſufficiens. At noſtrum principium cognoſcendi, Scriptura S. hoc præſtat. Ergò &c. Porrò: Qvæcunqve Scriptura hominem perfectè inſtruit, ita, ut perfectus ſit homo Dei ad omne opus bonum perfectè inſtructus,inprimis verò ad Didaſcalian,Elenchum,Pædiam,Epanorthoſin, atqve Paracleſin, illa ipſa Scriptura etiam perfecta eſt. Confer, qvæ de perfectione Theologi dicta ſunt ſupra in Methodo Studii Theologici, & de perfectione ſenſus divini in Theol. Exeget. lib.2.c.6. ubi addita eſt ſtatus controverſiæ formatio. Tit 7.

Nota 2. *Perfectio & integritas* Scripturæ Canonicæ non conſiſtit in Librorum numero, multitudine vel paucitate, ſed in paterna Dei Voluntate, qvæ qvovis tempore tantum de doctrina cœleſti communicavit humano generi, qvantum ad ſalutem æternam neceſſe erat.

Nota 3.Etiam illa inScriptura habentur,qvę non qvidem qvoad clarã literam,qvoad ſenſum tamen in ea continentur, & per bonam conſeqventiam inde deducuntur. Vid. Matth. 22, 32. & ſup. de Terminis Theologicis Methodum Studii Theologici, nęc non Theol. Polemicam, de proceſſu diſputandi.

Canon: Ob ſummam Scripturæ perfectionem excluditur pleonasmus principiorum fideï Pontificius, uti patet ex ſeq. §. 18. de Norma & judice controverſiarum. Conf.ſup. de Theologia tract. procem. §. 5. obſ. 3. & de Traditionibus art.102. §.1.

§. 16. IV. Perſpicuitas. *Unde oritur* Aſſertio IV. Scriptura Canonica eſt perſpicua. *Cui competit perſpicuitas: maximè verò in illis locis,qvæ agunt de rebus ad ſalutem neceſſariis, qvia eſt lumen,Pſal. 119,5. & Lucerna.2, Pet.1,19. tam intellectum qvoad credenda & facienda illuminans,qvàm pedes in viis moralibus dirigens.*

Nota 1. *Perſpicuum* dicitur, qvod clarè perſpicitur: Evidens verò, qvod apertè videtur, ut perſpectâ terminorum ſignificatione, eorumqve debitâ connexione mens diſſentire neqveat. Qvâ de re agit Theol. Exeget. lib. 2. c. 6. Tit. 6. ubi exponitur neceſſaria ſtatus controverſiæ formatio contra Pontificios.

Nota

Digitized by Google

Nota 2. Aliud eſt evidentia rerum, aliud verò claritas verborum.

Nota 3. *Evidentia rerum* in Scriptura S. revelatarum negatur ab ipſo Apoſtolo, qvia ſunt myſteria à ſeculis abſcondita Eph.3,9.Coloſſ.1, 26. Rom.16. intellectui humano ignota & obſcura, imò mera paradoxa, qvod patet ex præced. art. 2. & 4. anteqvam per gratiam Spir. S. ex verbo revelato fiunt perſpecta, & renato, qvantum ad ſalutem reqviritur, ſufficienter cognita. vid. infr. Artic. 92.

Nota 4. *Claritas verborum*, qvibus res revelatæ ſignificantur, certa eſt, qvia verba, qvibus myſteria denotantur, clara ſunt, ut facilè intelligi poſſit, tam ex fontibus, qvàm ex verſionibus accuratis, qvem ſingula verba ſenſum literalem unicum, in univerſo contextu, ejusq; ſingulis enunciationibus habeant. Qvâ de re agit univerſa Theologia Exegetica.

Nota 5. Nec obſtat Scripturæ *interpretatio*, qvæ non ſolùm δυσνόητά τινα & qvædam dicta explicatu difficilia reſpicit 2. Pet. 3, 16. verùm etiam dicta clariſſima, qvalia ſunt non modò qvæ omnibus ad ſalutem neceſſaria ſunt, verùm etiam univerſa illa, qvæ præter credenda etiam morum informationem proponunt. Sic clarum eſt dictum illud fundamentale Johan. 3. Deus dilexit mundum. Nihilominus tamen interpres & terminorum ſignificationem & veritatis ſaluiferæ vindicationem oſtendere poteſt, ut ordine Didaſcaliam ſeqvatur Elenchus, Pædia, Epanorthoſis atq; Paracleſis. Eadem ratio eſt totius Decalogi & omnium Hiſtoriarum atqve exemplorum S. uti patet ex Theol. Exegeticæ libro 3. NB.

§. 17. V. Facultas ſemetipſam interpretandi. *Unde oritur Aſſertio V.* Scriptura Sacra Canonica eſt facultate ſemetipſam interpretandi prædita.

Ratio eſt, qvia Scriptura divina non eſt ἰδίας ἐπιλύσεως 2. Pet. 1, 20. ab humano intellectu dependens.

Nota 1. Qvid ſit *interpretatio* Scripturæ S. qvænam ejus adminicula, reqviſita & media, oſtendit univerſa Theologia Exegetica.

Nota 2. *De ſenſu* Scripturæ S. ejusqve 1. Unitate, 2. Veritate, 3. Bonitate, 4. Certitudine, 5. infallibilitate, 6. perſpicuitate, 7. perfectione, agit Theol. Exeget. lib. 2. c. 6.

§. 18. VI. Majeſtas normalis judicii catholici. *Unde oritur* Aſſertio VI. Scriptura Sacra eſt norma majeſtate judicandi prædita: *Quæ univerſam fidem ſimulq; mores unicè dirigit infallibiliter.*

Canon. Verbum Dei ſcriptis Prophetarum & Apoſtolorum comprehenſum eſt Judex infallibilis & ſimul Canon ac Norma omnium eorum, qvæ ad doctrinam & mores hominis Chriſtiani pertinent.

Nota 1. Judex eſt, qvi jus dicendo fert ſententiam, ſive ſit ſuperior, ſive inferior.

Nota 2. Judex authenticus, abſolutus & directivus eſt ipſe Spir. Sanctus per Scripturam loqvens. Cujus illa eſt vox & ſententia judicis principalis, & ſimul norma judicis miniſterialis. vid. Johan. 12, 48. Eſa 8,19. Devt. 4, 2. Luc. 16,29. 1. Joh 4, 1. Qvâ de re agit Theolog. Exeget. lib. 3. c. 2 Tit. XI. NB.

Nota 3. *Canonis* naturam ex Gal. 6, 16. & Pſalmo 19, 5. explicat Theol. Exeget. lib. 3. c. 2. Tit. XI. NB.

Nota 4. Judicium Controverſiarum dependet κυβερνητικῶς à Spiritu Sancto. Actor. 15, 28. κανονικῶς à Scriptura Sacra. Pſal. 19. verſ. 5. διακονικῶς ab Eccleſia. Act. 20, 28. c. 15, 19. 28. unde & Jacobus cenſet & judicat (κρίνω.) Act. 15, 19.

Poriſma. Excluditur itaqve ab infallibili ſummi judicis judicio Controverſiarum Theologicarum

1. *Angelus*, ejusqve nova revelatio. vid. Galat. 1. & ſupr. art. 4.

2. *Homo* qva talis (ejusq; ratio erronea. Pſal. 116. NB. art. 29.) *Sive ſolus* vivens vel in Eccleſiâ militante, ut Pontifex. vid. Art. 116. vel in Eccleſiâ triumphante beatus. Luc. 16, 27. *Sive cum aliis conjunctus* in viſibili Eccleſiæ cœtu. vid. Art. 113. §. 6. NB. de autoritate Eccleſiæ. *Sive aliis principiis* humanis inſtructus, qvalia ſunt

1. *Concilia* vid. Artic. 114.

2. *Traditiones* vid. Artic. 102. §. 1. NB.

3. *Patrum* ſcripta. NB. vid. Methodum Studii Theologici.

De qvibus omnibus agit Theologia Exegetica lib. 2. c. 6. inprimis verò Titulo 5.

Nota 5. Hæc ipſa *Scripturæ majeſtas* tanta eſt, ut Reihingius, olim Jeſuita & Evangelicæ veritatis oppugnator acerrimus, per eandem fue-

Digitized by Google

fuerit convictus. vide ejus confeſſionem infr. art. 113. §. 16. & converſionem, ejusqve ſummam, Auguſtini in libr. Confeſſ. libro cui Titul. Wunderliche Güte / ut & Judæi converſi Chriſtiani Gerſonis præfat. in Talmud. Jud. edit. An. 1613. in 8. ubi ait: Se ſine ullâ præviâ manuductione vel autoritate Eccleſiæ, per Lectionem Novi Teſtamenti in Ling. Germanicam translati, converſum fuiſſe, præter omnem intentionem legentis. Nachdem eine arme Chriſtin ihm das Neue Teſtament gebracht/darauff er derſelben acht Schillinge geliehen 1. ſeinen Wucher zu ſuchen. 2. daſſelbe zu durchleſen/nicht/daß er einigen Zweifel an ſeiner Religion gehabt/ ſondern allein darum / weil er gern gewuſt hätte / was es doch vor ein kräfftiger Irrthum wäre/dadurch ſo viel 100000. Chriſten verführet und verdamt würden. Ubi provocatio Chriſti & Apoſtolorum ad Vet. Teſtamentum, & dictorum collatio erranti viam monſtravit. Da fand ich ein ſolch Liecht / daß ich billich GOtt dafür zu dancken. Adde exemplum memorabile converſi Philoſophi in Concilio Niceno. vid. infr. Theol. Polem. Tractatu 3. §. 5. & alia Theolog. Poſit. art. 113. §. 6.

§. 19. VII. Efficacia. *Unde oritur* Aſſertio VII. Scriptura Canonica eſt efficaciſſima *ex §. 17. NB. vid. 1. Cor. 2, 4. qvia eſt δύναμις potentia Dei. Rom. 1, 16. adeoqve non litera mortua, ſed λόγος ἐνεργὴς efficax & vivus. λόγος ζῶν Hebr. 4. verſ. 12. corda penetrans. Actor. 2, 27. Vid. Jer. 23, 29. & inf. art. 124. NB. Cujus rei exempla exhibet præcedens §. 17. NB. Difficultates verò, qvæ dicto Apoſtolico Hebr. 4, 12. ineſſe videntur, tollit Theologia Exeget. lib. 2. c. 6. Tit. 1. NB.*

Obſerv. 1. Scriptura Sacra eſt Principium 1. μαθήσεως cognoſcendi res divinas. 2. πράγματος regenerationis & ζωῆς Chriſtianiſmi. 1. Pet. 1, 23.

Obſerv. 2. Verbum Dei voce vel ſcripto prædicatum eſt ordinarium illud organum & medium ſalutis, per qvod Deus, qvi non immediatè, ſed mediante Verbo agit, gratiam & virtutem ſuam operatur in credentibus. vid infr. art. 124. & Tract. Theol. Sax. contra Rathmannum, ubi explicatur phraſis ex Litaniâ: Deinen Geiſt und Krafft zum Wort geben. Scilicet, ut verbum prædicatum efficaciſſimum

mum etiam hic & nunc ſit efficax actu ſecundo, & actualem peccatorum converſionem producat.

Obſerv. 3. *Efficacia* verbi divini conſideratur tum *in actu primo* (qvatenus efficacia eſt facultas alicujus rei eſſentiam conſeqvens) tum *in actu ſecundo* (qvatenus eſt efficientia, ſive cauſatio alicujus effectus.) vid. art. 124. §. 3.

Obſerv. 4. *Verbum DEI efficax eſt* utroqve modo 1. ratione ſuæ *proprietatis*, qva habet vim divinam convertendi homines. 2. ratione *effectus*, dum actu concurrit ad converſionem, ceu medium divinum, per qvod Deus corda illuminat, convertit, regenerat & renovat. Unde David ait Pſalmo 68, 34. Ecce dabit in voce ſuâ vocem fortitudinis בקלו קול־ עז der HErr wird ſeinem Donner Kraft geben / qvi dat voces & tonitrua Exod. 9, 23. Pſal. 18, 4. NB. Job. 37, 4. durch ſeine Donner-Kinder Boanerges Marc. 3, 17. ut anima qvaſi revertatur à corpore jam jam diſceſſura. vid. ex Pſal. 19, 8 & Gen. 45, 27. NB. Theol. Paraclet. part. com. §. 3.

Obſerv. 5. *Verbum DEI eſt vox Dei loqventis*, qvod ſimul offert & ſignum & ſignatum, ſive vocem divinam, & divinum divinæ vocis ſenſum: adeoqve eſt ipſa Dei potentia δύναμις Rom. 1, 16. non ſolùm per legem animos percellens, ſed etiam vel maximè & unicè per Evangelium reficiens. De qvo meritò repetimus illud Hieronymi ad Pammachium: Videor mihi non verba audire, ſed audire tonitrua.

§. 20. VIII. Neceſſitas. *Unde oritur* Aſſertio VIII. Scriptura Canonica eſt ſummè neceſſaria. *Hæc ſcripta ſunt, ut credentes ſalutem habeatis æternam Johan. 20. Intelligitur autem h. l. neceſſitas 1. Mandati, 2. ſalutaris informationis, 3. Propagationis, 4. Refutationis Hæreticorum, Ethnicorum & Judæorum. Qvâ de re agit Theologia Polemica.*

§. 21. IX. Puritas. *Unde oritur* Aſſertio IX. Scriptura Canonica eſt puriſſima, & ob accuratam fontium cuſtodiam omninò incorrupta. *Conf. Matth. 5, 18.*

Canon 1. Fontes tam Hebr. Vet. Teſtamenti, qvàm Græci Nov. Teſtam. ſunt puriſſimi. Vid. Glaſſii Philologia S. NB.

Canon

Digitized by Google

Canon 2. Textus Vet. Teſtam. Hebraicus, notis Maſoreticis inſtructus, ratione dictionum & ſententiarum, imò & literarum, ab omni corruptela immunis eſt,ita, ut norma omnium Verſionum, inprimis verò Latinæ Vulgatæ ſit unica, certiſſima & infallibilis. Qvâ de re, inprimis verò de punctis Hebræorum vocalibus, & univerſalis corruptionis excluſione dictum eſt in Methodo Stud. Theolog. append. Sect. 1. Tit. 1. §. 4. NB. vid. Philol. S. Glaſſii & D. Calovii Syſtema Tom. 1.

Poriſma. Abſurdum itaqve eſt, fontem authenticum corrigere ex vitioſæ verſionis Vulgatæ rivulis. Confer Chemnicium part.1.Exam. Conc. Trident.

§. 22. X. Veritas. *Unde oritur* Aſſertio X. Veritas Scripturæ Canonicæ eſt divina & infallibilis. *Ex qvâ ſumma oritur certitudo atqve ἀσφάλεια.*

Nota 1. *De Veritate, certitudine, & infallibilitate* Scripturæ S. agit Theol.Exeget. lib.2.c.6.Tit.2.4.5.

Nota 2. *De unitate* ſenſus Scripturæ ibid. Tit. 1.

§. 23. *Pleniorem hujus articuli exegeſin, ejusqve uſum, atqve autorum Catalogum, exhibet Manuale Theol. German. Artic. 5. nec non Summa Theol. Bald. in 4. edita.*

ARTICULUS VI.

De Cognitione Dei generatim conſideratâ.

Rom. 1, 19. τὸ γνωστὸν τοῦ θεοῦ, Id qvod de Deo cognoſci poteſt, manifeſtum eſt in illis.

§. 1.

PRincipium eſſendi Theologiæ, qvod Theologus ex Scriptura S. cognoſcit, eſt Deus.

§. 2. Cognitio Dei generatim conſiderata eſt verus

 de

de DEO conceptus, eſſentiam, voluntatem, & beneficia DEI attinens, ad Dei gloriam, & noſtrum emolumentum.

Obſerv. 1. *Principium cognoſcendi*, qvod reſpectu cognitionis ſalvificæ eſt divina, olim enunciatione,hodie verò ſcriptione communicata veritas,deducit nos ad *principium eſſendi* totius Theologiæ,qvod eſt Deus.

Obſerv. 2. *Cognitio* eſt objecti cognoſcibilis apprehenſio, (ſive cognoſcendi actus,) qvam contemplationem vocat Cicero lib. 1. offic. eamq; à conſeqvente actione diſtingvit.

Obſerv. 3. *Objectum cognitionis* vocatur cognoſcibile, qvod intellectui ad cognoſcendum objicitur, ſive conceptus objectivus, unde conceptus qvidditativus & ratio formalis innoteſcit, & ipſe conceptus formalis. NB. vid. art. 10. Tit. 4. §. 2.

Obſerv. 4. *Ad cognitionem objecti cognoſcibilis* facit non ſolùm apprehenſio terminorum ſimplicium, verùm etiam eorundem compoſitio & diviſio; ut & diſcurſus, unum ex altero colligens. Confer ſupra Tractat. Iſagogicum de Theol. in genere; & qvæ de cognitione qvidditativâ, abſtractivâ & memorativâ paſſim inculcat *Arriaga* & alii Scholaſtici: nec non de cognitione viæ & patriæ, ſive regni gratiæ & gloriæ, infr. art. 142.

Obſerv. 5. *Cognitio DEI* vocatur τὸ γνωςὸν τοῦ θεοῦ Rom. 1, 19. & generaliter hoc loco includit omne illud, qvicqvid de Deo ſcire & cognoſcere poſſumus, ſive illud ex lumine naturæ, ſive ex lumine Scripturæ innoteſcat.

Obſerv. 6. *Cognitio Dei* h. l. conſideratur non qvævis, ſed *vera*, & qvidem præcisè, abſtrahendo à modo, ejusq; principio, ſive naturalis ſit, ſive ſupernaturalis, adeoqve vel perfecta, vel imperfecta eſſe dicatur.

Obſerv. 7. *Conceptus* h. l. dicitur notio cognitioni inſerviens, ſive ſimplex mentis conceptio & intelligentia.

Obſerv. 8. *Veritas* conceptuum reqvirit cautam terminorum analogorum, aut cum creaturis communium applicationem. NB art. 10. §. 4. & §. 1. per concurſum viæ negationis, eminentiæ & cauſalitatis, 1. removendo omnem creaturæ imperfectionem, 2.tribuendo creatori

Digitized by Google

tori ſummam perfectionem, 3. colligendo ex operibus ejus bonitatem, ſapientiam & potentiam. Sic, qvando per ſubſtantiam prædicamentalem intelligitur talis, qvæ eſt vel genus, vel ſpecies, vel individuum prædicamentale, rectè hoc de DEO negatur, cujus eſſentia omnem ſubſtantiam creatam eminentiſſimè tranſcendit. Solus enim Deus ita eſt ens, ut, ſi non eſſet, nulla creatura eſſet, qva tamen ſublata vel nondum exiſtente ante creationem ipſe à ſeipſo eſt.

Ratio eſt, qvia 1. Deus unus neq; eſt genus, neq; ſpecies, qvod enim tale eſt, illud poſſibile eſt habere plura individua, in qvibus eſſentia ejus multiplicetur.

2. qvia non eſt individuum prædicamentale. Non enim habet ſupra ſe ſpeciem, ſicut individuum hominis. v. g. Petrus reſpectu hominis.

3. qvia ſubſtantia prædicamentalis eſt ens per ſe ſubſiſtens, & ſuſtinens accidentia, qvalis non eſt Deus. Aliud verò eſt, qvando qværitur, an Deus ſit ſubſtantia? Qvod rectè affirmatur, præſcindendo ab omni imperfectione, qvæ in ſubſtantiis creatis deprehenditur: & tribuendo Deo univerſam omnis ſubſtantiæ creatæ perfectionem, & tam ſubſtantiæ univerſæ, qvàm illius perfectionum productionem. Confer infr. art. 10. §. 3.

§. 3. Efficiens *hujus cognitionis eſt DEUS in libro naturæ & Scripturæ revelatus.*

Objectum eſt Deus, qvatenus eſt cognoſcibilis, ſive, qvicqvid de Deo ex naturâ & Scripturâ cognoſci poteſt, qvorum prius vocatur ab Apoſtolo δύναμις καὶ θειότης æterna DEI potentia ac divinitas. Rom. 1, 20.

Forma eſt harmonia conceptus humani, cum revelatione divinâ, eâq; tam naturali, in libro naturæ, qvàm gratioſâ in libro Scripturæ conſpicuâ, de ſummo objecto cognoſcibili, qvatenus illud ex eâ innoteſcit, ita, ut non liceat νομίζειν & rationis ductum revelationi contrarium ſeqvi, qvaſi τὸ θεῖον, ſive ſupremum Numen ſit ὅμοιον ſimile invento hominis, ἐνθυμήσεως ἀνθρώπου, uti Paulus monet Actor. 17, 29. & 23. ubi cultum de facto exhibitum Deo ignoto, ἀγνώστῳ θεῷ, non juxta corruptæ rationis ductum, ſed ex revelatione gratioſâ juxta ſalutarem veri DEI cognitionem inſtituendum eſſe oſtendit. Ne

 homi-

Digitized by Google

homines veritatem retineant in injuſtitiâ, *ἀλήθειαν ἐν ἀδικίᾳ*. Rom. 1. verſ. 18.

Finis eſt DEI gloria, & cognoſcentis emolumentum. Actor. 17. verſ. 25. 26. 27.

§. 4. Cognitio DEI alia naturalis, alia verò ſupernaturalis datur, *qvarum illa ex libro naturæ, hæc verò ex libro Scripturæ oritur. Illam explicat ſeqvens Articulus 7. hanc verò Articulus 8. cum ſeqventibus.*

Poriſma. Exulat ergò *Atheiſmus*. Pſalm. 14, 1. Stulti dicunt in corde: Non eſt Deus.

Nota. Atheiſmus eſt vel directus, vel indirectus, vel theoreticus, vel practicus; vel craſſior, vel ſubtilior. De qvo vid. infr. Theologia Polemica.

§. 5. *Pleniorem hujus articuli exegeſin, ejusqve uſum, atqve autorum Catalogum exhibet Manuale Theologicum art. 6. & Summa Theol. Bald. in 4. edita.*

Articulus VII.

De cognitione DEI naturali.

Cognoſcibile de DEO datur Rom. 1, 19. & c. 2, 14. Gentes *Φύσει* naturâ faciunt ea, qvæ ſunt Legis: qvi oſtendunt opus Legis ſcriptum in cordibus v. 15. Confer Act. 14, 17. cap. 17, 27. Job. 12, 17. Eſa. 40, 26.

§. 1.

COgnitio Dei naturalis eſt verus ex lumine naturæ ortus de Deo conceptus, *Deum eſſe, eumq́; eſſe principium, factorem & conſervatorem omnium rerum in cœlo & in terrâ omnipotentiſſimum, atqve Rectorem juſtiſſimum, ut ab omnibus agnoſcatur & colatur. Adeoqve per notitiam naturalem innoteſcit* 1. eſſe Deum, 2. eſſe Rectorem catholicum, *ſummum,*

Digitized by Google

mum, ſapientisſimum, potentisſimum, juſtisſimum, 3. eſſe ab omnibus colendum.

Obſerv. 1. *Naturale* h. l. eſt, qvod naturâ habetur, & gratiæ contradiſtingvitur. Epheſ. 2. vid. infr. §. 3. & art. 90.

Obſerv. 2. *Naturale* h. l. dicitur non ratione *exiſtentiæ* utplurimùm corruptiſſimæ; ſed reſpectu *eſſentiæ*, qvalis illa ſit, vel eſſe poſſit, præſcindendo à malitioſâ perverſione & veritatis corruptione, qvæ huic notitiæ reſpectu ſubjecti, cui ineſt, plerumq; accidit. Vid. ſeq. §. 2.

Obſerv. 3. Gentiles & ſaniores Ethnici (ſicut & Judæi & Mahometani,) habent cum Chriſtianis eundem conceptum objectivum (qvi eſt Deus unus,) generalem, ſed non formalem. Non enim Deum unum tantùm concipiunt, ſed etiam cum conceptu contradictorio, ita, ut ille Deus unus nullo modo poſſit eſſe Deus Trinus, qvi tamen ſolus eſt ille ſolus verus Deus Johan. 17. videlicet Pater, Filius & Spiritus Sanctus. Matth. 28. Talis verò conceptus conſtituit Deum, qvi eſt non verus, ſed alienus. Exod. 20, 2. dum illud, qvod verum erat in abſtractione præciſionis, corrumpitur per abſtractionem negationis, ob contradictionem rationis. 1. Cor. 2, 14. Conf. Rom. 1, 28, 21.

§. 2. Efficiens hujus cognitionis eſt Deus, *qvi cordibus illam implantavit, & omnium creaturarum theoriâ eandem auget. Rom. 2. Unde notitiam inſitam ſeqvitur notitia acqviſita. Qvamobrem & nonnullis facultas hominis intellectiva dicitur eſſe cauſa efficiens media, qvæ medii rationem habet vel ſola, qvoad notitiam inſitam; vel cum externâ creaturarum contemplatione conjuncta, & ab eâdem excitata qvoad notitiam acqviſitam.*

Objectum eſt divina majeſtas & potentia. Rom. 1, 19. ſive inviſibilia v. 20. Act. 17, 27.

Forma eſt harmonia conceptus humani cum revelatione divinâ naturali, de ſummo objecto cognoſcibili, qvatenus illud naturaliter innoteſcit. Unde oritur perfectio intellectus circa res divinas naturâ cognoſcibiles.

Finis eſt DEI gloria Rom. 1. hominum inqviſitio Actor. 17, 27. ut tandem ad ſalvificam cognitionem perveniant ex divinâ revelatione

Digitized by Google

expectandam: & cognoſcentis emolumentum, ut homines diſcant honeſtè vivere, alterum non lædere, & ſuum cuiq; tribuere, juxta Canonem Matt. 7,12. Qvod vultis, ut faciant vobis homines, illud & vos facite illis. Qvo neglecto per accidens redduntur gentes ἀναπολόγητοι, Rom. 1,20.

Nota. *Finis per ſe intentus* à creatore eſt incentivum & manuductio ad inqvirendum verum Deum in Eccleſia revelatum. vid. Act. 17,27. *Accidentarius* verò finis & eventus ex abuſu ortus eſt inexcuſabilitas ἀναπολόγησις Rom. 1, 20.

§. 3. Proprietates cognitionis Dei naturalis ſunt diſtinctæ. *Eſt enim hæc cognitio*

I. *ratione eſſentiæ* conſiderata, vera, adeoqve
1. certiſſima. Rom. 1, 21.
2. neceſſaria.
3. utiliſſima.

II. *ratione exiſtentiæ* 1. imperfecta. Rom. 2,14.
2. langvida. c. 1,21.
3. nulla, reſpectu revelatæ.

§. 4. Cognitio Dei naturalis *alia* connata, *alia verò* acqviſita *eſt*, *ex Rom. 1. & 2. ſive inſita, & acqviſita.*

I. *Cognitio connata* datur Φύσει Rom. 2, 14. von Natur/ ſicut Φύσει nati dantur filii iræ Epheſ. 2. eſtq; *actualis* & naturaliter implantata atq; communicata, qvia dicitur γραπτὸν γεγραμμένον, cordibus inſcriptum, des Geſetzes Werck iſt geſchrieben in ihren Hertzen / Rom. 2. 14. Conf. 1. Cor. XI,14. ipſa natura vos docet; & reſpicit habitum primorum principiorum intellectui per naturam impreſſum, ut homo actualiter Deum cognoſcat, qvatenus naturâ cognoſcibilis eſt, & hanc cognitionem indies perficere poſſit. Qvâ in parte meritò major Theologo eſt autoritas Pauli, qvàm Ariſtotelis. Et ſufficit res ipſa, etiamſi modus videatur eſſe difficilior.

Nota: *Cognitio Dei naturalis connata reſpicit* Dei 1. exiſtentiam, 2. cultum. Rom. 2.

II. *Cognitio Dei acqviſita* reſpicit divinam potentiam & bonitatem. Rom. 1. & 2. eſtq; habitus, accuratâ creaturarum contemplatione, vi diſcurſus naturalis acqviſitus. Rom. 1,18.

§. 5. In-

Digitized by Google

§. 5. Indicium *cognitionis naturalis monſtrat 1. cauſa univerſalis, 2. ordo, 3. ſtudium virtutis, 4. deſiderium felicitatis, 5. teſtimonium conſcientiæ. (unde & Caligula Deum invitus exhorreſcebat,) 6. conſenſus omnium populorum, teſte Cicerone, qvi religionis ſemen negare neqveunt, 7. Idololatriæ varietas.*

§. 6. Summarium *hujus cognitionis oſtendunt principia ex lumine naturæ nota.* I. Theoretica : *1. eſſe DEUM, 2 eſſe unum, juſtum, &c.* II. Practicum : *Deum colito.*

§. 7. *Pleniorem hujus articuli exegeſin, ejusq; uſum, atqve Autorum Catalogum exhibet Manuale Theologicum art. 7. & Summa Theol. Bald. in 4. edita.*

ARTICULUS VIII.
De cognitione Dei revelatâ.

Vid. Joh. 1, 18. Filius, qvi eſt in ſinu Patris, ipſe enarravit. Jer. 32, 17. & Joh. 17, 3. Hæc eſt vita æterna, ut cognoſcant Te ſolum verum Deum. In occulto ſapientiam ſcire feciſti me, Die heimliche Weißheit / τὰ ἄδηλα, καὶ τὰ κρύφια τῆς σοφίας σου ἐδήλωσάς μοι בסתם occultum. ידע ſup. pag. XI. NB. חכמה

§. 1.

COgnitio Dei revelata eſt conceptus ex verbi revelatione ortus, ſive infallibilis & gratioſa notitia de DEI eſſentiâ, voluntate & beneficiis, ad Dei gloriam, & noſtram ſalutem.

Canon : Sola cognitio Dei Patris, Filii & Spiritus Sancti revelata eſt ſalvifica. vid. Joh. 17.

Obſerv. Qvid ſit *cognitio*, qvid *revelatio*, patet ex præcedent. artic. 6. & 4.

§. 2. Efficiens *eſt Deus. Johan. 17, 3. c. 1, 18. qvi ſalutarem hanc cognitionem in verbo revelavit Rom. 16, 25.*

Obje-

Digitized by Google

Objectum eſt Deus, ejusq; eſſentia, voluntas & beneficia, ex art. ſeq. ſive qvod ſit, & qvid ſit Deus, qvod ex nominibus, attributis, & operibus innoteſcit.

Forma eſt harmonia exactiſſima conceptus humani cum veritate divinitus revelatâ de ſummo objecto cognoſcibili, qvatenus illud ex principio ſupernaturali innoteſcit.

Norma eſt Canon verbi infallibilis. Joh.1,18.c.17.

Finis eſt Dei gloria, & noſtra ſalus. Joh. 17,3.

§. 3. Summarium cognitionis revelatæ *attendit divinam*

I. *Exiſtentiam*, qvæ præter naturæ ductum, ex ſolâ Scripturâ certiſſimè cognoſcenda eſt, ut ſalutaris exiſtat.

II. *Eſſentiam*, qvam oſtendunt *nomina* & *idiomata*, tàm eſſentialia, qvàm perſonalia in ſummo SS. Trinitatis myſterio. Unde cognitio tam abſoluta, qvàm relativa trium perſonarum innoteſcit.

III. *Beneficentiam* ex operibus creationis, Redemtionis & ſanctificationis conſpicuam, uti conſtat ex artic. ſeqq.

Canon 1. Idem objectum ex naturâ & Scripturâ cognoſci poteſt, ſalvo tamen certitudinis gradu & cognitionis fine diſtinctiſſimo.

Canon 2. Theologia poteſt aliqvid accipere à diſciplinis Philoſophicis, non qvòd ex neceſſitate eis indigeat, ſed ad majorem manifeſtationem eorum, qvæ in hac traduntur. Vid. Thomas p.1.art.5. cujus verba repetit Theol. Exeget. lib.2.c.5 claſſ.2.Tit.1.§.1.

§. 4. *Reliqva ad hunc articulum facientia offert Manuale Theol. Germ. art. 8. & Summa Theol. Bald. in 4.*

Articulus IX.
De divinis Nominibus.

Joel. 2,32. Omnis כל invocans Nomen Domini, liberabitur & ſalvus erit. Wer den Nahmen des HERRN anruffen wird/der ſoll errettet werden/ קרא ἐπικαλέσηται. מלט ſicut avicula irretita Pſal. 124, 7. & Loth ex incendio Gen. 19, 19. à

19. à die mala. Pſal. 41,2. Conf. Pſal. 22, 6. & 1. Reg. 1, 12. σωθήσεται. Conf. Matth. 1, 21. Jeſus ſalvum faciet populum. Pſal. 48,11. Secundum Nomen tuum שם ὄνομα, Sic laus tua αἴνησις NB. תהלתך Wie dein Nahme iſt / ſo iſt auch dein Ruhm.

§. 1.

NOmen DEI dicitur, qvo ipſe DEUS in verbo ſuo nobis ſe fecit nominabilem.

Obſerv. 1. Nomen ſignificat ex inſtituto, ſive ad placitum, & excitat in audiente conceptum, dum ſignificat vel rem ipſam, vel excitat in audiente conceptum qvidditativum rei ſignificatæ. vid. Arriaga Tom. 1. in Thomam Diſp. 14. p. 160.

Obſerv. 2. *Nomen Dei* eſt vox, qvâ ipſe Deus in verbo ſe nobis revelare voluit, denominatum, vel ab eſſentiâ, vel à proprietatibus aut beneficiis NB. artic. 16. §. 3. ad ſuam gloriam, & noſtram ſalutem, ſcilicet, ut agnoſcatur & celebretur à nobis, qvod ſit beneficus & miſericors. Pſalm. CXI. Confer de gloria Nominis divini Articul. 10. Titul. 42. NB.

Obſerv. 3. Qvamvis in Deum, qvi eſt τὸ πᾶν Er iſts gar / Sir. 43, 29. & qvi eſt Ens ſingulariſſimum, nomine diſcretivo non indigens, & cujus eſſentiam in hâc vitâ perfectiſſimè nobis exprimens vocabulum dari neqvit, nomen neqvaqvam cadat propriè, & illo modo, qvo creaturis certa tribuuntur nomina diſcretiva, unde Nazianzenus ait: Tu ſolus innominabilis, & Omni-Nomius. vid. artic. 10. Tit. 40. §. 1. NB. & Auguſtini verba infr. art. 10. Tit. 4. §. 1. qvia tamen ipſe ſe nobis certis nominibus revelavit, meritò illa ad Dei gloriam & noſtram ſalutem ex Scripturâ S. perpendimus.

Obſerv. 4. Non obſtat, qvod Nomina multa Deo & hominibus ſint communia. vid. infr. §. 3. Removenda enim eſt à Deo omnis creaturarum imperfectio. vid. art. 10. §. 3. NB.

§. 2. Nomina DEI ſunt I. Hebraica 1. *Jehovah.* 2. *Jah.* 3. *El.* 4. *Elohim.* 5. *Adonai.* 6. *Elion.* 7. *El Schaddai.* 8. *Zebaoth.* יהוה יה אל אלהים אדני עליון אל שדי צבאות II. Græca 1. Θεός. 2. Κύριος. 3. Ὕψιστος. III. Latina

tina *1. Numen. 2. Ter Optimus Maximus. 3. Dominus.* IV. Germanica 1. GOTT. 2. Vater. 3. Helffer. 4. Erretter. 5. Schöpffer. 6. Erlöſer. 7. Heiligmacher. *Ex qvibus rectius intelliguntur* nomina Metaphorica 1. Schild. 2. Stärcke. 3. Felß. 4. Burg. 5. Hort. 6. Held. 7. Horn des Heils. *& ſimilia. vid. Pſalm. 18, 2. 3. De qvibus ſingulis agit Manuale Germ. artic. 9.*

§. 3. Compendium omnium & ſingulorum Nominum divinorum eſt nomen Jehovah, indicans Altiſſimum, qvi eſt Pater, Filius, & Spiritus S. *vid. ſeq. artic. 13. 14. 15. Qvi eſt, qvi erat, & qvi venturus eſt Apoc. 1. Ejeh Aſcher Ejeh Exod. 3, 14. qvo rectè cognito facilè patet, qvid Elohim, Dominus, El Schaddai, Zebaoth, & reliqva ſibi velint Nomina. Confer* Thomam *opuſculo 2. qvod eſt Compendium Theolog. c. 24. fol. 12. ubi ait: Deum non poſſumus nominare, niſi ex perfectionibus in aliis rebus inventis, qvarum origo in ipſo eſt. Et qvia hæc in rebus iſtis multiplices ſunt, oportet multa nomina DEO imponere. Si autem videremus eſſentiam in ſe ipſâ, non reqvireretur nominum multitudo. (NB. Qvia Jehovah Unus, & Nomen ejus unum, Zach. 14. verſ. 9.)*

Canon I. Nomen Jehovah eſt nomen DEI eſſentiale, proprium, ineffabile, myſterio atq; ſolatio pleniſſimum.

Ratio eſt I. qvia hoc nomen τετραγράμματον *ab* הוה *eſſe, deducitur*, & Eſſentiatorem notat æternum, cui ſoli eſſentia & exiſtentia æterna excellentiſſimâ qvâdam ratione propria eſt: & propter qvem omnia, qvæ ſunt & exiſtunt, ſunt & exiſtunt unicè.

II. *qvia hoc Nomen eſt pelagus omnium perfectionum.* Denotat enim ejusmodi principium perfectiſſimum, qvod 1. eſſentiam habet à ſe ipſo. 2. omnibus creaturis eſſentiam & vitam dat & conſervat. Actor 17. 3. omnes promiſſiones ſuas implet. Pſal. 33. Wenn Er ſpricht/ ſo geſchichts. Der das Weſen von ſich ſelbſt hat / alles Weſen giebt und erhält/ und allen ſeinen Verheiſſungen das Weſen und Erfüllen giebt. Es mangelt ihm gar nicht 1. an wiſſen / 2. an wollen /

3. an

3. an kommen. Unde 1. habet eſſe. 2. dat eſſe. 3. facit eſſe & veras exiſtere promiſſiones, vid. art. 77.

III. *Qvia, non obſtante pronunciatione poſſibili, denotat myſterium prorſus ineffabile*, non ratione vocis, aut literarum, ſed ratione ipſius rei ſignificatæ ineffabile & incomprehenſibile, videlicet, Deum verum eſſe unum & Trinum, Patrem, Filium, & Spiritum S. Creatorem, Redemtorem & Sanctificatorem noſtrum benedictum in ſecula. Confer Lex. Buxtorfii p. 159. & Galatini expoſitiones: Pater Deus, Filius Deus, Spiritus Sanctus Deus. Tres in uno, unus in tribus. Qvamvis illa hodie in Rabbinorum libris non ſuperſint, & p. 163. de Schemhamphoraſch, & p. 164. cujus nominis ignorantia eſt cauſa denegatæ exauditionis Judæorum per Meſſiam indicata. Johan. 16. qvi vocatur Jehova juſtitia noſtra, Jer. 23, 6. Mediator Deus. NB. Galatin. lib. c. 10. In cujus Nomine concurrit

1. *Jod, fons & origo omnium literarum*, omnia multiplicans & pluralem efficiens. Ut cogitare liceat, primam perſonam eſſe Patrem, à qvo omnia Rom. XI. vid. ſeq. art. 13.

2. *He demonſtrativum, notificativum, & admirationis ſignum.* Ut attendamus, ſecundam perſonam eſſe Filium, qvi myſteria ſalutis ex ſinu Patris nobis revelavit Johan. 1. Deus admirabilis Eſa. 9 Mediator unicus 1. Tim. 2. Verus Deus, & Homo factus in extremitate dierum. Hebr. 1, 2. qvorſum He finale reſpicit. הוא Ipſe Meſſias, & promiſſum Semen Mulieris Gen. 3. atqve Salvator Unicus Act. 10. c. 4. Qvi eſt heri & hodie, & ipſe in ſecula. *ὁ αὐτὸς*. Hebr. 13, 8. vid. ſeq. artic. 14.

3. *Vav copulativum*, omnia connectens, ut conſideremus vinculum amoris Spiritum S. de qvo agit ſeqvens art. 15. Qvi eſt principium *converſionis*. Qvemadmodum Vav converſivum mutat præteritum in futurum, & futurum in præteritum.

IV. *Qvia in hoc unico Nomine latent omnia divina Nomina, attributa, opera, dicta & facta* & beneficia, adeoqve qvicqvid Deus de ſuâ eſſentia & voluntate nobis revelavit, & qvæcunqve ad univerſam Theologiam, Chriſtologiam & Anthropologiam facientia univerſa Theologia continet.

Ratio eſt, qvia involvit 1. *Eſſentiæ eminentiam* ſummi Eſſentiatoris. 2. *Independentiam*. 3. *Æternitatem*. Id enim verè eſt, qvod

 æter-

æternum eſt. 4. *Immutabilitatem* eſſentiæ & voluntatis. Ex. 3. verſ. 13. 5. *Incomparabilitatem* ſummi boni. Habet enim ſolus omne bonum כל־טוב qvod Moſi oſtendebat Ex. 33, 18. alle meine Güte / qvi bonus eſt μονιμώτατος, παλαιότατος, αὐταρκέστατος, ἥδιστος, qvi eſt Dominus Creator Job. 10, 18. Conſervator Matt. 6. Curator 1. Pet. 5, 7. *Redemtor*, *Conſolator* &c. & *glorificator*. vid. Luth. Tom. 8. Witeb. fol. 163. 6. *Infinitam pulcritudinem* atqve perfectionem. vid. art. 10. Tit. 40. §. 1. unde & nomen Jehovah affinitatem habere videtur ratione ſoni cum יפה pulcrum eſſe Ez. 31, 7. Pſalm. 45, 3. perfectio enim infinita eſt pulcerrima. Et ipſe Jehova eſt Japhah.

V. *Qvia omnes temporum differentias nobis ſiſtit Nomen Jehovah.* Qvi eſt A. & O. primus & noviſſimus. Apoc. 1, 11. ὁ ὤν, καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος verſ. 4. Der da iſt / der da war / und der da kömt. Principium & Fons omnis ſolatii & auxilii præteriti, præſentis, & futuri.

Poriſma. Cuicunq; abſolutè tribuitur Nomen Jehovah in caſu recto, ille eſt Unus & ſolus verus Deus. vid. de Pat. Filio & Spir. S. artic. 13. 14. 15. Cui fruſtra opponitur illud Jerem. 33. verſ. 16. Exod. 17. verſ. 15. Judic. 6, 24.

Qvia I. *Solyma* non vocatur Jehovah, ſed hoc eſt Solymæ ſymbolum, de qvo ſinguli & univerſi ejus incolæ lætantur, dicentes: Jehovah eſt juſtitia noſtra Jer. 33.

II. *Altare Moſis* non appellatur Jehovah, ſed indicatur Dei beneficium, qvi eſt Jehovah vexillum piorum. יהוה נסי ſub cujus vexillo vicimus miraculosè Ex. 17, 15. κύριος καταφυγή μου, perfugium נסס vexillum erexit Eſa. 59, 14. Unde ſignifer נוסס Eſa. 10, 18. & fuga hoſtis נוס dum vexillo erecto pugnamus NB. Pſal. 60, 6. ein Zeichen / σημείωσιν τοῦ φυγεῖν ut fugiant hoſtes φεύγω.

III. *Altare Gedeonis* non vocatur Jehovah, ſed commemoratur inſigne Dei beneficium, qvod Jehovah ſit pax noſtra. יהוה שלום κυρίου εἰρήνη Judic. 6, 24. ex v. præced. 23. qvia Jehovah dixerat Gideoni: Pax tibi, ne timeas, non morieris. Toto itaqve cœlo diſtant *abſoluta denominatio*, in caſu recto enunciata; & *repetita appellatio*, cum relatione ad certum benficium facta. Qvemadmodum & Germanus, qvi filium vocat Gottfried / Gottlieb / propterea filium non vocat Deum: nec Græcus, qvando Theodorum appellat: nec Latinus, cui filius Adeodatus dicitur, non verò ipſe Deus.

Canon

Digitized by Google

Canon II. *Nomen Elohim vero Deo attributum non alium denotat, qvam illum, qvi eſt Jehovah æternus.* Qvia *Nomen Elohim* denotat Numen honorandum, Deum adorandum & ab omnibus colendum. Qvi ſolus eſt Conditor, Rector, Gubernator, Princeps, & Judex totius univerſi, adeoqve propriè ſoli & uni vero Deo competit, qvi eſt Pater, Filius, & Spiritus S. Geneſ.1,1. Pſal.45,7.

Nec obſtat 1. qvod etiam *Magiſtratui* hoc nomen tribuitur Ex.22, 8. Pſal. 82. Qvia hoc ſolùm fit *ob convenientiam accidentalem, cum connotatione communicationis imperii coactivi.* Salvâ Dei gloria eſſentiali, & imperio abſoluto, qvod non niſi unus ſolus verus DEUS habet.

Nec obſtat 2. regula: *Dici reqvirit ineſſe.* Hæc enim vera eſt 1. De prædicatis Synonymis, & per analogiam intrinſecam: non verò de Homonymis, & per analogiam extrinſecam. 2. Dici reqvirit ineſſe, ſcilicet ſecundum eum modum, qvo aliqvid dicitur, vel ſimpliciter, vel certo reſpectu. Et dicitur verè, vel eſſentialiter, per naturam; vel cauſaliter, propter efficientiam; vel Metaphoricè, propter ſimilitudinem.

Canon III. *Nomen Dominus abſolutè ſoli vero Deo competit, qvi eſt Jehovah æternus.* Qvemadmodum etiam *Nomen κύριος*, der HErr/ &c. ſcilicet, acceptum, ſine conditionibus reſtringentibus, vel imminuentibus: qvando ejusmodi Dominum denotat, cujus dominium eſt divinum & æternum, adeoqve eminentiſſimum, conſtantiſſimum, abſolutiſſimum, & omnipotentiſſimum. Et ſic æqvipollet Nomini Jehovah, uti conſtat ex præced. §. 3. Vid. D. Calovii Theolog. nat. revel. c. 3. p. 305.

Nec obſtat, qvod Chriſto Θεανθρώπῳ hoc nomen tribuatur. Pſ.8,1. Qvia ille eſt 1. Dominus natus ab æterno Pſal.2. 2. Dominus natus Luc. 2. & factus in tempore, cui data eſt omnis poteſtas, Matth. 28. penes qvem eſt κῦρος, autoritas. (NB. κυρῶ, autoritatem do.) Qvi *Dominus noſter eſt reſpectu officii,* qvatenus jus dominandi, & potentiam jus illud exercendi non tantùm habet per naturam, ſed etiam per unionem perſonalem. NB. infr. artic. 46. Ipſe enim ſolus eſt Dominus noſter, qvi ſangvine ſuo nos ſervos & miniſtros ſibi acqviſivit. vid. Luth. Catech. Major artic. 2. Unde & Propheta, Sacerdos, & Rex noſter appellatur. vid. infr. artic. 53. 54. 57.

Digitized by Google

Canon IV. *Nomen El Schaddai ſoli vero Deo competit, qvi eſt Jehovah æternus.* Geneſ. 17,1.

Ratio eſt, qvia די eſt ipſa ſufficientia, adeoqve & ſufficiens ad omnia præſtanda, *παντοκράτωρ*, omnipotens, tam ad benefaciendum bonis, qvàm ad puniendum malos. שדי Elias Levita in Thisbi, refert ad *αὐτάρκειαν*, & accipit pro eo, cui eſt ſufficientia in Deitate ſuâ (qvi & dixerit mundo ſuo, ſatis eſt) Et addit: in L. Germ. debet exponi per Genüghafftiger (der höchſtvergnügt iſt / als das höchſte Gut) qvod enim ſolent interpretari Allmächtiger/ ſeqvuntur eos, qvi pro Forti & Victore exponunt, à vaſtando deductum. Confer de ſufficientia & perfectione Dei infinitâ artic.10. Tit.40. §.2.

Qvemadmodum ergò Schad, mamma, Thren.4.3.& ubera ubertatem & ſufficientiam, Dai, reſpiciunt. Cantic. 8, 1. & Schadad vaſtare notat. Pſal. 91, 6. Ita & divina ſufficientia tam ad dandum, qvàm ad vaſtandum, ex operibus potentiæ & gratiæ conſpicitur. Dicere, facere, promittere, & præſtare, ſive ſcire, velle & poſſe hîc concurrunt in gradu eminentiſſimo. Indicium verò omnipotentiæ hujus ſummus ille jaculator & *fulminator*, qvi projiciendo & jaculando ſuas ſagittas, & horrenda fulmina multiplicat, paſſim oſtendere ſolet, Pſal. 29, 3. Job. 6,4. & univerſo orbi demonſtrabit, qvando *ἀπώλεια* perditio impiorum, & interitus cœli & terræ, atqve analyſis Catholica elementorum in extremo die ſeqvetur. 2. Pet. 3, 7. 10. ſimulqve conſummata *piorum ſufficientia*, vita & abundantia, *περισσὸν* Joh. 10, 10.

Canon V. *Nomen Zebaoth ſoli vero DEO competit, qvi eſt Jehovah æternus.* Solus enim ille habet צבאות πλῆθος στρατιᾶς οὐρανίου, die Menge der himmliſchen Heerſcharen/ Luc. 2, 13. ſein Heer / *στρατεύματα*, Matt. 22, 7. exercitum innumerum & potentiſſimum, certo ordine conſtitutum, qvi eſt Dominator univerſæ creaturæ. Der Herrſcher über alle Welt/ Joſua. 3, 11. 13. qvi exercitum creaturarum educit & ſuperbis potentiſſimè opponit 1. Pet. 5, 5. *ἀντιτάσσεται*, reſiſtit & ordini ſuperborum ordinatum exercitum hoſtilem opponit, qvi ordini divino obedire recuſant. GOtt widerſtehet den Hoffärtigen / qvos dejicit Luc. 1. c. 14. NB. Waſſer/ Feuer &c. ſeint den Gottloſen zu Schaden Sir. 40, 32. Und die Winde zur Rache / verſ. 34. Ipſi ſubjectus eſt exercitus

I. *An-*

Digitized by Google

I. *Angelicus*, ejusqve Legiones innumeræ Matt. 26. Daniel. 7. Pſalm. 34.

II. *Stellarum.* Judic. 5, 20.

III. *Omnium creaturarum*, qvem enumerat Siracides c. 40, 33.

IV. *Hominum* Matth. 22, 7. unde emittit στρατεύματα, & Devt. 28. verſ. 49.

V. *Legionum infernalium*, Marc. 5, 9. ad pœnam impiorum, 1. Samuel. 19, 9.

§. 4. Pleniorem hujus articuli exegeſin, *atqve uſum, cum catalogo autorum, exhibet Manuale Theol. Germ. art. 9. & Summa Theol. Bald. in 4. Inprimis verò Exegeſis Gerhardi.*

ARTICULUS X.
De Attributis divinis.

1. Tim. 6, 16. DEUS ſolus habet immortalitatem, ἀθανασίαν, Unſterbligkeit / qvem nemo vidit, cui honor & imperium ſempiternum. vide infr. NB. Titul. 14. 10. & 42.

§. 1.

ATtributum divinum dicitur conceptus, qvo infinita perfectio ſummi Entis intellectui creato diſtinctè ſiſtitur.

Ratio eſt, qvia conſideratio eſſentiæ divinæ abſoluta reqvirit contemplationem conceptus qvidditativi abſoluti, & eorum, qvi iſtum in ordine ad noſtrum concipiendi modum ſeqvuntur.

Nam conceptum communem conſtituit eſſentia ſpiritualis: proprium verò monſtrat attributum infinitatis, qva Deus omnes eſſentiæ infinitæ terminos excludit. Pſal. 145, 3. Qvæ verò eſſentiam Dei qvoad noſtrum concipiendi modum conſeqvuntur, ſunt prædicata illa, qvæ alias attributa vocari ſolent.

Nota 1. *Attributum* vocatur prædicatum, ſive illud, qvod alteri tribuitur, vel de aliqvo enunciatur, ſive prædicatur.

Nota

Nota 2. *In creaturis dantur affectiones ; qvæ vocantur attributa*, paſſiones & proprietates, ita, ut attributum dicatur illud, qvod, cum reciprocatur cum ſubjecto, cujus dicitur attributum, *non eſt de eſſentiâ ejus*, ſive de primo ſubjecti conceptu, ſed primum ſeqvitur, & ex eo, velut conceptus ſecundarius, tanqvam ex radice oritur. Sic in qvanto concipitur primò, qvòd ſit extenſum; & tunc demum, qvod ſit diviſibile.

Nota 3. *Attributa divina* appellantur perfectiones divinæ, qvæ eſſentiam Dei perfectiſſimam noſtro intelligendi modo conſeqvuntur, & abſtractivè per plures conceptus inadæqvatos, à creaturis deſumtos, enunciantur. vide Auguſtini verba, infra Tit. 4. §. 1. NB.

Nota 4. *Attributa divina*, etiamſi Deo tribuuntur, *noſtro loqvendi modo*, per formam adjacentium, nullam tamen in Deo neqve mutationem, neqve accidentalem perfectionem ponunt.

Ratio eſt, qvia in Deo nihil datur prius aut poſterius, ſed omnia ſimpliciſſimè unum ſunt. Qvamobrem attributa vocantur conceptus eſſentiæ divinæ inadæqvati, ex parte rei ipſam eſſentiam involventes, eandemq; intrinſecè denominantes.

Nota 5. *Conceptus humanus de DEO* divinam perfectionem ſimpliciſſimam minimè tollit; etſi ob impoſſibilem objecti infiniti apprehenſionem ſimultaneam, qvædam velut priora, qvædam verò velut poſteriora, ex primo conceptu emanantia concipere cogitur.

Nota 6. Qvemadmodum alias eſſentia 1. concipitur, 2. diſtingvitur ab aliis, 3. certa attributa habere dicitur: ſic hoc loco Deus 1. concipitur, ut Ens ſpirituale, ſive ſpiritus independens & infinitus, 2. diſtingvitur ab omnibus creaturis, 3. per certa attributa innoteſcit.

Nota 7. Attributio aliqvando reſpectum habet ad analoga. De qvibus vid. B. Höpfneri Logic. part. 1. p. 117. NB. infr. Tit. 3. §. 2. ſeu proportionalia & ſimilia πρὸς ἕν, qvæ non idem qvaſi jus habent, ſed ſingula pro portione, ſeu, pro ratâ parte, ſecundum attributionem, vel relationem, vel dependentiam dicuntur. Et attributio eſt habitudo unius vel plurium, ad aliud principale ordine qvodam reliqvis gradibus communicata. NB. vid. art. 6. §. 2.

§. 2. Fundamentum attributionis eſt divina revelatio.

Canon:

Digitized by Google

Canon: Qvicqvid ipſe Deus in Verbo infallibili verè & diſtinctè ſibi attribuit, illud ab homine, citra dubium verè & diſtinctè Deo attribuitur, & de ipſo enunciatur. Quâ de re pleniùs agit Manuale Theol. German. artic. 10.

Porisma. Ergò attributorum veritati non obſtat divina ſimplicitas. vid. inf. Titulo 2. & Tit. 3. §. 2.

§. 3. Attributa divina, qvæ hoc loco conſiderantur, eſſentialia ſunt & intrinſeca; qvæ tùm negativa, tùm poſitiva; nec non vel immanentia, vel emanantia vocari ſolent; ideoqve cum attributis Metaphoricis neqvaqvam confundenda ſunt.

Nota 1. *Attributa eſſentialia* divinam eſſentiam reſpiciunt, & ab attributis perſonalibus diſtincta ſunt, de qvibus infrà agitur artic. XI. 12, 13, 14, 15.

Nota 2. *Attributa eſſentialia intrinſeca* accuratè diſtingvenda ſunt ab attributis *extrinſecis*, qvæ DEUM ab effectu denominant. v. g. qvod ſit Creator, Conſervator, Salvator &c. de qvibus infrà agitur artic. 16.

Nota 3. *Attributa negativa* vocantur, qvæ creaturis ſimpliciter ſunt incommunicabilia, v.g. ſimplicitas, infinitas, æternitas &c. qvæ omnem de Deo compoſitionem, finem & finitam durationem removent. De qvibus Arriaga Tomo 1. Tract. de Deo, Diſp. 2. Sect. 9. p. 49. monet: etiamſi multa prædicata Dei explicentur per terminos negativos, re tamen verâ aliqvod poſitivum ſignificare, & qvidem ex modo concipiendi immenſitas & æternitas poſitivum denotant; æternitas ſemper duràſſe, & ſemper duraturum; immenſitas ubiqve exiſtere; alia verò, ut infinitum, unum, ſimplex, &c. licet explicentur per negationem, tamen ea omnia in Deo aliqvid ſunt poſitivum, in qvo qvaſi radicatur ea negatio.

Nota 4. *Attributa poſitiva* dicuntur perfectiones, qvæ etiam in creaturis deprehenduntur. v. g. vita, intellectus, & voluntas. Unde de Deo ſcire, velle, & poſſe; ſive eſſe, velle & operari rectè dicuntur, & qvidem eminentiſſimè. vid. ſupra §. 1. nota 7. & infra §. 4. & artic. 6. §. 2. NB.

Nota 5. *Attributa immanentia* appellantur, qvæ in ipſo Deitatis ſinu manent, ita, ut per ea Deus nihil operetur ad extra, ut æternitas, immenſitas. vid. infra §. 4.

Nota 6. *Attributa emanantia* vocantur, qvæ per externas actiones ſe exerunt, ut omnipotentia &c.

§. 4. Attributa Metaphorica dicuntur, qvæ DEO non tribuuntur propriè, ſed ſolùm figuratè, *ob aliqvam cum creaturis in agendo ſimilitudinem. NB. ſup. §. 1. nota 7. Qvorſum facit*

1. *συγκατάβασις*, ſive *condeſcenſio* & demiſſio, qvâ ſuperior & ſublimior, fortior atqve robuſtior ſeſe accommodat atqve attemperat ad mores, ſenſum & captum inferiorum atqve infirmiorum. Qvemadmodum pater infantibus filiis ſuis ſe accommodans, incurvando ſe manum porrigit, puerum manu ducit, ſulcit, & lento gradu cum ipſo incedit. Qvod inprimis videre licet in myſteriorum manifeſtatione. vid. artic. 2. §. 2.

Nam *συγκαταβαίνειν* eſt condeſcendere, demittere ſeſe, ad alterius captum ſe accommodare. Sic ſcriptura de Deo prædicat *aſcenſum*, finitâ revelatione Gen. 18. & *deſcenſum* c. XI. dum præſentiam ſuam manifeſtat hominibus.

2. *ἀνθρωποπάθεια*, qvæ non ſolùm membra & partes, verùm etiam affectus, actiones atqve affectiones humanas Deo tribuit: adeoq; eſt Metaphora, qva *πάθος*, affectio, affectus & paſſio atqve actio humana, qvæ creaturæ propriè competit, ad creatorem transfertur, per qvandam ſimilitudinem, cum excluſione omnis imperfectionis.

Canon : Qvæcunqve de Deo dicuntur *ἀνθρωποπαθῶς*, illa intelligenda ſunt *θεοπρεπῶς*. Sic *oculi* omniſcientiam; *manus* potentiam; *cor* miſericordiam; *auris* audiendi promtitudinem; *ſurrectio* auxilium &c. notare ſolent. Habet enim Deus eminenter perfectiones omnium, ſive, qvicqvid eſt perfectionis in creaturis, ſecluſis imperfectionibus. Qvâ de re videri poteſt Auguſtinus in libro de eſſentia divinitatis, nec non Glaſſius in Rhetoricâ S. & *Manuale* Germ. artic. X.

Obſerv. 1. *Anthropopathia divina deducit nos ad ſcopum hujus comparationis*, qvi eſt *λόγου* Incarnatio, ut attendamus, fuiſſe hanc attributionem in Veteri Teſtamento qvaſi præludium divinæ manifeſtatio-

Digitized by Google

ſtationis in carne, ubi Deus incarnatus, λόγος ſive Verbum, qvod caro factum eſt, habet veriſſimè manus, pedes. Luc. 24 oculos & proprium ſangvinem perſonaliter, Act. 20. non obſtante, qvod DEUS ἄσαρκος ſit ſpiritus, carnem & oſſa non habens.

Obſerv. 2. *Univerſa Anthropopathia attribuit Deo hominis 1. partes, 2. affectus, 3. actiones, 4. affectiones.*

Nam Anthropopathia Deo tribuit hominis

1. *Partes & membra*, animam, corpus, caput, faciem, brachium, digitum, dextram, cor, pedes, oculos &c. Confer de providentiâ Pſ. 33.

2. *affectus*, ut ſunt triſtitia, dolor, &c. pœnitentia vid. inf. Tit. 19. ſeq. ad 31. Inprimis verò Tit. 7. §. 3. de immutabilitate.

3. *actiones animæ* 1. *intelligentis* (a) *internas*, ut ſunt cognitio experimentalis, Gen. 18, 21.

(b) *externas*, peractas *ore*, ut ſermo.
manibus, ut labor.
pedibq, ut calcare, ambulare.

2. *ſentientis*. 1. *ſenſuum* qvinq; *externorum*.
2. *locomotiva*, ambulatio, deſcenſus.
3. *procreatricis*, generatio ſpiritualis Joh. 1, 13. credentium, & productio creaturarum (ſic dicitur Deus pater pluviæ. Job. 38, 28.)

4. *affectiones*, attributa & prædicata *privativa* negativè (non poſſe Gen. 19, 22. ſcilicet, non abſolutè, ſed hypotheticè, ob promiſſionem de liberatione) poſitivè & *poſitiva*, ut expergefactio ex ſomno. Pſ. 44, 24. & 78. 65. Jer. 31, 28.

Internas reſpectu ſtatus humani diſtincti, ut agricola, architectus.
& *Externas inſeparabiles*, qvales ſunt *locus* (ſic Deus dicitur in cœlo habitare.)
& *tempus*, dies, anni, Pſ. 102.
& *ſeparabiles*, e. g. arma, arcus.

Qvorſum & vicina attributa ſpectant, qvæ ab aliis creaturis ad Deum referuntur, ut qvando dicitur Lux, 1. Joh. 1, 5. Leo, Aqvila, & Pater luminum, Jac. 1, 17. & Latibulum, Pſal. 91. 1. סתר ein Schirm.

 vid.

vid. Pſal. 27, 5. contra ventum & aqvam, Eſa. 32, 2. Pſal. 31, 21. LXX. ὁ κατοικῶν ἐν βοηθείᾳ τοῦ ὑψίστου. עליון Höchſten.

§. 5. Methodus inveſtigandi & explicandi attributa divina, per viam negationis, eminentiæ & cauſalitatis, *multas difficultates hujus articuli excludere poteſt. Quâ de re dictum eſt articulo 6. §. 2. obſerv. 8. Confer ſup. §. 1. not. 7. Sic v. g. DEUS vocatur* bonus

1. *Negativè,* per excluſionem omnis imperfectionis, & bonitatis accidentalis, atq; mutabilitatis.

2. *Eminentisſimè,* qvia ſolus eſſentialiter & immutabiliter, adeoq; ſummè bonus eſt. Matt. 19.

3. *Cauſaliter*, qvia omnis creatæ bonitatis cauſa, fons, atqve origo eſt, Jacob. 1. Er thut uns alles guts / Sirac. 50.

§. 6. Diſtinctio attributorum divinorum varia eſt.

Dum I. alii *Terminorum Philoſophicorum* convenientiam attendentes, attributa conſtituunt 1. *Metaphyſica.* 2. *Phyſica.* 3. *Ethica*, qvæ Deo 1. ut infinito Enti. 2. ut ſpiritualiter viventi. 3. ut perfectè & beatè viventi competunt.

II. Alii verò ipſam attributorum naturam perpendentes, in *immanentia & emanantia* illa diſpeſcunt, nec non in abſoluta & reſpectiva.

1. *Abſoluta* vocant, qvæ eſſentiam divinam deſcribunt abſolutè & in ſeſe, citra reſpectum ad operationem, ut ſunt perfectio, unitas, veritas, bonitas, independentia in eſſendo, æternitas, immenſitas, incomprehenſibilitas, immutabilitas, &c.

2. *Relata* vocant, qvæ eſſentiam divinam deſcribunt reſpectivè, ratione ἐνεργείας & operationis: ubi attendunt principium indicans 1. agendi originem, qvod eſt vita; 2. modum, qvod eſt dirigens, imperans & exeqvens, ſive intellectus, voluntas & poteſtas.

III. Alii deniqve paulò *aliter procedunt.* Inprimis verò accuratiſſimus Theologus B. Höpfnerus in Tractatu MS. de attributis divinis ita loqvitur: Attributa divina eſſentialia ſunt vel *negativa*, vel *poſitiva*; Illa removent à DEO imperfectionem, ita, ut ſimul connotent per-

perfectionem imperfectioni oppoſitam. Hæc affirmant aliqvid de Deo. Utraq; ſunt vel ἀνενέργητα, vel ἐνεργητικά.

(I.) ἀνενέργητα ſunt, qvæ in ipſo Deitatis ſinu manent, ita, ut per ea Deus nihil operetur ad extra.

Et ſunt 1. *Poſitiva* (1.) Unitas. (2.) Simplicitas. (3.) Veritas. (4.) Bonitas.

2. *Negativa* (5.) Infinitas. (6.) Independentia. (7.) Immutabilitas. (8.) Æternitas. (9.) Immenſitas. (10.) Incomprehenſibilitas, &, qvæ huc refertur, inviſibilitas.

(II.) ἐνεργητικά ſunt ipſa DEI Eſſentia, prout actuoſa eſt.

Et ſunt 1. ipſa Vita DEI. (11.) 2. Modi ſeu proprietates, qvæ ſunt

Vel eædem, cum modis eſſentiæ, & ab illis non niſi appellationibus diſtingvuntur, ut ſunt (12.) Spiritualitas. (13.) Impatibilitas. (14.) Immortalitas.

Vel ſunt aliæ, qvæ ex ipſa Vita Dei deducuntur, & pertinent

1. *ad Intellectum* Dei, ut (15.) Scientia, & (16.) Sapientia.

2. *ad Voluntatem*, Conſilia & decreta (17.) ubi occurrit (18.) Sanctitas, ſpectata in affectibus (19.) Deo attributis

Vel propriè, qvi ſimpliciter perfectionem includunt, ut (20.) Amor [qvorſum pertinet (21.) Benignitas. (22.) Miſericordia, & (23.) Gratia] & (24.) Odium.

Vel impropriè & per ἀνθρωποπάθειαν propter effectus Dei effectibus creaturarum ſic affectarum ſimiles. Ut (25.) Deſiderium. (26.) Abominatio. (27.) Gaudium. (28.) Dolor & Pœnitentia. (29.) Spes. (30.) Ira. (31.) Zelus &c.

In Affectibus illis elucent Virtutes

(a) Juſtitia (32.) tùm in dictis, ubi (33.) Veracitas & (34.) Fidelitas; tùm in factis, ubi juſtitia cumprimis communicativa, diſpoſitiva & compenſativa (35.) conſpicitur.

(b) Patientia ſeu Longanimitas (36.)

(c) Manſvetudo & Clementia. (37.)

3. *ad Potentiam agendi*, ut Omnipotentia (38.) & tandem ab aliis huc relata (39.) Omnipræſentia.

Ex qvibus Attributis conjunctim ſpectatis oriuntur 1. ſufficien-

Digitized by Google

tia (40.) 2. Beatitudo. (41.) 3. Gloria.(42.) Ejusq; modi, Incomparabilitas (43.) Admirabilitas (44) & Adorabilitas. (45.)

De qvibus ſingulis agunt Tituli ſeqventes, qvi non ſolùm juxta ſeriem B. Höpfneri, ejuſdem monita accuratiſſima, nec non B. W. Lyſeri potiores obſervationes Wendelino oppoſitas, verùm etiam nobiliores ſcholaſticorum diſtinctiones repetunt, qvarum uſus in universâ Theologiâ eſt ampliſſimus. Qvem plenius oſtendit B. Gerhardi Exegeſis, Syſtema Theolog. D. Calovii, & Manuale Theolog. Germ. artic. 10. NB.

Titulus I.
De DEI Unitate.

Devt. 6, 4. DEUS Jehova unus eſt: אחד unus, & unicus & primus, ſemper idem. Confer Job. 23,13 manet hoc ſemel dictum, Job. 33, 14. ein mahl vor alles/ Pſal. 62, 12. vid. Epheſ. 4, 6. Marc. 12, 29 & Zach. 14, 10. Der HERR iſt nur einer/ und ſein Nahme nur einer. Et præter hunc unum Deum alius datur nullus, Devt. 4, 35. Eſa. 44, 6. c. 43, 10. 1. Cor. 8, 6.

§. 1.

QVemadmodum unum eſt indiviſibile, qvod & multitudinem, & compoſitionem, ob ſuam ſimplicitatem excludit: Ita & ipſe DEUS eſſentialiter, tum abſolutè, tum excluſivè unus eſt.

Nota. Deus eſt unus 1. *abſolutè*, cum negatione diviſibilitatis & compoſitionis, adeoqve ſimpliciſſimus. 2. *excluſivè*, cum negatione ejuſdem naturæ Deorum.

§. 2. Unitas DEI eſt, qva ipſe non ſolùm eſſentiâ indiviſus, ſed & indiviſibilis, & per multiplicationem eſt prorſus incommunicabilis.

Canon: Unitas DEI eſt eminentiſſima & planè ſingularis atqve incomparabilis.

Nam

Digitized by Google

Nam & ſol qvidem unus eſt, non tamen ita,ut per abſolutam Dei potentiam non poſſint eſſe plures. Conf.ſeq. Tit.2.§.1. NB.

Obſerv. 1. Eſſentia divina eſt ſimpliciter una & prima.

2. Deus unus eſt non unitate compoſitionis, ſpeciei, generis, accidentium,ſed unitate ſingulari, abſolutiſſima & ſimpliciſſima Eſſentiæ in tribus perſonis ſubſiſtente, & unicus, ita, ut plures Dii eſſe non poſſint.

3. Unitati Eſſentiæ divinæ non obſtat perſonarum Trinitas. Conf. inf.Art.XI. de Dei Eſſentia & perſonis.

§. 3. *Pleniorem hujus Tituli explicationem atqve uſum, cum Catalogo autorum, exhibet Manuale Theolog. German. articul. 10. Tit. 1.*

TITULUS II.
De DEI Simplicitate.

Exod. 3, 14. Ero, qvi ero. NB. vid. ſupr. artic. 9.

§. 1.

QVia DEUS ita unus eſt, ut prorſus ſit indiviſibilis, ideò etiam ſimplicisſimus eſt, & nullo modo compoſitus, ſive omnis compoſitionis realis expers. *Confer B. W. Lyſeri theſin Wendelino oppoſitam, ubi ait: Qvæſtio eſt,non de noſtro concipiendi modo, nec de objectis,vel effectis extra Deum ,ſed* de ipſius eſſentiæ purisſimâ unitate, *qvæ expers eſt,non qvidem perſonalis diſtinctionis & unionis ,per qvæ nihil reale eſſentiæ confertur, ſed realis compoſitionis, diviſionis, admixtionis, multiplicationis, accidentis. Unde etiam eſt indiviſibilis, immutabilis, impasſibilis, & inviſibilis. Confer de* Incomprehenſibilitate *infrà Titul. 10. NB.*

Nota 1. *Simplex* dicitur, qvod eſt ſine plicis, ſive non habens plicas, qvod non eſt multiplex, ſive compoſitum.Nam ſimplicitas eſt negatio compoſitionis, qvæ eſt 1. *Phyſica* ex materia & forma,vel ex ſubjecto

jecto & accidente. 2. *Metaphyſica* ex eſſentia & exiſtentia, vel ex ſuppoſito & naturâ. 3. *Logica*, ex genere & differentiâ. Confer Johan. Bapt. Gonet T.1. Diſp. 4. p. 83.

Nota 2. *Simplicitas* tribuitur 1. corpori. 2. indiviſibili. 3. moribus, ob negationem calliditatis atqve verſutiæ. 4. Deo, ob negationem compoſitionis & perfectionis eminentiam.

Nota 3. *Simplicitas DEI formaliter eſt omnis compoſitionis excluſio*, qvæ intellectui humano Deum, ut actum purum, immaterialem & incorporeum ſiſtit: Conſeqventer verò omnem dupliçitatem moralem & dolum atqve deceptionem excludit, ſimulqve ad candorem, ſanctitatem & veracitatem Dei conſiderandam nos deducit. Habet enim ἁπλότητα die Lauterkeit / 2. Cor. 1, 12. nec eſt δίψυχος, Jacob. 1, 8. & ἀκατάστατος. Unde Boëtius ait: ſimplex eſſe, ſimplex poſſe: ſimplex velle, ſimplex noſſe: cuncta ſunt ſimplicia.

Canon. *Qvicqvid DEUS eſt, illud per ſuam eſſentiam eſt, & qvidem ſingulariſſimè unam, adeoqve eſt ſummus gradus unitatis ſingularis abſolutæ, & entitativæ ſimplicitatis.*

Poriſma 1. *Ergo nulla in Deum cadit compoſitio*, neqve ex ente & eſſentia, (eſt enim in luce habitans, ut ſit ipſa lux, & vitam habens, ut ſit ipſa vita) neqve ex materia & forma, neqve ex eſſentiâ & accidentibus, vel qvocunqve alio compoſitionis modo vocari poteſt compoſitus.

Poriſma 2. *Ergo ſimplicitas DEI non tollit attributa divina.* Contra Maſſonium, uti conſtat ex iis, qvæ ſuprà de attributis divinis in genere dicta ſunt.

Poriſma 3. *Ergo ſimplicitas DEI non tollit Anthropopathian.* Uti conſtat ex præced.

Poriſma 4. *Ergo ſimplicitas DEI non evertit myſterium SS. Trinitatis.* vid. Artic. XI.

Poriſma 5. *Ergo ſimplicitas DEI non tollit totalitatem.* vid. Coloſ. 2, 9. (in Chriſto inhabitat πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος) qvia omnis plenitudo eſt tota & univerſa Deitatis ſimpliciſſimæ perfectio.

Poriſma 6. *Ergo ſimplicitati divinæ non obſtat Incarnatio.* Qvia Deus ſimpliciſſimus manifeſtatus eſt in carne. 1. Tim. 3.

Poriſma 7. *Ergò in ſimplicisſimâ DEI eſſentiâ non fingenda eſt pugna divinæ Juſtitiæ & Miſericordiæ.* vid. Manuale, art. 10. Tit. 2. NB.

De

Digitized by Google

De qva Bernhardus loqvitur populariter, non verò accuratè & ad normam examinis rigoroſi. Unde & Sixtus Senenſis monet, qvod verba concionatorum non ſint rigoroſè examinanda.

§. 2. Qvo remotior eſt intellectus noſter à ſimplicitate abſolutiſſimâ, eò minus myſterium eſſentiæ divinæ ſimpliciſſimæ penetrare poteſt.

Canon. Simpliciſſima fides eſt optima fides. Scilicet non carbonaria, ſed qvæ in veritate revelatâ unicè acqvieſcit. vid. art. 93.

§. 3. *Plura, qvæ huc faciunt, offert Manuale Titulo 2.*

TITULUS III.
De DEI Veritate.

Johan. 17, 3. Deus eſt ſolus Verus Deus, ὁ μόνος ἀληθινός, der allein wahre GOTT / der warhafftige GOtt / 1. Joh. 5, 20. vid. Jer. 10, 10. 1. Theſſ. 1, 9.

§. 1.

VEritas DEI in eſſendo eſt attributum DEI, qvod cum ipſo reciprocatur, à qvo cum appoſito vocatur DEUS verus eſſentiâ & naturâ verus.

Ratio eſt, qvia hæc Dei tranſcendentalis veritas denotat ipſam Dei eſſentiam, cum connotatâ cognitione, ut Dei veri eſſentia apta ſit terminare veram veri Dei cognitionem. Confer de veritate Theol. Exegeticam NB. lib. 2. c. 6. Tit. 2. & hoc objectum verè habet id, qvod ſignificatur per hanc vocem, qvando nominatur verus Deus.

Poriſma. Qvicqvid ergo non eſt aptum veram Dei cognitionem terminare, illud non eſt verus Deus, ſed nuncupativus: ſive falsò ita dictus, ut idolum, 1. Cor. 8, 4. 1. Theſſ. 2, 9. ſive Metaphoricè ſic dictus, ut Magiſtratus, Pſal. 82, 6. Joh. 10. 35. & Angeli, Pſ. 95, 7. Hebr. 1, 6. Conf. ſup. de voce Elohim articul. 9. & de attributione analogica ſupra initium hujus articuli.

§. 2. Vera DEI eſſentia, qvæ veram DEI cognitionem terminare poteſt, ex revelatione petenda eſt. *vid. ſup. articul. 8.* Qvæ docet, qvod Pater, Filius, & Spiritus S. ſit ille unus & ſolus verus Deus, *Johan. 17, 3. Qvem Salvator nominat* τὸν μόνον ἀληθινὸν θεὸν, *qvi habet talem divinitatem, qvæ ſola vera eſt divinitas. Et ille ipſe verus Deus eſt Pater, & Filius à Patre miſſus, & Spiritus S. mittens, Eſa. 48, 16. vid. Jacob. Martin. contr. Photin. p. 17.*

Canon: JESUS CHRISTUS eſt ille ipſe verus Deus, 1. Joh. 5, 20. & æternus, Hebr. 13. verſ. 8. cum Patre & Spiritu Sancto. vid. infr. articul. 13. 14. 15.

Poriſma. Ergò vox *verus* hoc loco non comparatè ad Patrem, ſed abſolutè accipitur, pro DEO ſummo & ſummè abſolutiſſimo.

Nec obſtat 1. *Eſſentia communicata*; qvia communicatio hypoſtaſeos non eſt eſſentiæ mutatio: nec communicatum ideo eſt dependens. vid. art. 14. NB.

Nec obſtat 2. *Patrem eſſe majorem Chriſto*; qvia hoc ſolùm dicitur reſpectu Humanitatis. Nam Filius æternus omninò eſt ἴσος, æqvalis Deo, Joh. 5, 18. Phil. 2, 6. faciens ταῦτα ὁμοίως, illa ipſa, eâdem ratione cum Patre, Johan. 5, 19. ut omnes honorent Filium, ſicut Patrem, καθὼς v. 13.

Nec obſtat 3. *Veritatis gradus diſtinctus*; veritas enim, qvando notat excellentiam & perfectionem, Chriſto purè convenit, qvi verus Deus dicitur, qvia abſolutè eſt talis. (qvemadmodum veri adoratores Samaritanis oppoſiti, Johan. 4, 27.)

Nam denominatio in extrinſecè analogatis in unâ denominatione tantùm eſt propria, in reliqvis autem non; licet illa dicantur talia, in reſpectu ad primum illud. Unde omninò *unum illud, qvod propriè dicitur tale, eſt abſolutè & ſolùm tale.* Sic Chriſtus eſt ſolus verus Deus, reliqvis Diis ita dictis oppoſitus, 1. Cor. 8, 4. Confer Höpfneri Comm. in Pſal. 82. & ſup. initium artic. 10. §. 1.

Canon 1. *Qvalis eſt revelatio, talis eſt revelata veritas.* vid. Theol. Exeget. lib. 2. c. 6. Tit. 2. NB. Scilicet divina, certiſſima & infallibilis,

qvia

Digitized by Google

qvia Verbum Dei veritas eſt, Johan. 17. humana verò incerta, probabilis & fallibilis. Qvia omnis homo mendax, Pſal. 116, 12. כזב fallax ψεύστης voller Fehler / Pſal. 62, 10. es mangelt an warhafftigen wiſſen/ wollen und können/ Menſchen Macht iſt Ohnmacht. Ratio eſt, qvia carent perfectâ omnium rerum notitiâ, benevolentiæ conſtantiâ & efficiendi potentiâ. Deſtituuntur enim ſolidâ præſtandi facultate & efficiendi illud ipſum, qvod vel verbis, vel etiam externo habitu polliceri videntur. Sicut muſtum dicitur mendax Hoſe. 9, 2. Der Moſt ſoll dir fehlen/ ἐψεύσαντο כחש fallere, negare, Job. 31, 28. c. 18, 18. qvando eventus non reſpondet expectationi, dum non in tantâ copiâ replet dolia, ſicut adhuc in vite pendentes fructꝰ videbantur polliceri. Sic oleũ mendax eſt, die Arbeit am Oelbaum fehlet/ mẽtietur opus olivæ, ψεύσεται כחש Habac. 3, 17. qvod ſpẽ poſſeſſoris deludit. Qvemadmodũ eqvus שקר Pſ. 33, 17. fallax eſt ad ſalutem, qvia victoriam, qvam promittebat, non præſtat infallibiliter. Sicut & fons mendax eſt, אכזב ein Born/ der nicht mehr qvellen will. NB. qvi exareſcit, Jer. 15, 18. Summa: ſicut omnis homo peccator, qvà talis, inconſtans, fallibilis, imò & actu mendax eſt moraliter, qvotiescunqve non præſtat id, qvod promittit: ita ſolus Deus verax eſt conſtans, infallibilis & veraciſſimus, ab omni fraude, dolo & deceptione alieniſſimus. Qvod patet ex Titulo 33.

Canon 2. Ex verâ veri DEI cognitione infallibili, qvam perfectè ſola oſtendit revelatio omnis humani intellectꝰ cum intellectu divino oritur conformitas & conformatio.

Ratio eſt, qvia ſola revelatio omnem veritatem divinam in ſecundâ & tertiâ mentis operatione dirigit, imò & ipſos terminos verè apprehendere, & verum conceptum revelationi conformem formare, intellectui objicere, apprehendere & enunciare de ſubjecto docet. Poteſt enim & terminus, inprimis verò complexus, ſuo modo objectum verum vel falſum offerre intellectui, repræſentando ſcilicet illud ipſum, qvod enunciando offert integra enunciatio. Sic Petrus ſcribens eſt talis, qvi ſcribit, & Deus verus eſt is, qvi naturâ eſt unus, ſolus & verus Deus.

Nota 1. *Veritas* conſiſtit in conformitate & convenientiâ conceptus formalis cum re ipſâ: ſive in conformitate actus intellectus indicativi, cum re ipſâ, qvam intellectui indicat, adeoqve addit actui in-

 tel-

tellectus connotationem alicujus extrinſeci, videlicet objecti, ita ſe habentis, uti repræſentatur.

Nota 2. Veritas reſpicit I. *verum* ſive objecto conformem *apprehenſionem* termini veri, qvi aptus eſt terminare veram cognitionem illius rei ſive objecti, qvod per terminum ſignificatur. Sic dicitur Deus verus, ex §. 1. de qvo verè prædicatur, qvod ſit verus Deus. Qvâ de re agit Horologia inf. lib. 3. NB. Unde & veritas in repræſentando, cognoſcendo & enunciando appellari ſolet, qvia non ſolùm conformitas datur inter intellectum & rem ipſam, verùm etiam orationis, qvando illa rei ſignificatæ conformis eſt.

II. *Verum compoſitionem & diviſionem* terminorum. Nam verum & falſum propriè in ſolâ ſecunda & tertiâ mentis operatione reperitur. Unde veritas enunciationis affirmativæ eſt, qvando totum prædicatum tribuitur ſubjecto, & negativæ, qvando totum prædicatum removetur à ſubjecto, per particulam negativam.

III. *Verum concluſionem*, qvando de ſubjecto concluſionis verificatur vel removetur prædicatum, mediante termino medio. Sic Chriſtus eſt verus Deus, qvia competunt ei attributa ſolius veri Dei eſſentialia, & Chriſtus non eſt Deus nuncupativus vel falſus, qvia non eſt talis Deus imaginarius, qvalis eſt idolum, vel Metaphoricus, ſicut Angelus, vel Magiſtratus.

§. 3. Reliqva huc ſpectantia offert Manuale articul. 10. Titul. 3. & infrà Titul. 33. & 34. de DEI veracitate & fidelitate.

TITULUS IV.
De DEI Bonitate.

Matth. 19, 17. Nemo bonus eſt, niſi unus Deus. Marc. 10, 18. Qvi ſolus Moſi oſtendere poteſt omne Bonum כָּל־טוּב Exod. 33, 19. qvod h.l. vocatur δόξα ſive gloria, alle meine Güte.

§. I.

BOnitas DEI in eſſendo eſt ſumma ſummi Entis perfectio eſſentialis, qvia perfectio in ipſa formali ratione boni inclu-

includitur. *Vid. infrà Tit. 40. qvâ à ſe ipſo & per ſe ipſum bonus eſt. Confer B. Lyſeri theſin Wendelino oppoſitam, ubi ait: Qvæſtio eſt de eſſentiali, immutabili, independente, originali perfectione, unde & talis ejusdem appetibilitas eſt, & ex qva effectivè omnis alia bonitas illi, ut exemplari correſpondens oritur, nec diſſimile ex eâ oriri poteſt: & ad qvam, ut finem ſummum, omne, ipſum etiam aliunde eveniens malum reducitur (qvod non permitteret, niſi ad bonum finem reducere poſſet.)*

Nota 1. *Solus Deus eſt bonus eſſentialiter* & per eſſentiam: omnis verò creatura bona eſt ſolùm accidentaliter, Matt. 19. Qvâ de re agit articulus 18. §. 1. NB.

Nota 2. *Deus eſt bonum ſummum & primum*, ratione perfectiſſimæ eſſentiæ, & optimæ atqve ſanctiſſimæ voluntatis; imò ipſa bonitas, & beatitudo, atq; ſufficientia perfectiſſima. vid. infrà Tit. 41. 40.

Nota 3. *Deus eſt bonum maximè communicativum.*

Nota 4. *Deus eſt bonum fruibile*, cui propter ſemetipſum inhærere debet creatura intelligens, (qva Deus non fruitur, ſed utitur.) vid. Auguſtinum de doctrina Chriſt. lib. 1. c. 3. & ſeq. c. 4. ubi ait: *Frui* eſt amore alicui rei inhærere, propter ſeipſam. *Uti* autem, qvod in uſum venerit, ad id, qvod amas, obtinendum referre: ſi tamen amandum eſt. Nam uſus illicitus *abuſus* potius, vel *abuſio* nominanda eſt. Qvod illuſtrat exemplo peregrini, qvi beatè vivere, niſi in patriâ non poteſt, & marinis vehiculis utitur, ut ad patriam, qvâ fruendum erat, pervenire valeat. Et addit: Sic in hujus mortalitatis vitâ peregrinantes à Domino, ſi redire in patriam volumus, ubi beati eſſe poſſumus, *utendum eſt hoc mundo, non fruendum.* vid. 2. Cor. 5, 6. Et addit c. 5. Res igitur, qvibus fruendum eſt, Pater, & Filius, & Spiritus S. eſt, eademqve Trinitas. Una qvædam ſumma res, communisqve omnibus fruentibus eâ: Si tamen res, & non omnium rerum cauſa ſit: ſi tamen eſt cauſa. Non enim facilè nomen, qvod tantæ excellentiæ conveniat, poteſt inveniri, niſi qvod meliùs ita dicitur, Trinitas hæc unus Deus, ex qvo omnia, per qvem omnia, in qvo omnia. Tandemqve concludit: Diximusne aliqvid & ſonuimus aliqvid dignum Deo? Imò me nihil aliud, qvàm dicere voluiſſe ſentio. NB. vid. Tit. ſeq. 5. §. 3. & Tit. 41. §. 1.

Nota 5. Deus eſt bonum ſimpliciter *amabile* & ultimò delectabile. Pſal. 73. vid §. 2. Wenn ich nur dich habe / ſo frage ich nichts nach Himmel und Erden. vid. Tit. 40 de perfectione, beatitudine Titul. 41. & ſeqq.

Nota 6. Deus eſt bonum maximè *honorabile*. vid. infr. Tit. 42.

Nota 7. Deus eſt bonum *incomparabile*, admirabile & adorabile. vid. inf. Tit. 43. 44. & 45. NB.

§. 2. Bonitas DEI eſt, qva ipſe bonus, imò ſummum bonum eſt, *Pſal. 73, 25.* eſſentialiter, *Matth. 19, 17.* immutabiliter, *Jacob. 1, 17.* eminenter, originaliter & communicativè ſive Efficienter, *in Regno Potentiæ Pſal. 103, 1. Gratiæ & Gloriæ 1. Cor. 15, 28. cujus voluntas benefaciendi hominibus eſt infinita & inæſtimabilis, atqve univerſæ bonitatis moralis norma infallibilis. vid. Theol. Poſit. artic. 31. §. 7. n. 8. NB.*

Poriſma 1. Ergo qvicqvid à bonitate revelatâ deflectit, malum & Deo adverſum eſt. vid. l. d. & ſeq. Tit. 18. §. 3. de ſanctitate.

Ratio eſt, qvia boni ratio formalis conſiſtit in perfectione eſſentiali rei ineſſe debitæ. Ratio enim formalis eſt conceptus qvidditativus datus de re, per prædicata in primo dicendi modo per ſe, & ratio formalis eſt ille ipſe conceptus qvidditativus, ſive conceptus genericus & differentialis. Qvâ de re dictum eſt artic. 18. §. 1. NB. Ex qvibus patet, impoſſibile eſſe nominare Deum verum talem, qvi non ſit ſummè bonus & ſummè perfectus. Ita, ut excludatur eo ipſo omnis παραλλαγὴ & ipſa mutatio, & umbra mutationis, NB. ſive τροπῆς ἀποσκίασμα, Jacob. 1, 17. Deus enim eſt ſol, Pſal. 84, 12. Pater luminum, ſemper ſibi ſimilis, ab Eccliпſi & obſcuratione alieniſſimus.

Poriſma 2. Exulat ergò à Deo optimo & perfectiſſimo omnis dolus, fraus, ſimulatio, mendacium, imperfectio, peccatum, & peccati vel mandatum, vel complacentia. vid. ſup. Tit. 18. NB. & Tit. 17.

§. 3. *Plura huc ſpectantia offert Manuale Titulo 4.*

TIT.

Digitized by Google

TITULUS V.
De Infinitate DEI.

Pſalm. 145, 3. Magnitudinis Dei non eſt finis. (intell. magnitudo non molis, ſed perfectionis.) *τῆς μεγαλωσύνης αὐτοῦ οὐκ ἔστι πέρας*, qvia magnus eſt גדול. Der HERR iſt groß/ ſeine Gröſſe iſt unaußſprechlich/ Conf. Eſa. 40, 28. non eſt inveſtigatio חקר exactiſſima. Jer. 17, 9. Deut. 13, 14. Judic. 18, verſ. 2. unerforſchlich.

§. I.

DEUS eſt infinitus, fine, duratione & termino carens, omnem perfectionem poſſibilem eminenter & ſine ullâ imperfectione habens, & nullos fines eſſentiæ aut eſſentialium perfectionum admittens. *Confer B. Lyſeri theſin Wendelino oppoſitam, ubi ait: De Infinitate qværitur non vagâ aliqvâ, & incertâ, ceu ἀόριστον tale, ſed de infinitate omnis perfectionis poſſibilis, qvæ principii & finis terminum habere neqvit, ut ita non privativè (qvod finem vel nondum habet, vel habere poteſt,) ſed negativè ἄπειρον ſit.*

Nota 1. *Infinitum eſt id, qvod fine caret.* Sic duratio à parte poſt futura dicitur infinita, qvia non habet terminum: & duratio à parte ante infinita eſt, qvia non habuit principium.

Nota 2. *Infinitum* aliud eſt in *multitudine*, includens infinitas unitates. Sic Hoſe. 1, 10. dicitur: Die Zahl Iſrael/ wie der Sand am Meer/ den man weder meſſen noch zehlen kan. Aliud in *perfectione*, ut ſolus Deus. De qvo rectè dicimus:

Tantus es, Euclides qvantum comprendere neſcit.
Et talis, qvalem neſcit Ariſtoteles.

Nota 3. *Infinitum formaliter dicit negationem finis ſive termini.* Unde & infinitus eſt, qvi nullis concluditur finibus ſive terminis, & hoc qvidem loco præciſè, ratione eſſentiæ & perfectionis abſolutiſſimæ.

§. 2. Deus

§. 2. DEUS eſt verè infinitus, qvia fines Eſſentiæ,& terminos bonitatis, veritatis, ſcientiæ &c. non habet. *Probatur ex gradibus infinitatis 1. Eſſentiæ & perfectionis eſſentialis. vid Tit.40. 2. Æternitatis. 3. Immenſitatis. 4. Imcomprehenſibilitatis. 5. Potentiæ. De qvibus vid. Tit. ſeqq.*

Poriſma. Ergo creaturæ cum Deo infinito comparatæ ſunt, qvaſi nihilum. Eſa. 40, 13.17.

§. 3. Infinitas DEI per omnia attributa DEI poſitiva ſe diffundit, qvæ nullis omninò terminis includi poſſunt. *Qvod myſterium incomparabile intellectui humano eſt planè incomprehenſibile. vid. infrà Tit. 43. &* prorſus ineffabile. *Videatur Auguſtinus lib.1. de doctr. Chriſt. c.6. ubi ait: ſi dixi, non eſt hoc, qvod dicere volui. Hoc, unde ſcio, niſi, qvia Deus* ineffabilis *eſt. vid. præced. Tit. 4. §.1. Qvod autem à me dictum eſt, ſi ineffabile eſſet, ac per hoc ne ineffabilis qvidem dicendus eſt Deus, qvia & hoc, cum dicitur, aliqvid dicitur. Et fit, neſcio qvæ pugna verborum, qvoniam ſi illud eſt ineffabile, qvod dici non poteſt, non eſt ineffabile, qvod vel ineffabile dici poteſt. Qvæ pugna verborum ſilentio cavenda potius, qvàm voce pacanda eſt. Et tamen Deus, cum de eo nihil dignè dici poſſit (ſcilicet extra revelationem) admiſit humanæ vocis obſeqvium, & verbis noſtris in laude ſuâ gaudere nos voluit. Nam inde eſt, qvod & dicitur Deus. Conf. Tit. 41. §.1.*

Poriſma 1. Ergo intellectui finito *judicium* de rebus infinitis, omnem humanum captum excedentibus arrogare abſurdum eſt. Vid. artic. 29. & Method. Stud. Theolog. de uſu Philoſophiæ & 2. Corinth. 10. verſ. 9.

Poriſma 2. Ergo *proportionis* finiti ad infinitum nullitas fruſtra opponitur tum incarnationi, tum idiomatum divinorum communicationi: qvia contrarium docet revelatio Joh.1. & Coloſſ.2.

§. 4. *Plura, qvæ huc faciunt, offert Manuale Tit.1.*

Tit. VI.

Digitized by Google

Titulus VI.
De DEI Independentia.

Eſa. 44, 6. DEUS ſolus eſt primus & Noviſſimus. Ἐγὼ πρῶτος, καὶ ἐγὼ μετὰ ταῦτα. הראשון האחרון Ego ſum Solus Ille Ipſe A. & O. αὐταυτος, à me Ipſo, ante qvem & poſt qvem nullus eſt Deus. vid. Eſa. 43, 10. 11. der Erſte und Letzte.

§. 1.

DEUS infinitus eſt independens, à qvo omnia dependent, Ipſe verò à nemine: qvia principium cauſale excludit, & ſolus per eſſentiam ſuam exiſtit.

§. 2. Independentia DEI in eſſendo eſt, qva Ipſe à nullâ aliâ dependet causâ, ſed à ſe ipſo eſt. *Qvæ rectiſſimè cognoſcitur ex oppoſita dependentia, cujus naturam infrà explicat articulus 14. §. 2. NB.*

Nota: *Independentia* eſt abſentia principii cauſalis, qvæ Deo per remotionem cauſæ & prioris tribuitur unicè, cui & primitas & poſtremitas eſſentialis ſoli competit. Eſt enim *primus in eſſendo*, qvia cauſale principium eſſendi non habet, ſed ante omnes creaturas, liberrimâ voluntate productas, ipſe Solus extitit αὐταυτος & ἀναίτιος. Et ſimul *in eſſendo noviſſimus*, qvia eſſendi cauſam non habet, ſed, ſi omnia alia principia interirent, & ex nihilo facta in nihilum redigerentur, Ipſe tamen ſolus ſuperſtes ſuam eſſentiam poſſidet nulli corruptioni obnoxiam, eâdem perfectione gaudentem, qvam ante omnium creaturarum productionem ipſe ſolus habuit ab æterno.

Poriſma. Ergò eſſe ens ſummum independens & ſimul dependens, implicat contradictionem. Qvia à dependentiâ toto cœlo diſtant, Filium eſſe à Patre, & Spiritum S. eſſe à Patre & Filio: & unius eſſentiæ divinæ independentis perſonam ſecundam eſſe à primâ, & tertiam à primâ & ſecundâ. Nam hæc omnia non ad eſſentiæ diſparitatem, ſed ſolùm ad ordinem perſonalem pertinent. Qvâ de re agit articulus 12. & inprimis articulus 14. §. 2. NB. Dependentia verò perſonalis eſſentiæ independentis omninò eſt contradictoria.

Digitized by Google

§. 3. DEUS Independens eſt ultimus hominis finis, ejusqve ſummum bonum fruibile. *vid. ſup. Tit. 4. §. 1. ex Auguſtino, & Pſal. 73.*

Ratio, qvia ſolus Deus eſt bonum abſolutiſſimum & perfectiſſimum, á qvo omnis noſtra dependet perfectio. Solus enim Deus independens creatum illuminat intellectum dependentem, eumqve dirigendo perficit. Solus ille ſufficit voluntati dependenti, qvam ſanctitate replet. Solus ille dependenti potentiæ largitur poteſtatem, eamqve potentem reddit. Cujus perfectio independens omnem imperfectionem dependentem tollit, dum ejus ſcientia ignorantiam, ſanctitas malitiam, potentia impotentiam creaturæ aufert, ejusqve appetitum infinitâ perfectione ſatiat. Qvâ de re agit infr. Titulus 40. NB.

§. 4. *Plura, qvæ huc ſpectant, offert Manuale Titulo 6.*

TITULUS VII.
De DEI Immutabilitate.

Pſal. 102, 28. Tu ipſe ſemper Idem. Σὺ ὁ αὐτός.

§. 1.

DEUS eſt immutabilis. *Confer Pſal. 90, 2. Vide* Malach. 3, 6. Jch bin der HERR / der nicht leuget / ders nicht ändert / ders dabey bleiben läſt / *Luth. gloſſ.* οὐκ ἠλλοίωμαι. *Non muto ſententiam, qvia non mutor, nec ſoleo mutari, ſed ſto promiſſis: qvæ dico facio, qvia Verbum meum veritas eſt, Johan. 17, 17. Nulla hic datur* ἀλλοίωσις, *verus DEUS nec* ἄλλος, *nec* ἀλλότριος *eſt, nec* ἀλλοπρόσαλλος *mutabilis, nunc huic, nunc illi adhærens, uti Martem ſuum fingebant Gentiles.* Ego Dominus non ſum mutatus שניתי *qvemadmodum annus* שנה *ſemper iteratur, & in ſe ſua per veſtigia ſemper volvitur atqve revolvitur. Deut. 14, 22. Pſal. 65, 12. non ſine ipſorum hominum & humanarum actionum mutatione continuâ. Nam tempora mutantur, & nos mutamur*

in

in illis. DEUS verò idem ipſe, *qvia æternus eſt. NB. Titulo 8. §. 1.* Er bleibet wie Er iſt/ *Pſal. 102, 29.* qvia in ipſo nulla παραλλαγὴ, transmutatio. (*παραλλάττω, transmuto. παρὰ, ἀλλάττω muto*) keine Veränderung / noch der allergeringſte Schatten einiger Veränderung / *Jacob. 1, 17.* τροπῆς ἀποσκίασμα. (*τρέπω verto. ἀποσκιάζω, obumbro. σκιὰ umbra.*) *Ipſe enim eſt Pater Luminum.* τῶν Φώτων. *Qvamvis ergò ſol mundi oculus varios tropos & ordinarii curſus mutationes, Septentrionales, Meridionales, Orientales, & Occidentales admittat, & varias obumbrationes, dum modò apparet, modò diſparet; modò oritur, modò occidit; modò nubibus involvitur, modò evolvitur; modò Eclipſin patitur & Lunæ umbram incurrit, modò ex obumbratione ſereno vultu nos intuetur: Nihil tamen ejusmodi apparet in Lumine æterno immutabili & perfectiſſimo.*

§. 2. Immutabilitas DEI eſt univerſæ mutabilitatis excluſio, & abſoluta omnis mutationis impoſſibilitas. *Vel: eſt perpetua eſſentiæ divinæ & omnium ejusdem perfectionum identitas, negans omnem omninò motum, tam phyſicum, qvàm Ethicum, ſive naturalem & moralem. Huc facit theſis B. Lyſeri, Wendelino oppoſita: Qvæſtio eſt de ipſa DEI eſſentia in ſeſe, & ut principium ſciendi, volendi, & agendi eſt; non verò, prout in relatione ad extra, qvæ in DEO tantùm rationis, in objecto verò realis eſt, conſideratur.*

Nota 1. Immutabilitas formaliter dicit mutabilitatis negationem: unde immutabile eſt, qvod mutari non poteſt, neqve ullius poſſibilis mutationis capax eſt.

Nota 2. Immutabilitas eſt motus tam interni, qvàm externi negatio & impoſſibilitas.

Nota 3. *Immutabilitas DEO competit ſimpliciter.* Ratio, qvia ab eo remota eſt omnis mutabilitas 1. *ſecundum eſſe*, qvia à ſe ipſo eſt. 2. *ſecundum accidentia*, qvæ ſummo Enti non accidunt. 3. *ſecundum locum*, qvia immenſus eſt. 4. *ſecundum propoſitum* & voluntatem,

 qvia

Digitized by Google

qvia ſcire, velle & poſſe habet perfectiſſimum. vid. Hebr. 4, 13. Rom. XI. Num. 23, 19. Qvamobrem omninò Deus in ſuâ naturâ eſt immutabilis, & ſemper ſtabilis. Cujus immutabilitas ſimpliciter excludit omnem tàm intellectûs & ſcientiæ, qvàm voluntatis & potentiæ mutationem Phyſicam ſimul & Ethicam, ſive motum & tranſitum à bono ad malum.

§. 3. Immutabilitati divinæ non obſtat

I. *Anthropopathia*, de qva ſupra dictum eſt ſub initium articuli 10. Qvæ DEO attribuit

1. *Annos*, ad exprimendam durationem infinitam. Pſalm. 102. vid. inf. Tit. 8.

2. *Impulſum* Job. 2, 3. non phyſicum, activum, aut violentum; ſed metaphoricum, qvi exprimit actum hominis alieno impulſu agentis ſimilem. *Impulſus* enim h. l. accipitur pro ratione movente, qvæ à priori ſe habet per modum cauſæ impulſivæ, ſive, ut ratio movens, cujus intuitu aliqvid fit. Ita, ut, ſi ejus velle eſſet actus realiter productus, etiam vera adeſſet cauſa impulſiva, qvæ voluntatem agentis impellit & movet ad volitionis actum eliciendum. Dei verò voluntas non eſt actus elicitus. vid. infra Titulum 17.

3. *Dolorem, pœnitentiam, atqve Triſtitiam* Jerem. 18. de qvâ agit infr. Titulus 28. Imò & actionem contrariam, ut Saul antea gratus rejiciatur. vid. Tit. 17. §. 6.

Nec II. *Chriſtologia*, inprimis verò Dei in carne manifeſtatio, & Dei incarnati paſſio, reſurrectio &c. vid. artic. 40. ad 70.

Nec III. *Opera Potentiæ*, ut creatio, artic. 17. *aut gratiæ*, ut peccatoris juſtificatio, artic. 94. & peccatoris impœnitentis rejectio vid. Titulum 17. §. 6. NB. *aut gloriæ*, ut vitæ æternæ donatio. Artic. 142.

§ 4. *Plura, qvæ huc ſpectant, affert Manuale Theologicum Titulo 7.*

TITULUS VIII.

De DEI Æternitate.

Deus eſt æternus. vid. Rom. 16, 26. Pſal. 90, 2. Pſal. 102, 26. 28. der ewige GOTT/Gen. 21, 33. Jehovah Olam, Θεὸς αἰώνιος.

§. 1. Æter-

§. I.

ÆTernitas DEI eſt duratio extra terminum, interminabilis, ſine principio & fine, *cujus perpetuum* νῦν *à ſe ipſo perfectiſſimum, & ſine fluxu exiſtens, omnes temporum differentias ſimpliciter excludit, & ſolum creatorem omnis creaturæ menſuram conſtituit immenſurabilem.* Sive: Æternitas DEI eſt permanentia eſſentiæ divinæ interminabilis, omnem omninò ſucceſſionem excludens. *Confer Chryſoſtomum Homil. 33. in Hebr. c. 13. p. 1965. Illud* heri, *dicit omne tempus præteritum, &* hodie *præſens ſeculum,* τὸν ἐνεστῶτα αἰῶνα, in ſecula *autem futurum & infinitum.* τὰ μέλλοντα, τὸν ἄπειρον. *Confer Apoc. 1, 4.* ὁ ὢν, καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος. Der da iſt/der da war/der da kommt. *Qui ſolus immutabiliter ſuperat omnem menſuram temporis, & excludit omnes temporum differentias. vid. ſup. Tit. 7. §. 1. & de Nomine Jehovah. artic. 9.*

Nota 1. עולם *eſt duratio, cujus termini occultantur*, vel, qvia prorſus nulli ſunt, (ut in Deo,) vel, qvia ab humanâ ſcientiâ nimis remoti ſunt, ſive ſimpliciter, ſive ſecundum qvid. *Unde Olam* (cui affine eſt Latinum Olim) *vocatur æternitas*, ſive duratio diuturna 1. qvæ initium & finem habet, (ut pactum circumciſionis æternum. Geneſ. 17.) 2. qvæ initium habet, ſed non finem (noſtra beatitudo, ſive ſtatus noſter poſt mortem in vitâ æterna.) 3. qvæ nec initium nec finem habet, ut ſola Dei æternitas.

Nota 2. Ex qvibus patet, qvod Æternitas Dei ſit eſſentiæ divinæ interminabilis, continua, & independens duratio, qva expers eſt omnis principii & finis, & omnis interruptionis atqve ſucceſſionis, qvæ nihil præteritum aut futurum, nihil prius aut poſterius admittit, ſed perpetuum nunc ſive νῦν invariabile habet.

Nota 3. *Æternitas Dei includit negationem* 1. *terminorum*, initii & finis. 2. *ſucceſſionis* & mutationis. Habet enim æternus Deus ſimul omnem perfectionem à ſe ipſo, ſine variatione motus & operationis 3. *menſuræ*, qvia ſimul totum perfectum, uniforme, adeoqve menſuræ capax non eſt, qvæ vocari poſſet *Immenſurabilitas.*

Nota 4. *Non omnis duratio continua eſt æternitas.* Differt qvidem ævum Angelicum, & animæ rationalis à tempore diſcretæ operationis Angelicæ, & ſucceſſivo tempore corporis naturalis: Neqvaqvam tamen ævum eſt divina æternitas. Imò ſi daretur *cœlum ab æterno productum* (cum duratione ſine initio & fine) daretur tamen in ejus duratione ſucceſſio & varietas motus atqve operationis, adeoqve impoſſibile eſt, eſſe creaturam, & eſſe ſimul totam, perfectam, & uniformem, atq; immenſurabilem.

Poriſma 1. Fruſtranea ergò eſt diſputatio de productione creaturæ poſſibili ab æterno, ob æternam creandi potentiam. Qvia Creator omnes creaturas in tempore producendo manifeſtum fecit, ſe nihil ab æterno producere voluiſſe.

Poriſma 2. Ergo nulli creaturæ competit æternitas. Et qvicunqve æternus eſt, is ſolus unus verus Deus eſt Pſal. 90, 2. exiſtens in principio ſine principio, ante mundi principium Johan. cap. 1, 1. Non obſtante figmento æternitatis participatæ, ſecundum qvid. Cùm de æternitate abſolutiſſimâ, divina, & immenſurabili h. l. qvæſtio ſit.

§. 2. Summam horum omnium B. Lyſerus contra Wendelinum ita repetit: *Qvæſtio eſt, an exiſtentia DEI durans, qvæ ipſa ejus eſſentia eſt, per verba temporis, ob humanum concipiendi modum deſcripta, ſine principio & fine, ſicut ante mundum ſola fuit ſine tempore & ullâ creaturâ, ita per creationem, tempore incipiente, hoc (tempus) per ſingula ſua momenta ſucceſſivè illi invariatæ, & non ſucceſſivæ æternitati coëxiſtat. Ita, ut actiones immanentes ſucceſſione temporis itidem careant: emanantes verò ad extra, per relationem rationis, ex parte DEI, realem ex parte creaturæ; diverſificationem verò temporis non ab agentis principii, ſed à ſolius objecti ſucceſſione accipiant.*

§. 3. Qvia æternus conditor ad æternitatem nos condidit atqve dirigit, ideò beata æternitas & fruitio ſummi boni interminabilis eſt ultimus fidei & ſpei noſtræ finis. *vid. articulus 142.*

§. 4. *Plura, qvæ huc ſpectant, habet Manuale Theol. Tit. 8.*

TIT. IX.

Digitized by Google

TITULUS IX.
De DEI Immenſitate.

Jerem. 23,24. Deus Cœlum & Terram replet. 1. *Reg.* 8,27. Qvem Cœli Cœlorum capere non poſſunt. Der Himmel und aller Himmel Himmel mögen dich nicht verſorgen/ כלכל ſummatim, totaliter & univerſaliter complecti perfectè. Conf. 1. Reg. 20,27. οὐκ ἀρκέσουσί σοι.

§. I.

IMmenſitas DEI omnem menſuram infinitæ eſſentiæ excludit, qvæ inprimis ratione ubietatis & loci, & qvoad omnes locorum terminos eſt immenſurabilis. *Unde immenſitas DEI ab aliis vocatur ſimplex eſſentiæ divinæ interminabilitas, ab omni πȣ̃ creato. Confer B. Lyſeri theſin Wendelino oppoſitam, ubi ait: Qværitur de immenſitate non qvantâ & locali aliqva loci, ſive veri, ſive imaginarii, ſed illocali, ſine eſſentiæ ſimplicisſimæ diviſione, extenſione, multiplicatione, in omnimodâ ejusdem, in ipſo DEO perfectione, & externorum terminorum excluſione.*

Nota 1. *Immenſitas formaliter excludit menſuram* & menſurabilitatem terminorum. Qvemadmodum enim æternitas Dei excludit terminos durationis & temporis; ita immenſitas ſimpliciter excludit terminos loci & ubietatis.

Nota 2. *Immenſitas & omnipræſentia diſtincta ſunt.* Ratio eſt, qvia immenſitas formaliter negat menſurabilitatem & menſurationem: præſentia verò importat relationem ad creaturas, & exiſtentiam cum creaturis, adeoqve immenſitas & poteſtas præſtò eſſendi æterna ante omnem omnis creaturæ exiſtentiam Deo competit; actualis verò præſentia & præſens creaturarum gubernatio creaturæ exiſtentiam præſupponit.

§. 2. Conſeqvens *immenſitatis immediatum eſt* potentia illocaliter adeſſendi *omnibus omninò* ubi. *Conſeqvens verò*

verò remotum eſt omnipræſentia, *qvatenus adeſſentiam divinam ſubſtantialem ad creaturas involvit, de qva infrà Tit. 39.*

§. 3. *Plura, qvæ huc ſpectant, oſtendit Manuale Tit. 9.*

Titulus X.
De Dei Incomprehenſibilitate, & Inviſibilitate.

Rom. XI, 33. Incomprehenſibilia ſunt DEI judicia. Confer. Pſal. 145, 3. Magnitudinis ejus non eſt inveſtigatio חקר Seine Grösse iſt unausſprechlich. NB. ſup. Tit. 5. *1. Timoth. 6, 16.* Deus lucem inhabitat inacceſſam, qvem nemo videre poteſt: nec vidit unqvam Johan. 1, 18. Faciem meam non videbis, ſed poſteriora, אחרי *ὄψει τὰ ὀπίσω μου*, du wirſt mir hinden nach ſehen/ Exod. 33, 23.

§. 1.

INcomprehenſibilitas DEI eſt majeſtas infinitæ eſſentiæ & perfectionis divinæ, qvam intellectus finitus capere nequit, ob ſummam incomparabilitatem atqve admirabilitatem. *Unde Deum oculo mentis incognoſcibilem & incomprehenſibilem, Job. 36, 26. ſimul oculo corporis inviſibilem 1. Timoth. 6. & lingva humana ineffabilem eſſe animadvertit, qva vocatur ἀκαταληψία. Nam* חקר *inveſtigatio magnitudinis* גדלתו *Pſal. 145, 3. negata, excludit accuratam qvoad ſingulas cauſas & circumſtantias inveſtigationem & inqviſitionem, qvâ uti ſolent exploratores. Judic. 18, 2. Confer Job. 5, 27. de accuratâ inqviſitione providentiæ divinæ, & mirabilis liberationis atqve conſervationis piorum, per experientiam confirmatæ.* Siehe das haben wir erforſchet/und iſt alſo. Dem gehorche / und mercke du dirs. *Confer Pokoke Portam Moſis p. 230. ubi ad Exod. cap. 33, 18. dicit: Verum apprehenſionem viſionem faciei appellat. Cùm enim qvis viderit faci-*

faciem amici ſui, imprimetur ipſi in animo forma, qva cum alio non confundetur. Qvod ſi ipſum à tergo viderit, licet ipſum ope iſtius viſionis aliqvatenus dignoſcat, non tamen ſine omni dubio, &c. Obſtat E. in hâc vitâ velum ſeparans nos à DEO, Eſa. 59, 2. videlicet vitium tum intellectuale, tum morale. *Dum enim intellectus eſt adhuc in materiâ exiſtens, neqvit apprehendere Deum ſimplicisſimum.*

Nota: *Objectum incomprehenſibilitatis & viſionis ſunt tum ipſa eſſentia, tum inprimis judicia & via DEI.* Rom. XI, 33. vid. Manuale Germ. Tit. 10. NB. Scilicet in hâc vitâ, non obſtante cognitione DEI in regno potentiæ, gratiæ & gloriæ.

§. 2. Inviſibilitas DEI ex ſpiritualitate fluit, qvâ Deus inſenſilis prorſus in eſſentiâ, & in fulgore eminentiſſimo lucis eſſentialis incomprehenſibilis conſtitutus eſt. *Exod. 33, 20. 1. Tim. 6, 16. NB. infrà Titulo 12. §. 1.*

§. 3. Qvantus verò in vitâ æternâ cognitionis & apprehenſionis divinæ gradus reſtet oculo tam mentis, qvàm oculo corporis beato, oſtendit infrà articulus 142.

§. 4. *Reliqva huc ſpectantia pleniùs exponit Manuale Tit. 10.*

TITULUS XI.
De Vita DEI.

Deuteron. 32, 40. Ego vivo in æternum. Conf. Dan. 4, 31. Dabey ſolt ihr mercken / daß ein lebendiger GOTT unter euch iſt/ Joſua 3, 10. אל חי ὅτι Θεὸς ζῶν ἐν ὑμῖν. בקרבכם in medio veſtri.

§. 1.

Vita DEI ſubſtantialis eſſentialiter ſpectata eſt actus ab eſſentiâ fluens. *NB. infrà Tit. 12. §. 1.* qva DEUS vivit actu primo, & eſſentia DEI in ſe & per ſe actuoſa eſt, & ſe ſemper actuoſam demonſtrat creaturis. *Unde & vita*

DEI negativè exponitur per immortalitatem. vide infrà Titulo 14.

Nota 1. *Vita* accipitur 1. *in actu primo.* Sic eſt natura cujusqve rei, qvæ ſe ipſam qvomodocunq; movet. 2. *in actu ſecundo.* Sic eſt ipſa motio ſive operatio immanens, à naturâ vitali procedens.

Eſtqve 1. vegetativa plantarum. 2. ſenſitiva animalis. 3. intellectiva & ſpiritualis, in Angelis & hominibus. Cujus operationes ſunt 1. intelligere. 2. velle. 3. poſſe exeqvi, qvod voluntas elegit.

Nota 2. Vita DEI ſpiritualis οὐσιωδῶς h. l. conſideratur, non obſtante, qvod etiam ὑποστατικῶς Filius DEI dicatur Vita, Johan. 1. ob eſſentiæ identitatem.

Nota 3. Vitæ divinæ natura ſimul attenditur, & operatio ſpiritualis perfectiſſima, itaut 1. intellectus, 2. voluntas, 3. poteſtas DEO competat formaliter, qvia ſummam importat perfectionem, (qvod aliàs vocari ſolet principium agendi modum indicans, videlicet, dirigens, imperans, & exeqvens. Wiſſen/ wollen/ können.)

Nota 4. Vita DEI ἐνεργητικῶς ſive effectivè conſiderata oſtendit, qvod Deus ſit vivus, amans vitam. Er hat Luſt zum Leben. Pſal. 30. autor, fons & cauſa vitæ naturæ, gratiæ & gloriæ. Actor. 17. verſ. 25. Gal. 2, 19. Joh. 17, 2.

Nota 5. Filius DEI eſt vita Joh. 14. οὐσιωδῶς Matt. 26. Filius Dei vivi, & c. 16. 2. ὑποστατικῶς 1. Johan. 5. 3. ἱλαστικῶς, vitam acqvirens, 2. Tim. 1. ἐνεργητικῶς conferens vitam naturæ, gratiæ, & gloriæ. Er lebet/ und iſt das Leben 1. weſentlich/ 2. perſönlich/ 3. verdienſtlich/ 4. würcklich.

Poriſma. Ergo Chriſtus etiam ex communicatâ majeſtate habet carnem vivificam Johan. 6. & vivificandi qvos vult. Johan. 5, 21. adeoqve & ſe ipſum ſiſtendi redivivum Actor. 1, 3. poſtqvam à ſe ipſo vivificatus eſt ζωοποιηθεὶς, divinâ virtute. 1. Pet. 3, 18. vid. Theol. Poſ. artic. 66. §. 1.

§. 2. Vita DEI cognoſcitur certiſſimè, *qvia 1. Ipſe eſt autor vitæ ſeu ipſa vita, qvam habet in ſe ipſo ſemper intelligens, volens & operans, 2. qvia viventium omnium vita eſt, qvibus vitam*

Digitized by Google

vitam dat & conſervat, 3. qvia ipſe eſt ſemper vivens, qvi ſolus immortalitatem habet, & hoc nomine κατ' ἐξοχὴν *appellatur vivus, 4. qvia ab ipſo præter naturalem, etiam ſpiritualem noſtram vitam habemus & æternam.*

Poriſma 1. Ergo Deus vivus meritò dicitur fons aqvæ vivæ, Jerem. 2, 13. qvia vivificat omnia 1. Vitam omnibus largiendo. 2. Vitam conſervando. 3. Vitam gubernando, & 4. in Noviſſimo die homini vitam reſtituendo.

Poriſma 2. Ergò Chriſtianus non metuit mortem, qvia non videbit mortem in æternum. vid. Johan. 8. & infr. artic. 132. NB.

§. 3. Ex vitâ DEI patet ejus ſpiritualitas, impatibilitas & immortalitas: *nec non intellectus, voluntas, & agendi potentia, uti conſtat ex Titulis ſeqventibus.*

§. 4. *Plura, qvæ huc ſpectant, offert Manuale Theolog Titulo XI.*

TITULUS XII.
De DEI Spiritualitate.

Johan. 4, 24. DEUS eſt Spiritus. πνεῦμα ὁ Θεός. NB. infrà articul. 15.

§. 1.

SPiritualitas eſt attributum DEI eſſentiale, qvo Spiritus infinitus modo eminentiæ ſingulari eſt molis corporeæ, omnisq; compoſitionis expers.

Nota 1. De variâ Spiritus acceptione dictum eſt articulo 15.

2. Deus eſt Spiritus eſſentialiter.

Poriſma 1. *Ergo DEUS eſt incorporeus.* Qvia Spiritus carnem & oſſa non habet. Luc. 24, 24. Nec obſtat Anthropopathia. De qvâ ſuprà dictum eſt ſub initium articuli 10.

Poriſma 2. *Ergo DEUS eſt Spiritus eminentiſſimus*, ita, ut inter

 eum

eum & inter Spiritus reliqvos tanta ſit diſtantia, qvanta eſt inter finitum & infinitum, Creatorem & creaturam, Principium & principiatum. vide ſuprà artic. 6. §. 2. & artic. 10. ab init. §. 1. & ſuprà Titulo 3. §. 2. NB.

Poriſma 3. *Ergo ſpiritualitas DEI eſt fons & origo ſpirituum creatorum*, & ipſe eſt Pater ſpirituum (videlicet Angelorum immediatè Hebr. 1. & animarum modo ordinario in prima creatione inſtituto. Eccleſ. 12, 7.) qvi qvidem vivunt, non verò ſunt ipſa vita, qvod ſoli Deo competit; qvi ſimul vivus eſt actu primo, & omnia vivificans, actu ſecundo. Neqve enim vita Dei eſt actus ad eſſentiam accedens, ſed actus ab eſſentiâ fluens. ſup. Titulo XI. §. 1. qvemadmodum punctum cum ſuo fluxu continuo ſe in longitudinem promovet. Confer de animâ humanâ artic. 22.

Poriſma 4. *Ergo Deus non poteſt ſenſibus vel externis, vel internis percipi naturaliter.*

Ratio: Qvia eſt Spiritus inviſibilis, ſuprà Tit. 10. intactilis, & inimaginabilis. Conf. Bald. caſus lib. 2. caſ. 1.

Nec obſtat 1. *apparitio* in formâ viſibili. Dan. 7. (Viri ſenioris) qvia Dei apparitio non eſt eſſentiæ, ſed præſentiæ manifeſtatio, ſicut & Angeli in formâ viſibili apparuerunt. Luc. 1. carnem tamen & oſſa non habent.

Nec obſtat 2. *Filii Dei in carne manifeſtatio*, 1. Tim. 3. ubi Filium videns videt Patrem, Johan. 14, 9. Patris imaginem & characterem hypoſtaſeos, Heb. 1. qvia Pater eſt in Filio, & Filius eſt in Patre, Joh. 14, 9. Qvia Deus factus eſt viſibilis non in eſſentiâ, ſed in carne aſſumtâ, Filio Dei perſonaliter unitâ.

§ 2. *Plura huc ſpectantia offert Manuale Theolog. Tit. 12.*

TITULUS XIII.
De DEI Impatibilitate.

Malach. 3, 6. Deus non mutatur. Idem ipſe Pſal. 102, 29. vid. ſuprà Titulum 7. NB.

§. 1. Im-

Digitized by Google

§. 1.

IMpatibilitas conſeqvitur vitam DEI, ita, ut ſit omnis paſſionis expers.

Nota: Spiritus independens & abſolutè immutabilis etiam eſt abſolutè impatibilis. Nec actio finita infinitum afficere poteſt. Nam independens coactionem neſcit: & actus purus atqve ſimpliciſſimus omnem paſſionem ſimpliciter excludit.

§. 2. Impatibilitatem DEI nec attributi affectus, nec paſſio Filii DEI incarnati tollit.

Ratio eſt I. qvia Deus in ſeſe manet ἀπαθὴς & omnis paſſionis expers, etiamſi ob intellectus noſtri imperfectionem & tarditatem prædicata humana (qvod contriſtetur, commoveatur &c.) recipiat per ἀνθρωποπάθειαν. vid. infra Titul. 19. & ſuprà Artic. 10. ab initio. NB.

Ratio II. eſt, qvia divinitas etiam relatè conſiderata & qvidem relatione ad certam ὑπόστασιν reſtricta, qvatenus nec Dei eſſentialiter, nec Patris, nec Spiritus Sancti, ſed λόγου divina natura eſt in ſe, neqve mutari, neqve pati poteſt, ſed paſſionem ſibi appropriat in aſſumta carne, 1. Pet. 4, 1. Et hac ratione de ipſo Dei Filio NB. incarnato paſſio orthodoxè prædicatur κατ᾽ ἰδιοποιΐαν. vid. inf. art. 61. de paſſione & Artic. 46. NB.

§. 3. *Reliqva huc facientia offert Manuale Theolog. Tit. 13.*

Titulus XIV.
De Dei Immortalitate.

1. Tim. 6, 16. DEUS ſolus habet immortalitatem, qvi eſt ἄφθαρτος & incorruptibilis 1. Tim. 1, 17.

§. 1.

IMmortalitas DEI conſeqvitur vitam Dei, ſecundum qvam nullo planè modo mori poteſt.

Nota 1. Immortalitas Dei mortem negat formaliter, dum vitam ipſi eſſentialiter, immutabiliter & cauſaliter convenire præſupponit, ex præcedente Titulo XI.

Nota 2. Immortalitas Dei eſt moriendi impoſſibilitas, & perfectiſſima atqve perpetua vivendi neceſſitas eſſentialis. Angelis verò & animæ humanæ illa accidentaliter ex libera creantis voluntate competit.

Ratio eſt: qvia à DEO dependet in conſervari, ut illo volente in nihilum redigi poſſit & Angelus & anima rationalis. Conf. Franc. d' Abra de Raconis Metaph. p. 87. Idem urget Molina in Thomam, p.1. q. 9. art. 2. diſp. 2. p. 73. §. ult. ubi ait: Intellectualia non ſunt immortalia per naturam, ut Deus eſt, qvaſi ſuapte naturâ non habeant potentiam Logicam, ſive, non repugnantiam, ut non ſint per potentiam divinam: ſed immortalia ſunt per gratiam, hoc eſt, per liberum Dei influxum, qvo ea conſervat, ne in nihilum redigantur.

Nota 3. Deus ita eſt immortalis, ut etiam ſit ἄφθαρτος, & planè incorruptibilis, qvod penitus naturam Dei exprimit. 1. Tim. 1.

Nota 4. In Deum nulla prorſus cadit corruptio, vel mors, vel imperfectio, vel ulla ad iſthæc inclinatio.

Nota 5. Immortalitas Dei eſt abſolutiſſima, ſimpliciſſima, eſſentialis, independens, omne mutationis principium tàm intrinſecum, qvàm extrinſecum, ſive per ſe, ſive per accidens, ſimpliciter excludens.

§. 2. *Reliqva huc facientia offert Manuale Theol. Tit. 14.*

TITULUS XV.
De DEI Intellectu & Scientia.

Pſalm. 139, 4. Domine, tu cognoviſti omnia. NB. ידע ſupr. p. XI. Du weiſt alles / Tu noſti totum ipſum. Σὺ ἔγνως כלה. DEUS ſcit cogitationes hominum Pſalm. 94, 11. Nôſſe tempora & articulos temporum Pater in ſuâ ipſius conſtituit poteſtate. *ἔθετο ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐξουσίᾳ.* Confer Hebr. 4. verſ. 13. (omnia nuda ſunt oculis ejus.)

§. 1. In-

§. 1.

INtellectus & ſcientia divina eſt proprietas DEI viventis, ſecundum qvam omnia & ſingula entia realia & rationis, verè, diſtinctè, & evidenter, ſimul & ſemel, uno, æterno, ac ſimpliciſſimo actu cognoſcit. *Conf. B. Lyſeri Theſin Wendelino oppoſitam: Intellectus divinus non per ſpecies intelligibiles extra ſeſe, nec per diſcurſum, aut ſucceſſionem, ſed per ſeipſum, & ſine ullâ mutatione, in ſe ipſo cognoſcit ſe ipſum, & omnia poſſibilia, & ſcibilia neceſſariò: ipſa verò alia entia liberè; in ſe ipſo qvidem, ut ſpecie repræſentante, immediatè autem etiam in rebus ipſis, ut ſunt cognoſcibiles, non tantùm in communi, ſed prout à ſe invicem diſtingvuntur: bona qvidem, in qvantum eſſentia ejus continet ſimilitudinem: mala verò per oppoſitum bonum, cujus privatio ſunt.*

Nota 1. *Principium dirigens actionum eſt Dei intellectus cognoſcens per omniſcientiam, & judicans per omniſapientiam.*

Nota 2. *Omniſcientia* Dei eſt, qva ipſe uno, ſimplici & æterno intelligendi actu omnia ſcit, qvæcunqve fuerunt, ſunt, erunt, aut eſſe ulla ratione poſſunt. Pſal. 139,3.

Nota 3. *Omniſapientia* Dei eſt, qva ipſe omnia penetrat Pſal. 139,3. vid. infra Tit. 16. NB.

Nota 4. *Scientia* propriè eſt cognitio certa & evidens. vid. Gonet Tom. 1. diſp. 1. de Scientia p. 189.

§. 2. Cognitio DEI eſt 1. naturalis. 2. libera. 3. media. Naturalis *dicitur ſcientia viſionis omnium rerum poſſibilium, ante decretum.* Libera *eſt ſcientia determinatè omnium rerum, qvæ futuræ erant poſt liberum decretum.* Media *vocatur hypothetica, reſpectu medii, inter poſſibilitatem puram, & futuritionem abſolutam. Qvâ de re agit Theologia Exegetica Lib. 3. c. 2. Tit. 7. §. 3. ex Eſa. 38. 1. Sam. 23. & Actor. 27. vid.* Molina, Arriaga Tom. 1. in Thomam, Gonet. *& infr. §. 6.*

§. 3. Ob-

§. 3. Objectum cognitionis divinæ primarium eſt ipſe DEUS; ſecundarium verò omnia alia, qvæ ſunt extra DEUM.

Poriſma. Non E. excluduntur 1. *futura poſſibilia & contingentia*, ex §. 2.

2. *nec particularia & ſingularia, etiam abjectiſſima.* Nam & capilli capitis numerati ſunt, Matt. 10. ſalvo notitiæ practicæ gradu, qvi longè major eſt reſpectu animæ, ejusqve ſalutis æternæ, qvàm reſpectu pulicis, aut paſſerculi. Matt. 6. Confer Hieronymum in cap. 1. Habacuc.

3. *nec intimæ cogitationes & earum cauſæ.* Nam Deus ſcrutatur cor Jer. 17, 9. Ich kans ergründen. ירי Anatomicus accuratiſſimus. vide uſum Repertorii Medicinæ NB. & Pſal. 139, 1. Pſal. 7.

4. *nec mala.* vid. Devt. 32, 15. & infra artic. 26.

§. 4. Modus ſcientiæ divinæ eſt eminentisſimus, per ſuam eſſentiam, non verò per imagines extrinſecus acceptas.

Nota 1. Scientia Dei eſt æterna, & non ſucceſſiva ratione temporis. Act. 15, 2. ordinata tamen, ratione ordinis.

Nota 2. Scientia Dei eſt immenſa, qvæ nec creſcere, nec decreſcere poteſt.

Nota 3. Scientia Dei eſt immutabilis, certa & infallibilis, qvæ opinionem & errorem ſimpliciter excludit. Eſa. 40, 13.

§. 5. Scientia DEI diſtincta eſt. *Inprimis verò* vel viſionis (*ſic novit omnia*) vel ſimplicis intelligentiæ (*ſic novit omnia poſſibilia*) vel ſimplex (*theoretica*) vel conjuncta, *ſive cum voluntate* (*qvoad bona*) *ſive cum permisſione* (*qvoad mala. Geneſ. 50.*)

Canon 1. *Simplex Dei ſcientia non eſt cauſa rerum.*

Canon 2. *Scientia practica cum voluntate conjuncta cognoſcit tantùm poſſibilia actu futura : ſimplex* verò notitia etiam poſſibilia non futura actu reſpicit.

Ratio eſt, qvia ſcientia Dei, ut relativum attributum conſiderata, ad

Digitized by Google

ad res ſcitas ſe habet non ut earum cauſa, ſed per ſimplicem intelligentiam, ita, ut ſciat & cognoſcat eas, ut in ſeſe ſunt. Qvo reſpectu etiam res hypotheticas & contingentes, præteritas, præſentes & futuras, ut tales, ſciendi principio immutabiliter ſe habente cognoſcit. Confer ſuprà §. 1.

§. 6. Diſtincta DEI ſcientia vel univerſalis, vel particularis, vel benevola, vel judiciaria appellatur; imò & præſcientia, & memoria cum relatione ad certum librum.

Nota 1. Scientia Dei propter diverſos rerum ſtatus & effectus varias diſtinctiones admittit, & vocatur etiam *præſcientia*, vid. Matt. 11, 22. qvæ eſt actus divini intellectus, qvô omnia futura, tàm bona, qvàm mala infallibiliter cognoſcit ac intuetur. vid. inf. art. 23. de Providentia, & artic. 26.

Nota 2. *Notitia DEI* alia eſt univerſalis, alia ſingularis.

Nota 3. *Univerſalis* dicitur ſimplex ſcientia, qvam nihil effugit, ſive bonum ſit, ſive malum.

Nota 4. *Singularis* notitia cum ſcientia conjunctam habet providentiam, qva vel juvat res vel ordinat ac determinat.

Nota 5. *Singularis* Dei notitia eſt vel judiciaria vel paterna.

Nota 6. *Judiciaria* Dei notitia videt peccata ut puniat.

Nota 7. *Paterna* Dei notitia juvat, promovet, protegit, ac defendit ſuos. vid. Pſal. 1, 6. ita ut etiam capillos numeret. Matt. 10. & omnes piorum lachrymas Pſalm. 56. vias Pſal. 139. & tribulationes ſciat, Apocal. 2, 9.

Nota 8. *Paterna Dei notitia* reſpicit credentes in Chriſto, maximè verò perſeverantes & electos.

Nota 9. *Paterna Dei notitia complectitur* 1. paternam providentiam atqve curam. 2. æternam prædeſtinationem ad vitam. 3. amicam commiſerationem. 4. optatam precum exauditionem. Novit enim omnes actiones & paſſiones piorum. NB. Actor. 9. verſ. 16. Apocal. 2, 9.

Nota 10. *Reſpectu Scientiæ Deo tribuitur Liber* ἀνθρωποπαθῶς, qvemadmodum Reges ſuos habent annales & privilegiorum commentaria. Qvo ſenſu liber ille nihil aliud eſt, qvàm Dei ſcientia. vid. inf. art. 110. cui opponitur oblivio & non recordatio Pſal. 13, 1. vid.

Digitized by Google

de recordatione divina Pſal. 115, 12. Nehem. 13, 3. qvæ actualem benevolentiæ exhibitionem & beneficiorum collationem notat. *Inſcriptio* verò in hunc librum eſt cura rerum & perſonarum, perpetuaqve eorundem memoria. vid. inf. Art. 23.

Nota 11. *Præſcientia* tribuitur Deo in reſpectu ad Creaturarum durationem ἀνθρωποπαθῶς. Qvanvis Deo omnia futura ſint præſentiſſima. vid. Pſal. 139.

Nota 12. *Præſcientia divina eſt* 1. generalis ad omnia ſe extendens. 2. ſpecialis electos attinens, & ſic notat notitiam non ſimplicem, ſed ad ordinem Electionis reſtrictam, ideoq; ab Electione ipſa ut decretum, & pars ordinis decreto incluſi differt. vid. inf art. 110.

Nota 13. Præſcientia divina non fallitur.

Nota 14. *Prædictio* Dei non fallit, pœnitentia tamen hominum prædictas calamitates avertere poteſt, Jerem. 18. vid. inf. art. 77. de comminationibus divinis.

Nota 15. Prædictio divina non affert rebus neceſſitatem, qvia etiam res poſſibiles nunqvam futuras reſpicit. vid. 1. Sam. 23, 11.

Nota 16. Permiſſio malorum, qvæ Deus prævidit, eſt juſtiſſima. vid. art. 26. & inf. Tit. 17.

§. 7. Ad excludendas difficultates, *qvas de ſcientiâ divinâ recentiores movent Scholaſtici, notandus eſt*

I. *Conſenſus*, qvod ſcientia DEI ſit 1. ſpeculativa & practica. 2. neceſſaria & libera. 3. ſimplicis intelligentiæ & viſionis. 4. approbationis (boni) & improbationis (mali). Conf. Gonet Tomo 1. Diſp. 1. de Scientia Dei, p. 193.

II. *Diſſenſus de ſcientia poſſibilium.* Ubi qvæſtio eſt 1. non de ſcientiâ Dei naturali rerum poſſibilium ante decretum. 2. nec de ſcientiâ liberâ determinatè omnium rerum, qvæ futuræ erant poſt liberum decretum; ſed 3. de ſcientiâ mediâ, hypotheticâ, ſup. §. 2. qvæ reſpicit liberas actiones Angelorum & hominum, dum cognoſcit aliqvod medium, inter poſſibilitatem puram, & futuritionem abſolutam. Qvod medium eſt conditio v. g. ſi oraverit Hiskias, non obſtante termino vitæ ordinario, extraordinarium impetrabit additamentum. Eſa. 38 ſi permanſerit David, tradetur. Confer 1. Sam. 23, 12. 13. & Actor. 27, 24. niſi permanſerint nautæ, non ſervabimur. Qvam ſcien-

Digitized by Google

ſcientiam mediam defendit Molina, & magno conatu impugnat Gonet T. 1. diſp. 6. p. 285. NB. Confer Theolog. Exeget. lib. 3. c. 2.

§. 8. *Reliqva, qvæ huc faciunt, exhibet Manuale Theolog. German. Titulo 15.*

TITULUS XVI.
De Sapientia DEI.

Soli ſapienti DEO, μόνῳ σοφῷ Θεῷ, ſit gloria in ſecula! Rom. 16. verſ. 27. Pſalm. 104, 24. DEUS omnia perfectiſſimè nota ſapientiſſimè diſponit. Dei eſt ſapientia & fortitudo, Daniel. 2, 20. חכמה (Conf. Prov. 3, 13. *σοφία* Weiß-heit Eccleſ. 8, 1.)

§. 1.

SApientia DEI eſt ſcientia exqviſitiſſima, qvâ non ſolùm res omnes perſpectas habet, ſed etiam omnia convenienter ordinare, diſponere & gubernare novit. *Unde omniſapientia DEI dicitur, qvâ ipſe omnia illa, qvæ captum judicii humani & Angelici infinities tranſcendunt, ſolus penetrat, modo perfectiſſimo. Pſal. 139, 3. Vid. Rom. XI, 33. ubi Apoſtolus conjungit profunditatem divitiarum & ſapientiæ, & cognitionis DEI.* βάθος πλούτου, καὶ σοφίας, καὶ γνώσεως Θεοῦ. *Ex qvibus patet, qvòd ſapientia DEI ſit ſcientia DEI cum conſilio, & admirabili cauſarum & effectuum diſpoſitione conjuncta. Ipſe enim Jehovah ſolus eſt ſapientiſſimus, qvi omnia convenienter ordinare & diſponere novit, ad ſuam gloriam illuſtrandam, & hominum ſalutem promovendam. Confer Job. 12, 13. c. 28, 20. 23.*

Nota 1. Sapientia aliàs dicitur de hominibus

1. *determinatè*, qvi in certâ arte ſapiunt, ejusq; ſunt peritiſſimi.
2. *abſolutè*, qvi exqviſitâ omnium rerum ſcientiâ pollent.

Nota 2. Sapientia generatim eſt perfecta ſcientia, ſive in certâ aliqvâ arte, ſive universè in omni re ſcibili, aut panſophia.

 Nota 3.

Nota 3. Qvemadmodum exqviſitior & perfectior eſt ſcientia, ejus, qvi non ſolùm res, earumqve cauſas habet cognitas; ſed etiam, qvomodo qvæqve res ſuis principiis & cauſis convenienter ordinari ac diſponi poſſint & debeant: Ita & Dei Sapientia, qvæ cum exqviſitiſſimâ cognitione omnium rerum, accuratiſſimam ordinationem, gubernationem & diſpoſitionem conjungit, eſt longè eminentiſſima, cum qva collata omnis humana & Angelica Sapientia vix pulvis & umbra, & nihil eſt. Et omnis πανσοφία mera μωρία & μωρόσοφία. Ita ut non ſolùm de Ethnicorum ſapientiſſimis dicat Apoſtolus Rom. c. 1, 21. ἐμωράνθησαν cum ſe crederent ſapientes, ſtulti facti ſunt; Da ſie ſich für weiſe hielten/ſind ſie zu Narren worden: ſed etiam Jobus ſanctiſſimus, dum citra revelationem occulta Dei judicia examinare conabatur, coactus fuerit audire qvæſtionem inevitabilem, virtualiter affirmantem: Wer iſt/der ſo fehlet in der Weißheit/und redet ſo mit Unverſtand? Job. 38, 2. obſcurans conſilium מַחְשִׁיךְ עֵצָה κρύπτων βουλήν. συνέχων ῥήματα ἐν καρδίᾳ בְּמִלִּין בְּלִי דָעַת ſermonibus ſine cognitione, obſcurum reddit conſilium, dum obſcurè & imprudenter loqvitur, Uti patet ex c. 40, 3. ſolteſt du mein Urtheil zu nicht machen/und mich verdammen/daß du gerecht ſeyſt? תָּפֵר diſſolves, infringes, diſſipabis. ἢ ἀποποιῇ μου τὸ κρίμα, תַּרְשִׁיעֵנִי velut iniqvum & injuſtum condemnabis in judicio.

§. 2. Documenta divinæ ſapientiæ exhibent inprimis regnum naturæ, gratiæ & gloriæ, *ubi eminent creatio, conſervatio, gubernatio, redemtio, ſanctificatio & glorificatio ſapientiſſima. vid. artic. 16. 17. 23. ſeq. usqve ad 142.*

Canon: Documentum ſapientiæ divinæ illuſtriſſimum exhibet precum exauditio.

Ratio eſt, qvia ibi concurrit & Dei veritas, & potentia & ſapientia, modo imperſcrutabili. Uti enim Deus ſua bona credenti promiſit, ita & credens orando illa accipit. vid. artic. 77. §. 7. NB. Sed promiſit illa

I. *abſolutè* & infallibiliter ritè & methodicè oranti juxta methodum in oratione Dominicâ præſcriptam Matt. 6.

II. *conditionatè* & alternativè in corporalibus, qvod nunqvam fruſtranea futura ſit petitio, etiamſi orans aut omninò non, aut non

eodem tempore accipiat bonum deſideratum : Semper enim impetrat vel id, qvod flagitat, vel aliqvid melius ſive utilius. Proinde Deus, qvi & potens, & benignus, & omniſcius eſt, in erogandis bonis temporalibus, non ſolùm oſtendit potentiam & benignitatem, ſed etiam *ſapientiam*, qva omnia & ſingula ad Nominis ſui gloriam & ad noſtram ſalutem moderatur. Repugnaret verò div. ſapientiæ & bonitati, ſi daret illa, qvæ ipſe novit oranti eſſe noxia. Der Vater gibt dem Kinde kein Meſſer zu ſeinem Schaden. *Summa :* ſæpè non exaudit ad voluntatem Deus, ut exaudiat ad ſalutem. Et, ſi non dat ad horam, qværentem exercet, ſed non contemnit petentem. vid. Gymnaſium Patientiæ p. 857. & ſup. §. 1.

§. 3. *Reliqva huc ſpectantia offert Manuale Theol. Tit. 16.*

Titulus XVII.

De Voluntate, libertate, cogitationibus, Conſiliis & Decretis DEI.

Pſalm. 115, 3. Deus, qvæcunqve voluit, fecit. Pſal. 135, 6. Eſa. 46, 10. 11. Conſilium meum ſtabit, & omnem voluntatem meam faciam. חפץ *βεβȣ́λευμα.* Mein Anſchlag beſtehet / und ich thue alles / was mir gefället / Eſa. 28, 29. mirificavit conſilium. Groß von Rath / Jerem 32. verſ. 19. cap. 29, 11. Ich weiß wol / was ich für Gedancken über euch habe / *λογισμὸν εἰρήνης καὶ ȣ̓ κακά.* nemlich Gedancken שלום des Friedes / und nicht רעה des Leides. חשב vid. Proverb. 16. verſ. 9. Pſalm. 40, 18.

Claſſis I. de Voluntate.

§. 1.

VOluntas divina eſt principium imperans divinæ actionis, ſive appetitus DEI viventis, qvo in bonum cognitum fertur ad agendum : malum verò bono oppoſitum

 aver-

averſatur. *Sive, Voluntas DEI eſt, qva ipſe ab omni æternitate, à ſe ipſo, uno conſtantiq; & libero actu vult omne bonum. Cujus voluntatis actus ſunt decreta NB. infr. claſſ. 5. Confer B. Lyſeri Theſes Wendelino oppoſitas, ubi ait:*

I. *Voluntas DEI ad intra conſiderata* eſt ipſa Dei eſſentia, ad ſe ipſam relata, & à ſe ipſa terminata, qva Deus ſeſe, ut bonum Unum, ſummum, & perfectum vult, tum qvoad ſpecificationem, (non enim poteſt non ſe ipſum amare,) tum qvoad exercitium, ſecundum modum naturæ neceſſariò, bonitatem item entium poſſibilium extra ſe, reſpectu qvidditatis in ſe ipſo, ut boni fonte, & ſpecie repræſentante, vult & agit.

II. *Voluntas DEI ad extra*, cum relatione ad creaturas in actu, prout ſunt, conſiderata, relationem rationis ex parte Dei dicit, & libera eſt ex ſeſe: admittit etiam ordinem, & conditionem: ſed per reſpectum ad reliqva Dei attributa, ſcientiam, juſtitiam, miſericordiam, & veritatem, terminationem accipit, qvam ubi accepit, neceſſaria dein neceſſitate hypotheſeos evadit. vid. infr. §. 8. NB.

Nota 1. Qvamvis re ipſa idem ſint eſſe, intelligere & velle Dei, pro captu tamen notitiæ noſtræ Deum prius cognoviſſe id, qvod vult, concipimus.

Nota 2. Voluntas Dei eſt, qvâ tendit in bonum ab intellectu cognitum, ita ut res bonas ſibi conformes approbet, malas verò juſtè reprobet & rejiciat. vid. Ezech. 33, 11.

§. 2. Voluntatis Divinæ notanda eſt 1. Significatio. 2. Objectum. 3. Diſtinctio. 4. Adjuncta. 5. Uſus.

§. 3. Significatio Voluntatis Divinæ jubet attendere diſtinctionem *ſummè neceſſariam, qvando voluntas accipitur 1. pro volendi potentiâ. 2. pro actu volendi, ſive volitione ipsâ. 3. pro objecto, ſive re à DEO volitâ. Sicut differunt* θέλημα *facultas & voluntas & ipſa* θέλησις *volitionis actus. Nam 1.* τὸ θελητικὸν *notat volendi potentiam. 2.* θέλησις *notat volitionem, & illius potentiæ exercitium. 3. Volitio eſt vel* βȣ́λησις *ſive appetitus finis: vel* προαίρεσις*, appetitus mediorum. Qvorum ap-*

pli-

plicatio ad voluntatem divinam reqvirit ſummam circumſpectionem atqve accuratam prudentiam.

§. 4. Objectum voluntatis divinæ eſt bonum tantum. *vid. Deuter. 32, 4. malum enim à Creatura ortum Deus nullo modo vult Pſal. 5. nec ſalvâ ſanctitate unqvam velle poteſt. vid. infrà Titulum 18. §. 3. & artic. 26.* NB.

Nota 1. Voluntas Dei ad objectum ſibi conforme terminata, dicitur complacentiæ & amoris; ad objectum difforme terminata vocatur voluntas diſplicentiæ & odii. vid. infra Tit. 20. & 24.

Nota 2. Prout objectum unum & idem mutatur vel in pejus, aut melius, ita eandem voluntatem, ac ſi in ſe ipſâ mutata eſſet, concipimus: qvamvis non in ipſa, ſed in ſolo objecto facta ſit mutatio. vid. infr. Tit. 28. NB.

§. 5. Diſtinctio voluntatis divinæ ratione objecti datur varia.

Nota: Voluntas Dei in ſe nullam admittit diſtinctionem, ſed ſolùm in qvantum conſideratur in relatione ad extra, vel relativè in actu, ad objecta, extra Deum (non verò abſolutè, in ipſo Deo.)

Canon: In Deo non datur voluntas contradictoria. vid. Theol. Exeget. lib. 2. c. 3. §. 3. de tentatione Abrahami, Gen. 15.

§. 6. (1.) Voluntas DEI eſt vel neceſſaria vel libera. *Confer de Libertate Dei infra claſſem 2.* NB.

Nota 1. Deus eſt agens liberrimum.

Nota 2. Liberè agit Deus, qvæcunqve vult, ſed nihil vult, qvod eſt contra naturam ſuam. Neqve enim ſe ipſum negare poteſt.

Nota 3. Deus ſibi ipſi Lex eſt, licet Legiſlatorem ſuperiorem non habeat. vide infr. Titulum 18. de ſanctitate Dei §. 3. NB.

Nota 4. Deus liberrimum agens rem in ſe malam intrinſecè, nunqvam facit bonam.

Nota 5. Libertas DEI non infert abſolutam hominum plurimorum à ſalute æternâ excluſionem. vid. infrà articulum. 38. 39. & 110. 111.

Canon. *Voluntas DEI libera neqvaqvam eſt mutabilis.* Nec obſtat.

obſtat rejectio Regis Saul, 1. Sam. 15. Qvia mutatio illa non reſpicit Dei eſſentiam, ſed ſententiam hypotheticam, de objecto mutabili tam promiſſionum, qvàm comminationum eventui ſubjecto. vid. Jerem. 18,8. & infr. Tit. 28. §. 2. NB. Qvæ divina veritas non eſt mutabilis in ſe, & ratione normæ immutabilis; ſed reſpectu diſtinctæ applicationis, ad objectum mutabile actu mutatum, adeoqve mutatio non eſt principii agentis conſtantiſſimi, ſed objecti humani mutabilis, & ob mutationem varias paſſiones recipientis. Confer ſuprà Titulum 7. §. 2. NB.

§. 7. (2.) Voluntas DEI libera eſt vel arcana, vel revelata. *Illa eſt in DEO abſcondita infinita ſapientia & imperſcrutabililis Rom. XI. qvæ nobis in Scripturis patefacta non eſt; (qvæ vult Deus, qvæ ſe velle non revelavit.) hæc verò eſt à Deo per Verbum patefacta veritas infallibilis, vid. 1. Cor. 2,11. Actor. 20, 26. qvæ nobis in Scripturâ patefacta eſt. (qvæ vult Deus, qvæ in verbo ſuo ſe velle revelavit.)*

Nota 1. Voluntatis divinæ arcana ſapientia à ſeculo abſcondita, qvantum ad ſalutem ſufficit, nobis patefacta eſt. vid. Eph. 1. verſ. 9. Roman. 16.

Nota 2. Voluntas revelata vel juſtitiam vel gratiam reſpicit. Illa vocatur voluntas Legalis, de qva vid. art. 71. 72. hæc verò Evangelica, de qva vid. art. 76. Illius compendium exhibet Decalogus & Devter. 6,5. Matth. 22,37. hujus verò Summarium Evangelicum Joh. 3, 16.

Nota 3. Extra verbum revelatum fruſtrà laborat homo in perſcrutandis myſteriis divinis. vid. art. 2.

Nota 4. Voluntas Dei revelata arcanæ non eſt contraria. vid. ſuprà §. 5.

Ratio eſt: qvia voluntas revelata nihil aliud dicit, qvàm voluntatem, cum connotatione revelationis; adeoqve nihil aliud eſt, qvàm voluntas Dei, cum connotatâ revelatione, per qvam nobis innoteſcit, accepta. Revelatio autem eſt tantùm ratio, per qvam voluntas innoteſcit, adeoqve nullam in ſuo conceptu voluntatem includit, multominus verò contradictoriam. Confer arcana revelata Devt. 29, 29. הנסתרות — Das Geheimnüs des HERRN κρυπτά. vid. ſup.

ſup. art. 2. §. 1. unſers Gottes iſt offenbahret uns und unſern Kindern. Cujus dicti verſio contra Sixtinum Amamam defenditur à Dorſcheo in Interpellat. Trigland. p. 55. & Dannh. Hodom. Calv. P. 1. p. 256. non obſtãte exceptione de accentu Athnach, qvam refellit Pſal. 10, 18. & Geneſ. 1, 1. ubi neqvaqvam ſeparatas ſententias conſtituit, probatio verò ejusdem veritatis ex Rom. 16. Epheſ. 1. Pſal. 25, 14. 1. Cor. 2, 7. oſtenditur in Manuali Theol. Germ. artic. 38. p. 620. Qvamvis enim Deus non omnia & ſingula arcana revelavit, nihilominus tamen illa nobis patefecit, qvæ ad ſalutem neceſſaria ſunt, ita, ut nulla huic revelationi contraria vel contradictoria voluntas arcana reſtet.

§. 8. (3.) Voluntas DEI alia eſt placiti, alia ſigni. *Confer Matt. XI, 26. ευδοκία* wohlgefällig.

Nota 1. *Voluntas placiti* eſt internus actus divinæ voluntatis.

Nota 2. *Voluntas ſigni* eſt externum divinæ voluntatis indicium.

Nota 3. Voluntas ſigni formaliter accepta eſt ſignum: Materialiter verò accepta conſideratur, prout ipſam rem volitam certo ſigno à Deo ſignificatam connotat.

Poriſma. Ergo abſurdum eſt, ſignum contradicere ſignato. vid. Horologiam libro 3. de ſigno. Nec obſtat Abrahami tentatio Gen. 22. de qva agit Theol. Exeget. lib. 2. c. 3. §. 3. Qvia indicium probationis inchoatæ ex conſeqvente revelatione plenariâ explicandum: nec tentatio particularis cum promiſſionibus ſalutis univerſalibus temerè confundenda eſt. vid. l. d. & infrà art. 38. Confer abſurdas Piſcatoris mixturas, ſup. art. 5. §. 13. NB. Cui meritò opponimus, qvod propoſitiones divinæ gratiam omnibus offerentes, ſint ſigna Dei promittentis, qvæ illa beneficia, tanqvam ſignata connotant & intellectui credenda repræſentant. Qvorum ſignorum negata veritas harmonica univerſum fidei ſalvificæ fundamentum evertit. vid. ſuprà artic. 3. §. 2. & 7. NB. & infrà lib. 3. Horologiam ſacram de ſigno & ſignato.

Nota 4. *Voluntas placiti vel beneplaciti* vocatur voluntas diſpoſitionis ac decreti, *qva ipſe Deus aliqvid facere vult*, vel abſolutè, vel conditionatè: vel antecedenter, vel conſeqventer, §. 9. & 10. *Voluntas verò ſigni* dicitur, *qva ipſe nobis & à nobis aliqvid fieri vult*, aut, qva in mandatis ac prohibitionibus ſuis, ſive in Lege, ſive in Evangelio oſtendit ac declarat, qvid à nobis ſive faciendo, ſive omittendo fieri debeat.

Digitized by Google

Huc reſpicit oratio Dominica Matt. 6. Fiat voluntas tua. Hæc enim fit I. *reſpectu DEI*, à qvo datur 1. renovatio. 2. manuductio ad pœnitentiam. 3. collatio novarum virium. 4. conſervatio in fide. II. *reſpectu noſtri*, ubi reqviritur 1. renunciatio mundo, carni & Diabolo facta. 2. abnegatio noſtri. 3. pœnitentiæ continuatio. 4. fidei exercitium. 5. ſanctitatis ſtudium. 6. tolerantia. 7. finalis perſeverantia.

Nota 5. *Voluntas beneplaciti* eſt illa, qvæ verè, propriè & formaliter reperitur in Deo, ſive actus divinæ voluntatis, qvo verè & propriè vult aliqvid. *Voluntas* verò *ſigni* eſt aliqva operatio externa, ſive aliqvis effectus externus, qvo ejus voluntas ſignificatur, & manifeſtatur. Unde hæc non eſt in Deo formaliter & propriè, ſed Metaphoricè tantùm, & analogicè. Sicut urina dicitur ſana, qvia ſignificat ſanitatem. vid. Johan. Bapt. Gonet Tom. 1. Diſp. 4. de volunt. antec. §. 3. p. 413. ſeq. ubi explicat illud 1. Tim. 2, 4: Deus vult omnes ſalvos, & addit: non aliqvos, ſed omnes. Loqvitur de ſingulis generum, & per diſtributionem completam. (Nam omnis homo eſt univerſa ſpecies, qvæ includit non genera ſingulorum, allerley / ſed individua ſingula, alle und jede Menſchen.) vid. art. 38. pro qvibus enim, & pro qvorum ſalute orare nos juſſit Apoſtolus, illos Deus vult ſalvare. Atqvi pro omnibus & ſingulis &c. Ergò omnes & ſingulos vult ſalvare.

§. 9. (4.) Voluntas DEI alia abſoluta eſt, alia conditionata. *Illa eſt, qvâ Deus aliqvid vult abſolutè, qvæ ſemper fit; hæc verò, qvâ Deus aliqvid vult ſub certa conditione, qvâ abſente illud non fit. Sive,* abſoluta eſt, *qvæ omnem conditionem ſimpliciter excludit, qvando pro arbitrio ſuo, absqve ullâ noſtra cooperatione vult aliqvid agere.* Conditionata *verò eſt, qvæ conditionem certam involvit, actumq́; hominis vel antecedenter, vel conſeqventer reſpicit. vid. ſeq. §. 10. Sic Voluntas Dei de ſalute noſtra non eſt abſoluta, ſed certum ſalutis per fidem accipiendæ ordinem reſpicit in Chriſto, extra qvem ſalvum fieri vult neminem. vid. inf. art. 39. Confer B. Lyſeri Theſin Wendelino oppoſitam, ubi ait:*

I. *Voluntas abſoluta* dicitur 1. *ratione principii*, qvando Deus ſimpliciter aliqvid vult, & hæc in objectis eſt conditionatæ voluntati contradiſtincta. 2. *ratione termini*, ut aliqvid Deus efficiat, vel permit-

mittat. Et hæc in ipſius etiam conditionatæ voluntatis objectis poſt determinationem conditionis ſeqvitur.

II. *Voluntas conditionata eſt*, qvando Deus ſub conditione liberâ & poſſibili aliqvid vult. Et hæc ſecundum præviſionem (conditionis implendæ, vel ſecus) in objecto determinationem (NB. non ab homine) ab aliis Dei attributis accipit, (v. g. à juſtitia: Hic non ſalvabitur, qvia non credit.) ſicqve in abſolutam vel affirmantem, vel negantem tranſit. (ubi affirmativa eſt, qvando conditio recipitur, negativa verò, qvando illa rejicitur.)

III. *Voluntas DEI*, non ut facultas, ſed in actu & qvidem ad extra, in relatione ad creaturas conſiderata, qvandoqve *conditionata* eſt, & hæc non temporis, ſed ordinis reſpectu *vel antecedens*, *vel conſeqvens* appellatur.

§. 10. (5.) Voluntas DEI *non temporis*, *ſed ordinis reſpectu NB. §. 9.* alia antecedens *appellatur*, *alia verò* conſeqvens. *vid. 1. Timoth. 2, 4. Johan. 6, 39. NB. Manuale art. 10. Tit. 17. p. 171. Qvam B. Lyſerus contra Wendelinum ita explicat:*

I. *Voluntas antecedens* reſpicit Dei miſericordiam in ſeſe, cum applicatione ad objectum, in qvantum communem qvidem cum aliis ſubit ſortem, ſed oblatione mediorum ad ſuum bonum perducendum eſt. Confer præced. §. 9.

II. *Voluntas conſeqvens*, priori ſubordinata, reſpicit Dei miſericordiam à juſtitia terminatam, in relatione ad objecta, qvæ ſecundum oblatæ conditionis receptionem, vel rejectionem diſtingvuntur, ut ita etiam diſtincta decreta de iis formentur. Ubi attendendum, qvod falſum ſit aſſerere, 1. conditioni impoſſibili æqvipollere eam, qvæ nunqvam implenda eſt. 2. datam eſſe à Deo conditionem impoſſibilem. Qvin potius 1. ſicut res in tempore exiſtunt, ita eodem ordine à Deo prævidentur, & juxta præviſionem decernuntur. Nam ſecundum ordinem ſcientiæ voluntas divina fert decreta. 2. Sicut contingentia per præviſionem actus certi; ita etiam conditionis poſſibilitas per præviſionem actus futuri non tollitur.

Obſerv. 1. Voluntas Dei de ſalute hominum in ſeſe qvidem una ac ſimplex eſt, geminum tamen reſpectum häbet. Primus extendit ſe

Digitized by Google

ad omnes ſimpliciter Homines, eos etiam, qvi pereunt, qvorum ſalutem etiam voluit Deus, & dicitur Voluntas antecedens. Alter pertinet ad eos tantùm, qvi actu ſalvantur, & vocatur voluntas conſeqvens.

Obſerv. 2. *Antecedens Voluntas* appellatur, qvia antecedit omnem hominum actum, & fidei vel incredulitatis intuitum, & æqvaliter ſe habet erga omnes homines, dum Deus omnes vult ſalvos fieri 1. Tim. 2. & mundo univerſo Filium dare, Johan. 15. adeoqve ſimpliciter conſiderat hominem, qvatenùs miſer eſt, non ſi credat, ſed, ut credat, & utatur mediis, qvibus DEUS vult omnes homines ſalvos fieri.

Obſerv. 3. *Conſeqvens Voluntas* dicitur, qvia conſiderat id, qvod in tempore Homo agit, an ordinem illum vel ſeqvatur, vel non, adeoq; conſeqvitur intuitum fidei vel incredulitatis, dum Deus voluntate conſeqvente non niſi credentes in Chriſtum omnibus donatum Joh. 3. vult æternùm ſalvari, incredulos verò vult damnari, Marc. 16. Joh. 3, 16, 17. Confer Dannhaueri Hodoſoph. p. 356. NB. & p. 357.

Obſerv. 4. Voluntas Dei antecedens univerſalis eſt. vid. inf. art. 38. cujus fundamentum eſt 1. Paterna benevolentia. 2. Fraterna Chriſti redemtio. 3. Gratuita & gratioſa Spiritus S. vocatio. Confer art. 90. 91. & 95.

Obſerv. 5. Voluntas Dei conſeqvens reſtricta eſt ad fideles vel infideles, & vocatur judiciaria, reſpectu incredulorum Johan. 3. Marc. 16.

Obſerv. 6. Voluntas Dei antecedens & conſeqvens non dicitur ſimpliciter, ſed in ordine ad negotium ſalutis, qvam utraqve reſpicit. Nam 1. *antecedens* terminatur ad hominum ſalutem, ſub ratione mediorum, qvatenus hæc ex parte Dei æqvè omnibus ordinata ſunt; *Conſeqvens* verò terminatur ad hominum ſalutem ſub ratione mediorum, qvatenus hæc ab aliqvibus acceptantur, ab aliis verò incredulitate excluduntur. 2. Utraqve voluntas eſt efficax ratione intentionis, non obſtante eventu particulari. vid. infr. §. 11. NB. 3. Utraqve ſic dicitur non ex parte ipſius voluntatis divinæ, in qva nihil eſt prius aut poſterius, ſed ex parte volitorum, qvæ non qvidem ratione temporis, ſed ratione ordinis ſe habent ut antecedens & conſeqvens.

Porisma

Digitized by Google

Poriſma. Ergo diſtinctio divinæ voluntatis in antecedentem & conſeqventem

I. *non eſt nova*, ſed Tertulliano, Chryſoſtomo, Damaſceno & aliis dudum uſitata. vid. Chryſoſt. in cap. 1. Epheſ. NB. *ὁ Θεὸς προηγουμένως θέλει πάντας σωθῆναι*, ait Damaſcenus libro 3. O. F. cap. 29.

II. *nec contradictoria*, qvia velle omnes ſalvos per Chriſtum, & non velle ſalvos, qvi CHRISTUM rejiciunt, non ſunt contradictoria.

III. *nec contraria* divinæ ſapientiæ, qvæ & miſericordiam univerſalem erga omnes miſeros, & juſtitiam erga incredulos, nobis revelavit. Ezech. 18. & Joh. 3.

IV. *ſed approbata* ab ipſis Reformatis. Confer teſtimonia Crocii & aliorum repetita à D. Calovio Tom. 2. Syſtem. p. 450. ſeq.

Ratio eſt, qvia non poſſunt negare,

I. aliud eſſe *rem ipſam*, qvæ Deo placet, aliud verò *ſignum*, qvo hoc ipſum beneplacitum (NB. non verò novum, vel contradictorium) homini in verbo ſuo revelat.

II. aliud eſſe *voluntatem abſolutam*, qva ipſe Deus abſolutè aliqvid vult; aliud verò *conditionatam*, qvâ poſitâ certâ conditione aliqvid ab homine fieri vult. Si enim conditio illa actum hominis antecedit, vocatur *voluntas antecedens*, qvæ etiam virtualitater conditionata eſt, qvia meritum Chriſti includit. Ubi non ſemper ſeqvitur, qvod Deus hoc modo vult. vid. ſeqventem §. 11. NB. qvemadmodum omnium hominum ſalutem vult ſub hac conditione, ut credant. (qvam conditionem ipſe Deus & offert, & non reſiſtenti confert, & ſingulis per verbum & Sacramenta conferre paratus eſt. vid. art. 90. 91. 92.) Si verò conditio actum hominis conſeqvitur, vocatur *voluntas conſeqvens*. Et qvod Deus hoc modo vult, illud ſemper evenit, dum hominem, qvi credit, juſtificat, & eum, qvi perſeveranter credit, ſalvat. Matt. 24. eodem ordine, qvo ab æterno per fidem in Chriſto ad ſalutem electus eſt. Epheſ. 1. vide artic. 110. NB. *Nec obſtat intentio, ejusq; fruſtratio.*

Nam I. *Intentio* dicitur actus potentiæ liberæ, qvâ fertur in aliqvid, vel, ut in objectum, vel, ut in terminum, vel, ut in finem. Et aliàs dicitur

1. *Actualis* (in eo, qvi actu loqvitur , ideoqve intentionem actualem loqvendi habere , vel actualiter intendere locutionem, dicitur.)

2. *Habitualis* ex actu intentionis freqventato (etiam in dormiente.)

3. *Virtualis*, virtute intentionis actualis, ſicut intentio finis habet in ſe intentionem mediorum ad hunc finem ordinatorum.

II. *Intentio mentis* eſt actus voluntatis, qvatenus in eâ eſt vis intellectus ordinantis.

Proinde I. *Intentio divina ſemper eſt bona*, qvia nullum malum per ſe poteſt intendi, nec voluntas unqvam fertur in malum, qvà tale, adeoqve & ſummum bonum neqvaqvam intendere poteſt abſolutè ſummum malum creaturæ innocenti ſalvâ juſtitiâ.

II. *Fruſtratio* divinæ intentionis non datur propriè ſic dicta. Nam fruſtratio eſt deceptio, & fruſtrare eſt fallere & decipere, qvod repugnat divinæ omniſcientiæ, ſapientiæ & potentiæ. Et fruſtra eſt incaſſum, neqvicqvam & fruſtra eſſe eſt exitum ſperatum non habere, dum res non evenit ex ſententia. Sive fruſtra eſt aliqvid, reſpectu finis intenti, qvem non inducit. Qvæ omnia à Deo ſunt alieniſſima, cùm aliud ſit velle & intendere præcisè, aliud verò decernere, ut fiat per certa media. Talis enim voluntas qvâ ipſe Deus aliqvid vult, & decretum Dei nunqvam fruſtratur ſuo fine, etiamſi non omnia fiant, qvæ Deus conditionatè vult, ut fiant ab hominibus. NB. vide ſeq. §. 11. & ſupra §. 8. & infra claſſe 5. §. 1.

§. 11. (6.) Voluntas DEI alia dicitur efficax, *qva ſemper impletur, & efficit, qvod ipſe vult, qvia ab efficiendo dicitur, cui* reſiſtere nemo poteſt. *vid. Rom. 9, 19.* alia inefficax, *cui reſiſtitur ab hominibus, qvoties peccant: unde non ſemper efficit, qvod vult, ſed, qvia certo ordine & certis conditionibus gaudet, ſublato & impedito ordine, & non impletis conditionibus non impletur. Unde & Stephanus expreſsè dicit Actor. 7, 51: Vos ſemper Spiritui Sancto reſiſtitis. Et Matth. 23. ait ipſe Salvator: Volui vos congregare, ſed vos noluiſtis.*

Canon. Omnis voluntas Dei fit, Eſ. 40, 10. ſcilicet, qva ipſe ali-

Digitized by Google

aliqvid vult fieri, non verò qvâ à nobis aliqvid fieri vult conditionatè, qvæ abſente conditione non impletur. vid. ſup. §. 9. & infra claſſe 5. §. 1. de decretis divinis NB.

Nec obſtat reſiſtentia, qvæ homini impotenti reſpectu Dei omnipotentis eſt impoſſibilis: poſſibilis tamen eſt reſpectu potentiæ non abſolutè, ſed ordinatè & ordinariè per media gratiosè agentis. Ubi omninò Deus agit id, qvod reqvirebatur ad ſalutem. NB. Eſa. 5, 4: Was ſolte ich mehr thun? qvid ultrà faciendum erat? qvid reſtabat ad faciendum amplius? מה לעשות עוד & tamen homo conſilium Dei ſpernit Luc. 7. & ſe indignum ſalute judicat Actor. 13. Nam ἀντιπίπτειν Actor. 7, 51. wiederſtreben/ eſt obniti, ex ἀντὶ & πίπτω cado, & notat hoſtilem in adverſarium impetum reſiſtentis Num. 27. verſ. 14. cum rebellione מרה & contentione מרבה conjunctum. Ungehorſam und Hader. Qvod Bremenſes fateri coguntur, qvi in Synodo Dordrac. dicunt: His modis gratiæ DEI reſiſtere ſolent reprobi.

Proinde 1. *Impedimentum* non eſt phyſicum, ſed morale.

2. *Voluntas* efficax amori & complacentiæ oppoſita ab efficiendo dicitur, qvia non nudè placet finis, ſed etiam efficit aliqvid circa finem, dum cum efficaciâ effectiva conjuncta eſt, & effectum certò futurum præſupponit infallibiliter, adeoqve non ab effectu dicitur, ſed ab ipſa actuali efficientiâ: aliàs verò voluntas efficax dicitur non ſolùm in ordine ad executionem finis, ejusqve conſecutionem: ſed etiam in ordine ad intentionem finis per certa media, qvæ voluntas efficax ita aliqvid vult, ut ſimul illud efficere intendat.

3. *Reſiſtentia* h. l. non eſt propria (qvando realis actio à contrariâ actione impeditur,) ſed Metaphorica, qvando agentis finis impeditur, qvem actione ſuâ agens intendit, ut gratia Dei propter interventum ultroneæ malitiæ effectum ſuum non ſortiatur, qvem Spiritus S. operatione gratioſâ intendit.

4. *Repugnantia* voluntaria eſt hominis jam per gratiam præventi nova contumacia, dum ſpirituales vires adeptus, & ad earum exercitium excitatus, ut gratiæ efficaciam admittat, tamen carnis inſtinctum ſeqvitur, & non admittit vel conſentit in id, qvod Spiritus S. intendit gratioſâ operatione, ſed obedire detrectat. vid. Höpſnerus diſp. 7. de juſtificatione. NB.

5. *Gra-*

Digitized by Google

5. *Gratia irreſiſtibilis* Calvinianis non dicitur eventualiter, qvæ actu talis eſt, ſed formaliter, qvæ neſcia ſit elidi per hominis repugnantiam; reſiſtentiam verò blaſphemiam vocant horribilem, qva dictu nil ſceleſtius, Dordraceni. vid. Dannhaueri Hodom. Calvin. Tom. 2. pag. 1967.

§. 12. IV. Adjuncta voluntatis divinæ ſunt 1. Sanctitas. 2. Juſtitia. 3. Libertas. *De qvâ agit ſeqvens claſſis 2. Conf. inf. Tit. 18. ſeqq. & 32.*

Poriſma. Ergo Libertas, qvæ Dei ſanctitatem atqve Juſtitiam reſpicit, eo ipſo abſolutum decretum excludit. vide infra art. 38. & 110. Qvia volitio DEI 1. eſt una & ſimpliciſſima. 2. independens. 3. æterna. 4. ordinata. 5. immutabilis. 6. rectiſſima, qvæ nil niſi recta vult & velle poteſt.

§. 13. Uſus hujus doctrinæ *de divinâ voluntate nobiliſſimus eſt, qvem pleniùs oſtendit articulus de inſtauratione, beneficiorum Chriſti applicatione, peccatorum vocatione, converſione, regeneratione & credentium electione. vid. artic. 38. 39. 70. 91. 92. 110. ſeqq.*

Claſſis II. de Libertate DEI.

§. 1.

DEUS eſt agens liberrimum, qvod tamen nihil contra bonitatem, veritatem, ſanctitatem atqve juſtitiam ſuam vult, aut velle poteſt.

Ratio eſt, qvia ſeipſum negare neqvit, 2. Tim. 2, 13. uti conſtat ex Titulis ſeqventibus. Inprimis verò Titulo 18. §. 3. & Tit. 35. §. 1. Confer de termino libertatis & neceſſitatis art. 30. §. 1. & art. 101. §. 1. NB. & de infallibili actionum divinarum normâ, qvæ, ſalvâ ejus libertate, ſunt bonitas & ſanctitas, NB. ſup. Tit. 4. & infra Titulo 18. nec non de obligatione Tit. 35. §. 1. NB.

Poriſma 1. Ergo falſum eſt, DEUM vel præcipere mala, vel ad peccata creare, art. 17. vel incitare homines, qvâ de re agit artic. 26.

Pori-

Digitized by Google

Poriſma 2. Ergò falſum eſt, qvod voluntatis divinæ detur cauſa propriè dicta. Nam aliud eſt *cauſa in eſſendo formaliter*, qvæ verè cauſat, *aliud verò virtualiter*, qvæ eſt ipſa ratio eſſendi à priori, cur aliqvid ſit. Qvæ, ſi illud, cujus cauſa dicitur, cauſaretur, ſufficiens in ſuo ordine illius cauſa eſſet. Sic immutabilitas Dei eſt ratio æternitatis virtualiter, qvia, ſi cauſaretur, eſſet ratio illa ſufficiens. Qvâ de re B. Lyſerus contra Wendelinum ait:

Qvæſtio eſt de voluntate divinâ conſideratâ, non ut eſt facultas volendi, nec qvatenus actus volitionis fertur ad intra, ſed qvatenus hic volitionis actus fertur in objectum extra Deum. Qvi actus, juxta immutabilem ſcientiam (qvæ res in Deo, ut ſpecie repræſentante, in ſeipſis verò immediate ut ſunt cognoſcibiles conſiderat) decernit: Ubi immutabilitatem in ipſo Deo, ejusq; voluntate, qvando conſideratur hic actus ſecundum id, qvod eſt (unus enim ille actus multis actibus diſtinctis, ob infinitam perfectionem æqvivalet) agnoſcimus: cum reſpectu verò ad objectum ſecundarium, qvod extra Deum eſt propter applicationem diverſorum objectorum, libertas, mutatio, ordo, & ratio cauſæ impulſivæ ac finalis locum habet, ita tamen, ut ipſa voluntatis determinatio in Deo ad aliqvod attributum divinum referenda ſit.

§. 2. Libertas DEI conſtat ex divinis actionibus, *de qvibus agit articulus 16.* Er will ſeine freye Hand haben. *Ideo & contradicentes reprehendit. Qvid ad te, ſi volo, Johan. c.21, 22.* τί πρὸς σε; was gehets dich an? *Qvid mihi tecum? nondum venit hora mea, cap.2,4. Diſtribuit cuiqve qvantum vult,* Wie viel Er wolte / *Johan.6,11. Nemini tamen facit injuriam, Matt.20.*

§. 3. Libera DEI volitio eſt, qvâ fertur in objectum, qvod extra ſe eſt, ſic, ut poſitis omnibus ad agendum & volendum reqviſitis, poſſit tamen illud non velle, & non agere.

Canon 1. Deus eſt agens liberrimum ratione objecti, qvod aliud eſt ab ipſo Deo.

Canon 2. Libertas Dei ſe habet ad utrumqve oppoſitorum, tum contradictoriorum, tum phyſicè contrariorum æqvaliter; minimè verò moraliter. Sic potuit creare mundum, & non creare: potuit ditare

Digitized by Google

epulonem, & non ditare Lazarum, Luc. 16. Sic *Phyſicè* poteſt Hiskiæ morbum immittere & eundem ſanare, Eſa. 38. *Moraliter* verò non poteſt velle utrumqve contrarium. Neqve enim poteſt eſſe juſtus & injuſtus, verax & mendax. Qvia ſimpliciter non vult mala, nec velle poteſt ſanctiſſimus, ex ſeq. Tit. 18. Per naturam enim & neceſſariò, (non verò liberè) verax & juſtus eſt Deus optimus maximus. NB. vid. Tit. 35. §. 1. & infrà art. 31. §. 7. & art. 10. Tit. 18. §. 3. NB.

Canon 3. Omnis actio Dei ad extra libera eſt, uti patet ex artic. 17. de creatione. ſup. §. 2.

Claſſis 3. de Cogitationibus divinis.

§. 1.

QVia cogitationes in verbo revelato ipſe Jehovah ſibi tribuit, ideo rectè Theologus cogitationes DEO ſapientiſſimo attribuit. *Jer. 29, 11. Ego novi cogitationes, qvas cogito ſuper vos, cogitationes pacis, & non mali. vid. Pſal. 139. verſ. 17. Qvam precioſæ mihi ſunt cogitationes tuæ!* יקר *Jerem. 18.* Wie köſtlich ſind für mir / Gott / deine Gedancken! *Pſalm. 92. verſ. 6. Valdè profundæ ſunt cogitationes tuæ,* Deine Gedancken ſind ſehr tieff / עמק. *Pſalm. 40, 6. Cogitationes tuas* (διαλογισμοὶ חשב) *erga vos nemo eſt, qvi ordinare poſſit* ערך groß ſind deine Gedancken / *ſunt incomparabiles. NB.* ὁμοιωθήσεται.

§. 2. Cogitatio divina eſt perfectiſſima objecti, finis & mediorum cognitio.

Nota 1. *Cogitatio eſt qvædam intellectus actio*, qva verum à falſo, utile à noxio, honeſtum à turpi diſqvirimus ac diſcernimus. Uti de humanâ cogitatione loqvitur Flacius in Cl. S.S. ubi addit: Ejus cauſæ qvidem ſunt difficultates nos urgentes, & inde ortæ curæ, ac ſollicitudines: effectus verò reperta conſilia ac conatus. Hinc igitur variæ ſignificationes, vel retrò ſe recipiente hac voce, in cauſas, vel ad effectus, à propriâ ſignificatione oriuntur.

Nota 2. Cogitatio eſt cogitandi actus. Cogitare autem eſt mente agitare.

Nota 3.

Nota 3. Remotâ igitur imperfectione [qvam humana involvit cogitatio & conſilii inqviſitio ob defectum ſcientiæ, voluntatis,& potentiæ (es mangelt an wiſſen / wollen / und können/) dum & objecta, & finis, & media mortales latent] qvicqvid perfectionis reſtat in cogitante, v.g. in Adamo ante lapſum,& in Salvatore ſanctiſſimo, rectè tribuitur Deo eminentiſſimè, piarum cogitationum fonti & Autori ſapientiſſimo. NB. Eſa. 55. verſ. 8: Meine Gedancken ſind nicht eure Gedancken.

§. 3. Objectum cogitationum divinarum eſt non malum, ſed pax & omnis boni abundantia, *piis promiſſa per Chriſtum, Jerem. 29, 11. qvâ de re agit articulus 77.*

§. 4. Finis cogitationum DEI eſt boni promiſſi donatio, *Pſalm. 115, 12. Memor noſtri benedicet.* Der HERR dencket an uns und ſegnet uns. *Qvâ de re agit articulus de providentia, & ſeqvens claſſis 5. de decretis divinis.*

Claſſis 4. de Conſiliis divinis.

DEUS conſilium iniit. GOTT hat ſich berathen/ 2.Chron. 25, 16. vid. ſeq. claſſis 5. §. 3. NB.

§. 1.

CONſilium DEI nihil eſt aliud, qvam DEI ſapientiſſima diſpoſitio, ſecundùm qvam omnia gubernat.

Nota 1. Conſilium reſpicit tum intelligentiam, qvæ eſt vis qværendi bonum conſilium; tum cogitationem, qvæ eſt conſilii inqviſitio & inventio: qvæ hoc loco ſine ullâ imperfectione humana attendenda ſunt.

Nota 2. Deus ſemper ſuorum conſiliorum cauſas habet optimas atqve juſtiſſimas. Qvâ de re agit ſeqvens claſſis 5. §. 3. NB.

§. 2. Conſilium DEI primariò ſalutem noſtram æternam in Chriſto JESU *Epheſ.* 1. deinceps verò etiam alia objecta attinet, *qvæ ex articulo de providentia patent. NB. vid. ſeqvens claſſis 5. de decretis divinis §. 1.*

Digitized by Google

Nota 1. Conſilium Dei nobis revelavit magnus Dei Conſiliarius Eſa. 9, 6. extra qvem non eſt ſalus Actor. c. 4. & c. 10. Qvi æternam redemtionem invenit & ſolus præſtitit. Heb. 9, 12.

Nota 2. *Conſilium DEI eſt immutabile*, qvi nobis interpoſito juramento oſtendere voluit firmitatem conſilii ſui. Τὸ ἀμετάθετον τῆς βουλῆς αὐτοῦ. Salvâ tamen mediorum ordinatione: qvorum rejectionem ipſe ab æterno prævidit. Unde & de Phariſæis dicitur, qvod ſpreverint βουλὴν τοῦ Θεοῦ, Gottes Willen und Rath / Luc. 7. verſ. 30. qvod proinde non abſolutum erat, ſed certa includens media. vid. infrà artic. 37. 38. & 39. & claſſem ſeq. de decretis.

Claſſis 5. de Decretis divinis.

Eſa. 14. verſ. 27. Jehovah decrevit, יעץ qvis irritabit? Er hats beſchloſſen.

§. 1.

DEcretum DEI eſt actus Voluntatis divinæ, qvo de ſingulis & univerſis creaturis producendis, conſervandis, & ad finem ſuum ordinandis ſapientisſimè conſtituit. *Epheſ. 1. verſ. 11. In qvo decreto divino attenditur*

I. *Anſa & Principium movens*, ſive agendi ratio, qvæ eſt DEI benignitas, qvæ amorem, gratiam, miſericordiam & patientiam complectitur. Ex. 34, 6. ex Tit. 20. 21. 22. 23. 36.

II. *Norma & Principium dirigens*, qvod eſt divina tum ſanctitas, tum juſtitia. NB. ex Titulo 18. & 32.

Nota 1. Qvemadmodum Vir prudens & gubernator
1. certum objectum cognoſcendo apprehendit.
2. ejus naturam cogitando expendit.
3. finem honeſtum perſpicit.
4. rationem agendi attendit.
5. media legitima cogitando invenit.
6. factum honeſtum, ob rationes decidendi eligit.
7. conſilium de facto & faciendo modo reperit.
8. qvod faciendum judicat, ſibi firmiter proponit.
9. factum ipſum decernit.

10. qvod

Digitized by Google

10. qvod illud ipſum, qvod decrevit, tandem ſapientiſſimè exeqvitur cum harmonia decreti & executionis exactiſſimâ.

Ita & Deo rerum omnium Gubernatori ſapientiſſimo, tribuitur 1. Cognitio, ſup. Tit. 15. 2. Cogitatio ex præced. claſſe 3. 3. finis notitia, Eph. 1. 4. agendi ratio movens. ſup. Tit. 7. §. 2. 5. mediorum ordinatio Eph. 1. 6. electio. I. d. 7. Conſilium ex præcedente claſſe 4. 8. propoſitum I. d. 9. decretum hoc loco. 10. decreti executio vid. infr. art. 37. 39. & art. 70. Salvâ tamen diſtinctione inter actiones Dei perfectiſſimas, & inter humanas actiones, in qvibus qvoad ſingulas illas circumſtantias mera deprehenditur imperfectio. NB. Eſa. 55. verſ. 8. Cogitationes meæ non ſunt cogitationes veſtræ. Gottes Gedancken ſind ſehr tieff / Pſalm. 92, 6. abyſſus βάθ⊙ Rom. XI. und doch ſehr köſtlich / Pſal. 139, 17.

Nota 2. Qvemadmodum *decernere* dicuntur homines, qvando conſideratis omnibus circumſtantiis ſimpliciter & efficaciter aliqvid præſtare volunt: ita & *decretum* eſt firmum propoſitum de re aliqvâ probè cognitâ vel agendâ, vel non. Aliàs ſententia, ſtatutum, ein Rathſchluß / ein gewiſſer Schluß.

Nota 3. Qvale eſt Dei decretum, talis etiam eſt executio: & qvalis executio, tale & decretum; ſalvâ ſcilicet Dei bonitate, ſanctitate, veritate & juſtitiâ. vide infrà articulo 16. NB.

Canon: De decretis divinis extra revelationem judicare abſurdiſſimum eſt & longè periculoſiſſimum.

§. 2. Decretum DEI reſpicit diſtincta objecta, qvæ ſpectant ad regnum potentiæ, gratiæ & gloriæ. *Uti patet ex articulo 16. NB.*

Canon: *Omne decretum DEI præſupponit exactam intellectus cognitionem.* vide claſſ. 1. §. 1.

Poriſma. Ergò abſurdum eſt, ab abſolutâ voluntate ſuſpendere fatalem omnium rerum neceſſitatem. Nam & ipſe Cicero ex lumine rationis ait 4. Acad. qq. ſapientis nullum *decretum* eſſe poteſt, niſi comprehenſum, perceptum, *cognitum.*

§. 3. In regno potentiæ occurrit creaturarum productio, conſervatio & gubernatio ad DEI gloriam & crea-

Digitized by Google

turæ emolumentum. *Ubi peccato prævіſo non ſolùm decretum inhibitionis & juſtisſimæ permisſionis, atqve punitionis; verùm etiam decretum directionis ad bonum finem oppoſitum Scriptura oſtendit. Qvâ de re agit articulus 26. 31. 32. & 36. NB.*

Poriſma 1. Ergo non datur decretum DEI creandi homines ad interitum. vid. infrà art. 17.

Poriſma 2. Ergo non datur decretum Dei ſine malo culpæ malum pœnæ temporalis aut æternæ infligendi. vide artic. 16. 36. 108. & 141. Confer 2. Chronic. 25, 16. ubi Propheta non ad inſontem, ſed ad graviſſimè peccantem Regem Amaziam dicebat: Novi, qvod Deus inierit Conſilium יעץ perdere te NB. *qvia feciſti hoc*, & non paruiſti conſilio meo, ideo ſcio certiſſimè ידע tanqvam ex cauſis certiſſimis infallibiliter. Ich mercke wol/ daß GOtt ſich berathen hat dich zu verderben/ daß du ſolches gethan haſt (darumb / dieweil du das gethan haſt) und gehorcheſt meinem Rath nicht.

Poriſma 3. Ergo non datur decretum Dei impellendi creaturam rationalem ad peccandum. Vid. art. 26.

§. 4. In regno gratiæ occurrit decretum humanæ reſtaurationis per Chriſtum *Epheſ. 1. vid. art. 37.*

Poriſma 1. Ergo non datur decretum Dei de redemtione & vocatione hominum pauciſſimorum. vide artic. 90. de gratiâ, & art. 91. de vocatione.

Poriſma 2. Ergo non datur decretum Dei abſconditum decreto revelato contrarium. vid. ſup. art. 2. 3. 4. & 5. & art. 37. 39. & 70. Inprimis verò art. 110.

§. 5. In regno gloriæ occurrit decretum de actu ſalvandis credentibus per Chriſtum, *à qvo beneficio incredulos ſola excludit incredulitas Johan. 3. Marc. 16. Hoſe 13. Perditio tua ex te. Salus tua ex me. vid. artic. 131. & 142.*

Poriſma 1. Ergò non datur decretum Dei abſolutum de ſalvandis abſolutè electis. vid. art. 110.

Poriſma 2. Ergò non datur decretum Dei abſolutum de damnandis abſolutè reprobis. vid. art. 111. Confer Manuale Tit. 17.

Tit.

Digitized by Google

TITULUS XVIII.
De DEI Sanctitate.

Eſa.6,3. Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus DEUS Zebaoth. קדוש heilig / ἅγιος, purus & venerandus (ἅγος: veneratio.)

§. I.

SAnctitas DEI eſt rectitudo eminentisſima perfectisſimæ voluntatis divinæ, qva ab omni pravitate remotisſima univerſæ ſanctitatis creatæ regula, nihil niſi bona & recta velle, agere, & præcipere poteſt. *Sive ſanctitas DEI eſt ſumma omnis omninò labis expers puritas, qva ſanctitatem atqve puritatem à creaturâ rationali exigit, & à contrario, qvod abominatur, ſimpliciter abhorret. Confer Levit. XI, 44. 45. Pſalm. 77. verſ. 14. & Pſ. 125. 17.*

Obſerv. 1. *Sanctitas* h. l. non attenditur accidentalis creaturarum, per ſeparationem ab aliis, & deſtinationem ad ſanctum finem. vid. art. 97. aut per participationem imputata, aut conſummata. vid. l. d. ſed eſſentialis, ſumma, independens, immutabilis, effectiva, nullis vitiis obnoxia univerſæ bonitatis, ſanctitatis & juſtitiæ ſpiritualis & moralis apex, qvæ ſimul omnis bonitatis moralis, juſtitiæ & ſanctitatis in creaturis regula & menſura eſt perfectiſſima.

Obſerv. 2. Sanctitas DEI etiam dicitur

1. *rectitudo* eminentiſſima, qvia nunqvam à recto deflectit, neq; ad dextram, neqve ad ſiniſtram. Confer de divina bonitate Titul. 4. & perfectione Tit.40.

2. *æqvitas* conſtantiſſima, qvæ juſti & æqvi reſpectum ſemper habet.

3. *juſtitia univerſalisſima*, qvia qvicqvid boni & juſti, in omni affectuum, propenſionum & virtutum genere in hominibus conſpicitur, illud de Deo eminentiſſimo & perfectiſſimo modo enunciatur θεοπρεπῶς, ut illud & velit, & agat, & agendum præcipiat.

Obſerv. 3.

Digitized by Google

Obſerv. 3. קָדוֹשׁ Sanctus, propriè dicitur ſeparatus, ob puritatem & rectitudinem ſummam, qva Deus ab aliis qvaſi diviſus, adeoqve ab omni vitio & labe purus & incontaminatus eſt. 1. Sam. 6, 20. Wer kan ſtehen für dem HErrn / ſolchem heiligen Gott?

Canon: Sanctitas Dei immenſa ſumma eſt & planè incomparabilis & perfectiſſima. vide inf. art. 15.

Poriſma. Ergo Deus ſanctiſſimus non agit contra naturam ſuam, vel contra legem ſanctiſſimam. vid. infr. art. 26.

§. 2. Sanctitas DEI eſſentialis ex verbo revelato innoteſcit. *Qvod bona præcipit, & mala prohibet, adeoqve nobis oſtendit, Deum ita eſſe ſanctum, ut voluntas ejus ſanctiſſima & juſtiſſima ſit fons & principium omnium actionum divinarum, & conſeqventer humanarum, qvæ DEO placent.*

Nota: Qvemadmodum in actionibus humanis attenditur principium dirigens, imperans & exeqvens: ita & in actionibus divinis hæc ipſa perfectiſſimè, adeoq; modo, qvi ſummo Enti eſt conveniens, attendenda ſunt.

Canon: Qvicqvid contra Legem eſt, illud contra Dei voluntatem eſt. Hæc enim in verbo revelata eſt.

§. 3. Sanctitas divinæ voluntatis neqvaqvam exlex eſt, ſed ad DEUM ſanctiſſimum, qvi ſibimet ipſi lex eſt, nos deducit, cujus ſanctitas, bonitas, ſapientia, veritas & juſtitia ipſi pro lege ſunt perpetuâ & prorſus immutabili.

Ratio eſt: Qvia Deus negare ſeipſum non poteſt, ἀρνήσασθαι ἑαυτὸν οὐ δύναται, 2. Tim. 2, 13. adeoqve nihil facere poteſt contra naturam ſuam ſanctiſſimam, optimam & perfectiſſimam. NB. ſuprà Titulo 4. & infrà Tit. 40. & Tit. 35. §. 1.

Poriſma 1. Ergò ſanctitas Dei eſt norma omnis ſanctitatis & univerſæ bonitatis moralis. vid. Theol. Poſ. art. 31. §. 7. NB.

Poriſma 2. Ergò impoſſibile eſt, Deum ſanctiſſimum eſſe cauſam peccati moralis. vid. art. 18. 26. & 31. Qvod enim qvis abominatur, averſatur, & non ſolùm ſeveriſſimè prohibet atqve punit, verùm etiam extremè deteſtatur, illud neqve efficere, aut ad illud alios impellere,

Digitized by Google

lere, aut eodem delectari poteſt. vid. Pſalm.5. Non Deus volens iniqvitatem tu es.

Poriſma 3. Ergò Idololatria, rebellio, ſcortatio, homicidium mendacium, deceptio, dolus, & alia ejusmodi non demum iniqvitas ſunt aut fiunt, qvando Deus illa prohibet, ſed qvia intrinſecè mala, & ſanctitati divinæ adverſa ſunt. Confer infrà Titulum 26.& 24.30.31.32. Inprimis verò Titulum 35.§.1. NB.

Nec obſtat 1. *Dei libertas*, eiqve repugnans obligatio. Hæc enim neceſſitas naturalis non reſpicit ſuperiorem, ſed liberrimam ſupremæ majeſtatis voluntatem. vid. infrà §.4. & Tit.35. §.1. & de Libertate Tit.17. claſſe 2. §.3. NB.

Nec obſtat 2. *Poteſtas*. Hæc enim univerſam imperfectionem & iniqvitatem ſimpliciter excludit. vide inf. Titulo 38. NB. §.5.

Nec obſtat 3. *Mandatum* 1. *de occidendo* Iſaaco. Tentatio enim non eſt ſimplex mandati tentato oblati approbatio. vid. ſup. Tit.31.§.1. & Theol.Exeget. lib.2. c.3.§.3.

2. *de auferendo* auro & argento Ægyptiorum. Non enim hoc erat furtum, ſed debitum Iſraëlitis pro duriſſima ſervitute præmium, imò merces & ſalarium debitum NB. fodern/ neqvaqvam inſcio aut invito domino ereptum, ſed petenti erogatum. vid. שאל Exod. XI,2. αἰτεῖν&c. & Theol. Moral. præc. 7.

3. *de maledicendo* ſuperiori, 2.Sam.16,10. Non enim culpa, ſed pœna, ejusqve directio tribuenda eſt Judici juſtiſſimo. vide infrà artic. 26. §. 11. NB.

Nec obſtat 4. *Comminatio* de adulterio & inceſtu Abſolonis: Ego faciam. vid. 2.Sam.12,11. qvia non culpa, ſed pœna ad Deum ſanctiſſimum refertur. vid. art. 26. §. 11. NB.

Nec obſtat 5. *Permiſſio*. Qvia permittere non eſt agere, ſed agenti, ut aliqvid agat, ob certas cauſas permittere. vid. art. 26. & 36. & artic. 31. 32.

§. 4. Sanctitas DEI inprimis conſpicua eſt ex operibus ſanctiſſimis; *de qvibus agit articulus 16. Unde à Scholaſticis Deo tribuitur* Honeſtas infinita 1. in actu primo, *qvæ eſt neceſſitas qvædam fundata in infinitâ ſanctitate Dei, NB. vid. Titulum 35. §. 1. qvâ neceſſe habet Deus non eligere objectum, niſi*

 hone-

honeſtum, qvæ poteſt refundere laudabilitatem & honeſtatem in actum ſecundum, ut formaliter ſit laudabilis in ſe, in genere moris. 2. in actu ſecundo, *qvæ eſt velle in actu ſecundo circa ſingulas & omnes materias morales, aliqvid honeſtum, ex fine honeſto, & modo perfectiſſimo. Vid. Card. Lugo, de myſterio Incarnat. diſp. 2. ſect. 4. p. 19. num. 68. Unde eſt infinitè laudabilis. vid. infrà Tit. 42. §. 1. Conf. plura, qvæ huc ſpectant practica, in Manuali Theol. Germ. explicata Titulo 18.*

TITULUS XIX.
De Affectibus DEO attributis.

DEUS eſt charitas, 1. Johan. 4, 8. *ὁ Θεὸς ἀγάπη ἐστίν.* GOTT iſt die Liebe. Qvi nos amat אהב ut pater filium, Gen. 37, 3. 4. Confer Pſal. 103. infr. art. 13. amicus amicum 2. Sam. 1. verſ. 23. maritus uxorem, 1. Reg. XI, 1. ſponſus ſponſam. Conf. Cant. 3, 1. c. 1, 7. vid. ſeq. art. 14. & 13.

§. 1.

AFfectus ad voluntatem pertinentes DEO rectè tribuuntur eo modo, qvo ipſe ſibi in Verbo revelato illos attribuit, & remotâ omni imperfectione ſummæ perfectioni applicantur.

Nota 1. *Affectus ſunt* I. *Boni per ſe*, qvibus nemo abuti poteſt, ut *στοργὴ* amor ingenitus, & affectus naturalis, ſive actus *τοῦ στέργοντος*, qvo inprimis parentes & liberi ſe mutuò proſeqvuntur. Unde *Φιλόστοργος*, ad amorem propenſus dicitur. (*στέργω* amo, naturali charitate complector, acqvieſco, ſum contentus, qvaſi *στέγω*, naturali propenſione protego, qvæ pectus movet. *στέρνον ἄγχει.*)

II. *Mali per ſe*, qvibus nemò rectè uti poteſt, ut *ἐπιχαιρεκακία.*

III. *Neutri*, qvi boni, ſi benè; mali, ſi malè utaris, uti datur ira vel ſine peccato, Pſal. 4. vel cum peccato conjuncta. *vid. Oratoria Eccleſiaſtica.*

Nota 2.

Digitized by Google

Nota 2. *Affectus ad voluntatem pertinentes DEO diſtinctè attribuuntur*, videlicet

I. *Perfecti propriè*, qvia repurgati à paſſione, qvam in creaturis ob adhærentem connotant imperfectionem, formaliter nullam imperfectionem important: licet materialiter aliqvam appetitus paſſionem involvant, ſcilicet in hominibus, qvæ tamen in Deo ſimpliciſſimo & perfectiſſimo nulla eſt. Ut amor, odium, gaudium, miſericordia, deſiderium &c.

II. *Imperfecti impropriè*, qvia formaliter aliqvam imperfectionem important, & in conceptu ſuo formali cum imperfectione humana conjuncti ſunt; in Deo verò, qvi actus puriſſimus eſt, ſine ullâ imperfectione dantur eminentiſſimè. Sic v. g. furor, excandeſcentia &c. eſt imperfectio, qvæ Deo tribuitur ἀνθρωποπαθῶς: perfectio autem, vindicta ſcilicet, ex mali odio verè enunciatur de DEO juſtiſſimo. Nihil enim Deo competit propriè, nec de eo propriè enunciari poteſt, niſi, qvod ipſi ſecundum ſuam rationem formalem & propriam convenit, adeoqve ei tribuitur non figuratè, vel Metaphoricè, ſed propriè.

Nota 3. *Affectus perfecti Deum non afficiunt accidentaliter*, per modum compoſitionis, intenſionis, aut mutationis, ſed, ut perfectionis ſummo Enti perfectiſſimo in gradu eminentiſſimo attribuuntur.

§. 2. Cautelas qvoad ſingulos affectus obſervandas *exhibent Tituli ſeqventes, & Manuale Theol. Germ.*

TITULUS XX.
De DEI Amore.

Johan. 3, 16. Deus dilexit Mundum, ἠγάπησεν. vid. ſup. Tit. 19. Sehet/ποταπὴν ἀγάπην welch eine Liebe hat uns der Vater erweiſet? 1. Johan. 3, 1. Deus eſt Φιλάνθρωπος, Devt. 33, 3. wie hat Er die Leute ſo lieb? ἐφείσατο τοῦ λαοῦ. אף חבב עמים etiam profecto diligit NB. §. 1.

§. 1.

DEUS amat & ſe ipſum, & creaturas, qvibus bonum, qvod vult, ſummum bonum communicat.

Nota 1. Qvemadmodum Deo propriè competit velle bonum alicui, ita *amor tam concupiſcentiæ, qvàm benevolentiæ*, ſine omni paſſione, qvæ homini materialiter annexa eſt, ipſi propriè competit. Imò & ſuum Bonum ſe ipſum propriè & absq; tropo amat.

Nota 2. Amor in ſuâ ratione formali nihil importat, præter affectum voluntatis, qvo alicui volumus bonum.

Nota 3. Deus eſt charitas 1. Johan. 3. eſſentialiter, originaliter & effectivè.

Nota 4. Deus amat juſtitiam ſuam, & Pater diligit Filium Matt. 3. & Filius Patrem, Joh. 14, 31.

Nota 5. Amor eſt affectus unionis, ſive unitivus, unionem inferens. Conſ. Orator. Eccleſ. p. 114.

Nota 6. Charitas Dei h. l. non intelligitur paſſiva, qva Deus à nobis amatur, 1. Johan. 3, 17. ſed activa, qva Deus nos diligit Rom. 5. verſ. 5. 1. Johan. 3, 1: Videte, qvalem charitatem dedit nobis Pater, *ποταπὴν ἀγάπην*. Qvæ, qvalis, qvanta? Hæc, talis, tanta eſt illa charitas: divina, paterna, immenſa. Johan. 3. & *incompambilis*. vid. infrà ex Chryſoſtomo Titulum 22. §. 1. NB. vid. חבב Devt. 33, 3. qvod Job. 31. verſ. 33. Targum vertit: in ſinu meo. pro חיק Ex. 4, 6. 7. ſinus enim dicitur ab abſcondendo חבאני Eſa. 49, 2. Notat igitur amorem ſingularem cuſtodientis & abſcondentis. Conſ. Pſal. 27. ſicut mater infantem in ſinu fovet. vid. Luc. 16. Unde Elias Levita in Thisbi monet: Hanc vocem חבב non habere ſimilem in universâ ſcripturâ, ſcilicet ob amorem DEI ſingulariſſimum, perfectiſſimum & planè incomparabilem.

Nota 7. Deus communicat bonum ſuum creaturis 1. nondum exiſtentibus, ut ſint & vivant. 2. jam exiſtentibus, ut benè vivant, qvæ eſt benignitas ſive bonitas. NB. infrà Tit. 21. *Χρηϛότης*, Tit. c. 3, 4. 3. miſerè viventibus ob peccatum, ut denuò vivant, qvæ eſt miſericordia, infrà Tit. 22.

§. 2. Amor DEI eſt, qvo ipſe cum objecto amabili ſe ſvaviter unit.

§. 3. Gra-

Digitized by Google

§. 3. Gradus amoris divini erga creaturam ſunt eſſentiæ 1. Communicatio. 2. Conſervatio. 3. Reſtauratio. *De qvâ teſtatur 1. Filii donatio Johan. 3. 2. peccatoris reconciliatio 2. Cor. 5. 3. reconciliationis applicatio, ut inde ſeqvatur εὐδοκία Matt. 3. & Luc. 2.*

§. 4. Amor DEI vocatur tum concupiſcentiæ, tum benevolentiæ.

Ratio eſt, qvia amor importat reſpectum 1. ad bonum ipſum, qvod volumus. 2. ad perſonam, cui id volumus. Reſpectu boni ipſius dicitur *amor concupiſcentiæ*, ſcilicet illius boni, qvod volumus: reſpectu verò perſonæ dicitur *amor benevolentiæ* & amicitiæ, ſcilicet illius ſubjecti, cui volumus bonum. Confer de amore complacentiæ in juſtificatis, ubi adoptio Patris, deſponſatio Filii, & Spiritus S. adornatio in templum conſpicitur. Theolog. Poſ. art. 94. §. 10. NB. & art. 13. 14. 15.

Poriſma 1. Ergo inter Deum & hominem per Chriſtum reconciliatum datur *amicitia*, honeſtiſſima, jucundiſſima, & utiliſſima, rationi qvidem abſurda, veriſſima tamen ex revelatione. Vid. Jacob. 2, 23: Credidit Abraham Deo, & *amicus DEI* vocatus eſt, φίλος Θεοῦ Gottes Freund. Conf. Joh. Baptiſta Gonnet in clypeo Theol. Thomiſt. Tom. 4. diſp. 10. de charitate p. 339. Ubi *de amicitiâ ſupereminentiæ & excellentiæ* agit, qvalis eſt inter inæqvales, v. g. Principem & ſubjectos, qvæ mutuum benevolentiæ amorem reqvirit.

Poriſma 2. Ergo amor Dei erga homines eſt ineffabilis Johan. 3, 16. vid. art. 37. & longè ſublimior illâ charitate, qvæ Angelos & reliqvas creaturas reſpicit.

Poriſma 3. Ergo charitas Dei in Filio eſt Fons omnium beneficiorum ſpiritualium, radix & fundamentum fidei, & totius Chriſtianiſmi vid. Eph. 3, 8. atq; anchora ſpei noſtræ.

Poriſma 4. Ergo amor Dei ſpecialis non tollit amorem Dei univerſalem totius mundi Johan. 3. Deus enim diligit hominem 1. ut creaturam. 2. ut miſerum. 3. ut reconciliatum 1. credentem, 2. electum Epheſ. 1. Conf. de Chriſti ſatisfactione art. 55.

Poriſma 5. Ergo impoſſibile eſt, ut DEUS, qvi eſt ipſa charitas

1. Johan.3. à qvo eſt Mediatoris & reconciliationis catholicæ ordinatio Rom. 5, 10. & amoris paterni per mortem Filii æterni obſignatio, maximam hominum partem ex abſoluto odio deſtinaverit ad æternam damnationem, qvæ charitas non foret benevola, ſed malevola, miſanthropica & immiſericors, revelatæ voluntati univerſæ, imò verbo & ſacramentis planè contraria. NB. art. 38. vid. Dannhauer Tom. 1. Hodom. Calv. p. 794. Qvâ de re B. Lyſerus contra Wendelinum ita loqvitur: Qvæſtio eſt de voluntate Dei relatâ ad intra, in ſeipſum, ut ſummum ex ſeipſo bonum, qvi amor naturalis neceſſarius, numero unus, & perſonis communis: ad extra verò in creaturas, in qvantum bonitatis alicujus à Deo participes fiunt actu, vel certo ordine fieri debent & poſſunt, atqve per hoc in ipſum Deum reducuntur; creaturæ qvidem reliqvæ per & propter hominem; rationales verò per ſe: ita, ut in ſtatu integritatis amor benevolentiæ, beneficentiæ, & complacentiæ ad omnes ex æqvo pertinuerit; poſt lapſum, ob intuitum Redemtoris, amor benevolentiæ, & generalis beneficẽtiæ, in remedii (meriti Chriſti) & medii (fidei) conſtitutione, ad omnes, ex intentione Dei, pertineat; actu verò, per beneficentiam ſpecialem credentes participes fiant, & per complacentiam etiam Deo hîc gratioſè, illic glorioſè uniantur. (vinculo ſcilicet amoris arctiſſimo & planè ineffabili.)

§. 5. *Reliqva huc ſpectantia offert Manuale Theolog. German. Tit. 20.*

TITULUS XXI.
De DEI Benignitate.

vid. Pſalm. 31. verſ. 20. Tit. c. 3. 4.

§. 1.

DEUS eſt benigniſſimus. *vid. Tit. c. 3, 4. apparuit bonitas* die Freundligkeit und Leutſeligkeit/ χρηστότης καὶ φιλανθρωπία. *vid. Luther. Poſtill. Eccleſ. f. 179. b. ubi fatetur, ſe non legiſſe verba ſvaviora*, keine lieblichere Wort / *in universâ Scripturâ. Confer Hebr.* חסד *qvo notatur benignitas, beneficentia, beneficium, pietas, miſe-*

miſericordia, humanitas, & affectus propenſior, etiam in non-promeritum, ad conferendum ei qvæcunqve bona, vel animi vel corporis; ita, ut gratis & ſine ullo merito benefiat alicui, conjungendo affectum benevolum cum effectu benefico, gratuito & gratioſo. Qvorſum & χρηστότης ſpectat. Unde πολύχρηστος eſt res omnibus & ad varias res utiliſſima: ſicut Polycarpus fructum multum & magnum reſpicit; & Bonitas multa & magna, Pſal. 31, 20. die groſſe und vielfältige unzehlige Menge/der unendlichen unaußſprechlichen groſſen Güte. *Qvod confirmat modus loqvendi:* Wie groß iſt deine Güte! ὡς πολὺ τὸ πλῆθος τῆς χρηστότητος. *Qvàm multum eſt bonum tuum! (qvàm multum & magnum! qvàm copioſa & immenſa eſt bonitas tua!* מה רב טובך *vide ſuprà Tit. 4, 20. & infr. Tit. 22. & art. 13. 14. 15. 16.*

§. 2. Benignitas DEI eſt, qva Deus aliqvid boni donando ſe creaturis exhibet beneficum. Qvæ benignitas amorem, gratiam, miſericordiam & patientiam complectitur. *Exod. 34. verſ. 6.*

§. 3. Objectum divinæ benignitatis eſt creatura 1. nondum creata. 2. qvatenus creata. 3. qvatenus facit officium. 4. qvatenus miſera eſt. *Creaturæ nondum creatæ DEI benignitas vult dare eſſe: creaturæ exiſtenti vult conſervare eſſe: creaturæ officium facienti vult dare meliùs eſſe: creaturæ miſeræ vult reddere benè eſſe. vid. Tit. 20. §. 1. & 3.*

Nota 1. Bonitas Dei eſt affectus communicandi creaturis ſuum bonum: qvia ad dandum eſt paratiſſimus.

Nota 2. Benignitas Dei eſt propenſio ejus ad benefaciendum Creaturis, vel nondum exiſtentibus, ut ſint, vel qvà talibus, ut porrò tales ſint, vel officium facientibus, ut feliciores ſint, vel miſeris, ut iterum felices ſint. vid. Tit. 22. Qvæ benignitas inprimis homines attinens apud Paulum vocatur χρηστότης & φιλανθρωπία, Tit. c. 3. 4.

Nota 3. Omnis benignitas properat, & proprium eſt libenter facientis citò facere, qvod vel maximè in Deo patet.

Nota 4.

Nota 4. Benignitas Dei eſt qvaſi janua miſericordiæ. vid. Tit. 22. & articul. 38.

§. 4. *Reliqva huc facientia exhibet Manuale Theolog. German. Titul. 21.*

TITULUS XXII. De DEI Miſericordia.

Pſal. 103, 8. Sicut Pater, ita miſeretur Dominus. *Luc. 6. verſ. 36.* Pater veſter miſericors eſt, οἰκτίρμων.

§. 1.

Miſericordia DEO miſericordiarum Patri verè tribuitur *2. Cor. 1, 3. vid. Luc. 6, 36.* οἰκτίρμων barmhertzig *qvaſi* warmhertzig. Da die Liebe nicht erkaltet/ *Matt. 24, 12. (* ψυχήσεται ἡ ἀγάπη *à* ψῦχος *frigus, omnia conſtringens & mortificans, ut* ψύχη *anima excedat & cum ſpiritu deficiente reſpiratio & ipſa vita deficiat.)* οἶκτος *verò eſt commiſeratio, ubi* οἶτος *miſeria aliena cum affectu benevolo posſidetur,* κτάω, *& miſeria miſeri miſericordiam cordis generat. Unde Deus Pſal. 103. verſ. 8: dicitur 1.* רחום *2.* חנון *3.* ארך אפים *miſericors, gratioſus & longus irâ, & 4.* רב חסד *multus miſericordiâ. NB. ſup. Tit. 21. §. 1.* barmhertzig/gnädig/gedultig/von groſſer Güte/ οἰκτίρμων, ἐλεήμων, μακρόθυμος, πολυέλεος. *vid. inf. Tit. 36. de Longanimitate. NB.*

§. 2. Ratio hujus attributionis eſt evidentisſima, & ſolatio plenisſima, & ab omni imperfectione alienisſima. *Qvia 1. DEUS eſt fons omnis bonitatis Jacob. 1. adeoq; & miſericordiæ. 2. cujus miſericordia eſt excellentisſima & ineffabilis, atqve ratione objectorum & exercitii innumerabilis, imò & ratione gradus incomparabilis, & deniqve ratione durationis interminabilis, Pſal. 103. Unde & multa & magna vocatur, Pſalm. 51. multa ſine numero, & magna ſine menſurâ, & perfectisſima, ſine defectu.*

ctu. Confer Chryſoſtomi verba infrà §. 4. NB. de miſericordia magna. Et in Pſalm. 41. p. 146. ubi explicat comparationem miſericordiæ divinæ, cum amore gallinarum Matt. 23. & parentum Matt. 23. Eſa. 49. & Pſal. 103. & addit: Hæc ideò dicuntur, non qvod ſolùm tantum amet DEUS, ut Mater &c. ſed qvoniam his definitionibus, regulis & exemplis non ſunt apud nos alia majora ſigna & argumenta, ἐπὶ τούτων τῶν ὅρων, καὶ τῶν κανόνων, καὶ ὑποδειγμάτων οὐκ ἔστι περὶ ἡμῖν ἕτερα μείζονα φιλίας τεκμήρια, *&c. Suum enim in nos deſiderium eſſe omni charitate naturali ardentius ipſe oſtendit Eſa. 49.* ὅτι πάσης φιλοστοργίας θερμότερος ὁ περὶ ἡμᾶς αὐτοῦ πόθος ἐστίν.

Nota 1. Miſericordia eſt affectus miſeri miſeriam attendens, eamqve cum corde noſtro uniens, ut miſeri miſeria cordi noſtro jungatur & illud afficiat.

Nota 2. Miſericordia humana ſimul eſt triſtitia: divina verò miſericordia eſt mera bonitas & beneficentia Summi Boni, ſine ullâ mutatione aut paſſione: magis effectum, qvàm affectum exprimens.

Nota 3. Miſericordia divina non eſt accidentalis, aut humano modo variabilis, ſed bonitas Summi Boni eſſentialis Exod. 34. verſ. 6. Mich. 7. verſ. 18.

Nota 4. DEO ſine ullâ imperfectione tribuitur ardentiſſimus miſericordiæ effectus, qvô Mater erga infantem ſuum in utero adhuc deliteſcentem prædita eſt. Licet enim phraſis figurata ſit, res tamen ipſa, ſive miſericordia, Deo verè & propriè competit & tribuitur. Confer רָחַם dilexit, ex intimis viſceribus, Pſalm. 18. verſ. 2. ſicut רֶחֶם uterus tenerrimo affectu fœtum complectitur. vid. Eſa. 49, 15. c. 45, 3. 1. Reg. 3, 26. & σπλάγχνα miſericordiæ viſcera, Luc. 1, 78. de qvâ voce agit Theol. Exeget. lib. 2. c. 5. Tit. 2. §. 4.

Poriſma. Ergo falſum eſt, qvod Deus ſit qvaſi miſericors, qvia eſt ſummè miſericors. Nam miſericordia *materialiter* qvidem involvit compaſſionem & triſtitiam, *formaliter* verò notat benevolam alienæ miſeriæ ſublevationem, à Summo Bono profectam, qvod eſt ipſa charitas, 1. Johan. 3. Cujus miſericordia neqvaqvam eſt humana, impoten-

potentis, cum ægritudine conjuncta; ſed divina, omnipotentis, cum benefacientis gaudio & delectatione perfectiſſimâ.

§. 3. Miſericordia DEI eſt gratioſiſſima voluntatis divinæ propenſio ad ſuccurrendum miſeris, qva creaturæ ſeductæ propter peccatum miſeræ non obſtante peccato vult opem ferre. *Unde peccati remisſio & pœnæ ablatio oritur. Vid. Artic. 37. Exod. 34,6. Hoſe. XI. verſ. 8. Epheſ. 2. verſ. 4. Jacob. 5. verſ. 11.*

Nota 1. Miſericordia Dei miſeriam miſerorum ex peccato ortam præſupponit.

Nota 2. Malevola eſt miſericordia, qvæ miſerum facit, ut ipſi miſericordiam exhibere poſſit.

Nota 3. Miſericordia divina nullam infert Liberalitatem. vid. inf. Tit. 35. aut liberalem extra Chriſti meritum peccati condonationem divinæ Juſtitiæ contrariam. Conf. inf. art. 55. & 94.

§. 4. Objectum miſericordiæ divinæ ſunt homines, & qvidem omnes. *vid. artic. 37. & 38. non verò Diaboli. vid. artic. 11. nec damnati increduli ad orcum præcipitati & æterno ſupplicio adjudicati. vid. artic. 141.*

Nota: Deus non miſeretur miſerorum, qvos ipſe miſeros fecit, aut ad miſeriam creavit, ſed qvos ſuâ culpâ miſeros invenit, Hoſē. 13.

§. 5. Fundamentum miſericordiæ divinæ, & omnis fiduciæ, ſpei atqve ſalutis noſtræ eſt CHRISTI meritum. *vid. artic. 55. Conf. Chemnicii Harmon. Evangel. in c. 3. Johann. col. 362.*

Nota: Amor Dei eſt affectus unionis Jer. 31, 3. inde fluit Redemtionis ordinatio & Redemtoris donatio, Johan. 3. Rom. 5, 10. ex cujus merito oritur *ἐυδοκία*, Rom. 8. verſ. 39. & juſtificatorum gratia & gloria, Pſalm. 84.

§. 6. Gradus miſericordiæ divinæ diſtinctos exhibet regnum potentiæ, gratiæ, & gloriæ. *Magna enim eſt miſericordia DEI, qvæ vitam naturæ; major, qvæ vitam gratiæ;*

ſed

Digitized by Google

ſed maxima, qvæ vitam gloriæ reſpicit. vid. ſupr. §.1. Confer Chryſoſtomum Tomo 1. Homil. 2. in Pſalm. 51. col. 920. Miſericordiam dixiſti magnam, edicito qvantam! Magnam ſcio, qvanta ſit neſcio, qvantitatem non comprehendo.

Nota: Qvemadmodum miſericordia humana diſtinctos miſericordiæ actus certo ordine exercere ſolet, qvorum primus eſt erranti ignoſcere: ſecundus infirmos tolerare: tertius adverſis condolere: qvartus miſerum liberare & juvare: ſic ſalvâ divinâ perfectione in peccatore conſpicitur peccatorum remiſſio, infirmitatis toleratio, paterna commiſeratio Pſal. 103. & miſeri liberatio à culpâ & pœnâ, ejusqve translatio in gloriam æternam.

§. 7. Scopus divinæ miſericordiæ eſt DEI gloria & noſtra ſalus. *Confer de his, atqve aliis huc ſpectantibus Manuale Theol. Germ. Titulo 22.*

Poriſma. Ergò miſericordiam tollit, qvi Deum miſeriæ cauſam facit. Qvâ de re B. Lyſerus contra Wendelinum ait: Qvæſtio eſt de actu voluntatis Dei ad extra, & qvidem in ſpecie circa creaturæ miſeriam, qvæ in genere qvidem defectus eſt cujusvis boni debiti adeſſe; in ſpecie verò & propriiſſimè defectus omnis boni, cum ſummo malo conjunctus, in damnatione: qvam ex abſoluto odio, ſine reſpectu ad peccatum, nemini miſericordia infligere permittit; ſed & poſt lapſus præviſionem, ex propenſione generali, remedium contra eam invenit, omnibusqve offert: & qvando actu ſuccurrere, per remedii prætractum in pereuntibus contemtum impeditur, illud contra eam eſt (NB. Neqve enim Deus vult mortem peccatoris etiam jam actu morientis. vid. Ezech. 18. c. 33.)

§. 8. *Reliqva huc ſpectantia offert Manuale Theol. Tit. 22.*

TITULUS XXIII.
De Gratia DEI.

Rom. 1, 7. Gratia à DEO Patre noſtro, Rom. 5, 20: Ubi multiplicatum fuerat peccatum, ibi ſuperabundavit gratia. ἐπλεόνασεν

νασεν ἡ ἁμαρτία, ὑπερεπερίσσευσεν ἡ χάρις. Pleonaſmum peccati excellentiſſimè ſuperat gratiæ ſuperabundantia. Wo die Sünde mächtig worden / da iſt die Gnade viel mächtiger worden. Confer 1. Tim. 1, 14. *ὑπερεπλεόνασε ἡ χάρις.* Es iſt deſto reicher geweſen die Gnade. Exuberavit gratia omni pleonaſmo peccati longè major, pleniſſima & abundantiſſima: ex *πλέος* plenus, qvaſi à *πολὺς*, multus, omnia implens.

§. 1.

AMoris & bonitatis divinæ qvaſi adjunctum qvoddam eſt Dei Gratia, ſecundùm qvam DEUS amat creaturas, & earum miſeretur, non tantùm gratioſè ſeu benevolè, ſed etiam gratis. *Confer Rom. 3. verſ. 24. adeoq; non ex debito, aut beneficiarii merito, neqve ut ſibi aliqvid accedat, ſed tantùm ideò, ut benè ſit rei amatæ. Pſalm. 103. verſ. 8. Vid. Lutheri præfat. in Ep. Rom. ubi ait:* Die Göttliche Gnade iſt eigentlich GOttes Hulde/ oder Gunſt/ die Er zu uns trägt bey ſich ſelbſt/ aus welcher Er geneigt wird/ Chriſtum und den Heiligen Geiſt/ mit ſeinen Gaben/ uns zu ſchencken.

§. 2. Gratia Dei eſt favor ejus gratuitus, qvo creaturæ rationali benefacit, adeoqve eſt benevolus Dei affectus, in peccatores, qvos non modo ab exitio liberare, verùm etiam innumeris beneficiis, in regno potentiæ, gratiæ & gloriæ afficere dignatur. *vid. Pſalm. 103. Qvâ de re B. Lyſerus contra Wendelinum ita loqvitur: Qvæſtio eſt de amabilitate, non tantùm objectivè, qvâ Deus in ſe ipſo amabilis, ſed & effectivè, qvâ creaturæ gratis largitur ſuum favorem, & ex eò, qvicqvid in creaturâ favorabile. qvod, dum homo per lapſum amiſit, ex generali favore omnibus, certo tamen ordine, eum rurſus largiri vult, ut, qvi non contemnunt ordinem, actu illius participes fiant, propter imputationem gratiæ ab alio promeritæ: & dein ob perſonam*

nam ejus etiam opera, hic cum tegumento, in alterâ autem vitâ perfectè. Confer de amore Dei Titulum 20. NB.

Nota 1. Gratia eſt fons omnium beneficiorum & univerſæ ſalutis noſtræ ſine ullis meritis, Eph. 2. Rom. 3. non obſtante peccato, cum relatione ad miſeriam, Pſal. 103. eorum qvoqve, qvi in peccatis erant mortui Epheſ. 2. Conf. חֵן Pſalm. 51. gratiam, favorem, & gratuitam in gratiam receptionem adulteri & homicidæ. Gott ſey mir gnädig nach deiner Güte!

Nota 2. *Gratia* reſpicit 1. gratioſum affectum. 2. gratioſum effectum & actum gratuitum atqve benevolum, indigno & pœnâ digno exhibitum. vide infr. art. 90.

Nota 3. Gratiæ vox accipitur

1. *Paſſivè* pro dono ſive beneficio gratuito, ſine ullis meritis peccatori gratis conceſſo. vid. infr. art. 94.

2. *Activè* pro ipſa Dei miſericordia gratis exhibita, qvæ in hominibus non ſubjectivè eſt, ſed objectivè, qvatenus agnoſcitur.

§. 3. Actus gratiæ & bonitatis divinæ gratuitæ non ſolùm deprehenduntur in creatione, & conſervatione, ſed vel maximè in peccatoris gratioſa & gratuitâ Reſtitutione, Redemtione, Converſione, Juſtificatione, Sanctificatione & Glorificatione. *Vid. Artic. 16. de DEI operibus & Actionibus, qvæ in univerſo potentiæ, gratiæ & gloriæ regno conſpiciuntur. Confer fructus amoris complacentiæ Theol. Poſit. artic. 94. §. 10. NB.*

§. 4. *Reliqva huc facientia oſtendit articulus 90. & Manuale Theolog. German. Tit. 23.*

Titulus XXIV.
De Odio DEI.

Pſalm. XI, 5. Jehovah juſtum probat: impium autem & diligentem iniqvitatem odio habet anima ejus, LXX. μισεῖ, qvia

ma-

malum non eſt conveniens, μὴ ἴσον. NB. §. 1. שנאה odium, cum nauſeâ & faſtidio includit, ut non tolerari poſſit, Pſalm. 101, 3. Wenn man einem gramm und ſein überdrüſſig iſt. Eccleſ. 2, 17. 18. Prov. 25, 17. Pſal. 5, 6.

§. I.

ODium DEI eſt appetitus removendi peccatorem cum peccato. *Ratio eſt, qvia odium propter objecti diſconvenientiam importat diſplicentiam, vel in peccato, vel in ipſo peccatore, vel in malo phyſico. Unde, ſicut eſt perfectio in DEO amare bonum, ita & odiſſe malum. vid. Arriaga Tom. 1. in Thom. diſp. 25. ſect. 4. p. 262.*

Nota 1. Uti amor in bonum, ita odium fertur in malum, vel ſecundum ſe, ut *odium abominationis*, ſive diſplicentia mali contrarii, qvod nos patimur, aut alii: & prout vel nobis contrarium, vel alteri noxium eſt. vid. Tit. 26. vel qvatenus alteri malum eſt, & vocatur *odium inimicitiæ*, qvod eſt actus, qvo volumus alteri malum, ut malum illius eſt, ex diſplicentiâ perſonæ, non qvatenus creatura, ſed qvatenus peccato contaminata eſt.

Nota 2. *DEO tribuitur odium tum abominationis* ex Tit. 26. *tum inimicitiæ*, qvia ex peccatoris diſplicentiâ & pœnam vult judex ſanctiſſimus, & talem, qvæ peccatori adverſa eſt. Unde Auguſtinus ait: Non odit Deus Eſau hominem, ſed Eſau peccatorem.

Nota 3. Odium innuit Dei diſplicentiam, & appetitum removendi malum. Exiſtente enim peccato Deus neceſſariò illud averſatur, licet creaturam, qvà talis eſt, neceſſariò amet, ejusqve felicitatem appetat & deſideret, adeoqve non datur in Deo creaturæ odium abſolutum, ſed unicè ex peccato ortum. vid. art. 111. NB. & art. 36.

Canon: Odium Dei adverſus peccatum non eſt liberum, ſed Deo ſanctiſſimo naturale.

Nota 4. Odio Deus habet peccata, non verò odit peccatorem reconciliatum, cui in CHRISTO ſunt remiſſa peccata. Scilicet, qvi non juxta carnem ambulat, ſed juxta ſpiritum Rom. 8, 1. qvi peccatum qvidem habet 1. Johan. 1, 8. inhabitans, Rom. 7. non tamen peccatum operatur proæreticè, cum operariis iniqvitatis, qvi vocantur ἐργαζόμενοι

Digitized by Google

μενοι τὴν ἀνομίαν, Ubelthäter/Matt. 7,23. die aus der Sünde ein Handwerck machen/ und dieſelbe muthwillig und vorſetzlich täglich treiben ohn Unterlaß. vid. art. 94. & 100.

Nota 5. Odium peccati manet in judice juſtiſſimo, etiam peccati per Chriſtum ablati. Nunqvam enim ſanctiſſimo peccatum placere poteſt ullo modo.

Nota 6. Odium peccati in Chriſtum conjecti non Mediatoris perſonam, ſed culpam alienam ipſi imputatam reſpicit 2. Cor. 5. Pſal. 69. Poteſt enim & judex puniens miſericordiâ tangi erga patientem, licet ſcelus ipſum juſtiſſimo perſeqvatur odio. Conf. Dorſchæi Theolog. Zach. P. 1. p. 257.

§. 2. Reliqva huc ſpectantia exhibet Manuale Theolog. German. Tit. 24. & praecedens Titulus 18. de ſanctitate DEI, & Tit. 32. & 35. & art. 31. NB.

TITULUS XXV.
De Deſiderio DEI.

Eſa. 65,2. Expandi manus meas, totâ die ad populum incredulum. Ich recke meine Hände aus / ἐξεπέτασα. פרש außbreiten/ ἐκπετάννυμι expando, πετάω, pando, qvemadmodum is, qvi anxiè deſiderat manuum vacuarum impletionem, ſicut orantes 1. Reg. 8, 22. & advenientem ulnis excipientes. Conf. Luc. 2, 28. & ad egenum largitionis causâ manus extendentes, Proverb. 31, 20. Deus enim multò magis paratus & promtus eſt ad dandum, qvàm nos ad accipiendum. Conf. Devt. 5, 29. Ach daß ſie ein ſolch Hertz hätten! O daß ſie weiſe wären! c. 32, 29.

§. 1.

DEſiderium DEI eſt amor ejus ad bonum non ſibi, ſed homini futurum relatus, *dum ſalutem noſtram & cum Deo cohabitationem ſerio expetit. vid. Tit. 36.*

Nota 1.

Digitized by Google

Nota 1. Amor ad bonum futurum relatus dicitur deſiderium.

Nota 2. Qvemadmodum ſummum bonum perfectiſſimum nihil deſiderare poteſt ſibi: ita omninò creaturam amare, ejusqve ſalutem deſiderare poteſt. Non ut ipſe Deus aliqvid habeat, ſed ut creatura habeat bonum deſideratum cum gaudio.

§. 2. Deſiderium DEO attributum nullam infert imperfectionem, *qvia ſine omni paſſione, inordinatione, infirmitate & defectu boni concipiendum eſt. Ita, ut DEO tribuatur non ob impotentiam, ſed ad exprimendam ſinceri amoris conſtantiam: & propter effectus Dei, creaturarum ſic affectarum effectibus ſimiles.*

Nota: In DEO non eſt deſiderium humanum de bono non habito, cujus acceleratio non eſt in deſiderantis poteſtate; ſed divinum, ſine ulla imperfectione, non ad habendum, ſed ad agendum. vide Jerem. 36, 3. dum à creaturis ſeriò reqvirit fidem & obedientiam, qvibus vult dare præmia.

§. 3. Deſiderium DEI, qvod ſalutem noſtram reſpicit, omninò ſerium eſt & catholicum. *Confer ſupr. Tit. 17. de voluntate DEI, & Thomam part. 1. q. 19. art. 6. ubi ait: Voluntas DEI antecedens indeterminata velleitas & deſiderium vocari poteſt; nihilominus tamen voluntas eſt ſecundum qvid, qvia id ipſum ſecundum qvid volumus, qvod antecedenter volumus. NB. Jerem. 36, 2. 3.* Schreibe / *&c.* ob vielleicht das Haus Juda ſich bekehren wolte / damit ich ihnen ihre Miſſethat und Sünde vergeben könte.

Nota: Non obſtat humana malitia, qvæ deſiderium DEI benevolum evertere conatur. (Ego volui, ſed vos noluiſtis Matt. 23.) Qvia deſiderium hoc non eſt abſolutum, ſed ad certa media relatum. vid. art. 38. & 39. Poteſt enim Medicus ægri ſalutem nihilominus deſiderare per certa media reſtaurandam, etiamſi æger illa admittere nolit, ſed pertinaciſſime iſta rejiciendo mortem ſibi ipſi acceleret.

§. 4. *Reliqva huc ſpectantia offert Manuale Tit. 25.*

TITUL.

Digitized by Google

Titulus XXVI.
De DEI Abominatione.

Pſalm.5.verſ.7. Abominabitur Dominus virum doloſum, LXX. βδελύξεται. תִּעֵב omnibus ſenſibus abhorrere ab aliqva re, aliqvid ex nauſeâ qvâdam deteſtari, ceu impurum, injuſtum, & ingratum, ſicut amici Jobum ulceroſum c. 19, 19. ſicut ſtomachus ægroti omnem cibum faſtidire ſolet, Pſalm. 107, 18. Ein Greuel ſind die greulichen Sünden/ Ezech. 16, 43. Prov. 6, 16. βδέλυγμα (à βδέω, pedo, flatum ventris emitto.) Conf. Levit. 20, 23. קוץ Gott hat einen Greuel an den Heyden. ἐβδελυξάμην, ſicut Iſraëlitæ cum faſtidio repudiabant Manna/ mit einem Eckel Num. 21, 6. cum periculo vomitus, daß man kotzen möchte/ & מאן de ſtomacho cibum faſtidiente & renuente Job. 33, 20. c. 6, 7. ſicut ſolatia non admittit afflictus Pſal. 77, 3. Gen. 37, 35.

§. 1.

ABominatio DEI ſanctiſſimi reſpicit malum culpæ, à Deo juſtiſſimo alieniſſimum, ideo, qvia naturâ turpe, ejusqve ſanctitati & juſtitiæ ſimpliciter eſt contrarium. *vid. Tit. 18. 32. & 35.* *NB.*

Nota: תּוֹעֵבָה res abominanda eſt peccatum, qvam ne qvidem attingere licet Gen. 43, 32. Devt. 14, 13. Die greulichen Sünden/ welche greuliche Straffen erwecken. anathema, ein verbanneter Greuel/ c. 7, 26. du ſolt nicht in dein Hauß den Greuel bringen / daß du nicht verbannet werdeſt/ wie daſſelbe iſt. Sondern du ſolt einen Eckel und Greuel daran haben/ denn es iſt verbannet.

§. 2. Odium abominationis eſt mali, qvod DEO contrarium eſt, averſatio & diſplicentia. Unde abominatio Dei eſt, qvâ execratur peccata, qvia juſtitiæ divinæ repugnant. *Conf. Tit. seqv. 30. 31. 32. & ſup. Tit. 24. & 18.*

§. 3. Objectum abominationis divinæ eſt peccatum. *NB. articul. 36.*

Nota: Deus abominatur peccata 1. *Affectivè*, qvatenus ea ſeriò deteſtatur & averſatur, Proverb. 6, 16. 2. *Effectivè*, qvatenus per ſuam juſtitiam vindicatricem ea cum peccatoribus tollit & in infernum præcipitat. Vid. Rom. 2, 4. vid. Tit. 32. & 141.

Poriſma. Qvicunqve ergo odio habet iniqvitatem & abominatur mendaces, ille non ſolùm peccato non delectatur, ſed etiam illud nullo modo velle poteſt. Abominatio enim eſt ſummus noluntatis gradus, qvi cum voluntate nullo modo conſiſtere poteſt. vid. Hackſpan. annot. ad Pſal. 5.

§. 4. *Reliqva huc facientia offert Manuale Theolog. Titul. 26. NB.*

Titulus XXVII.
De Gaudio DEI.

Devteron. 28, 63. Lætatus eſt Dominus ſuper vos, benefaciens vôbis. שוש intimè oblectatus eſt, ηὐφράνθη. Der HErr freuete ſich/daß Er euch guts thäte/ ſicut lætatur ſponſus Eſa. 62, 5. vid. c. 65, 19. & 18.

§. 1.

Gaudium tribuitur DEO perfectiſſimo ob ſufficientiſſimam omnis boni delectabilis præſentiam.

Obſerv. 1. *Gaudium ſive lætitia* generaliter conſiderata eſt motus animi proveniens ex imaginatione boni præſentis.

Obſerv. 2. *Delectatio* eſt animi tranqvillitas, in bono præſenti ſvaviſſimè acqvieſcentis. Qvæ ex boni conſideratione oritur, tum abſolutâ, tum comparatâ cum aliis.

Obſerv. 3. *Exultatio* גיל eſt externa gaudii interni manifeſtatio Eſa. 65, 19. Pſal. 13, 6. Zach. 9, 9.

Obſerv. 4. *Riſus* conſeqvitur gaudium, & nonnunqvam hoſtium contemtum reſpicit. Conf. Pſal. 2, 4. שחק & Lutheri verba Manual. Tit. 27. p. 199.

Obſerv. 5.

Digitized by Google

Obſerv. 5. Επιχαιρεκακία, qvæ alienâ miſeriâ delectatur, à Deo eſt alieniſſima. Conf. Orator. Eccleſ. p. 224. Nec obſtat Prov. 1, 24. Ich will lachen in euren Unfall / qvia per riſum illum humano more innuitur univerſa auxilii denegatio, qvanta eſſe ſolet illorum, qvi hoſti pertinaciſſimo illudunt, dum auxilium fruſtra qværit. Ich will mich euer eben ſo wenig annehmen / als die jenigen / welche ihren Feind außzu-lachen und zu verſpotten pflegen.

Obſerv. 6. Gaudium in Deo neqvaqvam mutabile aut humanum, ſed ſanctiſſimum eſt, ex infinita ejus bonitate & benefaciendi promtitudine, adeoq; perfectiſſimum.

Obſerv. 7. Gaudium Deo tribuitur ex rei convenientis præſentia, qvod patet ex Tit. 25. de Dei deſiderio.

Obſerv. 8. Res Deo convenientes ſunt fruitio ſui ipſius, *ex amore*, obedientia creaturæ deſideratâ Pſal. 81, 14. & communicatio bonitatis, Eſa. 62, 6. atqve hoſtium interitus *ex juſtitia* Prov. 1, 24.

§. 3. Reliqva huc ſpectantia offert Manuale Theolog. German. Titul. 27.

Titulus XXVIII.

De Dolore, necnon de Pœnitentia, atqve Triſtitiâ Deo attributâ.

Jerem. 31, 20. Conturbata ſunt viſcera mea. *Gen. 6, 6.* Pœnituit Deum, qvod hominem feciſſet. נחם ἐνεθυμήθη, es reuet ihn. ſic Jonæ 3, 10. pœnituit & non fecit. & Jerem. 18, 8. pœnitebit me mali. Geneſ. 6, 6. Deus doluit in corde ſuo, Epheſ. 4, 30. Ne contriſtetis Spiritum Sanctum.

§. 1.

Dolor de DEO dicitur, qvando offenditur ſibi odioſâ inobedientiâ creaturæ. *Dum occaſio præbetur hoſtibus blaſphemandi Nomen Dei, 2. Sam. 12, 14.*

Nota 1. *Dolor* in genere eſt offenſio animæ, dum patitur aliqvid,

à qvo diſſentit, tanqvam ab eo, qvo ſe lædi ſentit. Vel: Dolor eſt affectus lætitiæ contrarius, ex ſenſu mali præſentis, unde ægritudo, ſive turbatio animi oritur. vid. Oratoria Eccleſ. p. 191.

Nota 2. Dolor pertinet ad affectus Deo impropriè competentes, qvi Deo analogiâ qvâdam ab hominum affectibus deſumtâ tribuuntur, (ſicut & Pœnitentia, atqve Triſtitia) propter effectus qvosdam Dei, creaturarum ſic affectarum effectibus ſimiles.

§. 2. Pœnitentia DEO tribuitur Metaphoricè, qvando ſimilia hominibus, & factis eorum, qvos conſilii aut facti pœnitet, facere ſolet. *Propriè enim pœnitentia de DEO negatur, Num. 23, 19. Non eſt homo Deus, ut mentiatur, & filius hominis, ut pœniteat eum. vide ſupr. Tit. 17. §. 5.*

Nota 1. Pœnitentia præſupponit 1. ignorantiam intellectus. 2. inconſtantiam voluntatis. 3. impotentiam poteſtatis & executionis. Unde Deo omniſcio, immutabili & omnipotenti, ſalvâ ejus omniſcientiâ, immutabilitate, & omnipotentiâ non poteſt attribui propriè.

Nota 2. Pœnitentia tribuitur Deo non facienti eadem, ſed ſimilia homini pœnitenti.

Nota 3. *Fundamentum* hujus attributionis Metaphoricæ non eſt in Deo, ſed in objecto.

Nota 4. *Objectum*, qvod voluntati divinæ conforme erat, & placebat, in pejus mutatum diſplicere incipit: qvod verò Deo diſplicebat, in melius mutatum placere incipit, ſine ullâ mutatione divinæ voluntatis.

Nota 5. *Complacentia & Diſplicentia*, amor & odium, in Deo non ſunt actus producti, ſed ipſa Dei voluntas, cum connotato objecto, ad qvod ipſa terminatur, concepta.

§. 3. Triſtitia tribuitur DEO Metaphoricè, qvando homines peccata ſanctitati divinæ adverſa committunt, & *ejusmodi malefacta perpetrant, qvæ triſtitiam in animo parentis benevoli excitare poſſent: ſalvâ divinâ perfectione, & conſtantiâ intellectus, voluntatis & poteſtatis.*

Nota 1. *Triſtitia* eſt ſpirituum ad ſua principia à re nobis non con-

Digitized by Google

convéniente, qvod eſt malum præſens, contractio. vid. Orator. Eccleſ. p. 190.

Nota 2. *Triſtitia DEO tribuitur reſpectu effectus ſimilis*, qvem triſtitiæ affectus edere ſolet. Confer Geneſ. 6, 6. Es bekümmerte ihn in ſeinem Hertzen/ עצב doluit apud animum ſuum. Conf. Eſa. 63, 10. Dolore affecerunt Spiritum S. ejus; & Epheſ. 4, 30. μὴ λυπεῖτε, ne contriſtetis Spiritum S. λύπη, dolor, ægritudo, Johan. 16, 20. à λύω, ſolvo, qvia dolor corporeus oritur ex ſolutione continui. Confer infrà art. 15. & reliqva huc ſpectantia, qvæ offert Manuale Theolog. German. Titul. 28.

TITULUS XXIX.
De DEI Spe.

Eſa. 5, 4. Expectavi uvas, ἔμεινα. μένω, μὴ νεύω exſpecto, maneo, velut, qvi locum ita ſervat, ut nec mutet, nec nutet.

§. 1.

SPes DEO tribuitur, qvando expectat à creaturâ obedientiam gratiâ DEI præſtabilem.

Nota 1. *Spes generaliter* conſiderata eſt affectus qvovis modo vincens qvodvis malum præſens, abſentis aut futuri boni cogitatione. vid. Orator. Eccleſ. p. 236. Conf. Hebr. קוה Pſal. 37, 9. qvod ſignificat magno animi deſiderio in aliqvem intentum eſſe, & ex eo pendere. & Rom. 8, 19. ἀποκαραδοκεῖν, capite intento contemplari, qvod includit geſtum continuè aliqvem intuentium, & anxiè atqve avidè expectantium. (καραδοκέω expecto, capite exſerto ad videndum; κάρα, caput, vertex: eſt enim princeps pars corporis, à κραίνω, impero.)

Nota 2. *Confidentia* metui oppoſita, eſt ſpes, cum rerum ſalutarium imaginatione (qvas ſe brevi conſecuturum qvis putat) aut horribilium, qvas vel ſublatas, vel remotas eſſe arbitratur.

§. 2. Spes DEI eſt boni expectatio, neqvaqvam indi-

indigentis, aut impotentis, ſed converſionem hominis ſeriò & paterno affectu deſiderantis.

Nota 1. *In expectatione humanâ* concurrit.
1. contingens rei expectatæ poſſibilitas.
2. perſvaſio ſperantis de re expectatâ.
3. deſiderium rei expectatæ in ſperante.

Nota 2. *Spes divina* oſtendit 1. rei expectatæ adhuc futuræ contingentiam. 2. deſiderium ſincerum & benevolum, & qvidem ſine vanâ perſvaſione. Qvæ in DEO omniſcio nullum planè locum habet. Confer Acta Synodalia Remonſtrantium, part. 2. articul. 3. pag. 102. & p. 104.

§. 3. *Qvæ porrò ad illuſtrationem hujus Tituli facere poſſunt, illa exhibet præcedens Titulus 25. de Deſiderio DEI, & Manuale Theolog. German. Titul. 29.*

TITULUS XXX.
De DEI Ira.

Pſalm. 90, 11. Qvis agnoſcit iræ tuæ gravitatem? Wer glaubts/ daß du ſo ſehr zürneſt? Qvis cognoſcet robur iræ tuæ? יודע NB. ſup. p. 11. qvis ſufficienter cognoſcet cauſas iræ DEI, etiam ob peccata rationi incognita? qvis cognoſcet robur iræ? κράτος τῆς ὀργῆς עז אפך qvæ, qvalis, qvanta ſit ira tua, pertingens uſqve ad inferni abyſſum, Devt. 32, 22.

§. 1.

IRa DEI eſt juſtitiæ læſæ relatio ad extra, qvæ compenſationem reqvirit, ideoqve pœnas peccatori infligit juſtiſſimas. *vid. artic. 36. DEUS enim juſtiſſimus creaturæ peccatrici meritò infert malum pœnæ, & vindictam ſumit de eâ: qvæ eſt index amoris erga juſtitiam ſuam, & odii adverſus peccatum.*

Nota 1. *Ira eſt affectus depulſionis*, qvo id, qvod diſplicet, depellimus. Et Ira humana eſt conjuncta cum dolore cupiditas vindictæ ejus,

Digitized by Google

ejus, qvam videamur nobis poſſe exeqvi, propterea, qvod qvis aut nos, aut noſtrorum qvempiam immeritò parvi feciſſe videatur. *Species contemtus* ſunt deſpectio, incommodatio, cum impedimento, & contumeliâ.

Nota 2. *Ira materialiter* importat commotionem & perturbationem: *formaliter* verò notat cupiditatem vindicandi illatam injuriam, qvæ in Deo ſanctiſſimo eſt juſtiſſima. vid. Orator. Eccleſ. p. 263.

Nota 3. Ira Deo nec materialiter, nec formaliter competit, *ſed eminenter*, ratione ſummæ perfectionis, qvam juſtitia reqvirit, qvæ iraſci, & tamen non peccare poteſt. Pſal. 4.

Nota 4. Ira etiam *Salvatori* ſanctiſſimo verè tribuitur, ſine omni imperfectione Marc. 3, 5. (reſpexit eos μετ' ὀργῆς.) Vid. Lutherum in Gen. c. 42. Tom. XI. Witt. f. 169. b. Zorn/wenn rechte Maſſe dabey iſt/und daß er im rechten ordentlichem Gebrauch bleibet/ ſo iſts ein natürlicher affect und Bewegung/ ſo der Natur deß Menſchen von GOtt eingepflantzet iſt.

§. 2. Iraſci DEO tribuitur κατ' ἀνθρωποπάθειαν, *qvia ira DEI eſt ejus juſtitia offenſa*.

Nota 1. Ira Dei non eſt perturbatio animi ejus, ſed judicium, qvô irrogantur pœnæ peccatis, & indignatio Dei juſtiſſima atqve vindicta puniens delicta præcedentia, Rom. 1.

Nota 2. Ira Dei ſignificat 1. peccati diſplicentiam, per modum affectus. 2. effectivè peccati pœnam. 3. organicè pœnarum Miniſtros. 4. formaliter verò notat puniendi affectum, unde malum culpæ, malum pœnæ ſeqvitur. vid. inf. art. 36.

Nota 3. Qvemadmodum Deus ſine ſenſu ſentit, ſine oculis videt, ita etiam ſine commotione iraſcitur.

§. 3. Objectum iræ divinæ eſt peccatum, & peccato indulgens peccator. *Unde & rixæ divinæ non tam verbales, qvàm reales ſunt* hadern ריב ſtraffen und nach der Strenge verfahren/ נטר *ſervare iram*, Zorn halten und behalten/ *ut commodo tempore vindictam effundas Pſal. 103, 9.*

Canon. *Deus peccatoribus iraſcitur, ſed pœnitentibus ignoſcit.* vid. Lutherum Tom. XI. Witteb. f. 331. Gott zürnet und ſtrafft/ aber doch alſo/

Digitized by Google

alſo/daß Er dabey läſt Gnade und Barmhertzigkeit ſeyn/um der bußfertigen Sünder willen.

§. 4. Ira DEI *exemplaris conſpicitur in paſſione & ſatisfactione CHRISTI pro peccatis rigidiſſima. vid. infrà artic. 55. & 60. qvæ ſola monſtrat antidotum iræ divinæ credentibus. vide infrà Theol. Paracleticam, & Panopliam S. NB.*

§. 5. Iram DEI *& pœnam peccatis* debitam ſolus Chriſtus portat ἱλαστικῶς, ratione formalis, cum abolitione *Eſa. 53. inf. art. 55. Credentes verò illam portant* παραδειγματικῶς *& ratione materialis. Mich. 7, 9. vid. inf. art. 108.*

§. 6. *Reliqva huc facientia offert Manuale Theolog. German. Titul. 30.*

TITULUS XXXI.
De Zelo DEI.

Eſa. 9, 7. Hoc faciet Zelus Domini exercituum. קנאת ζῆλος, der Eyver.

§. 1.

ZElus DEI ſimul amorem & indignationem includit.

Nota 1. *Zelus* utrumqve reſpicit, videlicet 1. amorem & curam rei amatæ. 2. indignationem adverſus lædentem rem amatam, vel non redamantem eum, qvi aliqvem amat.

Nota 2. Zelus DEO attributus ſignificat

1. ardentem amorem, protectionem, & amati aſſertionem.
2. vehementem iram adverſus eos, qvi Eccleſiam lædunt, eorumqve averſationem.
3. ſeriam animadverſionem ex ardenti amore profectam. Nam qvò major eſt rei amatæ dilectio, eò major eſt cura & protectio, & in lædentem animadverſio ſeveriſſima.

§. 2. *Reliqva huc ſpectantia offert Manuale Tit. 31.*

TITUL.

Digitized by Google

Titulus XXXII.
De Juſtitia Dei generatim conſideratâ.

Pſalm. XI, 7. Juſtus eſt Dominus צדיק δίκαιος, der HERR iſt gerecht.

§. 1.

Juſtitia DEO ſanctiſſimo & juſtiſſimo rectè tribuitur. *Cujus ſummarium B. Lyſerus Wendelino oppoſuit hoc modo: Quæſtio eſt, non de* juſtitiâ Dei, qvæ à Deo eſt in nobis, *vel imputativè, (juſtitia Chriſti) vel inhæſivè, inchoatè hic, perfectè ante lapſum, & in gloriâ:* ſed, qvæ eſt in Deo. *Hæc* ad intra *eſt perfectiſſima illa & conſtantiſſima puritas, ſanctitas, & rectitudo, qvia nihil in ejus eſſentiâ vel voluntate illi contrarium cogitari poteſt, aut debet:* ad extra *verò ipſius opera omnia eidem rectitudini ſunt conformia, & in ſpecie non tantùm ipſe ſuum ſibi (gloriam & laudem vendicando) & cuiqve, ut ab æterno voluit, tribuit; ſed & congruentiam cum ſuâ rectitudine diverſo gradu, creaturis omnibus, rationali tamen cum libertate arbitrii, & ſpe gratuitæ remunerationis largitur: à qva, dum aliqva excidit, ira excitatur, &* vindicativa juſtitia *per pœnam ad rectitudinem reducit, Angelos qvidem ſimpliciter, in ſeſe, (per pœnam æternam) homines verò per temperamentum miſericordiæ, in Filio, omnes ſanè, ratione intentionis, & perfectæ ſatisfactionis, attamen ſub conditione applicationis (qvæ conditio non noſtra, ſed divina gratis donata eſt) qvæ ſi adeſt, ſpes promiſſæ gratuitæ remunerationis additur; ſi præfractè impeditur,* vindicatrix *in ipſis etiam exeritur in æternum.*

Nota 1. *Juſtitia humana* vocatur

1. *particularis*, qvæ eſt virtus mediocritatem ſervans in bonorum externorum diſtributione, aut commutatione.

2. *univerſalis*, qvæ univerſam juſtitiam & virtutem moralem complectitur, qvatenus illa hominem in ordine ad alios perficit.

Nota 2. Juſtitia *diſtributiva* officium ſuum diſtribuendo peragit: *commutativa* verò commutationes voluntarias dirigit, & invitas corrigit. (unde aliis directiva ſeu commutativa ſtrictè ſic dicta; & correctiva ſeu emendativa vocatur.)

§. 2. Juſtitia DEI eſt ſumma voluntatis divinæ rectitudo, *ſive ſanctitas. NB. ſup. Tit. 18. qvâ juſtitiam naturaliter amat & injuſtitiam averſatur, fatente ipſo Calvino, qva à creaturâ rationali,* qvod rectum & juſtum eſt, *exigit. Conf. Pſal. XI, 6. 7. 8. Pſal. 119, 37. Pſal. 145, 17. Vel plenius:* Juſtitia DEI eſt conſtans ejus voluntas ſuum ſibi & aliis tribuendi, rectitudini & ſanctitati divinæ, tanqvam legi, in agendo reſpondens. *NB. infr. Tit. 18. §. 3. & artic. 31. §. 7.*

Poriſma. Ergo Juſtitia, per qvam injuſta fiunt, eſt contradictoria. Contra Calvinum. Vide infrà proceſſum diſputandi de diſtinctione. NB.

Nota 1. Juſtitia Dei reſpicit Dei ſanctitatem & veritatem, tum Legalem, tum Evangelicam. vid. art. 72. 76. & 77. NB. Confer de Lege naturæ infr. art. 71. §. 10. & 11. NB. & inf. Titul. 35. NB.

Nota 2. Qvando Propheta exaudiri deſiderat *ſecundum omnes Dei juſtitias,* Dan. 9, 16. & ſimul pluralitatem, & univerſalitatem conjungit, tunc ſimul attendit 1. omnes promisſiones Evangelicas, in omnibus Prophetis, à mundi exordio, earumqve veritatem & fidelitatem. vide inf. Tit. 33. & 34. NB. 2. omnia benignitatis exempla ex hoc theſauro emanantia. Rigidam enim, eamqve Legalem retributionem allegare non potuiſſet. Sic juſtitia pro fide & fidelitate in promisſionibus accipitur Pſal. 51, 16. Pſal. 143, 1. Pſal. 31, 2. Confer Lutheri præfat. Tom. I. Jenenſ. Lat. An. 1545. Ubi fatetur, ſe per hanc obſervationem qvaſi renatum & in Paradiſum fuiſſe tranſlatum: qvod ſcilicet alia ſit juſtitia Dei formalis activa, qva ipſe juſtus eſt & punit; alia verò paſſiva ex fide, qva ipſe Deus miſericors nos juſtificat, per fidem, ut nos ſimus juſtitia Dei in Chriſto 2. Cor. 5. & juſti ex fide viventes, Rom. 1. Confer Lutheri verba infr. art. 14. §. 4. ubi diſtingvit juſtitiam divinam

Digitized by Google

nam 1. damit Er die Verdam̃ten urtheilet / 2. die aus Gnaden und Barmhertzigkeit gegeben wird den Gläubigen von GOTT / der den Sünder fromm macht / Rom. 3. vid. art. 94. NB.

§. 3. Juſtitia DEI eſt vel in dictis, vel in factis.

§. 4. Juſtitia DEI in dictis eſt vel Veracitas, vel Fidelitas. *vid. Tit. 33. & ſeqv.*

§. 5. Juſtitia Dei in factis eſt vel Communicativa, vel Diſpoſitiva, vel Compenſativa. *vid. Tit. 35. Confer Manuale Theolog. Titulo 32.*

Titulus XXXIII.

De Dei Veracitate.

Rom. 3, 4. Deus verax eſt. Confer אמן ſicut nutrix Ruth. 4, 16. & נאמן fidus, fidelis, verax. Talia ſunt teſtimonia DEI, Pſal. 19, 8. Hebr. 6, 18. Impoſſibile eſt mentiri Deum, *ἀδύνατον ψεύσασθαι θεόν.* Es iſt unmüglich. NB. infr. Tit. 38. Conf. *καρδίαν πιστὴν*, Nehem. 9, 8. Du haſt ſein Hertz treu für dir funden / inf. Tit. 34.

§. 1.

DEO veracisſimo rectè tribuitur veracitas, *qvia Verbum ejus eſt ipſa Veritas, Johan. 17, 17. Nam principium dirigens, ſecundum qvod potenter exeqvitur ſua decreta, eſt DEI veracitas, qva ipſe in verbis & factis eſt veracisſimus, qvia ſeipſum negare non poteſt. NB. Tit. 35. §. 1.*

Nota 1. *Veracitas in dicendo* reſpicit vel ſermonem ipſum, vel promiſſionem, ſive ſermonis eventum.

Nam I. *Veracitas in loqvendo* obligat ad conformanda verba externa, cum mente loqventis.

II. *Veracitas in promisſis* eſt fidelitas, qvæ obligat ad conformanda facta, cum dictis externis. vid. Lugo de virtute fidei divinæ Diſp. 4. Sect. 1. p. 145. §. 10. Nec obſtat natura obligationis. Qvia obli-

obligatio formaliter reſpicit vinculum juris, non verò relationem ad poteſtatem ſuperioris. vide inf. Tit. 35. §. 1.

Nota 2. *Veracitas* Dei in dicendo eſt conſtantia voluntatis, in teſtificando vero, ſervandisqve promiſſis, qvæ innititur infinitæ tum ſcientię, tum bonitati, per qvam nec falli poteſt, nec fallere vult aut velle poteſt. vid. art. 77. §. 5. NB.

Canon 1. *Veracitas in dicendo* formaliter competit voluntati divinæ. Confer de veritate Scripturæ S. Theol. Exeget. lib. 2. cap. 6. Titul. 2. NB.

Canon 2. *Veracitas Dei in dicendo* eſt fundamentum fidei & orationis & ſolatii credentis infallibile. NB. artic. 77. §. 2.

Ratio eſt, qvia Deus, cum vellet oſtendere firmitatem eximiam, περισσότερον, ex abundanti, amplius, qvàm neceſſe eſſet überſchwenglich: (veracitas enim divina per ſe erat ſufficientiſſima) βουλόμενος ἐπιδεῖξαι τοῖς κληρονόμοις τῆς ἐπαγγελίας τὸ ἀμετάθετον τῆς βουλῆς, daß ſein Rath nicht wancket/ &c. interpoſuit juramentum (in qvibus impoſſibile eſt, mentiri Deum) ut per duas res immutabiles, διὰ δύο πραγμάτων ἀμεταθέτων, durch zwey Stück/ die nicht wancken/ validam conſolationem haberemus, ἰσχυρὰν παράκλησιν, einen ſtarcken Troſt. Unde habemus anchoram tutam & firmam ἀσφαλῆ τε καὶ βεβαίαν, einen ſichern und feſten Ancker/ Hebr. 6, 17. 18. cum πληροφορίᾳ, Rom. 4. vid. art. 93.

§. 2. Veracitas DEI eſt, *qva ipſe verax Hebr. 6, 17. in verbis, & conſeqventer etiam in factis veraciſſimus eſt, dum prout res ipſa eſt, ita eandem enunciat, menteḿq; ſuam ſincerè & candidè declarat, manetq; tam in promiſſionibus qvàm comminationibus ſuis ſemper conſtantiſſimus. Conf. ſup. artic. 5. & infrà artic. 77. §. 5.*

Poriſma 1. Ergò abſurdum eſt, Deo veraciſſimo affingere contradictoriam 1. voluntatem. vid. ſup. Tit. 17. 2. revelationem, qvia Verbum ejus eſt veritas, Joh. 17. Nec obſtat Abrahami tentatio Geneſ. 22. qvam pleniùs explicat Theologia Exegetica libro 2. c. 3. Titul. 5. NB.

Poriſma 2. Ergo exulat 1. *figmentum* voluntatis arcanæ voluntati revelatæ contrarium. vid. ſup. Tit. 17. & art 38. 39.

2. De-

2. *Dominium* rationis. vid. art. 29.

3. *Somnium* meriti humani ex promiſſionum impletione, qvarum fundamentum eſt divina veritas, non verò meriti humani vanitas. NB. vide art. 77. §. 5. & 13.

4. *Dubium* (1.) *tentati*, qvod fidei ſenſum, & fidei fundamentum opponere conatur. Confer infr. art. 109. & art. 124. & 77.

(2.) *Impii*, de veritate comminationum divinarum. vide articul. 77. NB. §. 18.

§. 3. *Reliqva huc facientia exhibet Manuale Theolog. Tit. 33.*

Titulus XXXIV.
De Dei Fidelitate.

1. Cor. X, 13. Fidelis eſt Deus, πιστὸς & fide dignus. אמן qvi facit, ut in Chriſto omnis promiſſio ſit Amen, 2. Cor. 1. firma, rata, certò futura, certiſſimè & veriſſimè eventura. Ipſe enim אמן eſt artifex, artis nutritius, firmus in arte & excellens. Cantic. 7, 1. der Meiſter zu helffen / Eſa. 63. Cujus veritati meritò credimus. vid. Lutherum Tom. 3. Jenenſ. German. fol. 244. Wer die Warheit im Hertzen hat / der iſt gläubig / warhafftig / fromm. vide infrà art. 77. §. 3. NB. & ſuprà Titul. 33.

§. 1.

Fidelitas DEI eſt, qvâ conſtanter ſervat promiſſiones & promiſſa bona communicat. *Conf. 2. Tim. 2, 13. & infrà articul. 77.*

§. 2. Fidelitas Dei reſpicit tum bonitatem ejus, per qvam eſt optimus, tum potentiam, per qvam eſt maximus.

Nota: Deus fidelis verax & conſtans in promiſſis ſuis ſemetipſum non negat. vid. 2. Tim. 2, 13. & Tit. 35. §. 1. nec fideliter ei adhærentes unqvam gratiâ ſua deſerit. vid. inf. art. 109. qvâ de re fides nos reddit certiſſimos.

§. 3. Objectum fidelitatis divinæ ſunt inprimis promiſſio-

miſſiones Verbo enunciatæ, & Sacramentis confirmatæ. *vid. articul. 77.*

Nota: *Experimenta* divinæ fidelitatis nobis offert regnum potentiæ, gratiæ & gloriæ, vid. inf. art. 16. & 109. NB. Inprimis verò paterna gubernatio, exploratio, probatio per crucem, conſervatio, confortatio, mitigatio, liberatio, & per mortem ex gratia in gloriam translatio. Conf. art. 23. 108. & 132. & Pſal. 91.

§. 4. *Reliqva huc ſpectantia offert Manuale Theolog. Tit. 34.*

TITULUS XXXV.
De Juſtitia DEI in factis.

Matth. 20, 13. Non facio tibi injuriam. οὐκ ἀδικῶ σε. (ἀδικέω, injuriâ afficio, lædo, ita ut δίκη, jus & juſtitia lædatur.)

§. 1.

JUſtitia DEI in factis eſt, qvâ ſe juſtum & ſanctum eſſe ipſo facto teſtatur.

Nota 1. Sicut juſtitia Dei univerſalis eſt ipſa Dei rectitudo & ſanctitas ſumma, vid. Tit. 18. §. 3. NB. qvi in natura & omni actione ſuâ juſtus & rectus dicitur, Pſal. 11, 7. ex præced. Tit. 32. Ita & particularis Dei juſtitia rectitudinem accuratiſſimè obſervat.

Nota 2. Qvemadmodum Deus ſeipſum & ſuam veritatem verbi revelati Johan. 17. negare non poteſt, ἀρνήσασθαι ἑαυτὸν οὐ δύναται. Er kan ſich ſelbſt nicht läugnen/ 2. Tim. 2, 13. qvia fidelis manet, & verax, in promiſſionibus veraciſſimis NB. art. 77. & πιστός: ſic & juſtitiam ſuam neqve verbis, neqve factis negare poteſt, ita, ut ipſe poſſit actus juſtos, ſalvâ ſuâ perfectione omittere, vel injuſtos committere. Ratio eſt, qvia obſtat infinita ejus perfectio, juſtitia & ſanctitas, (qvæ enim perfectiones ſunt ſimpliciter, illa Deo revera ac propriè competunt.) Nec obſtat huic aſſertioni, qvod hac ratione in Deo ponatur qvædam obligatio, qvæ in humanis ſuperioritatem ejus reqvirit, unde illa profecta eſt. Qvia obligatio

I. *Nomi-*

Digitized by Google

I. *Nominaliter* & vi vocis eſt *ligatio ob* aliqvod fundamentum, & obligare ſe eſt juris vinculo ſe obſtringere, ſich verbündlich machen. (ſic circumligare & obligare vulnus dicitur de chirurgo, verbinden.)

II. *Formaliter* eſt juris vinculum, qvo neceſſitate adſtringimur ad ſolutionem, & obligatio naturalis eſt, qvæ naſcitur ex conſenſu, & ſolo æqvitatis vinculo ſuſtinetur.

III. *Obligatio divina*, qvæ Deo juſtiſſimo tribuitur, cujus fundamentum eſt ipſa natura objecti, neqvaqvam civilis eſt, reſpectu ſuperioris, ſed *naturalis*, qvæ in ipſa naturâ actionis fundatur. Sive, cujus fundamentum eſt liberrima voluntas ſupremæ majeſtatis ſanctiſſimæ, adeoqve ſuperioris, qvà talis. NB. ſup. Tit. 33. §. 1.

IV. Qvamobrem non ſpectat ad ipſum *conceptum formalem obligationis*, ſed ſolùm ad conceptum materialem, ut obligatio ſit talis, vel talis.

V. Manent enim diſtinctiſſima 1. *neceſſitas moralis* commiſſionis aut omiſſionis *generaliter* accepta. 2. *neceſſitas unicè dependens ab arbitrio ſuperioris*, qva talis. 3. *neceſſitas talis*, qvæ unicè fundatur in naturâ actus, tanqvam objecti. Sive, aliud eſt ipſa obligatio ſimpliciter conſiderata, aliud verò obligatio talis, qvæ vel cum imperfectione conjuncta eſt, ut obligatio civilis cum relatione ad ſuperiorem; vel alieniſſima eſt ab omni imperfectione, qvia ſine ullâ relatione ad ſuperiorem fundatur in liberrimâ ſuperioris voluntate. Unde & ipſe per promiſſiones gratuitas ſe obligare voluit ad Verbum & Sacramenta. vid. art. 77. NB.

Canon. Fundamentum divinæ obligationis infallibili revelatione expreſſum credenti eſt certiſſimum.

Ratio eſt, qvia hæc obligatio vigore promiſſionis divinæ eſt 1. *paterna*, Pſal. 103, 13. Wie ſich ein Vater über Kinder erbarmet / רחם affectu plus qvàm paterno. 2. *Fraterna* Filii Dei incarnati, qvi non erubeſcit nos appellare fratres, Hebr. 2, 11. οὐκ ἐπαισχύνεται, Er ſchämet ſichs nicht / als wäre es ihm eine Schande / αἶσχος turpitudo, probrum. Conf. Rom. 9, 21. c. 6, 21. Fratres vocare peccatores, ſeine Brüder / ἀδελφοὺς. 3. *Hodegetica* Spiritus S. ductoris, ὁδηγήσει, Johan. 16, 13. in omnem veritatem: & informatoris panſophici c. 14, 26. omnia

omnia docentis, & paracleti aſſiſtentis. Johan. 14,26. vid. inf. art. 15. NB. Confer de ſigillo & arrha, ibid. ex 2. Cor. 1, 22.

Poriſma 1. Ergo malum morale non ideo injuſtum, qvia à Deo prohibitum, ſed ideo prohibitum eſt, qvia intrinſecè inhoneſtum & juſtitiæ rectitudini atqve ſanctitati divinæ ſimpliciter contrarium eſt. vid, Tit. 18. §. 3. NB. & §. 4. & art. 31. §. 7. NB.

Poriſma 2. Ergo qvicqvid juſtitiæ ullo modo contrarium eſſe poteſt, à Deo, qvi eſt ipſa æterna juſtitiæ norma, ſimpliciter removendum eſt. Exemplo Abrahami, qvi Gen. 18, 25. dicebat ad Deum: Abſit à te, ut facias rem talem, ut mori facias juſtum cum impio, ſitqve juſtus ſicut impius, abſit à te, das ſey ferne von dir. Nunqvid judex univerſæ terræ non faciet judicium? Confer Lutheri comm. h. l. & ſup. Tit. 18. § 3. 4. NB. Nunqvid in perfectionem abſolutiſſimam cadit defectus aut ἀνομία? NB. art. 31. §. 4. & 7.

Poriſma 3. Ergo Deus juſtiſſimus neminem creavit ad æternam miſeriam. vid. art. 17. & inf. §. 5. obſ. 3.

Poteſt enim Deus omnium creaturarum Dominus tollere vitam Gen. 22. Iſaaci, in peccato concepti, ideoqve morti obnoxii: poteſt & juſtus Judex peccatori non reconciliato pœnam infligere æternam. art. 36. non verò innocenti; aut innocentem pœnis afficere æternis. abſit! Daß ſey ferne. NB. Gen. 18. vide inf. Tit. 18. §. 3. NB.

Poriſma 4. Ergo in Deum non cadit Proſopolepſia ſive acceptio perſonarum Actor. 10, 34 qvæ eſt vitium contrarium juſtitiæ diſtributivæ. vid. Bellarm. l. 5. juſtif. c. 3. § penult. Eſt verò προσωποληψία.

1. *judicialis* in foro, cum judex fert ſententiam non ex meritis cauſæ, ſed ex affectibus, abſolvendo ſontem, & damnando inſontem, ob perſonam, ejusqve qvalitatem, qvæ eſt extra cauſæ eſſentiam, in actore, vel reo, vel advocato. Unde oritur vel commiſeratio, ob miſeriam; vel metus, ob potentiam; vel lenitas, ob gloriam.

2. *extrajudicialis*, privati, ex affectu, v. g. promotio indigni, ob propinqvitatem. Confer Dannhavv. Hodom. Calvin. Tom. 1. pag. 336. & p. 344.

§. 2. Juſtitia Dei in factis 1. Communicativa. 2. Diſpoſitiva. 3. Compenſativa dici poteſt.

§. 3. I. Juſtitia Communicativa eſt, *qvâ DEUS communi-*

municat homini bonum, temporale & ſpirituale, creando, conſervando, convertendo, juſtificando & ſalvando ipſum. Confer Articul. de Creatione, juſtificatione &c.

§. 4. II. Juſtitia Diſpoſitiva eſt, *qvâ Deus totius univerſi Gubernator juſtiſſimus omnia ordine diſponit, inprimis verò vitam hominum gubernat, illisq; officium, præmia & pœnas proponendo, præſcribit. vid. artic. 71. & 23. ita, ut nullam ἀνομίαν, imperfectionem vel injuſtitiam velit, aut velle vel approbare poſſit. vid. art. 31. §. 4. & 7. & ſuprà Tit. 18. §. 3.*

§. 5. III. Juſtitia DEI Compenſativa *ſive retributiva eſt vel remunerativa, vel punitiva, præmia & pœnas diſtribuens, 2. Theſſal. 1. verſ. 6. Hebr. 2. verſ. 2. & qvidem æqvalibus tribuens æqvalia.*

Obſerv. 1. Ea eſt juſti Dei à nobis graviſſimè offenſi ſeveritas, ut verè peccatori iraſcatur. vid. ſup. Tit. 30. & ſalvo jure juſtitiæ ſuæ nihil remittere poſſit de pœna nobis debita. vid. inf. art. 55.

Ratio eſt: qvia Juſtitia retributiva Deo naturalis eſt. vid. D. Calov. contra Crellium, p. 27. Unde & non poteſt non punire peccata, vel in ipſo peccatore, vel in peccatoris ſponſore. vide 2. Cor. 5. Confer art. 36. & 55.

Obſerv. 2. Non datur in Deo *liberalitas* propriè dicta, qvia illa dat, ut aliqvid danti pereat, & à clementia ſuperioris erga inferiorem, in remittendis pœnis, diſtincta eſt, imò liberalitas non ignoſcit peccata, ſed confert beneficia.

Obſerv. 3. Creator homini ut creaturæ (1.) gratis communicat beneficium, videlicet 1. eſſe. 2. benè eſſe. (2.) reqvirit officium obedientiæ, Gen. 2. (3.) promittit obedienti præmium gratuitum, ſcilicet conſervationem, & confirmationem in bono æternam. (4.) minatur inobedienti ſupplicium, Gen. 3. Exulat ergò & meritum & abſolutum decretum creandi homines ad interitum, vide ſup. §. 1. qvod & bonitati & ſanctitati Creatoris contrarium eſt. Confer infrà articul. 17.

Obſerv. 4. In DEO nulla eſt προσωποληψία.

Obſerv. 5. Juſtitiæ divinæ piorum tribulationes non ſunt contrariæ. vid. Job. c. 1. & 2. & art. 108.

Obſerv. 6. Pœnæ æternæ pro temporali peccato inflictio juſtitiæ divinæ neqvaqvam repugnat. vid. art. 141.

Ratio eſt crimen læſæ majeſtatis infinitæ. vid. פשע & de natura peccati inf. art. 31. NB. Eſa. 1.

§. 6. *Reliqva huc ſpectantia exhibet Manuale Theolog. German. Titul. 35.*

TITULUS XXXVI.
De DEI Patientia ſeu Longanimitate.

Rom. 15, 5. DEUS Patientiæ, ὑπομονῆς der Gedult. Habet divitias longanimitatis. Rom. 2, 4. Conf. Pſalm. 103. verſ. 8. NB. ſup. Titul. 30.

§. 1.

PAtientia DEI reſpicit malorum tolerantiam: Longanimitas verò pœnarum dilationem, & iræ moderationem.

§. 2. Patientia DEI eſt, *qva iram ſuam erga creaturas rationales moderatur DEUS, ut converſionem hominum expectans, vel pœnam differat, vel univerſam iram unâ vice non effundat. Exod. 34, 6. Rom. 2. verſ. 4. Unde tribuitur Ei* μακροθυμία *Rom. 2, 4. 2. Pet. 3, 20. &* ἀνοχὴ *tolerantia Rom. 2, 4. (* ἀνέχομαι, *tolero, ab* ἔχω, *poſſum.) qvæ vox & inducias reſpicit, per qvas bellum ad tempus inhibetur. Unde & vocatur* ארך אפים *longus naribus, ſive longus ad iram, qvia hæc naribus, & ſpiratione narium indicatur. vid. Exod. 34, 6. 7. ubi pluralis longanimitatem notat, qvæ tam bonos, qvàm malos reſpicit, ut tam juſtos, qvàm injuſtos invitet ad pœnitentiam. vid. ſup. Titul. 22. §. 1. Huc facit*

etiam

etiam τροποφορεῖν *Actor. 13, 18.* (Er duldet ihre Weiſe) *qvod mores alienos tolerare, v.g. conjugis, & moroſum indulgenter tractare notat. v.g. filium, diſcipulum, maritum, collegam, vicinum, ſubditum, vel uxorem moleſtam &c.*

Nota : *Tam patientia, qvàm longanimitas* Deo attributa indicat longanimitatis actus, dum peccatores ſuffert, nec ad vindictam properat, ſed eorum pœnitentiam expectat, & pœnitentiæ tempus indulget. vid. 2. Pet. 3, 15. Confer exemplum Ninivitarum, Jonæ c. 1. & antediluvianorum, Geneſ. 6. Qvâ de re B. Lyſerus contra Wendelinum ita loqvitur: Qvæſtio eſt de actu voluntatis erga homines, qvo iram ſuam moderatur, ne uno momento effundat, & ſtatim promeritas infligat pœnas, ut pœnitentiam agere poſſint, & debeant; qva ſeqvente pœnas aufert, non ſeqvente verò juſtè acuit. vid. Rom. 2, 4.

Poriſma. Ergò falſum eſt,

I. Impios non poſſe pœnitentiam agere, nec teneri incredulos credere Deo veniam promittenti.

II. Pœnas impiorum differri, tantùm illum in finem, ut graviùs puniantur.

III. Signa benevolentiæ & tolerantiæ eſſe indicia odii, cum intentione damnationis æternæ. vid. §. 3.

§. 3. Longanimitas Dei tantò major eſt, qvantò majus eſt tum deſiderium ſalvandi peccatores, tùm pondus interceſſionis CHRISTI. *1. Johan. 2. Confer ſuprà Titulum 25. & infrà artic. 56.*

§. 3. Objectum divinæ Longanimitatis eſt peccator, tum pœnâ dignus, tum ad pœnitentiam invitandus.

§. 4. Finis divinæ Longanimitatis eſt peccatoris ad pœnitentiam invitatio, & copioſæ bonitatis demonſtratio, *qvâ neglectâ pœna manet induratos gravior & exemplaris. vid. Proverb. 1. verſ. 24. ſeqq. qvæ conſeqvens eſt neglectæ longanimitatis.*

§. 5. *Reliqva huc ſpectantia exhibet Manuale German. Tit. 36.*

Digitized by Google

TITULUS XXXVII.
De Manſvetudine & Clementia DEI.

1. Timoth. 1, 16. JESUS CHRISTUS in me oſtendit omnem Clementiam. *τὴν πᾶσαν μακροθυμίαν.* Confer Tit. c. 3, 4. & Titul. 36. NB.

§. 1.

MAnſvetudo DEI eſt propenſa ejus voluntas, qvæ iram temperat in vindicando, ne puniat pro ſcelerum magnitudine.

§. 2. Ad manſvetudinem referri ſolet tum facilitas ad ignoſcendum, tum clementia.

§. 3. Facilitas ad ignoſcendum eſt, *qva Deus ſe facilè præbet exorabilem, & iræ ſuæ ponit modum ac terminum, ne magnitudini peccatorum adæqvetur, vel propter illam duret in æternum. vid. Pſal. 103, 13. Jer. 20, 5. Joel. 2, 13.*

§. 4. Clementia DEI eſt, *qva pœnas nobis debitas moderatur, & non diſpenſat illas juxta ſtrictam juſtitiæ legem. Confer D. Calovium contra Crellium p. 21.*

Nota 1. Beneficentia Dei in clementiâ ejus vel maximè conſpicua eſt 1. qvod Angelis rejectis nobis pepercit, & ut parcere poſſet, fidejuſſoris ſatisfactionem admiſit, imò ipſe invenit. 2. qvod Filium Unigenitum pro nobis in mortem tradidit. Johan. 3.

Nota 2. Manſvetudo & Clementia nullam in Deo ponit Liberalitatem, qvia Liberalitas ita aliqvid dat, ut danti decedat: clementia verò pœnas moderatur. 2. qvia Deus h. l. non ut creditor conſideratur, qvi pro lubitu ſuo debitum remittere poteſt. Conf. Matt. 18, 27. ſed ut juſtus judex, Rector & Vindex, qvi non poteſt non vindicare peccata. vid. ſup. de Juſtitia, & inf. art. 55.

§. 5. *Reliqva, qvæ huc ſpectant, offert Manuale Titulo 37.*

TITUL.

Digitized by Google

TITULUS XXXVIII.
De Omnipotentia DEI.

Luc. 1, 37. Non erit impoſſibile apud Deum πᾶν ῥῆμα, דבר omne Verbum, kein Ding / was ſein Wort verſpricht. Confer Matt. 19, 26. Luc. 18, 27. Eph. 3, 20. NB. infr. §. 5.

§. I.

DEUS eſt omnipotens. *Nam potentia eſt principium exeqvens, qva Deus independenter, per eſſentiæ ſuæ æternam actuoſitatem, facere poteſt omnia in univerſum, qvæ contradictionem non involvunt. Qvod probant*

I. Dicta *Gen. 18, 14. Nunqvid Deo qvicqvam erit impoſſibile,* unmüglich? *qvi eſt* פלא *admirabilis, Eſa. 9, 6. Qvæ interrogatio omnipotentis æqvipollet negationi categoricæ: neqvaqvam DEO omnipotenti & omniſcio aliqvid erit impoſſibile, cui nihil poteſt eſſe admirabile, occultum aut remotum vel à ſcientiâ, qvia omniſcius; vel à potentiâ, qvia omnipotens eſt; cujus dextra omnes mutationes regit, Pſal. 77.* die rechte Hand des Höchſten kan alles ändern. *Confer infr. artic. 69.*

II. Exempla *in regno potentiæ, gratiæ & gloriæ. vid. infrà articul. 16.*

III. Documenta 1. ex nominibus, *qvia eſt El Schaddai, Jehovah,* παντοκράτωρ. *vid. ſupr. artic. 9.*

2. ex factis & *operibus. vid. artic. 16. & de miraculis, art. 25. Deus enim ſolus facere poteſt* ὑπὲρ ἐκ περισσοῦ *ſuperabundanter, ultra omnia, qvæ petimus, aut cogitamus: extenſive & intenſive; tam plura, qvàm majora; tam qvantitate, qvàm qvalitate captum & deſiderium orantis excedentia, Eph. 3, 20.*

Nota: Summam hujus doctrinæ B. Lyſerus Wendelino oppoſuit hoc modo: Quæſtio eſt, non de *potentiâ perſonali ad intra* (v. g.

 poten-

potentia generandi P. ſpirandi in F.) nec aliqva paſſiva (mori) nec, qvæ diſtincta ſit ab actu , vel actione ipsâ in Deo (cùm applicatio ad objectum relationem tantùm rationis de principio agente dicat) ſed, qvæ *extrinſecus libera* voluntatis eſt, atqve hæc infinita eſt in ſe: atqve *abſolutè* conſiderata habet pro *objecto* omne id, qvod eſt abſolutè poſſibile, ſeu, *qvod poſſet velle* , ſuæ eſſentiæ & perfectioni non contrarium. *Ordinata* verò per reliqva attributa *eſt in actu ad extra* , & pro objecto ipſum etiam *non ens* , ut terminum à qvo (producendo) & ad qvem (in nihilum redigendo) habet: Non tamen ſecundum omnem perfectionem agit, ſed ſecundum liberum voluntatis *decretum*. Qvod non ſemper ex ordine conſtituto, nedum ex noſtra ratione; ſemper autem vel ex ipſo actu, vel ex factâ revelatione certò cognoſci & æſtimari poteſt.

§. 2. Omnipotentia DEI eſt attributum DEI eſſentiale, & proprietas intellectum & voluntatem ordine conſeqvens, *qva Deus ex liberâ voluntate ſuâ poteſt ad extra operari omnia abſolutè poſſibilia, & operatur, qvæcunqve vult operari. vid. Pſal. 115. & infr. §. 6. NB.*

Nota 1. Omnipotentia Dei eſt attributum operativum.

Nota 2. Deus omnipotens omnia naturæ ſuæ convenientia facere poteſt, (etiam abſolutè poſſibilia) cum reſpectu ad ſuam veritatem & immutabilitatem.

Canon: A poſſe ad eſſe non valet conſeqventia , niſi ex verbo revelato conſtet de Dei Voluntate. Luc. 1, 37.

§. 3. Ut verò rectius innoteſcat divina omnipotentia, notanda ſunt illius *1. Significatio. 2. Objecta. 3. Diſtinctio. 4. Uſus.*

§. 4. Significatio potentiæ divinæ diſtincta eſt. Accipitur enim tum eſſentialiter, tum perſonaliter.

Nota 1. *Potentia Dei eſſentialiter* accepta dicitur vel *formaliter*, de ipsâ Dei eſſentiâ, qvatenus eſt operativa ad extra, ſive de Dei omnipotentis proprietate , qva potens eſt ad efficiendum alia qvæ extra Deum ſunt; vel *Metonymicè* de verbo ſive, de organo & medio divino, & qvidem de verbo Evangelii prædicato & poſtea ſcriptione communi-

municato Rom. 1, 16. per qvod Deus potenter operatur. vid. inf. artic. 124. & 1. Cor. 1, 18. ubi Paulus dicit: Sermo crucis nobis, qvi ſalutem conſeqvimur, potentia Dei eſt, δύναμις Θεȣ̃.

Nota 2. Potentia Dei *perſonaliter* accepta dicitur de Chriſto, qvi eſt δύναμις Θεȣ̃ 1. Cor. 1, 24. non ſolùm æternus & omnipotens Dei Filius, ſed etiam Deus incarnatus, & Filius hominis, cui data eſt omnis poteſtas in cœlo & in terrâ, Matt. 28.

Nota 3. Omnipotentiam Dei exprimit

1. δύναμις, *vis agendi*, qva Deus omnia operari poteſt ad extra, qvæcunqve vult, Pſalm. 115. Nam δύναμις à δεινὸς deducitur, qvi dicitur validus & peritus, & δύνω ſubeo, qvia validus laborem & onera ſubit. (à qva diſtincta eſt ἐξȣσία, qvæ eſt ipſa licentia, poteſtas & jus agendi, Fug und recht etwas zu thun/ & agendi facultas, Matt. 28. vid. infr. art 49. ut liceat aliqvid facere, ab ἔξεστι, licet. Nec non autoritas, qvam habet Magiſtratus, ἐξȣσίαι, Rom. 13.)

2. ἰσχὺς *robur*, qvod certam potentiæ qvalitatem reſpicit, qvæ illam determinat, & oſtendit, valentiſſimam eſſe Dei potentiam ab ἰς & ἔχω robur habeo, cui nulla vis reſiſtere poteſt, qvia ipſe omnipotens eſt, ἰσχυρὸς potens.

3. Κράτος & κραταίωμα, qvod *notat potentiam exertam*, ſive vim agendi in actu ſecundo, & cum efficientiâ conjunctam, qvando vis agendi, qvaſi exerto brachio ipſo actu declaratur, à κραίνω potenter facio, vel κρείω vaſto. vid. art. 9. Schaddai.

4. ἐνέργεια, qvæ ſeqvitur τὸ κράτος, eſtqve ipſa operatio per exercitium potentiæ orta. Qvæ ἔργον ſive opus ipſum producit. Die kräfftige Würckung. Atqve hæc omnia & ſingula conjungit Apoſtolus, Epheſ. 1, 19. qvando vocat die überſchwengliche Gröſſe ſeiner Krafft/ nach der Würckung ſeiner mächtigen Stärcke. Dum deſcribit τὸ ὑπερβάλλον μέγεθος excellentem magnitudinem potentiæ divinæ, qvæ in nobis fidem operatur.

Nota 4. Potentia Dei non eſt paſſiva, ſed ſolùm activa.

Nota 5. Potentia Dei ad extra eſt libera, qvæ voluntate ejus menſuratur. De potentia verò ad intra neceſſariâ (qvalis eſt potentia generandi in Patre, naſcendi in filio, ſpirandi in Patre & Filio, & procedendi per ſpirationem in Spir. Sancto) hoc loco non agitur.

Nota 6. Potentia Dei infinita eſt. vid. §. 5.

Digitized by Google

§. 5. Objectum potentiæ divinæ liberæ ſunt omnia alia à DEO, abſolutè poſſibilia.

Canon 1. *Abſolutè poſſibilia ſunt, qvæcunqve non implicant veram contradictionem.* Implicare autem contradictionem hoc loco eſt negare & evertere eſſentiam, vel ipſius Dei, vel potentiæ divinæ, vel objecti, circa qvod verſatur divina potentia, vel utriusqve. vide infrà Canonem 4. NB.

Canon 2. *Neqvaqvam eſt impoſſibile apud Deum omne Verbum.* Luc. 1, 37. *πᾶν ῥῆμα*, omne verbum revelatum, & omne objectum in verbo revelato promiſſum, ſive reſpiciat regnum potentiæ (partum Virginis, Luc. 1.) ſive regnum gratiæ (regenerationem per aqvam Tit. 3. juſtificationem per alienam juſtitiam, Rom. 3.) ſive regnum gloriæ, ejusqve antecedentia, reſuſcitationem, & conſeqventem ſalutem. Omnia enim illa promittit Dei Verbum & docet, qvod ſint talia objecta, qvæ Deus veraciſſimus vult & velle poteſt, & non poteſt non velle, qvia promiſit. art. 77.

Nota: *Documenta* divinæ omnipotentiæ oſtendunt opera divina, creatio, redemtio, ſanctificatio. vid. art. 16. Qvorſum etiam ſpectat rerum omnium ex nihilo productarum in nihilum reductio. vid. art. 17. §. 1. ברא. & creaturarum conſervatio, & providentia tàm extraordinaria in miraculis, inf. art. 25. qvàm ordinaria. vid. art. 23. nec non Eccleſiæ propagatio, & conſervatio, per verbum & Sacramenta ſpecialis inf. art. 113. 124. & 82. & individualis providentia in hominis vitæ ingreſſu, progreſſu & egreſſu. inf. art. 22. ejusqve ſtatu corrupto & reſtituto in Regno potentiæ, gratiæ, & gloriæ. vid. inf. art. 27. 29. 37. 132. 142. Dei enim omnipotentiſſimi eſt regnum potentiæ, gratiæ & gloriæ. Et ipſe eſt Rex magnus Malach. 1, 14. מלך גדול *βασιλεὺς μέγας*, ein groſſer König / & *κύριος παντοκράτωρ* ibidem. Confer Apoc. 1, 8. penes qvem eſt *πᾶν κράτος*, omne robur, & omnis potentia (unde *κρατέω*, impero.) Qvi regit creaturas potenter: juſtificat peccatores gratioſè: & ſalvat credentes æternæ gloriæ participes. Unde & Deo ſoli tribuitur 1. regnum. 2. potentia. 3. gloria in ſecula, Matt. 6, 13. vid. Theol. Catech. Orat. Domin.

Canon 3. *Abſolutè impoſſibilia non ſunt objectum divinæ potentiæ.* Hæc enim Deus velle non poteſt, vel ratione ſuæ potentiæ, vel ratione objecti, vel ratione utriusqve.

Nota 1.

Digitized by Google

Nota 1. *Impoſſibilia ratione potentiæ ſunt*, qvæ naturæ ejus ſunt contraria, vel ſimpliciter, vel ſecundum qvid.

Nota 2. *Simpliciter abſoluta impoſſibilitatis* ſunt illa objecta, qvæ ſimpliciter negant Dei eſſentiam. Ergò

1. *Deus non poteſt falli*, ob infinitam ſapientiam.

2. *Deus non poteſt peccare*, ob infinitam ſanctitatem. NB. ſupra Tit. 35. §. 1. & Tit. 18. §. 3.

3. *Deus non poteſt mentiri*, ob ſummam veracitatem, adeoqve non poteſt facere, ut duæ contradictoriæ ſimul ſint veræ, aut, ut verum ſit falſum.

4. *Deus non poteſt mori*, aut ab alio ſuperari, ob infinitam tum eſſentiam, tum potentiam, ejusqve ſummam perfectionem.

5. *Deus non poteſt peccatorem absqve ſatisfactione dimittere*, ob infinitam juſtitiam. vid. art. 55. & ſupr. Tit. 32. NB.

6. *Deus non poteſt damnare innocentem*, qvia non poteſt velle potentiam injuſtè faciendi aliqvid. Proinde creationi ad interitum obſtat & Dei poteſtas, & voluntas revelata, qvæ contrarium oſtendit, Ezech. c. 18, & 33. vid. infrà art. 38. & 39. & ſupra Tit. 18. §. 3. Confer Sapient 12, 15. Nec non Arminii opera p. 537. p. 573. p. 626. & Acta Synodalia Remonſtrant. art. 1. de Prædeſt. part. 2. p. 165. Qvæ verò ex Jerem. 18 & Rom. c. 9. urgent adverſarii, illa explicat Theol. Exegetica NB. lib. 2. c. 5. Tit. 3. §. 14. & 15. & infrà art. 110. & 111. Confer de Iſaaci immolatione ſupr. Tit. 35. §. 1.

Nota 3. *Impoſſibilia qvoad potentiam Dei ſecundum qvid conſideratam talia ſunt*, tum qvoad certum agendi modum, tum qvoad certam hypotheſin.

Nota 4. Qvoad certum agendi modum Deo impoſſibiles actus ſunt edere, dormire &c. qvatenus illos in ſe non exercet, nec exercere poteſt.

Nota 5. Ex hypotheſi impoſſibiles Deo actus ſunt, qvos decrevit non facere, & qvorum contrarium prædixit, promiſit, aut comminatus eſt, ſe facturum eſſe. Sic ex hypotheſi impoſſibile eſt, Deum non judicaturum eſſe vivos & mortuos, & non daturum eſſe ſalutem credentibus.

Nota 6. *Impoſſibilia Deo ratione objecti ſunt*, qvæcunqve deſtruunt objecti eſſentiam. Sic impoſſibile eſt Deo facere alium Deum, & de-

Digitized by Google

pendentem; hoc enim eſt facere Deum non Deum: ſic hominem non hominem, qvi non ſit rationalis, non facere poteſt.

Nota 7. Impoſſibilia ratione potentiæ & objecti ſimul ſunt, qvæ utriusqve eſſentiæ ſimul repugnant, qvalis eſt productio effectus infiniti.

Canon 4. *Judicium de poſſibilitate aut impoſſibilitate objecti reſpectu divinæ potentiæ, nec non de repugnantiâ aut contradictione*, ſoli rationi, remotâ revelatione, neqvaqvam committendum eſt. Qvæ enim ratio maximam partem ignorat, de illis non ſine erroris periculo pronunciat. Confer Methodum Studii Theol. de uſu Philoſophiæ, & artic. de CHRISTO, de Cœna, de Trinitate, de mortuorum reſurrectione &c.

Nota: Qvæ non apparentem, ſed veram contradictionem, tàm formaliter, qvàm materialiter conſideratam, judicio non humano, juxta ductum corruptæ rationis, ſed divino, juxta vocem Spiritus Sancti, & infallibilis revelationis Luc. 1, 37. involvunt, tùm à parte DEI (cujus naturę repugnat mori, ob immortalitatem, mentiri ob veritatem) tùm à parte ipſius rei, ſive objecti, cujus eſſe tollunt, (v. g. hominem eſſe irrationalem,) illa non cadunt ſub divinam omnipotentiam.

Poriſma. Ergò I. Tò *non poſſe non ſemper infert impotentiam.*

Ratio eſt, qvia 1. *qvædam dicunt potentiam*, qvoad modum dicendi, & tamen inferunt impotentiam, à parte rei (ut poſſe mori, peccare, mentiri &c.)

2. *qvædam dicunt impotentiam*, qvoad modum vulgarem, & tamen deſignant potentiam à parte rei, (ut, non poſſe mori.) Deus verò omnia poteſt & ſingula, qvæcunqve habent rationem potentiæ, & qvidem ſine omni reſtrictione divinæ omnipotentiæ, qvæ omnia poteſt, non ſolùm, qvatenus poteſt, ſed, *cui ſubjecta ſunt omnia poſſibilia abſolutè.*

Poriſma II. *Ergò rationem potentiæ non habent*

1. qvæ privationem boni moralis in creaturis inferunt (ut, poſſe peccare.)

2. qvæ infinitæ perfectioni repugnant (ut, poſſe mori.)

3. qvæ continent repugnantiam terminorum (ut, poſſe facere, ut aliqvis ſit ſimul homo, & ſimul Leo.)

§. 6. Di-

Digitized by Google

§. 6. Diſtinctio potentiæ divinæ datur varia.

Diſtinctio I. *Potentia Dei dicitur vel abſoluta, vel actualis.*

Nota 1. *Potentia abſoluta eſt*, qva Deus omnia poteſt, qvæ velle poteſt, & plura poteſt, qvàm vult, aut ordinariè, vel extraordinariè facit. Eſt enim infinita Dei potentia intenſivè & extenſivè, *ſive* 1. *intrinſecè*, ratione entitatis, qvæ in ſe infinitæ eſt perfectionis; nec operatur tam perfectè, qvin perfectius operari poſſit: & 2. *extrinſecè*, ratione objecti, qvia ad infinita objecta ſe extendit, & non producit tot effectus, qvin plures producere poſſit. Sic poteſt ex lapidibus ſuſcitare ſemen Abrahæ, Matt. 3, 7. poteſt facere, ut Camelus tranſeat per foramen acus, Matt. 19, 24. poteſt Chriſto XII. Legiones Angelicas mittere, Matt. 26, 53.

Nota 2. *Potentia actualis eſt*, qva ea poteſt, qvæ vult, & actu facit. (aliis vocatur potentia operans, & reſpectiva.)

Diſtinctio II. *Actualis DEI potentia vel ordinaria eſt, vel extraordinaria.*

Nota 1. *Ordinaria* Dei potentia eſt, qvam Deus exercet conformiter ordini & legibus liberè à ſe ſtatutis. Qvi ordo eſt vel *naturæ* (ſic vitam per alimenta conſervat) *vel gratiæ* (ſic homines per verbum convertit, Rom. cap. 10.)

Nota 2. *Extraordinaria* Dei potentia eſt, qva præter & ſupra ordinem communem (tam naturæ, qvàm gratiæ) agit. (Hanc alii *abſolutam*, ſcilicet ab ordine communi, appellare ſolent.) Sic poteſt facere, ut aqva ſtet, Ex. 14, 12. ferrum natet, 2. Reg. 6, 6. Moſes per 40. dies continuet jejunium, Ex. 24, 18. Huc ſpectat Chriſti corporis præſentia. vid. artic. 88.

Canon 1. Ubi certa eſt revelatio, meritò tacet ratio.

Canon 2. Qvando Deus extraordinariè agit, tunc non contra, ſed præter, & ſupra naturam agit.

Canon 3. In rebus deſperatis fides ad extraordinariam Dei potentiam, qvæ fundatur in mirabili bonitate, meritò reſpicit. vide Pſal. 17, 7. Beweiſe deine wunderliche Güte. Mirifica bonitates הפלה חסדיך θαυμάστωσον τὰ ἐλέη σου. Confer Tit. 21. de Bonitate, & ſeqq. 22. & 23. vid. Matt. 8. Domine, ſi vis, potes me mundare. Omnia enim

 poſſi-

poſſibilia ſunt credenti Marc. 9. qvod mutationes ſint dextræ excelſi, Pſal. 77. Confer Tractat. cui Tit. Wunderliche Güte. NB.

§. 7. Uſus hujus Tituli inſignis *patet ex §. 6. qvi, cum aliis huc facientibus, videri poteſt in Manuali Theol. Germ. Tit. 38.*

Titulus XXXIX.
De Dei Omnipræſentia.

Jerem. 23, 24. Bin ichs nicht / der Himmel und Erden füllet? מלא impleo, πληρῶ, omninò impleo, Pſal. 139, 7. A facie Dei fugere impoſſibile eſt; ἀπὸ τοῦ προσώπου φύγω. ברח NB. Jonæ c. 1, 3.

§. 1.

PRæſentia & Immenſitas DEI omninò differunt. *vid. ſupr. Tit. 5. & Titul. 9.*

Ratio eſt, qvia Immenſitas eſt attributum negativum, excludens menſurabilitatem per locum: præſentia verò eſt attributum poſitivum, inferens relationem Dei ad creaturas in tempore exiſtentes, cum præſentiſſimâ operatione.

Poriſma I. *Ergo omninò differt Immenſitas, & præſentia poteſtas.*

Ratio eſt, qvia differunt

1. *Latitudine.* Nam Immenſitas competit Deo, qvatenus ipſe exiſtit, adeoqve ab æterno: potentia verò præſentiæ notat potentiam propinqvitatis divinæ cum creaturis.

2. *Effectu*, qvia Immenſitas Dei eſt ἀνενέργητος, potentia verò præſtò eſſendi creaturis eſt ἐνεργητική, & operando ad ipſas creaturas progreditur.

Poriſma II. *Ergo ipſa præſentia differt tum ab immenſitate, tum à potentiâ præſtò eſſendi.*

Nam 1. *Immenſitas* & potentia præſtò eſſendi eſt Dei proprietas eſſentialis: *præſentia* verò divina eſt attributum relativum ſive creaturarum repletio, ſcilicet poſtqvam creaturæ productæ ſunt, & per creationem eſſe ſuum habent.

2. Immen-

Digitized by Google

2. Immenſitas Dei & majeſtas ſive potentia præſtò eſſendi prædicatur de Deo in abſtracto : ſed ipſa præſentia in concreto. (Deus enim cœlum & terram implet , non verò eſt ipſa creaturarum impletio.)

3. Immenſitas Dei fuit ab æterno ; præſentia verò divina cepit in tempore.

4. Immenſitas eſt abſolutæ neceſſitatis, ſine qva Deus non eſt Deus: præſentia verò eſt libera, & ex hypotheſi neceſſaria, qvamdiu Deo creaturis adeſſe placet.

5. Immenſitas & potentia præſtò eſſendi eodem modo ſe habet, neqve unqvam deſinit : præſentia autem divina cum creaturis cepit, & deſinit, qvando creaturarum eſſe deſinit.

6. Immenſitas & potentia præſtò eſſendi una eſt : præſentiæ autem divinæ dantur gradus, in regno potentiæ, gratiæ & gloriæ, ex ſeq. §. 3. vid. art. 58. NB.

§. 2. Præſentia eſt Attributum DEI reſpectivum, qvo creator infinitus omnibus rebus & creaturis non tantùm ſubſtantiæ ſuæ propinqvitate, ſive per ipſam ſuam infinitam eſſentiam præſens eſt , verùm etiam efficaciſſima ſua conſervatione & operatione, imprimis verò hominibus adeſt, in regno potentiæ, gratiæ & gloriæ. *Qvâ de re B.Lyſerus contra Wendelinum ait : Præſentia DEI ad creaturas relativum qvid dicit, & non ex ſolâ immenſitate, ſed ex liberâ voluntate ſimul oritur, eſtqve non ſolius & nudæ eſſentiæ, nec potentia ſine eſſentiâ , ſed per potentiam præſenter agentis , immenſa eſſentiæ : adeoqve non formaliter per contactum qvantitatis dimenſivæ,* ſed effectivè, per contactum præſentis virtutis, *ſine ullâ diviſione, extenſione , incluſione , multiplicatione , inqvinatione , commixtione.*

Nota : *Præſentia* h. l. conſideratur 1. non circumſcriptiva corporea. 2. nec definitiva Angelica. 3. ſed repletiva divina Jerem.23. qvam innuit vocabulum *facies*, Pſal.139,7. de qva inf. §. 4. NB. Confer de his Art. 139. §. 4. NB.

Digitized by Google

§. 3. Gradus divinæ præſentiæ *juxta diſtinctas operationes* dantur diſtincti. Qvorum

1. *Generalis*, deprehenditur apud omnes Creaturas, Actor. 17. in regno potentiæ.

2. *Gratiæ*, apud Credentes Joh. 14. Matt. 18. in regno gratiæ.

3. *Gloriæ* in vita æterna apud Angelos Matt. 18. & beatos, 1. Cor. 15. in regno gloriæ. vid. art. 142. NB.

4. *Singularis* ſive perſonalis in Chriſto, Coloſſ. 2. Qvæ eſt hypoſtatica, & ſingulariſſima. vid. art. 45. qva λόγος aſſumtam humanam naturam intimâ περιχωρήσει permeat, perficit, & ſibi appropriat, ut fiat una perſona, & Deus ſit homo, & Filius hominis ſit Filius Dei vivi. Matt. 16. & unius Mediatoris actio Theandrica.

Nota: *Præſentia divina neqvaqvam otioſa eſt, ſed ex uſu Scripturæ ſemper infert aliqvam operationem, qvæ reſpicit vel regnum potentiæ, vel gratiæ, vel gloriæ.* Vid. Deciſio Theolog. Saxon. Controverſ. Tübingenſis.

Ratio eſt, qvia operatio eſt modus determinans præſentiam eſſentiæ divinæ, in rebus creatis, ad certum præſentiæ gradum, à qvo certa oritur denominatio, adeoq; dicitur

I. *præſentia generalis*, ab operatione generali, qva res omnes in ſuo eſſe conſervat, & cum omnium operationibus concurrit, Act. 17, 27.

II. *gratioſa* ab operatione gratiæ illuminantis, convertentis, gubernantis.

III. *gloriæ* ab operatione gloriæ animam & corpus glorificantis, Phil. 3, 21. A qva differt

IV. *ſingularis* & perſonalis à perſonali unione, communione & operatione dicta. *Summa:* Deus immenſus ſibi præſentiſſimè præſens eſt in ſe ipſo, ut centrum in circulo, absqve initio & fine: Creaturis verò in univerſo mundo adeſt, ut Creator & Gubernator omnipotentiſſimus: Angelis adeſt, ut ſplendor & lux omnium virtutum & omnimodæ perfectionis: Eccleſiæ adeſt, ut Paterfamiliàs in domo: animæ adeſt, ut ſponſus in thalamo, plenus amore, fidelitate, & benignitate: Piis adeſt, ut auxiliator & defenſor: Impiis præſens eſt ut terror. Vide Selneccerum in Pſalm. 139. & Chryſoſtomum in Homiliâ, anteqvam iret in exilium. NB. infr. §. 5. & artic. 50. Confer Geneſ. 15. verſ. 1.

Furcht-

Digitized by Google

Fürchte dich nicht / ich bin dein Schild / clypeus מגן undiqve corpus cingendo muniens, & omnia tela avertens. vid. Pſalm. 3, 4. גנן obtexit Eſa. 31, 5. accuratiſſimè 2. Reg. 20, 6. Die Stadt beſchirmen und bedecken; inſtar pupillæ, Pſalm. 17. ubi concurrit 1. accuratiſſima defenſio. 2. omnis periculi excluſio cum timore Pſal. 27, 1. 3. hoſtium debellatio. Qvorſum etiam reſpicit ὑπερασπίζω clypeo protegô, Gen. 15, 1. Nam ἀσπὶς eſt clypeus extenſus, qvi adverſus ictus hoſtiles extenditur, vel ictibus obtenditur, à ἀσπίζω extendo, ſicut Aſpis, ſerpentis genus ob longitudinem corporis, & ſibilum intenſum & acutum ſic dicitur. Unde ὑπερασπιστὴς propugnator.

§. 4. Præſentia divina generalis *generalem præſentis eſſentiæ divinæ operationem & impletionem majeſtaticam, Jerem. 23. cæli & terræ reſpicit in regno potentiæ. NB. ſupr. §. 3. ubi Deus infinitâ ſuâ eſſentia præſentiſſimus potenter operando & conſervando creaturis adeſt Pſalm. 139, 7. Actor. 17. non qvidem per eſſentiæ diffuſionem, aut in creaturas transfuſionem, ſed per infinitam operationem. Confer infr. artic. 23. de providentiâ.*

Nota 1. Præſentia divina alia viſibilis, alia inviſibilis eſt.

Nota 2. Poteſt Deus ſimul & ſemel diverſo reſpectu alicubi adeſſe & abeſſe. vid. 1. Reg. 19, 11.

Nota 3. Deus dicitur de cœlo deſcendere, auxilium de cœlo mittere, preces de cœlo exaudire, non qvaſi in loco qvodam transmundano ſedeat, & è ſupernis per ſphæras planetarum ad nos motu locali veniat in terram; ſed qvia ex luce ſua inacceſſa prodit & Majeſtatem ſuam illuſtri aliqvo opere manifeſtat.

Ratio eſt, qvia intellectus noſter Deum ibi, ubi per operationem ſuam ſe manifeſtat, adeſſe, & ubi operari incipit, eò venire Deum humano more concipit.

Nota 4. Cœlum viſibile appellatur ſedes & Thronus Dei metaphoricè, qvia ex eo evidentius gloria Dei, qvàm in aliis creaturis, refulget.

Nota 5. Scriptura ad captum noſtrum ſe accommodans Deo locum tribuit, Eſa. 26, 21. per Anthropopathian. Der HERR wird außgehen von ſeinem Ort / egreditur de loco ſuo ממקמו Nam מקום dicitur

citur locus, non Creatoris, ſed creaturæ, die Stádte / Prov. 27, 8. in quo cuncta creata ſubſiſtunt, unde corpus ſurgit, & ſurgendo ſtare deprehenditur, [illegible]קו.

Nota 6. Ad præſentiam Dei univerſalem, (nec non gratioſam & glorioſam) plenius indicandam Scriptura Deo tribuit faciem Pſalm. 139, 7. qvò ibo à facie tuâ?

Nam I. [illegible]פני das Angeſicht / πρόσωπον facies, vultus, eſt index animi humani, & à [illegible]פנה reſpexit, ideo dicitur, qvià hinc inde reſpicit. Et qvia plures habet partes, easqve geminas (ſupercilia, oculos, genas, nares, labia, dentes ſuperiores & inferiores, tempora, aures) ideo naturæ convenienter in plurali enunciatur. Qvorſum & ſpectat varia vultus mutatio, unde fuga Davidis à faciebus Abſolon Pſalm. 3, 1. reſpicit iram, furorem & indignationem; L X X. ἀπὸ προσώπου. Nam πρόσωπον facies, ex ὤψ oculus, ab ὄπτομαι, eſt, qvod eſt circa oculos, & à facie ad faciem, 1. Cor. 13, 12. eſt coràm, ſic Ex. 33, 11. Der HErr redet mit Moſe von Angeſicht zu Angeſicht / wie ein Mann mit ſeinem Freunde redet. Dei verò vultus ratione effectus vocatur vel lucidus, & ſerenus, qvo reſpicit bonos, Pſal. 24, 16. Pſal. 67. Num. 6. vel vindicativus, qvo punit malos, Pſal. 35, 17. Pſal. 4, 7. & averſio vultus eſt ſignum iræ & abominationis Pſal. 27. Verbirge dein Antlitz nicht von mir / und verſtoſſe nicht im Zorn deinen Knecht. Confer Thuanum lib. 4. p. 77. ubi memorat, Carolum V. Imp. aſpernanti ſimilem averſo tergo diſceſſiſſe à captivo Electore Johan. Friderico, dicentem: ſe pro merito illum accepturum.

II. *Facies DEI indicat* divinam præſentiæ manifeſtationem Angelis & hominibus factam, per certa opera potentiæ, gratiæ & gloriæ, ex qvibus Dei præſentia cognoſcitur & ipſe præſens oſtenditur

I. in regno potentiæ per regimen, Pſal. 139, 7. & permiſſionem, Job. 2, 7. & pœnam, Thren. 4, 16. Pſal. 9, 4. Pſal. 68, 3.

II. in regno gratiæ per Filii incarnationem, qvi eſt Angelus faciei, Eſa. 63, 9. & paternæ voluntatis revelationem Pſal. 80, 4. atqve gratioſam liberationem.

III. in regno gloriæ per glorificationem Pſal. 17, 15. ſupr. §. 3. vid. Manuale p. 243. NB. & viſionem, art. 142. Conf. Exod. 33, 10.

§. 5. Præſentia DEI gratioſa reſpicit regnum gratiæ,

tiæ, *& gratioſam operationem eſſentiæ divinæ in converſione, vocatione, regeneratione &c. conſpicuam. vid. art. 90.*

Obſerv. 1. Deus non ſolùm donis, virtute & operatione, ſed eſſentia etiam ſua præſens in ſanctis habitat, & manſionem facit apud eos, *μονὴν*, Wohnung. vid. Joh. 14, 23.

Obſerv. 2. Deus non otioſus adeſſe ſolet ſuis, ſed præſentiam ſuam efficaci virtute confirmat.

Obſerv. 3. Fructus præſentiæ divinæ gratioſæ inſignes ſunt. Reſpicit enim hæc præſentia tùm Eccleſiam univerſam in genere, & in ea ſalutis media, Verbum & Sacramenta, tàm initiationis, qvàm confirmationis, ubi Chriſtus cum Patre & Spiritu S. præſens per miniſtros agit. vid. Matt. 28. Marc. 16. & inf. Artic. 87. 88. tùm ſingulos credentes & membra Chriſti in ſpecie, ubicunqve duo aut tres in nomine Chriſti congregati ſunt, ibi adeſt in medio eorum, uſqve ad mundi finem. Matt. 18. & c. 28. Inprimis verò in Eccleſia ut & in Politia & Oeconomia.

Canon: Præſentia Chriſti gratioſa cum P. & Spir. Sancto præſentiſſimo, eſt incomparabile Chriſtianorum ſolatium & invictæ fiduciæ fundamentum.

Ratio eſt, qvia Deus gratioſè præſens non ſolum adeſt ut Protector Pſal. 46, 1. & clypeus ex §. 3. nobiſcum in tribulatione Pſalm. 91. ſed etiam ut Pater Matt. 6. ut Frater Hebr. 2. Goel Job. 19. Propheta Devt. 18. Sacerdos Hebr. 5. qvi poteſt *μετριοπαθεῖν*, & juvare atqve naviculam Eccleſiæ defendere Matt. 8. & ad portum vitæ æternæ deducere Luc. 16. Imò adeſt ut Dominus in templo 1. Cor. 3. qvod replet, illuminat & aſſerit Pſal. 118, 6. vid. Manuale art. 50. pag. 798. ubi hæc omnia pleniùs explicantur & verba Chryſoſtomi ante exilium repetuntur: Habeo cautionem Salvatoris, illa cautio mihi ſatis tuta eſt. Vultis, ut vobis recitem Domini mei cautionem? Ecce, inqvit, Ego vobiſcum ſum, Matt. 28. vid. infra art. 50. NB.

§. 6. Præſentia DEI glorioſa reſpicit regnum gloriæ, *vid. art. 142. & glorioſam præſentis eſſentiæ divinæ operationem, qvæ non ſolùm animam, adeoqve intellectum & voluntatem glorioſè illuminat, ſed etiam ipſum corpus glorificat per conformationem cum glorioſo corpore Chriſti, Philip. 3.*

§. 7. Præſentia DEI ſingularis ſive perſonalis & hypoſtatica reſpicit myſterium Incarnationis. *vid. Art. 45. de unione perſonali, & artic. 50. Qva λόγυ præſentia, intima & ſingularisſima carnem perficit, ut ipſum Verbum ſit caro, Johan. 1, 14. & Filius Mariæ ſit Filius Altisſimi, Luc. 1. vid. ſup. §. 3.*

Nota: Ex modo exiſtentiæ carnis Chriſti, qvi non in loco localis, ſed in λόγῳ perſonalis eſt, modus præſentiæ ejuſdem non Phyſicus & localis, ſed divinus, perſonalis & majeſtaticus facilè intelligitur. vid. art. 50. 68. & 69. NB. Salvo tamen diſcrimine ſtatus exinanitionis & exaltationis. vid. art. 58. ſeq. ad qvem etiam ſpectat reditus ad extremum judicium, art. 137.

§. 8. *Reliqva huc facientia offert Manuale Theolog. German. Titul. 39.*

TITULUS XL.
De DEI Perfectione & Sufficientia.

Gen. 17. Ego Dominus ſufficiens & perfectiſſimus; LXX. ὁ Θεός σου שדי vid. ſupr. art. 9. NB. *Matt.* 5, 48. Pater veſter perfectus eſt τέλειος.

§. 1.

PErfectio divina eſt, qvæ omnem carentiam boni ineſſe debiti, adeoq; omnem imperfectionem tam negativam, qvàm privativam, ob complexum univerſæ perfectionis abſolutisſimum ſimpliciter excludit. *Unde Nazianzenus ait: In Te omnia permanent, ad Te confeſtim feſtinant omnia. Tu omnium finis, Tu unus, & omnia, & nihil rerum. Cum neqve unum ſis, neqve omnia, qvem Te appellem? Qvi ſolus innominabilis, & omni-nomius.* Summa: *Perfectio DEI eſt, qva ipſe omnis defectus expers & in ſe ipſo ſibi infinitè ſufficiens eſt.* Cujus

jus conſeqvens eſt majeſtas & beatitudo. vid. 1. Tim. 6, 15. 16. Confer ſupra Titulum 4. §. 2. de div. Bonitate. NB.

Nota 1. *Perfectum eſt*, cui nihil deeſt eorum, qvæ ipſi debentur. NB. vid. Methodum Stud. Theol. p. 40.

Nota 2. Summum bonum eſt *perfectisſimum*, cujus perfectio eſt bonum qvoddam aggregatum, ex omnibus attributis divinis. Cui ſoli perfectio competit eſſentialis, virtualis, actualis, & originalis. Confer Jacob. 1, 17.

Ratio eſt, qvia ipſe eſt ſummum bonum infinitum, ideoqve perfectiſſimum. Nam perfectum in ipsâ boni ratione formali adæqvatâ includitur. vid. ſup. Tit. 4.

Nota 3. *Perfectum eſt*, qvod non caret aliqvo ipſi ineſſe debito. *Carentia* enim eſt deeſſentia

1. *privativa*, ſive defectus perfectionis, illi ſubjecto, qvod caret, ineſſe debitæ. (in cæco & ſurdo.)

2. *negativa*, ſive defectus perfectionis, illi ſubjecto, qvod caret, ineſſe non debitæ. Sic creatura non eſt æterna, infinita, increata, independens, ſibi ipſi ſufficiens, &c.

Nota 4. *Perfectus* dicitur, qvi omnem perfectionem habet vel formaliter, ut rationalitas in homine, vel eminenter, ut calor in ſole, vel virtualiter, ſicut planta eſt in ſemine. Confer Gonet Tom. 1. Diſput. 4. p. 87.

Canon: *Solus DEUS omnem perfectionem habet eminenter & modo eminentisſimo.*

Obſerv. 1. *Formaliter* continere eſt aliqvid verè & eſſentialiter in ſe habere. Sic homo vitam, Angelus intellectum habet: & formaliter ineſſe eſt ineſſe ſicut *forma eſt* in habente; ſic humanitas eſt in homine, à qvâ denominatur homo.

Obſerv. 2. *Eminenter* habere eſt virtute, & non formaliter tale eſſe, adeoqve 1. *modo ſublimiori* aliqvid continere. (ut cauſa effectum, radius ſolaris calorem.) 2. *ſublatis omnibus defectibus* & ab imperfectionibus defecatam perfectionem continere. Sicut qvadratum continet triangulum, qvia in hoc nulla eſt perfectio, qvæ non ſit in illo.

Canon: Perfectio, qvæ virtualiter ſive eminenter ineſſe dicitur,

non denominat ſuppoſitum. (ſicut ſol à calore non denominatur calidus: ita Deus à creaturâ non denominatur.) *Perfectiones enim ſimpliciter tales* ſunt in Deo formaliter, à qvibus denominatur bonus à bonitate, ſapiens à ſapientiâ. *Perfectiones verò ſecundum qvid tales* ſunt in Deo eminenter, adeoq; ſine denominatione.

Poriſma. *Ergo DEUS perfectiſsimus habens μεγαλοπρέπειαν eſt pulcherrimus.* Pſal. 104, 1. Du biſt ſchön und prächtig.

Nota 1 *Pulchritudo* eſt perfectio lucida oculis ſive mentis, ſive corporis conſpicua NB. *καλὸς* pulcher. יפה pulchrum, cognatum יפע ſplenduit. NB. idem ſonus.

Nota 2. Pulchritudo ſpiritualis cognoſcitur oculis mentis, corporalis verò oculis corporeis. Qvibus ex accuratâ proportione harmonia lucida innoteſcit. vid. Laurembergii Paſicompſe.

Nota 3. Pulchritudo ſpiritualis incomparabilis luce amicta Pſ. 104, 1. lucem inhabitat inacceſſibilem. 1. Tim. 6.

Nota 4. Summa pulchritudo eſt ſummè honorabilis הדר vid. Pſal. 104, 1. decor excellentiæ, Eſa. 2, 10. cui honor debetur הדר Eſa. 63, 1. & Deus eſt indutus magnificentiâ לבש Pſal. 104, 1. & qvaſi involutus, ut per viam negationis à pulchritudine luminis finiti deducamur ad perfectionem infinitam, qvæ in lumine habitat, 1. Tim. 6. Pſal. 104, 2. vide art. 9. יפה & de nomine Jehova, ejusqve cognatione cum pulchritudine.

§. 2. Sufficientia DEI eſt interminabilis tota ſimul & perfecta eſſentiæ & vitæ divinæ poſſeſſio.

Obſerv. 1. Deus ſibi ipſi eſt ſufficientiſſimus, & ſolus *αὐταρκέστατος*, cui nihil deeſt. vid. Jac. 1, 17. Hag. c. 2, 8. cui ſoli competit ſumma *αὐτάρκεια* & ſufficientia, qvia *αὐτὸς* ipſe ſibi ſufficit (*ἀρκέω*, arceo omnem defectum, qvaſi *ἀλκέω*, unde *ἀλαλκέω*, depello, abigo) höchſtvergnügt/qvia eſt ſummum bonum Matt. 19. Pſal. 73. Unde & vocatur Deus Schaddai, ſufficientiſſimus ſibi ad præſtanda omnia, qvæcunqve voluerit, Gen. 17. vide ſupr. art. 9. NB.

Obſerv. 2. Deus bonis noſtris non indiget. vid. Rom. XI. verſ. 35. Actor. 17, 25.

Ratio eſt, qvia ipſe ſibi ſolus ſufficiens omnem creaturarum ſufficientiam eminentiſſimè ſuperat, tam qvoad objecta, qvàm qvoad prin-

Digitized by

principium habendi, & qvoad habendi modum. Ipſe enim 1. non aliqva, ſed omnia obtinet perfectiſſimè. 2. à nemine accipit Rom. XI, 11. à qvo omnes habent, qvod habent, 1. Cor. 4. verſ. 7. c. 13, 18. 3. omnia habet modo habendi perfectiſſimo, Matt. 5, 28. 2. Pet. 1. verſ. 4. at creaturæ ſolùm habent modo determinato, qvod habent, & ſecundum qvid ſuam perfectionem obtinent: qvatenus vel imaginem, vel veſtigium aliqvod Dei habent: & qvo proximius ad archetypum accedunt, eò perfectiores ſunt.

§. 3. Ex ſufficientia DEI oritur beatitudo DEI, *de qvâ agit ſeqvens Titulus 41.*

§. 4. Ex Dei perfectione omnis noſtra oritur ſufficientia, beatitudo & perfectio in regno gratiæ & gloriæ. *Qvâ de re agit ſupra Tit. 6. §. 3.*

§. 5. Reliqva huc ſpectantia offert Manuale Theolog. German. Titul. 40.

TITULUS XLI.
De DEI Beatitudine.

1. Tim. 1, 11. DEUS eſt beatus, μακάριος, ob gaudium ἀπὸ τῆς χαρᾶς, qvia non obnoxius morti, μὴ κηρὶ, κὴρ, fatum. Unde beatus à βίος, qvi vitâ beatâ fruitur, qvæ enim vitam vel conferunt, vel conſervant, beare dicuntur NB. ſupr. artic. 1.

§. 1.

Beatitudo DEI eſt actus vitæ divinæ, qvo ipſe fruitur ſufficientiâ ſuâ per intellectum plenè cognitâ, & per voluntatem ſummè amatâ. *Gen. 17, 5.*

Poriſma: Ergo Deus perfectiſſimus & glorioſiſſimus eſt ipſa beatitudo ſumma, ſuprema atq; eſſentialis.

Nota 1. *Beatitudo* eſt ſtatus omnium bonorum aggregatione perfectus, qvæ vel *objectiva* vocatur, ſive res ipſa, cujus poſſeſſio beatam

 tam

Digitized by Google

tam efficit creaturam rationalem, eſtqve ipſe Deus: *vel formalis*, ipſa Summi Boni adeptio. Videlicet clara Dei viſio, qvam conſeqvitur amor.

Nota 2. *Beatitudo* divina reſpicit 1. ſtatum omnium bonorum eſſentiali unitate perfectum, & ſufficientiâ abſolutiſſimâ interminabilem. & 2. gaudium. 3. gloriam. 4. tranqvillitatem inenarrabilem: dum ſummè perfectus in hac beatitudine totus acqvieſcit.

Nota 3. *Frui* eſt amore rei alicui inhærere, & in eâ acqvieſcere propter ſe ipſam: *Uti* verò eſt id, qvod in uſum venerit, referre ad id, qvo fruimur, uti ſuprà ex Auguſtino dictum eſt. Titulo 4. §. 1. NB. Conf. Brulefer 1. ſent. diſt. 1. q. 4. ubi ait: *Frui* eſt actus omnium virium ſive potentiarum, & eſt qvietari cum delectatione. Eſt enim operatio voluntatis qvietativa & gaudioſa, in qvantum qvietativa eſt, reſpectu alicujus, propter illud.

§. 2. Reliqva, *qvæ ad hujus beatitudinis meditationem nos deducere poſſunt, ex beatitudine Angelicâ & inprimis humanâ, tam incheatâ, in regno gratiæ, qvàm conſummatâ in regno gloriæ, offert Manuale Theolog. Germ. Tit. 41. & infrà artic. 142. Confer infra art. 28. de Imagine DEI.*

TITULUS XLII.
De DEI Gloria & Majeſtate.

Eſa. 6, 3. Plena eſt omnis Terra gloriâ DEI. δόξα. כבוד.

§. 1.

GLoria DEI eſt excellentia DEI Altisſimi ſuprà omnia. *Rom. 9, 5. Unde patet* divina Majeſtas, *ob qvam ipſe ſolus eſt glorioſisſimus.* Majeſtas *enim eſt dignitas, præſtantia & excellentia, honore & reverentiâ digna, ob autoritatem ſummam & incomparabilem ex infinitâ ſapientiâ, benevolentiâ & potentiâ conſpicuam. NB.* wiſſen / wollen / können. *vid. ſupr. artic. 5. de autoritate divinâ, qvæ Scripturæ S. competit.*

Nota 1.

Nota 1. Gloria Dei accipitur

1. *abſolutè*, & notat perfectionem Dei, ejusqve potentiam inprimis, ſapientiam, bonitatem, miſericordiam, ſanctitatem, fidelitatem, *φιλανθρωπίας*, juſtitiam, & veritatem, qvatenus glorioſa eſt, & fundamentum, præter materiam & occaſionem gloriæ, Ex. 33, 18. 20. Conf. Pſal. 8. & Luc. 2, 14. Gloria in excelſis Deo, & viſionem gloriæ Johan. 1, 14. 1. Johan. 1, 1. ejusqve manifeſtationem per miracula Johan. 2, 11. Confer de Dei laudabilitate ſupr. Tit. 18. §. 4. NB. & de glorificatione Nominis divini per Chriſti paſſionem, meritum & redemtionem Johan. 12, 48. unde pateſcit gloria 1. juſtitiæ. 2. miſericordiæ. 3. veritatis. 4. ſapientiæ. 5. potentiæ. Confer art. 37. 38. 39. 70.

2. *relatè* ad creaturas, qvæ Deum glorificare debent, Eſa. 42, 5. eiqve dare gloriam Johan. 9, 20. Rom. 4, 20. dum agnoſcunt & fatentur, Deum eſſe juſtum, veracem &c. Unde afferre gloriam Deo eſt Deum glorificare Pſalm. 29, 1. & gloriam Dei mutant gentiles, Rom. 1. verſ. 22. dum cultum ſoli DEO debitum, ejusqve gloriam dant creaturis.

3. *Effectivè*, & notat glorioſa Dei beneficia, 2. Cor. 3, 18. Eph. 3, 16. inprimis verò felicitatem æternam Rom. 8, 18. 2. Cor. 4, 4.

4. *Symbolicè*, ſic gloria Dei notat ſignum præſentiæ divinæ in Templo 1. Reg. 8, 11. & glorioſæ majeſtatis manifeſtationem. Unde & arca fœderis dicitur gloria 1. Sam. 4, 21. Pſal. 78, 6.

Nota 2. Gloria Dei reſpicit omnium ejus proprietatum, v. g. potentiæ, miſericordiæ, juſtitiæ, &c. eminentiam, qvale enim nomen, talis & gloria Dei, Pſal. 48, 11.

Nota 3. Ob gloriam & majeſtatem Deus vocatur *Altiſſimus*, ὕψιςος Luc. 1. cujus altitudo eſt excellentia infinita in potentia, miſericordia & providentia conſpicua. Exaltari verò dicitur Deus, qvando altus & altiſſimus agnoſcitur & celebratur, Pſ. 34, 4.

Nota 4. Soli Creatori debetur Gloria. vid. Luc. 2. verſ. 14. ideoqve ab Angelis & hominibus eidem tribuitur, ejusqve celebratur gloria potentiæ, ſapientiæ, juſtitiæ, miſericordiæ & bonitatis.

Canon: Majeſtas divina carni Chriſti communicata gloriam Dei non tollit, ſed extollit. vid. inf. art. 47.

Nota 5. Gloria Dei eſt finis generalis omnium Dei actionum. Confer ſupr. de ſanctitate Dei.

Nota 6.

Nota 6. Gloria Dei eſt ſummus actionum humanarum finis, 1. Cor. 10, 31. Coloſſ. 3, 17. Hoc enim eſt univerſi hujus circuli centrum. Ut ergò piſcis aqvam, avis aërem, fera ſylvam, lapis centrum qværit, ſic homo Deum Pſalm. 73. ejuſqve gloriam de jure qværere tenetur. Wenn ich nur dich habe/&c.

Nota 7. Gloria Dei mutatur non in ipſo Deo, ſed in opinione, cultu, & fide de Deo, qvando ei aliqvid contra verbum revelatum affingitur, Rom. 1, 22.

Nota 8. Gloria Dei à blaſphemis non realiter, ſed intentionaliter violatur. Conf. Theol. Moral. de Blaſphemia.

§. 2. Gloriæ divinæ modi ſunt incomparabilitas, admirabilitas & adorabilitas. *vid. ſeqq. Tit. 43. 44. 45.*

§. 3. *Reliqva huc ſpectantia offert Manuale Titulo 42. & infr. articulus 16. 23. 26. de gloria Dei ex operibus providentiæ, etiam circa malum conſpicuâ.*

TITULUS XLIII.
De DEI Incomparabilitate.

Qvis ſimilis DEO? ὅμοιος Ex. 15. verſ. 11. Confer Eſa. cap. 40, 15.

§. 1.

INcomparabilitas DEI eſt, qva Deo nihil poteſt ullo modo æqviparari. *Huc refertur à nonnullis* Incomprehenſibilitas, *ſive* ἀκαταληψία *DEI, reſpectu cognitionis, viſionis & elocutionis, de qvâ ſupr. dictum eſt NB. Tit. 10.*

Nota 1. *Incomparabilitas* eſt vel parium, vel imparium, qvæ hoc loco attenditur.

Nota 2. *Comparativus* eſt minorativus.

Nota 3. *Incomparabilitas* divina non tollit Anthropopathian, de qva ſuprà dictum eſt. Hæc enim non probat Deum eſſe talem, ſed aliqvo modo ſimilem, non reſpectu corporeæ molis, ſed virtutis. Conf. ſup. Tit. 40. de perfectione.

§. 2. Ob-

Digitized by Google

§. 2. Objectum incomparabilitatis divinæ eſt creatura. *Cujus etiam ſumma perfectio ad Deum relata vix umbra eſt & mera imperfectio. Ipſe orbis momentum ſtateræ Sap. XI, 33. & omnis homo nihil eſt Pſal. 39. etſi qvid minus dici poteſt.* Weniger/ denn nichts/ *Pſalm. 62. verſ. 10. In staterâ aſcendentes leviores erunt vanitate ſimul.* הבל *Confer Eccleſ. 1, 2. Omnia Vanitas. Vid. Elias Levita in Thisbi, qvi ait, eſſe fumum vel vaporem, qvi egreditur ex ore: qviqve magis cognoſcitur tempore hyemis, qvàm æſtatis. Germanicè* Athem. *Italicè, Halito.* Wie das! *Eſa. 51, 6.* Wie ein Kliplein/ ſo man mit dem Finger macht / wie man ſagt/ Ich gebe nicht das drum / *Luth.* ὥσπερ ταῦτα. *Vide Auguſtinum lib. 7. Confeſſ. c. XI. & lib. 10. c. 16. & Meditat. c. 9. & Solilaqv. cap. 1. ubi hanc comparationem creaturarum cum Deo plenius examinat, & concludit, omne creatum eſſe nihil, qvia omnia non ſunt, qvod Creator eſt. Id enim verè eſt, qvod immutabiliter eſt. Omnis copia, qvæ Deus meus non eſt, egeſtas eſt. Omnis creatura clamat: Ipſe fecit nos. non ſumus Deus tuus, qvare ſuper nos.*

§. 3. *Reliqva huc facientia offert Manuale Titul. 43.*

Titulus XLIV.

De DEI Admirabilitate.

Eſa. 9. verſ. 6. Deus admirabilis. פלא cujus eſſentia & opera remota ſunt ab humano intellectu, qvem in admirationem rapiunt, ob profunditatem ſapientiæ. vid. Rom. XI. verſ. 33. & qvia opera divina remota ſunt ab humana ſcientia, voluntate & poteſtate. Sie ſind über alles menſchliche wiſſen/ wollen/ und können. vid. ſup. art. 10. Tit. 38. NB. & inf. §. 1.

§. 1.

Admirabilitas Dei eſt gloriæ divinæ modus, qvô univerſæ creaturæ intellectualis intellectus ita ſuſpenditur,

ut, licet omni conatu adhibito, non tamen rimari ſatis poſſit Dei naturam, qvi eſt mirabilis in eſſentia & operibus. *Sed vix qveat* παρακύπτειν *in ejus proprietates, earumqve excellentiam planè incomparabilem atqve ſingulariſſimam. Confer 1. Pet. 1. verſ. 12.* παρακύπτω, *incurvo me Luc. 13. verſ. 11. ut videam Luc. 24. verſ. 13. qvemadmodum Petrus prono capite, & propenſo collo, atqve incurvato corpore proſpexit in monumentum Salvatoris,* παρακύψας, *rem totam diligentiſſimè perſcrutando, & in ſingulas circumſtantias accuratiſſimè inqvirendo. ex* παρὰ, *&* κύπτω, *pronus ſum, inclino me ad videndum, qvaſi* κύβῃ πίπτω, *capite cado vel inclino.* κυπτὸς, *inclinatus, ſupplex. Notat itaqve obſtupefactorum more introſpicere, & oculos in aliqvam rem, cum animi intentione defigere, juxta illud: Expleri mentem neqvit, ardeſcitqve tuendo. Confer Schmidii ann. b. l.* ſich demütig bücken/ etwas mit groſſer *reve*rentz und Ehrerbietung anzuſchauen.

Nota 1. *Mirari* eſt intentè intueri cum delectatione, vel re aliqvâ, tanqvam novâ & inſolitâ obſtupefieri. Confer θαυμάζειν, & θεᾶσθαι, & German. wundern/ wenden. Qvi enim miratur, & oculos & mentem huc illuc vertit, cum intelligendi conatu, juxta illud: Expleri neqvit, atqve oculos per ſingula volvit: Miraturqve interqve manus & brachia verſat.

Nota 2. *Admiratio* eſt qvædam animi commotio, orta ex rebus à communi vitæ & naturæ curſu alienis, viresqve & captum hominis tranſcendentibus, qvas, cum intelligere ſatis haud poſſumus, admirari dicimur. Admiratio enim eſt ſuſpenſio intellectus non progredientis ad ulteriorem intellectionem, dum cauſa effectus cogniti ignoratur.

Nota 3. *Admirabile* dicitur occultum & occultatum פלא ob ſeparationem, tum à cognitione & intelligentiâ, tum ab actione, viribus & potentiâ, ut nec ratione aſſeqvi illud, nec viribus præſtare liceat, Eph. 3. verſ. 20.

Nota 4. *Admiratio* h. l. non attenditur impiorum, qvæ eſt vituperabilis, ſed piorum, qvæ laudabilis eſt. vid. Pſalm. 66. verſ. 4. 5.

Sprecht

Sprecht zu GOTT / wie wunderlich ſind deine Werck! Confer de vituperabili admiratione, cujus cauſa eſt infidelitas Exod. 7. eiqve conjuncta ſecuritas, temeritas, cœcitas, &c. nec non ignorantia Actor. 4. verſ. 19. & invidia Matt. 2, 3. &c. Oratoriam Eccleſ. lib. 1. cap. 3.

§. 2. Objectum devotæ admirationis ſunt admirabilis Dei eſſentia, ejusqve opera. *vid. artic. 16.*

§. 3. Eventus hujus admirationis eſt Dei glorificatio *vid. ſuprà Titul. 42.*

§. 4. *Reliqva huc facientia offert Manuale Titul. 44.*

TITULUS XLV.
De DEI Adorabilitate.

Matth. 4. verſ. 10. Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſervies. Ihm allein dienen. προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις. vid. Theol. Moral. præcept. 1. Decalogi.

§. 1.

ADorabilitas DEI eſt gloriæ divinæ modus, qvô ipſi debetur cultus religioſus, ſive reverentia, celebrationis & obſeqvii, qvia ſummus eſt Dominus. *Malach. 1. vid. ſup. Tit. 42. & 2. Chron. 29, 11. 1. Tim. 6, 16.*

Nota 1. *De religione & cultu* divino agit tractatus generalis de Theol. natura, nec non Theol. Moralis. Confer infra artic. 108. & de adoratione Chriſti art. 51.

Nota 2. Adorabilitas reqvirit fidem, ſpem, & charitatem, & qvæcunqve ad univerſam Decalogi tabulam primam ſpectant. Cujus conſeqvens eſt beneficiorum Dei communicatio.

§. 2. *Reliqva huc ſpectantia exhibet Manuale Titulo 45.*

CONCLUSIO.

Atqve ex hactenus dictis patet, qvod articulus de attributis divinis ſit clavis Scripturæ, & Janua univerſæ Theologiæ tam Poſitivæ,

& Polemicæ, qvam Exegeticæ & Moralis. Hæc enim eſt, qvæ à ſummo Ente omnem imperfectionem removere, & univerſam Anthropopathian (v. g. oblivionis, ſomni &c.) accuratâ diligentiâ explicare jubet. Hæc eſt, qvæ omnem perfectionem Deo perfectiſſimo attribuere docet, ut rectè intelligatur divina

I. *Scientia*, qvæ veritatem in cognoſcendo, ſapientiam in judicando, & prudentiam incomparabilem in ordinando reſpicit.

II. *Voluntas*, qvæ amorem, ſanctitatem, juſtitiam, veracitatem, benignitatem, miſericordiam & gratiam nobis exhibet.

III. *Poteſtas*, qvæ majeſtatem adeſſendi & omnia poſſibilia efficiendi oſtendit. Ut ex illis ſumma Dei perfectio, beatitudo, cultus & gloria pateſcat.

Hic articulus verè eſt malleus hæreticorum & funda Davidis.
Hic eſt Hermes eloqvii ſacri incomparabilis.
Hic eſt vivificæ conſolationis Gazophylacium.

Qvod ipſum præter ea, qvæ B. Gerhardus habet in Exegeſi, & D. Calovius Tomo I. Syſtematis, docent exempla, qvæ offert Manuale Theol. Germ. ſub finem hujus Articuli.

ARTICULUS XI.

De SS. Trinitate.

1. Johan. 5, 7. Tres ſunt, qvi teſtimonium dant in cœlo, Pater, Verbum & Spiritus S. & hi tres unum ſunt, *οὗτοι οἱ τρεῖς ἕν εἰσι.* Videlicet ille ſolus verus Deus, Pater, Filius & Spiritus S. Johan. 17. Pater mittens Filium & Spiritum Sanctum Johan. 3. vid. ſup. art. 10. Tit. 3. NB.

§. I.

UNa divina eſſentia diſtinctam perſonarum pluralitatem & determinatam Trinitatem ex ſolâ revelatione cognoſcendam oſtendit. *Matt. c. 3. & c. 28.*

Canon: Myſterium SS. Trinitatis eſt ſummæ ſublimitatis: ὑπὲρ νοῦν, ὑπὲρ λόγον, καὶ ὑπὲρ πᾶσαν κατάληψιν. Ejusqve notitia eſt *abſolutè neceſſi-*

neceſſitatis ad ſalutem. Johan. 17, 3. 1. Johan. 5, 11. c. 2, 23. Johan. 5, 23. 2. Theſſ. 1, 8. De qvo myſterio nemini qvicqvam notum eſſet, niſi à Deo fuiſſet revelatum. Deum enim nemo vidit unqvam, ſed Filius ex ſinu Patris hæc arcana nobis revelavit, Johan. 1. Nos verò ex ſolâ revelatione loqvimur ſapientiam Dei in myſterio, qvæ eſt recondita. 1. Cor. 2, 7. Nobis enim Deus revelavit per Spiritum ſuum, verſ. 10.

Poriſma: Ergo Myſterium SS. Trinitatis ex ratione nec oppugnari, nec expugnari, nec demonſtrari poteſt, vel à priori, vel à poſteriori. Qvicqvid ergò præter vel contra revelationem de hoc myſterio profert ratio, illud omne & univerſum merum eſt delirium & mera *μωρία*, 1. Cor. 2, 14. Ideoqve neqvaqvam audienda eſt ſtultitia, ſed prorſus abominanda moroſophia, qvæ illud ipſum, qvod planè ignorat, ſtolidè impugnat. vid. ſup. art. 2.

Nota 1. Eſſentia eſt, qvæ multis ex æqvo tota eſt communis.

Nota 2. Perſona eſt ὑφιςάμενον intelligens, per ſe ſubſiſtens, ſingulare, ſive individuum, incommunicabile: (alteri nimirum perſonæ, non verò naturæ. Vid. inf. art. 42. & 43.) ita, ut non trahatur ad eſſe ſuppoſiti alterius. *Suppoſitum* verò eſt ens per ſe, habens ultimatam actualitatem, non ordinabilem ad ulteriorem per ſe actum, nec eſt alteri eſſendi ratio formalis.

Nota 3. Pluralitas h. l. neqvaqvam eſſentialis, ſed ſolummodò perſonalis intelligenda eſt, qvod Deus ſit Jehovah pluens à Jehovah Gen. c. 19. Creator, Verbum & Spiritus oris ejus, Pſal. 33.

Nota 4. Trinitas dicitur qvaſi trium unitas, ſive Trinunitas. (Tres Unum, 1. Joh. 5.) Germanis Dreyeinigkeit/ commodiùs, qvàm Dreyfaltigkeit. Confer ſupra artic. X. Titul. 2. de divinâ Simplicitate & Unitate.

§. 2. DEUS eſt eſſentia æterna, ſpiritualis, infinita, unica, & non alius, qvàm tres perſonæ, Pater, Filius & Spiritus Sanctus.

Canon: DEUM unum in eſſentiâ eſſe trinum in perſonis, ob divinæ revelationis infallibilitatem, Eccleſia ſine ullâ contradictione credit. Chriſtiano enim ſufficit unicum illud *credo*, qvia Dominus hoc revelavit, & ſub neceſſitate ſalutis æternæ credere juſſit Joh. 17. hoc ipſum myſterium æternis temporibus tacitum. Vid. ſup. Art. 2. Nam Dominus dixit;

dixit; Ergò verum eſt. Vid. ſuprà Tractat. Iſagogicum de Theologia lib. 1. Qvi ad pluralitatem indefinitam Gen. 1, 26. c. 3, 22. & cap. 20, 13. ut & c. 35, 7. & Joſua 24, 19. Eſa. 6, 8. addidit qvoqve determinatam per ternarium Matt. 28, 19. Unde oſtenditur

1. *Enumeratio*, 1. Joh. 5, 7. & Matt. 28, 19. Patris, Filii, & Spiritus Sancti. vid. art. 13. 14. 15.

2. *Manifeſtatio*, in Baptiſmo Chriſti, Matt. 3, 16.

3. *Repetita deſcriptio*, Domini benedicentis Num. 6. qvi Sanctus, Sanctus, Sanctus appellatur, Eſa. 6. Confer cap. 63, 7. ubi exprimitur 1. Jehovah. 2. Angelus faciei. 3. Spiritus S. & expreſſè vocatur 1. Dominus Creator. 2. Verbum Domini. 3. Spiritus Oris, Pſal. 33. & Gen. 1. Conf. Pſal. 27, 1. Dominus eſt 1 Lux. 2. Salus. 3. Fortitudo Vitæ. מעוז ישע אור φωτισμός, σωτὴρ, ὑπερασπιστής. 1. Mein Liecht/ der Vater und Schöpffer des Liechts/ Jacob. 1. Gen. 1. Mein Jeſus Matt. 1. Luc. 2. mein kräfftiger Tröſter/ Beyſtand und Heiligmacher/ Joh. 14. vid. inf. art. 13. 14. 15. NB.

Nota 1. Æterna ſummæ eſſentiæ communicatio neqvaqvam eſt unius eſſentiæ multiplicatio.

Ratio eſt 1. qvia unitas individualis reddit naturam individuam, & indiviſibilem in plura inferiora ſive naturas tales, qvalis illa eſt, & qvæ ſunt ejuſdem individuitatis. (Sicut homo in Petro, Paulo & Johanne cum individuationis deſtructione multiplicatur & in ſua inferiora dividitur.)

2. qvia in SS. Trinitatis myſterio ſumma & perfectiſſima manet eſſentiæ unitas; nulla enim hìc datur multiplicatio eſſentiæ, ſed ſolùm unius eſſentiæ increatæ communicatio, facta diſtinctis ejuſdem eſſentiæ infinitæ perſonis, qvæ ſunt & manent non alia, ſed illa ipſa, una & ſimplex divina eſſentia. vid. art. 10. Tit. 3. NB.

Nota 2. In hoc myſterio vel maximè attendenda eſt

I. ὁμοουσία. Qvod enim ejuſdem cum altero eſt naturæ, id vocatur ὁμοούσιον. Qvamobrem & in hoc myſterio datur

1. ἰσότης, Joh. 5, 18.

2. περιχώρησις immeatio eſſentialis, Joh. 14, 10. à perſonali diſtincta; de qva inf. art. 12. ſeq.

3. ταυτότης ἐνεργείας, Joh. 5, 19. Qvæcunqve Pater facit, illa ὁμοίως facit Filius. inf. §. 5.

II. Per-

II. Perſonalis ſubſiſtentia, ex ſeq. art. 13. 14. 15.

III. Realis differentia Patris, Filii & Spiritus S. *ibid.* cum revelato perſonarum ordine perſonali. art. 12.

Nota 3. Oppoſitio relativa ſemper realem importat diſtinctionem. Itaq; 1. Qvi verè genuit Filium, is verè & propriè Pater, & alius atq; diſtinctus eſt a Filio, qvem genuit, Pſal. 2.

2. Qvi verè generatur, is verè & propriè Filius, & alius atqve diſtinctus eſt à Patre, à qvo generatur. ibid.

3. Qvi verè procedit à Patre & Filio, is verè alius eſt à Patre & Filio Spiritus, & à qvo procedit alius, Johan. 14. & 16.

Nota: *Perſona* diſtingvitur

1. *ab eſſentia*, non re, ſed ratione, cum fundamento in re.

2. *à perſonâ* verè, & realiter, omni operatione intellectus humani ceſſante. vid. §. 4.

§. 3. Diſtinctæ in unâ divinâ eſſentiâ perſonæ ſunt Pater, Filius & Spiritus S. *Et qvidem*

Prima Pater, *ab æterno generans Filium, & cum Filio ſpirans Spiritum S. de qvo art. 13.*

Secunda Filius, *ab æterno à Patre genitus, & cum Patre ſpirans Spiritum S. de qvo art. 14.*

Tertia Spiritus Sanctus, *à Patre & Filio ab æterno procedens, de qvo articulus 15. agit. Qvæ Nomina etiam in V. T. non ignota fuiſſe patet ex 2. Sam. 7, 14. Pſal. 2, 7. Prov. 30, 4. Geneſ. 1, 2. Pſal. 33, 6. Eſa. 63, 10.*

Poriſma. Ergò Deus Trinunus eſt

1. Spiritus independens. ſupr. art. 10. Tit. 6.

2. Simpliciſſimus l. d. Tit. 2.

3. Tribus perſonis ſubſiſtens.

Canon: Pater, Filius & Spiritus S. eſt ille unus & ſolus verus Deus, Johan. 17, 3. vid. ſup. art. 10. Tit. 3. NB.

Nota 1. Qvæ h. l. de divinis notionibus adduntur à Scholaſticis, plana ſunt ex ſeq. art. 12.

Nota 2. Similia de Sole ejusqvè ſubſtantia, ſplendore, atqve calore &c. & alia paſſim à Patribus adducta non tàm probant, qvàm rudioribus

ribus aliqvo modo illuſtrant hoc myſterium. Qvorſum etiam facit obſervatio *Grammatica* Hebr. de tribus literis unicam vocem conſtituentibus: & *Logica*, de tribus mentis operationibus: & *Phyſica*, de tribus unius animæ facultatibus. Nec non de aqva, nive & glacie, unum conſtituentibus. Confer D. Dannhavv. Conſcient. Tomo I. pag. 68).

Nota 3. Judæos qvoſdam non ignoraſſe hoc myſterium, probare conatur Joſephus Ciantes, Romanus, Epiſcopus Marſicenſis, in diſcurſu Romæ edito Anno 1667. in 8. Ubi producit Judæorum teſtimonia antiqviſſima, qvi tres luces eſſe unum agnoverunt, ante 2000. annos. Et addit: Ignorantiam Metaphyſicæ difficultates augere Judæis, dum, qvid ſit perſona, comprehendere non poſſint.

Nota 4. Rationis objectiones & argumenta huic myſterio oppoſita ſolidiſſimè refutavit, tàm Judæorum D. Müllerus in Judaiſmo, qvàm Socinianorum D. Calovius in Socin. & Tract. contra Crellium, nec non D. Scherzerus in Socin. ut & Arminianorum idem Dn. D. Calovius in Arminianiſmo. Confer ejuſdem Syſtema Theol.

Nota 5. Chriſtianis ſufficit illud Ambroſii lib. 2. de fide, ad Gratianum c. 4. Tomo 2. p. 61. ubi de cap. 6. Eſaiæ dicit: Sanctus Pater, Sanctus Filius, Sanctus & Dei Spiritus. Adoratur igitur Trinitas, non adorat. Ego malo ſicut Seraphim credere, & ſicut omnes poteſtates virtutesqve cœleſtes adorare. Trina repetitio, una laudatio, qvia Pater, Filius & Spir. S. ſanctitate unum ſunt. Non dixit ſanctus ſemel, ne Filium ſeqveſtraret: non bis, ne Spiritum præteriret: non qvater, ne Creaturas conjungeret. Et, ut oſtenderet, Trinitatis eſſe unam Deitatem, cum tertiò dixiſſet: Sanctus, Sanctus, Sanctus, addidit ſingulariter: Dominus Deus Sabaoth.

§. 4. Ex diſtinctione perſonarum reali patet ordo perſonalis, *tum in ſubſiſtendo, tum in operando, qvi tamen nec temporis, nec dignitatis, ſed unicè perſonalis eſt. vid. artic. 12.*

§. 5. Diſtinctio perſonarum neqvaqvam tollit ὁμουσίαν. *1. Johan. 5, 7.*

Ratio eſt, qvia hæc diſtinctio eſſentiam nec dividit, nec multiplicat. Qvod inſuper oſtendit ſup. §. 2. adducta

1. ϖειχω-

1. περιχώρησις, qvâ una perſona eſt in aliâ Johan. 14. verſ. 10. cap. 17. verſ. 21.

2. perſonarum æqvalitas.

3. communio perfectionum eſſentialium, Joh. 16, 14. 15.

4. ταυτότης ſeu identitas, tum operum ad extra, tum modi agendi, Johan. 5. verſ. 19. ταῦτα καὶ ὁμοίως, ſalvo tamen agendi ordine.

§. 6. Pleniorem hujus articuli Exegeſin, ejusqve uſum atqve Autorum Catalogum, exhibet Manuale Theolog. German. & Theol. Balduiniana in 4. edita, artic. XI.

ARTICULUS XII.

De Ordine Perſonarum SS. Trinitatis, & operibus ad intra & ad extra.

Matt. 28. verſ. 19. Baptiſate eos in Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Ex illo, & per illum, & in illum omnia, Rom. XI. verſ. 36. *ἐξ αὐτοῦ, δι' αὐτοῦ, εἰς αὐτὸν τὰ πάντα.* Nam Patri tribuitur creatio *ex Ipſo*, 1. Cor. 8, 6. Filio redemptio *per ſe Ipſum*, Hebr. 1. verſ. 3. Spiritui Sancto ſanctificatio *in Ipſo*, 2. Theſſ. 2, 3.

§. 1.

IN SS. Trinitate, non obſtante eſſentiæ unitate, datur certus ordo perſonalis, *adeoqve Tres ſunt in unâ indiviſâ Deitatis eſſentia perſonæ, prima Pater, ſecunda Filius, tertia Spiritus Sanctus.*

Nota 1. *Primus & noviſſimus*, eſſentialiter Eſa. 44. verſ. 6. non excludit primum, ſecundum & tertium, perſonaliter ita dictum. vid. ſup. art. 10. Tit. 6. §. 5.

Nota 2. *Ordo* eſt habitudo prioris ad poſterius.
Aliis dicitur certa ratio, qvâ qvid præit aut ſeqvitur.
Item: juſta antecedentium & conſeqventium diſpoſitio.

Digitized by Google

Nota 3. *Ordo* h. l. non attenditur *eſſentialis*, qvi in eſſentiâ unâ & ſimpliciſſimâ planè nullus eſt, ſed ſolùm *perſonalis*.

Nota 4. *Ordo eſt*

1. *in ſubſiſtendo* ex diverſo modo eandem numero eſſentiam habendi, qvam Pater habet à ſeipſo, Filius à Patre, & Spiritus Sanctus à Patre & Filio.

2. *in agendo*. §. 3.

§. 2. Ordo nominandi, in divinis, fundatur in revelato ordine habendi eandem numero Deitatem. *Cui non obſtat denominatio relata ad ordinem doctrinæ, qvando v. g. prius nominatur Chriſtus, 2. Cor. 13, 13. Gal. 1, 1. Cujus notitia nos deducit ad notitiam Patris, Johan. 14. Filii & Spiritus S.*

Nota 1. Deus independens αὐτόθεος eſſentialiter, non excludit certarum perſonarum originem, relationem atqve diſtinctionem.

Nota 2. *Dependentia* in unâ ſimpliciſſimâ eſſentiâ divinâ non datur. vid. art. 10. Tit. 6. Nam eſſe ab aliqvo non eſt eſſe dependens ab alio: & Filius atqve Spir. Sanctus cum Patre habet eandem independentem eſſentiam, ſalvâ relatione perſonali. Unde Deus dependens eſt non Deus. NB. vide infr. art. 14. §. 2.

§. 3. Ordinem perſonarum SS. Trinitatis, Patris, Filii & Spiritus S. oſtendit 1. *ordo ſubſiſtendi ex* §. *1. Nota 3.* 2. *ordo agendi, qvem Scriptura per particulas διακριτικὰς oſtendit*, Ex, per, in, *Rom. XI, 36. Nam omnia ſunt ex Patre ſive ab Ipſo 1. Cor. 8, 6. Per Filium Johan. 1, 3. 1. Cor. 8, 6. Heb. 1, 6. In Spiritu S. 2. Theſſ. 2, 13. Unde patent*

I. *Characteres perſonales*, (generatio, genitum eſſe, & procedere) ex qvibus intelligere licet in perſonis divinis 1. originem. 2. relationem. 3. modum. 4. terminum. 5. appropriationem. 6. manifeſtationem. 7. miſſionem.

II. *Opera divina* tàm ad intra & ad extra, qvàm interna & externa.

§. 4. Opera DEI diſtincta ſunt

I. *Ad intra*, qvæ tendunt in objectum, qvod eſt ipſe Deus. Et ſunt

Digitized by Google

ſunt ejuſmodi, qvæ ad ipſum DEUM terminantur, videlicet opera.

1. *Eſſentialia*, qvæ eſſentiam divinam Patri, Filio & Sp. Sancto communem reſpiciunt, & principium agendi eſſentiale, ut actus intellectus & voluntatis. vid. ſup. art. 10. Qvæ opera ad intra *indiviſa* ſunt, omnibus perſonis *communia*.

2. *perſonalia*, ad ipſum Deum ita terminata, ut principium agendi non ſit eſſentiale, ſed perſonale. Sic æterna generatio & ſpiratio: & in tempore facta miſſio Filii ad redemtionem, & Spiritus S. ad ſanctificationem. Qvæ opera ad intra perſonalia ſunt *diviſa*, non verò communia.

II. *Ad extra*, in aliud objectum extra Deum tendentia. Et ſunt

1. *interna & immanentia*, in objectum externum tendentia, unde vocantur externa; ita tamen, ut in Deo peragantur, unde interna dicuntur. Sic actus intellectus omnes res, extra Deum cognoſcit: & actus voluntatis creaturas reſpicit. Qvæ opera itidem *indiviſa* ſunt, ſalvo tamen agendi ordine & diſcrimine.

2. *Externa emanantia*, qvæ & objectum externum reſpiciunt, & effectum externum relinqvunt. Suntq; vel *perſonalia appropriata*, ut apparitio Spir. Sancti Matt. 3. & Filii Dei in V. T. clamor Patris Matt. 3. aſſumtio carnis, qvæ ad λόγον terminativè ſpectat; vel *eſſentialia communia*, ſalvo agendi ordine, qvæ ſunt opera potentiæ, miſericordiæ & juſtitiæ. vide NB. inf. art. 16.

Nota 1. *Opera DEI ad intra*, qvæ notionalia dicuntur & perſonalia, tendunt in objectum, qvod eſt ipſe Deus, ideò etiam in eſſentiâ divinâ terminantur (ut generatio, ſpiratio) adeoqve diviſa ſunt. Nam *Notio* in divinis dicitur id, qvô una perſona ab aliâ dignoſcitur. Unde relationes dicuntur notiones.

Obſerv. 1. *Notio* dicitur generaliter ſignum ſive ſymbolum, ex qvo, tanqvam inſtrumento oritur notitia ſive cognitio. Unde Logicis notio dicitur conceptus mentis, tum ſimplex, (prima & ſecunda) tum complexus vel terminorum in enunciatione, vel enunciationum in Syllogiſmo.

Obſerv. 2. *Notio dicitur actus* noſcendi, qvo noſcimus, & noſcimur.

Obſerv. 3. *Notio peculiariter* dicitur ratio cognoſcendi Deum Patrem, (ex innaſcibilitate, paternitate, ſive activa generatione, &

activa ſpiratione,) Deum Filium (ex paſſiva generatione & activa Spir. Sancti ſpiratione) & Deum Spir.S. (ex paſſiva ſpiratione & proceſſione à Patre & Filio.)

Nota 2. Opera Dei ad extra, eſſentialia, tendunt in objectum, qvod eſt extra Deum, ideoqve terminantur extra Deum, & *indiviſa ſunt*, ut creatio.

Nota 3. Opera interna immanentia appellantur decreta divina. vid. ſup. art. 10. Titul. 17. NB. qvorum ratio movens eſt benignitas: norma verò ſanctitas & Juſtitia.

Nota 4. Opera externa emanantia ſunt decretorum executiones.

Nota 5. Opus DEI ad extra, qvod dicitur eſſentiale propter certum agendi ordinem & modum, fieri poteſt *perſonale* ratione termini, ut Incarnatio in ſolâ perſonâ λόγου terminata, licet Pater cum Filio & Spiritu S. carnem formaverit, qvam Filius cum Patre & Spiritu S. producendo ſolus aſſumſit. vid. art. 42. 43. 44.

Nota 6. Appropriatio, qvando commune trahitur ad proprium, non eſt excluſio, ſed convenientis operationis indicium. v. g. ſanctificatio Spiritus S.

Nota 7. Manifeſtatio v. g. in carne 1. Tim. 3, 16. Deo incarnato rectè tribuitur, Joh. 1, 14.

Nota 8. Miſſio eſt ordinis perſonalis indicium. Qvia ordo miſſionis fundatur in ordine originis. Pater ergò mittit Filium Johan. 3. à Patre miſſum, c. 17. & Filius cum Patre mittit Spiritum S. Eſa. 61, 1. Johan. 14, 26. c. 15, 26.

§. 5. *Pleniorem hujus articuli Exegeſin, ejusqve Uſum, atqve Autorum Catalogum exhibet Manuale Theolog. German. & Theologia Balduiniana in 4. edita artic. 12.*

Articulus XIII.

De DEO Patre.

DEUS Pater eſt ille ſolus verus Deus Johan. 17, 3. Unus DEUS eſt Pater ille, ex qvo omnia. 1. Cor 8, 6. NB. vide ſupra art. 10. Titulum 3.

§. 1. Pater

§. 1.

PAter eſt prima perſona divinitatis, *à nullo exiſtens 1. Cor. 8. verſ. 6. nec genita, nec procedens, à qvo Filius eandem eſſentiam habet per æternam generationem, & Spiritus S. per proceſſionem ab utroqve, qvi extrinſecus diſcernitur Creatione.*

Nota 1. Vox Patris innuit 1. originem. 2. honorem. 3. paternum affectum. 4. curam, regimen & directionem filiorum.

Nota 2. Pater h. l. non accipitur eſſentialiter Jac. 1. Job. 38, 28. (qvâ ratione & Filius dicitur Pater æternitatis Eſa. 9. & Spiritus S. Pater pauperum, cujus filii ſunt credentes Lucæ 9, 55. per regenerationem Johan. 8. ejus, qvi eſt Spiritus adoptionis, Rom. 8.) vid. intra §. 4. NB. ſed perſonaliter, Joh. 15. 1. Cor. 8.

Nota 3. *Pater eſt prima perſona*, non tempore, aut dignitate, ſed perſonali ordine.

Nota 4. *Prima perſona* innoteſcit

1. ratione nominis, ſic vocatur Pater NB. vid. §. 4.
2. ratione ordinis, ſic eſt prima.
3. ratione eſſentiæ, ſic eſt Deus.
4. ratione perſonalis ſubſiſtentiæ, ſic eſt à ſe ipſo.
5. ratione realis differentiæ, tum internæ, qvæ eſt ἀγεννησία, tum externæ, qvæ eſt Creatio. NB. *ex Ipſo*, 1. Cor. 8, 6.

§. 2. DEI Patris notanda eſt

1. *æterna divinitas*, Malach. 2, 10. qvia Ipſe eſt cum Filio & Spir. S. ille unus & ſolus verus Deus. NB. art. 10. Tit. 3.

2. *ordo perſonalis*. Eſt enim prima perſona non ratione temporis, aut dignitatis, ſed ratione originis, Matt. 28. Ita, ut Deus Pater æternus & λόγος, qvi in principio erat apud Deum Johan. 1, 1. ratione perſonalitatis diſtinctus ſit. Confer de vocabulo principii ſupra articul. 3.

3. *Perſonalis ſubſiſtentia*. Huic enim ſoli competit ἀγεννησία & Filii generatio, activa, ſcilicet Grammaticè, non verò phyſicè ſic dicta.

Canon: Character Dei Patris ἀγεννησία eſt: & ad intra in relatione ad Filium Pſalm. 2. verſ. 7. eſt generatio activa : in relatione

verò ad Filium, cum Spiritu Sancto eſt ſpiratio activa; ad extra verò Creatio.

Nota: Generatio eſt eſſentiæ communicatio, originem viventis à vivente, & Filii geniti ſubſiſtentiam ac ſimilitudinem inferens h. l. infinitam & æternam. Confer Methodum Studii Theol. de uſu Philoſophiæ. Unde patet,

I. *Generatio Filii activa*, qvæ eſt opus ad intra perſonale, qvo Pater æternus unius ejusdemqve numero eſſentiæ communicatione, Filium ſibi conſubſtantialem, ab æterno, verè proprieqve, modo tamen hyperphyſico ac imperveſtigabili gignit. Cujus conſeqvens eſt Filii *miſſio* in tempore Joh. 3. à qva diſtinctiſſima eſt

II. *Spiratio activa*, qvæ eſt opus Dei ad intra perſonale, qvo Pater æternus, unà cum Filio æterno, unius ejusdemqve numero eſſentiæ communicatione Spiritum S. ſibi conſubſtantialem & coæternum, uno actu indiviſibili & æterno, modo hyperphyſico & ineffabili ſpirat. Cujus conſeqvens eſt miſſio Spiritus Sancti in tempore Johan. 15. verſ. 26.

4. *Diſcrimen reale*. Eſt enim à ſeipſo generans Pater, qvi non eſt Filius generatus, Matt. 3.

5. *Manifeſtatio* per varia beneficia divina, ubi eminet 1. Creatio, Filii donatio, & adoptio. vid. §. 3. 2. conſervatio & providentia Matt. 6. 3. commiſeratio, Pſal. 103. 4. donatio Salvatoris, Joh. 3. verſ. 17. 5. actualis miſſio Filii Dei incarnati ad redemtionem, Gal. 4. verſ. 4. 6. miſſio Spiritus Sancti, Rom. 8. 7. adoptio, Joh. 1.

Canon: Qvi Patrem invocat, is nec Filium excludit, nec Spiritum Sanctum. Qvamvis ergò Salvator λόγος ἐνσαρκος preces noſtras ad Patrem dirigere jubeat Matt. 6. in Nomine Mediatoris Joh. 16. ut ſummus Sacerdos & Interceſſor noſter Eſa. 53. Joh. 17. qvatenus & ipſe Deum & Patrem habet, ut homo, & alios conſortes agnoſcit, Pſal. 45. Nihilominus tamen ipſe, ut Deus, & Pater unum eſt, Joh. 14. adeoqve cum ipſo Patre & Spiritu Sancto tanqvam ſolus verus Deus à nobis colendus & invocandus eſt.

§. 3. Summa: Pater eſt prima perſona Deitatis, non genita, nec procedens, ſed qvæ ab æterno genuit Filium ſibi conſubſtantialem, & cum Filio ſpirat Spiritum Sanctum,

cre-

Digitized by Google

creans & conſervans univerſa, viſibilia & inviſibilia, cum Filio & Spiritu Sancto mittens Filium Redemtorem, & Spirit. Sanct. ſanctificatorem ab utroqve procedentem.

§. 4. Beneficia Patris æterni ſunt innumera. *Unde appellatur* 1. Creator. 2. Conſervator *& Curator omniſcius & omnipotentisſimus Matt. 6. qvi paterno amore nos proſeqvitur, Pſalm. 103. cujus rei teſtis eſt paterna providentia. vid. artic. 23. §. 1. NB.* 3. Procurator *ſalutis noſtræ, dum Filium donat Johan. 3. & in carnem mittit Gal. 4. ut & ipſum Spiritum Sanctum, Rom. 8. ut de paterno amore certiores nos reddat* adoptio, *Joh. 1. Unde & Pater noſter vocatur Matt. 6. & nos ejus filii, Johan. 1. hæredes, & cohæredes CHRISTI, Rom. 8. Vid. plura de adoptione Theolog. Poſit. artic. 94. §. 10. Confer Hebr.* אב *Pater benevolus, à propensâ voluntate erga liberos, ab* אבה *voluit, acqvievit, Pſalm. 81, 12.* der wohl-wollende liebreiche Vater / will uns mit dieſem Vater-Namen locken / daß wir gläuben / Er ſey unſer rechter Vater. *Licet nos ſimus egeni deſiderantes, omni bono deſtituti, qvorſum reſpicit vox* אביון elende dürfftige Bettler / die immer etwas haben wollen. *Nam πατὴρ dicitur à πάω paſco, qvia eſt liberorum Nutritor; qvem decet παῖδας τηρεῖν, tueri ac ſervare liberos. articul. 23. §. 1. NB.*

Nota: *Appellatio Patris* neqvaqvam excluſiva eſt, qvando de beneficiis Dei, ejusqve cultu externo agitur.

Ratio eſt, qvia cultus divinus eſt indiviſus: & vox Patris reſpicit Filium nobis datum, Johan. 3. & in memoriam nobis revocat Spiritum Sanctum, qvi in cordibus noſtris clamat: Abba Pater. Rom. 8. Vide Luth. Tomo 8. Jenenſ. f. 154. a. Es iſt nicht allein falſch / ſondern auch unmüglich und nichtig / daß du die Perſon des Vaters / als die unterſchiedliche Perſon / wolteſt Vater nennen / und nicht den Sohn und Heiligen Geiſt zugleich mit Vater nennen. Denn das hieſſe das Göttliche Weſen zertrennet / und den Sohn und Heiligen Geiſt außgeſchloſſen. Item: Welche Perſon du nenneſt / ſo haſt du den rechten Einigen GOTT in dreyen Perſonen genennet. (Ibid. ejusmodi dubia

vocat

vocat (Splitter/Spänlein/und Strohhalmen.) Sic in Oratione Dominicâ Matt. 6. vox Patris indicat 1. orantis deſiderium ad Patrem benevolum directum. 2. objectum adorationis, unum ſolum verum Deum Johan. 17. 3. Theſaurum beneficiorum Dei creantis, conſervantis, adoptantis, regenerantis, vocantis &c. 4. oppoſitum DEUM falſum excluſum. 5. fiduciæ fundamentum. 6. orationis filialis methodum.

§. 5. *Pleniorem hujus Articuli Exegeſin, ejusqve uſum, atqve Autorum Catalogum, exhibet Manuale Theolog. German. & Theolog. Balduiniana in 4. edita articul. 13. Confer Carpzovii comm. F. Conc. in articul. 1. Symboli Apoſtolic. & in orationem Dominic. pag. 1044.*

Articulus XIV.
De DEO Filio.

Unigenitus DEI Filius eſt in ſinu Patris Johan. 1,18. ὁ μονογενὴς υἱὸς, der eingebohrne Sohn. vide Joh. 5,20. c. XI, 27. c. 20, 31. Deus benedictus in ſecula, Rom. 9. *Per qvem* habemus redemtionem, Coloſſ. 1,14. cui illa tribuitur *per ſeipſum*, Hebr. c. 1. verſ. 3.

§. 1.

Filius DEI eſt ſecunda perſona divinitatis, *qvi ab æterno à Patre genitus, ab eodem in tempore mittitur, & cum Patre Spiritum S. ab utroqve procedentem mittit, & extrinſecus diſcernitur Redemptione. NB. vid. inf. §. 3.*

Nota 1. *Secunda perſona* innoteſcit
1. ratione nominis, ſic dicitur Filius.
2. ratione ordinis, ſic eſt ſecunda.
3 ratione eſſentiæ, ſic eſt Deus.
4. ratione perſonalis ſubſiſtentiæ, ſic eſt à Patre.
5. ratione realis differentiæ, tam internæ, qvæ in relatione ad

ad Patrem eſt nativitas: & cum Patre ad Spiritum S. ſpiratio; qvàm externæ, qvæ eſt *redemtio* per ſe ipſum, Coloſſ. 1, 14.

Nota 2. *Character Filii perſonalis* in relatione ad Patrem eſt generatio ſive æterna Nativitas; & cum Patre ad Spiritum S. eſt ſpiratio. *Externus* verò eſt Redemtio Filii Dei incarnati & nobis nati. NB. Eſa. 9. Luc. 2. Unde de Ipſo dicitur: Er war im Anfang/ Johan. 1, 1. Er ward Fleiſch/ verſ. 14. Er wird kommen/ Apoc. 1. verſ. 4. Conf. 1. Johan. 1. verſ. 1.

Obſerv. 1. *Filius DEI* dicitur,

I. *Metaphoricè*, & qvidem 1. ob creationem, tam Angelus, qvàm homo, Job. 1. c. 38. Luc. 3. 2. ob regenerationem credens, Johan. 1. 3. ob communicationem autoritatis Magiſtratus, Pſal. 82.

II. *Propriè & ſingulariſſimè* Filius Unigenitus Johan. 1.

Obſerv. 2. *Filius DEI eſt perſona*, ex art. XI. §. 1.

Obſerv. 3. *Filius DEI eſt perſona divina*, ex ſeq. §. 2. A & O. Der da iſt/ der da war/ und der da kommt/ Apoc. 1. Confer art. 9. de Nomine Jehovah.

Obſerv. 4. *Filius DEI eſt ſecunda* Divinitatis perſona, qvæ in principio apud Deum erat, Johan. 1, 1. Vid. ſup. art. 13. §. 2. & Secunda dicitur, non per adoptionem, dilectionem, à Spir. S. conceptionem, aut dignitatem officii, ſed per veram, propriam & eſſentialem generationem, de qvâ vid. art. 13. §. 2. NB.

§. 2. Filii DEI *notanda eſt*

I. *Æterna divinitas*, qvam probant

1. *divina nomina*, & qvidem 1. *Eſſentialia*, Eſt enim Jehovah Jer. 23. c. 33. & Deus ſuper omnia benedictus in ſecula, Rom. 9. vid. ſup. art. 9. NB. de nomine *κύριος*. 2. *Perſonalia*, eſt enim Dei Filius, Pſal. 2. vid. Joh. 1, 14. Hebr. 1, 3. 3. *Mediatoria* 1. Tim. 2, 5. qvæ Prophetam, Regem & Sacerdotem æternum reqvirunt & præſupponunt, Hebr. 13, 8. Devt. 18, 18. Pſal. 110, 4. Hebr. 3, 1. & c. 9.

2. *divina attributa*. Eſt enim æternus & ante Abrahamum, Johan. 8. non obſtante incarnatione. vid. Pſalm. 2. Johan. 1. verſ. 1. & omnipotens, Hebr. 1. &c. vid. ſupra Titul. 10. NB. totum, & independens.

3. *perſonalis proprietas*, qvæ eſt genitum eſſe, Pſalm. 2. & ſpirare Spiritum S. Joh. 14. vide inf. §. 3. NB.

4. *divina opera*. 1. ad intra, ſpiratio Spir. Sancti. 2. ad extra creatio, Joh. 1. conſervatio Hebr. 1. & redemtio, 1. Joh. 2.

5. *divina gloria & cultus*, Johan. 5. verſ. 23. Hebr. 1. Matt. 28. verſ. 19. Eſa. 6. c. 45. 23.

Canon 1. *Filius DEI cum P. & Spir. S. eſt ille unus ſolus verus Deus*. vid. ſupr. art. 10. Tit. 3. NB.

Canon 2. *Filius DEI eſt Filius DEI naturalis*. vid. Johan. 1, 14. 18. c. 3, 16. 18. 1. Joh. 4, 9. Rom. 8, 32.

II. *Ordo perſonalis*. Non enim eſt prima, nec tertia, ſed ſecunda perſona Trinitatis, Matt. 28.

III. *Perſonalis ſubſiſtentia*. Ipſe enim eſt unigenitus Dei Filius & ſolus incarnatus λόγος, Joh. 1, 14. heri & hodie exiſtens, & in ſecula, Hebr. 13, 8.

IV. *Perſonalis diſtinctio* 1. *interna*. Eſt enim genitus Pſal. 2. & in mundum miſſus Joh. 3. à qvo procedit Spiritus S. 2. *externa* in opere Redemtionis Hebr. 1, 3.

V. *Beneficia*, ubi eminet Redemtio. vid. §. 3.

Canon I. *Filiatio Filii DEI unigeniti non datur niſi unica*. Etiamſi modus habendi ſit diſtinctus. Nam Chriſtus eſt Filius DEI vivi, verus, naturalis, proprius & unigenitus, Matt. 16. 1. *naturaliter*, ſecundum divinam naturam. 2. *perſonaliter*, ſecundum humanam naturam, αὐτὸς Ipſe, unus idemqve, heri & hodie, Hebr. 13, 8. ut Deus ἄσαρκος, ab æterno, & ut Deus ἔνσαρκος in tempore. vid. Dorſchæi Pentadec. ex Jer. 31. θ. 50.

Poriſma. Ergo Chriſtus non eſt Filius Dei adoptivus, qvia non eſt extraneus à Filio naturali. Humanitas enim Chriſti realiter unita eſt Filio Dei, & unus eſt CHRISTUS. 1. Tim. 2. vid. Arriaga Tom. 6. Diſp. 45. p. 485.

Canon II. *Filius DEI non eſt perſona dependens*.

Nota 1. *Dependere* eſt incipere eſſe ab aliqvo, cum alteritate naturæ. Sic creatura dependet à creatore, ita ut creatura non ſit Creator.

Nota 2. *Dependentia* eſt inceptio τοῦ eſſe ab aliqvo, & altero. Qvod ſolius creaturæ eſt; qvemadmodum independentia eſt ſolius

Crea-

Digitized by Google

Creatoris. At Filius DEI 1. non incepit eſſe. 2. non aliam habet à Patre naturam. Ideoqve non eſt dependens. Vid. ſuprà articul. 10. Titul. 6. NB.

Nota 3. *Dependentia* dicitur 1. objectiva (Phyſicæ ab objecto.) 2. ſubjectiva (accidentis à ſubjecto.) 3. relativa, ſive fundamentalis (relatorum à fundamentis.) 4. effectiva (creaturarum à Creatore.)

§. 3. Summa: Filius DEI eſt ſecunda perſona Deitatis, *ab æterno à Patre, unius ejusdemqve numero eſſentiæ communicatione, verè propriéqve, modo tamen hyperphyſico ac ineffabili genita, & unà cum Patre ſpirans Spiritum S. miſſa à Patre in mundum, ut aſſumtâ humanitate opus redemtionis perficeret, & mittens à Patre & Filio procedentem Spiritum. S.* Unde patet

I. *Genemtio paſſiva* (Grammaticè ſic dicta, non phyſicè,) qva Filius Dei à P. æterno, unius ejusdemqve numero eſſentiæ communicatione, ab æterno, verè, propriéqve, modo tamen hyperphyſico & imperveſtigabili gignitur.

II. *Spiratio activa*, qva Filius & P. unius ejusdemqve numero eſſentiæ communicatione, Spiritum Sanctum, tertiam Deitatis perſonam, uno actu indiviſibili & æterno, modo ineffabili ſpirat. Cujus conſeqvens eſt miſſio, Johan. 16, 7.

§. 4. Beneficia Filii Dei ſunt innumera. *De qvibus teſtatur univerſa Chriſtologia. vid. artic. 40. ad 70. NB. Qvorum compendium eſt* redemtio, *cujus fructus eſt credentis deſponſatio, Hoſe. 2. vid. Ezech. 16, 8.* Ich gelobet dirs / und begab mich mit dir in einen Bund / ſpricht der HErr HErr / daß du ſolteſt mein ſeyn. *Vide de hac* Deſponſatione *Theol. Poſit. artic. 94. §. 10. NB. Unde patet Eccleſiæ* ædificatio *per Verbum & Sacramenta. vid. Repert. Architect. de qva illa canit ex Pſalmo 8.* Dadurch baueſt du die Gemeine der lieben Chriſtenheit. *Qvia ſapientia cœleſtis eſt* Architectus, der Werck-Meiſter / אמן *opifex artificioſus, qvi verè & fideliter agit, in producendis, ordinandis & conſervandis omnibus creaturis. Nutricius* wie eine Amme / *Proverb. 8. verſ. 30. totius uni-*

verſi, & Civitatis Dei Pſalm. 46. in regno gratiæ & gloriæ, militantis & triumphantis. Et בֵּן *Filius dicitur, qvaſi ædificium familiæ paternæ, cujus fundamentum qvaſi eſt in patre, qvæ in eo habitat & conſervatur, cum reſpectu ad ædificationem Oeconomicam, Eccleſiaſticam & Politicam. vid.* בנה bauen *Gen. 4, 17. Deut. 25, 9. Ruth. 4, 11. ubi ædificare domum eſt liberorum procreatio & familiæ conſervatio. Et ædificare eſt* 1. ædificium *erigere & in ſuas partes diſtingvere, qvale intrinſecus fieri debeat, ut commodè in eo habitetur.* 2. inſtaurare *& dare incrementum, ut reſtaurando conſervetur.* 3. ditare, *locupletare, benedicere & augere. Qvæ omnia & ſingula Filio Dei 1. Creatori. 2. Redemtori. 3. Mediatori, Regi, Prophetæ & Sacerdoti noſtro conveniunt. Ita ut veriſſimè dicatur* Sohn/ *qvaſi* die Sonne und Wonne des Hauſes. *(Nam, ut ſine Sole polus, ſic ſine prole domus.) Vid. Malach. 4, 2.* שמש *Sol (à miniſtrando Dan. 7, 10. qvia in adminiſtrando lumine totius mundi miniſter eſt. Confer Philip. 2, 7.* μορφὴν δούλου *infra articul. 59.* Knechts Geſtalt *Filii DEI incarnati ſecundum carnem exinaniti, & Matt. 20, 28. Eſa. 53, 12.) & Lutherum Tom. 8. Witteb. German. fol. 579. a.* Chriſtus heiſt *Sol juſtitiæ,* daß Er der Brunnqvell/ Urſprung/ Haupt/ Sonne und Anfang iſt der Gerechtigkeit/ nicht derſelben/ damit Gott die Verdam̃ten urtheilet/ ſondern/ die aus Gnaden und Barmhertzigkeit gegeben wird den gläubigen Chriſten von Gott/ der den Sünder fromm macht/ *Rom. 3. Pſalm. 51. ſupra art. 10. Tit. 32. §. 2. & NB. infra artic. 94.*

§. 5. *Pleniorem hujus articuli exegeſin, ejusqve uſum, atqve autorum Catalogum, exhibet Manuale Theol. German. & Theol. Balduiniana in 4. edita.*

ARTICULUS XV.
De DEO Spiritu Sancto.

Spiritum S. tuum ne auferas à me, Pſalm 51, 13. πνεῦμα, רוח. Paracletus ille, qvi eſt Spiritus Sanctus, qvem mittet Pater in Nomine

mine

Digitized by Google

mine meo, ille vos docebit omnia,& ſuggeret vobis omnia, qvæcunqve dixi vobis, Johan.14, 26. Deus nos elegit per ſanctificationem Spiritus, 2. Theſſ. 2, 13.

§. I.

SPiritus Sanctus eſt tertia SS. Trinitatis perſona, qvi à Patre & Filio ut alius ab æterno procedit, & in tempore mittitur,& ſanctificatione extrinſecus diſcernitur. Summa: Spiritus S. eſt tertia Deitatis perſona, *à Patre & Filio unius ejusdemqve numero eſſentiæ divinæ communicatione, uno ſpirationis actu indiviſibili & æterno, modo ineffabili procedens, miſſa in tempore à P. & F. ad ſanctificandum.*

Nota 1. Vox *Spiritus* h.l. non accipitur

I. *Phyſicè*, qvatenus ventum denotat Joh.3.& animam Luc.23.

II. *Nec Medicè*, prout ſignificat Spiritum 1. *vitalem*, ex ſangvine in corde per arterias diffuſum. 2. *naturalem*, in epate, per venas diſtributum. 3. *animalem*, ex corde per arterias ad cerebrum delatum, attemperatum,& ad nervos diffuſum. vide infra Repertorium Medicum.

III. *Sed Theologicè*, & ſignificat h.l.

1. *non Metonymicè* (a) Spiritum carni oppoſitum, Gal.5. ſive motus ſpirituales à Spiritu S. excitatos, (b) vel doctrinam à Spiritu S. revelatam, per qvam ipſe teſtatur, illam eſſe veritatem ipſam ſive veriſſimam, 1. Johan.5, 6. Qvia eſt Spiritus נָכוֹן certitudinis, πνεῦμα εὐθὲς rectus, benè poſitus, qvi cum impetu ruit, θύω, ein gewiſſer Geiſt/ Pſal. 51, 12. qvi ſolus cor præparat, ut fiat נָכוֹן certum, firmum, ratum, per Verbum veritatis Johan.17,17. conſtans & æternum Eſa. 40. qvod ſapientia, virtute, certitudine, majeſtate & autoritate omnem humanam doctrinam ſuperat. vid. Theol.Exeget. NB. lib.2. c.6. Tit.4.

2. *ſed hypoſtaticè* ſive perſonaliter tertiam SS. Trinitatis perſonam, qvæ cum Patre & Filio eſt idem ipſe Deus, qvi οὐσιωδῶς ſive eſſentialiter eſt & vocatur Spiritus, Joh.4.

Nota 2. Spiritus S. eſt Spiritus *non creatus* (Angelus vel anima humana, aut ventus) *ſed Creator* cum Patre & Filio, Geneſ.1. verſ.1. Pſalm. 33.

Nota 3. Spiritus S. vocatur *ſanctus* 1. οὐσιωδῶς. 2. ὑποστατικῶς

 3. ἐνεργ-

3. συνεργητικῶς. Eſſentialiter, NB. ſup. art. 10. Tit. 18. perſonaliter & efficienter, ob ſanctificationis opus, de qvo vid. art. 97.

Nota 4. Nomina Spiritus S. ſolatio pleniſſima in Scripturâ Sacrâ occurrunt *non ſolùm propria* (Spiritus S.) *ſed & metaphorica*, & qvidem plurima. Vocatur enim

1. *Paracletus*, παράκλητος: Johan. 16, 7. qvod vocabulum ſignificat Advocatum, einen Tröſter und Beyſtand/ à παρακαλέω, qvi in judicio advocatur, vel ut rei coràm judice accuſati cauſam agat, vel ut reo adſiſtat. Confer infra §. 4. NB. de interceſſione. Nam Spiritus S. eſt noſter Advocatus apud Deum, ratione aſſiſtentiæ ſcilicet, qvam præbet afflictis conſcientiis conſolando & adhortando; qvamvis & ipſe cauſam Dei agat contra mundum, dum mundum de peccato arguit, Johan. 16. Er wird die Welt ſtraffen.

2. *Arrhabo & Pignus* 2. Cor. 1, 22. cap. 5, 5. Epheſ. 1, 14. Qvemadmodum enim pignore cavetur alteri de recipiendâ totâ ſummâ pecuniæ ex contractu ad alterum pertingente: Ita Deus cavet credentibus de ſalute tàm gratiæ, qvàm gloriæ Spiritu S. ſuo σφραγισάμενος, & dat eum veluti ἀρραβῶνα in pignus, ex qvo certiſſimi fiunt de ſalute, redemtione & gloriâ ſuâ.

3. *Unctio*, χρίσμα 1. Joh. 2, 20. Conf. Pſalm. 45. qvia ungit fideles, & dona ſupernaturalia ac ſpiritualia illis confert, die Salbung. Conf. inf. art. 46. de Unctione.

4. *Aqva*, Johan. 7, 38. Eſa. 44.

5. *Ventus*, Eſa 57, 16. Actor. 2. qvem Apoſtolis dedit Salvator, dum flavit in eos Johan. 20, 22.

6. *Ignis*, Matt. 3, 11.

7. *Digitus Dei*, δάκτυλος der Finger Gottes/ Luc. XI, 20. Matt 12, 28. ad ſummam & divinam ejus potentiam indicandam, qvòd tàm facile ei ſit miracula patrare, & ſumma efficere atqve qvis uno digito aliqvid agat; Qvapropter & *virtus Dei* ex alto appellatur. Luc. 24. verſ. 49. δύναμις.

8. *Promiſſio* Patris, ἐπαγγελία. Luc. 24. verſ. 49. die Verheiſſung des Vaters.

Nota 5. *Spiritus S. innoteſcit* 1. non ſolùm ratione *Nominis*, & ſic dicitur Spiritus Sanctus, ſed etiam 2. ratione *ordinis*, & ſic eſt tertia perſona, 3. ratione *eſſentiæ*; & ſic eſt Deus, 4. ratione *perſonalis ſubſi-*

ſten-

Digitized by Google

ſtentia, & ſic eſt à Patre & Filio, 5. ratione realis *differentiæ, tùm internæ*, qvæ eſt æterna à Patre & Filio proceſſio, *tùm externæ*, qvæ eſt ſanctificatio in ipſo, 2. Theſſ. 2, 13.

§. 2. Spiritus S. notanda eſt

I. *Æterna divinitas*; qvam probant *divina*

1. *nomina*, Jehovah, 2. Sam. 23, 3. κύριος. 2. Cor. 3, 1. Sanctus, Eſ. 6, 3. Deus, Actor. 5, 4. vide ſupra art. 9. NB.

2. *attributa*: videlicet eſſentialis æternitas Hebr. 9. Omniſcientia 1. Cor. 2, 11. Omnipræſentia Pſal. 139, 7. Sanctitas eſſentialis, Eſa. 6. vid. ſupra articul. 10. NB. & independentia. vid. ſupra articul. 14. §. 2. NB.

3. *proprietas perſonalis* ex artic. XI.

4. *opera divina*, videlicet Creatio, Gen. 1, 1. Pſal. 33, 6. Conſervatio Job. 33, 4. & miraculorum operatio Luc. XI. verſ. 20. Exod. 8. verſ. 19. ſanctificatio & regeneratio, Tit. c. 3. & certitudinis donatio NB. ſupra §. 1.

5. *gloria divina & cultus*, Eſa. 6, 3. Actor. 28, 25. Matt. 28, 19. 2. Cor. 13, 13. Gratiæ enim precatio à Spiritu S. (& à ſeptem ſpiritibus Apoc. 1, 4. qvia eſt ſeptiformis munere) eſt ipſa Spiritus S. invocatio, cujus templa ſumus 1. Cor. 3. eumqve colere tenemur ut Creatorem. Pſalm. 33.

Canon: Spiritus S. cum P. & Filio eſt ille unus ſolus verus Deus. vid. art. 10. Tit. 3. NB.

II. *Ordo perſonalis*. Eſt enim perſona SS. Trinitatis non prima, nec ſecunda, ſed tertia, Matt. 23.

III. *Perſonalis ſubſiſtentia*, Matt. 28. ex actionibus ſubſtantiæ intelligentis, & incommunicabiliter ſubſiſtentis, 1. Cor. 2, 10. 11. c. 12, 11. Eſt enim ἄλλος alius à Patre & Filio, Joh. 14, 16. diſtinctè ſe patefaciens Matt. 3, 16. & diſtinctè invocandus Matt. 28. & diſtinctum perhibens teſtimonium 1. Joh. 5. Dominus à donis (qvorum reſpectu dari & auferri dicitur Pſal. 51, 13.) omninò diſtinctus.

IV. *Realis differentia* à Patre & Filio

1. *interna*, qvia ei competit ἐκπόρευσις, æterna proceſſio à Patre & Filio, Johan. 15, 26. Ideò enim dicitur à Patre procedere non excluſivè, qvia eſt Spiritus labiorum Chriſti 2. Theſſ. 2, 8. & Spiritus Filii æter-

æterni, Gal. 4, 6. qvi habet jus & poteſtatem mittendi Spiritum S. Luc. 24, 49. Johan. 15, 26. ideoqve ſolus dicere poteſt: Omnia, qvæ Pater habet, mea ſunt, Joh. 16.

2. *externa*, qvia à Patre & Filio mittitur in tempore, Johan. 14, 16. c. 15, 26. diſtinctè manifeſtatur Matt. 3, 16. & datur Act. 2, 3.

Canon: Una numero ſanctificandi potentia eſt Patris, Filii & Spiritus S. licet illa diſtincta ſit modo habendi, mittendi & agendi, ut Pater habeat à ſeipſo, qvod Filius à Patre, & qvod Spiritus S. à Patre & Filio habet, qvi à Patre & Filio ad ſanctificandum mittitur Joh. 14, 26. & c. 15, 26.

V. *Beneficia*, ubi eminet ſanctificatio. Vide infra §. 6.

Canon. Officium Spiritus S. eſt paracleticum, elencticum & pædagogicum Joh. 16. Er iſt unſer Tröſter/Beſtraffer und Führer/der uns in alle Warheit leitet und führet. Pſal. 143.

§. 3. Character Spiritus Sancti internus eſt proceſſio à Patre & Filio, *ſive ſpiratio paſſiva (Grammaticè, non verò phyſicè ſic dicta,) qva Ipſe à P. & F. Conſubſtantiali, unius ejusdemq; numero eſſentiæ communicatione, uno actu indiviſibili & æterno, ineffabili modo ſpiratur. Qvæ ſpiratio ſive proceſſio ſignificatur tum in illis locis, in qvibus dicitur Spiritus Patris Matt. 10, 20. tùm in illis, in qvibus dicitur* πνεῦμα τὸ ἐκ τῦ Θεῦ. *1. Cor. 2, 12.*

Nota 1. Proceſſio Spiritus Sancti nobis ineffabilis eſt in hâc vitâ, & *poſitivè* formaliter & plenariè non poteſt deſcribi, ſed tantùm *negativè*, qvod Spiritus S. habeat eſſentiam divinam non à ſe, ſicut Pater, neqve per nativitatem æternam, ſicut Filius, ſed ineffabili modo verbo ἐκπορεύεσθαι ſignificato.

Nota 2. Per Proceſſionem Spiritus S. denotatur *actus certus*, non tamen 1. putativus & phantaſticus, ſed verus ac proprius. 2. non accidentalis, ſed eſſentialis. 3. eſſentia ſpirans in Patre & Filio non abſolutè, ſed reſpectivè & relatè ad eſſentiam procedentem. 4. non actus tranſiens, ſed immanens. 5. non mutabilis & comprehenſibilis, ſed immutabilis, æternus & incomprehenſibilis. 6. ineffabilis atqve inexplicabilis.

Nota 3. *Proceſſio* Spiritus S. in Scripturâ Sacrâ ita explicatur, qvòd non ſolùm à Patre procedat, verùm etiam à Filio (1.) qvia dicitur *Spiritus*

Digitized by Google

ritus Filii, Gal. 4, 6. (2.) à conſubſtantialitate Patris & Filii. (3.) à miſſione Spiritus S. in tempore, qvam præſtare non potuiſſet Chriſtus, niſi etiam à Filio procederet Spiritus S. Unde & ipſe jus mittendi Spiritum S. habet, Joh. 15, 26. Paracletum Ego mittam vobis à Patre, qvem Pater mittet in Nomine meo, Johan. 14, 26.

§. 4. Character Spiritus S. externus eſt ſanctificatio *2. Theſſ. 2, 13. de qvâ infrà artic. 97.*

Nota 1. *Sanctificatio qvidem eſt opus ad extra* totius SS. Trinitatis, ſicuti & Patri tribuitur Johan. 17, 17. Sed qvia ordo in cæteris operibus ad extra obſervatur, ille ipſe & hîc obtinet.

Nota 2. *Spiritus S. præſtat hanc ſanctificationem* 1. cùm præparat nos ad ſanctitatem. 2. cùm erigit corda contrita fiduciâ miſericordiæ Dei. 3. cùm voluntatem flectit ad obſeqvium Deo præſtandum, nosq; in agnitione & charitate creſcere facit, Pſal. 51. v. 4. Pſal. 143, 10. Tit. 3, 5. ſanctificat nos in *cruce*, Rom. 13, 26. ſanctificat nos in *rebus lætis*, ne lætitiæ indulgentes incidamus in ſecuritatem Exod. 33, 3. & recalcitremus Deo, Devt. 32, 15. ſanctificat nos in *precibus noſtris*, ut per eum clamemus, Abba Pater, Rom. 8, 15. qvin & ὑπερεντυγχάνει Rom. 8, 26. Er vertritt uns/ als unſer Beyſtand/ Advocat, παράκλητος und Tröſter/ Johan. 16, 7. ſuperexpoſtulat qvaſi præſidens noſtris poſtulationibus, ad qvas nos inſtigat, & velut Magiſter ſupplicum libellorum cœleſti Patri offerendorum, nos orare neſcientes oportunè ut oportet, docet, qvid petere debeamus, ut, verbis licet deſerti, gemitus tamen inenarrabiles in jaculatoriis iſtis precibus & ignitis ſuſpiriis ſentiamus. (Nam ὑπερεντυγχάνω eſt interpello, intercedo, & ἐντυγχάνω, occurro alicui, eumqve precandi cauſa accedo, interpello, nanciſcor; à verbo τυγχάνω, ſum, compos fio, aſſeqvor. Dum aliqvid τυγχάνει, contingit & evenit feliciter, unde τύχη fortuna, qvando aſſeqvor id, qvod antea mihi paratum fuerat, nam τεύχω eſt paro, ſtruo, fabricor.)

Nota 3. Spiritus S. ſanctificat non abſens, ſed præſens, non ſolùm virtute & operatione, ſed etiam eſſentialiter.

Ratio eſt, qvia Spiritus S. 1. datur nobis, Rom. 5, 5. 2. mittitur in corda, Gal. 4, 6. 3. habitat in nobis, Rom. 8, 11. 4. Unde Spiritui S. reſiſtitur Act. 7, 51. 5. qvi contriſtatur, Epheſ. 4, 30. 6. excutitur, Hebr. 10, 29. 7. ut tandem à Saule recedat, 1. Sam. 16, 14. vid. ſuprà art. 10. Tit. 39. de præſentiâ gratioſâ.

§. 5. Donatio Spiritus S. eſt fructus paſſionis & mortis Chriſti : *qvi effuſionem non modò viſibilem & extraordinariam promiſit , & merito ſuo impetravit , Johan. 14. & 16. Actor. 2. verùm etiam adhuc hodiè inviſibiliter & ordinariè Spiritum S. mittit omnibus credentibus , in ſtatu Eccleſiaſtico, Politico & Oeconomico. Datur enim adhuc Spiritus S. verbum audientibus Actor. 10, 44. pœnitentibus Actor. 2. verſ. 38. credentibus Johan. 7. verſ. 37. obedientibus Actor. 5, 32. orantibus Luc. XI, 13. Actor. 4, 31.*

§. 6. Beneficia Spiritus Sancti ſunt innumera, *de qvibus agit appendix. Ubi eminet ſanctificatio , artic. 97. & adornatio , ut ſimus vaſa gratiæ & templa Spiritus Sancti , vid. articul. 94. §. 10.*

§. 7. *Pleniorem hujus articuli exegeſin atqve uſum , cum autorum catalogo oſtendit præter Chemnicium , Gerhardum , D. Calovium &c. Manuale Theol. German. artic. 15. & Bald. Theolog. Summarium in 4.*

APPENDIX
De Beneficiis Spiritus Sancti.

§. 1.

DE *beneficiis Spiritus S. notanda eſt tùm* exiſtentia *1. Cor. 14. qvòd ſint ex 1. Cor. 12. & artic. 3. Symboli Apoſtolici , tùm* eſſentia.

§. 2. Eſſentia *ſive qvidditas cognoſcitur ex Onomatologiâ & Pragmatologiâ.*

§. 3. Onomatologia *attendit*

I. *Etymologiam.* Dicuntur enim Chariſmata , dona gratuita 1. Cor. 12. ex merâ gratiâ ſine ullis meritis collata.

II. *Homonymiam.* Conſiderantur h. l. qvatenus ſunt non ex nobis, ſed in nobis, à Spiritu S. gratis data ; noſtra tamen, licet non ratione originis, ſed ratione poſſeſſionis.

III. *Syno-*

Digitized by Google

III. *Synonymiam.* Dicuntur generaliter *ſanctificatio*, qvæ

1. *diſtingvitur* ab actionibus Spiritus S. cum Patre & Filio communibus, qvalis eſt totius univerſi creatio & conſervatio, Pſal. 33.

2. *appellatur* etiam *renovatio*. vid. inf. art. 97. Theol. Poſit.

3. *tribuitur* Spiritui Sancto per appropriationem, tàm qvoad ordinem perſonalem, qvàm qvoad modum habendi & agendi mediatum.

§. 4. Pragmatologia *exhibet tùm deſcriptionem, tùm diviſionem.*

§. 5. Beneficia Spiritus S. ſunt dona gratuita, Chriſti merito parta, à Spiritu S. credentibus gratis communicata, ad Dei gloriam, Eccleſiæ emolumentum, & piorum ſalutem.

Nota 1. Efficiens eſt Spiritus S. Meritoria Chriſtus.

Nota 2. Subjectum ſunt credentes, Eccleſiæ cives, Spiritus S. templa & vaſa gratiæ.

Nota 3. Forma communicandi eſt gratuita.

Nota 4. Finis eſt Dei gloria, Eccleſiæ emolumentum, & credentium ſalus.

§. 6. Beneficia Spiritus S. reſpiciunt tùm Eccleſiam univerſam, tùm diſtincta Eccleſiæ membra.

§. 7. In Eccleſiâ *Spiritus S. dirigit tùm plantationis* actum, *tùm plantationis* organum.

§. 8. *In* actu *plantationis conſideranda eſt Eccleſiæ*

1. collectio *per vocationem & Regenerationem. vid. articul. 91. 92.*

2. conſervatio.

3. gubernatio.

4. confortatio *& conſolatio in cruce Johan. 16. artic. 108. & perſecutionibus 1. violentis tyrannorum. 2. fraudulentis hæreticorum. & 3. mixtis Anti-Chriſti. vid. artic. 116.*

§. 9. Organum plantans Eccleſiam eſt vel reale, vel perſonale.

Nota 1. *Organum reale,* gratiam 1. *offerens* eſt verbum tùm audibile, tùm viſibile, Sacramenta. 2. *apprehendens* eſt fides. vid. articul. 70. & 93.

Nota 2. *Organum perſonale*, eſt Eccleſiæ miniſter Artic. 119.

§. 10. Diſtincta Eccleſiæ membra grato animo agnoſcunt operationem Spiritus S. tùm extraordinariam, tùm ordinariam.

§. 11. Extraordinaria *operatio Spir. S. in Eccleſiâ primitivâ erat qvoad donum lingvarum Actor. 2. & Miraculorum conſpicua.*

§. 12. Ordinaria *operatio eſt* 1. Univerſalis. 2. Specialis. 3. Individualis.

§. 13. *Operatio* Univerſalis eſt Vocatio & Regeneratio. *vid. Artic. 91. & 92.*

§. 14. Specialis *operatio occurrit in ſtatu Eccleſiaſtico, Politico, & Oeconomico.*

§. 15. Operatio Spir. S. in ſtatu Eccleſiaſtico *attinet*

1. *Doctorem*, ejusqve (a) *dona* tùm *miniſtrantia* (etiam impiis communia) ad officium neceſſaria: tùm *ſanctificantia*, Doctori, non qvà talis, ſed qvatenus pius & ſalvandus eſt, neceſſaria.

(b) *Officium*, ſcilicet Didaſcalicum, Elenchticum, Epanorthoticum, Pædevticum, & Paracleticum. vid. Theol. Moralis.

2. *Auditorem*, ubi notanda Spiritus Sancti

(a) *actio* tùm *communis*, qvæ agit in hominis *animam*, ejusq; intellectum illuminando, voluntatem flectendo, & affectus, novos motus excitando: in hominis *corpus* renovando & vivificando.

tùm *ſpecialis*. Sic datur 1. peccantibus, qvos per verbum ad pœnitentiam revocat. 2. pœnitentibus. 3. ambulantibus in novitate vitæ. 4. proficientibus ſeu creſcentibus. 5. perſeverantibus. 6. pugnantibus contra Diabolum, mundum & carnem. 7. patientibus & afflictis. 8. florentibus & afflictionem non ſentientibus. 9. orantibus. 10. docentibus. 11. verbum audientibus. 12. agoniſantibus &c.

(b) *Fructificatio*, refertur 1. ad Deum, & eſt glorificatio. 2. ad proximum, & eſt ædificatio. 3. ad credentem ipſum, eſtqve inpri-

primis cautio & fuga peccati, caſtigatio corporis, gubernatio cogitationum & teſtificatio bonæ conſcientiæ.

Nota 1. In ſtatu Politico reſpicit tùm Magiſtratum, tùm Subditos.

Nota 2. In ſtatu Oeconomico reſpicit Parentes & liberos, Dominos & ſervos &c. de qvibus omnibus agit Theol. Moralis.

§. 16. Individualis *operatio Spir. S. reſpicit Chriſtiani & cujusvis individui credentis 1. fidem. 2. vitam. 3. mortem. Videatur Theologia Paracletica. Ex qvibus omnibus intelligere licet, qva, qvalis, qvanta ſit illa deductio Spiritus S. à Davide deſiderata Pſal. 143, 10.* תנחני ὁδηγήσει, Dein guter Geiſt führe mich auf ebener Bahn. *Hoc enim Duce via recta* ישר *1. oſtenditur. 2. invenitur. 3. calcatur.*

ARTICULUS XVI.
De Operibus & actionibus DEI externis emanantibus.

Magna opera Domini, Pſal. CXI, 2. μεγάλα τὰ ἔργα. גדלים manifeſtantur in homine Joh. 9, 3.

§. 1.

OPera DEI interna & decreta ſanctiſſima ſeqvuntur opera externa emanantia, qvæ ſunt externæ actiones, qvibus ſe ipſum Altisſimus ſuis creaturis, ut Dominum ſapientisſimum, ſanctisſimum, benignisſimum & omnipotentiſſimum, in regno potentiæ, gratiæ & gloriæ manifeſtat, *ad Nominis divini gloriam: ut non modò velut pater miſericors, verùm etiam ut judex juſtisſimus agnoſcatur.*

Nota 1. *Actiones* divinæ aliæ ſunt immanentes, perſonales, ad intra, & internæ: aliæ verò emanantes, eſſentiales, ad extra, & externæ. De qvibus dictum eſt ſuprà Art. 12. §. 4.

Nota 2. *Actiones divinæ hoc loco externæ* potisſimùm attenduntur, qvæ ab internis diſtinctæ ſunt, & vocantur opera emanantia.

§. 2. Objectum externæ actionis divinæ eſt creatura, *inprimis verò rationalis, Angelus & homo, ad Dei gloriam.*

Nota 1. Omnis actio Dei in tempore circa creaturam rationalem, ejusqve productionem, reſtaurationem & conſervationem occupata, neqvaqvam abſoluta, aut verbo revelato contraria, aut injuſta, aut Deo omniſcio ignota, ſed ſapientiæ, bonitati & juſtitiæ congrua, & ab æterno exactiſſimè cognita fuit, Eph. 1. una cum ipſius creaturæ actione poſſibili etiam nunqvam eventurâ. vid. ſupr. art. 10. Tit. 15. 16. 17. 18. 32.

Nota 2. Omnis actio divina externa reſpicit principium dirigens, imperans, & exeqvens; ſive ſcire, velle, & poſſe Dei ſanctiſſimum, Pſal. CXI, 3. 7. Die Werck ſeiner Hände ſind Warheit und Recht. Was Er ordnet/das iſt löblich und herrlich.

Nota 3. Omnis actio divina in tempore, peracta eſt ratione æterni decreti harmonica. vide art. 110. & art. 10. Tit. 17. item art. 37. 38. NB.

Nota 4. *Gloria Dei* eſt ſummus actionum divinarum finis, Joh. 9, 3. c. XI, 4. Gloria ſcilicet juſtitiæ, bonitatis, ſapientiæ, veritatis, & omnipotentiæ. vid ſup. art. 10. Tit. 42.

Canon I. *Omnis actio divina eſt perfectisſima.* Ob principium perfectiſſimum, Matt. 5. 48. vid. art. 10. Tit. 40.

Nota 1. *Perfectio hæc intelligenda eſt de actione immediatâ*, Devt. 32, 4. non verò de mediatâ actione, qvam Deus perfectiſſimus in homine & per hominem efficit. Ubi poſt lapſum perfectioni obſtat *εὐπερίστατος ἁμαρτία*, die immer anklebende Sünde/ Hebr. 12, 1. Pſalm. 32, 5. Confer de ordine reſtaurationis art. 39. 98. & 99.

Nota 2. Perfectio divinæ actionis intelligenda eſt 1. ſalva diſtinctione graduum perfectionis creaturæ Angelicæ, humanæ, ſenſitivæ, animalis, vegetabilis, mineralis &c. 2. ſalvâ divinâ libertate, & ſucceſſivo agendi ordine, atqve gradibus diſtinctis, qvos offert regnum potentiæ, Gen. 1. gratiæ, 1. Cor. 13. & gloriæ 1. Cor. 15. vid. inf. art. 142.

Canon II. *Omnis actio divina eſt ſanctisſima & juſtisſima.* Nam Deus mentiri neſcius Tit. c. 1. fidelis & verax, 1. Cor. 10. uti falli non poteſt, ita & fallere neqvit, neqve cuiqvam facit injuriam, Matt. 20. vide ſupr. art. 10. Tit. 18. & 32. 35.

Canon III. Damnare innocentem, Gen. 18. aut creare vel Angelum vel hominem ad æternam miſeriam, juſtitiæ & bonitati divinæ ſimpli-

Digitized by Google

pliciter repugnat. Cùm melius ſit, non eſſe & minus malum nunqvam eſſe, qvàm ſine termino miſerum eſſe, Matt. 26, 24. Es wäre ihm beſſer / καλὸν ἦν αὐτῷ daß er nie gebohren wäre. Conf. Matt. 18, 6. vid. ſup. art. 10. Tit. 20. 21. 22. 23. de fonte benignitatis & amoris, ex qvo omne decretum, & univerſa actio divina erga creaturam, qvatenus creatura eſt, oritur.

§. 3. Opera divina externa *DEI potentiam, ſapientiam, bonitatem, gratiam & juſtitiam manifeſtantia*, reſpiciunt regnum potentiæ, gratiæ, & gloriæ. *Ubi eminet*

I. *Creatio* Patri appropriata art. 13. de qva agit art. 17. nec non creaturarum conſervatio, art. 23. & regimen, & mundi conſummatio, & qvæ eandem antecedunt, concomitantur, & conſeqvuntur. vide artic. 132. ad 142.

II. *Redemtio* Filio appropriata, art. 14. de qva art. 39. ad 70.

III. *Sanctificatio* Spir. Sancto appropriata, art. 15. & 97. cum vocatione, converſione & finali conſervatione. vid. art. 90. ad 100. 109. qvam ſeqvitur æterna glorificatio, de qva art. 131. & 142. & pœna incredulorum oppoſita, art. 141.

Nota: Aliis placet diſtinctio in opera 1. *potentia* (qvorſum ſpectat creatio.) 2. *miſericordia* (ut redemtio & conſeqvens vocatio, converſio &c.) 3. *juſtitia*, ad qvam pertinent noviſſima.

Canon I. *Opera Dei omnia & ſingula faciunt nobis Deum nominabilem*, qvod ſit Creator, Redemtor & Sanctificator noſter, art. 9. 13. 14. 15. incomparabilis, adorabilis Matt. 4. & admirabilis. vid. ſup. Artic. 10. Titul. 42. ad 45. cujus nos filii, ſponſa & templum ſumus, ex articulo 13. 14. 15.

Canon II. *Operum divinorum cognitio*, ex lumine naturæ orta, ad cognitionem revelatam collata, non ſolùm imperfecta, ſed etiam planè nulla eſt. vide ſup. art. 7. & 8.

Poriſma: Ergo impugnatio notitiæ revelatæ per rationis contradictiones planè abſurda eſt. Qvid enim cæcus de coloribus? Confer art. 29. & Methodum ſtudii Theol. de uſu Philoſophiæ.

§. 4. *Pleniorem hujus articuli exegeſin, ejusq; uſum, atqve Autorum Catalogum exhibet Manuale Theol. German. art. 16. nec non ſumma Theol. Bald. in 4.*

ART.

Digitized by Google

Articulus XVII. De Creatione.

In principio creavit DEUS LXX. ἐποίησε, cœlum & terram, בָּרָא Gen. 1, 1. vid. Johan. 1, 3. Col. 1, 16. Hebr. 1, 10. c. XI, 3. infra §. 1. & 4. & art. 142. §. 1.

§. 1.

Creatio mundi cum temporis initio eſt divina cœli & terræ ex nihilo facta productio, *Gen. 2, 1. cap. 1, 1. qvæ non tàm intelligendo creditur, qvàm credendo intelligitur.*

Canon: Creatio eſt primum potentiæ opus externum. vid. art. 16. ratione modi & ordinis ex ſolâ revelatione notum Hebr. XI. verſ. 3. Deum non ſolùm ut opificem, Rom. 1, 20. ſed etiam ut Creatorem nobis oſtendens.

Nota: Creare, Schaffen / בָּרָא propriè notat productionem ex nihilo potentiſſimam, conſeqventer verò ex materiâ præexiſtente. Deinceps autem refertur ad effectionem eorum, qvæ non ſunt minoris potentiæ & virtutis, qvàm ipſa Creatio.

Qvalia ſunt 1. *Creatio* ſive productio operis planè novi & inauditi, ſive Filii DEI *incarnatio*, & Infiniti per Virginem circundatio, Jer. 31. verſ. 22. vid. art. 44. §. 2. NB. ut & miraculoſa terræ apertio Numer. 16, 30.

2. *regenerатio* peccatoris, ejusqve renovatio, Pſalm. 51. verſ. 12. 2. Cor. 5. verſ. 17.

3. *refectio* & multiplicatio creaturarum, Pſal. 102, 19. & 104, 30.

4. *deſtructio creaturæ*, ut ex nihilo factum fiat annihilatum, & qvaſi nunqvam ex nihilo productum, Eſa. 41, 20. c. 45, 7. 8. c. 4, 5. Joſua 17, 15. 18. Ez. 23, 47. vid. art. 136.

§. 2. Creatio eſt actio externa DEI P. F. & Spir. S. *qvâ in principio temporis, ex nihilo, cœlum & terram, & omnia, qvæ in illis ſunt, valdè bona, ſex dierum intervallo, ſapientiſſimè, liberrimè & potentiſſimè produxit, ad Nominis ſui gloriam, & hominis utilitatem.*

§. 3. Effi-

§. 3. Efficiens Creationis eſt DEUS Pater, Filius & Spiritus S. *vid. artic. 10. 13. 14. 15. & 16. NB. & Johan. 1. verſ. 3. Pſalm. 33. Prov. 8, 30.* & qvidem ſolus, *Jer. 10, 10. & unicus Jehovah. NB. artic. 9. p. 233.*

Nota 1. *Ex Creatione oritur creaturæ ad Creatorem relatio*, qvæ ſola ſubtracto motu ab actione, remanet. vid. Thomas, p. 1. q. 45. art. 3. Ita, ut ſolus Deus ſit ſupra omnia; cujus majeſtas communem conceptum cum creaturis excludit, & univerſam analogian κτ̓ πρότερον καὶ ὕστερον ſimpliciter reſpuit. Nam proportio eſt ratio totius cujusdam, qvod ſit alterius portio (juxta Scaligerum) & æqvalitas eſt certa menſuræ ratio. Infiniti verò menſura nulla eſt, nec ulla æqvalitas inter περίγραπτον & ἄπειρον. vid. artic. 6. & 7. & art. 10. Tit. 8. & ſup. p. 227. NB. & 240.

Nota 2. *Potentia creandi eſt creaturæ incommunicabilis*, qvia ſoli Deo competit, Neh. 9, 6. Eumqve ab idolis diſtingvit, Jer. 10, 10. vid. art. 10. Tit. 38. NB.

Nota 3. Creatio eſt teſtimonium div. omnipotentiæ, ſapientiæ, bonitatis & libertatis. vid. art. 10.

Nota 4. Verbum προφορικὸν non excludit λόγον æternum ὑποστατικὸν Joh. 1. vid. art. 14. per qvem omnia facta ſunt, Pſalm. 33, 6. 2. Sam. 23, 2. Confer אמר & FIAT. Gen. 1.

Canon: *Creatio omnipotentiſſima excludit cauſam ſociam.* Omnipotens enim non niſi unus eſt & unicus. vid. art. 10. Tit. 1. p. 246.

§. 4. Materia Creationis ex qva nulla eſt. Objectum *verò productum eſt cœlum & terra.*

Canon: Impoſſibile eſt eſſe creaturam, & ſimul totam perfectam & immenſurabilem. vid. art. 10. Tit. 8. §. 2.

§. 5. Forma creationis 1. interna *reſpicit productionem potentisſimam, immediatam & liberrimam.* 2. externa *ordinem. Ita ut 1. productio. 2. diſpoſitio. 3. conformatio. 4. perfectisſima pulchritudo oſtendat Creatoris 1. potentiam. 2. ſapientiam. 3. prudentiam. 4. perfectionem. vid. §. 7. & infra art. 18.*

§. 6. Finis creationis ſummus eſt Creatoris gloria,

conſeqvens utilitas : & hominis emolumentum, *Pſal. 115, 16. Eſa. 45, 18. Confer de cœlis enarrantibus gloriam Dei, Pſal. 19. Theol. Exeg. lib. 2. c. 6. Tit. 1. NB. Nam creaturarum 1. ordo, 2. varietas, 3. conſervatio, excitat Creatoris dilectionem, cultum, obedientiam, & filialem fiduciam.*

Poriſma : Ergo Deus hominem nullum creavit ad interitum. vid. art. 10. Tit. 35. Nec obſtat Prov. 16, 4. qvia פעל facere, thun / LXX. πάντα τὰ ἔργα, non reſpiciunt creationem, ſed creaturarum harmoniam, ordinationem & diſpoſitionem, adeoqve & ipſius hominis, non creandi, ſed creati : tam boni, qvam ſpontè contaminati peccato. Ut intentioni directoris optimi reſpondeant ſingula, etiam mala ad bonum reducta, Rom. 8. vid. art. 26. Comm. D. Geieri h. l. & D. Welleri Gottes Heiligkeit.

§. 7. **Effectus creationis eſt totum ſyſtema cœli & terræ,** *cum omnibus creaturis, viſibilibus & inviſibilibus. vid. artic. 18. ſeq. & inf. Repertorium phyſicum lib. 3. Gerb. diſp. Iſag. & in c. 1. Geneſ. Conf. Hexaëmeron Baſilii M. & Ambroſii.*

Nota: Qvid ſit רקיע firmamentum, die Veſte / expanſum, ςερέωμα, optimè docet

I. *Moſes.* Dum 1. oſtendit Exod. 39, 3. uſurpari hanc vocem, ut denotet maſſam in latitudinem deductam v. g. geſchlagen Gold / aurum laminæ inſtar diductum in latitudinem (vide רקע Eſa. 40. v. 19.)

2. Rakia eſſe diductum & expanſum cœlum æthereum, ubi Deus poſuit luminaria. NB. Gen. 1, 14. 15. 16. 17. Hæc enim non hærent in nubibus, ſed ſunt in ipſo cœlo. Et nubes, qvia & ſteriles dantur, non ſunt ipſa aqva, ſed velut ſpongia aqvis repleta, ſive ſunt meteoron aqvas continens; vide lib. 3. Repertorium Phyſicum; neqve exiſtunt ſupra Rakia, ſed ſunt ſub cœlo expanſo.

II. *David* Pſal. 104, 3. Du breiteſt aus den Himmel / wie einen Teppich / du welbeſt es oben mit Waſſer. Confer Pſalm. 136, 5. 6. & de aqvis מעל השמים ſupra cœlos Pſal. 148, 4. ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν, & D. Calovii annot. Gen. 1. NB. vid. Sperl. Phyſic. p. 474.

§. 8. **Attributa creaturarum ſunt duratio, bonitas, atqve**

Digitized by Google

qve perfectio, voluntati atqve intentioni creatoris conformis; *vid. artic. 18.*

Nota: Qvæſtio, de tempore creati mundi, reſpicit vel I. *punctum* & momentum concreatæ durationis, Gen. 2, 4. qvod neqve Vernum neqve Autumnale fuit. Cum nondum dato ſole nulla temporis menſura, diſtinctio, aut ſucceſſiva totius anni partium enumeratio dari potuerit: ſed potius floridiſſimæ totius perfectæ conſtitutionis anni ſimultanea exiſtentia. Qvam deinceps diſtinctæ anni partes demùm ſeqvebantur. Gen. 1, 14. c. 2, 5. ſicut & ipſe Microcoſmus, nec infans, nec puer, ſed vir creatus fuit, univerſam virilem perfectionem in primo momento referens.

II. vel *principium* motus ordinarii Solis, & à qvonam zodiaci puncto Sol creatus initium motus ſucceſſivi ordinarii inchoaverit? Ubi pro Vernali tempore rationes faciunt à D. Calovio adductæ in Chronologia S. Tomo 1. Annot. Bibl.

§. 9. *Reliqva ad uſum ſpectantia exhibet Manuale artic. 17. NB. p. 323. ex Chryſoſtomo. Inprimis verò infra libro 3. Repertorium Phyſicum NB. de Iride & aliis, & artic. 23. de Providentia, qva creatori neqvaqvam moleſta eſt. Confer* Plinii *judicium cæcum lib. 2. c. 7. ubi ait: Irridendum verò, agere curam rerum humanarum, illud, qvicqvid eſt ſummum. Anne tam triſti atqve multiplici miniſterio non pollui credamus dubitemusve? Imò pernegat Salvator, Matt. 6.*

ARTICULUS XIIX.
De Creaturis earumqve diſtinctione, bonitate & mali origine.

Vidit DEUS omnia, qvæ creaverat, & erant valde bona, Geneſ. 1, 31. טוב מאד ſehr gut / *καλὰ λίαν.* vid. 1. Tim. 4, 4. infrà §. 3. NB.

§. I.

Omnis creatura, ſive in cœlo, ſive in terrâ exiſtens, ſive ſit viſibilis, ſive inviſibilis, humana, vel Angelica, (& ſingula, qvæ in

Digitized by Google

univerſo regno animali, vegetabili & minerali continentur,) bona eſt. vid. artic. 10. Titul. 4. & Phyſicam S. in Theolog. Exeget. lib. 2. cap. 5.

Canon: Bonitas creaturarum communicata & dependens harmoniam cum voluntate creatoris infert exactiſſimam.

Nota 1. *Bonitas creaturæ eſſentialis eſt conformitas cum voluntate divina*, & perfectio intentioni creatoris conveniens, art. 17. §. 6. qvæ nobis innoteſcit ex div. complacentia & benedictione Geneſ. 1. non obſtante maledictione, qvam creatura rationalis, per voluntariam defectionem attraxit, Gen. 3. dum illa ſponte malo morali ſe contaminavit. vid. infra art. 21. 31. 32. 36. unde & Bonitatem creaturæ entitativam ſive eſſentialem non tollit neqve moralis pravitas, neqve accidentaria ex peccato orta adverſitas.

Nota 2. *Bonum* more nominum adjectivorum notat 1. materiale ens, qvod dicitur bonum. 2. formale, qvod eſt ratio illa, à qva res dicitur bona. Boni verò ratio formalis conſiſtit in perfectione eſſentiali rei ineſſe debitæ, & voluntati creatoris conformi. NB. art. 10. Tit. 4. Nam ratio formalis *eſt conceptus qvidditativus* datus de re, per prædicata, in primo modo per ſe, adeoqve eſt ille ipſe conceptus qvidditativus genericus & differentialis. (Sicut in primo perſeitatis modo dicitur de homine, qvod ſit 1. animal, & 2. qvod ſit rationalis. Qvæ duo prædicata ſeorſim conſiderata ſunt de ratione formali hominis, & animal rationale eſt ipſa ratio formalis hominis.) Ex qvo conceptu qvidditativo oritur *conceptus formalis*, ſive actus ille intellectus, qvo objectum exprimitur & cognoſcitur. *Conceptus* verò *objectivus* eſt res ipſa cognita & expreſſa per conceptum formalem. Ex qvibus patent ſeqventia.

Nam I. Bonitas creaturarum eſt vel intrinſeca, vel extrinſeca.

II. Intrinſeca bonitas reſpicit vel naturam & perfectionem à creatore communicatam, vel creaturæ accidentia.

III. Natura omnium creaturarum intentioni creatoris reſpondens bona eſt, non enim poteſt niſi nobiliſſimus effectus à cauſa eſſe optima, & perfectiſſimi Artificis opus in ſuo genere perfectum.

IV. Accidentia ſunt vel proprietates, vel operationes cujuslibet rei creatæ, qvæ naturæ conſtitutionem ſeqvuntur, & ut in genere ſuo ſunt perfectæ, ita & ſatis bonæ, atq; utiles. V. Ex-

V. Extrinſeca creaturarum bonitas eſt etiam reſidua in iis, qvæ poſt peccatum peccatori facta ſunt noxia per accidens: ob pœnam peccato debitam.

Ratio eſt 1. qvia nihil in mundo tam ignobile eſt, nihil tam videtur noxium, qvod non gloriæ Dei & uſibus hominum & aliorum animantium ſuo modo inſerviat.

2. Qvia nihil tam vile eſſe poteſt, qvin in eo ſumma DEI ſapientia eluceat. Confer regimen apum & formicarum &c. Proverb. 30. verſ. 25.

3. Qvia rerum natura nuſqvam magis, qvàm in minimis tota eſt, & ea plus habent admirationis, qvæ molis minimum.

4. Qvia ſi non proſunt omnes creaturæ ad eſum, proſunt tamen ad alium uſum.

§. 2. Bonitati creaturarum opponitur malitia.

Nota 1. Malum bono oppoſitum eſt boni debiti defectus, adeoqve difformitas à voluntate creatoris, qvi perfectionem creaturæ convenientem communicavit. NB. §. 1. & malitia bonitati oppoſita eſt ipſa boni indigentia & perfectionis abſentia, unde egeni oritur miſeria. NB. art. 29.

Nota 2. Malum eſt vel culpæ, vel pœnæ.

Nota 3. Malum h. l. conſideratur non naturale, qvod eſt privatio alicujus boni naturalis, ut claudicatio; ſed potiſſimum morale, qvod eſt defectus boni moralis & rectitudinis debitæ, ſive malum culpæ, de qvo Artic. 31. fons & origo mali pœnæ, de qvo Artic. 36.

Canon 1. Deus cauſa univerſalis ſummè bona, univerſaliter & indeterminatè influit ad omnem poſitivam creaturæ entitatem, qvam ſola cauſa ſecunda ad certam ſpeciem determinando corrumpit & pervertit.

Canon 2. Cauſa mali culpæ nullo modo eſt Deus ſanctiſſimus & optimus Matt. 19, 17. Pſal. 5, 5. 7. & Hoſe 13. perditio tua ex te. vid. inf. Art. 31. neqve per ſe vel volendo, vel efficiendo, neqve per accidens, nec phyſicè, nec moraliter, ſive directè, ſive indirectè illud intendens, vel ſvadendo, aut incitando, qvia Ipſe peccatum prohibet, impedit & punit. vid. art. 26.

Canon 3. Omne malum pœnæ originem trahit ex malo culpæ, vid. inf. Art. 36.

§. 3. Ad pleniorem mali cognitionem, *ejusqve originis indagationem faciunt Canones & obſervationes ſeqventes.*

Canon 1. *Malum hominis* tam univerſale originale, qvàm ſingulare, qvod eſt privatio bonorum animi, corporis & fortunæ, Summum Bonum intendere neqvit.

Ratio eſt, qvia voluntas ſanctiſſima non fertur in malum. Confer de Intentione art.100.§.4.NB.

Canon 2. *Mali culpa moralis* autor eſt Satan & homo, ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν, 1.Joh.3,4. dum actum peccati efficienter producit ipſe ἄνομος, legi divinæ contrarius.

Canon 3. *Malum pœna* diabolum ſeductorem & hominem delinqventem agnoſcit cauſam unicam: etiamſi juſtus judex pœnam ſine delectatione infligat juſtiſſimè Ezech.33.c.18.

Obſerv. 1. Omnis noxa accidentalis neqvaqvam reſpicit hominem, qvà talem, ſed qvatenus peccator eſt. Qvicqvid itaqve poſt lapſum nobis nocet, id ex peccato & ex noſtrâ ingratitudine ortum eſt, qvia malum pœnæ, Oſe.13.(vid. art.36.) conſeqvitur malum culpæ tam Angelicæ, qvàm humanæ, qvæ ex abuſu liberi arbitrii orta eſt. vid. Art. 21. & 32.

Obſerv. 2. *Dies mali*, ἡμέραι πονηραὶ Eph. 5, 16. non ſunt dies, qvà tales, ſed qvatenus peccatori ſunt moleſti, Eccleſ. 12,1.c.1,13. ob malitiam moralem, qvam ipſe cum ſociis communem habet. Idem judicium eſt de horâ malâ, Epheſ.6,13.

Obſerv. 3. *Vanitas* ματαιότης, cui creatura poſt lapſum ſubjecta eſt, Rom.8. Die Eitelkeit / neqvaqvam eſt miſeria concreata, ſed pœna, peccatoris culpâ contracta, unde & ipſe vanus, morti obnoxius Pſal.39. & vitâ naturæ, gratiæ atqve gloriæ privatus eſt, & moleſtiam creaturarum, qvæ ſimul patiuntur propter hominem, deplorare cogitur. Qvamvis & hanc vanitatem peccatori per Chriſtum reconciliato in bonum finem dirigat gubernator ſapientiſſimus, Rom 8.

Obſerv. 4. *Creaturas*, qvas Deus condidit optimas (ſalvo tamen bonitatis gradu, ordine, & ſucceſſivo habendi modo) peccator poſt lapſum ſentire cogitur noxias, ut cicutam, & omnia venena. Qvæ ipſa tamen ineffabilis Dei bonitas & ſapientia in hominis uſum dirigit, ut non ſolùm contraria juxta ſe poſita magis eluceſcant, verùm etiam

ipſum

Digitized by Google

ipſum venenum non rarò exhibeat antidotum nobiliſſimum. Qvod vel ex ſolo Antimonio docent operationes Chymicæ. Confer Auguſtinum lib. XI. C. D. c. 18. ubi dicit: Deus ordinem ſeculorum, tanqvam pulcherrimum carmen ex qvibuſdam qvaſi antithetis honeſtare voluit. Antitheta enim, qvæ appellantur, in ornamentis elocutionis ſunt decentiſſima (oppoſita, vel, qvod expreſſius dicitur, contra poſita.) Sicut ergò iſta contraria, contrariis oppoſita, ſermonibus pulchritudinem reddunt: ita qvadam, non verborum, ſed rerum eloqventia, contrariorum oppoſitione, ſeculi pulchritudo componitur. vid. Sirac. 34, 16. contra malum bonum eſt.

Obſerv. 5. Adhuc hodie omnis Dei creatura, bona & homini ſalutaris exiſtit, modò cum gratiarum actione ex manibus Dei accipiatur, & in vero timore Dei uſurpetur. vid. 1. Timoth. 4, 4. omnis creatura Dei bona eſt πᾶν κτίσμα καλὸν, & nihil rejiciendum, οὐδὲν ἀπόβλητον, μετ᾽ εὐχαριστίας λαμβανόμενον. Sanctificatur enim, & à communi uſu ſeparatur per Verbum Dei & preces, ἁγιάζεται. vid. art. 97. & de verbi efficacia art. 124. & precibus art. 108.

Obſerv. 6. Bonitati creaturarum eſſentiali non obſtat divina qvoad cibos diſpoſitio 1. ante lapſum, 2. poſt lapſum, 3. poſt diluvium, 4. poſt Chriſti Adventum: nec virium herbarum & aliarum creaturarum decrementum: nec terræ maledictio Gen. 3, 17.

Obſerv. 7. Creaturæ v. g. aqva, oleum panis & alii cibi per certas conſecrationes non ex Satanę poteſtate eripiuntur, aut novam aliqvam virtutem accipiunt.

Obſerv. 8. Ut creaturæ vel ad nutrimentum, vel ad medicamentum nobis ſalutares fiant, ſanctificandæ ſunt per Verbum, & preces, 1. Tim. 4, 4. Nam oratio, qvæ divinæ promiſſioni unicè innititur, ſola eſt, qvæ animum confirmat, qvod etiam mihi hoc pane, & hoc cibo, & potu, hîc & nunc, ſive hoc loco & tempore, ſalvâ conſcientiâ uti liceat. vid. 1. Cor. 10, 31. 1. Tim. 4, 4. Coloſſ. 3, 7. & qvod omne θανάσιμον ſive mortiferum aut noxium adhuc hodie per preces ordinarias reſpectu actus ſecundi excludatur; etiamſi noxium fuerit actu primo: qvemadmodum in Eccleſia primitiva Deus hoc miraculosè præſtitit & extraordinariè. Marci 16, 18.

§. 4. Commentarium *hujus articuli exhibet Manuale,*

qvod

Digitized by Google

qvod ſimul uſum, & autorum catalogum habet. Confer Theolog. Balduin. in 4.

ARTICULUS XIX.
De Angelis in genere.

Angeli DEI ſunt potentes virtute Pſal. CIII, 20. גברי כח δυνατοὶ ἰσχύι, die ſtarcken Helden. Habentes robur, ab ἴς & ἔχω, ſicut robuſti fibras habent robuſtiſſimas. Confer ſupra Art. 10. Tit. 38. & Coloſſ. 1, 16. & Pſal. 104, 4.

§. 1.

ANgelorum exiſtentia eſt certiſſima. *Hæc enim ex eorum titulis, creatione, apparitionibus, officiis, ſtudiis & operibus patet. Quæ ſingula, ut & Angelorum dotes, facultates, differentia & officia, ex ſolâ revelatione divina plenius innoteſcunt. vid. Hebr. 1, 7. Matt. XXII, 30. & Sadducæorum ſtoliditatem confundunt, de qva Actor. 23, 8.*

Nota 1. מלאך Legatus, nuncius, Angelus Gen. 24, 40. Dan. 3, 28. eſt, cui legatio demandatur, Hag. 1, 13. qvi cum certâ inſtructione & peculiari mandato ad alium mittitur, ut aliqvid nunciet, vel faciat. Qva voce interdum per Antonomaſian Angelus Dominus, ad redemtionem generis humani mittendus, Gen. 48, 16. appellatur. Et qvia Angelorum dominus ſervos habet comites, Angelos creatos, ideo diſtincta prædicata cautè diſcernenda ſunt. Conf. Gen. 18. c. 19. & c. 32. & Gerhardi diſp. Iſag. de Angelis.

Nota 2. Ἄγγελος, ἀπὸ τοῦ ἀγγέλλειν annunciare, Luc. 2. unde Germ. Engel/ itidem eſt vox officii, non verò naturæ, & notat hoc loco ſpiritum Angelicum Luc. 1. ſive ſubſtantiam finitam, ſpiritualem, completam, non verò vel 1. nuncium humanum Gen. 32, 3. 2. vel verbi præconem Malach. 3, 2. aut hominem à Deo in alterius gratiam miſſum. κατ' ἐξοχὴν verò aliàs notat Johannem Baptiſtam, imò & ipſum Dei Filium, qvi à Patre mittitur Johan. 3. Angelus faciei Eſa. 63, 9. & Angelus magni conſilii, Eſa. 9.

Canon:

Digitized by Google

Canon: Miſſio & apparitio Filii Dei non tollit æqvalitatem potentiæ. vid. ſup. art. 14. & Gen. 31, 18. Comment. Gerhardi & Eſa. 63. verſ. 9. Mal. 3, 1.

§. 2. Angelus eſt ſpiritus finitus, completus, immortalis, intellectu, voluntate & poteſtate præditus, juſtus & rectus à DEO creatus, ut creatorem laudet, ejusqve juſſa exeqvatur. *vid. Job. 38, 4. Hebr. 1, 14. Pſal. 103.*

Nota 1. *Angelus eſt ſpiritus* Hebr. 1. velociſſimus, Job. 1, 7. qvi corpus penetrat, Luc. 8, 30. & qvidem completus, nulli corpori ordinariè unitus, non obſtante apparitione extraordinariâ, Marc. 16.

Nota 2. *Angelus eſt ſpiritus immortalis* ex gratiâ creatoris. vid. Tit. 14. art. 10. à cujus voluntate hoc beneficium dependet.

Nota 3. *Angelo competit intellectus.* Cujus dotes ſunt ſapientia in vero, & prudentia in bono cognoſcendo, & diſcernendo. Cui & cognitio naturalis & ſupernaturalis, intuitiva, & abſtractiva, mediata & immediata convenit: ita tamen, ut corda, eorumqve cogitationes cognoſcere neqveat, qvod ſoli Deo aſſignatur, 1. Reg. 8. *Locutio* verò Angelica tam interna ſpiritualis, qvàm externa, per organa aſſumta, negari neqvit. vid. Luc. 1. c. 2. Marc. 16.

Nota 4. *Angelo tribuitur voluntas*, & voluntatis libertas. Cujus abuſus omnis peccati initium, & tam apoſtatæ ſeductoris infernalis, qvàm hominis ſeducti fuit exitium.

Nota 5. *Angelo competit poteſtas*, non abſoluta, ſed dependens. Unde Angelus potens eſt, ſed non omnipotens. vid. Job. c. 1. & artic. 10. Tit. 38.

Nota 6. *Angelo competit ubietas, & ævum.* Ita tamen, ut nec omnipræſens, nec æternus ſit. Nam æternitas propriè dicta, independens, omne principium ſimul cum termino durationis ſimpliciter excludens, ſoli creatori convenit. vid. ſup. art. 10. Tit. 8. & 39.

Nota 7. Creator Angelum producendo non intendit creaturæ interitum, ſed emolumentum.

§. 3. Angelus eſt Creatoris ſapientiſſimi effectus, qvi certas agnoſcit cauſas tam internas, qvàm externas.

Nota 1. *Cauſa Angelorum efficiens eſt DEUS*, Pſal. 104. qvi eos in-

Digitized by Google

tempore creavit, qvando cœlum, & omnem exercitum cœlorum produxit Geneſ. 2, 1. Nehem. 9,6. Pſal. 103, 20. Nomen verò Angelorum Moſes non expreſſit, qvia ſcopus ipſius fuit, non tam inviſibiles, qvàm viſibiles creaturas enumerare, Gen. 1.

Nota 2. *Materia* Angelorum ex nihilo productorum nulla eſt.

Nota 3. *Forma* Angelorum ex concreato intellectu, voluntate & poteſtate patet, ita, ut principium dirigens, imperans & exeqvens ſit harmonicum, & voluntatis ſanctitas in veracitate & bonitate conſpicua, cum interno Libertatis actu ab omni defectu alieno. Unde & poteſtas, finita qvidem, promtiſſima tamen elucet.

Nota 4. *Finis* Angelorum eſt creatoris gloria, & Angeli obedientia libera, qvam ſeqvitur ingens emolumentum. Ex qvibus & *officium* patet Angelicum. vid. art. ſeq.

§. 4. Attributa *Angelorum ſunt* I. negativa, *indiviſibilitas, inviſibilitas, immutabilitas, immortalitas, illocalitas.* II. affirmativa *tam intrinſeca, intellectus, voluntas, poteſtas atqve agilitas, qvàm extrinſeca, ævum & ubi.*

§. 5. Actiones *ſunt vel immanentes, vel tranſeuntes, ut apparitio, Luc. 1, 26.*

§. 6. Status Angelorum vel eſt originalis, ſive primus, vel originalem ſecutus, *tum boni, in bono permanentis bonus. artic. 20. tum mali, à DEO deficientis, malus. De qvô agit artic. 21.*

§. 7. *Reliqva huc facientia, inprimis verò hujus articuli uſum, & autorum Catalogum, offert Manuale Theolog. German. artic. 19. & ſumma Bald. Theol. in 4.*

ARTICULUS XX.
De Angelis bonis.

Angelus Domini caſtra metatur, Er lagert ſich/ Pſalm. 34, 8. qvilibet eſt inſtar exercitus, מחנה Zach. 9, 8. unde Machanajim, Gen. 32, 2. circundat pios. סבב ut vigiles Cant. 3, 3.

&

& milites, Joſ.6,15. urbem; & eripit, חלץ. Pſalm.91,15. hilfft ihnen aus. Angeli in cœlis ſemper vident faciem patris cœleſtis. Matt.18,10. Confer Hebr.1,7. & Pſal. 103.

§. I.

ANgelorum bonorum exiſtentia eſt certiſſima *ex præced. articuli 19. §.1.*

Nota 1. Angelus bonus dicitur Tob.5,29. non ſolùm ob concreatam, ſed etiam ob confirmatam bonitatem. Qvi bonus eſt nuncius, gaudium magnum annuncians, Luc.2. vid.art. 19.§.1.Bonus entitativè, habitualiter & actualiter. vide ſup. art.18.§.1.

Nota 2. Angelus bonus vocatur Angelus abſolutè Matt. 4,11. & Angelus Domini Pſal. 34,8. ſanctus, Luc.9,26. Angelus lucis, 2.Cor.XI, 14. ſpiritus miniſtratorius Heb. 1,14. σύνδουλος, conſervus, Apoc.19,10. Dei filius Job.1,6. ſtella matutina, Job.38,7. vigil ſanctus Dan.4,13. ventus Pſalm.104. & flamma ignis. Dicuntur & Elohim, Pſal. 95, 3. Mahanaim Gen. 32. Currus Dei Pſalm.68,18. Cherubim & Seraphim, Eſa.6. de qvibus agit Manuale art.20. NB. & Angeli electi, 1. Tim. 5. vid. ſup. p. 238. de Domino Zebaoth.

Nota 3. Angeli non niſi cum reſpectu ad lapſos Angelos dicuntur electi, adeoqve non abſolutè, ſtrictè & propriè; vid. inf. Art. 110. ſic enim electio ſolùm hominibus in Chriſtum credentibus & ab ipſo redemptis competit; ſed relatè & impropriè, qvia eximii & præſtantes, atqve malis ſive reprobis Angelis ſunt oppoſiti.

§. 2. Angelus bonus in bono confirmatus eſt ſpiritus beatus, immortalis, à DEO creatus, in concreatâ ſanctitate & veritate permanens, Deum inceſſanter videns & laudans, ejusqve juſſa, ad hominum ſalutem promtiſſimè expediens.

Nota: Exegeſin hujus deſcriptionis exhibet præcedens articulus 19.§.2. NB. Qvibus addere juvat ſeqventia:

I. *Angelus bonus eſt ſpiritus.* Nec obſtat viſibilis apparitio, vel comeſtio.

Qvia 1. Viſibilia Angelorum apparentium corpora tantùm Φαντάσματα

νόμβρα fuêre in mortalium gratiam aſſumta, cum qvibus uniti fuerunt non per modum formæ informantis, ſed aſſiſtentis. Exempla ejusmodi apparitionum paſſim obvia ſunt, qvando in forma vel hominis, vel flammæ apparuerunt, unde nomina Cherubim & Seraphim orta ſunt, Eſaiæ 6.

2. *Comeſtio* erat cibi aſſumti conſumtio, non verò in ſangvinem, ad corporis nutritionem converſio.

II. *Angelus bonus eſt ſanctus* Matt. 4, 10. c. 18. 10. *beatus* & libertate gaudens ſpiritus. Confer ſuprà art. 10. Tit. 41. & in bono confirmatus, (qvæ confirmatio non eſt meritum, ſed gratuitum obedientiæ præmium;) ut nunqvam non videat faciem æterni Patris Matt. 18. etiamſi hominibus inſerviat Hebr. 1. & eorum ſalute delectetur, Luc. 15.

III. *Angelus bonus eſt ſapientiſſimus & potentiſſimus.* vid. Eſa. 37. Pſal. 103, 20. non tamen omniſcius, vid. 1. Pet. 1, 12. nec omnipotens, qvia potentia Angelica excludit divinam 1. converſionem. art. 92. 2. reſuſcitationem mortuorum. art. 138. 3. *θαυματουργίας*, Pſal. 136. & miraculoſam operationem. vid. art. 25.

IV. *Angelorum bonorum ingens eſt numerus*, & nobis innumerabilis, millia millium, & decies centena millia Dan. 7, 10. Confer caſtra 2. Reg. 6. Mahanaim, Gen. 32. exercitus, Pſal. 34, 8. militia cœleſtis Luc. 2. plus qvàm XII. Legiones, Matt. 26, 12. & ſup. p. 238. NB. unde Hebr. 12, 22. *μυριάς* numerus decem millium. Conf. 1. Cor. 4. verſ. 15. (*μυρίος* infinitus) & ſynecdochicè innumera turbæ multitudo. Et *πανήγυρις*, conventus omnium publicus & ſolennis, cœtus univerſalis. *ἄγυρις* cœtus, *ἀγύρτης* congregans populum (*ἀγυρέω*) Luth. zu der Menge vieler tauſend Engeln.

V. *Ingens Angelorum numerus reqvirit ordinem.* vid. Apoc. 12, 1. Matt. 25, 11. Hebr. 1, 14. Qvi tamen ingenio humano, ob revelationis defectum, eſt inexplicabilis.

§. 3. Angelus bonus certas agnoſcit cauſas. *Efficiens eſt Deus. ex artic. 19. §. 3. Materia nulla. Formam oſtendit intellectus, voluntas & poteſtas. l. d. Finis eſt creatoris gloria, de qva teſtatur Angelorum functio ſive officium.*

§. 4. Functio & officium bonorum Angelorum tam crea-

creatorem, qvàm creaturas reſpicit. *Unde illis competit 1. ψαλμωδία Eſa. 6. Apoc. 5, 9. & DEI celebratio. 2. λατρεία & adoratio Chriſto ad dextram Dei exaltato debita Pſal. 97, 7. 3. λειτουργία & cuſtodia piorum accuratiſſima, Pſalm. 91. Qvæ tam in malorum averſione, qvàm in bonorum conſervatione conſpicitur.*

Nota 1. *Cuſtodia Angelica generalis* attinet ſtatum Eccleſiaſticum, Politicum, & Oeconomicum.

Nota 2. *Cuſtodia Angelica ſpecialis* reſpicit vitæ humanæ ingreſſum, progreſſum, & egreſſum. vid. Hebr. 1, 14. Luc. 16. vid. Man. p. 342. Mira dignatio, & verè magna dilectio. Vide Bernhardum in Pſal. 91. Qvis? qvibus? de qvo? qvid mandavit? domeſticis ſuis de te, qvi es vermis &c.

Nota 3. *Cuſtodia Angelorum eſt accuratiſſima* שמר Pſal. 91. verſ. 11. inſtar pupillæ Pſal. 17, 8. qvalis eſt cuſtodis non dormientis Pſal. 121, 3. 4. perpetua. Qvorſum ſpectat *portatio in manibus*, Pſal. 91. verſ. 12. על כפים gleichſam auf beyden Händen / ſicherlich / ungeſcheuet / öffentlich / dem Teufel zu Troß. Sicut nutrix, Num. XI, 12. & Sacerdos ſacrificium Deo conſecratum, Ex. 29, 24. Confer periculum portantis animam & vitam in manibus, Judic. 12, 3. ſunt enim Heroës fortiſſimi Pſalm. 103.

Nota 4. *Etiam plures unico homini adſunt Angeli*, & qvidem tot & toties, qvot & qvoties Deo Angelorum Domino illos mittere placet. Confer Matt. 18, 10.

Ratio eſt, qvia Deus *Angelis ſuis* mandavit de te Pſal. 91, 11. NB. Angelis multis de te unico. Unde & plures Angeli deportant Lazari animam Luc. 16, 22. & adſunt Jacobo duo caſtra Gen. 32. & Eliſæ 2. Reg. 6, 17. cap. 2, 11. vid. Pſal 34, 8. de Caſtrametatione Angelica. Nec obſtat Act. 12, 15: Es iſt ſein Engel; & oratio mat. & veſpertina: Dein heiliger Engel ſey mit mir. Qvæ neqvaqvam excluſivè intelligenda eſt, ſed cumulativè. Sufficit enim vel unius Angeli præſentia, contra 185000. armatos, Eſa. 37.

Nota 5. *Apparitiones* Angelorum deſiderare NB. ſup. 48. eorumqve colloqvia expetere non licet, vid. Gal. 1, 8. Hebr. 1, 2. & ſupr. p. 49. NB. & Art. 4.

Nota 6. Angelos adorare non licet, & qvia eſt contra interdictum

ctum, & qvia Angeli ſunt Conſervi noſtri Apoc. 19. Hebr. 1, 14. Conſ. Clotzii Tract. de Angelolatria, & D. Hoë in Apoc. c. 19.

§. 5. *Reliqva huc ſpectantia plenius expoſita offert Manuale Theol. German. ubi ſimul uſus articuli, & autorum habetur Catalogus. Conſer Summam Theol. Bald. in 4.*

ARTICULUS XXI.

De Angelis malis.

Adverſarius veſter diabolus tanqvam Leo rugiens obambulat, 1. Pet. 5, 8. Conf. Eph. 6, 12. euer Widerſacher / ἀντίδικος, juri veſtro ſemper contrarius (δίκη, jus) κατήγορος accuſator forenſis (ἀγορά forum) & calumniator Διάβολος & ſeductor univerſalis Apoc. 12, 10. 9.

§. 1.

ANgelorum malorum exiſtentia eſt certiſſima, *ex dictis Johan. 8. exemplis Matt. 4. & documentis, qvæ de ſeductione Gen. 3. 1. Reg. 22, 22. & calamitatum multiplicatione teſtantur. vid. Job. 1. c. 2. & ſup. art. 19. §. 1.*

Nota: *Angelus malus* dicitur non ratione eſſentiæ, ſed ob malum culpæ, qvod ipſe ſibi attraxit, & ad qvod homines incitat, adeoqve malum culpæ & pœnæ, tam mediatè qvàm immediatè multiplicat. Unde & Angeli mali tales ſunt habitualiter, actualiter & ob incorrigibilem in malo pertinaciam immutabiliter. Qvamobrem etiam dicuntur reprobi, damnati, Satan, Zach. 3, 1. 2. Cor. 12, 7. Serpens, Draco, ſpectrum, Διάβολος, calumniator Apoc. 12, 10. Pater mendacii, blaſphemorum, ὁ πειράζων, cujus nominis praxin vid. infra in Theologia Morali de Tentationibus. ἀντίδικος, adverſarius 1. Pet. 5. & de his omnibus Manuale art. 21. Item ſpiritus mendax, immundus, neqvam, qvi operatur in filiis diffidentiæ Eph. 2. h. e. qvi nunqvam qvieſcit, & malitiam ſuam ſæpe ex inopinato exercet. Qvia ſpiritus eſt, cujus operatio ex effectis demum animadvertitur. Item princeps, cui poteſtas eſt aëris,

aëris, h. e. ſpiritus potens & celerrimus, qvi & elementa conturbat, & ubiqve graſſatur, celerrimeqve hinc inde circumvolitat, ut omnibus ubiqve noceat. Princeps mundi Johan. 16. & Dominus Epheſ. 6. fortis armatus Luc. XI, 21. univerſæ neqvitiæ promtuarium Belial, inutilis, ex בלי & יעל profuit, Jer. 16, 19. vid. Prov. 6, 12. qvi nemini prodeſt, omnibus obeſt, & eſt ipſa neqvitia, בליעל abſqve jugo legis עול neqviſſimus 1. Sam. 1, 16. qvi nunqvam aſcendit עלה ad mentem meliorem, neqve ad felicitatem. Confer art. 34. §. 1.

Obſerv. 1. Satan vocatur princeps aëris, non de jure, ſed de facto, non qvia jus in aëre habet, ut creator, qvaſi aërem condiderit, aut in aëre habitet, ſed qvia aërem turbat, & qvia ſibi principatum aliqvem arrogat, qvaſi pro lubitu agere poſſet. vid. Job. 1. Eph. 6. & ſeqv. §. 2. Nota 6.

Obſerv. 2. Angeli mali non habent corpora aërea, licet interdum ad fallendos homines corpora ex aëre induant, qvæ deponere poſſunt, qvando volunt; ideòq; & illa neq; formant, neqve vivificant, ſed aptant ſibi tanqvam veſtem.

§. 2. Angelus malus apoſtata eſt mendax & homicida, DEI & hominum adverſarius, horumqve ſeductor, & cauſa omnis mali, qvem ideò pœna infernalis manet interminabilis.

Nota 1. Diabolus liberè defecit & hominem ſeduxit. vid. art. 18. & art. 31. & 32. *Cujus lapſus* eſt libera voluntatis à Deo & recti regulâ, qvam ex gratia creationis tenere poterat, averſio. Unde PP. conjectura de ſuperba conformitatis cũ Deo affectatione orta eſſe videtur. Qvam nonnulli ex deſcriptione humanæ ſeductionis Gen. 3, 5. colligunt.

Nota 2. Diabolus eſt ſeductor, mendax & homicida. vid. Gen. 3. Johan. 8. & inf. art. 116.

Nota 3. Diabolus eſt omnis mali cauſa. vid. art. 18.

Nota 4. Diaboli ſtatus planè corruptus eſt. Qvia intellectum, voluntatem & vires qvidem retinuit, ſed vitiatas. vid. Eph. 6. verſ. 11. adeoqve reſtat ejus eſſentia & facultates, ſed ſublatis dotibus. Reſtat adhuc intellectus, ſed aſtutiâ repletus: reſtat voluntas, ſed tantùm ad malum tendens: reſtat poteſtas, ſed aliis noxia, unde operationes non niſi peſſimæ ſeqvuntur, qvarum pœna erit æterna.

Nota 4. *Diaboli potentia magna eſt.* Habet enim regnum, cujus princeps ἄρχων, eſt Beelzebul, Luc. XI, 15. 18. non tamen eſt omnipotens. Non enim poteſt ſcrutari corda. 1. Reg. 8. nec edere miracula, art. 25. nec agere pro lubitu, Job. c. 1. imò nec pediculum producere, Exod. 8, 18.

Nota 5. *Diabolus imprimis potentiam ſuam exerit in aëre.*

Ratio eſt 1. qvia *Diabolus eſt Phyſicus experientiſſimus*, qvi meteora ex cauſis ſuis qvàm celeberrimè promovere poteſt modo etiam præternaturali & inuſitato. In aëre excitat, permittente Deo, tempeſtates, ventos, fulmina, grandines, conturbans ordinem naturæ, in qvantum ei à Deo permittitur. Vid. Hiob. 1. & Pſal. 78, 49. Imò & ſuas μεθοδείας habet (liſtige Anläuffe / obambulationes inſidioſas ut circumveniat, רגל 2. Reg. 19, 27. 1. Pet. 5, 8. Job. 1, 7. c. 2, 2. & in viâ ex inſidiis aggrediatur, Eph. 4, 14. methodicus ille ingenioſiſſimus & peſtilentiſſimus. Da es heiſt: immer was neues / nimmer was guts / denn was kan von dem Lügner und Mörder guts kommen? Johan. 8, 44.) atqve varia homines decipiendi ſtratagemata, ex cognitione temperamenti & objectorum, qvibus movere & flectere poteſt animos, aut etiam terrere meticuloſos, vid. Eph. 6, 11.

2. qvia *Diabolus eſt potentiſſimus*, malitioſiſſimus & aſtutiſſimus ſpiritus, qvi arcana naturæ etiam perſcrutatur, & vapores aëris ita miſcet, ut præſentiſſimum hominibus inferant detrimentum.

Nota 6. *Satanas dicitur qvidem princeps aëris* Eph. 6. *ſed non abſolutè, verùm dependens* à Rege Regum, & Domino Dominantium 1. Tim. 6.

Ratio eſt 1. qvia *Satan tempeſtatum cauſa eſt*, neqvaqvam originalis & effectiva, ſed occaſionalis tantùm & diſpoſitiva; nec abſolutè, ſed limitatè, cum reſpectu ad divinam 1. permiſſionem, 2. metæ conſtitutionem, 3. & directionem ad finem. Conf. Bald Caſ. l. 3. c. 5.

2. qvia qvodcunqve pertinet ad Regimen Chriſti θεανθρώπου, illud nulli creaturæ tribuere licet. Conf. Pſal. 99, 1.

3. qvia Solus Deus eſt 1. cauſa originalis ſuprema, producens fulgura, ventos &c. à qvo etiam qvoad eſſe dependent, conſervantur & ad certum finem diriguntur.

Cui ſoli 2. jus abſolutum nullis regulis alligatum, & majeſtas independens competit.

3. Nec

3. Nec non directio ſapientiſſima, ad oſtendendam Dei 1. majeſtatem, 2. juſtitiam & ſeveritatem erga impios, 3. Bonitatem, ſapientiam & miſericordiam erga pios, in earum tùm mirabili conſervatione, tum paternâ liberatione.

Nota 7. *Satanæ nec nocendi voluntas, nec facultas deeſt*, qvæ tamen ſine permiſſione divina vana eſt.

Nota 8. *Deus Diaboli potentiam terminis ſuis circumſcripſit*, qvos excedere ei non licet etiam invito. Qvantacunqve enim ejus eſt potentia, ſubjecta tamen eſt Filio Dei, qvi uno verbo ſilentium ei imperare poteſt. Eſt enim ἰσχυρότερος Luc. XI. vid. Matt. 8.

Nota 9. *Diabolus operatur etiam per organa ſua*, *impios* & veneficas, nec non per tyrannos, perſecutores, hæreticos, infideles & Epicureos. vid. art. 113. & 116. & Geneſ. 3. de ſemine ſerpentis, & Auguſtini libros de Civitate Dei. NB.

Nota 10. *Diabolus eſt hoſtis uti potentisſimus, ita & impudentisſimus*, qvi & Adamum innocentiſſimum in Paradiſo, & Davidem piisſimum, & Salomonem ſapientiſſimum, & Simſonem fortiſſimum, & Petrum Chriſti Apoſtolum, imò & ipſum Chriſtum adoritur, Matt IV.

§. 3. Satan habet ſuas cauſas, *tum qvatenus à DEO bonus creatus eſt, de qvibus dictum eſt articulo 19. tum qvatenus moraliter malus eſt, uti patet ex articulo 18.*

Canon: Nullum morale malum, nec à Satanâ immediatè, nec mediatè per homines & organa malitiæ diabolicæ procuratum DEO tribuere licet qvocunq; modo. vide loco dicto.

§. 4. Studia Satanæ & plurima ſunt & peſſima. *Solet enim aſſiduè 1. bona impedire & mala promovere. 2. DEI veritatem & gloriam pervertere. 3. Hominibus nocere, eorumqve bona animi, corporis & fortunæ perdere Job. c. 1. & vitæ ſingulorum inſidias ſtruere, in vitæ ingreſſu, progreſſu, & egreſſu. 4. Ruinam qværere univerſalem ſtatus Eccleſiaſtici, Politici, & Oeconomici.*

Canon: Si Deus pro nobis, qvis contra nos? Rom. 8.

Nota 1. Studia malorum Angelorum in genere ſunt νοήματα, cogitationes, conſilia & intentiones ſeducendi homines à verâ pietate,

Digitized by Google

in DEUM, & charitate in proximum, de qvibus in ſtatu tam Eccleſiaſtico, qvàm Politico & Oeconomico qvotidiana loqvitur experientia.

Nota 2. Satanæ ſtudia reſpiciunt homines tam generaliter in qvocunqve ſtatu viventes, qvàm ſpecialiter vitæ humanæ ingreſſum, progreſſum & egreſſum, & non ſolùm corpus, verùm etiam animam, adeoqve intellectum, voluntatem & appetitum, qvod teſtatur obſeſſio tam corporalis Luc. XI. qvàm ſpiritualis, & exemplum puellæ Matt. 15, 22. de qvâ dicitur κακῶς δαιμονίζεται.

Nota 3. Conatibus Satanæ opponenda eſt *Panoplia Sacra*, Eph. 6, 11. de qva agit Theologia Paracletica. Cujus baſis eſt fides, Chriſtum tenens, unde gladio verbi Matt. 4. & precibus, velut fundâ Davidis 1. Sam. 17. facilè proſternitur ingens ille Goliathus infernalis, qvi non minus aqvam luſtralem, qvàm haſtas & gladios irridet.

§. 5. Pœna diaboli eſt damnatio. *vid. 2. Pet. 2, 4. Cujus cauſa promerens eſt peccatum, qvod conſeqvitur juſtiſſima juſti judicis ira in gratiæ ſubtractione & pœnæ irrogatione conſpicua. Forma præſens deſcribitur per catenas Tartareas; futura verò per ignem æternum Matt. 25. conſeqvens bujus pœnæ eſt horrenda in malo obſtinatio & pœnæ duratio perpetua.*

§. 6. Exegeſin *bujus articuli, cum neceſſario uſu, & autorum catalogo, offert Manuale Theol. Germ. artic. 21. nec non Summa Theol. Bald. in 4.*

APPENDIX

1. *De ſpectris*, ex Matt. 14, 26. 2. *de obſeſſis* ex Luc. XI, 26. 3. *de Magis & veneficis* ex 1. Sam. 28. videri poteſt in Manuali art. 21. NB. Conf. Caſus Balduini. Inprimis verò attendenda eſt hoc loco

I. *Obſeſſio ſpiritualis, cujus efficiens* eſt Satan, 1. Pet. 5, 8. Luc. XI. verſ. 24. *Promerens* peccata proæretica. *Subjectum qvod* eſt impius Judas, contumax Matt. 26, 23. Marc. 14, 18. Luc. 22, 21. Johan. 13, 21. 29. & Phariſæi Matt. 12, 34. Marc. 3, 29. 30. Johan. 8, 44. eorumqve imitatores. *Subjectum qvo* eſt anima peccatoris, activè ut Diaboli συνεργὸς concurrens. *Forma* conſiſtit in Satanæ adeſſentiâ Luc. XI, 24. 26. & efficaci im-

Digitized by Google

impulſu atqve operatione ad qvævis flagitia concurrente. *Eventus* eſt excœcatio, induratio & exitium æternum, Johan. 8,21.24.

II. *Obſesſio corporalis*, *cujus efficiens eſt Satan* ejusqve poteſtatis per div. providentiam exercitium limitatum Luc. 4,35. Matt. 8,31.32. *Promerens* eſt peccatum proæreticum. *Subjectum* qvo, directè eſt corpus, & mediante corpore anima. *Forma* eſt inhabitatio corporis Luc. 8, 2. c. XI,24.26. *Finis* intermedius eſt vel pœna, vel caſtigatio, vel probatio. vid. art. 108. *ultimus* gloria div. juſtitiæ, miſericordiæ, bonitatis, ſapientiæ & potentiæ. *Signa* enumerat Balduinus in Caſ. Conſc. & Manuale art. 21.

ARTICULUS XXII.

De Homine, qvatenus creatura eſt.

DEUS formavit hominem de limo terræ, & inſpiravit in faciem ejus ſpiraculum vitæ, Gen. 2,7. נשמת חיים πνοὴν ζωῆς, einen lebendigen Odem. Maſculum & fœminam creavit eos Deus, & vocavit nomen eorum homo. Confer Pſalm. 139. verſ. 14. qvi docet nos originis noſtræ reviſere incunabula, & Job. 10,9.

§. I.

CReaturarum nobilisſima, & qvidem altera, eaqve viſibilis, eſt homo.

Nota 1. Creatura unâ ſui parte corporalis, alterâ vero parte ſpiritualis eſt *homo*, qvi h. l. conſideratur ratione ſuæ eſſentiæ, ut creatura; ratione autem diſtincti ſtatus, in Art. ſeqq. & qvidem non ſolùm homo primus, verùm etiam omnes illius poſteri, naturali lege propagati.

Nota 2. אדמה à terrâ, rubicundâ argillaceâ, ex cujus pulvere factus eſt Adam, homo primus, Gen. 2, 7. & Homo ab humo nomen habet. Et ἄνθρωπος dicitur, qvia ſurſum ad Deum reſpicere debet. Dicitur verò aliàs μικρόκοσμος, caro, Creatura rationalis, item Mundus, Macrocoſmi totius compendium, ſapientiæ, bonitatis & potentiæ divinæ ſpeculum nobiliſſimum, θαῦμα θαυμάτων, & omnium

creaturarum viſibilium nobiliſſima. Qvâ de re infra libro 3. agit Repertorium Phyſicum & Anthropologia. NB.

Nota 3. Vocabulum *carnis*, qvo homo indigitatur in Scripturâ, admonet nos fragilitatis noſtræ, aufert ſecuritatem & ſuperbiam, tollit hoſtium formidinem, & excitat in nobis Dei reverentiam. Confer artic. 98. & 99.

Nota 4. Homo non eſt omnis creatura ſimpliciter, ſed determinatè, omnis creatura rationalis, qvæ credere, baptizari & ſalvari poteſt Marc. 16, 15. 16.

Nota 5. *Mundi* vox de homine uſurpata non de totâ mundi machinâ collectivè accipitur, ſed per univerſalitatem reſtrictam de creaturâ rationali.

Nota 6. *Homo conſideratur vel prout eſt in fieri, vel ut in facto eſſe*, ſecundum principia ſua conſtitutiva interna. §. 2. & 3. & ſecundum ſtatus diverſos, de qvibus infra art. 27. ſeq. Principia conſtitutiva, anima & corpus ſuperſunt etiam hodie, ſed corruptiſſima, dum ſtatus feliciſſimus mutatus eſt in miſerrimum.

§. 2. Homo eſt omnium creaturarum viſibilium nobiliſſima, qvi ultimò à DEO ad ejus imaginem conditus, corpore mirabiliter formato, & animâ rationali, ad DEI gloriam, & æternam ſalutem præditus eſt.

Nota: Efficiens hominis eſt Deus Gen. 1, 26. c. 2, 7. Materia Adami terra Gen. 2, 7. & Evæ Adami coſta, v. 22. poſterorum verò ſemen parentum. Forma eſt anima rationalis. Finis eſt Dei gloria, & hominis ſalus. Tempus dies ſextus creationis Gen. 1, 31.

§. 3. Cauſa hominis efficiens divina eſt. *vid. Symboli Apoſt. art. 1.* Ich gläube/daß mir Gott Leib und Seel gegeben hat.

Nota 1. Efficiens hominis eſt Deus, tùm ratione corporis, tùm ratione animæ. Conf. 1. Cor. XI, 9. & qvidem immediatè in Adamo Gen. 2, 7. mediatè in reliqvis, vid. Eccleſ. 12. verſ. 7. Zach. 12. verſ. 1. Jerem. 28, 16.

Nota 2. Deus eſt cauſa hominis efficiens, ratione corporis tùm reſpectu primæ creationis, tùm reſpectu ordinariæ formationis Job. 10, 33. Pſal. 139.

Nota 3.

Digitized by Google

Nota 3. Mulier ex viro eſt ratione primæ creationis, qvia Eva ex Adami coſtâ ſumta eſt: Vir per mulierem ratione qvotidianæ generationis. Utrumqve tamen ad Deum referendum eſt, qvi & primæ creationis, & qvotidianæ procreationis autor eſt.

Nota 4. *Anima hominis* meritò ad Deum autorem refertur. vid. Gen. 2. verſ. 7. Exod. 1, 5. Gen. 1, 28. cap. 9, 1. etiam qvando ordinariè per naturalem generationem propagatur. Qvia enim generatio hominis eſt ipſa eſſentiæ humanæ communicatio, & ſimul, poſt lapſum malitiæ originalis propagatio Pſal. 51. ideo hoc loco non eſt qvæſtio de generatione phyſicâ hominis, qvà talis, ſed de generatione hominis peccato corrupti & qvatenus peccato infectus eſt. Ubi, licet modus rationi ſit inexplicabilis, veritas tamen propagati originalis peccati ex revelatione manet certiſſimus & ſimpliciter infallibilis. vid. artic. 33. NB.

Nota 5. Homo animâ & corpore conſtans hominem generat, unde filius ex lumbis paternis exire dicitur 1. Reg. 8, 18. יצא per generationem Job. 1, 21. qvod ipſum veræ atqve phyſicæ generationis natura, peccati originalis à parentibus traductio, benedictionis divinæ non minor ac in brutis efficacia, imaginis divinæ in ſtatu integritatis propagatio, & totius ſpeciei per generationem de ſuppoſito in ſuppoſitum translatio docent, qvæ ſine animæ communicatione propagari, vel poſteris communicari non poſſunt, nec ſalvâ divinâ juſtitiâ & ſanctitate, animæ ſine peccato creatæ, tanqvam peccati primariæ ſedi, peccatum injuſtè inſtillari, & benedicta atq; innocens creatura maledicto ſubjici, atqve in corpore contaminato contaminari poteſt, ita, ut non poſſit non peccare, & Deum offendere. vid. Thummii diſput. de propagat. animæ, cujus ſummam repetit Anthropol Sperlingii, Danhau. Hodomor. Calvin. & Comm. in Form. Concord. art. 1.

Nota 6. Myſterium propagationis peccati originalis qvia Philoſophus, qvà talis, ignorat, ideo meritò ex revelatione gratâ mente mirabile illud ſecretum agnoſcit. vid. Pſal. 139, 6. 14. & Pſal. 51. Confer de uſu Philoſophiæ Method. Stud. Theol. NB.

Nota 7. Præſtat opus generationis devotâ admiratione venerari, vid. Pſal. 139. ejusqve modum revelationi conſentaneum aſſerere, qvàm otioſas de propagatione animæ controverſias multiplicare, & ob ratio-

Digitized by Google

rationes Phyſicas myſterium rationi prorſus ignotum negare vel oppugnare.

Nota 8. Melius eſt in modo generationis humanam agnoſcere ignorantiam, qvàm Dei violare veritatem, ſanctitatem, atqve juſtitiam. Qvia ratio, ubi obſtat revelatio, eſt mera deliratio (delirare enim proprie eſt à recto ſulco recedere: & Metaphoricè à recto & æqvo deflectere, ſicut delirant Reges &c.)

SUMMA: *Generantibus parentibus Deus creat*, adeoq; nec Deus ſolus creat, vel immediatè hominem producit, nec ſolus homo ſine concurſu divino generat. Qvia igitur nec corpus, nec anima hominis ſine concurſu Dei producitur (qvi reſpectu utriusqve partis vocatur & Deus omnis carnis, Num. 16, 22. & *πατὴρ πνευμάτων* Hebr. 12, 9.) ideo ſufficit ſcire, Deum hunc ordinem conſtituiſſe, ut actus phyſicus principium reqvirat phyſicum, à causâ morali diſtinctum, & homo hominem producat, concurrente divinâ potentiâ, ita, ut ſicut Adamus integer potuiſſet generare filium integrum, ita poſt lapſum peccator generet filium peccatorem Gen. 5, 1. Pſal. 51. etiamſi modus formationis & communicationis tam animæ, qvàm corporis nos lateat, adeoqve maneat mirabilis ſimul, & rationi inexplicabilis. Confer רקם Pſal. 139, 15. qvod acu pingere, & figuras opere Phrygionico (ſive arte in Phrygiâ inventâ) artificioſè introducere notat. Wie die Seidenſticker geſtickte Kleider machen. Sicut acupictores, imagines, ex auro, argento, & filis ſericis, varios colores repræſentantibus. Confer Judic. 5, 30. & Lactantium de opificio Dei, nec non Anthropologiam Sperlingii, & 2. Maccab. 7, 22. Neſcio, qvaliter in utero meo apparuiſtis, *οὐκ οἶδ' ὅπως εἰς τὴν ἐμὴν ἐφάνητε κοιλίαν*. Neqve enim ego animam & ſpiritum donavi vobis, & vitam, Luth. Ich bin ja eure Mutter / und habe euch gebohren / aber den Odem / und das Leben hab ich euch nicht gegeben / noch eure Gliedmaß alſo gemacht. NB. DEUS reddet, qvi dedit, *πάλιν ἀποδίδωσι*, v. 23.

§. 4. Materia hominis eſt corpus organicum eleganter à creatore conſtructum. *vid. Job. 10, 8.*

Obſerv. 1. Homo non ex libero aëre ortus, aut ex atomis conflatus, nec ex terrâ inſtar cicadæ aut graminum productus, ſed à Deo forma-

matus eſt,& qvidem non planè ex nihilo,ſed ex præcedente materiá inhabili,videl.ex limo terræ Gen.2,7.

Obſerv. 2. *Homo ex limo terræ* conditus eſt , ut originis ſuæ memor humilitatis materiam in ſinu ſuo ſemper circumferret , nec contra creatorem ſuum ſe extolleret.

Obſerv. 3. *Mulier ex coſtâ viri* producta , ejusdem luti, cujus vir eſt,ne, originis ſuæ memor , extollat ſe ſupra virum, aut dominium ſibi in ipſum arroget ; non tamen ex pede, ne habeatur pro ancilla,aut mancipio , ſed ex ipſa cordis regione producta eſt,ut viro ſit ipſum cor,& alter ego. NB. infra *§.9.*

Obſerv. 4. *Conſideratio hujus originis facit ad pacem & concordiam conjugalem.* Nam qvia uxor ex viro eſt , obſeqvioſa eſſe debet, & qvia pars lateris ſui uxor eſt , eò majori cum patientiâ ferre debet vir infirmitates ejus.

Obſerv. 5. Hominis corpus conſideratur partim ratione ſubſtantiæ , & ſic dicitur domus lutea, *οἰκία ἐπίγειος τοῦ σκήνους* , das irdiſche Hauß dieſer Hütten/qvia corruptibile , infirmum & animale eſt ; 2.Cor. 5. verſ. 1. partim ratione officii , & ſic eſt domicilium animæ,ejusqve hoſpitium.

Obſerv. 6. Corpus hominis vocatur 1. *domus* 2. Cor. 5. verſ. 1. qvia oſſium ac nervorum compage conſtat à ſummo Architecto affabrè fabrefactum. 2. *domus terreſtris* , qvia ex terrâ primùm conditum eſt.

Obſerv. 7. Admiranda eſt Dei ſapientia & potentia , qvæ æqvè magna eſt in minimis ac in maximis , dùm etiam minutiſſimum corporis membrum ad ſuú uſum condidit, & ex eo corpus ornatiùs reddidit. Qvamobrem & unumqvodqve membrum honore dignum, nec contemnendum , & minima magis honoranda ſunt. Imò & pro ſingulis membris Deo gratiæ agendæ ſunt. Nam & minima unius dentis particula dolores excitare poteſt intolerabiles.

§. 5. Forma hominis eſt anima rationalis , *vid. Pſal. 32. verſ. 8. ſpiritus immortalis, vid. Eccleſ. 12, 7. Matth. 10. verſ. 28. Unde principium actionum humanarum dirigens, imperans & exeqvens, qvoad intelligere, velle & poſſe manifeſtum eſt.*

Obſerv. 1.

Obſerv. 1. Falſum eſt, hominem tribus conſtare partibus, ſpiritu, animâ, & corpore.

Obſerv. 2. Spiritus ab animâ diſtingvitur 1. Theſſ. 5. non ut pars à parte, ſed ut facultas una animæ ab alterâ.

Obſerv. 3. Per ſpiritum intelligitur non ſolùm in genere ſuperior animæ facultas, qvâ ſapimus, mens ſeu intellectus: per animam verò inferior facultas, qvâ ſentimus & appetimus, ſeu voluntas & appetitus; Verùm etiam in ſpecie in renatis per ſpiritum intelligitur anima, qvatenus regenita eſt. vid. Luth. Tom. VI. Witt. Germ. f. 13. vid. infra art. 98. & 99.

§. 6. Finis creati hominis eſt Dei gloria, & hominis ſalus. *Ideo enim creatus eſt, ut Creatori ſerviat, Malach. 1, 6. ejusq; ſapientiam ac artificium grato pectore agnoſcat & admiretur; tandemqve ſalutis æternæ reddatur particeps.*

Canon: Deus neminem creavit ad interitum, vid. Art. 17.

§. 7. Homo à DEO conditus eſt mas & fœmina. *Geneſ. 2.*

§. 8. Sexus virilis prior eſt ordine & dignitate.

Nota: *Vir eſt Dei qvaſi vicarius*, & Dominus atqve caput mulieris Eph. 5. jure creationis Gen. 2. regiminis Gen. 3. conjugii 1. Pet. 3. & officii atqve poteſtatis 1. Cor. 14. propter qvem creata eſt mulier. Geneſ. 2.

§. 9. Sexus fœmineus poſterior eſt ordine & dignitate, *qvia propter virum, & à viro eſt uxor, ut ſit ejus adjutorium, Gen. 2, 18. à qvo omnis dignitas illius dependet. Nam uxor coruſcat radiis mariti.*

Poriſma. Ergo ſexus fœmineus naturâ infirmior 1. Pet. 3. neqve ad docendum in Eccleſiâ, neqve ad gubernationem politicam ordinariè aptus, ſed ad rem œconomicam deſtinatus eſt.

Nota: Mulier è latere viri condita eſt ſup. §. 4. ut ſit ipſius adjutorium 1. pietatis. 2. ſocietatis & amicitiæ veræ. 3. generationis & educationis liberorum. 4. œconomiæ. Confer Lutherum in c. 2. Geneſ. eine Gehülffin / & de vocabulo עזר qvod auxilium certum ac

ſoli-

Digitized by Google

ſolidum reſpicit. vid. Pſal. 27,9. qvemadmodum brachiis aliqvem ſuſtentare, & veluti fulcris ſervare ſolemus. Et qvidem ita, ut ſit coram ipſo, juxta correſpondentiam ejus, Viro, tanqvam alter Ipſe, & naturali ſpecie ac formâ conveniens, & ſemper adſtans, ut præſtò ſit.

§. 10. Excellentia hominis primi fuit incomparabilis, *qvia ad imaginem Dei conditus erat. Qvâ de re agit articlus 28.*

§. 11. Actio hominis diſtincta eſt

I. *Ratione principii*, ſic alia eſt actio hominis phyſica (qvi vel creſcit ut planta, vel videt, aut dormit ut animal) alia verò humana proæretica moralis, qvando intelligit & loqvitur, ubi intellectus, voluntas & poteſtas, ſive principium dirigens, imperans, & exeqvens concurrit.

II. *Ratione objecti* vel phyſici, vel moralis aut artificialis, vel myſtici. vid. art. 30.

III. *Ratione ſtatus*, vel integri (Adami ante lapſum) vel corrupti (ſic peccat) vel reſtituti in regno gratiæ, (ſic credit) & gloriæ, ubi gaudet beatus.

IV. *Ratione normæ*, qvæ eſt lex connata in ethnicis, lex revelata in Chriſtianis. Ubi forma aſſiſtens fides, ex gratiâ Evangelicâ tegit defectum legalem. vid. art. 100. & 93.

V. *Ratione impulſus* & Dominii, ubi triumphat vel caro, vel ſpiritus. vid. art. 98. & 99.

VI. *Ratione regni diſtincti.* In regno potentiæ agit natura: in regno gratiæ gratia; in regno gloriæ omnia dirigit gloria conſummata.

VII. *Ratione finis & termini*, qvi in naturalibus eſt naturalis, in artificialibus artificialis, in moralibus moralis, in ſpiritualibus ſpiritualis. In omnibus verò ſummus & ultimus DEI gloria. Confer infrà art. 100. §. 1. & Theol. Moralis partem generalem.

§. 12. *Qvæ porrò huc ſpectant, & ad uſum hujus articuli faciunt, illa cum autorum Catalogo exhibet Manuale Theolog. German. artic. 22. nec non Summa Theolog. Bald. in 4. Inprimis verò Repertorium Phyſicum, infra libro 3. NB.*

ARTICULUS XXIII.

De Providentia Divina.

DEO cura eſt de vobis, μέλει Er ſorget für euch / (Johan. 10, 13.) 1. Pet. V, 7. vid. Matt. 6. Pater veſter ſcit, cujus eſt μελέτη cura accuratiſſima. vid. Matt. X, 30. Act. 17, 21. Joh. 5. verſ. 17. & Pſal. 139. Pſal. 40, 18. Sapient. 14, 3.

§. I.

PRimum div. potentiæ opus, creationem, ſeqvitur divina Providentia, qvæ eſt actio Dei (*omniſcii & omnipotentiſſimi*) qva rerum omnium curam habet, dum creaturas potentiſſimè conſervat, actiones gubernat, & omnibus proſpicit de mediis, qvibus ad finem ſuum dirigi poſſint & debeant, ita, ut bona promoveat, mala verò vel impediat, vel permittat, ad nominis ſui gloriam, & piorum ſalutem.

Nota 1. *Providentia* dicitur à providendo, & notat actum providentis & ſolicitam rerum curam. Nam provideo eſt, ante video, & pro aliqvo, ſeu in favorem alicujus video. Qvia autem, qvæ à longè videmus, vitamus, ſi mala ſunt: vel ſi bona ſunt, procuramus habere, & pro eorum conſecutione media adhibemus: ideo providere notat diſponere res in ſuos fines. vid. Arriaga Tomo 1. in Thomam Diſputat. 32. pag. 359.

Nota 2. προνοεῖν eſt *providere*, ante videre, procurare, verſorgen/ 1. Tim. 5, 8. (ex νοέω cogito, νοῦς, mens, πρόνοια cura, providentia) ſuorum curam agere, parentum more, pertinentia ad ſuſtentationem procurare & ſubminiſtrare liberis, ne officium neglectum aut factum temerarium ſeqvatur μετάνοια, aut pœnitentia. vid. art. 95. §. 1.

Nota 3. *Providentia* eſt cura rerum futurarum, ut aptè & convenienter diſponantur, & ad bonum finem dirigantur.

Nota 4. πρόνοια eſt actus mentis, qvo futurum prænoſcitur, anteqvam fiat. Huc ſpectat חשב Pſal. 40, 18. φροντιεῖ der HErr ſorget für

ized by Google

ſür mich / qvod refertur ad accuratam diligentiam tum Architectonicam 2. Chron. 26,25. NB. vid. infra Repertor. Architect. tum Arithmeticam Prov. 16, 9. Num. 23, 9.

Nota 5. *Providentia* divina eſt opus ad extra, qvâ Deus juxta ſcientiam ex liberâ voluntate, præſens creaturis, easdem conſervat, movet & gubernat, vid. Pſal. 139, 7. ad nominis ſui gloriam Prov. 16, 4. & hominis ſalutem Rom. 8, 28. vid. art. 16.

Nota 6. Providentia divina inprimis reſpicit Dei tum omniſcientiam Matt. 6. tum omnipotentiam, Pſal. 115. Confer de Dei cogitationibus & conſiliis art. 10. Tit. 17. NB. & refertur vel ad actum internum, vel ad opus externum, ſive providentiam actualem, & verè paternam. NB. art. 13. §. 4. Conf. art. 39. §. 1.

§. 2. Cauſa efficiens eſt Deus Pater *Job. 5, 17. Filius Heb. 1, 3. & Spir. S. Job. 33, 4.*

Ratio eſt, qvia ejusdem eſt conſervare, cujus eſt condere. Et ejusdem eſt potentiæ, condere omnia, & eadem conſervare.

Poriſma. Ergò non licet eventus fortunæ, fato, aut caſui, aut ſiderum effectis, aut propriis virtutibus, aut bonis vel malis geniis tribuere, contra gentiles.

Nota 1. *Fortuna* aliàs ponitur in actionibus hominum, qvæ certo conſilio per potentiam liberam exercentur, ſeu voluntariam: ideoqve in productione corporis naturalis Phyſica locum non habet, qvia hæc per potentiam naturalem à corpore naturali peragitur.

Nota 2. *Caſus* vocatur phyſicis cauſa per accidens, qva per potentiam naturalem agendo alius effectus producitur, qvàm qvi à naturâ intenditur, (ut monſtrum.)

§. 3. Objectum providentiæ divinæ generale eſt mundus univerſus & omnes creaturæ, *cœlum, terra, ejusqve fructus, pluvia, venti, mare, boves, paſſeres. vid. Nehem. 9, 6. Matt. 6. Hebr. 1, 3. Sap. 8. c. 12.* Primarium *verò, præter Angelos, eſt* homo, *ejusqve vita qvoad ingreſſum, progreſſum atqve egreſſum, adeoqve actiones univerſæ, extraordinariæ art. 25. & ordinariæ, tã bonæ, qvàm malæ, de qvibus Art. ſeq. 24. & Art. 26.* Maximè *verò qvilibet* pius,

& univerſa Eccleſia artic. 113. Confer de morte, art. 132. Secundarium *objectum ſunt creaturæ reliqvæ.*

Obſerv. 1. DEUS univerſæ naturæ ſuos conſtituit limites, qvos transgredi non poteſt.

Obſerv. 2. Deus per media contemtibilia res magnas efficere ſolet, & etiam abjectiſſima curat, Matt. 6. NB. ſup. art. 17. §. 9.

Obſerv. 3. Cauſæ inſtrumentali effectus ſoli Deo debitus neqvaqvam eſt tribuendus.

Obſerv. 4. In defectu cauſarum ſecundarum minimè deſperandum eſt.

Canon: In rebus phyſicis Deus ordinatum naturæ curſum, cum cauſis naturalibus ordinariè ſervat & conſervat.

Nota 1. Agit ergò cauſa tam *externa*, efficiens & finis, qvæ extra rei conſtitutionem manet, non obſtante concurſu ad corporis naturalis conſtitutionem: qvam *interna*, qvæ in eſſentia corporis conſtituti manet, materia & forma.

Nota 2. *Datur ergo cauſa efficiens phyſica, à qva efficienter corpus naturale procedit.* Datur tum influens *univerſaliter* ad plura, ut Sol ad productionem hominis, & beſtiarum: tum *particularitèr* ad unam certam ſpeciem producendam determinata, ſicut Leo Leonem producit. Datur *cauſa mediata & immediata. Datur cauſa principalis* & *Inſtrumentalis*, qvæ principali inſervit in productione corporis naturalis, ut ab eâ elevetur, qvalis eſt calor, dum forma corpus naturale fabricat. Datur *cauſa ſolitaria*, ſola ſufficiens ad corpus naturale producendum, ſicut planta plantam producit. Datur *cauſa ſocia*, dum in eodem genere alterius reqviritur concurſus, ſicut mas & fœmina producunt hominem. Datur etiam *cauſa producens*, qvę dat eſſe, ut pater generans: & datur *cauſa conſervans*, qvæ datum eſſe conſervat, ut cibus & potus. Datur deniq; *cauſa per ſe*, juxta ordinem & intentionem naturæ corpus naturale producens, ut homo generans hominem: & *cauſa per accidens*, qvæ præter ordinem & intentionem corpus aliqvod producit. v. g. monſtrum.

Nota 3. Sic datur & *Materia, ex qva corpus naturale conſtat, & forma, per qvam tale eſt, & finis, tum abſolutè univerſalis, propter qvem* univerſa ſunt; nam omne corpus naturale creatorem glorificat vel formaliter, vel materialiter: *Tũ reſpectivè univerſalis*, homo, ad cuj9 utilitatẽ univerſus

ſus mundus productus eſt, qvam affert univerſa creatura, ſi non corrupto, tamen adhuc integro, vel mediatè, vel immediatè; vel theoreticè, vel practicè; vel directè, vel conſeqventer; vel formaliter, vel materialiter. *Tum particularis*, ad qvem qvodvis corpus in ſuo genere productum eſt, ſic Sol ad illuminandum. Unde & patet *finis formalis*, ſive actus corporis naturalis circa aliud, cujus gratia eſt, ut illuminatio ſolis; *& finis objectivus*, ſive objectum, circa qvod ille actus verſatur, qvod objectum eſt homo, cui ſol illuminatione ſuâ inſervit. Qvorſum ſpectat & *finis cujus* gratia corpus naturale exiſtit, & *finis cui* aliqvid fine cujus acqviritur. Sicut ſolis *finis cujus* eſt illuminatio, cujus illuminationis *finis cui* eſt homo. Porrò *datur & finis, qvi intenditur* & agens ad agendum movet, & *effectus* qvi eſt idem finis, intentus, prout efficitur. Qvæ omnia & ſingula eo ſpectant, ut mira & admiranda creatoris ſapientia ex paternâ ejus providentia eò rectius innoteſcat, & ordinarium ab extraordinario, atqve bonum à malo accuratius diſtingvatur, ex ſeqvente articulo 24. 25. & 26. inprimis verò art. 24. §. 4. & art. 26. §. 11. NB. Conf. Repertorium Phyſicum infra lib. 3.

§. 4. Forma divinæ providentiæ *non modò rerum omnium conſervationem Actor. 17, 26. verùm etiam gubernationem attendit. De qvâ vid. art. 24. NB. ubi & præſcientia intellectus, & propoſitum voluntatis, & diſpenſatio potentiæ concurrit, ſive divinum ſcire, velle, & operari, cujus Regula eſt divina bonitas & ſapientia.*

Nota I. πρόγνωσις, *præſcientia DEI*, & παντοσοφία ſuprà explicata eſt art. 10. Tit. 15. vid. Act. 15, 18. Jer. 17, 9. Pſal. 33, 15. Er lencket ihnen allen das Hertz. Nam ipſe, qvi cor formavit יצר & dirigit ejus cogitationes, ille etiam cognoſcit ea, qvæ in corde ſunt, & ſcrutatur intimum ejus fundum, atqve abditiſſimos cogitationum receſſus, & voluntatis & affectuum, ac pervidet liberas & arcanas mentis inventiones, bonas promovendo, malas verò vel permittendo, vel in bonum finem dirigendo.

Nota II. πρόθεσις, *diſpoſitio* divina explicata eſt art. 10. Tit. 17. vid. Eſa. 46, 10.

Nota III. διοίκησις *gubernatio* ſapientiſſima oſtenditur art. 10. Tit. 38.

Digitized by Google

Tit. 38. vid. Pſal. 104, 28. Qvæ reſpicit 1. vel οἰκονομίαν & regulum naturæ ordinariam. vid. Job 28, 24. Act. 17, 24. 2. vel εὐδοκίαν qvoad piorum ſingulorum & totius Eccleſiæ ſalutem. 2. Cor. 5, 19. vel 3. παραχώρησιν & mali permiſſionem. art. 26.

§. 6. Conſervatio *reſpicit tùm exiſtentiam, tùm virtutem creaturarum. vid. Job. 10, 8. & artic. 24. NB.*

§. 7. Gubernatio *reſpicit hominum actiones tam bonas, qvàm malas, atqve paſſiones. vid. Artic. 24. §. 2. NB. & Artic. 26. & 108. ubi conſpicitur 1. motus. 2. auxilium. 3. concurſus. 4. ordinatio. NB. art. 24. §. 2.*

§. 8. Opera *providentiæ divinæ ſunt vel ordinaria, vid. artic. 24. & 26. vel extraordinaria, ut miracula, de qvibus infra Articul. 25.*

§. 9. Finis Providentiæ divinæ *eſt DEI gloria. NB. contra Plinium, artic. 17. §. 9. & creaturarum emolumentum, Proverb. 16. verſ. 4. Rom. 8, 28.*

§. 10. *Pleniorem hujus articuli exegeſin, cum uſu, & autorum Catalogo exhibet Manuale Theolog. artic. 23. Ubi ſimul additur*

APPENDIX,

& ordine explicatur 1. Τὸ θεῖον. 2. Fatum. 3. Omen & ſignum. 4. Inſtinctus. 5. Fortuna. 6. Caſus. 7. Sors. Qvæ hoc loco repetenda ſunt. Inprimis verò doctrina de Termino vitæ NB. de qva etiam agit articulus 132.

ARTICULUS XXIV.
De Providentia circa bona.

Dominus novit viam juſtorum, Pſal. 1, 6. NB. ſup. p. 11. & p. 4.
ידע Ipſe ſcit exactiſſimè, cum omnibus cauſis certiſſimè.

§. 1.

PRovidentia DEI circa bonum eſt actio DEI, *creaturis præſentisſimi, vid. art. 10. Tit. 39. qva bonum vult Pſalm. XI, 7. operi-*

Digitized by Google

operatur Jac.1,17. 1. Cor.4,7. approbat Pſal.1. & ad bonum finem dirigit Prov.16,4. atqve perficit, Phil.2,13. ſicut omnia optima creavit Gen.1. & ad bonum finem direxit, inprimis verò hominis ſcire, velle & poſſe, ut ab eo oriatur ſancta cogitatio, dictio & operatio, ad Dei gloriam, & hominis emolumentum.

§. 2. In providentia DEI circa bonum inprimis occurrit 1. conſervatio, 2. motus, 3. auxilium, 4. concurſus, 5. gubernatio, 6. ordinatio.

I. *Conſervatio* eſt actus providentiæ divinæ, qvo Deus creaturas in ſuâ naturâ & naturalibus proprietatibus ac viribus in creatione acceptis conſervat, qvousqve vult. vid. Pſal. 109. verſ. 31. Eſa. XI, 26. Actor. 17, 28.

II. *Motio divina* eſt actus, qvo creaturas movet, ut agant, & operentur, atqve potentiam agendi exerceant naturæ convenientem, & qvidem ordinariè (ſic ignis urit, niſi miraculoſè inhibeatur, Dan. 3.) NB. art. 23. §. 3.

III. *Auxilium* eſt, qvo vires agendi, actumqve ipſum, ut actus eſt, adjuvat. Confer infra art. 90.

IV. *Concurſus* Dei eſt influxus, in ipſum creaturæ effectum bonum, ſic, ut effectus unâ eâdemqve totali actione à Deo ſimul & à creaturâ producatur.

V. *Gubernatio* attendit Dei gloriam, creaturæ bonum, & piorum ſalutem.

VI. *Ordinatio* ſeqvitur concurſum, qvæ eſt directio actionum bonarum ad certum finem & eventum ſalutarem, ubi tamen probè notandum eſt, qvod aliud ſit gubernatio, directio, & determinatio actionis, qvatenus mala eſt, de qva vid. art. 26. aliud verò generalis

I. *Gubernatio*, qvæ eſt actus providentiæ divinæ, qvo Deus creaturas in viribus, actionibus & paſſionibus ſuis decenter ordinat, ad creatoris gloriam, creaturæ bonum & credentis ſalutem.

II. *Directio*, qvæ eſt actus providentiæ gubernatricis, qvo DEUS creaturarum actiones (NB. qvà tales, non verò qvatenus malæ ſunt.) ita moderatur, ut ferantur in objectum ab infinito agente intentum, & finem præſtitutum. vid. 1. Sam. 9. verſ. 17. ubi viſio Samue-

Samuelis dirigitur in Saulem eligendum & ungendum. Sic ſors, c. 10, 21. Confer c. 16, 7.

III. *Determinatio*, qvæ eſt actus providentiæ gubernatricis, qvo Deus creaturarum viribus, actionibus & paſſionibus certos terminos, intra qvos continentur, tam ratione temporis, qvàm ratione magnitudinis & gradus conſtituit. Confer Job. 38, 11. Conf. XIII. attributa à div. providentiæ, Manual art. 23. p. 390.

§. 3. Objectum providentiæ div. circa bona *eſt omnis creatura, & qvicqvid in eâ, atqve univerſis illius actionibus bonum eſt, circa qvod verſatur cooperando, dirigendo, & determinando; inprimis verò*

I. *Angelus bonus*, faciens Dei voluntatem Pſal. 103.

II. *Homo pius 1. ratione vitæ*, qvoad ingreſſum progreſſum & egreſſum.

2. *ratione* ſtatus certi, ſive vivat in Eccleſiâ, Politiâ vel Oeconomiâ.

III. *Eccleſia univerſa.* vid. art. 113. & Manuale art. 124. p. 460.

§. 4. Forma ordinariè ordinaria eſt: *ita tamen, ut non verò ſingularem & admirabilem bonitatem divinam in variis caſibus animadvertere liceat. vid. tractat. cui Tit.* Wunderliche Güte. *& Pſal. 4. & 17. ratione gubernationis, directionis & determinationis ex præcedente §. 2. NB.*

Canon 1. Cauſa ſecunda non agit, niſi agat prima, ſcilicet influxu univerſali, & qvatenus actio eſt, (qvod patet 1. ex div. conſervatione. 2. ex creaturæ dependentiâ. 3. ex ſubordinatione eſſentiali Summi Motoris, & creaturarum, qvæ in ipſo vivunt, moventur, & ſunt Act. 17.) non verò influxu ſpeciali & determinato, qvatenus actio mala, & vitio cauſæ ſecundæ deficiens eſt,

Canon 2. Cauſa cauſæ eſt cauſa cauſati, ſcilicet effectus, neqvaqvam verò defectus,

Ratio eſt, qvia cauſa prima concurrit qvidem cum omnibus cauſis ſecundis, ad earum actus & effectus, qvatenus tales ſunt, concurſu indeterminato & univerſali: neqvaqvam verò concurrit ad defectus; neqve ad ſpeciem, neqve ad exercitium actus determinat creaturam agentem, influxu generali & ordinario, à qvo influxus tam gratioſus art. 90. qvàm extraordinarius manet diſtinctiſſimus. Nec

Digitized by Google

Nec obſtat 1. *Hominis per peccatum depravatio.* Nam & peccatoris actio alia eſt phyſica, alia verò moraliter mala. vid. art. 30. & ſuprà art. 22. §. 11. & ipſe defectus etiam phyſicus, v. g. claudicatio, neqvaqvam tribuitur animæ pedem moventi, ſed cauſæ proximæ, ſive pedi in agendo deficienti, & inceſſum claudicantem producenti.

Nec obſtat 2. *Influxus divinus extraordinarius*, qvi neqvaqvam in actione moraliter malâ, ſed ſolùm in actione bonâ deprehenditur. Sic Deus determinat intellectum & lingvam & manum Davidis, ut præter entitatem materialem actus v. g. ſcriptionis, etiam hæc ipſa ſcriptio formaliter non alia ſit, qvàm ſacra, & exaratio verborum extraordinariè inſpiratorum, adeoq; θεόπνευστος. vid. 2. Tim. 3, 16. Imò & Bileamum, cujus via perverſa erat coram Domino, Num. 22, 32. ita regit & inſtruit, ut Bileamus, etiam aliud deſiderans, non tamen potuerit loqvi aliud, qvàm qvod Dominus ipſi præceperat, verſ. 35. Qvando verò David, qvi antea erat organum Dei ſalutare, inſtinctu Satanæ ſcribit literas Uriæ mortiferas, tunc Deo, naturæ & manus ſcribentis conſervatori, neqvaqvam tribuendus eſt concurſus ad malitiam & perverſitatem hujus actûs, qvatenus formaliter malus & perverſus eſt. 2. Sam. XI. verſ. 14. 15. Qvâ de re agit articulus 26. §. 11. NB. de peccato Abſolonis.

§. 5. Finis hujus providentiæ eſt DEI gloria & hominis emolumentum, *per art. 23. uti patet ex articulo 108. de cruce.*

§. 6. Uſum *& autores monſtrat Manuale art. 24.*

Articulus XXV.

De Providentia circa Miracula.

DEUS facit mirabilia ſolus. Pſal. 72, 18. der allein Wunder thut / ὁ ποιῶν θαυμάσια μεγάλα μόνος. Pſalm. 136, 4. der groſſe Wunder thut alleine / נפלאות ſeparata ab intellectu & *potentia.* Confer Pſal. 4, 4. & ſuprà art. 10. Tit. 44. NB.

§. 1.

Miracula ſunt objectum providentiæ divinæ extraordinarium.

 Nota

Nota 1. *Mirum* dicitur novum & inſolitum,& à mirando miraculum. Confer פלא ſup. art. 10. Tit. 4 1.

Nota 2. *Mira* h.l. non attenduntur magica. Dantur enim mira & miracula 1. vera & propriè ſic dicta, 2. falſa & impropriè ſic dicta. Illa vocantur divina, hæc verò diabolica & magica.

Nota 3. Inter miracula divina & diabolica ſæpè convenientia eſt qvoad ſpeciem, differentia verò qvoad rem, & qvidem ſecundum omnes qvatuor cauſas. *Diabolica* enim ratione efficientis autorem habent Diabolum; ratione materiæ ſunt vel præſtigiæ ac phantaſmata, vel naturæ vi effecta; ratione formæ ſunt mendacia; ratione finis ſeducunt homines. *Divina* verò miracula à Deo, vera, ipſa veritas,& ad veritatis confirmationem producta ſunt. Confer artic. 116. & 113. & infra §. 6.

Nota 4. *Miranda* fiunt, videntur, audiuntur & ſentiuntur vel autore DEO Pſal. 72,18. Pſal. 86,8. vel Diabolo Epheſ. 2. Matth. 24. Apoc. 13. vel homine Satanæ organo. vid Binderi Theol. Scholaſt. p. 209. In qvibus omnibus finis, Dei gloria, fidei confirmatio, & impiorum converſio reſpicienda eſt, vid. Exod. 8, 9. Act. 19. Joh. 20. Cujus contrarium ſi deprehenditur, non DEUS, ſed Satan,& homines ſuperſtitioſi autores ſunt. Confer Centurias Magdeburg. ſingulas in cap. de Miraculis.

Nota 5. Ad miracula propriè dicta non pertinet mirabilis Solis motus, & terræ conſiſtentia. NB. vid. Manuale art. 25. nec τὸ θεῖον. vid. ibid. art. 23. nec miracula analogica qvotidiana. vid. ibid. p. 471. nec mira naturalia, vel artificialia l.d. p. 472. Confer Miracula Medicinæ ex Zacuto Luſitano, & Hildano enumerata part. 2. Wunderlich. Güte.

§. 2. Miraculum eſt actus divinus, ſupernaturalis, ſenſibilis & evidens, *adeoqve eſt actio Dei externa, præter & ſupra uſitatum naturæ ordinem facta, ad nominis divini gloriam, veritatis confirmationem & Eccleſiæ ſalutem.*

Nota: *Supernaturale* eſt, qvod excedit vires tam naturæ, qvàm rei naturalis; adeoqve eſt ſupra omnem ſubſtantiam, & ſupra accidentia, & ſubſtantiæ connaturalia. vid. Arriaga Tom. 1. in Thomam Diſput. 3. Sect. 3. pag. 55.

§. 3. Cau-

§. 3. Cauſa efficiens miraculorum eſt DEUS, *qvi per infinitam potentiam facit mirabilia ſolus Pſal. 72, 18.*

Obſerv. 1. Deus operatur miracula propriâ virtute & pro ſuâ libertate, interdum immediatè, interdum mediatè, vel per Prophetas & per Apoſtolos, vel etiam per alios. NB. de miraculis Chriſti agit articulus 53.

Obſerv. 2. Diabolus qvidem mira facit, non verò miracula: non qvoties ipſi viſum eſt, ſed qvando Deus ei permittit.

§. 4. Objectum miraculorum eſt ordo naturæ *Pſal. 72, 14. & creaturæ reſpectu ordinis naturalis, qvem per creationem creator ei imprimere decrevit.*

Nota: Non ergò ſunt miracula 1. Sacramenta, qvæ non ad regnum potentiæ, ſed gratiæ ſpectant. 2. nec præſtigiæ. 3. nec opera artificialia. 4. nec facta Angelica. 5. nec miracula analogica qvotidiana. 6. nec oſtenta & ſigna inuſitata.

§. 5. Forma miraculorum *conſiſtit in ſupernaturali, ſenſibili & evidentisſimâ demonſtratione divinæ potentiæ. Nam opera DEI Johan. 9, 3. Marc. 7, 23. ſimul naturæ ordinem ſuperant, & humanum intellectum.*

Nota: *Miraculum fit* I. *ſecundum ſe totum*, & ſecundum facti eſſentiam, ut ſtatio Solis Joſuæ c. 10. & retrogradatio Eſa. 38. ſic ferri natatio, 2. Reg. 6. murorum everſio per clamorem Joſ. 6. maris ſubſiſtentia, Ex. 14. Jordanis exſiccatio Joſu. 3. ignis combuſtio inhibita Dan. 3.

II. *Ex parte ſubjecti*, in qvod actus introducitur, dum excitatur Lazarus putredini proximus Joh. XI. & viſus reſtituitur illi, qvi cæcus erat natus, Johan. 9.

III. *Reſpectu modi*, ſic verbo ſanatur tam abſens, qvàm præſens paralyticus Matt. 8. & c. 9.

§. 6. Finis Miraculorum eſt Dei gloria & hominum ſalus. *Ut ſcil. intelligant Dei intentionem Actor. 7, 25. qvi eorum ſalutem intendit; & ut omnes agnoſcant ejus bonitatem atqve potentiam, 1. Reg. 18, 37. etiam cum ſtupore impiorum, qvi hoc mar-*

Digitized by Google

tyrion de Chriſto negligunt, Joh. 5,36. Loqvuntur enim miracula, & velut ſuam habent lingvam, monente Auguſtino.

Nota 1. Signa & prodigia ſunt neceſſaria doctrinæ Apoſtolorum adhuc plantandæ, non verò plantatæ. Nec ſunt medium converſionis neceſſarium, ſed à Deo olim extraordinariè & liberè adhibitum. Cujus nec ordinaria, nec hodierna datur neceſſitas.

Poriſma. Ergo miracula non ſunt poſtulanda hodie à Doctoribus ordinariis, ſed doctrina eorum ex Apoſtolorum ſcriptis, jam pridem per miracula confirmatis, probanda eſt, contra Pontificios. vid. Thummii Lutherus Thaumaturgus.

Nota 2. Hodie miracula deſinunt. Qvia enim myſterium Chriſti jam creditum eſt in mundo, non opus eſt hodie ullis miraculis. vid. Auguſt. Lib. 22. de Civ. Dei c. 8.

Nota 3. Miracula non ſunt nota veræ Eccleſiæ, contra Pontificios. vid. infr. Artic. 113. de Eccleſia. Qvorum Miracula vel ficta ſunt, vel falſa, vid. Binderi Theol. Scholaſt. & 2. Theſſ. 2. Inprimis verò infra art. 116.

Nota 4. Multa tamen adhuc mira & miraculoſè fieri extraordinariè, nemo negat. vid. Tract. Wunderliche Güte / inprimis p. 587. de Fonte Hornhuſano, An. 1646.

Nota 5. Nulla eſt hodie miraculorum neceſſitas, nec perpetuitas, nec infallibilitas. NB. vid. Hunnii Pellis ovina, & Manuale p. 478.

§. 7. Diſtinctio miraculorum varia eſt

I. *Ratione principii*, ſic ſunt vel immediata, vel mediata, divina, & Dei incarnati Theandrica, ſive Theanthropica, art. 53.

II. *Ratione objecti* fiunt in cœlo, ſole, terrâ, aqvâ, &c.

III. *Ratione modi*, alia ſunt poſitiva, vitam conferentia Joh. XI. alia privativa vel virtutis (urendi Dan. 3.) vel vitæ, per deſtructionem exercitus, Eſ. 37.

IV. *Ratione finis* ſunt indicium vel gratiæ, Act. 3,6. c. 4,9. vel iræ, ut plagæ Ægyptiacæ, Exod. 7. Hæc freqventiora erant in V.T. illa verò in N.T. tempore.

§. 8. *Plenior hujus articuli explicatio, cum uſu, & autorum Catalogo, videri poteſt in Manuali art. 25. & Summ. Theol. Bald. in 4.*

ART.

Digitized by Google

ARTICULUS XXVI.
De Providentia circa Mala.

Vos cogitâſtis de me malum, ſed Deus vertit in bonum, Gen. L, 20.
Ihr gedachtets böſe zu machen über mich/aber Gott gedachts gut zu machen: רעה πονηρά· ſed Elohim חשבה לטבה
ἐβουλεύσατο περὶ ἐμοῦ εἰς ἀγαθά.

§. I.

PRovidentia circa mala eſt actio Dei, *qui malum nec vult, Pſal. 5, 5. nec operatur Jac. 1, 13. nec promovet, approbat, vel laudat, ſed potius prohibet, & abominatur, Pſal. 5, 5. etiamſi illud praeſciverit Act. 17. & praedixerit, Amos. 3. unde vel impedit illud 1. Reg. 13, 4. vel certâ ratione permittit Job. 1. & impios deſerit, tradit & punit, Rom. 1, 31. ita ut omnia dirigat 1. Theſſ. 2, 2. ad nominis ſui gloriam, & ad piorum emolumentum, Rom. 8.*

Nota I. *Initium* mali reſpicit praeſcientia, praedictio, inhibitio, & permiſſio. II. *Progreſſum* circumſcriptio, determinatio, directio. III. *Egreſſum* punitio, vel remiſſio. Unde actus malum morale reſpiciens attenditur I. *antecedens* praeviſio, averſatio, prohibitio, impeditio. II. *Concomitans*, naturae ſuſtentatio, actionis materialiter ſpectatae non-inhibitio, & vitioſitatis adhaerentis permiſſio. III. *Conſequens* 1. directio. 2. determinatio. 3. remiſſio. 4. vel poenae irrogatio.

§. 2. DEUS malum non vult, ſed prohibet, *quod oſtendit divina ſanctitas. vid. artic. 10. Tit. 18. & 26. & diſtinctio inter ipſam actionem & actionis vitium. vid. infrà §. 11.*

§. 3. Deus malum praeſcitum non approbat. *vid. ſup. art. 10. Tit. 15. de div. ſcientia. Quia praeviſio Dei non infert rebus neceſſitatem talem, quae antecedenter neceſſitet actum hominis,*

Digitized by Google

ſed ſolùm infert neceſſitatem infallibilitatis. Et qvia actum liberum præviſum, ex hypotheſi futurum præſupponit, ideò neqvaqvam infert neceſſitatem inevitabilitatis, aut influxum neceſſitantem.

§. 4. Deus malum prædicendo nullam malo cauſam affert, *ex præced. §. 3. Confer de ſcientiâ mediâ ſuprà artic. 10. Tit. 15. NB. Theol. Exeget. lib. 3. cap. 2. Tit. 7.*

§. 5. Deus malum impediendo *ſe ipſum à malorum delectatione alieniſſimum eſſe oſtendit.*

Nota: Impeditio malæ actionis reſpicit

1. *Intellectum*, ejusqve informationem Gen. XX, 3. 6.

2. *Voluntatem*, ejusq; mutationem, qvæ fit 1. admonitione, 2. dehortatione, 3. diſſvaſione. Et qvidem *tum ordinariè*, adhuc hodie, vel externè per ignotos 1. Sam. XXV, 33. per amicos Gen. 37, 22. c. 39, 9. per miniſtros Actor. 16, 27. vel internè per luctam Spiritus; *tum extraordinariè*, ut olim, per viſiones, ſomnia Gen. XX, 3.

3. *Poteſtatem* ſive facultatem, ejusqve inhibitionem, qvæ fit 1. vitæ ablatione Exod. 14. 2. Reg. 19. 2. objecti remotione Gen. 19. 3. conſiliorum ſubverſione 2. Sam. 17, 7. 4. majoris potentiæ oppoſitione 2. Reg. VI. 5. animi perturbatione 2. Reg. 7, 6. 6. virium imminutione 1. Reg. 13, 4. Ex qvibus patet; qvod *Impeditio* ſit actus providentiæ gubernatricis, qvò Deus actionem creaturarum pro arbitrio ſuo conſtringit, ne efficere poſſint, qvod aliàs vel naturali, vel liberâ agendi facultate omninò efficerent.

§. 6. DEUS deſerentem peccatorem juſtè deſerit. *vid. art. 31. §. 5. & 2. Chron. 12, 5.* Ihr habt mich verlaſſen / darum habe ich euch auch verlaſſen. *Vos dereliqviſtis me, & ego etiam dereliqvi vos:* עזב ὑμεῖς ἐγκατελείψατέ με, καὶ ἐγὼ ἐγκαταλείψω ὑμᾶς *NB.* λείπω, à λύω, *qvia derelictio ſolvit unionis vinculum. Unde ſecutâ pœnitentiâ dicebat verſ. 7. Humiliati ſunt, non diſperdam illos.*

Canon: Nunqvam deſerit Deus hominem, niſi prius ab ipſo homine deſeratur. vid. 1. Sam. 15, 25. Qvia ſpreviſti verbum Domini, ſprevit te ſimiliter.

Nota:

Nota: Deſertio h. l. non intelligitur exploratoria, qvalis erat Hiskiæ 2. Chron. 32, 31. ſed judicialis & vindicativa, Rom. 1. vid. intrà artic. 112.

§. 7. Deus peccatum juſtè permittit, *1. Reg. 22, 28. ob cauſas juſtisſimas, Pſal. 81, 13. Act. 14, 16. Rom. 1, 24.*

Nam 1. *permisſio* eſt actus voluntatis, qvo permittens influxum & efficientiam ſibi poſſibilem ſuſpendit.

2. Qvia actus permiſſus non perficitur à permittente, ſed ab agente ſpontaneo motu ſe ad malum inclinante, dum permittens à continuatâ impedimenti oppoſitione deſiſtit, & alium agere ſinit, qvia peccatoris pertinaciam prævidit.

3. Aliud eſt facere mala, aliud permittere. Qvi mala facit, eadem facere intendit, & facta approbat. Deus autem mala permittit, qvæ nec approbat, nec facere intendit, nec facientibus conſentit, ſed repugnat & punit, terminum peccantibus ponit, finemqve definit.

4. Aliud eſt velle fieri mala, qvod eſt malæ voluntatis, aliud eſt velle permittere mala, qvod eſt bonæ voluntatis.

5. Permiſſio rei non includit conſenſum, ſed impedimenti remotionem. Permittere enim non eſt velle rem, vel conſentire, ſed non impedire.

6. DEUS neqvaqvam tenetur impedire mala; qvod verò illa ſæpiſſimè impedit, illud ex merâ gratiâ, ad noſtram ſalutem facit.

Summa: Status Controverſiæ, prout à B. W. Lyſero fuit olim Wendelino oppoſitus, in eo conſiſtit: An decretum de peccato permittendo, & ipſa permiſſio, non cum voluntate & approbatione, ſed cum noluntate & deteſtatione conjuncta, ordinationem ipſius peccati probet, qvatenus peccatum eſt? Qvod N. qvia qværitur h. l. de permiſſione tali, qvæ actum volendi negativum propriè importat, licet ſine efficaci repugnantiâ. Qvi actus non oritur ex defectu intellectus, qvalis eſt dormientis & ignorantis: nec ex defectu poteſtatis, qvalis inviti eſſe ſolet: ſed, ex conceſſione voluntatis, rem alterius arbitrio certo modo committentis. Cui tamen voluntas itidem certo modo contraria, nempe præcipiens, vel approbans, in prohibitione; efficiens verò in nimiæ licentiæ cohibitione, ſubſeqvente tandem inhibitione, & directione in bonum finem conjuncta eſt.

§. 8. Deus

§. 8. Deus malum determinando, *malum neqvaqvam promovet, ſed inhibet.*

Ratio eſt, qvia determinatio eſt termini poſitio & definitio, qvæ reſpicit non iniqvitatis productionem, ſed terminationem, & vel actionem ipſam, ſive *motum*, ejusq; terminum: vel ejus ſpecificationem & formam, agendi *modum*, moralitatem, & ſcopum atq; defectum.

Canon: Cauſa univerſalis non determinat actionis malitiam. vid. §. 11. Determinat enim ſolùm 1. *Momentum*, ut non qvovis tempore nocere poſſit Satan Job. 1. aut ejus organa Johan. 7, 30. niſi qvando permiſſionis hora inſtat. 2. *Actum*, non verò defectum, ut talis ſit. 3. *Terminum*, abbreviando dies malos Matt. 24, 12. 4. *Modum* afflictionis. vid. Act. 9, 16. 1. Cor. 10. 2. Pet. 2, 9. & cohibet impium, ne plures lædere poſſit. §. 11.

§. 9. DEUS malum ad bonum finem ordinando malum non facit, ſed ex malo bonum producit, *Rom. 8. Qvæ enim peccatores fecerunt peſſimè, Deus ordinat optimè, ad finem optimum. vid. de paſſione Chriſti Actor. 2, 23. c. 4, 28. infrà art. 60. §. 3. NB. & de Joſepho Gen. 50, 20. c. 45, 5. 8. & infrà §. 11.*

§. 10. Deus peccatores Satanæ tradendo juſtiſſimè agit *vid. infrà artic. 112. NB. ſcilicet traditione non activâ, qvâ peccator ſe ipſum tradit Johan. 13, 2. ſed judiciariâ, ob peccata antecedentia, Rom. 1, 24. 28. vid. Bald. comm. h. l. Ideoq; impiis tribuitur traditio, ratione culpæ, & plus eſt, qvàm peccare ſimpliciter; includit enim deſtinatum peccandi propoſitum, reclamante conſcientiâ, & dicitur venditio ſub peccatum 1. Reg. 21, 20. captivitas in laqveis diaboli 2. Tim. 2, 26. ſervitus deſideriorum Tit. 3. Exemplo Achabi & Neronis. DEO autem traditio tribuitur, ut judici juſtiſſimo, præcedentia peccata ſeveriſſimè punienti. vid. art. 112.*

SUMMA: Omnis actio divina circa peccatum intelligenda eſt 1. ἐγκαταλειπτικῶς propter deſertionem. 2. παραχωρητικῶς propter permiſſionem. 3. ἀφορμητικῶς propter occaſionem non oblatam à DEO, ſed à peccatore acceptam. 4. παραδοτικῶς propter traditionem hominis in poteſtatem Satanæ tanqvam executoris. (qvod tamen

men non intelligendum eſt αἰτιολογικῶς, ſed ἐκβατικῶς.) 5. κυβερνητικῶς propter directionem ad bonum finem, qvem homines malitioſi nunqvam intendunt. vid. Eſa. X, 5.6.7. Gen. 50, 20. malæ enim actionis, qvatenus mala eſt, & qvoad ſpeciem, & qvoad exercitium, autores ſunt ipſi impii.

§. II. DEUS peccato metas ponendo, & illud ad bonum finem dirigendo, potentiam ſuam ſapientiſſimè oſtendit, dum ſimul malitiæ actum cohibet, ut non niſi ad certum objectum pertingere poſſit.

Nota 1. *Directio* hoc loco non reſpicit ipſum peccandi principium, ejusqve impetum, qvem Satan excitat, neqvaqvam verò Deus ſanctiſſimus: ſed inhibitionem actus impetuoſi ſpontanei, ut non pertingat, niſi in objectum permiſſum, ita ut Simei paratus ad maledictionem & trucidationem non potuerit ex divinâ permiſſione ne loqvi qvidem, niſi ſoli Davidi. (qva de re ipſe ait: אמר der HErr hats ihn geheiſſen. NB. *dixit:* Fluche David. 2. Sam. 16, 10. NB. non præcepit ipſum peccatum in Lege prohibitum, Exod. 22, 28. ſed dicendo permiſit actum ad Davidem directum. NB. ſup. art. 10. Tit. 18 §. 3.) Ex qvibus planum eſt, qvod talis conceſſio diſtincta ſit *à directione finali*; finis enim erat Davidis emendatio præter intentionem peccatoris: & qvod non poſſit vocari *directio formalis, ratione actus mali*, qvatenus malus eſt, & ratione ipſius impetus mali, ejusqve flexionis atqve excitationis, ſed conceſſio ratione actus, à reliqvis objectis impediti, & ratione unici objecti tantùm permiſſi. Qvi enim alterum neceſſitat ad actum, cui vitium inſeparabiliter annexum eſt, ita, ut in ejus poteſtate non ſit à vitio abſtinere, is non ſolùm eſt cauſa actionis, ſed etiam ipſius vitii huic actioni inſeparabiliter inhærentis. Nam vitioſa actio, in qvantum ad ſuum objectum directa eſt, & cum connotato objecto ſumitur, formaliter peccatum eſt. NB. vide ſupra artic. 24. §. 4. Idem eſt judicium de *concubitu Abſolonis*, ab ipſo ſponte parato, & à Deo in pœnam Davidis directo, 2. Sam. 12, 11. Ich will deine Weiber nehmen und will ſie deinem Nechſten geben. Ich wils thun / dich öffentlich ſchänden laſſen und ſtraffen für dem gantzen Iſrael. NB. das Ubergeben in Abſolons Gewalt/und dich durch ſolche Schande öffentlich ſtraffen. עשה הדבר faciam hoc verbum. τὸ ῥῆμα τοῦτο, hoc negotium, qvod prædixi.

dixi. NB. das Weiber-Schänden aber thut nicht der Allerheiligſte GOTT/ ſondern der ſchändliche Abſolon. Ubi Abſolonis impetus non potuit violare alias, ſed ſolùm ſolius Davidis uxores, ex divinâ permiſſione, qvamvis ipſe ad innumera alia ſcelera erat paratiſſimus. Diſtingvendus itaqve eſt 1. *inſtinctus* diabolicus ad peccandum, à directione divinâ ad pœnam & emendationem Davidis. 2. *diſtingvendus* eſt ipſe actus, & actionis defectus, ſive diſtincta eſt *ipſa actio ab actionis vitio.* Actio, cui inhæret vitium, eſt à Deo, generali ſuo influxu ad eam concurrente, libertate agendi voluntati relictâ: neqvaqvam verò actio illa eſt à Deo, voluntatem peccantis ad illum actum, cui vitium inſeparabiliter inhæret, dirigente, determinante, & neceſſitante. Secus namqve Deus ſanctiſſimus foret autor ſeu cauſa ipſius peccati, ſi non phyſica, tamen moralis, qvod impium eſt dicere. NB. vid. art. 10. Tit. 18. §. 3. Hoc ipſo enim, qvod voluntatem neceſſitat ad actionem, cui inſeparabiliter inhæret vitium, neceſſitat eam etiam ad vitium inſeparabiliter inhærens. Nam concubitus Abſolonis formaliter per hoc erat inceſtus, ſive peccatum, in ratione ſpecificâ & propriâ peccati & inceſtus ſpectatum, qvia erat Deo abominabilis, ideoqve in Lege expreſſè interdictus Lev. 18, 8. Si ergò fuiſſet à Deo, non tantùm ut à cauſâ, in qvantum concubitus, ſed etiam, in qvantum erat actio abominabilis ad hoc objectum illicitum, videlicet uxores parentis, directa, utiqve fuiſſet à Deo, non tantùm ut actio, ſed etiam ut actio vitioſa ſive inceſtuoſa, atqve adeò qvoad ipſum adhærens vitium. Qvod omninò abſurdum eſt. Confer art. 24. §. 4. NB.

Nota 2. *Impii ſunt organa Satanæ.* Vocantur tamen Dei ſecuris, non cauſaliter, ſed eventualiter, præter peccantis intentionem. NB. Eſa. 10, 7, 12. adeoq; conſeqventer, non antecedenter: non qvâ peccant, ſed qvi peccant: non ratione malitiæ, ſed reſpectu divinæ providentiæ gubernantis, determinantis & dirigentis. Qvia enim ſecuris corroſa, ideo & actio ejus perverſa eſt.

§. 12. DEO ſanctiſſimo juſta tribuitur induratio.

Obſerv. 1. Induratio vel culpam notat, vel pœnam: priori modo eſt effectus peccati mortalis regnantis, & ſummus peccatorum gradus, cujus cauſa efficiens eſt homo Diabolo irritante, ejusqve forma inobedientia, cum violenta reſiſtentia, Deiqve oppugnatione. vid.

Actor.

Digitized by Google

Actor. XIII,45. Qvæ induratio non eſt naturalis, ſed acqviſita. Poſteriori verò modo, ut pœna, tribuitur Deo, qvi indurare dicitur ut juſtus judex, qvi gratiam indurato peccatori juſtè ſubtrahit & denegat.

Obſerv. 2. Induratio conſideratur 1. ut peccatum, 2. ut cauſa peccati Exod. 8, 19. 3. ut pœna peccati, Ex. 4, 21. c. 7, 3. c. 9, 12. Primo & ſecundo modo Diabolo & Homini; tertio verò modo DEO tribuitur 1. gratiam ſubtrahenti, 2. Satanæ tradenti, 3. permittenti. vid. Artic. 112. NB.

§. 13. Deo juſtiſſimo juſta peccati pœna competit. *vid. artic. 36. & ſup. art. 10. Tit. 32. coram qvo nullus excuſationi locus. Unde peccatores ſibi relicti monita ſuperiorum contemnunt, & inſtar filiorum Eli, nec audiunt, nec obediunt* שמע weder hören noch gehorchen. *Et ideo illos occidere vult dominus* כי eben darum/ *ideo,* γὰρ *1. Sam. 2, 25.* βουλόμενος γὰρ ἐβούλετο חפץ.

§. 14. Uſum *& autores monſtrat Manuale artic. 26.*

ARTICULUS XXVII.

De Homine,

Qvatenus Theologiæ ſubjectum ad ſalutem perducendum eſt, ejusqve diſtinctis ſtatibus.

Homo ad imaginem DEI *creatus* Gen. I, 27. ſup. art. 22. per lapſum *deſtitutus* c. 3, 18. *reſtituendus* eſt per gratiam, ut ex tenebris fiat lux in Domino Eph. 5, 8. & novus homo Eph. 4, 22. 24. cui per fidem in Chriſtum *ſalus æterna* donatur, Johan. 20, c. 3. c. 10, 28.

§. 1.

HOminis ſtatus non eſt perpetuus, nec unicus, ſed diverſus, olim, nunc, & tunc. *Habet enim ſtatum 1. præteri-*

teritum , 2. præſentem. 3. futurum , adeoqve habet homo ſtatum 1. integritatis , in qvo creatus eſt. 2.corruptionis,in qvem prolapſus. 3. reſtaurationis , ad qvem reducendus eſt , per certa media in regno gratiæ , ut ex illo transferatur ad regnum gloriæ.

Nota : *Status* non eſt ipſa eſſentia, ſed permanentia rei ſub certo termino,ad qvem traducta eſt ; adeoqve *ſtatus vocatur conditio ſive conſtitutio rei* in eo termino, ad qvem à causâ efficiente per actionem traducta eſt.(ſic ſtatus aqvæ dicitur calidus, qvamdiu durat calor.) Priſtinam conditionem habuit homo ex gratiâ creatoris : præſentem miſeriam contraxit culpa : gratiam donat Mediator credenti, & perſeveranti gloriam futuram.

§. 2. Præteritus *hominis ſtatus ex creatione erat integritatis , de qvo artic. 28.*

Nota : *Homo qvà talis, per imaginem divinam non rectè definitur.* Qvia aliud eſt ſtatus, aliud verò eſſentia. Unaqvæqve verò res conſtituitur in ſuo eſſe per formam ſuam, at verò imago divina non eſt forma hominis.

Ratio eſt, qvia hæc eſt aliqvid reſpectivum : homo verò eſt ens abſolutum, qvi præciſo omni reſpectu ad Deum habet ſuum eſſe. Nullum verò ens abſolutum conſtituitur in ſuo eſſe per relationem. Imò amiſſa imago divina nec eſt hominis ratio,nec anima nec corpus, qvæ adhuc per lapſum adſunt , & in homine tanqvam ſubſtantia phyſicè conſiderata reſtant.

§. 3. Præſens hominis ſtatus eſt tùm miſeriæ, *ex lapſu primo & deinceps ex carnali generatione ſive peccati morbo, de qvo Art. 29. ad 37.* tùm gratiæ *ex regeneratione , ſive miſeriæ remedio per Chriſtum , de qvo Artic. 37. ad 131.*

Obſerv. 1. Omnis miſeria hominis à peccato eſt. Ideoqve non naturæ per ſe, multò minùs ipſi Deo adſcribenda eſt. vid. art. 36.

Obſerv. 2. Hominis natura tam qvoad intellectum, qvàm qvoad voluntatem miſerrimè corrupta eſt. vid. art. 29. & 30.

Obſerv. 3. Cogitare itaqve decet, in qvibus miſeriis poſt lapſum naſcatur homo, non tantùm qvòd cum lacrymis nudus & inermis ingre-

Digitized by Google

greditur mundum, variisqve calamitatibus eſt obnoxius; verum imprimis, qvod mortuus naſcitur abſqve vitâ, qvæ ex DEO eſt. vid. Epheſ. 2, 5. Sir. X, 10. Sap. 7, 3. Job. 4, 19. c. 5, 7. c. 7, 1. c. 14, 1. & per peccatum fit Beſtia, imò Beſtiis univerſis, & ipſo Diabolo deterior. vid. egregia Chryſoſtomi verba Theol. Exeget. lib. 3. c. 3. ſub finem, ſectione 6. §. 4. Et confer egregium Crameri Tractatum de Vanitate, & Lutheri verba infr. art. 33. §. 12.

Obſerv. 4. Corrupta hominis natura à ſolo Deo ſanata eſt, per Chriſtum. vid. art. 37. 40 & 70.

§. 4. Futurus hominis ſtatus ex glorificatione oſtenditur in vita æterna.

Obſerv. Finis hominis ultimus eſt ſalus æterna, ſive æterna Dei fruitio. Conf. inf. Artic. CXXXI. & ſuprà art. 1. de Theol. p. 186. Vide D. Calovii Tom. 3. Syſtem. Art. 7. neq; enim creatus, neqve redemtus, neqve ſanctificatus eſt homo ad hanc, ſed ad futuram vitam, vid inf. art. CXLII. qvi finis præcognoſcitur h. l. qvod ſit: qvid verò ſit, infrà l. d. explicabitur.

Poriſma: Ergo ſtatus hominis diverſus attributa hominis generat diverſa paradoxa, contraria atqve contradictoria. Nam mortuus myſticè vivit phyſicè: peccator eſt juſtus: & juſtus in Chriſto, eſt peccator in Adamo: damnatione dignus eſt ſine condemnatione Rom. 8, 1. miſer ſecundum carnem eſt beatus in Chriſto c. 7. & 3. moriens non moritur, ſed dormit, Johan. XI. corpus in nihilum redactum vivit, reſurgit: naturale fit ſpirituale: corruptibile eſt incorruptibile, finitum triumphat ſine fine 1. Cor. 15. Et qvalis eſt ſtatus, tale eſt id, qvod homini vel ob naturam integram, aut corruptam, vel ob gratiam, vel ob gloriam veriſſimè attribuitur.

§. 5. *Uſum hujus Articuli ampliſſimum, una cum autorum Catalogo, offert Manuale Theol. Germ. art. 27.*

Digitized by Google

ARTICULUS XXIIX.

De Hominis Statu Integritatis & Imagine DEI.

Ad imaginem DEI factus eſt homo, Gen. IX, 6. vid. c.1, 27. Qvi amiſſam felicitatem attendens, meritò repetit illud: Memor eſto, unde excideris, & age pœnitentiam, Apoc.2,5.

§. 1.

IMago eſt qvaſi imitago, & prototypi imitatorem ago. *Confer Gr.* εἰκὼν, *ab* εἴκω *ſimilis ſum, velut ſimulacrum, ſpecies vel exemplum,* ein Ebenbild.

Nota 1. Imago notat 1. ſpeciem evanidam Pſal. 39,7 Pſal.73,20. 2. objecti adumbrati ſubſtantiam Hebr.10,1. 3. convenientiam tum eſſentialem Hebr. 1,3. Col. I,15. unde Filius Patri eſt ὁμοούσιος; tum accidentalem, qvoad mores & ſtatum Gen. 5,1.3. qvantitatem, qvalitatem, picturam, ſculpturam &c. qvemadmodum & typus eſt imago antitypi. Hoc verò loco notat qvalitatem hominis amiſſam.

Nota 2. Imago eſt terminus relativus, qvi includit 1. ſubjectum, 2. fundamentum, 3. terminum à qvo, & ad qvem. Confer Hebr. צלם & דמות cujus diſcrimen Grammaticum, reale nullum eſt. Notat enim realiſſimam convenientiam, & ſummam ipſius ſubſtantiæ ſimilitudinem, Gen.1,27. vid. Kimchi ad Gen.c.5.

Nota 3. Imago DEI hoc loco non attenditur ſubſtantialis, Coloſſ. 1,15. ſed ſolùm accidentalis, qvæ in homine fuit conſpicua.

Nota 4. Imago notat ſimilitudinem ad imitationem alterius, & ad alterum repræſentandum factam: Unde præter conformitatem cum archetypo & ſimilitudinem importat originem ab altero, tanqvam à causâ exemplari, cui conformatur.

Nota 5. Creatio hominis ad imaginem Dei notat 1. creationis terminum. 2. cauſam exemplarem & imitationem. vid. Thomas p.1. q.93.

Digitized by Google

q. 93. art. 5. Reſp. ad 4. Cujus veſtigia arguunt amiſſi beneficii præſtantiam, (qvemadmodum ex capacitate lecti magnitudinem regis Og deprehendere licet; Devt. 3, 11.) qvæ ex reſtauratione colligitur. vid. Coloſſ. 3, 10. Eph. 4, 23. & non ſolùm animam, ſed etiam totum hominis integri ſtatum atqve concreatam perfectionem protoplaſtorum attinet.

§. 2. Imago DEI in protoplaſtis erat concreata intellectus, voluntatis & appetitus cū Deo conformitas, *adjunctis privilegiis immortalitatis & Dominii corpori & toti homini conceſſis, qvam ad poſteros derivare debebat, ad Creatoris gloriam, & æternam hominis felicitatem. Adeoq;* Imago Dei eſt harmonia exactiſſima, *excellens conformitas & εὐταξία ſive perfectio hominis integri naturalis, in ſingulari ſimilitudine cum Dei ſapientiâ, juſtitiâ, immortalitate & majeſtate concreatâ conſiſtens, ad Deum creatorem perfectè agnoſcendum, diligendum & glorificandum. Ex qvibus patet, qvod Imago DEI reſpiciat 1. Sapientiam intellectus, 2. Sanctitatem voluntatis, 3. rectitudinem appetitus, 4. immortalitatem corporis, 5. dominium in creaturas.*

§. 3. Cauſa efficiens eſt DEUS Pater, Filius & Spiritus S. Gen. I, 26. 27. vid. Art. XVII. ex merâ bonitate hoc bonum homini conferens.

§. 4. Subjectum qvod *hujus integritatis erat ſolus homo, & qvidem totale totus, adeoq; & vir & mulier, tam qvoad animam, qvàm qvoad corpus.* Subjectum qvo, *primarium, cui formaliter & immediatè inerat, fuit intellectus, voluntas & appetitus: mediatè verò & conſeqventer corpus animâ rationali informatum, tanqvam animæ domicilium, ejusq; membra animæ organa NB. inf. §. 5. ex Eccleſ. 7, 30. ubi moralis rectitudo homini integro tribuitur, cujus corpus per reſtaurationem fit hoſtia vivens, Rom. 12, 1. & templum Spiritus Sancti 1. Cor. VI, 19. πνευματικὸν 1. Corinth. XV, 44.*

Nota 1. Vir & mulier in verâ perfectâqve ſanctitate, ſapientiâ

ac

ac juſtitiâ à DEO creati ſunt, qvalis qvidem perfectio in naturam humanam cadere potuit.

Nota 2. Vir eſt imago Dei non excluſivè, nec ſimpliciter, ſed ſecundum qvid, ratione ordinis creationis & finis.

Nota 3. Sapientia illa habuit ſuos gradus ſine defectu.

Nota 4. Ordo inter virum & mulierem, tanqvam inter ſuperiorem & inferiorem felicitati primæ non adverſatur.

§. 5. Forma imaginis divinæ eſt conformitas cum DEO, *qvæ inprimis innoteſcit 1. ex ſapientiâ intellectus, 2. ſanctitate & juſtitia voluntatis, & 3. rectitudine appetitus, adeoqve pulcherrimâ intellectus, voluntatis & affectuum harmoniâ, qvæ cum ſingulari voluntatis ornamento & libertate conjunctâ erat. Confer ſuprà articulum 10. de attributis.*

Nota 1. Lux intellectus, & rectitudo voluntatis atqve appetitus, eſt concreatæ perfectionis compendium. vid. Coloſſ. 3. verſ. 10. Geneſ. 2, 19.23.

Nota 2. *Rectitudo*, à qvo homo abſolutè appellatur rectus, ישר Eccleſ. 7, 30. confer ſup. p. 64. ſeq. NB. auffrichtig und richtig/ eſt harmonia, normæ & normati exactiſſima, qvæ ſimpliciter excludit omnem defectum, & omnem labem, & qvicqvid vitio verti aut reprehenſibile poteſt eſſe homini. Inprimis verò exulat 1. *omnis error intellectus*, in cognitione veri. 2. *omnis appetitio inordinata*, rectæ rationis judicio, & voluntati divinæ repugnans. LXX. εὐθὴς à θέω, benè poſitus, ideoq; rectus, qvi velociter tendit θύω, & currit θέω, qvi verò de viâ rectâ dubitat, ille hæſitantius progreditur.

Nota 3. *Juſtitia originalis* erat univerſalis, & complexus omnium bonarum virium, per qvas Deum rectè agnoſcere, ejusqve voluntati prorſus conformiter ſe gerere homo poterat. Nam in mente erat perfecta lux & divinæ legis agnitio, in voluntate ſumma delectatio, approbatio & abſoluta obedientia.

Nota 4. Adamo ad imaginem Dei condito *perfectum dominium* in omnes creaturas, in nobiliſſimo Paradiſi habitaculo conceſſum fuit, Gen. 1, 26.28. c. 2, 16.

Nota 5. *Conſeqvens imaginis divinæ eſt felicitas 1. animæ*, in unione

ne

ne cum Deo, & conſcientiæ tranqvillitate. 2. *corporis* in incorruptibilitate. 3. *totius hominis* in immortalitate conſiſtens. Nam primus homo conditus fuit, ita, ut poſſet non mori: in vitâ æternâ verò homo non poteſt mori. Qvamobrem immortalitas primo homini *fuit naturalis*, ex gratiâ creationis. vid. art. 10. Tit. 14. NB. cum aliis dotibus, qvæ minimè ſupernaturales erant, naturæ perfectæ ſuperadditæ, & puris naturalibus contradiſtinctæ, *ſed naturalis hominis integri perfectio*, qvalis eſt ſanitas. Confer Rom. 2. verſ. 14. ſicut & hodie peccatum originale peccatori naturale eſt, & cum naturâ propagatur, Pſal. 51.

Nec obſtant 1. *Contrariæ qvalitates* & corporis mixti principia. Hæc enim immortalitatem hominis integri non tollunt, ob animæ conditionem, & arboris vitæ uſum. Conf. Gen. III, 22.

Nec *obſtat* 2. *appetitus*; qvia Appetitus inordinatus homini integro non fuit naturalis, nec primus homo fuit creatus labilis, ita, ut neceſſariò ſeqveretur lapſus. vid. Dannhau. Hodomor. Calvin. Tom. 1.

Nec obſtat 3. *Nuditas* hominis integri, qvæ neqvaqvam miſeriæ, ſed felicitatis indicium eſt. Oſtendit enim affectuum *ἀταξίας* & pravæ concupiſcentiæ abſentiam Gen. 2.

§. 6. Finis integritatis priſtinæ erat DEI gloria & hominis æterna felicitas.

Canon: Deus hominem non creavit ad exitium. vid. art. 7.

§. 7. Domicilium hominis integri erat Paradiſus. *vid. Gen. 2, 8. cap. 1, 15. cap. 3, 24. item Höpfneri Syſtema, Gerhardi comm. in Gen. & Manuale Theol. Germ. Artic. 28.*

Obſerv. 1. Paradiſus erat hortus in Eden, hortus delitiarum. Ubi erat arbor ſcientiæ ad probationem, & arbor vitæ ad vitæ continuationem, uſqve ad translationem in vitam æternam. Conf. Gen. 2, 8. Eſt verò עדן voluptas, oblectatio, delitiæ, Wolluſt/ Pſal. 36, 9. & locus delitiarum, qvi ſingulariſſimè denotat regionem illam amœniſſimam, ubi fuit Paradiſus, παράδεισος. Unde etiam pro ipſo beatorum habitaculo accipitur Luc. 23, 43. 2. Cor. 12, 4. Nam פרדס eſt pomarium, voluptatis & amœnitatis cauſa conſitum Cantic. 4, 13. qvo nomine Nehem. 2, 8. appellatur ſylva, vel ſaltus, ſive tota regio amœniſ-

ſima, à Libano ad anti-Libanum, qvæ arboribus præſtantiſſimis abundabat. In cujus extremitate fuit oppidum, qvod vocabatur Paradiſus, etiam Ptolemæo & Plinio non ignotum.

Obſerv. 2. In Paradiſo primi parentes cœleſti planè gaudio perfuſi ſunt.

Obſerv. 3. Paradiſus figura fuit ſpiritualis Paradiſi, in qvo ſedem ſuam habent beati, qvæ vocatur Paradiſus. vid. inf. Artic. 142.

Obſerv. 4. Falſum eſt, è terreſtri Paradiſo rediturum eſſe Enochum & Eliam ſub mundi finem. Cùm is per aqvas diluvii ſine dubio devaſtatus ſit. vid. Gen. 7, 17.

§. 8. Exercitia hominis integri non erant laborioſa, ſed ſvaviſſima. *Hujus verò retinaculum erat mortis comminatio ſeveriſſima, Gen. 2, 17. art. 77. §. 17. cujus horrendum commentarium exhibet articulus 132. §. 3. 4. Qvorum compendium eſt cultus & obedientia; ſublatâ verò obedientiâ per inobedientiam, univerſa illa felicitas mutata fuit in extremam miſeriam, ex horrendo concurſu mali culpæ & pœnæ. vid. ſeqvens artic. 29. & 31. item art. 36.*

§. 9. Uſum *cum Catalogo autorum offert Manuale art. 28.*

Articulus XXIX.

De Statu Miſeriæ & Corruptionis ex imaginis divinæ per peccatum amiſſione.

Memor eſto, unde excideris Apocal. 2, 5. qvia es naturâ filius iræ, Epheſ. 2, 3. ideoq; morti ſubjectus Gen. 2, 17. Rom. 6.

§. 1.

Omnis miſeria & horrenda hominis corruptio à peccato orta eſt, qvod naturam corrupit, imaginem DEI deſtruxit,

ſtruxit, & mortem atqve mala omnia in mundum introduxit. *Vid. Articul.36. & Artic. 18. de origine mali, nec non articul. 31. & 32.*

Nota: *Miſeria* generaliter eſt defectus cujusvis boni adeſſe debiti, in ſpecie verò defectus omnis boni cum ſummo malo conjunctus. Ex cujus conſideratione patet, qvæ, qvalis, qvanta ſit Dei miſericordia. vid. ſup. art.10. Tit.22. §.5. & infra artic. 37. NB. & art. 36. de miſeria ex malo pœnæ, nec non art.141. de miſeria mortis æternæ.

Canon: Abyſſum miſeriæ oſtendit vel ſola mortis & vitæ antitheſis. ex artic. 132. §.3. & 4. NB.

§. 2. Miſeria illa ex collatione cum felicitate hominis integri priſtinâ optimè cognoſcitur. *ex Artic. praecedente 28.*

Poriſma: Ergò naturalia poſt lapſum neqvaqvam manſerunt integra: neqve enim qværitur de integritate phyſica, ſed de morali rectitudine, & viribus intellectûs, voluntatis & poteſtatis. vid. §. 3. & ſup. art. 28. §. 5.

Obſerv. Naturalia 1. *alia ſunt hominis*, qvatenus homo eſt, ut anima & corpus, qvæ hominis eſſe phyſicum, ut materia & forma conſtituunt.

2. *alia hominis integri*, ut integer eſt, ut rectitudo concreata; articul. 28.

3. *alia hominis lapſi*, qvatenus peccator eſt, & naturâ φύσει filius iræ, Eph.2. cujus natura eſt peccare, & eſſe peccatorem, adeoqve non rectum, ſed pravum & perverſum. vid. art. 28. §.5.

§. 3. Miſeria peccatoris patet ex diſtincta conſideratione intellectus, voluntatis, & poteſtatis, *ubi plenaria imaginis divinæ amiſſio oſtendit plenariam amiſſionem omnium bonarum virium in ſpiritualibus, qvas juſtitia originalis ex parte intellectus, voluntatis & appetitus ſenſitivi importabat.*

Nam I. *Ratione Intellectus* homo miſer dicitur 1. inſipiens, corruptus, amens, nihil de rebus divinis intelligens. 2. incredulus, imperſvaſibilis, cui veritas nullo modo perſvaderi poteſt. 3. errans, multis

Digitized by Google

tis & vagis erroribus circumactus. vid. Eph. 4, 18. 1. Cor. 2, 14. 2. Cor. 3. verſ. 5. 2. Pet. 2, 19.

II. *Ratione Voluntatis* dicitur ſervus deſideriorum ac voluptatum, tùm qvoad internos animi motus, tùm qvoad externos actus, Rom. 6, 17. vid. art. 30.

III. *Ratione poteſtatis* parum reſtat. Nam potentia hominis reſidua eſt mera impotentia, ob Liberum Arbitrium in actionibus moralibus hebetatum, & in ſpiritualibus planè deperditum. Vid. Articul. ſeq. 30.

Poriſma. Ergo abſurdum eſt rationem in objectis ſpiritualibus cœcam facere magiſtram fidei. Vid. ſupra artic. 2. & Methodum Studii Theologici, de *uſu Philoſophiæ.* p. 73.

§. 4. *Reliqva huc ſpectantia, cum uſu, & autorum Catalogo, offert Manuale Theol. German. art. 29. Confer verba Plinii lib. 2. c. 7. qvi exiſtimat, ſolum hoc certum eſſe, nihil eſſe certi; nec miſerius qvicqvam homine, aut ſuperbius.*

ARTICULUS XXX.

De Libero Arbitrio in Actionibus Moralibus hebetato, in ſpiritualibus planè deperdito.

Non ſumus idonei ex nobis cogitare qvicqvam tüchtig / ἱκανοὶ. vid. Matt. 3, 11. c. 8, 8. 1. Cor. 15, 9. (ab ἱκάνω, aſſeqvor, ſcilicet metam, dum facio, qvantum ſufficit) 2. Cor. III, 5. Confer terminos libero arbitrio æqvipollentes Devt. 30, 19. Joh. 21, 18. 22. 1. Cor. 7, 37. Epiſt. Philem. verſ. 14. Hebr. 10, 26. 1. Pet. 5, 11.

§. 1.

Libertas *eſt facultas animæ rationalis, qva, poſitis omnibus ad agendum reqviſitis, poteſt agere & non agere (qvæ eſt libertas contradictionis) & agere hoc, & agere illud (qvæ eſt libertas contra-*

trarietatis bonum vel malum eligens.) Qvæ hoc loco non attenditur phyſica, nec hominis adhuc integri, aut reſtituti, ſed omni bono ſupernaturali deſtituti & peccato ſubjecti.

Canon. *Liberum arbitrium peccatoris corrupti poſt lapſum, qvoad objecta ſpiritualia planè nullum eſt, nec ulla vires peccatori reſtant in actionibus myſticis.* Unde & Lutherus rectè vocavit ſervum arbitrium, qvia purè paſſivè ſe habet in ſpiritualibus, & homo eſt ſervus peccati Joh. 8, 34. 2. Pet. 2, 19. cui nec libertas, nec arbitrium qvoad objecta ſalutem attinentia competit.

Obſerv. 1. *Arbitrium* accipitur vel pro actu intellectus, & notat ſententiam ac judicium: vel pro facultate voluntatis activâ, ſic hoc loco. *Libertas* verò opponitur tum neceſſitati, tum ſervituti, de qva agit artic. 101. §. 1. NB. Unde *Libertas* dicitur 1. ab obligatione, qvæ ſolius Dei, qvi eſt αὐτεξούσιος. 2. à vi & coactione (ſic voluntas cogi neqvit.) 3. à miſeria, qvæ eſt beatorum propria. 4. à neceſſitate, cui oppoſita eſt libertas indifferentiæ, qvâ homo, poſitis omnibus ad agendum reqviſitis, tamen poteſt agere, vel non agere; aut bonum vel malum eligere. 5. Et ſic dicitur libertas 1. *contrarietatis*, qvæ ex contrariis vel malum, vel bonum eligere poteſt. 2. *contradictionis*, qvæ ex contradictoriis alterum eligere poteſt, videlicet 1. agere, & non agere 2. agere hoc, & non illud. Qvâ de re plura habentur infra articulo 101. NB. §. 1.

Obſerv. 2. *Liberum Arbitrium* reſpicit 1. voluntatem. 2. capacitatem paſſivam. 3. libertatem à coactione, & 4. à neceſſitate, circa objecta Ethica, Politica, & Oeconomica. 5. facultatem converſionis.

Obſerv. 3. Liberum arbitrium h. l. non conſideratur 1. concreatum, de qvo Artic. 29. ſed 2. ſervum; Confer artic. 101. §. 1. NB. 3. non verò reſtauratum, de qvo infr. Artic. 97. 4. nec glorificatum in vitâ æternâ, de qvo Artic. 142. Nam Liberum Arbitrium ante lapſum erat perfectum, poſt lapſum eſt nullum, in regeneratione verò datur divinitùs donatum, ſed in vita æterna perfectiſſimum eſt.

Obſerv. 4. Libertas h. l. non intelligitur à ſuperioris mandato, nec ab externa coactione, ſed ab internâ ad malum determinatione, cum viribus libertatem exercendi.

Obſerv. 5. Diſtingvendum eſt inter vires hominis naturales & ſpirituales; illæ circa res ad hanc vitam pertinentes verſantur, hæc circa negotium ſalutis noſtræ.

Obſerv. 6. Voluntas hominis vel externè conſideratur reſpectu objectorum moralium; vel internè reſpectu objectorum ſpiritualium: In illis Liberum Arbitrium hebetatum, in his verò planè nullum eſt.

Obſerv. 7. *Per liberum Arbitrium hoc loco propriè intelliguntur vires humanæ, circa objecta libere Intellectui ac Voluntati oblata.* Nam reſtant in homine *vires naturales*, ſcilicet hoc reſpectu, qvando naturale ſpirituali & gratiæ directè opponitur. Ubi 1. *principium* eſt natura 2. *ſubjectum* ſunt facultates animæ naturales, ex qvibus diſpoſitiones, habitus, & operationes emanant. 3. *objectum* eſt verum naturale reſpectu intellectus, & bonum naturale reſpectu voluntatis: ad illud ſpectat γνωςὸν τῦ θεῦ Rom. I, 18. Actor. 17, 27. ad hoc verò amor honeſtatis externæ naturalis, & τὰ τῦ νόμυ Rom. 2, 14. 15. 4. *Forma* eſt habilitas facultatum animæ naturalis ad apprehendendum verum naturale, & perficiendum bonum naturale. 5. *Finis* eſt Dei inqviſitio Actor. 17, 27. & per accidens ἀναπολόγησις, Rom. 1, 20.

§. 2. Sublato libero arbitrio in ſpiritualibus nulla reſtat agendi vis peccatori reſidua. Qvia non-entis nulla eſt operatio, virtus, vel efficacia.

Ratio eſt, qvia Liberum arbitrium hoc loco non conſideratur *abſolutè & formaliter, qvatenus eſt immunitas* à ſpecificatione objecti, & indifferentiâ ad utrumqve oppoſitorum; *Sed Theologicè*, qvatenus includit rationem ad certum hominis ſtatum & objectum non ſolùm morale, ſed inprimis ſpirituale. Atqve hoc reſpectu *eſt facultas, ſpirituale bonum cognoſcendi, amplectendi & efficiendi*, qvæ uti ante lapſum fuit perfecta, ita poſt lapſum nulla; in regeneratione verò non alia, niſi à DEO donata; in vitâ deniqve æternâ eſt perfectiſſima.

Poriſma. Ergò datur & non datur liberum arbitrium: non datur in merè ſpiritualibus, qvia eſt nullum; datur verò in actionibus 1. Pædagogicis. 2. Phyſicis. 3. Politicis. 4. Ethicis. 5. Oeconomicis. 6. Artificialibus & technicis.

§. 3. Cau-

§. 3. Cauſa deficiens eſt homo peccator, *ex cujus lapſu orta eſt tam intellectus, qvàm voluntatis impotentia. Unde & vires, qvas homini renato donat DEUS, planè ſunt novæ, & homini irregenito ſimpliciter ignotæ. vid. inf. Art. XCII.*

§. 4. Subjectum Liberi Arbitrii eſt vel qvod, homo, vel qvo, hominis voluntas, *qvæ in hoc Articulo intellectum & objecti oblati cognitionem præſupponit, & ſemper relatè ad certum objectum conſideratur.*

Poriſma. Non ergò ſeqvitur: In homine poſt peccatum reſtat ratio, & trina mentis operatio. Ergò etiam reſtat recta & ſufficiens apprehenſio terminorum, qvi myſteria ſalutis explicant. vid. *§. 6.* Canon 3.

Ratio eſt: Qvia *actio* alia eſt hominis phyſica, ut edere, bibere; alia humana, ut intelligere, velle; alia Chriſtiana hominis renati, ut credere. Principium actionis phyſicæ eſt natura, actionis humanæ verò ratio, actionis deniqve Chriſtianæ, Spiritus ſive gratia. Unde vel unicâ reſurrectionis voce auditâ oriebatur *στάσις* diſſenſio Judæorum, Actor. 23, 7. ein Auffruhr oder Aufſtand / & ſchiſma. Confer de actionum humanarum diſtinctione artic. 22. *§.* 11.

§. 5. Objectum Liberi Arbitrii hoc loco *ex §. 4. & 6.* attenditur non morale, *ſed inprimis* ſpirituale *ex §. 1. & 2. qvod nec ſcire, nec velle, nec efficere poteſt peccator.*

§. 6. Forma nullius liberi arbitrii nulla eſt.

Canon I. *Liberum arbitrium etiam in humanis & moralibus actionibus hebetatum*, & in relatione ad perfectionem originalem ferè nullum eſt.

Ratio eſt, qvia nec terminorum apprehenſio, nec compoſitio, nec concluſio ab errore ſimpliciter immunis eſt; neqve theoria, neqve praxis, neqve *ποίησις* omnis defectus expers eſt: neqve verum ſine mixtura falſi, neqve bonum morale, ſine veneno affectuum; neqve rectum artificiale ſine omni artificis delirio, ſemper hîc & nunc apparet. Qvamobrem & Salomo monet Proverb. 26, 10. dari & artifices, & à regulâ aberrantes transgreſſores כסיל & עברים gute Meiſter / Tho-

Thoren und Himplet. Nam רב eſt multâ & magnâ arte pollens מחולל כל univerſa faciens, formans,& debitam rei eſſentiam inducens & exornans. Qvamvis enim ſuperſit adhuc aliqva homini in mente ſcintilla,& reſtent qvædam imaginis divinæ veſtigia, de qvibus dictum eſt ſupra §. 1. vide art. 71. NB. Unde percipit varias artes ac ſcientias, multa ingenioſè excogitat, & per rationis diſcurſum aptè concludit, diſcernit honeſta à turpibus, juſtitiæ ſtudet, præcepta morum, leges & Reipublicæ ſtatuta laudabilia condit, præmia obſervatoribus, pœnas transgreſſoribus legum dictat. Qvorum finis Dei inqviſitio patet ex præced. §. 1. vid. art. 7. & inf. Art. 71. Nihilominus tamen 1. hæc omnia vana ſunt ſine divinâ directione & providentiâ. vid. art. 23. qvod indies tot actiones vanæ omni ſucceſſu deſtitutæ, & tot errores conſiliorum, & inadvertentia ſummorum Philoſophorum oſtendunt. 2. univerſa illa perfectio tam theoretica, qvàm practica, & mechanica, ſive artificialis etiam ſubtiliſſima, planè nihil facit ad objecta ſpiritualia apprehendenda, componenda, & per certas concluſiones applicanda. Confer ſup. p. 10. & ſeqventem canonem 3. Et qvæ de concupiſcentia dicta ſunt artic. 33. §. 8. NB.

Canon II. *Liberum arbitrium in ſpiritualibus nullum*, & hominis in peccato mortui mortuum eſt. vid. Eph. IV, 17. c. 2, 1. Pſal. 14. verſ. 1. 1. Cor. 2, 14. Unde & *Aures* ad audiendum objecta ſpiritualia Luc. VIII. verſ. 8. habet 1. *Nemo* hominum φύσει ex ſe & ſua natura, qvia mortuus eſt in peccatis Eph. 2. etiamſi auribus phyſicè audiendi inſtructus ſit & qvamvis illas habere poſſint 2. *Omnes* χάριτι ex gratiâ, & DEI intentione, de jure Marci XVI, 15. vid. art. 90. & 92. Habent tamen nihilominus 3. *Pauci* de facto Luc. 8, 10.

Canon III. *Liberi arbitrii nullitatem* in ſpiritualibus probat cœcitas intellectus, ubi meræ deprehenduntur tenebræ. vid. 1. Cor. 2, 14. Johan. 3, 4. qvia omnes homines naturâ habent tenebris obſcuratum intellectum, ignorantiam, & cœcitatem cordis Eph. 4, 17. 1. Cor. 1, 21. Unde & ipſa apprehenſio terminorum ſimplicium, ſcilicet non ſimplex, ſed 1. eorum, qvi ex ſolâ revelatione innoteſcunt. 2. recta NB. §. 4. ſalutaris, & credenti ſufficiens ad myſteriorum notitiam, ut ex illâ ſeqvatur aſſenſus & fiducia ſalvifica, non eſt opus humanarum virium. vid. ſup. p. 10, NB. & notitia naturalis, Deum eſſe colendum ex articulo 7.

Digitized by Google

lo 7. nondum eſt ſalutaris: Imò & notitia honeſtorum & turpium moralis non eſt cum debitâ præſtandi promtitudine, ſed potius cum pronitate ad malum conjunctiſſima & qvidem ab ipsâ adoleſcentiâ, Geneſ. 8. verſ. 21.

Canon IV. *Liberi arbitrii nullitatem in ſpiritualibus probat humana voluntas.* Cui Scriptura Sacra ſimpliciter denegat omnem boni ſpiritualis apprehenſionem, & omne deſiderium, aut electionem, aut aſſenſum. NB. ſup. p. 10. qvia tantum mala & ad malum determinata Gen. 8,21. c.V. Conf. Epheſ. 17. Rom. 7,14. & mortua eſt. Col. 2,13. Imò & vocanti reſiſtere poteſt, Act. 7,51. Matt. 23. vid. ſup. p. 94. NB. & art. 90. 91. 92. *Nec obſtat converſionis mandatum*, qvod neqvaqvam injuſtum eſt vel tyrannicum. Ratio eſt, qvia præcepta de actibus ſpiritualibus urgent Dei jus & debitum noſtrum, non verò indicant peccatoris vim atqve poteſtatem & officii regulam, nec menſuram virium monſtrant. Tyrannus verò eſt, qvi ſine jure ſuo impoſſibilia præcipit homini, eiqve ſine auxilio relicto peremtoriè minatur mortem (ſicut Nebucadnezar Dan. 2,12. Magis impoſſibilia imperans) at Deus creditor jure ſuo urget ſolutionem æris contracti, ſimulqve oſtendit vadem & ſponſorem, atqve ſatisfactionem, & monet, ne repudietur. Sic juſtum erat Chriſti mandatum dicentis demortuæ: ſurge, qvia ipſe, qvod juſſerat, præſtabat, Marc. 5,41.

§. 7. Eventus hujus miſeriæ eſt mors & privatio vitæ, *non ſolùm gratiæ, ſed etiam gloriæ. vid. artic. 36. Confer remedium artic. 37. 90. 92.*

§. 8. Commentarium *hujus articuli offert Comm. in Formul. Concord. art. 2. de libero arbitrio. NB. (& Manuale Germ. artic. 30.) ubi & controverſia, & uſus, addito autorum Catalogo, plenius explicantur, & in ſpecie agitur de Lutheri libro de ſervo arbitrio, ut & ſuprà p. 133. NB.*

ARTICULUS XXXI.
De Peccato in Genere.

Digitized by Google

Peccatum eſt ἀνομία 1. Joh. 3, 4. & ἁμαρτία, qvæ in mundum introivit, Rom. 5, 12. Unde dantur φύσει naturâ, nati filii iræ Eph. 2, 5. in peccatis concepti & nati Pſal. LI, 7. & operarii iniqvitatis, Matt. 7, 23. οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν. Ubelthåter / die aus der Sünde ein Handwerck machen / רשע ἀσεβὴς & improbus, turbulentus, inqvietus Pſal. 1, 2. ut mare, Eſa. 57, 20. ein böſer unruhiger unerſåtlicher Menſch / cujus cupiditas inſatiabilis, impiè & ſuperbè exiens de viis Domini: qvi damnatur & cauſa cadit. Devt. 21, 1. qvi ſcelus vel adverſus Deum, vel adverſus homines prudens ſciensqve ſuſcepit, & impudenter urget ac perficit; qvi conſultò & deditâ operâ ſceleratus eſt, ſcelus defendit & urget. vid. Ariæ Mont. Comment. in Eſa. 3. p. 95. NB.

§. 1.

PEccatum à peccando deducitur. Qvod hominem pecudi & beſtiæ ſimilem reddit & deteriorem, *Pſal. 32. Eſa. 1. peccare enim eſt pecudis inſtar contra jus & legem ἀλόγως agere. Confer ἄλογα ζῶα 2. Pet. 2. verſ. 12. & Chryſoſtomi monita ſuprà artic. 27. §. 3.*

§. 2. Peccatum *accipitur diverſo modo. Vocatur enim 1. peccatum perſonale & naturale ex ſeq. art. 32. & 33. 2. peccatum conſideratur vel abſtractivè & formaliter, ſic notat ipſam ἀνομίαν: vel concretivè & materialiter; ſic connotat ſubjectum, cui ἀνομία vel habitualis, vel actualis, cum horrendâ totius ſubjecti corruptione inhæret, artic. 33. §. 8. 3. Peccatum h. l. non conſideratur Ethicè, ita, ut notet ſolùm externas actiones; ſed Theologicè, ut includat etiam omnes motus & cogitationes. 4. Peccatum dicitur 1. naturale, (monſtrum) 2. artificiale, artificis erratum. 3. Morale, vitium. Qvorum primum privat ſubjectum perfectione naturali, ſecundum verò artificiali, & tertium morali, ſive rectitudine debitâ. Hoc autem loco non qværitur de aberratione phyſica naturæ monſtroſâ; vel artificis, qvæ vocatur technica; ſed de peccatoris*

toris à lege divinâ deviatione. *Confer Gonet. Tomo 3. Diſp. 3. de peccato p. 372.* 5. Malum *vocatur peccatum, ſcilicet culpa, cujus eventus eſt malum pœnæ, de qvo art. 36.*

§. 3. Synonyma peccati ſunt I. Hebraica (1.) עון *perverſitas Geneſ. 4, 13. & (2.)* חטא *aberratio à ſcopo,* das Fehlen/ *Judic. 20, 16. ſive averſio à normâ divinæ voluntatis & lineâ rectâ,* ישר. *Includitur ergò & cogitatio, & deliberata ab honeſto declinatio, & rectitudinis ac virtutis neglectus & contemtus, ex intimâ corruptione ortus. Conf. Ariæ-Montanum in Eſa. c. 42. p. 949. &* (3.) פשע abfallen/ *Eſa. 1, 2. rebellio, & crimen læſæ majeſtatis divinæ. Confer 2. Reg. 3, 7. c. 8, 22. NB. infra §. 7. qvam vocem explicat Theologia Exegetica lib. 2. c. 5. Tit. 1. Unde & domicilium peccatoris, tam particulare, corpus, qvàm univerſale, totus mundus deſtruitur. vid. artic. 136. §. 1. NB.*

II. Græca. *Nam peccatum dicitur* ἁμαρτία, *qvæ non aſſeqvitur ſopum,* μάρπω; *& onus* ὄγκος *Hebr. 12, 1. moles, qvæ inſtar tumoris eminet, ab* ἄνω κεῖσθαι; *&* παράπτωμα *Rom. 5.* ein Fehler / *Galat. 6, 1. Matt. 6, 14. à* παραπίπτω *prolabor,* πίπτω, *cado. vide infrà §. 4. & peccator* ἀσεβὴς *impius, eſt* רשע, *de qvo ſuprà dictum eſt.*

III. Latina. *Vocatur enim morbus, lepra, ſtultitia, Pſal. 14.*

IV. Germanica. Sünde / verwegene Boßheit. *vid. Manuale artic. 31.*

§. 4. Definitionem peccati accuratiſſimam monſtrat Apoſtolus *1. Johan. 3, 4. Peccatum eſt illegalitas & à Lege deliqvium,* ἡ ἁμαρτία ἐστὶν ἡ ἀνομία *aut privatio rectitudinis legalis adeſſe debitæ, ſive omne illud cogitatum, dictum, aut factum, qvod à legis divinæ regula & canone perfectiſſimo aberrat qvocunqve modo, uti patet ex ſeqvente §. 7. NB. & ex articulo 72. NB. Confer B. W. Lyſeri Theſes Wendelino oppoſitas, ubi oſtendit, definitionem Johanneam omninò perfectam eſſe, ideo, qvia reciproca eſt, 1. Johan. 5, 17. & qvia demonſtrat* I. peccati materiale, *qvicqvid*

Digitized by Google

νόμῳ & legi, ſive naturæ, ſive ſcripturæ, ut unico ſymbolo normæ, qvæ voluntas divina, conforme eſſe debet, videlicet actus, habitus, acqviſitus & innatus, ipſaq́; natura perverſa, ejusq́; inclinatio. II. peccati formale abſolutum, *qvod per particulam alpha inſinuatur, qvæ habet naturam tum στερητικὴν, diſconvenientiam & defectum monſtrando, tam normæ, in ἐθελοθρησκείαις, qvàm normati, in privatione congruentiæ ineſſe debitæ: tum ὑποστατικὴν, poſitivè habitualem inclinationem ad malum & contravenientiam, & affectum, ſeu acceſſum legi contrarium indicando.* III. peccati formale relativum, *qvod eſt offenſa in Deo, ob juſtæ voluntatis ejus in lege, voluntatis ſymbolo, revelatæ læſionem, & reatus in homine, ex obligatione ad legem, vel per obedientiam, vel per pœnam.*

§. 5. Efficiens peccati, ſeu potius deficiens *ſunt Angeli & homines, à DEO & lege ejus deficientes. NB. infrà §. 7.*

Obſerv. 1. Deo nulla peccati culpa adſcribi poteſt, qvi nec peccatum, nec peccatorem, qvatenus talis eſt, produxit, ſed potius, tam Angelos qvàm homines ab initio rectos condidit. Vid. ſup. Artic. 18. Hoſe.XIII, 19. Pſal. V, 5. & peccatores tolerando longanimitate ſuâ ad pœnitentiam invitat, Rom. 2. Confer ſup. artic. 10. de Attributis, Tit. 36. Inprimis verò de juſtitia Dei, Tit. 35. §. 1. NB. & de ſanctitate Titul. 18. §. 3. NB.

Obſerv. 2. Omnis peccati origo eſt ab ipſa creatura rationali, qvæ libertate arbitrii ſui abuſa, ſe ipſam perdidit, dum & Satan liberè peccavit. artic. 21. & homo Diabolo apoſtatæ ſeducenti liberè conſentit. vid. ſeq. Art. 32. Unde & omnis anomia in agente rationali liberæ voluntati ipſius creaturæ, in agendo ſponte deficienti unicè tribuitur. vid. Hoſe. 13. 9. Pſal. 5, 5. & Matt. 23, 37.

Obſerv. 3. Peccatum diverſo reſpectu refertur ad Diabolum, Adamum & unumqvemqve: Ad Diabolum reſpectu primę defectionis, ſeductionis, imitationis, & ſuggeſtionis; ad Adamum reſpectu propagationis; ad homines reſpectu liberæ voluntatis.

Obſerv. 4. Peccata reſpiciunt vel Diabolum, tanqvam cauſam im-

impellentem; vel hominem, tanqvam cauſam propinqvam, vel Deum, tanqvam juſtum judicem, qvi peccata non facit, ſed punit. vid. artic. 36. NB.

Obſerv. 5. Interna peccati cauſa propinqva eſt voluntas hominis præſtigiis Diaboli faſcinata, liberè à lege divina, ejusqve obedientia ſe avertens. Unde intellectus tam in apprehendendo, qvam in judicando errat, voluntas in objectum vetitum ſe liberrimè procipit, & affectus utrumqve principium ſuperius in conſenſum rapiunt. Conf. Rom. VII, 7.

Obſerv. 6. Deus non eſt cauſa peccati per accidens. vid. Diſput. D. Jacobi Martini. NB. & D. Carpzov. Iſag. in lib. Symbol. de cauſa peccati p. 503. Nec obſtat illud: Qvicunqve removet obſtaculum, qvo remoto ſeqvitur effectus, is illius effectus eſt cauſa indirectè & per accidens. Sed Deus removet gratiæ obſtaculum. Ergo &c. Qvia ut id, qvod ſeqvitur ad defectum, alteri imputetur, & ille ſit cauſa indirectè & per accidens, tria reqviruntur. Scilicet 1. qvod poſſit, 2. qvod debeat agere, 3. qvod non agat. Talis verò obligatio Deo non competit. vid. Gonet. T. 3. Diſput. 6. de cauſis peccatorum artic. 3. §. 1. num. 38. pag. 419.

Poriſma. *Ergò Deus etiam non poteſt dici cauſa peccati deficiens.* Qvi enim defectum efficit, vel procurat, ille non eſt cauſa deficiens, ſed efficiens. Sic, qvi exoculat alium, is non eſt ſolùm cauſa deficiens viſionis, ſed etiam cœcitatis cauſa efficiens. Qvamobrem Deus non eſt cauſa peccati ullo modo, qvia gratiam ſuam nulli detrahit, qvoad voluntatem antecedentem; ſed ſolùm voluntate conſeqvente judiciariâ punit illos, qvi pertinaciâ ſuâ in peccatis gratiam oblatam repudiant.

Canon 1. Deus neminem deſerit & indurat, niſi illum, qvi prius deſerit Deum, ſeq; ipſum indurat, hoc eſt, qvi duritiem cordis & obſtinationem in peccatis amat. Confer artic. 26. §. 6. Vid. 2. Chron. 15, 2. Si vos dereliqveritis Deum, etiam ipſe vos derelinqvet עזב ἐγκαταλείψει, werdet ihr Jhn verlaſſen / ſo wird Er euch auch verlaſſen. Et 2. Tim. 2, 12. Si abnegabimus, & ille negabit nos. Verläugnen wir / ſo wird Er uns auch verläugnen.

Canon 2. DEUS neqve efficiens, neqve movens cauſa mali vocari poteſt.

Digitized by Google

Ratio eſt, qvia cauſalitas cauſæ efficientis in actione conſiſtit, adeoqve vera & realis cauſa agens ſive efficiens eſt cauſa, qvæ vera & reali actione cauſat & effectum producit. Et cauſalitas cauſæ moventis veræ & realis eſt cauſæ efficientis actio vera & realis, ad qvam eliciendam ejus voluntatem cauſa impulſiva movet.

§. 6. Materia in qva, ſeu ſubjectum peccati non eſt beſtia, ſed creatura rationalis.

Nota 1. *Subjectum qvod*, ſive prædicationis, eſt creatura intellectualis, Diabolus, & homo omnis, ſecundum communem naturæ legem propagatus & natus; *Subjectum qvo*, ſive inhæſionis, eſt intellectus, voluntas & appetitus, tam immediatè, qvàm mediantibus externis corporis ſenſibus & membris, velut per animæ organa variis modis delinqvens: cum Domino in non renatis, cum lucta verò in renatis. Rom. 7. vid. art. *98.* & *99.*

2. *Objectum* eſt lex Dei tam mentibus inſcripta, Rom. 2, 14. qvàm enunciatione & ſcriptione homini communicata & promulgata Exod. 20, 1. c. 32, 16. tam generalis, qvàm ſpecialis.

Obſervatio: Nemo hominum etiam ſanctiſſimorum eſt ἀναμάρτητος. vid. art. 33. excepto ſolo Chriſto, Hebr. 7. qvi eſt ſanctitas ſanctitatum, Dan. 9, 24.

Poriſma 1. Ergo etiam beata virgo Maria peccato obnoxia fuit. vid. infr. artic. 44. & artic. 117.

Poriſma 2. Ergo datur etiam peccatum in infantibus, contra Pelagianos. vid. artic. 33.

§. 7. Forma peccati eſt ἀνομία ſeu illegalitas, diſconvenientia & contravenientia legis. *Sublatâ enim* ἀνομία *mera reſtat* ἀνομία, ἀσυμμετρία *&* ἀταξία, *perverſio, inverſio, everſio.* Unrecht/Wider-Recht/Straf-Recht/*ut peccatum ſit monſtroſitas, & peccator fiat Monſtrum horrendum, informe, ingens, cui lumen ademtum, juxta infallibilem peccati definitionem Apoſtolicam. 1. Johan. 3, 4.* ἡ ἁμαρτία ἐστὶν ἡ ἀνομία, *de qva ſup. §. 4. vid. infr. artic. 33. Qvæ, uti reciproca, ita & accuratiſſima eſt, & univerſum peccati ambitum mirâ brevitate complectitur; ſimulq; arborem*

rem

rem cum ramis atqve fructibus includit, uti patet ex antecedentibus: πᾶς ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν, καὶ τὴν ἀνομίαν ποιεῖ. *Ubi ex habitu actum deducit, ſimulqve factum & facti vitium diſtingvit, & vitioſæ actionis fructum, ſcil. reatum, oſtendit. Qvia faciens peccatum eſt ſervus peccati Johan. 8, 34. cujus finis eſt mors, Rom. 6, 21. 23. vid. infr. art. 36. & ſeq. obſerv. 8. NB. & ſup. art. 30.*

Canon: Qvicqvid lex redarguit, illud peccatum eſt, ſive ſit motus primus, ſive ſecundus, ſive cogitatio, ſive actio, ſive interna, ſive externa, ſive occulta, ſive manifeſta, ſive nota, ſive ignota, vid. Pſal. 90, 8. & Pſal. 19.

Obſerv. 1. In omni peccato duo conſiderantur, (1.) culpa, qvæ aliàs vocatur formale abſolutum, & (2.) reatus ſeu pœna, ſive vitium & ſupplicium, ut Auguſtinus nominat. Unde & reatus & ad pœnam obligatio formale peccati relatè conſiderati appellatur.

Obſerv. 2. Reatus tranſit, materiale autem peccati ſemper manet.

Obſerv. 3. *Norma* adæqvata cognoſcendi peccatum non eſt ratio aut bona intentio, ſed revelatio & legis ἀκρίβεια. Non enim qværitur h. l. de normâ actionum naturalium phyſicâ, nec artificialium technicâ, ſed moralium, earumqve bonitate non ſolùm Ethicâ, ex lumine naturæ concreato Rom. 2, 14. NB. infra obſerv. 8. ſed Theologicâ ex lumine Scripturæ revelato. Per legem enim eſt cognitio peccati Rom. 3, 20. Confer de actionum humanarum diſtinctione ſupra artic. 22. §. 11. NB.

Obſerv. 4. Omnia peccata in ſe conſiderata ſunt ἀνομία, qvæ tamen gradus peccatorum non excludit, ut aliud alio ſit gravius Johan. XIX, 11. Luc. XII, 47.

Canon: *Omne peccatum adverſatur DEO*, tanqvam crimen & læſio divinæ majeſtatis. vid. Eſa. 1. פשע ex præced. §. 1. & infrà Obſerv. 8. Unde David ait: Tibi, Tibi ſoli peccavi Pſal. 51, 6. qvi ſolus ſcrutatur corda Pſal. 7. & rectiſſimam vitæ, morum, & conſiliorum viam perpetuò inſpicit, & probat, qvicqvid à vero & recto deflectit. vid. 2. Sam. 12, 9. 10. peccavi Domino ingratus erga Creatorem, Redemtorem & Sanctificatorem, adeoqve Summum Benefactorem. Conf. Prov. 17, 13. qvi ſolus etiam ipſum Regem ſummum punire, & ſolus tam maximo,

qvàm

qvam minimo debitum remittere poteſt Matt. 18. qvod vel Deum, vel proximum reſpicit, & etiam ex ſecunda tabula in DEUM ipſum redundat, legislatorem ſummum Ex. 20. atqve Judicem totius orbis Geneſ. 18.

Obſerv. 5. Peccata ſunt non modò actiones externæ, ſed & affectus interiores cordis. Unde etiam minimæ ſuggeſtiones pravæ contra legem peccata ſunt. Et qvamvis cogitationis pœnam nemo luat in foro ſoli, tamen hoc falſum eſt in foro Poli, ubi etiam cogitationes accuſantur.

Obſerv. 6. Peccatum eſt etiam in illis, ubi voluntatis aſſenſus nunqvam accedit, aut προαίρεσις Rom. VII, 19. Imò etiam illud, qvod vitari non poteſt, vitari autem debet, peccatum eſt, qvia ἀνομία eſt. Unde & ignorans peccat Pſal. 19, 13. & pœnam peccati non agniti incurrit, Pſal. 90. vid. infra art. 72. NB.

Obſerv. 7. Qvod contra rectam rationem eſt, in ſe & naturâ ſuâ vitioſum eſt. Ratio, qvia recta ratio eſt veſtigium primævæ rectitudinis, & qvaſi igniculus ſive ſcintilla imaginis divinæ cum lege Dei conſentiens, & qvoad externum actum nihil contra eam faciens, vid. Rom. 2, 14. 15. & infr. art. 71.

Obſerv. 8. *Ratio peccati* non dependet à potentia vel impotentia; nec à notitiâ vel ignorantiâ; nec à conſenſu vel diſſenſu hominis, ſed à norma legis, cujus transgreſſio eſt peccatum propriè dictum. Confer Johann. Bapt. Gonet Tom. 3. diſp. 1. de naturâ peccati art. 5. num. 70. p. 367. ubi ait: *peccatum formaliter, qvatenus tale, eſt contra legem æternam.* Ergò ex propriâ ſuâ ratione habet, qvod ſit injuria ſeu offenſa Dei. & Diſp. 1. de moralitate art. 1. §. 7. p. 209. dicit: Moralitas actuum humanorum ſita eſt in relatione actus liberi ad regulam ſuam. & addit art. 2. §. 1. p. 213: *Regula eſt 1. remota* & extrinſeca, in mente divinâ exiſtens, ſcilicet Lex æterna. 2. *alia proxima* & intrinſeca, ac in homine reſidens, nempe dictamen noſtræ rationis, ſecundum qvod prædictam legem participat, & ei ſubordinatur. Et Diſp. 2. art. 1. §. 1. p. 214: *Bonitas moralis* formaliter conſiſtit in reſpectu tranſcendentali ad objectum, ut conſonum regulis morum. NB. Qvod verò ratio corrupta ignorat eſſe peccatum, illud renatus ex Lege revelatâ plenius agnoſcit. Rom. 7. vid. de Concupiſcentiâ art. 33. §. 8. NB. & ſup. præced. obſ. 3.

Conſ.

Digitized by Google

Conf. ibid. diſp. 3. p. 378. ubi citat verba Cajetani: Cave ne erres in principio, putans vitium & peccatum habere tantùm rationem mali, ratione privationis: oportet namqve dicere, qvod peccatum eſt actus malus dupliciter, ſcilicet contrariè, & privativè. Prima eſt res poſitiva, ſecunda eſt privatio. Nam Intemperantia eſt actus malus contrariè, pro qvanto eſt actus habens contrarium objectum formali objecto Temperantiæ.

§. 8. Finis ſeu Eventus peccati, ejusqve conſeqvens eſt mors & miſeria ſive reatus tam culpæ, qvàm pœnæ temporalis & æternæ, qvæ ex offensâ Dei juſtitiâ reſultat, & infallibilis peccati effectus eſt. *vid. infr. Artic. XXXVI. & Devt. 27, 26. & c. 28. Galat. III, 10. Qvamvis Diaboli finis ſit creatoris per creaturam offenſio, & regni infernalis augmentum. Peccatoris verò finis ſit conſecutio alicujus boni imaginarii.*

Obſerv. 1. Peccati maxima vis eſt, qvia præſentiſſimi veneni inſtar hominem mortificat, non tantum vitam æternam prodigendo, ſed etiam animum ab honeſtis ſtudiis avocando, & ineptum ad vitam benè beateq; tranſigendam reddendo.

Obſerv. 2. Peccatum gignit mortem, gratia Dei privat, à Deo ſeparat Eſa. 59, 2. mortem animæ infert, majeſtatem legislatoris lædit. Eſa. 1. adeoqve ex ſe & ſuâ naturâ veniale nullum eſt, ſed mortale, morte externa, interna & æterna, ſive privatione vitæ naturæ, gratiæ & gloriæ dignum, cum perpetua maledictione. vid. Devt. 27, 26. Matt. 5, 19. Jacob. 2, 10. & inf. Artic. XXXVI.

Obſerv. 3. Peccata proſunt fidelibus non ratione effectus per ſe, ſed ratione finis & eventus, dum eos ad agnitionem ſui deducunt, humiliores & cautiores reddunt, ardentiores ad preces, & diligentiores in officio & conſideratione divinæ miſericordiæ.

§. 9. Dividitur peccatum *in primum & à primo ortum. Primum eſt vel abſolutè tale, videlicet apoſtaſia qvorundam Angelorum: vel primum ſecundum qvid, reſpectu hominum; ortum verò eſt vel Originale vel Actuale. vid. Articul. 32. ſeq. & vel mortale, vel veniale &c. vid. articul. 34. Huc ſpectat diſtinctio Scholaſti-*

Digitized by Google

laſticorum in peccatum originis originans Adami, & originatum à primo ortum in Adami poſteris.

§. 10. Remedium peccato oppoſitum patet ex reſtauratione, *infr. Artic. XXXVII. vid. 2. Cor. 5, 21. Conf. de peccati deſtructione, ratione reatus, dominii, ſenſus & radicis infra Art. 135.*

§. 11. Reliqva huc facientia, *unà cum uſu, & autorum catalogo, offert Manuale Theol. Germ. art. 31. & Theol. Bald. in 4.*

ARTICULUS XXXII.

De Peccato primi Hominis.

Per unum hominem peccatum in mundum intravit, Rom. V, 12. cujus Hiſtoriam oſtendit Moſes Gen. 3.

§. 1.

PEccatum primi hominis *vocatur* παράπτωμα *Rom. 5, 15. & primum ratione temporis & originis.*

Nota 1. Peccator primus πρῶτος & primarius ſive præcipuus, & primus, qvi ex atrociſſimorum perſecutorum numero ad Chriſtum converſus eſt, etiam Paulus vocatur 1. Tim. 1, 15. ratione illius ordinis, qvem humillimè agnoſcit, dum peccati enormitatem & miſericordiæ magnitudinem, accuratâ collatione inſtitutâ, inter ſe confert.

Nota 2. Primum peccatum dicitur etiam lapſus Adami, prima ſeductio, ἁμαρτία, παράβασις, παρακοὴ Rom. V, 12.

§. 2. Peccatum ſive prævaricatio primi hominis ſive protoplaſtorum eſt inobedientia Adami & Evæ, *qvi legem Dei de non comedendo fructu arboris ſcientiæ, impulſu Satanæ ſeducti, voluntariè transgreſſi ſunt, ita, ut concurrat culpa actualis, reatus legalis & pravitas naturalis, qvorum omnes poſteri ſunt rei facti, participatione culpæ, imputatione reatus & propagatione naturæ ex Rom. cap. V. dum profundiſſimam totius naturæ corruptionem, & mortem temporalem atqve æternam ſibi & poſteris*

ris omnibus juxta naturæ ſeriem ex ſe propagandis, primus peccator attraxit.

§. 3. Efficiens hujus primi peccati cauſa externa impulſiva eſt Diabolus, ejusqve organum Serpens; interna verò ſeu potiùs deficiens cauſa eſt intellectus aberrans, & per ſeductionem libera primi hominis voluntas à lege Dei ſeſe avertens, atqve in objectum illicitum deflectens. *Unde non ex interno aliqvo defectu, ſed ob externam ſeductionem per accidens aberrando deceptus eſt homo primus.*

Obſerv. 1. Deus non eſt cauſa removens, prohibens in lapſu hominis, neqve à Deo ulla eſt vel moralis vel phyſica determinatio voluntatis Adami peccantis, aut influxus in malum. vid. Gen. 2,17. c.3,1. 14. Conf. Dannhauer. Tom. 1. Hodomor. Calvin. p. 992. & D. Calovium de causâ per accidens, & ſupra art. 31. §. 7. NB. nec non de providentia Dei circa mala, artic. 26. *Nec obſtat Dei permiſſio*, qvi bonum ex hoc lapſu elicere voluit; Qvia permiſſio non eſt actio ipſa permiſſa: & Dei potius agnoſcenda eſt bonitas, qvæ imaginariam ſtatus meliorationem & evectionem ad ſtatum Deo conformem affectatam in Chriſto nobis ratam effecit.

Obſerv. 2. Diabolus ſeduxit hominem ex vindictâ adverſus creatorem peccati vindicem, invidens ei hunc honorem, qvòd inter creaturas rationales is, qvoad eſſentiam angelis ignobilior, reſiduus eſſet, qvi felicitatis æternæ ſolus maneret particeps.

Obſerv. 3. Satan in formâ ſerpentis hominem ſeduxit, Gen. 3. agens neqve per impulſionem internam, neqve per violentiam extrinſecam, ſed per ſvaſionem moralem externam, qvæ amabile objectum oculis oſtendit, & ſvadendo venenum intellectui & voluntati inſtillavit.

Obſerv. 4. Serpens ille verus erat verè, ſed non merè phyſicus & naturalis, ſed à Diabolo obſeſſus, & velut organon ſeductionis adhibitus. vid. Comm. Gerhardi in Gen. & D. Calovii Annot. Bibl. V.T.

Obſerv. 5. Diabolus non vi ad peccandum hominem traxit, ſed πανουργίᾳ ſua decepit: atqve, anteqvam deceptionis periculum animadverteret, peſſimè ſeduxit.

Obſerv. 6. Homo peccatum ſuum non ita in Diabolum rejicere poteſt, ac ſi ipſe planè extra omnem culpam eſſet, cum ſeductori ſuo reſiſtere, & majorem benefico creatori, qvàm ſuperbæ creaturæ fidem habere debuiſſet. Non enim ex Dei intentione, neq; ex connato defectu aut impotentiâ, vel irreſiſtibiliter, ſed ſponte, ad Diaboli ſvaſum, voluntatem ſuam ad objectum vetitum determinavit, potentiam ad faciendum applicavit, qvo ipſo imaginem divinam, poſt intellectus à verbo mandati aberrationem amiſit, & habitum malitiæ contraxit.

Obſerv. 7. Origo omnis mali tribuitur mulieri 1. Tim. 2, 14. ratione ordinis; Adamo verò ratione propagationis. Rom. 5, 12. 19.

§. 4. Subjectum primi peccati, qvod peccavit, ſunt Protoplaſti; ſubjectum verò, qvo peccârunt, ſunt eorum cogitationes, volitiones & actiones, ſive principium dirigens intellectus, imperans voluntas, & exeqvens poteſtas.

§. 5. Forma lapſus primi fuit deflexio à lege & interdicto ſpeciali, & ſimul aberratio & receſſus à voluntate Dei revelatâ univerſali conſeqventer, cujus veritatem in dubium vocavit incredulitas. *Unde haud immeritò primum peccatum infidelitas & inobedientia appellatur, qvia homo fidem verbis Domini non habuit, & contra præceptum Domini manum ſuam ad arborem probibitam extendit, dum ad mendacium per incredulitatem ſe convertit 2. Cor. IX, 3. NB. infra §. 7. obſerv. 7.*

Obſerv. 1. Primum primi hominis peccatum fuit inobedientia Rom. V. ſcilicet non formaliter & ſpecialiter, ſed materialiter & genericè. *Nam primus peccati gradus fuit infidelitas ſive incredulitas, qvæ includit* 1. vitium intellectus à vero aberrantis, & mendacia ſerpentis approbantis, 2. voluntatis, ad objectum vetitum liberè ſe determinantis, 3. poteſtatis ad faciendum ſe applicantis. Unde externus actus objectum vetitum cum concupiſcentia inordinatâ 1. aſpicientis, 2. decerpentis, 3. guſtantis ſeqvitur.

Obſerv. 2. Alia itaqve, qvæ ſimul in hoc peccato concurrebant, neqvaqvam excluduntur, imprimis verò ſuperbia. Unde & primum peccatum dicitur fuiſſe ſuperbia, ſcil. qvoad Adami affectum, non verò qvoad offenſam & damnum.

§. 6. Ad

§. 6. Ad Formam lapſus primi rectiùs cognoſcendam obſervandi ſunt ejus diſtincti gradus. *Qvorum* 1. *eſt* incredulitas. 2. affectatio *conformitatis cum* DEO, *& rapina divinæ majeſtatis attentata. Confer Philip. 2. verſ. 6. & infra artic. 59.* 3. propoſitum *transgrediendi interdictum, ob illius vilipendium, ex incredulitate natum.* 4. complementum *peccati interni per actum externum complicatum, ad qvem principium dirigens, imperans & exeqvens, intellectus, voluntas & poteſtas, imò totus homo, ejusq; anima & corpus NB. infra §. 8. atqve in eo* 1. auris *ſeductorem audiens,* 2. cor *de veritate interdicti dubitans,* 3. oculus *objectum prohibitum cum deſiderio illicito aſpiciens,* 4. pes, *corpus ad arborem vetitam deferens,* 5. brachium *manum extendens,* 6. manus *fructum decerpens,* 7. lingva *& palatum deguſtans concurrit, ita, ut hâc unicâ comeſtione per Adamum continuatâ venenum peſtiferum & mortiferum univerſam hominis ſubſtantiam infecerit.*

Obſerv. 1. Eva à ſerpente ſeducta Adamum non decepit formaliter, ſed materialiter, dum ei peccandi occaſionem præbuit.

Obſerv. 2. Adam propriè loqvendo non ſeductus, ſed perſvaſus peccavit.

Obſerv. 3. Seductio Evæ originem ſuam habuit extrinſecus à ſerpente, intus verò ab ipſâ hominis voluntate, qvæ plus obedivit Diabolo ſub forma ſerpentis eam ſollicitanti, qvàm Deo factum illud prohibenti.

Obſerv. 4. Seductio ſerpentis reſpicit (1.) Evæ imbecillitatem, (2.) Virium libertatem, (3.) ſerpentis perſvaſionem.

Obſerv. 5. Imbecillitas Evæ ratione non alicujus defectus moralis, ſed ratione gradus ſapientiæ minoris non repugnat ſtatui integritatis. vid. ſup. art. 28.

Obſerv. 6. In ipſo averſionis puncto cùm homo voluntatem ſuam flecteret ad malum, ipſe malus eſſe cœpit, cùm in bono confirmatus fuiſſet, ſi tentationem Satanæ ſuperâſſet. Cujus victoriæ media ex revelatione habebat ſufficientiſſima. vid. ſup. §. 4.

Obſerv. 7. Diabolus (1.) calumniâ ſuâ verbum Dei reddidit Evæ 1. incertum & dubium. 2. ſuſpectum. 3. contemtum. 4. ſine periculo violabile. 5. cum emolumento poſtponibile; qvod vilipendium erat primus dubitationis & incredulitatis gradus. Remotâ enim revelationis divinæ veritate tollitur fides revelationi debita. Unde (2.) è contemtu verbi ortus eſt illicitus arboris vetitæ aſpectus. Qvi manente fide, qvæ revelationi divinæ debetur, erat ſimpliciter impoſſibilis. Unde porrò (3.) ex aſpectu iſto perſtringebatur intellectus, qvi fructum arboris bonum judicabat, de pœna comedenti antea dictata Gen. 2. vel parum, vel nihil cogitans. Qvod itidem impoſſibile fuiſſet, niſi comminationis ſeveriſſimæ neglectus per dubitationem incredulitati viam parantem intellectum à vero avertiſſet. Qvo facto (4.) ex corrupto intellectu orta eſt voluntatis corruptio, & boni apparentis & amabilis electio. Unde & (5) dominium appetitus, & (6.) imperium voluntatis & (7.) executio poteſtatis, per manus extenſionem ſecuta, & ſic violatum fuit præceptum Domini ſanctiſſimum, qvaſi nunqvam fuiſſet revelatum. vide ſup. §. 6. NB.

§. 7. Adjunctum ſive proprietas primi hujus peccati eſt gravitas incomparabilis.

Ratio eſt, qvia hic actus complicatus vid. §. 7. involvit 1. incredulitatem. 2. blaſphemiam ſummi Legislatoris, cujus autoritas vilipenditur 3. inobedientiam & cultus divini violationem. 4. rebellionem contra ſummum Imperatorem & Dominum. 5. homicidium catholicum. 6. læſionem conjugis. 7. furtum. 8. mendacium. 9. concupiſcentiam boni alieni. 10. delectationem ex alieno bono concupito.

Poriſma 1. Neqvaqvam itaqve h. l. ſolùm pomi comeſtio, ſed univerſæ legis violatio & ſpontanea interdicti ſeveriſſimi transgreſſio attendenda eſt, qvæ totam naturam vitiavit & ſimul univerſo generi humano mortem atqve æternam damnationem attulit. Neqve enim ſolus Adamus, ſed in ipſo tanqvam radice totius generis humani ſimul omnes & ſinguli peccarunt poſteri Rom. V, 16. vid. h. l. §. 9.

Poriſma 2. Qvantum decedit lapſui Adamitico extenuato, tantum etiam decedit Chriſti merito, qvod huic malo oppoſitum eſt antidotum.

§. 8. Con-

Digitized by Google

§. 8. Conſeqvens & effectus primi peccati eſt amiſſio imaginis divinæ & ſubſecuta corruptio ac reatus. *vid. Artic. 29. & 36. Conf. Geneſ. 3, 14. & pœna variæ, atqve mors Geneſ. 2. ſive privatio vitæ naturæ, gratiæ & gloriæ. infrà Artic. 36. 132. & 141.*

Nota: Judæorum qverela, de ſtupore dentium ex guſtu omphacis alieno, repetita Jerem. 31, 29. & Ezech. 18, 2. refutatur ab ipſo judice juſtiſſimo verſ. 4. qvando ait: *anima, qvæ peccaverit, ipſa morietur.* qvæ regula ibidem applicatur ad peccata actualia verſ. 5. dum pœna poſteris non peccantibus aut parentum peccata non continuantibus ſimpliciter denegatur: nec violatur per imputationem primi peccati protoplaſtorum.

Ratio eſt, qvia attenditur hoc loco identitas ſpecifica intellectus, voluntatis & appetitus humani, ita ut, ſicut toti ſpeciei lex lata eſt, ſic tota ſpecies, omniaqve individua legem partim actu proprio in tempore exiſtente violarunt, ut protoplaſti; partim verò reſpectu divinæ omniſcientiæ, cui omnia ſunt præſentia; qvæ proinde certiſſimè novit, qvod ſingula individua & poſteri illorum, actu proprio eandem legem, eodem modo violaturi fuiſſent, ſi in tali ſtatu fuiſſent conſtituti. Unde etiam omnibus ac ſingulis totius ſpeciei reatus imputatus, & tam parentibus, qvàm poſteris ſententia mortis juſtiſſima à ſupremo judice denunciata fuit. vid. Comm. Balduini & Welleri in c. 5. Rom. & 1. Cor. 15, 48. *Qvalis terrenus ille Adamus, tales & hi, qvi terreni ſunt Adami poſteri.* Omnis homo mendax Pſal. 116, 11. *Omnes peccaverunt.* Rom. cap. 5, 12. c. 3, 23. 9. 12.

§. 9. Commentarium & *uſum hujus articuli oſtendit Manuale artic. 32. nec non Lutherus, Geſnerus, Gerhardus & D. Calovius in c. 3. Geneſeos.*

ARTICULUS XXXIII.

De Peccato Originis.

Qvod

Qvod natum ex carne, caro eſt. (à pueritiâ, omni tempore NB. Gen. c.6. & c.8. infr. §. 8. & §.6.) Johan. 3, 6. σάρξ, à σύρω, cui pellis detrahitur. Unde Sarcaſmus, riſus amarulentus inf. §. 6. vid. Pſalm. 51, 7. in peccatis conceptus & natus ſum; & Rom. 5, 12. omnes peccaverunt. vid. ſuprà artic. 32. §. 9.

§. 1.

PEccatum originis dicitur ab origine, *non creationis, ſed corruptionis. Nam peccatum primi hominis primum facit, ut oriatur peccatum originis & connatæ corruptionis ex primo ortum.*

Nota: Peccatum originis aliàs dicitur peccatum, in qvo concipimur Pſal. 51. Peccatum occultum Pſal. 90. Erbſchade/ Erbgifft. Malum hæreditarium, Formul. Concord. artic. 1. Inhabitans & adjacens Rom. 7. item cæcitas in mente & repugnantia in voluntate. Præputium carnis Coloſſ. 2. Et homines peccato hoc infecti dicuntur filii iræ naturâ, peccatores nati, Dei hoſtes, Eph. 2. tenebræ Johan. 1. inſipientes Pſal. 14. à Deo alienati Eph. 4. qvorum cor pravum Jer. XVII. ita ut omne figmentum peccatoris ſit malum Gen. VI. vid. Art. 30.

§. 2. Peccatum Originis eſt *ἀνομία artic. 31.* §. 7. rationi ſine revelatione prorſus inexplicabilis. *NB.* §. *8.*

Poriſma. Ergò *profunditatem* peccati originalis & abyſſum connatæ miſeriæ ſolus privationis terminus neqvaqvam exhaurit.

Qvia I. *eſt intima & habitualis totius naturæ juſtitiâ originali per lapſum Adami privatæ corruptio,* in omnes naturaliter deſcendentes per carnalem generationem propagata, qvos ſimul ad malum pronos, & reos facit iræ Dei & æternæ damnationis. Pronitas verò habitualis non eſt nuda rectitudinis privatio.

II. Qvia horrenda hæc corruptio ſimul eſt *pravus habitus* omnibus Adami poſteris ordinariè propagatis modo inexplicabili congenitus, *ad univerſa peccata actualia faciens promtiſſimos*; & qvidem ab ipſa pueritiâ. NB. infra §.8. ex Gen. 6. & c.8.

III. *Qvia eſt habitus talis, qvi ſimul privat & inficit.* vid. infra §.6. & 8. NB. Nam 1. peccatorem omni gratiâ divinâ privat. 2. hominis intel-

intellectum, voluntatem & appetitum *inſtar veneni* inficit, ut à vero aberret, bonum fugiat, malum appetat,& cum gaudio perficiat. Nam venenum,qvod citò per venas meat, citò viventis complexionem corrumpit, & calidum nativum extingvit, ut peſtis. NB. §. 8.

IV. *Qvia cum anima etiam ipſum corpus corrumpit*, unde totus homo ob originale peccatum maledictus Dei iram & æternam damnationem, cum omnibus animæ,corporis, & fortunæ adverſitatibus meretur. vid. art. 36. & inſtar leproſi fit abominabilis atqve monſtroſus. vid. infra §. 9. & libro 3. Repertorium Medicinæ, ejusqve uſum NB. Ex qvibus omnibus perſpicuum eſt, qvod peccatum originis neqvaqvam ſit privatio ſimplex, qvæ naturam & naturalia hominis reliqverit integra, ſed talis privatio, qvæ ſimul eſt totius naturæ & univerſæ ejus harmoniæ deſtructio atqve intima & ineffabilis corruptio. Eine tieffe Verderbung der Natur / uti loqvitur Formula Concordiæ. vide infra §. 8. NB.

§. 3. Efficiens peccati originis in qvovis homine ſunt ejus parentes, *remota primi, proxima verò proximi per propagationem carnalem. vid. Pſal. 51, 7. Johan. 3, 5. 6. Job. 14. verſ. 4. ſicut leproſus leproſum, ſcabioſus ſcabioſum, & epilepticus generat epilepticum, & vipera venenata viperam. vid. infra §. 8. & de Veneno peccati originalis Lutherum in Geneſ. 3. & Formul. Concord. artic. 1.*

Obſerv. 1. Peccatum non eſt ex Dei creatione, ſed à parentum generatione, qvia filii iræ nati ſumus, non conditi Eph. 2, 3.

Obſerv. 2. Homines poſt lapſum τῇ φύσει à nativitate,ab utero ſunt iræ pœnæqve divinæ obnoxii, propter peccata,in qvibus naſcuntur Eph. 2. non verò demum ob delicta actualia.

Obſerv. 3. Peccatum Originis in Adamo fuit actuale, præcepti de arbore prohibita transgreſſio; in nobis verò dicitur peccatum originale, qvia per generationem naturalem nobis commune fit, & cum naturæ noſtræ origine incipit. Conf. ſup art. 22.

Obſerv. 4. Peccatum originale in Adamo fuit actuale & perſonale: In nobis etiam naturale dicitur, ſalva tamen diſtinctione inter naturam ipſam,& eandem corrumpens vitium.

Digitized by Google

Obſerv. 5. Peccatum primorum parentum tranſiit ad poſteros non Imitatione, ſed Generatione, qvia peccatum cum natura unà propagatur. vid. Artic. XXII.

Obſerv. 6. Homines non tantùm moribus & aſſvefactione, ſed etiam naturâ ſunt mali, pœnâq; digni, ſecus ac putant Philoſophi, qvi hoc myſterium citra revelationem nemini perſpectum ex ſolâ ratione dijudicare neqveunt. Confer qverelas Pauli Rom. 7. & inf. §. 8.

Obſerv. 7. Fideles & Chriſtiani ex Chriſtianis ac fidelibus non naſcuntur, ſed etiam illi, qvi ex ſancta ſunt proſapia, in peccatis natura mortui ſunt.

Obſerv. 8. *Juſtum Dei judicium eſt*, per qvod propter primi parentis delictum liberi naſcuntur peccatores, ac morte puniuntur. Ubi reſpicienda eſt 1. Dei præſcientia, 2. univerſi generis humani & ſingulorum Adami poſterorum conformitas & identitas ſpecifica, cum primi parentis intellectu, voluntate & appetitu ex 1. Cor. XV, 48. Rom. V, 14. ita, ut ſi omnes adfuiſſent, eodem modo decepti peccâſſent. Qvâ de re ſupra dictum eſt articulo 32. §. 9. NB. 3. DEI per Chriſtum nos ſanantis benignitas. vid. artic. 37. & Joh. 3.

§. 4. Materia in qva Peccati Originalis, ſeu ſubjectum vel generale eſt, vel ſpeciale.

§. 5. Subjectum generale ſive prædicationis eſt omnis homo ordinario modo propagatus, *Rom. 3. verſ. 23. unde ſolus Chriſtus excipitur. De Maria vid. artic. 44. & peculiaris tractatus Ferdinandi Qvirini de Salazar, & Manuale Germ. artic. 44. §. 2. ubi ex fructibus peccati actualis, v. g. ignorantiæ Luc. 2, 43. præcipitantiæ Job. 2, 4. & morte peccati ſtipendio Rom. 6. rectè colligitur inhærentia peccati originalis. Confer de aſcenſione Mariæ, Zeeman Papiſt. Tom. 2. fol. 624. & de ejus virginitate defenſa Fabulam, qvam Corn. à Lapide ad Eſa. c. 26. p. 247. refert, qvod S. Leocadia ſaxo ſepulcri revoluto ſurrexerit, manu apprehendens Ildefonſum, & dixerit: ô Ildefonſe, per te vivit gloria Dominæ meæ, qvia virginitatem ejus propugnaſti.*

§. 6. Subjectum ſpeciale inhæſionis eſt totus homo cum

Digitized by Google

cum omnibus ſuis viribus; *tam qvoad animam ejusq́; facultates ſuperiores & inferiores, qvàm qvoad corpus, ejusq́; membra, ita ut ne qvidem guttula primi ſangvinis & ſeminis, ex qvo conceptus eſt homo, puritatem primævam habeat. Ideò David, caro ex carne natus Joh. 3, 5. & à pueritiâ perverſus & tantùm malus Gen. 6, & c. 8. NB. infra §. 8. ſe in peccatis calefactum eſſe ſcribit Pſal. 51, 7. NB.* [illegible] *incaluit, ſicut oves concipientes, Gen. 30, 39. ſicut aliqvid ex ſubjectis prunis incaleſcit. Ez. 24, 11. aut ovum, Job. 39, 14. Unde patet, qvod David non accuſet peccatum maternum, ſed in primâ conceptione ſibi ipſi inhærens, & per generationem implantatum.*

Nota 1. *Subjectum qvod peccat, eſt homo, ſed ſubjectum qvo peccat homo, immediatum eſt anima*, ejusqve facultates, intellectus, voluntas & appetitus, ſive principium dirigens, imperans & exeqvens; *mediatum verò corpus* & conſeqventer ejus membra animæ organa, ſervi peccati Rom. 6, 16. c. 3, 13. Unde & Moſes ſedem Peccati Originis ponit in corde Gen. 8. Conf. Prov. 22, 15. Paulus verò ponit in ore, lingva, labiis, gutture, pedibus Rom. 3. in carne, omnibusqve membris Rom. VII. Ita tamen, ut primaria ejus ſedes ſit ſenſus mentis Eph. 4. qvemadmodum anima eſſe dicitur in toto corpore tota, & in qvalibet ejus parte tota, & tamen principem ſuam ſedem habet in corde.

Nota 2. πρῶτον δεκτικὸν, ſubjectum primum & immediatum peccati originalis, & proprium, cui formaliter ineſt, eſt anima, ejusqve facultates, intellectus, voluntas, & appetitus ſenſitivus: ſed *ſubjectum qvod* ſive denominationis eſt homo totus, ita ut peccatum ſit etiam in corpore, ejusqve membris, *partim mediatè* & conſeqventer, qvatenus in iis, velut animæ inſtrumentis, per pravas concupiſcentias, ad easdem perpetrandas ſeſe exerit: *partim effectivè*, & per morbidam qvandam qvalitatem, qva corpus hominis variis morbis & ærumnis corporalibus, mortiq́; ipſi factum eſt obnoxium, ut in eo effectus & pœna peccati deprehendatur.

Poriſma. Ergo rectè ſcripſit Lutherus in Pſal. 51. Peccatum eſt hoc totum, qvod natum eſt ex patre & matre, ſcilicet non ad tollendam ſubſtantiæ hominis & peccati originis diſtinctionem, ſed ad exagge-

Digitized by Google

randam peccati atrocitatem, & ad indicandam corruptionem non phyſicam, ſed moralem hominis conſiderati non abſolutè & qvatenus homo, ſed qvatenus corruptus eſt per peccatum; qvod qvidem non eſt de eſſentia hominis, ſed de eſſentia hominis corrupti, ejusqve ἴδιον πάθος, qvatenus homo peccator eſt.

Nota 3. *Peccatum non eſt ipſa hominis ſubſtantia, ſed accidens ſubſtantiæ adhærens & inhærens*, malum εὐπερίστατον & περιχείμενον, circumſtans & inhabitans Hebr. XII, 1. Rom VII, 21.

Nota 4. Vetus homo non eſt ipſa Natura vel Subſtantia hominis, ſed natura peccato corrupta. vid. Commentar. in Formul. Concord. Artic. I. ubi ex Artic. de Creatione, Conſervatione, Sanctificatione, Reſurrectione & Salvatione hoc refutatur, & præfationem D. Muſæi in Clavem Flacii.

Nota 5. *Peccatum non eſt leviculum aliqvod accidens*, qvod naturæ absqve omni corruptione inſit, ita, ut accedente peccato naturalia nihilominus in homine maneant integra; ſed horrenda corruptio, qvæ naturam inſtar peſtilentiſſimæ lepræ penitus invaſit. vid. infra §. 9. Qvamobrem & ſæpius in Scriptura ſubjectum cum accedente peccato accuſatur, partim, qvia peccatum nullibi eſt, niſi in ſubjecto, partim, qvia corruptio peccati ipſum ſubjectum profundè infecit. Nec obſtat illud: *Accidens eſt, qvod poteſt adeſſe vel abeſſe ſine ſubjecti corruptione, aut interitu.* Qvia definitio Logica rectè explicatur Logicè, de accidente non prædicamentali, ſubſtantiæ oppoſito, qvod per ſuam naturam eſt in alio tanqvam in ſubjecto, ſed de prædicabili accidente, qvod de ſubjecto accidentaliter prædicatur, adeoqve ſine abſurditate contradictoriâ vel affirmatur vel negatur, uti omne prædicatum prædicationis per accidens. *Nam de Logico* (non verò de Phyſico) *interitu ſolicitus eſt Logicus*, ſive, num contradictoria ſeqvatur ſubjecti per prædicatum everſio, per contradictionem in adjecto. Qvi parum curat, num accidens phyſicum ſubjecto inſit, vel cum ſubjecti corruptione, ut calor & frigus, vel cum ſubjecti perfectione, ſicut pulcritudo corpus perficit. Unde non opus eſt, ut cum Mendozâ Tom. I. Diſp. 6. Logic. Sect. 6 §. 23. p. 356. alia definitio ſubſtituatur, (accidens eſt prædicabile de pluribus differentibus in qvale, non ut proprietas neceſſariò connexa cum ſubjecto.) vel dicamus, qvod accidens ſit accedens, qvod

Digitized by Google

qvod accidit; ſive accidentaliter ſubſtantiæ accedit, &c. Num verò peccatum accidentaliter enunciari poſſit de homine integro, qvatenus integer eſt: vel accidentaliter removeri de homine peccatore, qvatenus peccator eſt, alia eſt qvæſtio, qvæ patet ex præcedente nota 1. Interim tamen *manet I. ſenſus definitionis Logicæ Logicus:* Accidens eſt, qvod poteſt ita affirmari de ſubjecto, ut etiam negari de eodem ſubjecto poſſit, ſine ulla contradictione, (ſic homo peccatum habet & non habet, & tamen eſt homo, integer ſcilicet olim; corruptus verò nunc, & beatus tunc, in vitâ æterna, ſive ſtatu gloriæ.) II. *Manet, qvod accidentia poſitiva potisſimum definiverit Porphyrius*, non verò privativa, qvæ ſubjectum deſtruunt, ut mors, combuſtio, cæcitas. In prædicamentis enim ſolùm res poſitivæ directè ponuntur.

§. 7. Materia circa qvam Peccati Originalis ſeu objectum eſt lex divina. *vid. artic. 71. unde peccator natus eſt inverſus Decalogus.*

§. 8. Forma peccati Originalis eſt ἀνομία ſive malitia. *vid. ſup. artic. 31. §. 7. & non ſolum privatio, ſed ſimul depravatio, qvæ includit (1.) ipſum Adami peccatum qvoad actum, reatum, & maculam, unde ſumus naturâ filii iræ Epheſ. 2, 3. (2.) Juſtitiæ originalis privationem, unde homo caret juſtitia Rom. 3. (3.) ſubſecutam totius naturæ corruptionem profundiſſimam, & horrendam vitioſitatem ſive concupiſcentiam, & ad actus malos inordinatam pronitatem, inclinationem, & ad malum proclivitatem Rom. 7, 21. ſeq. Hebr. 12, 1. vide ſupra §. 2. & Form. Concord. art. 1. fol. 231:* Die Erbſünde iſt nicht eine ſchlechte / ſondern ſo tieffe Verderbung menſchlicher Natur / daß nichts geſundes oder unverderbet an Leib und Seel deß Menſchen / ſeinen innerlichen und euſſerlichen Kräfften geblieben. Durch Adams Fall iſt gantz verderbt menſchlich Natur und Weſen. Welcher Schade unaußſprechlich nicht mit der Vernunfft/ſondern allein aus Gottes Wort erkennet werden mag.

Nota 1. *Peccatum originis complectitur partim privativam, partim poſitivam perverſitatem.* Qvæ concretivè & habitualiter ſic dicitur, reſpectu pravæ concupiſcentiæ, qvemadmodum lepra, hydrops, peſtis,

ſtis, variolæ, morbilli, ſcabies & ſimiles univerſum corpus cum totâ maſſâ ſangvineâ corrumpentes morbi includunt 1. humorem ipſum, 2. ſanitatis defectum, 3. luem peccantem ſive corporis corruptionem. Illa ἀχρηςίας ſeu inutilitatem; hæc verò κλίσιν ſeu declinationem, & ad mala pronitatem vocat Apoſtolus Rom. 3. Eſt enim venenum abominabile das Erbgifft/ ſup. §. 2. & non modò integritatis privatio, ſed etiam prava diſpoſitio, imò *habitus corruptus*, rebellio contra Deum ac legem & confuſio ordinis divini. Unde & peccatum originis concretivè acceptum conſiſtere dicitur in prava concupiſcentia & poſitivum qvid vocatur, ſicut in Ethicis vocari ſolent habitus poſitivi. Huc ſpectat.

I. *Appellatio* Formulæ Concordiæ art. 1. ubi ex Luthero vocat peccatum originis ein geiſtlich Gifft und Außſatz / fol. 259. b.

II. *Deſcriptio* (1) *Isbrandi de Diemerbroeck*. tract. de Peſte, edit. Amſtel. A. 1665. in 4. l. 1. c. 2. p. 2. Peſtis eſt morbus cōmuniſſimus, peracutiſſimus, pernicioſiſſimus, & maximè contagioſus, ex maligno & occulto ſpiritibus, caloriqve nativo, totâ ſubſtantiâ infeſtiſſimo inqvinamento ortus, à qvo omnium viſcerum, & inprimis cordis functiones læduntur. (2.) *Jonſtoni*, in Medic. practica pag. 354. Peſtilentia eſt morbus cordis venenoſus, à materiâ venenatâ & contagioſa genitus, omnes cordis actiones ſubitò & lethaliter, cum omnis generis ſymptomatum congerie lædens. Adeoqve eſt morbus 1. Epidemius. 2. cum putredine conjunctus. 3. venenoſus. NB. ſup. §. 2. Qvæ ſingula peccato originis exactiſſimè conveniunt. vid. de Lepra Repertorium Medicum.

III. *Applicatio Thomæ* qvi in p. 1. 2dæ, q. 71. artic. 1. Reſp. ad 3. ait: Tullius in corporibus morbum appellat totius corporis corruptionem, puta febrem, vel aliqvid hujusmodi. (Confer verba Cajetani, ſup. artic. 31. §. 7. NB.) Et q. 81. artic. 1. Reſp. ad 1. ubi ait: dicendum, qvod ſicut ægritudo corporalis habet aliqvid de privatione, in qvantum tollitur æqvalitas ſanitatis, & aliqvid habet poſitivè, ſcilicet ipſos humores inordinatè diſpoſitos; ita etiam peccatum originale habet privationem originalis juſtitiæ, & cum hoc inordinatam diſpoſitionem partium animæ. *Unde non eſt privatio pura*, ſed eſt qvidam *habitus corruptus*, qvi in ſeq. dicitur *concupiſcentia*. l. d. & art. 31. §. 2.

IV. *Ex-*

IV. *Explicatio* hujus ſimilitudinis ex Formula Concordiæ repetita in Manuali Theol. art. 33.

Nota 2. Peccatum Originis non tantum eſt imputatio qvædam alienæ culpæ, qva de re dictum eſt art. 32. §. 9. neqve etiam defectus tantùm & ſimplex privatio, ſed & horribilis depravatio, daſſelbe Gifft iſt auf uns geerbt. NB. ſup. §. 2. qvæ ſimul complectitur tria mala: (1.) *culpam Adami, poſteris imputatam, actualem.* (2.) *reatum legalem.* (3.) *pravitatem naturalem,* ſive inordinatam omnium virium diſpoſitionem & malitiam habitualem, *ut homo non ſolùm ſit non juſtus, ſed etiam injuſtus,* adeoqve in 1. *Intellectu* non ſolùm cœcitas, ſed & licentia affectata dijudicandi & falſitatis arguendi res ſupernaturales. 2. *in Voluntate* non tantùm juſtitiæ ablatio, ſed etiam ad malum determinata inclinatio. 3. *in Appetitu* non modò boni abſentia, verùm etiam mali deſiderium & in eo delectatio Rom. VII, 23.

Canon: Concupiſcentia originalis, & *ἀταξία* habitualis pravitatis & inclinationis ad falſum in intellectu, & ad malum morale in voluntate & appetitu *eſt malum rationi inexplicabile.* vid. ſupra artic. 31. §. 8. NB. Qvod patet ex ſeqventibus.

Obſerv. 1. Concupiſcentia prava eſt verè peccatum. Probatur ex Rom. 7, 7. vid. Manuale art. 33.

Obſerv. 2. Concupiſcentia cæterorum peccatorum actualium qvaſi fons ac ſcaturigo eſt, qvæ à peccato diſtingvitur, non qvaſi ea peccatum non ſit, ſed qvia ex peccato originali oritur.

Obſerv. 3. Concupiſcentia prava & pœna eſt peccati, & cauſa peccati, & ipſum peccatum.

Obſerv. 4. Concupiſcentia complectitur 1. ipſam concupiſcibilitatem. 2. corruptionem ſenſualitatis. 3. primos motus titillantes. 4. motus ſecundos cum voluntatis aſſenſu. 5. corruptionem partis ſuperioris. Adeoqve hoc loco non eſt qvæſtio: an detur in homine vis concupiſcendi ſive appetendi, aut ipſa appetitio? ſed qvalis illa ſit? & num detur adhuc poſt lapſum in ſe bona ſine peccato? an verò perpetuò non niſi cum *ἀνομία* ineſſe deprehendatur peccatori. Nam concupiſcentia præcisè ſpectata & pro habituali pronitate in objectum cognitum, ut bonum eſt, accepta, ſive pro actuali hominis appetitione prout in Adamo erat, entitas poſitiva eſt, & à Deo tanqvam cauſâ pri-

mâ

mâ efficiente dependet : Poſt lapſum verò in peccatore nunqvam ſine *ἀνομία* eſt, ob defectum, & aberrationem à lege Dei, per qvam ipſa concupiſcentia peccatoris formaliter prava & peccatum eſt. Sive illa accipiatur *ſtrictè*, pro habituali appetitus ſenſitivi & voluntatis pronitate in malum, ejusve motibus inordinatis: Sive *latius*, pro qvalibet facultatum animæ, etiam ipſius intellectus inclinatione & ad actus inordinatos pronitate habituali, in objectum, cum *ἀταξία* qvadam conjuncta. Qvorſum ſpectat etiam pronitas habitualis perverſi judicii de rebus divinis, qvæ rationi ſunt deliramenta *ὡσεὶ λῆρος*, als wärens Mährlein/ Luc. 24, 12. nec non omnis prava cogitatio; qvæ tantùm mala eſt in omnibus Adami poſteris Gen. 6, 5. c. 8, 21. alles Tichten und Trachten חשב deß menſchlichen Hertzens iſt nur böſe immerdar/ und böſe von der Jugend auf. יצר כל *πᾶς τις διανοεῖται*. רק רע
היום כל *πάσας τὰς ἡμέρας ἐκ νεότητος* מנעריו unde נער alludit ad Germanorum Narr/ qvi conjungunt Kinder und Narren. vid. inf. art. 34. §. 4. ob intellectus perverſitatem.

Obſerv. 5. Concupiſcentia non ſolùm eſt defectus à bono, ſed & inclinatio & ſuggeſtio ad malum radicitus naturæ corruptæ infixa.

Obſerv. 6. Concupiſcentia alia eſt *συλλαβοῦσα* Jac. 1. qvæ primum peccati fomitem, nondum in actum erumpentem notat Deut. 5. alia *τικτοῦσα* qvæ ſignificat appetitum cum delectatione ferventem. Confer Artic. LXXII. §. 12. de concupiſcentia proæretica, & non proæretica. NB.

Obſerv. 7. Concupiſcentia carnis etiamſi non ſemper fit cum voluntatis aſſenſu, ſuo tamen modo eſt voluntaria 1. ratione originis, 2. ſubjecti, 3. declarationis. Ideoqve falſiſſimum eſt, concupiſcentiam anteqvam conſenſus accedat, non eſſe peccatum. Nam etiam ipſum originale contagium dici poteſt voluntarium, qvia à mala voluntate ſumſit exordium.

Obſerv. 8. Ne qvidem infantes à pravæ concupiſcentiæ habitu ſunt immunes. NB. vid. verba Auguſtini inf. art. 34. §. 4.

Obſerv. 9. Peccati originis in Baptiſmo dimiſſio non excludit continuas renatorum pro illius dimiſſione preces.

Obſerv. 10. Concupiſcentia non tantùm in non renatis hæret, ſed etiam

etiam reliqva manet in renatis usqve ad mortem. Qvæ qvidem Concupiſcentia reſidua odio digna eſt in ſe, renatus tamen ab ejus reatu per Chriſtum eſt liberatus, qvi imperium eidem non concedit, adeoqve in odio apud Deum eſſe neqvit.

Ratio eſt, qvia reatus ille tollitur in Baptiſmo, non ut non ſit, ſed ut non imputetur. Adeoqve tollitur à peccatore, non verò à peccato. Confer infra de deſtructione reatûs, dominii, ſenſus & radicis peccati Artic. 135.

§. 9. Conſeqvens *& eventus, nec non effectus peccati & pravæ concupiſcentiæ originalis eſt 1. concupiſcentia prava ſemper actuoſa & nunqvam otioſa, ejusqve motus primi & involuntarii Matt. 5, 19. Marc. 7, 22. vid. artic. 72. 2. peccata actualia, Jac. 1, 15. 3. peccati pœna, & univerſa adverſa, cum morte & mortis prodromis, ſive privatio vitæ, naturæ, gratiæ, & gloriæ, articul. 36.*

§. 10. Antidotum *peccati orig. eſt Chriſti meritum fide apprehenſum. Unde peccati reatus tollitur à renato, non verò ab ipſo peccato.*

Nota: *Peccati originalis meritum* eſt damnatio Rom. V. verſ. 12. ſicut peccati cujusvis finis eſt mors Rom. 6, 21. 23. *Eventum* verò hujus pœnæ DEUS per Chriſtum fide apprehenſum, NB. Rom. 8, 1. inhibet, & in infantibus qvoqve hoc præſtat, ordinariè per Baptiſmum Joh. 3. extraordinariè verò in non baptiſatis hoc facit per Chriſti meritum. Cujus rei poſſibilitas patet exemplo Johannis nondum nati, Chriſtum in utero agnoſcentis Luc. 1, 41. veritas verò ſuſpenſæ actualis executionis qvoad infantes Chriſtianorum creditur ex Gen. XVII. Marc. XVI. Joh. III. qvoad gentiles verò in medio relinqvitur. Confer infra Artic. LXXXVII.

§. 11. Adjuncta *& proprietates peccati originalis ſunt* 1. naturalis inhærentia *Hebr. 12, 1. Rom. 7, 21.* 2. naturalis propagatio *& propagabilitas, Gen. 5, 3. Job. 14, 4. Pſal. 51, 7. Joh. 3, 6. Eph. 2, 3. dum peccator peccatorem, & caro carnem propagat. vid. artic. 22. §. 3. NB.* 3. conſtantiſſima duratio. *vid. art. 135.*

Nnn §. 12. Re-

Digitized by Google

§. 12. Reliqva, qvæ huc ſpectant, offert Manuale artic. 33. cum uſu & autorum catalogo, nec non commentarius in artic. 1. Formul. Concordiæ NB. Inprimis verò comm. Lutheri in cap. 3. Geneſ. ubi miſeriam noſtram deplorat, & addit comm. in Pſal. 90: Sive igitur peccatum originis qvalitatem, ſive morbum vocaverimus, profectò extremum malum eſt, non ſolùm pati æternam iram & mortem, ſed ne agnoſcere qvidem, qvæ pateris &c. Qvia iſto veneno peccati originis à plantâ pedis usqve ad verticem infecti ſumus. vid. in Geneſ. c. 3. NB.

ARTICULUS XXXIV.
De Peccato Actuali.

De corde hominum procedunt malæ cogitationes, ἐκπορεύονται, von innen / aus dem Hertzen / gehen heraus adulteria, homicidia &c. Marc. VII, 21. teſte experientiâ, & Apoſtolico operum carnis Catalogo Galat. V.

§. 1.

PEccatum actuale reſpicit actum continuum ex fonte peccati originalis, nunqvam otioſum, ſed in actionibus tam internis, qvam externis obvium. *Confer de actionibus humanis ſupra artic. 22. §. 11. & de vocabulis* ἐργάζεσθαι, κατεργάζεσθαι, ποιεῖν *Rom. 13, 10. c. VII, 8. 17. 1. Cor. VI, 18. Eph. 2, 3. NB. initium articuli 31.*

Obſerv. 1. *Peccatum actuale dicitur non cauſaliter* & efficienter, ſic enim originale peccatum ſemper malos fructus producit; *ſed formaliter*, qvia actio ſive externa, ſive interna, ex peccato originali, tanqvam pravo habitu & principio iniqvitatis promanat, adeoqve peccatum originale & actuale ut habitus & actus, ut principium & exercitium diſtingvuntur.

Obſerv. 2. Peccatum actuale dicitur etiam παράπτωμα, legis transgreſ-

greſſio, opus carnis; Et peccatores dicuntur venundati ſub peccato, 1. Reg. 21, 20. Filii Belial Devt. XIII, 13. NB. art. 21. §. 1. qvi ſimiles ſunt jumentis, Ebriis, qvi ducuntur laqveis Diaboli, & Navi cujus fractum eſt gubernaculum.

Obſerv. 3. Peccatum actuale includit motus tam externos, qvàm internos, tum primos, tum ſecundos; & tam faciendo qvam committendo multiplicatam *ἀνομίαν*. Confer art. 72. NB.

§. 2. Peccatum actuale eſt *ἀνομία* actualis ſive irrectitudo omnium hominis motuum, tam internorum, qvàm externorum, ex congenito originali malo orta, iram DEI & æternam damnationem promerens. *Ex qva deſcriptione abſtractà rectius intelligitur concretiva Auguſtini definitio, qvod peccatum actuale ſit omne dictum, factum, vel concupitum contra legem DEI: ita ut etiam dicti & facti omisſio includatur, monente Thoma p. 1. in 1. 2da. q. 71. artic. 6.* Et qvod peccatum actuale ſit omnis actio, atqve actionis omiſſio, pugnans cum lege DEI.

Obſervatio: Peccatum actuale tam intellectum, qvàm voluntatem & appetitum cum externo actu reſpicit. Confer art. 33. §. 8.

§. 3. Cauſa in agendo deficiens interna eſt depravatio congenita & corrupta hominis voluntas *Matt. 15. verſ. 19. Marc. 7, 21.* Cauſa verò impellens interna eſt congenita concupiſcentia irritatrix *Jacob. 1, 14. artic. 33. §. 8.* Cauſa impellens externa eſt Diabolus, *à qvo ducuntur filii hujus ſeculi ad peccandum; & mundus, prava exempla, objecta ſenſibus obvia, otium & abundantia;* efficiens *verò eſt ipſe peccator, cujus depravata voluntas & aberrans intellectus nunqvam qvieſcit.*

§. 4. Materia ſeu ſubjectum qvod hujus peccati eſt omnis homo carnali generatione propagatus, *in cujus intellectu, voluntate, appetitu & membris, qvæ ſunt* ſubjectum qvo, *varia peccata actualia deprehenduntur, & qvidem in peccatore qvatenus talis eſt, in omnibus & ſingulis tam cogitationibus, qvàm*

in dictis & factis. NB. ſup. artic. 33. §. 8. ex Geneſ. 6, 5. Objectum *verò eſt Lex divina, qvam peccator violat, & incredulus inprimis Marc. 16. Joh. 3. qvi & gratiam Evangelicam reſpuit.*

Obſerv. 1. Nullus hominum absqve actuali peccato in mundo vivit. Rom. 7, 14. Unde Auguſtinus lib. 1. Confeſſion. c. 7. ait: Nemo mundus à peccato coram te, nec infans, cujus eſt unius diei vita ſuper terram. Qvod ibidem etiam ad actualia peccata refert (etiamſi nondum ſint proæretica) & addit: Vidi ego, & expertus ſum zelantem parvulum, nondum loqvebatur, & intuebatur pallidus amaro aſpectu collactaneum ſuum. Confer de concupiſcentiâ non proæreticâ artic. 72. §. 12. NB. & art. 33. §. 8. נער.

Poriſma. E. falſum eſt, multos ita absqve actualibus peccatis vixiſſe, ut ipſorum ſanctitas etiam in theſaurum Eccleſiæ reponi & aliis applicari poſſit.

Obſerv. 2. Etiam pii non ſunt planè *ἀναμάρτητοι*, qvia tamen peccato reſiſtunt, ideò peccata eis propter Chriſtum non imputantur. vid. infra §. 10.

§. 5. Forma peccati actualis eſt *ἀνομία actualis, tam generalis, qvàm ſpecialis, certum Decalogi præceptum vel omittendo, vel committendo violans. Cujus ſumma eſt:* non dilectio, *tam Dei, qvàm proximi. Et non ſolùm contrarii commiſſio, ſed etiã debiti omiſſio, ex §. 2. in cogitatis, dictis & factis*, mit Hertzen / Mund und Hand / *contra utramqve Decalogi tabulam. vid. artic. 72.* mit Gedancken / Worten und Wercken / innerlich / und euſſerlich / heimlich und öffentlich / wiſſentlich oder unwiſſentlich. *vid. §. 7. Confer Belial artic. 21. §. 1.*

Obſerv. 1. In peccato actuali conſideranda eſt (1.) culpa, unde ambulare dicuntur impii in peccatis Eph. 2. h. e. continuo ſtudio mala agere; (2.) reatus ſeu pœna, infra Artic. 36.

Obſerv. 2. *Norma* malarum actionum eſt ſeculum hujus mundi, ſeu ſtudium & curſus hujus mundi & mundanorum. Cujus *conformationem* prohibet Apoſtolus Rom. 12, 2. *μὴ συσχηματίζεσθε*, ſtellet euch nicht dieſer Welt gleich / abſit amica configuratio, qvalis eſt conjunctio

aut

Digitized by Google

aut ſextilis Aſtronomorum. Chriſtianos enim decet perpetua oppoſitio reſpectu mundi, qvia ſciunt, qvod amicitia mundi inimicitia ſit cum Deo, Jac. 4,4. Wiſſet ihr nicht / daß der Welt Freundſchafft Gottes Feindſchafft iſt?

Obſerv. 3. Gradus peccati ſunt 1. fomes ſeu depravatio inhærens, 2. ſuggeſtiones cogitationum & affectuum, 3. delectatio, 4. conſenſus ſeu ipſum opus, vid. Art. 33. §. 8. art. 72. §. 12. NB.

§. 6. Finis *peccati actualis eſt bonum, ſed imaginarium ſive apparens; fructus verò, effectus & eventus eſt erubeſcentia Rom. VI, 21. conſcientiæ vulnera & reatus, vid. Artic. 36. Nam peccator & gratiam atqve juſtitiam amittit, & DEI iram, mortem ac æternam damnationem incurrit.*

Nota: Peccati gravitas, gradus, remiſſio, & irremiſſibilitas, de qva artic. 35. & ſecuritatem excludit 1. Cor. 10,12. Rom. 8,28. & miſericordiam divinam nobis conſiderandam oſtendit, Rom. 5. verſ. 20. 1. Tim. 1,16.

§. 7. Diviſio peccati actualis datur varia: *tum ex formâ. vid. §. 5. tum ex cauſis. Nam qvoad* efficientem *cauſam peccata alia ſunt ἐκ προλήψεως, alia ἐκ προαιρέσεως.* Peccata proæretica *& voluntaria dicuntur peccata malitiæ, qvando non ſolum voluntas in conſenſum trahitur, ſed etiam maximè, qvando praeunte voluntatis inſtinctu, cum malitiâ voluntatis ſponte contractâ ſerioqve animi propoſito peccatum conjunctum eſt.* Ex præoccupatione *verò peccata præter animi intentionem fiunt ſubitis motibus, qvibus præoccupatur homo, & ſupplantatur ex improviſo Gal. VI. verſ. 1. qvando qvis incautus à vero & recto declinat, ex naturæ imbecillitate, à Diabolo & carne deceptus. Hæc in renatis certo reſpectu reſpondent delictis venialibus; illa mortalibus. vid. inf. §. 9.*

Nota: *Peccatum voluntarium eſt*, qvod ex certâ ſcientiâ, certoqve animi propoſito & conſilio proficiſcitur, & committitur vel

I. *Contra Conſcientiam rectam*, qvando qvis aliqvid agit vel omit-

omittit, qvod tum in ſe, tum ex ipſiusmet peccantis judicio, cum jure divino, aut humano, certò & indubitatò vel pugnat, vel conſentit.

II. *Contra Conſcientiam erroneam*, qva qvis agit vel omittit, qvod agendum, vel omittendum non erat; ipſe tamen vel agendum, vel omittendum eſſe, per errorem vincibilem firmiter ſtatuit.

III. *Contra Conſcientiam probabilem*, qvando qvis agit, vel omittit, qvod judicium intellectus practici hîc & nunc agendum vel omittendum eſſe, ob rationes, ſive probabiles, ſive tutiores ſtatuit.

IV. *Contra Conſcientiam dubiam*, qvando qvis aliqvid agit, vel omittit, de qvo ipſe dubitat, an agendum vel non agendum ſit. Rom. 14,23. 1.Cor. 8,7. vid. de Conſcientia Theol. Caſiſticam.

SUMMA: Peccatum contra conſcientiam fit reclamante conſcientiâ, & contra prævium dictamen conſcientiæ. Ubi verò hoc dominatur, ibi exulat gratia, & amittitur fides, juſtificatio, & ipſa vita æterna.

Canon: Impoſſibile eſt fidem ſalvificam ſtare cum peccatis proæreticis & contra conſcientiam. vid. Lutheri præfat. in Ep. Rom.

§. 8. Pecccata ἐκ προλήψεως vel ſunt infirmitatis, vel ignorantiæ, *vid. Pſal. 19,13. & Manuale art. 34. NB.*

Nota: *Ignorantia* duplex eſt, una facti, altera juris.

I. *Ignorantia facti eſt*, qvæ & particularis ſeu invita appellatur, qvæ in circumſtantiis rerum errat; qvæ ſciri non poſſunt, in qvibus tamen omnis rei actio verſatur. Reqviritur enim *Ignorantia invincibilis*, qvâ qvis, adhibita omni diligentia, errorem vel lapſum non potuit declinare, vid. 1.Tim. 1,13.

II. *Ignorantia juris eſt*, qvæ & univerſalis & *affectata* dicitur, cùm ea ignoramus, qvæ ſciri debebant, & poterant: & hæc eſt *vel craſſa & ſupina*, qvalis eſt in iis, qvi non ſunt rectè inſtituti; *vel affectata*, cum qvis, qvæ ſcire debebat poteratqve, non vult diſcere, qvamvis occaſio & facultas diſcendi non deſit, aut cum ſe ſcire diſſimulat. Qvamvis & ipſa *ignorantia affectata* ſuos habeat gradus. Qvædam enim oritur ex malâ perſvaſione, qvædam verò ex malitia & obduratione.

§. 9. Ratione ſubjecti renati ſive perſonæ peccantis, pec-

Digitized by Google

peccatum aliud mortale dicitur, aliud verò veniale. Mortale eſt, *qvod mortem & meretur, & infert, & Spiritum S. excutit.* Veniale eſt, *qvod veniam non meretur, ſed conſeqvitur, & mortem qvidem meretur, actu verò non infert, adeoqve nec Spiritus S. amiſſionem cauſat. Ratio eſt, qvia continua adeſt pœnitentia, ideoqve credenti propter Chriſtum non imputatur. vid. Rom. 8, 1. Pſal. 32, 6. Pſal. 19, 13. Unde actualis illatio mortis, non obſtante mortis merito, ex gratiâ ſuſpenditur.*

Obſerv. 1. Omne peccatum in ſe conſideratum æternam meretur maledictionem.

Ratio eſt, qvia ἀνομία eſt.

Poriſma: Ergò nullum peccatum naturâ ſuâ veniale eſt. Qvod enim nos à Deo alienos reddit, & propter qvod Chriſti paſſione ac morte opus erat, id veniam apud Deum mereri non poteſt. vid. art. 36.

Obſerv. 2. Sanctorum peccata dicuntur *venialia* non per ſe, ſed per accidens, nec ex intrinſecâ ſuâ naturâ, ſed ex eventu, nec reſpectu meriti, ſed reſpectu ſubjecti.

Obſerv. 3. Reqviſita peccati hujus diſtincti diſtincta ſunt.

Nam I. *Reqviſita peccati mortalis ſunt* 1. ratione ſubjecti, ut ex renato fiat non renatus. 2. ratione principii, ut adſit voluntatis propoſitum, & malitioſa proæreſis. 3. ratione modi, ut adſit concupiſcentiæ dominium. 4. ratione adjuncti, ut adſit ſecuritas. 5. ratione effectus, ut ſeqvatur mors. art. 36. vid. Galat. c. 5, 19. 20. 21.

II. *Reqviſita peccati venialis* ſunt 1. ratione ſubjecti, ut venialiter peccans ſit renatus. (Non-renato enim omne peccatum mortale eſt & manet.) 2. ratione principii, ut committatur vel ex ignorantiâ, vel ex infirmitate. 3. ratione modi, ut non adſit dominium concupiſcentiæ. 4. ratione adjuncti, ut continua adſit pœnitentia. 5. ratione effectus inhibiti, ut non ſeqvatur mors, propter Chriſtum.

§. 10. Reſpectu materiæ in qvâ ſive qvoad ſubjectum peccata (1.) *alia ſunt interna; alia externa, Coloſſ. 1, 21. Illa complectuntur peccatum originis, cum concupiſcentia pravâ: hæc omnia peccata mortalia; utraqve faciunt hominem alienum à DEO ac proinde*

inde reum æternarum pœnarum. (2.) *alia ſunt extra corpus, alia in corpore.* Qvoad materiam verò circa qvam ſive qvoad objectum *peccata alia committuntur contra DEUM, alia contra conſcientiam, alia contra proximum, de qvibus agit Theologia Moralis.*

Obſervatio: Σιδηρόξυλον eſt, nominare aliqvem fidelem, qvi peccat contra conſcientiam. Non enim qværitur de fide hiſtoricâ, ſed de fide ſalvificâ. vid. art. 93. & 94.

§. 11. Qvoad formam peccati, *alia contra primam, alia contra ſecundam Decalogi tabulam, vel committendo, vel omittendo, vid. Jac. 4, 17. perpetrantur, de qvib9 vid. Theol. Moralis. Conf. ſup. §. 5.*

§. 12. Qvoad cauſam & effectum *peccata qvædam ſolùm ſunt peccata, qvædam ſimul cauſa ſubſeqventium peccatorum: qvædam ſunt peccata & pœnæ præcedentium, qvædam & in ſe peccata ſunt & pœnæ præcedentium, & cauſa ſubſeqventium. Confer artic. 36.*

§. 13. Qvoad adjuncta I. peccata nonnulla occulta ſunt, nonnulla manifeſta. *1. Tim. 5, 25.* II. Peccata alia graviora ſunt, alia leviora: *Dantur enim omninò peccatorum gradus, aliudq; alio gravius eſt.* III. Peccata alia regnantia ſunt, alia non regnantia, *Rom. 6, 12. 14.*

Obſerv. 1. Peccatum regnans dicitur, cui homo non reſiſtit Jacob. 1, 14. vid. Rom. 6, 12. dum concupiſcentia originalis in corde regnat, & innumera peccata actualia indies multiplicat. qvod non modò conſcientiam devaſtat, ſed & fidem & Spiritum S. excutit, & ab hæreditate vitæ æternæ excludit.

Obſerv. 2. Summus peccati regnantis gradus eſt induratio Act. XIII, 45. ejusqve ſpecies graviſſima peccatum in Spiritum S. Artic. ſeq. XXXV.

§. 14. *Pleniorem hujus articuli explicationem, cum uſu, & autorum Catalogo, exhibet Manuale art. 34. & infra artic. 72. nec non Theologia Moralis.*

ART.

Digitized by Google

ARTICULUS XXXV.

De Peccato in Spiritum Sanctum.

Blaſphemia in Spiritum Sanctum non remittetur hominibus Matt. 12,31. vid. Hebr. c.6,4. & 10,29. ſed eſt peccatum ad mortem,1. Joh.5,16.

§. I.

PEccatum in Spiritum Sanctum eſt induratio, *qva Spiritum gratiæ contumeliâ afficit. Hebr.10,29. & apoſtaſiæ perſeverantiam cum blaſphemiâ conjungit.*

Nota: *Indurationis* abſolutè conſideratæ efficiens eſt homo, incitante Diabolo. *Objectum* eſt divina veritas, Johan.17. *Forma* eſt inobedientia, cum violentâ reſiſtentiâ, Deiqve oppugnatione. *Effectus* eſt condemnatio.

§. 2. Peccatum in Spiritum Sanctum eſt induratio graviſſima.

Nota 1. Qvamvis omnis induratio ſit peccatum planè horrendum. vid. art. 26. & 112. tamen hoc peccatum in Spiritum S. eſt ſpecies horrendæ indurationis & graviſſima, & peſtilentiſſima, ideoqve humano ingenio inexplicabilis.

Nota 2. Omne peccatum in Deum Patrem & Filium, eſt etiam peccatum in Spiritum S. & vice verſa. Neqvaqvam verò omne peccatum eſt peculiare illud peccatum in Spiritum S. de qvo hoc loco agitur, qvod in Spiritum S. ejusqve officium, beneficia & media ſalutis directè fertur.

Nota 3. *Cauſa* graviſſimæ hujus *indurationis* efficiens eſt homo, plenâ ſcientiâ & malitiâ illud perpetrans. Objectum eſt Spiritus S. in officio, qvoad doctrinam Evangelii, conſideratus. Forma eſt mediorum gratiæ collatæ blaſphema & obſtinata impugnatio. Effectus eſt irremiſſibilitas. Ex qvibus patet vera hujus peccati deſcriptio.

§. 3. Peccatum in Spiritum S. eſt voluntaria & pertinax veritatis abnegatio, cum hoſtili oppugnatione & blaſphe-

phemia conjuncta; *adeoqve tunc demum conſummatum eſt, qvando qvis doctrinam Evangelii non ignorans, ſed de illius certitudine per Spiritum S. convictus abnegat, projicit, impugnat & blaſphemat finaliter, ideoq; irremiſſibiliter.*

Obſerv. 1. Cum peccato in Spiritum Sanct. non confundenda eſt blaſphemia in Filium hominis, qvæ committitur, qvando qvis doctrinam Evangelii de Chriſto nondum rectè cognitam rejicit, vel etiam hoſtiliter impugnat & blaſphemat inſcius, de veritate in ſua conſcientia nondum convictus.

Obſerv. 2. Peccatum in Spir. S. non eſt ipſa impœnitentia.

Obſerv. 3. Nec eſt particularis prolapſus ab uno vel altero fidei articulo, licet magnam cum hoc peccato cognationem habeat.

Obſerv. 4. Nec peccant in Spir. S. qvi in circumſtantiâ aliqvâ fidei, in ritibus ac ſimilibus deficiunt.

Obſerv. 5. Nec committit hoc peccatum is, qvi ignorans Deum blaſphemat 1. Tim. 1, 13. (ut Paulus) aut ex carnis infirmitate (ut Petrus) aut tormentorum ſenſu adactus veritatem agnitam negat.

§. 4. Cauſa efficiens hujus peccati eſt homo renatus plena ſcientia inſtructus, *in gremio Eccleſiæ conſtitutus, qvi fundamentum fidei tenuit, cujus mens ac voluntas ex malitia & extrema pervicacia veritatem agnitam finaliter rejicit.* Cauſa remota *eſt Diabolus corda hominis excœcans, & verbum tollens de corde eorum, NB. ne credentes ſalventur, Luc. 8, 12.*

Poriſma I. Ergò in Eccleſia dantur apoſtatæ, non ſolùm Judæi ad Chriſtum converſi, ſed etiam alii. Et qvidem tales, qvi 1. ſemel fuerunt illuminati. 2. qvi guſtaverunt donum cœleſte. 3. qvi participes facti fuerunt Spiritus S. 4. qvi guſtaverunt bonum Dei verbum, & virtutes futuri ſeculi. 5. qvi prolabuntur. 6. ita, ut ſit ἀδύνατον & ſimpliciter impoſſibile, tales denuò renovari per pœnitentiam. 7. qvi denuò crucifigunt ſibimetipſis Filium Dei, ipſum ludibrio & ignominiæ exponentes, παραδειγματίζοντες, Hebr. 6, 4. 5. 6. (δειγματίζω, oſtendo in exemplum, δείκνυμι.) qvibus volenter peccantibus Heb. 10. verſ. 26. muthwillig / vorſetzlich / ἑκουσίως, poſt acceptam cognitionem veritatis non reliqva eſt pro peccatis hoſtia, ſed formidabilis expectatio judicii.

Ratio

Ratio eſt, qvia 1. talis apoſtata Filium Dei conculcat. 2. ſangvinem Teſtamenti rem profanam habet, per qvem fuerat ſanctificatus. 3. Spiritum gratiæ contumeliâ afficit, ἐνυβρίσας Hebr. 10, 26. 27. 29. adeoqve gratiæ media finaliter rejiciendo gratiæ portam ſibi ipſi præcludit, Matt. 25.

Poriſma II. *Ergo falſum eſt, qvod πρόσκαιροι non habeant veram fidem*, Luc. 8, 13. Qvi enim illuminatus & Spiritus S. particeps factus & per ſangvinem Chriſti ſanctificatus eſt, Heb. c. 6. & 10. credit & baptiſatus eſt, Marc. 16. ut per illam fidem ſalvari poſſit, is verè credit & veram fidem habet.

§. 5. Objectum, circa qvod hoc peccatum verſatur, eſt Spiritus S. officium, *doctrina ac fides, ſeu univerſum corpus doctrinæ & totum fidei Chriſtianæ fundamentum Evangelicum, qvod peccator talis ſciens ac volens deſerit & impugnat.*

Obſervatio: Qvamvis peccans in Spir. S. peccet etiam in Deum Patrem & Filium, formaliter tamen peccat in Spiritum Sanctum: qvi hoc loco conſideratur non ratione perſonæ, ſed officii, non qvidem Elenchtici, qvatenus per legem arguit univerſum mundum Joh. 16. ſed Didaſcalici & Paracletici, qvatenus gratiam Evangelicam offert. Ideò & Spiritus gratiæ gratiam in verbo offerens contumeliâ affici dicitur Hebr. X, 29. Conf. de Spir. S. art. 1.

§. 6. Forma *hujus peccati eſt hoſtilis abnegatæ veritatis oppugnatio, & malitioſa omnium mediorum ſalutis rejectio finalis Hebr. 10, 26. 29. ſive mediorum gratiæ per Spir. S. oblatæ blaſpema & obſtinata impugnatio, qvam præcedit agnitio Hebr. VI, 45. concomitatur malitia c. X, 26. & blaſphemia c. VI, 6. conſeqvitur perſecutio, cum perſeverantiâ finali; adeoqve forma hujus peccati conſiſtit in doctrinæ Evangelicæ evidenter ac ſufficienter agnitæ & approbatæ, ex plenè liberâ & non impetitâ voluntate facta* abnegatione *Heb. 6, 4. c. 10, 26. 29.* ejusdemqve hoſtili oppugnatione *Matt. 12, 31. 32.* & voluntaria blaſphematione *Heb. 10, 26. 29. Qvæ reqviſita eſſentialia* conjunctim *reqviruntur, NB. ut de hoc peccato complicato & conſummato accuratum judicium ferre liceat. vid. §. 7.*

 Obſerv.

Digitized by Google

Obſerv. 1. Peccatum in Spir. S. non niſi pleno voluntatis ac mentis conſenſu patratur, lubenter & deſtinatâ malitia.

Obſerv. 2. Peccantes in Spir. S. apoſtatæ toti de toto in totum decidunt.

Obſerv. 3. Peccantes in Spir. S. ſimul Filium Dei conculcant, ejusqve doctrinam non tantùm repudiant, ſed & omne ejus meritum contemnunt, & blaſphemia afficiunt.

Obſerv. 4. Peccantes in Spir. S. contra dictamen Spir. S. & teſtimonium propriæ conſcientiæ blaſphemare pergunt, Spir. S. contriſtant, & SS. Angelos fugant.

§. 7. Conſeqvens *atqve accidens inſeparabile hujus peccati in Spir. Sanct. conſummati, eſt finalis Impœnitentia, Induratio, vid. ſup. Art. 27. & Irremiſſibilitas.*

Nota 1. Peccatum in Spir. S. interdum videtur eſſe inchoatum, non tamen eſt conſummatum. Cujus indicium infallibile eſt perſeverantia. vid. §. 6.

Canon: De peccato in Spir. S. non à priori, ſed à poſteriori ferendum eſt judicium; qvando ſcilicet omnia reqviſita concurrunt, cum finali impœnitentiâ.

Nota 2. *Irremiſſibilitas* hujus peccati *non abſoluta eſt*, cui obſtat Ezech. 33, 11. nec *ex defectu*, qvaſi Chriſtus pro hoc peccato ſatisfacere noluerit, qvi tamen pro omnibus totius mundi peccatis ſatisfecit 1. Johan. 2, 2. *ſed eventualis, & per accidens*, qvia tales remedium unicum peccatorum, Chriſti ſcil. λύτρον, non recipiunt, ſed rejiciunt 1. Joh. 2, 2. & perſeqvuntur, & ſublatâ ſalutis cauſa, effectum ſalutarem tollunt. Qvamvis nec Dei gratia, nec Chriſti ſatisfactio, nec illius oblatio per verbum & Sacramenta, nec verbi miniſtri Dei organa deſint.

Nota 3. Peccatum in Spir. S. irremiſſibile eſt propter adhærentem indurationem, qvæ facit, ut hujusmodi peccatores nolint reverti, qvia Evangelium Chriſti hoſtiliter impugnant, & medium remiſſionis projiciunt, omnemqve Dei gratiam evacuant.

Nota 4. Peccatores in Spiritum S. qvaſi captivi detinentur in malitia, ideò in finali ſua impœnitentia propria culpa pereunt. vid. Johan. VI. verſ. 36.

Nota 5. Impoſſibilitas remiſſionis non eſt abſoluta & neceſſitatis

tatis ſimplicis, ſed cauſæ certiſſimæ, qvæ eſt finalis mediorum ſalutis repudiatio.

§. 8. Cognatum eſt peccatum in Filium hominis, *Matt. 12, 32. Luc. 12, 10. qvando veritas Evangelica negatur ſine blaſphemia, non ex plena ſcientia, ſed vel ex ignorantiâ, vel voluntate, vi, metuve & circumſtantibus periculis inclinatâ. Huc referri ſolet lapſus Petri, Matt. 26, 70. & peccatum Pauli, certo reſpectu 1. Tim. 1, 13. cujus adjunctum eſt* remiſſibilitas. *Matt. 12, 32. poſſibilis.*

§. 9. Commentarium *hujus articuli, ejusqve uſum cum horrendo Fr. Spieræ exemplo, nec non Autorum Catalogum, exhibet Manuale Art. 35. & Anthropologia D. Meiſneri, inprimis verò peculiaris tractatus D. Feurbornii de peccato in Sp. S.*

ARTICULUS XXXVI.

De Pœna Peccati.

Qvi talia faciunt, digni ſunt morte, Rom. 1, 32. ſtipendium peccati mors eſt, Rom. 6, 23. ὀψώνια ſunt ſtipendia militi debita, 2. Cor. XI, 8. aliàs generaliſſimè hæc vox notat omne prosphagion; antonomaſticè piſces, & omne incitamentum & illicium bellicum, qvo dux militem ineſcat. Der Soldaten Sold/welche das verlangte Werbe-Geld/ und die verhoffte Beute in Krieg locket. Confer Gen. 3. imaginariam omniſcientiam, & affectatam ſimilitudinem cum Deo; & Jerem. 2, 19. de malitiâ & inobedientiâ causâ omnis mali certisſimâ. Vide Lutherum in Gen. 6. Profectò extremum malum eſt, non ſolùm pati æternam iram & mortem, ſed ne agnoſcere qvidem, qvæ pateris.

§. 1.

OMne peccatum meretur pœnam & maledictionem ſive mortem, *Gen. 2, 17. vid. inf. §. 5. ideoqve malum culpæ omnia*

mala pœnæ in mundum introduxit. Qvia peccatum eſt crimen læſæ majeſtatis divinæ. vid. פשע *Eſa. 1, 2. & ſup. art. 31.*

§. 2. Reatus peccati *ſeu omnes pœnæ hujus & futuræ vitæ, qvarum peccator reus fit, easqve luere cogitur, vocantur miſeria. NB. art. 37. §. 2. &* τιμωρία. *vid. art. 108. pœna propriè dicta, & ſupplicium, qvo Deus peccata punit, qvorum compendium eſt mors Gen. 2. & maledictio Devt. 28. inf. §. 5. & 8.*

Nota 1. *Culpa* formaliter eſt moralis qvædam fœditas, in relatione ad legem, tanqvam regulam rectitudinis moralis, qvatenus ab illâ diſcrepat.

Nota 2. *Culpa* dicitur, qvæ culpabilem reddit: macula, qvæ nitorem maculat, offenſa ab offenſione, qvam peccatum in legislatore excitat.

Nota 3. *Omne peccatum ſeqvitur culpa & reatus*, per culpam enim culpabilis, per reatum verò pœnæ reus, ſive pœnâ dignus redditur.

Nota 4. *Reatus* eſt vel ad pœnam obligatio, vel pœnæ dignitas: prior *reatus culpæ*, poſterior verò *reatus pœnæ* dicitur. Nam peccator pœnâ dignus etiam ad pœnam peccati obligatus eſt.

Nota 5. *Pœna eſt effectus juſtitiæ vindicativæ*, ubi concurrit 1. judicis juſtiſſima mali pœnæ irrogatio. 2. peccatoris perpeſſio.

Nota 6. *Pœna* propriè dicta eſt privatio boni & inflictio mali, ſive privatio vitæ naturæ, gratiæ & gloriæ, vid. inf. Artic. 108. Conf. 2. Theſſal. 1. verſ. 6.

§. 3. Pœna peccatoris eſt juſtiſſima.

Obſerv. 1. Etiam homo jam poſt lapſum conſideratus, qvi ſibi relictus, non poteſt non peccare, tamen pœnâ dignus eſt. Ratio, qvia hæc peccandi neceſſitas non coacta, nec aliunde, vel ab externo principio, ſed à propria hominis voluntate eſt.

Obſerv. 2. Qvemadmodum Deus perfectam Legis obedientiam jure reqvirit, ita jure etiam punit eos, qvi non poſſunt non peccare, qvia propriâ culpâ peccant.

Obſerv. 3. Actualis pœna jure infligitur homini, etiam illi, qvi non poteſt omittere peccatum,

(1.) qvia

(1.) qvia in primis parentibus Rectorem vitæ ſuæ amiſit.

(2.) hunc ipſum Rectorem non admittit, & in peccatis propriâ ſuâ culpâ manet.

(3.) ne qvidem Lumen naturæ ſeqvitur.

Obſerv. 4. Deus voluntate judiciaria ſæpe antegreſſa peccata aliis peccatis punit.

Obſerv. 5. Impii ruunt ex uno peccato in aliud, Pſal. 69, 28. Laß ſie in eine Sünde über die andere fallen.

Obſerv. 6. *Ipſa permiſſio peccati*, in qvod ex alio ruunt impii, *eſt pœna peccati*: Ipſum verò peccatum, propriè loqvendo, non eſt pœna alterius peccati. Ratio eſt, qvia permiſſio & deſertio juſti judicis, per qvam peccatum fit pœna antecedentium peccatorum, eſt pœna peccatorum pœnæ meritoriorum; ipſa verò peccata, qvæ permiſſionem & deſertionem divinam ſeqvuntur, & prioribus addita, majorum condemnationem merentur, non ſunt pœna peccati eodem reſpectu.

SUMMA: Peccatum antecedens eſt meritorium pœnæ talis, qvæ eſt novi peccati permiſſio, qvo novo peccato majorem pœnam peccator attrahit.

Obſerv. 7. Peccatum nullo modo eſt à Deo, etiamſi juſtiſſimus Judex hunc effectum juſtitiæ divinæ oſtendat, qvod actum hominis obſtinatè pravum, permiſſione novi peccati & peccatoris deſertione, pro merito punire velit.

§. 4. Pœna peccato debita vocatur maledictio, *omnis boni privatio, & omnis miſeriæ atqve afflictionis, tam corporalis & temporalis, qvàm ſpiritualis & æternæ immiſſio. Deut. 27, 26. cap. 28. Matt. 25. (ite maledicti in ignem æternum) cui conjuncta eſt erubeſcentia. Gen. 3. Rom. 6, 21. & æterna ignominia, Dan. 12.*

§. 5. Maledictio hæc complectitur pœnas *non tantùm temporales & externas, ſed potiſſimùm ſpirituales, internas & æternas. Qvæ omnia unicum* Mortis *vocabulum includit. Gen. 2, 17. videlicet privationem horrendam & plenariam univerſæ vitæ 1. naturæ. 2. gratiæ. 3. gloriæ. vid. art. 132. §. 3. & 4. de mortis porta, umbra & pulvere; & art. 141. vid. infra §. 8. NB. ita, ut merito*

ritò peccator repetere poſſit illud, qvod de Ludovico XI. Galliæ Rege Cominctus refert lib. 10. p. 621. qvi ſæpius dixit: Hoc unicum vocabulum ſibi eſſe intolerabile, & ſuperare omnes vires &c. Unde & æger Medico Jacobo Cottier ſingulis menſibus promiſit 10000. florenos, & reliqvias SS. Româ afferri curavit. vid. Gottfridi 4. Monarch. pag. 681. A. C. 1483.

§. 6. Interna pœna *ex amiſſione gratiæ divinæ & juſtitiæ originalis conſtat. vid. ſup. Art. 29.*

§. 7. Externa pœna *conſiderari poteſt vel reſpectu hujus, vel alterius vitæ.*

§. 8. Pœna hujus vitæ *tam bona amiſſa, qvàm mala innumera ſubſecuta reſpicit, ut ſunt mortis tam antecedentia, qvàm concomitantia & conſeqventia. vide Art. 132. per mortem enim omnis generis calamitates, & temporalis atqve æterna maledictio intelliguntur, ſive animæ & corporis diſſolutio, dolor, mortalitas, cum omnibus defectibus & miſeriis, qvæ vocantur peccati ſtipendium. Conf. Art. 108. & Theol. Moral. part. 2. de afflictionum varietate, juxta ſententiam Gen. 2, 17:* Morte morieris, *h. e. certo certius, eo ipſo momento, omnia & ſingula univerſæ mortis mala antecedentia, concomitantia & conſeqventia te opprimere ſenties, miſerrimum mortis naturæ, gratiæ & gloriæ mancipium. Vid. de phraſi duplicatâ Gen. 41, 32. qvæ vehementiam, certitudinem & accelerationem notat, & de variâ hujus vitæ miſeria atqve innumerabili afflictione Gymnaſium Patientiæ, & Manuale Theol. art. 36.*

Canon: Mors eſt pœna propter peccatum juſto Dei judicio immiſſa, ideoqve peccatori amariſſima Sirac. 41, 23. ob horrendam totius naturæ deſtructionem. vid. Lutherum in Gen. 22. T. 10. W. D. f. 516. der Seelen Tod iſt das Schrecken und Todes-Angſt / anima mortis. vid. Gottſel. Alter. p. 668.

§. 9. Alterius vitæ pœna infernalis *deſcribitur infra Articul. CXLI.*

Obſerv.

Obſervatio: Pœna damni & ſenſus ſenſu Pontificio accepta Scripturæ & ignota eſt, & planè contraria.

§. 10. Liberatio ab hâc pœnâ per Chriſtum, etiam in infantibus, *NB. ſup. art. 33. §. 10.* oſtenditur *Art. 37. 52. & 55. qvi ſublato maledicto (vid. art. 52. NB. Manual. p. 814.) benedictionem reſtituit. art. 55. & peccatori in peccatis mortuo Eph. 2. Vitam naturæ, gratiæ & gloriæ reddit: & credentibus* τιμωρίαν *in pædiam convertit. vid. art. 108. NB. & 132.*

Canon: Tam pœnæ gravitatem, qvàm liberationis infallibilitatem manifeſtat divina revelatio, tum legalis comminationis, tum Evangelicæ promiſſionis Gen. 3, 15. ſeq. vid. art. 77.

Nota 1. Deus peccatori & vitam & mortem in verbo proponit. Devt. 30. verſ. 19. vitam, ut vivat: mortem verò, ut illam fugiat, & Evangelica promiſſione invitatus Matt. XI. ad vitæ principem confugiat.

Nota 2. Præſens DEI ſilentium eſt futuræ ſeveritatis indicium. vid. Pſal. 50, 21. Das thuſt du/und ich ſchweige/חרש aber ich will dirs unter die Augen ſtellen/und dich ſtroffen. NB. יכח increpare verbis & factis, Pſal. 6, 2. & arguere in judicio, Eſa. 1, 18. Confer c. 42, 14. ubi ſilentium non intelligitur docimaſticum (uti Pſal. 28, 1. wenn ich ruffe / ſo ſchweige mir nicht) ad probationem; ſed judiciale, vindicis ſeveriſſimi, ad graviorem exprobrationem.

§. 11. Pleniorem explicationem *offert Manuale art. 36.*

ARTICULUS XXXVII.

De Statu Reſtaurationis, & miſeriæ humanæ per CHRISTUM parato remedio.

Placuit Patri per Chriſtum cuncta reconciliare, Coloſſ. 1, 20. ἀποκαταλλάξαι. NB. artic. 55.

Nota 1. *Miſeria* vocatur 1. *in genere* defectus cujusvis boni adeſſe debiti. 2. *in ſpecie* & propriiſſimè defectus omnis boni, cum ſummo malo conjunctus in damnatione. vid. art. 29. NB. & 36. & 141.

Nota 2. Ex miſeriâ agnoſcitur miſericordia. vid. articul. 10. Titul. 22. §. 5. NB.

Nota 3. Reſtauratio divina includit redemtionem de qva NB. Art. 55. §. 4. adeoqve

I. Redemtoris ab æterno conſtitutionem, & redemtionis decretum Eph. 1. inf. Art. 39. NB. art. 52. §. 2. de officio Mediatoris, ejusqve virtute etiam ante incarnationem, & art. 53. §. 3. art. 54. §. 2. NB.

II. Redemtoris in tempore promiſſionem Gen. 3.

III. Redemtoris miſſionem Galat. 4. Joh. 3. inf. Art. 41.

IV. Redemtoris univerſalem ſatisfactionem Eſa. 53. infra Articul. LV.

V. Redemtionis univerſalem oblationem per verbum & Sacramenta Matt. 28. Marc. XVI. inf. Art. 81. ſeq.

VI. Redemtionis applicationem per fidem ſingulis credentibus promiſſam Joh. 3. inf. Art. LXX.

VII. Redemtorum æternam glorificationem Joh. 3. inf. Art. 142. vid. & Art. LII.

Canon: *Columna & fundamentum ſalutis eſt unitrinum.* Benevolentia Patris, Redemtio Fratris, Gratia Conſolatoris Spir. S. vid. art. 38. 55. 90. 91. Conf. ſup. art. 3. NB.

§. 3. Cauſa efficiens principalis eſt SS. Trinitas; *per modi reſtaurationis appropriationem verò ſingularem DEI Filius, ſalutis noſtræ autor & conſummator Hebr. XII, 2. Conf. infra Articul. 54. & 55.*

§. 4. Impulſiva interna *ſive ratio movens, ſecundum noſtrum concipiendi modum, eſt* φιλανθρωπία *Dei, Tit. c. 3. verſ. 4. 5. Confer articulum 10. Titulo 20. 21. 22.* externa *verò ſive occaſio potius eſt miſeria hominis peccatoris, omni auxilio deſtituti Pſal. 49, 8.*

Canon: Ineffabilis Dei amor & miſericordia ac *φιλανθρωπία* erga genus humanum non excludit Chriſti meritum. vid. Johan. 3. ejusqve ſatisfactionem, vid. Art. X. Tit. de Miſericordiâ & Juſtitiâ Divinâ, & infr.

infr. Artic. 52. & 55. Vid. Harmoniam Evang. Chemnicii ad Johan. 3. col. 362. ubi monet:

1. Dilectionem Dei explicari ex Chriſti merito Eph. 1, 5. 2. Tim. 1, 9. & ex div. miſericordiâ, Eph. 2, 4. NB. ſup. art. 10. Tit. 20. 21. 22.

2. Antitheſin Dei ſanctiſſimi & mundi peſſimi oſtendere ejus charitatem Rom. 5, 8. 1. Joh. 5, 19.

3. Dilectionem fundari in Chriſti merito & interceſſione, qvi legem implevit.

4. Satisfactionem homini impoſſibilem Pſal. 49. præſtitiſſe ſolum Dei Filium Galat. 4. 2. Cor. 5.

§. 5. Objectum hujus reſtaurationis ſunt omnes & ſoli homines. *vid. Art. 52. non verò Angeli, art. 21.*

Canon: A gratuitâ reſtauratione nemo hominum excluſus eſt. vid. articul. 38.

Ratio eſt: Qvia gratia exuberavit, & peccato atqve miſeriâ fuit longè abundantior. vid. Rom. 5, 20. Sie iſt weit gröſſer und mächtiger/ πλεονάσει abundantiâ ſuâ peccati pleonaſmum ſuperans. NB. art. 10. Tit. 23. Confer Höpfneri Diſp. 10. de juſtif. ubi ex Rom. 5. expendit comparationem Adami & Chriſti I. *qvoad efficientiam* oppoſitam peccati & juſtitiæ verſ. 12. 14. 15. ſeq. per inobedientiam, & obedientiam. II. *qvoad effectum* communem 1. meritum pœnæ & præmii, judicii & juſtificationis verſ. 13. 16. 2. mortis & vitæ verſ. 14. 17. 21. III. *qvoad modum* communicandi peccatum & juſtitiam, mortem & vitam, qvi eſt imputatio. verſ. 17. 18. vid. inf. art. 70. §. 2.

§. 6. Forma *eſt ſapientisſima peccatoris per Chriſtum, reſtitutio & donatio vitæ gratiæ & gloriæ, vid. Art. 39.*

§. 7. Finis *eſt Dei Gloria & hominum ſalus.*

§. 8. *Pleniorem hujus articuli explicationem, cum uſu, & autorum Catalogo, exhibet Manuale art. 37.*

Digitized by Google

ARTICULUS XXXVIII.

De Univerſali Voluntate DEI hominès lapſos reſtaurandi.

DEUS vult omnes ſalvos fieri 1. Tim. 2, 4. 6.

§. 1.

VOluntas DEI benigniſſima *eſt primum ſalutis humanæ principium, qvo erga univerſum genus humanum, in peccatum & reatum damnationis prolapſum, intenſiſſimè afficitur, ita, ut non tantùm omnium omninò ſalutem ſeriò expetat, ſed & omnibus ad hunc finem obtinendum media ſufficientia atqve efficacia ordinet, in laudem divinæ bonitatis & noſtram ſalutem. Ubi* principium *eſt DEUS Pater, Joh. 3, 16.* Objectum *omnis homo, 1. Tim. 2, 8.* Fundamentum *CHRISTI ſatisfactio 2. Tim. 1, 9.* Actus *formalis eſt mediorum deſtinatio.* Finis *DEI gloria & noſtra ſalus.*

Canon 1. Voluntas DEI de reſtauratione univerſi generis humani eſt catholica. vid. art. 37. §. 2. vide de dicto 1. Tim. 2, 4. ſup. art. 10. Tit. 17. §. 8. NB. Unde ex univerſali benevolentia Patris fluit univerſalis redemtio Fratris art. 55. & univerſalis gratia conſolatoris, ejusqve vocatio. art. 90. 91.

Nota 1. Articulus de univerſali voluntate Dei homines lapſos reſtaurandi fundamentalis eſt, ſine qvo fides ſalvifica conſiſtere neqvit. Ideoqve diſſenſus circa hunc articulum conſenſum in fundamento fidei impedit. vid. ſup. Art. 3. de fundamento fidei, & Theol. Exegetica lib. 3. cap. 2. Tit. XI. NB.

Nota 2. Voluntas Dei univerſalis antecedens eſt, qvâ DEUS omnium ac ſingulorum hominum ſalutem æternam vult ac promovet. Vid. ſup. Art. X. de Dei voluntate Titulo 17. NB.

Nota 3. Voluntas Dei antecedens conſiderat hominem, qvalis in

in ſe eſt miſer; conſeqvens verò qvalis ex proximè antecedente vitio incredulitatis accidentali factus eſt. vid. Johan. 3. & ſup. artic. 10. Titul. 17. NB.

Canon 2. Benevolentia DEI univerſalis eſt infallibilis.

Ratio eſt, qvia non ſolùm eſt commiſeratio, aut deſiderium inefficax, aut affectus ſimplicis complacentiæ, ſine reſpectu ad media: ſed voluntas efficax, qva ſalutem ardentiſſimè deſideratam efficere, & per media ſufficientia & efficacia conſeqvi ſeriò intendit.

Canon 3. Voluntas DEI de univerſali ſalute hominum eſt ſerium Dei beneplacitum, & qvidem tale, qvod neqvaqvam à voluntate ſigni alienum eſt aut ſigno contrarium. vid. ſupra art. 10. Tit. 17. de voluntate §. 8. NB.

Canon 4. Voluntatis univerſalis aſſertio eſt abſoluti decreti everſio. vid. §. 2. NB.

Canon 5. Deus vult omnes atqve ſingulos homines ſalvos fieri, qvia ſingulos ad ſalutem condidit, ſingulis Filium ſuum donavit. NB. art. 55. §. 14. verbum propoſuit, & fidem ex verbo dare decrevit, & eandem ob cauſam pro omnibus & ſingulis, eorumqve ſalute nos orare juſſit. vid. 1. Tim. 2, 3. 4. & Chamieri T. 3. Panſtr. l. 7. de prædeſt. c. 6. p. 9. Confeſſionem in Manuali art. 38. p. 605. Durum eſt illud: nolens ullos perire, flectere ad genera ſingulorum, ob Ezech. 18, 32. ubi mors ſpectatur in ſingulis generum, & qvia obſtant preces pro Regibus ſigillatim, &c. Ideo enim Deus jurat, Ezech. XXXIII, 11. neminem peccatorum excludit Rom. XI, 32. Gal. 3, 22. neqve pereuntes 2. Pet. 2, 1. Eſa. 65, 2. Matt. 22, 3. omnibus Filium mittit Joh. 3. per qvem omnes ad ſe vocat Matt. XI. cap. 28, 19. Marc. 16, 15. etiam nolentes Matt. 23. Luc. 7. imò & illos, qvi Spiritui Sancto per verbum & Sacramenta gratiam omnibus offerenti Marc. XVI. reſiſtunt Actor. c. 7. Qvicqvid E. fundatur in univerſali Dei miſericordiâ, in univerſali Chriſti merito, & in univerſali Spiritus Sancti oblatione, illud omninò univerſale eſt. At voluntas antecedens eſt talis. E. Vid. inſignis D. Mülleri tractatus Germanicus abſoluto decreto oppoſitus.

Nec obſtat voluntas conſeqvens. Ratio eſt, qvia in voluntate antecedente ſpectatur ſalus ſub ratione mediorum, qvatenus hæc ex parte Dei æqvè omnibus hominibus ordinata ſunt: In voluntate verò conſeqven-

Digitized by Google

ſeqvente attenditur ſalus ſubratione mediorum, in qvantum ea ab hominibus vel ſine obſtaculo admittuntur, vel obice objecto non acceptantur. NB. artic. 10. Titul. 17. & artic. 92.

§. 2. Fundamentum univerſalis reſtaurationis eſt revelatio infallibilis per dicta univerſalia, nullam exceptionem admittentia. *vid. ſupra art. 3. §. 1. NB. Non E. opus eſt, ut in cœlum aſcendamus Rom. 10. aut novam qværamus transmarinam ſapientiam. Sufficit enim credenti verbum DEI, qvod eſt veritas, Joh. 17,17. ſufficit aſſertio Salvatoris Joh. 6, 40: Hæc eſt voluntas ejus, qvi miſit me, ut* omnis, *qvi videt Filium, & credit in eum, habeat vitam æternam. Sufficit univerſalis invitatio: Venite ad me omnes Matt. XI. Hunc audite Matt. 17. Sufficit juramentum: Vivo ego, nolo mortem peccatoris Ezech. 18, c. 33. Sufficit miſericordia univerſalis.* Daß Er ſich aller erbarme / *Rom. XI, 32. ſufficit juſtitia acqviſita univerſalis Rom. 5, 18. ſufficit promiſſio data omni credenti Gal. 3, 22. ſufficit voluntas catholica, ut nemo pereat, ſed ut omnes convertantur, 2. Pet. 3. ſufficit efficacia Baptiſmi Marc. 16. ut omnis credens habeat ſalutem æternam. Sufficit remiſſionis peccatorum donatio: Confide fili, remiſſa ſunt tibi peccata tua. Matt. 9. Sufficit ſalutis obſignatio per corpus & ſangvinem Chriſti, datus in S. Cœna in remiſſionem peccatorum. Qvæ fundamenta plenius explicata offert Manuale art. 38. 39. 90. 91. 92. 87. 88. 109. 111. ſeq. cum Reſp. ad exceptiones adverſariorum. Conf. de capite 9. Ep. Rom. Theol. Exeget. lib. 3. c. 2. Tit. XI. & infra art. 110. Manual. art. 38. p. 627. & art. 39. p. 639. Nec non ſolatia Lutheri, p. 646. NB.*

Poriſma. Præſtat itaqve credere DEO juranti, Filio ſatisfacienti & Spiritui S. teſtificanti, qvàm rationi ſeducenti & dubitanti. NB. ſeq. art. 39. Confer Calvinum lib. 3. Inſtit. c. 23. §. 7. ubi dicit: Decretum horribile, fateor. vid. Manual. art. 38. p. 618. & art. 110. p. 1575. exempla tentatorum, Lutheri, Spiræ, Ilhosvvani, Jeremiæ Nicolai, Wolffii & aliorum, digniſſima, qvæ hoc loco repetantur. Confer horribilem

hujus

Digitized by Google

hujus decreti deſcriptionem ex Johanne Brideaux. NB. Theol. Exeget. lib. 2. c. 5. §. 14.

§. 3. *Reliqva huc facientia, cum uſu & autorum Catalogo, offert Manuale Theol. Germ. art. 38. 39. 70. 90. 110. & 109. Inprimis verò* Gründliche Außführung *Theologorum Haſſiacorum. Confer infra Theol. Polemicam de Calv.*

ARTICULUS XXXIX.

De Reſtaurationis Modo & Ordine.

DEUS certa Diſpoſitione inſtauravit omnia per Chriſtum. Eph. 1, 10. vid. art. 37. §. 2.

§. 1.

RESTAURATIONI divinæ tribuitur diſpenſatio *ſeu* οἰκονομία *Eph. 1. ubi* οἰκοδεσπότης, der Hauß-Herr und Hauß-Vater / *ſive Paterfamiliâs, caput familiæ Matt. 20, 1. ſingula prudenter diſponit, ut* διοίκησις *& univerſæ domus adminiſtratio pateat ſapientiſſima & ordinatiſſima: Dum omnia & ſingula ratione eventus ex unico ſalutis fundamento oriuntur. Qvemadmodum & Architectus in accuratâ alicujus ædificii reparatione omnia & ſingula certo ordine ad ſcopum præfixum dirigit. Confer ædificationem Eccleſiæ ſup. art. 14. §. 4. NB. &* πρόνοιαν *divinam art. 23. §. 1. & infra lib. 3. Repertorium Architectonicum.*

Obſerv. 1. Ordo inſtaurationis omni creaturæ ignotus ex arcano divinæ voluntatis propoſito nobis revelatus eſt Eph. 1, 9. nec alius fingendus, qvia Deus veraciſſimus Pſal. 33, 4. cujus verbum eſt ipſa veritas Joh. 17, 17. unde & nihil aliud dicit, qvàm qvod vult, vid. Matt. 7, 14. & qvi habet hæc verba non humana, ſed qvæ docet Spir. S. 1. Cor. 2, 13. ille tenet νοῦν Χριστοῦ, mentem ipſius Chriſti v. 16. de ſalute noſtrâ, ejusqve acqviſitione, oblatione & applicatione.

Obſerv. 2. Fundamentum fidei univerſale tollit abſolutum decre-

Digitized by Google

cretum particulare. Qva de re ſupra dictum eſt Articulo 3. §. 1. NB. & art. 10. Tit. 17. & in Theol. Exeget. lib. 3. c. 2. Tit. XI.

Obſerv. 3. Reſtauratio divina NB. art. 37. §. 2. reſpicit 1. Dei reconciliationem per Mediatoris interceſſionem & ſatisfactionem art. 52. §. 2. 2. amiſſæ imaginis divinæ reſtitutionem. Unde & gaudium Angelorum Luc. 2. & c. 15. eorumqve miniſterium ad ſalutem noſtram oritur. Hebr. 1.

§. 2. Univerſa œconomia & fundamentum reſtaurationis reſpicit 1. DEI miſericordiam & benignitatem, qvi Filium dedit. *vid. Joh. 3.* 2. Filii ſatisfactionem, *Eſa. 53.* 3. Spiritus Sancti vocationem. *vid. art. 38. §. 1.*

§. 3. Univerſum ſyſtema ſalutis noſtræ oſtendit Apoſtolus *Eph. c. 1. vid. Bald. comm. h. l. ubi exponit* ſalutis noſtræ acqviſitionem, oblationem & applicationem atqve conſummationem, *ita ut ordine ſeqvatur Redemtoris 1. conſtitutio, & donatio Joh. 3. 2. promiſſio, Gen. 3. 3. miſſio Gal. 4. 4. ſatisfactio Eſa. 53. 5. ſatisfactionis per verbum oblatio. 6. per fidem apprehenſio Rom. 3. 7. per Sacramenta obſignatio. vid. ſup. art. 7. §. 2. & art. 70. & de ſponſione Redemtoris noſtri art. 52. §. 2. & art. 55. & de electione in Chriſto art. 110. NB. & 109. Confer infra art. 90. de gratiâ, & de gratuitâ vocatione art. 91. & converſione atqve regeneratione art. 92. & juſtificatione art. 94. ut & de pœnitentia, art. 95. & ſanctificatione art. 97.*

§. 4. Decreto æterno executio in tempore, ratione modi, cauſarum & mediorum, exactiſſimè reſpondet. *vid. art. 70. & 110.* Nec obſtat peccatoris reſiſtentia *Actor. 7. qvæ non tollit decretum ipſum, ſed reſpicit ordinem ſalutis à DEO conſtitutum Act. 13. ſalvâ div. omnipotentiâ. vid. art. 10. Tit. 38. NB.*

Canon: Initium, medium & complementum ſalutis noſtræ in Chriſto fundatum merè gratuitum, neqvaqvam verò abſolutum eſt. NB. art. 10. Tit. 17.

§. 5. Summaria horum omnium explicatio oſtenditur *inſra articulo 70. & 90. ſeq. & in Manuali Theol. Germ. art. 39. ubi & uſus additur, & autorum catalogus.*

ARTICULUS XL.

De Salvatore, Salute, & Salvatione, ejusqve reqviſitis.

Salvator eſt Chriſtus Dominus Luc. 2, 11. qvi eſt verè Salvator mundi Joh. 4, 42.

§. 1.

OB extremam noſtram miſeriam Salvatore nobis opus erat, *1. Tim. 2. à qvo ſalus & vita gratiæ & gloriæ expectanda, & ipſa per Salvatoris meritum acqviſitio, oblatio & applicatio ſalutis, atqve ſalvatio, & ſalvandorum ex regno gratiæ in regnum gloriæ translatio. vid. inf. Art. 131. & 70.*

§. 2. Salvator *dicitur* Σωτὴρ *1. Tim. 4, 10.* der Heyland aller Menſchen. *vid. infra Art. 43. §. 1.* Qvi ſervat, & ſalvat, *ex ſeq. §. 3. vid. inf. de beneficiis Salvatoris Art. 52. & Hebr.* ישע.

Nota 1. Nomen *JESUS*, ſi non Latinius, ſaltem ἐμφατικωτέρως redditur Salvator, qvàm Servator, qvia non modo ſervat, ſed etiam ſalutem confert. vid. Cicero T. 2. op. p. 99. Edit. Hervag. Baſil. fol. A. 1534. actione 4. in Verrem lib. 4. orat. 7. Non ſolùm patronum iſtius Inſulæ, ſed etiam Sotera inſcriptum vidi Syracuſis. Hoc qvantum eſt! Ita magnum eſt, ut Latino uno verbo exprimi non poſſit. Is eſt nimirum Soter, qvi ſalutem dedit.

Nota 2. Salvatoris vox vel reſpicit liberationem corporalem ſeu temporalem, vel ſpiritualem & æternam, vid. 1. Tim. IV. verſ. 10. & infra Artic. 43.

Nota 3. Salvator vocatur etiam Mediator 1. Tim. 2. art. 55. §. 6. & Redemtor &c. vid. inf. Art. 55. §. 4. nec non art. 41. 43. 54.

§. 3. Sal-

Digitized by Google

§. 3. Salvator eſt, qvi omne malum auferendo miſeros ſervat, & omne bonum conferendo eosdem gratis ſalvat. *Conf. Pſal. 103, 4. beneficia privativa & poſitiva: Qvi redimit (NB. Redemtor) de interitu vitam tuam; & coronat te miſericordiâ. Conf. inf. Art. 43. Unde unicum Nomen Jeſus includit univerſam* στέρησιν κακῶν, καὶ θέσιν τῶν ἀγαθῶν. *ſup. §. 2.* 1. das Erlöſen vom Verderben. 2. das Crönen mit Gnade und Barmhertzigkeit.

§. 4. Reqviſita Salvatoris probant Salvatoris veritatem & ſufficientiam ad ſalvandum.

Nota 1. *Reqviſitum* dicitur ICtis, qvod in aliqvo deſideratur & reqviritur. (præſcindendo à principio, unde illud ſit, vel adeſſe poſſit. *Philoſophis* verò reqviſitum eſt, qvod reqviritur vel ad rei conſtitutionem (ut pars ad corpus) vel explicationem (ut affectio) vel applicationem (ut medium, vel adminiculum) vel ad evacuationem (ut reqviſita naturæ. Devt. 23, 12. Confer Thomam 1. 2dæ. art. 1. p. 10. ubi ait: reqviritur aliqvid, 1. ut præparatorium (diſciplina ad ſcientiam) 2. ut perficiens (anima ad vitam corporis) 3. ut coadjuvans extrinſecè (anima ad aliqvid agendum.) SUMMA; reqviſitum eſt, qvod ad rem aliqvam reqviritur vel ut conſtituens, (pars ad corpus) vel ut conſeqvens, (affectio) ſive neceſſariò, (ut proprium) ſive contingenter, (ut accidens.)

Nota 2. *Reqviſitum Salvatoris* eſt myſterium rationi abſconditum, ideoqve ex ſolâ revelatione inveſtigandum.

§. 5. Reqviſita Salvatorem conſtituentia, & ad officium Salvatoris ſimpliciter neceſſaria Spiritus S. potiſſimum oſtendit numero ſeptenario, qvi numerus perfectionis eſt. *Nam* Salvator generis humani debebat eſſe 1. θεάνθρωπος. 2. ἀναμάρτητος. 3. ἑκούσιος. 4. ἱκανός. 5. δυνατός. 6. μονότατος. 7. τέλειος. *Adeoqve,*

I. *Salvator & redemtor noſter debuit eſſe* θεάνθρωπος, verus DEUS & verus Homo, qvi Mediator NB. art. 55. §. 6. cum utraqve natura aliqvod commune haberet, ut utramqve reconciliaret ex 1. Tim. 2, 13.

Digitized by Google

2,13. (vid. Tit. 2,13.) ubi vocatur Homo Chriſtus Jeſus. Nec obſtat Salvatoris ab Humana natura denominatio. Hoc enim fit, ad excitandam noſtram fiduciam & indicandum mediationis in carne peractum officium. vid. infr. Art. 55. §. 6. ſeq.

II. *Salvator generis humani debuit eſſe innocentisſimus, ἀναμάρτητος* & debito ipſe non obligatus 1. Pet. 2, 21. ſeq. Hebr. 7,26. vid. 2. Cor. V, 21. qvi peccatum ipſe non novit; alias enim peccator pro peccatore ſatisfacere non potuiſſet.

III. *Salvator noſter ex libera voluntate, debita aliorum ſponte in ſe recipere debuit* Joh. 10,17. Conf. Hebr. 9, 15. ſeq. ne coacta ſatisfactio eſſet vel imperfecta vel nulla ſatisfactio. vid. art. 52. §. 2.

IV. *Salvatori noſtro à judice aliena debita imputari debebant;* 2. Cor. V, 21. Eſa. 53,12. Joh. 1,29.

V. *A Salvatore ſolutio noſtri loco exigi & praſtari debuit* Pſal. 69, 5. qvia eſt Göel Job. 19. ſponſor. NB. artic. 52. §. 2. & Redemtor, artic. 55. §. 4. 9.

VI. *Salvator neminem in conſortium Salvationis admittere* Actor. 4,10. *ſed Mediator debuit eſſe unicus* ex 1. Tim. 2. & ſolus Eſa. 63. verſ. 3. qvia Salvator hoc loco reqviritur perfectiſſimus.

VII. Salvator opus Redemtionis plenè perficere debuit Hebr. X, 2. perfecta redemtione inventâ. Conf. inf. Art. 55. §. 4. 11. 12.

§. 6. Reqviſitorum redemtoris ad promiſſum Meſſiam applicatio, verum Mundi Salvatorem & unicum eſſe Dominum noſtrum JESUM CHRISTUM oſtendit *ex Artic. 55. §. 4. & 11. 12. NB. & 63. & 41. 42. ſeq.*

§. 7. *Plura qvæ huc ſpectant, cum uſu, & autorum Catalogo, exhibet Manuale art. 40.*

ARTICULUS XLI.

De Miſſione & Adventu Meſſiæ.

Meſſias venturus, qvi vocatur Chriſtus, ego ſum, ait Salvator, Johan. IV. verſ. 25. 26.

§. 1. Deus

Digitized by Google

§. 1.

DEUS Salvatorem ab æterno conſtitutum non ſolum ex gratia in tempore poſt lapſum promiſit, *Gen. 3, 15.* ſed etiam in carnem miſit *Gal. 4. Conf. 1. Joh. 4, 9. Confer de Prot-Evangelio tract. proœmial. de Theologia natura. §. 3. NB. p. 12.*

Nota 1. Salvator, cujus reqviſita art. 40. expoſita ſunt, vocatur ὁ ἐρχόμενος, der da kommt/ Matt. XI. Apoc. I, 8. *Meſſias*, ex משח der Geſalbete/ unctus Propheta, Rex & Sacerdos noſter inf. Art. 53. 54. 55. & ſemen promiſſum. Gen. 3. de qva Unctione ex Pſal. 45. agit articulus 47. §. 1. NB.

Nota 2. *Miſſio* & exhibitio Meſſiæ vocatur ἐπιφάνεια Salvatoris, & Adventus in carnem 2. Tim. 1. & θεοφάνεια apparitio Dei, Erſcheinung/ & Miſſio Filii Dei unigeniti in mundum 1. Joh. 4, 9.

Nota 3. Ἐπιφάνεια eſt illuſtris apparitio (ex ἐπιφαίνω appareo, φαίνω oſtendo. vid. NB. inf. art. 42. initium.) σωτῆρος Tit. 3. 4. & Salvatoris noſtri, c. 2, v. 13. & reſpicit promiſſionis eventum ſive promiſſi Salvatoris miſſionem atqve adventum. Unde *adventus CHRISTI* oſtenditur

1. *ad redemtionem* ſive incarnationis, cujus fructus eſt catholicus. Venit tibi Zach. 9. pauper, ut tu ſis dives NB. art. 58. §. 1.

2. *ad gratioſam inhabitationem μονὴν* Joh. 14, 23. veniemus & manſionem faciemus, Wohnung.

3. ad introductionem credentium in gloriam æternam poſt univerſale judicium Matt. 25. NB. art. 137. §. 1.

§. 2. Efficiens hujus Miſſionis eſt DEUS. *Pater miſit Filium σωτῆρα τοῦ κόσμου, 1. Joh. 4, 14.* zum Heyland der Welt.

§. 3. Miſſus in carnem Meſſias eſt DEI Filius. *vid. ſupra articulum 14. NB. qvi neqvaqvam eſt Patre minor, ſed ἀπαύγασμα δόξης* der Glantz der Herrligkeit/ *& character* das Ebenbild/ *imago perfectiſſima, eandem habens cum Patre naturam & eſſentiam, æterna generatione communicatam. Hebr. I, 3. Pſal. 2. ἴσος æqvalis, habens Patrem ἴδιον Joh. 5, 18.* der Einige/ Eigene/ Eingebohrne Sohn des Vaters/ ἴδιος *Rom. 8, 32.* ὁ μονογενὴς *Johan. 3, verſ. 16.*

verſ. 16. per qvem unicum eſt juſtificatio Rom. 5. verſ. 17. δι᾽ ἑνὸς δικαιώματος.

Nota 1. Meſſias eſt in V. T. promiſſus, in Nov. Teſt. exhibitus, Chriſtus θεάνθρωπος, Rex, Propheta, Sacerdos & Redemtor noſter unicus. vid. inf. Art. 95. Conf. de Divinitate Meſſiæ promiſſi D. Calovium T. 3. Syſtem p. 413.

Nota 2. Meſſias conſideratur (1.) *ut exhibendus* in V. T. ob promiſſionem Gen. 3, 15. ejusqve repetitionem factam Abrahamo Gen. 12, 3. & Davidi 2. Sam. 7, 12. NB. de qva agit Theol. Exeg. lib. 2. cap. 6. Tit. 1. NB. Conf. Jerem. 23, 5. & obſignationem per ſacrificia Hebr. IX, 22. vid. infra Artic. 74. (2.) *ut exhibitus* in N. T. natus & omnibus datus Luc. 2. Conf. Eſa. 9, 6.

Nota 3. *Miſſio* & mandatum & voluntatem includit.

Nota 4. *Miſſio & officium* non tollit æqvalitatem eſſentiæ & potentiæ, adeoqve nec divinam Meſſiæ majeſtatem.

§. 7. Forma & modus hujus miſſionis fuit inuſitatus & plane ſingulariſſimus. *Nam olim qvidem & Angelos DEUS ablegavit, & Prophetas miſit, ad annunciandam voluntatem ſuam; ſed miſſio Meſſiæ planè* μονότροπος καὶ ἐξαίρετος *per Incarnationem facta fuit*, das hieß ein neues ſchaffen / *Jer. 31, 22. vid. inf. Art. 42. §. 1. & art. 44. §. 2. NB.*

§. 8. Tempus miſſionis Meſſiæ certum & divinitus aſſignatum eſt poſt ſceptrum de Juda ablatum *Geneſ. 49. vid. Diſpp. Helvici. Confer D. Geieri comm. in c. 9. Danielis, & Chemnicii Harm. Luc. 2.*

Obſerv. 1. Tempus miſſionis Meſſiæ vocatur impletio & ſupplementum die erfüllete Zeit. Die Fülle Col. 2, 9. vide infra artic. 47. §. 5. πλήρωμα τοῦ χρόνου plenitudo temporis Galat. 4, 4. ſive plenum tempus, uſitato Hebraiſmo, qvia hoc tempus conſummatum eſt ſimul complementum omnium vaticiniorum de Meſſia Matth. XI, 13. & veteri abolito, N. Teſtamenti initium, ubi complementum expectationis & gaudii piorum ob Meſſiam exhibitum, tandem ſeqvitur gaudium perfectum æternum, poſt inſtantem ſeculi præſentis conſummationem Hebr. 9, 26.

ovi-

Digitized by Google

συντέλεια τῶν αἰώνων, am Ende der Welt / jam enim inſtat hora noviſſima. 1. Johan. 2,18. Et Promiſſio ante impletionem deſideratam cor humanum inſtar vaſorum evacuatorum nobis ſiſtit, qvorum perfectio eſt repletio. vide inf. art. 77.

Obſerv. 2. Tempus illud juxta Funccium eſt Annus Mundi 3964. & tamdiu Eccleſia fuit ſub tutoribus, legum rudimentis onerata.

Obſerv. 3. Tempus exhibiti Meſſiæ eſt tempus libertatis & emancipationis, cum fine omnium typorum & ſacrificiorum, vid. Daniel. IX, 25, 27. Jerem. III, 16.

Obſerv. 4. Meſſias jam ante 1677. annos poſt ſceptrum de Juda ablatum Gen. 49. exhibitus, nec alius expectandus eſt, Matt. XI. adeoq; cùm olim tantùm deſideria haberentur Meſſiæ futuri, jam lætari licet de exhibiti Salvatoris præſentiâ.

Canon: Chriſtus Ἰησ. Θεάνθρωπος, Dei & Mariæ Filius, eſt verus & unicus humano generi promiſſus Meſſias. Qvod patet ex reqviſitis omnibus & vaticiniis in eo exactiſſimè impletis, contra Judæos, vid. Articul. 40. & 42. Inprimis verò (1.) ex tempore aſſignato Dan. IX, 24. Luc. 2,1. (2.) ex loco, §. ſeq. 9. tum nativitatis Mich. V. tùm revelationis, qvi eſt templum ſecundum, Hag. 2, 8. (3.) ex familia & matre virgine Eſa. 7. inf. Artic. 44. (4.) ex morte, vid. Pſal. 22. Eſa. 53. Dan. 9. (5.) ex reſurrectione l. d. & ſeſſione ad dextram Patris Pſal. CX, 1. Confer demonſtrationem infallibilem, qvam ipſe Salvator diſcipulis Johannis videntibus & audientibus inculcavit, Matth. XI. & Manuale articul. 41. NB.

§. 9. Locus exhibitioni Meſſiæ aſſignatus eſt Bethlehem, *Mich. V, 1. Matt. 2.*

§. 10. Familia & Genealogia Davidica *exhibitioni Meſſiæ deſtinata oſtenditur inf. Art. 44.*

§. 11. Finis Adventus & miſſionis Meſſiæ eſt DEI gloria *Luc. 2.* ſapientiæ, miſericordiæ & veritatis, qvæ ex humani generis redemtione & ſalvatione pateſcit. *vid. infra Art. 55. Conf. 1. Johan. 4, 9. 10. cujus reſtaurationis gratia Meſſias miſſus eſt. ſup. art. 37. 38. 39.*

Obſerv.

Obſerv. 1. Meſſias non Judæis tantum promiſſus & miſſus eſt, ſed etiam Gentibus, vid. Luc. 2, 32.

Obſerv. 2. Meſſias in carnem non veniſſet, ſi homo in integritate ſuâ perſtitiſſet.

Obſerv. 3. Ex Meſſiæ miſſione miſericordia Dei & amor erga genus humanum magnoperè elucet.

Obſerv. 4. Nemo unqvam niſi per Meſſiam ſalvatus eſt. vid. infra Artic. 80.

§. 12. *Pleniorem hujus articuli commentarium, ſimulq; uſum; atqve autorum Catalogum, exhibet Manuale Germ. art. 41. Inprimis verò D. Mülleri Judaiſmus, qvi Judæorum ſomnia accuratâ ſtudio refutavit*.

ARTICULUS XLII.

De Filii DEI Incarnatione.

DEUS manifeſtatus eſt in carne 1. Tim. 3, 16. ἐφανερώθη offenbahret im Fleiſch / (ex φαίνω NB. art. 41 §. 1.) in lucem edo, oſtendo, luceo, ſplendeo. Matt. 6, 16. à φάω Phil. 2, 15. luceo, & dico, qvia animi ſenſa in oratione lucent, & in Filii Incarnatione lucet veritas divina promiſſionis Gen. 3, 15. & amor incomparabilis Johan. 3. vid. Hebr. 2, 14. Epiſt. ad Tit. c. 2. Gal. 4. & Joh. 1, 14. Verbum caro factum eſt. Nec non Eſa. IX, 9. Jer. 23. 5. Mich. 5, 2. Col. 2, 9.

§. 1.

INcarnatio *eſt DEI in carne manifeſtatio 1. Tim. 3. & verbi promiſſa Gen. 3. in carne habitatio Johan. 1. Coloſſ. 2. art. 41*.

Nota 1. *Manifeſtatio* Dei olim facta eſt alia in aſſumta viſibili ſpecie hominis Geneſ. 32. velut præludium incarnationis ſicut & anthropopathia NB. ſup. 242. alia in rubo ardente, alia in igne ad montem Sinai, ſed longe excellentior eſt illa, qvæ deprehenditur in Incarnationis opere. vid. inf. Art. XLV. qvæ eſt magnum pietatis myſterium.

um. vid. art. 2. Deo relatè accepto, ſive λόγῳ ſoli competens art. 14. Cujus thalamus Pſal. 19, 6. LXX. παστὸς, variegatus & artificioſè factus, à πάσσω. Conf. Pſal. 139, 6. 14. inf. art. 22. §. 3. NB. חפה nemini patet. Conf. Joël. 2, 16. ſed velut nube tegitur: ubi & Seraphim faciem tegunt. Eſa. 6. ut & nos faciem Eſth. 7, 9. & caput velare diſcamus, Jer. 14, 3. vid. Elias Levita in Thisbi, qvi vocat thalamum nuptialem & cubiculum, & velum, ſub qvo fit deſponſatio, einen Himmel / den man über Braut und Bräutgam hält / dum fit deſponſatio. Itali vocant Baldekino.

Canon: Ratio, qvod ignorat, ſtolidè taxat. Confer Method. Stud. Theol. de uſu Philoſophiæ. Buxtorf. Lex. Talmud. in voce חפה tegere, & Manuale Theol. art. 42. p. 675. de Judæorum umbraculo deſponſationis. Unde & Luc. 1. ἐπισκιασμός & obumbratio tribuitur λόγῳ, dum Spiritui Sancto ἁγιασμός aſſignatur & ἐνέργεια, qvi non σπερματικῶς agit, ſed δημιουργικῶς: & nõ reſpectu συνουσίας, ſed ratione δυνάμεως. Salvo enim hoc opere communi ad extra reſpectu efficientiæ, ad ſolum Filium incarnatio terminativè ſpectat. vid. artic. 16. NB. & infra §. 2. & 5.

Nota 2. Hæc manifeſtatio dicitur etiam ἐπιφάνεια, vid. Art. 41. participatio carnis, ἐπιφάνεια ἐνσώματος σωτῆρος Euſebio, ἔνσαρκος οἰκονομία apud Suidam, κοινωνία, μετοχή & ἐπίληψις Hebr. 2. eine Annehmung.

§. 2. Incarnatio eſt divina & ſupernaturalis actio, qva æternus DEI Filius naturam humanam integram & ſanctam, ex ſingulari adventu Spir. Sancti in utero Virginis Mariæ formatam, in unitatem ſuæ hypoſtaſeos aſſumſit, *ut in duabus naturis, divina & humana, perſonaliter unitis, unus Mediator inter DEUM & homines ſubſiſteret* θεάνθρωπος. *vid. Luc. I, 31. 35. & Chemnicii Harmon. h. l. ejusqve tractatum de duabus naturis.*

Nota 1. *Incarnatio Filii DEI eſt* myſterium ineffabile, qva perſona Filii Dei ſimplex, aſſumendo carnem productam, eidem copulata, adeoqve facta eſt compoſita.

Nota 2. *Incarnatio* eſt actus divinitatis: cui tribuitur *aſſumtio*

Digitized by Google

humanitatis : *Unitio* verò utriusqve naturæ reſpectu facta eſſe dicitur : qvam ſeqvitur *unio* perſonalis, qvæ poſt unitionis actum reſpicit perſonalis unionis ſtatum.

Nota 3. *Incarnatio* itaqve formaliter conſiderata, tam ab aſſumtione, qvàm ab unitione & unione perſonali diſtincta eſt.

Nota 4. Incarnatio λόγυ eſt perſonæ ſimplicis, qvoad terminum unum, ad humanam naturam, ceu terminum alterum, factus acceſſus.

Nota 5. Aſſumtio eſt humanæ naturæ, ante non exiſtentis, in perſonam λόγυ facta.

Nota 6. Unitio reſpicit aſſumtionis actum, ratione termini.

Nota 7. *Principium* Incarnationis eſt λόγος. Objectum eſt caro. Forma eſt aſſumtio. Finis noſtra ſalus. Eventus nativitas. Luc. 2.

§. 3. Efficiens hujus Myſterii *eſt ipſe incarnatus DEI Filius θεάνθρωπος Joh. 1, 14. Confer ſup. art. 16. de DEI operibus, & præcedentem §. 1. NB.*

Obſervatio : Spiritus S. operatus eſt 1. maſſæ humanæ ſanctificationem, 2. miraculoſam conceptionem, 3. admirabilem unionem, qvæ reſpectu λόγυ vocatur aſſumtio, vid. Luc. I. verſ. 31. 35. & infra Articul. XLV.

§. 4. Objectum, qvod aſſumſit Filius DEI, eſt caro *animata ſive perfecta humana natura integra corpore & anima conſtans, ἀνυπόστατος, in hypoſtaſin Filii Dei aſſumta, & cum λόγῳ perſonaliter unita. Qvâ de re agit art. 43. NB. §. 3.*

§. 5. Forma incarnationis eſt carnis productæ in hypoſtaſin λόγυ aſſumtio. *Articul. 45. ita, ut Verbum caro factum ſit Johan. 1, 14.*

Obſerv. 1. Modus Incarnationis in ſe eſt planè ineffabilis & imperſcrutabilis.

Obſerv. 2. Sufficit nobis, qvod hîc concurrat 1. carnis producendo facta aſſumtio. 2. aſſumtæ unitio. 3. unitæ communicatio, & 4. inde orta communio & communicatio 1. naturarum. 2. idiomatum. 3. operationum.

Obſerv. 3.

Obſerv. 3. In modo incarnationis explicando potius dici poteſt, qvomodo Deus homo factus non ſit, qvàm qvomodo factus ſit. vid. infra Artic. 45.

Obſerv. 4. Qvemadmodum pueri veram naturalem carnem & ſangvinem habent ex utero matrum ſuarum: Ita & Filius Dei veram naturalem carnem ſangvinemqve humanum aſſumſit ex utero B. Virginis Mariæ, Hebr. 2.

Obſerv. 5. Modum illum incarnationis aliter appellare non poſſumus, qvàm perſonalem, qvo ex duabus naturis una facta eſt perſona.

Obſerv. 6. In Incarnatione Filii Dei facta eſt unio duarum naturarum inſeparabilis, de cujus naturâ & inde ortis prædicationibus perſonalibus agit Artic. 45.

§. 6. Finis Incarnationis eſt, *ut λόγος incarnatus ſit noſter Jeſus, Luc. 1. Matt. 1. & Mediator 1. Tim. 2. ad DEI gloriam. Luc. 2. Eventus eſt Nativitas, & officii Prophetici, Sacerdotalis atqve Regii functio, infra Artic. 53. 54. 55.*

§. 7. *Pleniorem hujus myſterii Commentarium, cum uſu, & autorum Catalogo, offert Manuale art. 42.*

ARTICULUS XLIII.

De CHRISTI Θεανθρώπου perſona & Naturis.

CHRISTUS eſt ex Patribus ſecundum carnem, qvi eſt ſuper omnia, Deus benedictus in ſecula, Rom. 9, 5.

§. 1.

CHriſtologiæ clavis eſt onomatologia Salvatoris tam Prophetica, qvàm Evangelico-Apoſtolica. *Confer Onomatol. Proph. Glaſſii, & Gerhardi Exegeſin. Cujus Compendium eſt* Nomen ſupra omne Nomen *Philip. 2. qvod πᾶν πλήρωμα θεό-*

τητ⊕ Coloſſ. 2. & univerſam majeſtatem divinam, CHRISTO ſecundum carnem donatam reſpicit. vid. ſupra artic. 9. qvid ſit Nomen, nec non de Nomine Jehovah, & artic. 10. de attributis divinis, & infra art. 47. de communicatâ majeſtate. Atqve huc ſpectant inprimis Nomina ſeqventia. Nam Filius Dei incarnatus vocatur

I. *JESUS*, ex ישע qvod omnimodam ſalutem gratiæ & gloriæ nobis redditam reſpicit. NB. Pſal. 3, 3. & includit omnium malorum remotionem, & omnium bonorum poſitionem ſive collationem, vid. ſup. Art. 40. §. 2. & 3. Cujus notanda eſt

1. *Significatio*, qvia perfectam ſalvationem & ſalutem includit Meſſiæ Matt. 1. art. 40. §. 2. qvi eſt Magiſter ad ſalvandum Eſa. 63.

2. *Impoſitio* divina indicata ab Angelo ante conceptionem Luc. 2. & confirmata per circumciſionem, atqve olim præfigurata per Joſuam 1. Ducem Joſ. 1. 2. Summum Sacerdotem Zach. 3, 1.

3. *Comparatio* cum aliis. Qvamvis enim Philip. 2, 9. non intelligatur Nomen Jeſus præciſè & formaliter; Nihilominus tamen hoc ipſum Nomen Jeſus virtualiter omnia nomina Salvatoris continet, ut revera appellari poſſit Nomen ſupra omne Nomen, qvod ſoli Chriſto competit eminentiſſimè & modo ſingulariſſimo, uti conſtat ex reqviſitis Salvatoris art. 40. §. 5.

II. *CHRISTUS* Χριςὸς, qvod nomen officii unctum notat, Prophetam, Regem atq; Sacerdotem, ſive Meſſiam unicum, ex χρίω ungo Hebr. 1, 9. Unde in conceptu ſuo formali utramqve naturam includit. vid. art. 46. §. 6. & de unctione carnis in tempore factâ Artic. 47. NB. & Pſal. 45.

III. *Salvator*, de qvo not.

Obſerv. 1. Salvatoris vox plus dicit, qvàm vox Servatoris. vid. ſup. Art. 40. §. 2.

Obſerv. 2. Solus Chriſtus eſt Salvator noſter, modo ſingulariſſimo atqve perfectiſſimo, uti conſtat ex reqviſitis art. 40. §. 5.

Obſerv. 3. Vox Σωτήρ⊕ tribuitur Deo univerſaliter ratione ſalutis tam temporalis, qvàm ſpiritualis, qvia homines in omnibus periculis corporis ac animæ ſervat. Qvando verò tribuitur Chriſto, ſalutem

tem reſpicit æternam. vid. ſup. art. 40. §. 2. NB. omnibus acqviſitam 1. Tim. 2, 3. 6. & credentibus applicatam Matt. 1, 21.

IV. *Dominus*. Nam Chriſtus vocatur Dominus noſter inprimis propter Redemtionem, qvia Patrem placavit, & nos ſangvine ſuo acqviſitos in libertatem Filiorum Dei aſſeruit, aliàs verò ipſe cum Patre & Spiritu Sancto eſt Dominus Jehovah, Jerem. 23. *κύριος* & Dominus ſummus. vid. ſup. art. 14. & 9. NB.

Obſerv. 1. Nomen Domini hoc loco eſt nomen officii, nihil derogans Chriſti divinitati. vid. Rom. 9. qvia eſt Deus ſuper omnia. Ideoqve Chriſtus dicitur Dominus non ob divinæ Majeſtatis excluſionem, ſed ob Redemtionis officium & beneficium.

Obſerv. 2. Chriſtus dicitur Dominus gloriæ reſpectu naturæ Divinæ, Humanæ & officii, nec non reſpectu variorum beneficiorum. Nam & idem Salvator eſt Dominus gloriæ etiam ante incarnationem.

V. *Sapientia*, die Weißheit. *Σοφία*. Qvia Chriſtus eſt Sapientia 1. ratione perſonæ, 2. officii, 3. doctrinæ. vid. infra Artic. 48. qvi etiam eſt Salomo omniſapiens Antitypicus 1. Reg. 4, 21. & nobis ſapientia in verbo factus eſt. 1. Cor. 1. dum omnem ſapientiam ex ſinu Patris nobis revelavit, Joh. 1. Conf. ſup. art. 10. de ſapientia Dei. Et Eſdr. 7, 25. חכמה à חכם ſapiens fuit.

VI. *Potentia*, qvod nomen CHRISTO competit 1. ratione perſonæ, 2. ratione operum. Confer ſup. art. 10. de potentia divinâ.

VII. *Spes*. Nam Chriſtus dicitur ſpes noſtra per Metonymiam, qvia merito ac interceſſione ſua apud Patrem deſperatis rebus noſtris ſuccurrit, ut in eo benè de ſalute noſtra ſperare poſſimus. Imò ipſe ſolus eſt fundamentum omnis ſpei, reſpectu omnium objectorum, qvæcunqve à Deo in regno potentiæ, gratiæ, aut gloriæ expectare poſſumus. In ipſo enim omnes promiſſiones Dei ſunt ita, & Amen. 2. Cor. 1. artic. 77.

VIII. *Vita*. Nam Chriſtus dicitur vita noſtra 1. vitam largiendo, 2. gubernando, 3. finiendo. Imò & ipſe eſt *Vita* eſſentialiter, perſonaliter & effectivè. vid. ſup. art. 10. Tit. XI.

IX. *Fundamentum*. Nam Chriſtus dicitur Fundamentum fidei

Digitized by Google

& ſalutis reſpectu perſonæ, meriti & doctrinæ, ut & omnium promiſſionum Evangelicarum. vid. ſup. Art. 3. & de fundamento Eccleſiæ, Matt. 16. Eph. 2. art. 113. & de promiſſionibus art. 77.

X. *Manna.* Nam Chriſtus dicitur Manna ratione originis, formæ, collectionis, aſſervationis & uſus. vid. inſignis tractatus Walteri de Mannâ.

XI. *Primitiæ & Primogenitus.* Nam Chriſtus dicitur ἀπαρχὴ ratione perſonæ, donorum, & officii, in omnibus primatum tenens ceu primogenitus; qvi & nobis privilegia primogenitorum ſangvine ſuo acqviſivit, & fecit nos Reges atqve Sacerdotes Apocal. I. verſ. 6. Confer Geneſ. 49.

XII. *Sol Juſtitiæ*, Malach. 4. verſ. 1. de qvo ſupra dictum eſt articul. 14. §. 4. NB.

XIII. *Architectus Eccleſiæ*, de qvo ibidem agitur art. 14. §. 4.

XIV. *Pax.* Coloſſ. 1, 20. Qvia Chriſtus dicitur pax noſtra & Princeps Pacis Eſa. 9. qvi paravit pacem 1. ſupra, 2. infra, 3. intra, 4. circa nos. Confer Rom. 8, 1.

XV. & XVI. *Sponſus & Caput Eccleſiæ*, de qvo infra art. 113. NB. Cum qvibus omnibus conferri poſſunt, qvæ ſupra artic. 9 & 10. tam de divinis Nominibus, qvàm de attributis eſſentialibus habentur. Et ſingula, qvæ Salvatori noſtro ratione perſonæ, triplicis officii, variorum beneficiorum & diſtinctorum ſtatuum attribuuntur Nomina in articulis ſeqventibus, uſqve ad articul. 70. NB. Imò & nomina Metaphorica.

Canon: Similia per ſe nihil probant, ſed rem anteà probatam egregiè illuſtrant.

§. 2. Summa Chriſtologiæ oſtendit 1. Perſonæ Unitatem. 2. Utriusqve naturæ Veritatem. 3. officii ſingularitatem. *de qvo artic. 52.*

§. 3. Perſona Salvatoris noſtri una eſt, qvia ipſe unus eſt Mediator. *1. Tim. 2, 5.*

Nota 1. Ad unitatem perſonæ reqviritur *unica hypoſtaſis* perſonalis, qvia perſona eſt ſuppoſitum ſingulare, intelligens, per ſe ſubſiſtens.

Nota 2.

Nota 2. *Subſiſtentia* in divinis non differt ab eſſentiâ realiter, ſed ſolùm noſtro concipiendi modo.

Nota 3. *Fundamentum* diſtinctionis realis inter naturam & ſubſiſtentiam humanam, qvod lumen naturæ docere neqvit, ſola revelatio & fides Chriſtiana oſtendit.

Nota 4. *Communicationem hypoſtaſeos* concedit Altingius, qvam fruſtra negant Mareſius, Wendelinus, & alii, qvi humanitatem præcisè acceptam, & humanitatem cum λόγῳ unitam temerè confundit.

Nam I. *Humanitas Chriſti aut ſubſiſtit aut non ſubſiſtit.* Si hoc, non erit ſubſtantia; ſi illud, tunc ſubſiſtit ſubſiſtentiâ vel propriâ, vel alienâ. At non propriâ, aliàs enim eſſet perſona (& duplex Chriſtus, qvod abſurdum:) ergo ſubſiſtit ſubſiſtentiâ alienâ communicatâ, adeoqve hoc reſpectu non poteſt vocari natura præcisè, ſed natura in λόγῳ ſubſiſtens, qvæ perſonaliter eſt ipſe λόγος incarnatus, qvia hic infans eſt Dominus Luc. 2. hic Homo eſt Deus Matt. 16. Hoc ſanctum ex Mariâ natum eſt Filius Altiſſimi, Luc. 1.

II. *Suſtentatio non eſt actus hypoſtatici communicatio.* Qvia & Paulum ſuſtentat Chriſtus, & paſſiones piorum ſibi appropriat, Actor. 9. qvi ſunt participes divinæ naturæ 2. Pet. 1. per unionem myſticam. Ergo & ſuſtentatio, & paſſionum appropriatio, & divinæ naturæ participatio etiam conjunctim accepta, neqvaqvam ſufficiunt ad unionem hypoſtaticam.

III. *Præter ſuſtentationem itaqve reqviritur communicatio hypoſtaſeos*, ſine qva unio perſonalis non poteſt eſſe hypoſtatica, aut unum dari hyphiſtamenon; ſine qva etiam ſangvis Filii hominis non poteſt eſſe ſangvis Filii Dei, 1. Johan. 1. & ſangvis Dei proprius, ἴδιον αἷμα. Actor 20. Sicut enim ſangvis Pauli à Filio Dei ſuſtentati, non poteſt dici ſangvis Filii Dei, qvia ſuſtentatio ejus eſt tantùm accidentalis, aliena, à principio extraeſſentiali profecta: Ita in unione perſonali datur actio carnis aſſumtæ propria, à principio intrinſeco, ad hujus perſonæ Theanthropicæ eſſentiam ſpectante, carni aſſumtæ hypoſtatico. Confer Lutherum T. 2. Witt. f. 228. ubi ait: Hæc eſt hæreticiſſima Philoſophia, qvia negat Filium Dei eſſe Hominem actu primo, ſed fingit eum ſuſtentare Humanam naturam, velut actu ſecundo. Nec obſtat regula:

Digitized by Google

Qui habet hypoſtaſin, ille eſt perſona. Valet enim ſolùm de hypoſtaſi propriâ, non verò de communicata alienâ. Rectius verò hoc loco concluditur ita: Qvicunqve eſt verus homo, ille veram habet ſubſiſtentiam. At Chriſtus &c. Ergò. Non autem habet ſubſiſtentiam propriam; ſic enim eſſet perſona humana, qvod abſurdum. Ergò habet alienam ſcil. communicatam, τȣ̃ λόγȣ, adeoqve non eſt perſona humana, ſed humanitas perſonata τȣ̃ λόγȣ, cujus ἴδιον eſt αἷμα; Actor. 20. qvæ eſt humanitas ἐνυπόστατος, in λόγῳ ſubſiſtens perſonaliter. Neqve enim Filius Mariæ datur alius, qvàm is, qvi eſt Filius Altiſſimi, Luc. 1. & Filius Dei vivi, Matt. 16. Qvemadmodum poſt incarnationem non datur æternus Dei Filius, qvàm is, qvi eſt λόγος incarnatus, Deus in carne manifeſtatus 1. Tim. 3. Theanthropos.

IV. *Status itaqve controverſiæ*, prout eundem B. W. Lyſerus Wendelino oppoſuit, hic eſt: I. Non, an Humana natura ſubſiſtentiam habeat, vel unqvam habuerit à naturæ conditione emergentem? II. Nec, an realis transfuſio perſonalitatis à naturâ unâ in alteram facta ſit? III. Nec, an ex concurſu duarum ſubſiſtentiarum una compoſita conflata ſit? IV. *Sed, annon Humana natura perfecta naturaliter, propriâ tamen perſonalitate, & ultimo ſubſiſtendi modo carens, ex unione perſonali hanc ultimam perfectionem adepta ſit*, ut, cum ſine omni ſubſiſtentiâ in nihilum redigenda foret, per ſubſiſtentiam æternam Filii DEI ſuam etiam ſubſiſtentiam acceperit, ut una ſimpliciſſima naturæ utriusqve ſit hypoſtaſis?

Canon: Chriſtus θεάνθρωπος Mediator unicus eſt, in qvo duæ naturæ, divina & Humana inter ſe perſonaliter, ad unam λόγȣ ὑπόστασιν unitæ, unam conſtituunt perſonam σύνθετον, qvæ ſimul Deus & Homo eſt. Deus per divinam, Homo per humanam naturam.

§. 4. Ad unitatem perſonæ CHRISTI θεανθρώπȣ reqviritur utriusqve naturæ, tam divinæ, qvàm Humanæ veritas. *Qvia Verbum caro factum eſt Johan. 1, 14.*

Canon I. *Chriſtus Filius DEI incarnatus, eſt verus Deus*, qvod patet ex articulo 14. NB. & 10. ſup. p. 250.

Canon II. *Chriſtus Filius DEI incarnatus eſt verus Homo.* Qvia ejus Humanitas eſt φύσις ἀνθρωπίνη Jacob. 3, 7. ſive humana natura vera & integra nobis conſubſtantialis, tam ratione partium, qvam ratione proprietatum conſiderata.

Habet

Habet enim I. *partes eſſentiales* animam Luc. 23, 26. & corpus Matt. 26. anima habet facultatem vegetantem, ſentientem, & rationalem, ubi ſcire velle & operari deprehenditur Matt. 26, 39. Corpus verò habet partes integrantes, tam ſimulares, qvàm diſſimulares. vid. lib. 3. Repertorium Phyſicum, & Anthropologiam.

II. *Habet humanas proprietates*, qvæ ſeqvuntur actum eſſendi, vel ſubſiſtendi.

III. *Quæ actum eſſendi* ſeqvuntur, ſunt tum eſſentiales & perpetuæ, tum accidentales & liberæ.

IV. *Hæ verò ſunt vel perfectiores* in ſupremum gradum elevatæ, *vel infirmitates* communes ſine peccato ſuſceptæ, & poſtea depoſitæ: Vid de fame Matt. 4, 2. ſiti Johan. 4, 2. ambulatione Act. 10, 38. triſtitia Matt. 26, 38. exultatione Luc. 10, 21. paſſione & morte Matt. 27. Conf. de his omnibus ſyſtema Höpfneri.

Poriſma 1. *Ergo Humana Chriſti natura in λόγῳ ſubſiſtens habet actum duplicem, naturalem & perſonalem.* Nam 1. *actus naturalis* eſt per qvem eſt vera & ab aliis diſtincta humanitas, vid. ſupra obſ. 1. 2. *actus perſonalis* eſt per qvem eſt Humanitas Filii Dei, & ab aliis ita diſtincta, ut in infinitâ hypoſtaſi ſuam habeat ſubſiſtentiam. Qvemadmodum E. ab actu naturali profluit eſſe: Ita ab actu perſonali ſubſiſtere. Actum naturalem reſpicit primum genus, actum verò perſonalem ſecundum genus communicationis idiomatum, ſive majeſtaticum, infra Artic. 47.

Poriſma 2. *Ergo Chriſtus eſt ſimilis fratribus per omnia* Heb. 2, 17. non ſimpliciter; ſed limitatè, ſcilicet in naturalibus omnibus, qvæ non abhorrebant à myſterio unionis, & à fine incarnationis, qvi erat ſalvare homines. Proinde ſimilitudo Chriſti & fratrum non referenda eſt ad ſimilitudinem conceptionis, nec ad ſimilitudinem modi hypoſtaſeos, ſed ad naturæ humanæ veritatem, veramqve & realem unionem, communicationem, participationem atqve aſſumtionem.

Poriſma 3. *Ergo Chriſtus Homo habens infinitam hypoſtaſin habet etiam infinitum ſubſiſtere perſonale,* & actum perſonalem, ſive ὑφιςᾶναι, qvod ab actu naturali corporis mortalis humani, ejusqve τῷ εἶναι diſtinctum eſt. Ideoqve

I. *Falſum eſt, qvod Chriſtus ad dextram DEI exaltatus*, omnem

 poteſta-

poteſtatem in cœlo & in terrâ exercens Matt. 28. adhuc ſit noſter *conſervus.* vid. infra art. 65. NB.

II. *Falſum eſt, qvod de corpore Chriſti non niſi ex regulis phyſicis ferendum ſit judicium.* vid. art. 47. §. 5.

Ratio eſt, qvia in hoc corpore habitat tota divinitatis plenitudo σωματικῶς Coloſſ. 2. unde ejus actiones ſunt ſingulariſſimæ, nemini imitabiles, qvod probat deambulatio in mari, Matt. 14, 29. exitus virtutis divinæ c. 9. ſanatio infirmi per ſputum Marc. 7. & leproſi per contactum, Matt. 8. toleratio jejunii qvadrageſimalis Matt. 4. immunitas à corruptione Pſal. 16. Act. 2. mundatio peccati per ſangvinem 1. Joh. 1. elevatio in altum Act. 1. ſeſſio ad dextram Dei & ſubjectio omnium creaturarum ſub pedibus Pſal. 8. Pſal. 110, 1. Confer Methodum Studii Theologici de Uſu Philoſophiæ.

§. 5. Proprietates *individuales Humanæ Chriſti naturæ ſunt 1. ἀναμαρτησία Eſa. 53, 9. Dan. 9, 24. Luc. 1, 35. 2. Cor. 5, 21. Hebr. 7, 26. 1. Pet. 1, 19. c. 2, 22. 2. ἀνυποστασία per infinitam hypoſtaſin compenſata 1. Tim. 2, 5. 3. ſingularis tàm animæ, qvàm corporis excellentia, videlicet* I. animæ, *cujus perfectio intellectus, voluntatis & appetitus eſt incomparabilis cum peccaminoſis Adami poſteris. Qvorſum ſpectat, qvæ de gratiâ habituali & virtutum excellentiâ monent ſcholaſtici, ex Luc. 2.* II. corporis, *ubi ſumma εὐκρασία, & inde nata formæ elegantia, Pſalm. 45, 3. Cantic. 5, 10. 4. ἀθανασία ratione principii intrinſeci, Rom. 6, 23. non obſtante morte violentâ ſpontè toleratâ, Johan. 10. verſ. 17. vid. Pſalm. 16. verſ. 10.*

§. 6. Pleniorem hujus articuli exegeſin, *cum uſu & autorum Catalogo, offert Manuale Theolog. German. artic. 43. & Summa Theolog. Bald. in 4. Confer Chriſtologiam Meiſneri & Dannhaueri.*

ART.

Digitized by Google

ARTICULUS XLIV.

De Matre Salvatoris, ejuſqve Genealogia.

Ecce Virgo עלמה παρθένος NB. ſup. art. 41. §. 3. concipiet & pariet Filium Eſa 7, 14. Filium Davidis Matt. 1, 1. Luc. 3, 24. novum creabit Dominus Jer. 31, 22.

§. 1.

CHriſtus ſemen Davidis, ſemen mulieris, & Filius Mariæ dicitur, factus ex Muliere *Gal. 4.*

§. 2. Mater CHRISTI B. Virgo Maria eſt, *qvia hunc Filium peperit Luc. I, 31. c. 2. θεοτόκος, ſemper Virgo, Eſa. 7. NB. Manuale art. 44. benedicta inter mulieres Luc. I. gratiâ repleta, neqvaqvam verò Mediatrix. NB. Theol. Exeget. lib. 3. c. 3. & invocanda. De cujus exceptione à peccato Scriptura tacet. vid. artic. 33. §. 5. NB.*

Nota 1. *Maternitatis* reqviſita ſunt filii 1. conceptio. 2. geſtatio. 3. nutritio. 4. editio in lucem.

Nota 2. *Maternitas* B. Mariæ nec imperium in θεάνθρωπον, contrà Johan. 2. Luc. 2. nec Mediatoriam excellentiam ſoli Salvatori propriam 1. Tim. 2. *nec invocationis obligationem infert.* Qvia obſtat 1. generale interdictum Matt. 4. 2. exemplum (qvid mihi tecum? Johan. 2.) 3. factum Angelicum, qvi dicendo χαῖρε, gaude, Mariam non adoravit, ſed ſalutavit. 4. Teſtimonium primitivæ Eccleſiæ. vid. Manuale h. l. ubi repetuntur verba Epiphanii: Sit in honore Maria, Mariam nemo adoret, &c. vide egregiam Diſput. D. Höpfneri de Ave Maria, & Theol. Moralem, & Münſterum in notis ad Evang. Hebr. Matthæi c. 5. f. 57. ubi ait: Judæi irrident Chriſtianos ob SS. invocationem, & faciunt idololatras ex Eſa. 2, 18. qvia ſancti dare putantur ea, qvæ ſolius Dei ſunt. Si qviſpiam poteſt illis reſpondere, reſpondeat. Ego nihil habeo.

Canon: *Tam Virginitatis maternitas, qvàm infantis æterna majeſtas eſt myſterium inauditum ex ſolâ revelatione notum*, & ænigma rationi inſolubile. Pertinet enim ad tria ſingulariter mirabilia & mirabiliter ſingularia. vid. 1. Tim. 3. ſup. art. 2. & Lutherum Tom. 7. Jen. f. 263. Laß mir das einen neuen ſeltzamen Mann ſeyn/ der zugleich GOTT und Menſch/ in Mutterleibe ein Kindlein iſt / es ſey wie klein es wolle. NB. art. 47. §. 5. vid. Jerem. 31, 32. Der HErr wird ein neues ſchaffen / בארץ im Lande auf dem gantzen Erdboden / ihr Fürſt ſoll aus ihnen herkommen/ c. 30, 21. Nam erit 1. בריאה creatio & novi operis divini productio. vid. artic. 17. §. 1. à Jehovah, NB. artic. 9. & qvidem 2. operis novi חדשה ſicut nova antea non audita annunciantur Eſa. 42. verſ. 9. Ich verkündige neues חדש ehe denn es aufgehet. Confer c. 65, 17. de terrâ novâ, unde ſeqvitur inſtauratio domus Domini, 2. Chron. 24, 4. Das Hauß des HErrn zu erneuen. Confer Pſal. 103. verſ. 5. Eſa. 9. 3. נקבה fœmella ein Fräulein oder Jungfräulein / qvod eſt nomen ſexus Gen. 1, 27. non verò ſtatus; eſt enim עלמה virgo domi abſcondita, virum ignorans, Luc. 1. NB. Eſ. 9. Prov. 30, 19. vid. D. Geieri comm. h. l. & Mülleri Jud. p. 664. 4. circumdabit ſicut aurum gemmam, Exod. 28, 11. סבב NB. Pſal. 32, 10. 7. 5. virum fortiſſimum גבר qvi eſt El Gibbor Eſa. 9. Infans eſt Vir, Apoc. 12, 5. Virgo eſt Mater. Infinitus eſt utero circundatus & carne veſtitus Johan. 1, 14. Spiritus eſt incarnatus. NB. Manuale art. 44.

§. 3. Genealogia Salvatoris ſecundum carnem & neceſſaria eſt & utiliſſima. *vid. Matt. 1. Luc. 3. Chemnicii Harmon. & annot. D. Calovii. Inprimis verò accuratiſſimam D. W. Lyſeri diſp. de geneal. Chriſti.*

Nota: Ex Genealogia Salvatoris patet, Chriſtum eſſe ex patribus ſecundum carnem Rom. 9. ex tribu Juda, Gen. 49. ſemen Davidis 2. Sam. 7. in Vet. Teſt. promiſſum, in N. T. exhibitum. vid. ſupra artic. 41.

Poriſma. Ergò ſtudium genealogicum non eſt ſimpliciter prohibitum 1. Tim. 1, 4.

§. 4. *Pleniorem hujus articuli explicationem exhibet Manuale, ubi & uſus cum autorum Catalogo, & Lutheri monita de*

de Genealogia CHRISTI videri poſſunt. Confer Coccei Lexicon de Jerem. 31, 22. & Pokoke portam Moſis. NB.

Articulus XLV.
De Unione Perſonali & Prædicationibus Perſonalibus.

Verbum caro factum eſt Joh. I, 14.

§. 1.

Unio perſonalis eſt arctiſſima divinæ & humanæ naturæ ad unum θεάνθρωπον ὑφιστάμενον conſtituendum *conjunctio ad Dei gloriam & noſtram ſalutem, per qvam una eademqve perſona verus Deus & verus Homo eſt.*

Nota 1. *Unio notat ſtatum*, unitio verò actum.

Nota 2. *Actus unionis* ratione divinitatis dicitur *incarnatio* Artic. 42. ratione humanitatis *aſſumtio* Hebr. 2. verſ. 14. ratione utriusqve *unitio.*

Nota 3. *Status* conſiderat unionis conſtitutionem in naturarum relatione ad perſonam & ad ſe invicem, & unionem conſeqventem idiomatum communicationem Art. 46.

Nota 4. *In relatione ad perſonam* una & æterna perſonalis ſubſiſtentia divinæ naturæ convenit naturaliter, humanitati autem perſonaliter, eiqve actum primum perſonalem tribuit, ſup. Artic. 43.

Nota 5. *Naturarum relatio ad ſe invicem* oſtendit 1. in ipſa unione diſtinctionem, 2. perſonalem περιχώρησιν. Unde oriuntur prædicationes perſonales.

§. 2. Unita, tanqvam extrema in hac unione conſideranda, ſunt natura Divina & Humana, *ut Deus & Homo ſit una perſona θεάνθρωπος.*

§. 3. Modus unionis eſt perſonalis, qvi univerſum creaturæ acumen, & *omnem naturam, artem, & intellectum*

tum Angelicum qvàm humanum ſuperat. Ideoqve dicitur Myſterium magnum. 1. Tim. 3. Ad cujus uberiorem conſiderationem faciunt ſeqventia.

Obſerv. 1. *Unio & conjunctio* duarum naturarum facta eſt ἀτρέπτως, ἀσυγχύτως, καὶ ἀδιαιρέτως, non per converſionem naturarum, qvia facta eſt naturarum κοινωνία, qvæ locum non habet, ubi altera natura periit; non per confuſionem, qvia facta eſt naturarum μετοχὴ, qvæ in confuſione rerum eſſe neqvit; neqve tamen per ſeparationem, qvia per unionem aſſumta natura in peculium conſortiumqve arctiſſimum naturæ aſſumentis fuit evecta.

Obſerv. 2. *Aſſumtio* carnis & ſangvinis facta eſt non per naturarum συναθροισμὸν ſeu coacervationem, qvalis eſt multorum granorum in unum acervum; non per σύγχυσιν ſeu mixtionem; non per συνάφειαν ſive contactum (ut fiat ἁφὴ tactus, ex ἅπτω, necto,) non per παράθεσιν aut παράστασιν appoſitionem ſeu adſiſtentiam; non per σχέσιν aut τάξιν, ubi non naturarum, ſed dignitatis fit communicatio, ſed κατὰ συνδύασιν. vid. art. 46.

Obſerv. 3. Συνδύασις verò eſt diſtinctorum combinatio, ubi δύο duo copulantur, ut ſint unum. Unde & συνδυάζειν de conjunctione conjugali uſurpatur. Qvod ex Euripide probat Camerarius comm. in lib. 6. Polit. Ariſt. p. 247. ubi ait: συνδυάζεσθαι habet copulationis ſignificationem, propriè conjunctionis duûm, id eſt, cùm jam non aliqvid unum & ſolutum eſt, ſed connexum, atqve devinctum cum altero, qvod etiam ad reliqva animantia refert ibidem p. 17.

Obſerv. 4. Συνδύασις per unionem perſonalem facta eſt non converſione divinitatis in carnem, ſed aſſumtione Humanitatis in Deum, qvæ neqve partialis, nec ſubſtantialis, nec eſſentialis eſt, ſed planè ſingularis, qvia perſonalis eſt.

Obſerv. 5. Deus & Homo una eſt perſona, & tamen neqve divina natura in humanam naturam, neqve humana in divinam mutata eſt, ſuasqve retinet proprietates qvælibet cum communicatione alterius.

Obſerv. 6. Λόγος humanam naturam in ſe ἀνυπόστατον in perſonæ ſuæ unitatem aſſumſit, & carnem inhabitando ἀνυπόστατον ἐνυπόστατον effecit, adeoqve cùm propria perſonalitate careret, eam in propriam

am ſuam ὑπόστασιν aſſumſit, communicando carni hypoſtaſin, non verò characteriſticam hypoſtaſeos proprietatem. NB. ſup. art. 43.

Obſerv. 7. Hæ duæ naturæ perſonaliter unitæ unum conſtituunt Chriſtum, unum Dei & Mariæ Filium, unum mediatorem 1. Tim. 2. ita ut univerſa plenitudo divinitatis, Col. 2. carnem inhabitet, & totus λόγος ita unitus ſit carni, ut nihil planè extra carnem inveniri aut cogitari qveat, qvod ſit λόγος.

Obſerv. 8. Non attendenda eſt hic Deitatis ſimplicitas, ſed ejus περιχώρησις & indisgregabilis perpetuaqve in aſſumtâ naturâ inhabitatio Col. 2. & immanentia. Propter qvam circumimmeationem dicitur & eſt Filius Dei Homo, & hic Homo Filius Dei Matt. XVI, 16. Illa facit, qvod dum λόγος totus ubiqve eſt, nuſpiam tamen extra ſuam carnem ſit, qvia ubicunqve nunc λόγος eſt, ibi in carne ſua habitat. Qvod illuſtrari poteſt exemplo animæ, qvæ tota in toto corpore & qvalibet ejus parte tota eſt, & tamen extra corpus ſuum nuſpiam eſt, qvamdiu naturalis unio corporis & animæ durat.

Obſerv. 9. Λόγος carnem in propriam ſuam ὑπόστασιν aſſumtam omni ſua divinitate ita implere, περιχωρεῖν & ineffabiliter permeare, voluit, ut caro Chriſti omnem τοῦ λόγου divinitatem poſſideat totaliter. Coloſſ. 2.

Obſerv. 10. Hypoſtaſis infinita ab eſſentia ſua infinitâ reipſa non differt. Ideoqve non ὑπόστασις tantùm, verùm etiam eſſentia τοῦ λόγου incarnati in carne habitat.

§. 4. Finis & fructus unionis perſonalis eſt communicatio proprietatum & operationum ad redemtionis opus neceſſaria. *Facta enim eſt & unitio & unio perſonalis (ſive unitionis actus & unionis ſtatus) ad communem & realem utriusqve naturæ 1. poſſesſionem. 2. uſurpationem. 3. denominationem. Unde communicatio oritur 1. naturarum. 2. proprietatum. 3. operationum.*

Nota: Qvamvis poſitâ unione perſonali ſimul ponatur communicatio, non tamen obſtat, qvo minus illa noſtro concipiendi modo diſtinctè concipi poſſit, ita, ut 1. detur unio. 2. poſitâ unione, ponatur communio. 3. poſitâ communione, detur communicatio operationum.

§. 5. Even-

§. 5. Eventus unionis perſonalis eſt perſonalis prædicatio. *Qvalis enim eſt unio, talis eſt prædicatio, ſcil. non accidentalis, ſed perſonalis.*

Nota 1. *Prædicationes perſonales* ſunt, in qvibus concretum unius naturæ de concreto alterius naturæ prædicatur, ſive in ſubjecto ponatur natura divina, ſive humana, ut unio ratione termini indicetur reciproca. Sic Deus eſt Homo Galat. 4, 4. & Homo eſt Deus Luc. 1. verſ. 35. & Filius Dei vivi Matt. XVI, 16. & Dominus de cœlo 1. Corinth. XV, 47.

Nota 2. Abſtracta ſupponunt pro naturis, concreta pro perſonis. vid. Theol. Exeget. lib. 2. c. 5. de uſu Logico & Chemnicium de duabus naturis.

Nota 3. Prædicatio perſonalis, qvæ reſpicit unitionem, ſive unionis actum, non per eſſe, ſed per fieri enunciatur. Sic Johan. 1, 14. Verbum caro factum eſt.

Nota 4. Prædicatio perſonalis, qvæ reſpicit unionem, ſive unionis ſtatum, non fieri, ſed eſſe enunciat. v. g. concretum perſonæ de concreto perſonæ, ut, Jeſus eſt Immanuel Eſa. 7. Matt. 1.

Nota 5. *Propoſitio inuſitata* eo ipſo nec Synonymica, nec paronymica eſt ſimpliciter, ſed regulas uſitatas eminenter tranſcendens, & naturæ prorſus ignotum myſterium exhibens (ratio enim de objectis rationi notis, non verò de myſteriis ſuas fabricat regulas.) Cujus proinde affinitas cum ordinario & uſitato prædicandi modo, neqvaqvam eſt identitas. vid. Theol. Exeget. lib. 2. c. 5. NB.

§. 6. *Pleniorem hujus articuli commentarium, cum uſu, & autorum catalogo offert Manuale Artic. 45.*

Articulus XLVI.

De Idiomatum Communicatione.

Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terrâ Matt. 28, 18.

§. 1. Com-

§. 1.

COmmunicatio idiomatum eſt conſeqvens unionis perſonalis, ideoqve eſt certiſſima, *ex Coloſſ. 2. Quod conſtat* tùm in genere 1. ex communicata hypoſtaſi τοῦ λόγου. *vid. ſup. artic. 43. §. 2.* 2. ex natura unionis veræ & realis, *quam conſeqvitur communicatio, tanquam relatum ſuum correlatum. Unde unio hæc dicitur μετοχὴ, participatio Hebr. 2. verſ. 14.* 3. ex natura unitorum, κατὰ συνδύασιν, *ubi alterum* ἐντελεχείας *& formæ, alterum* [illegible] *locum habet. vid. ſup. art. 45. §. 3. obſerv. 3. NB. Confer naturam unionis animæ & corporis, & ferri igniti ex Damaſceno. vid. Manuale art. 46.* 4. ex περιχωρήσει naturarum, *Artic. præced. XLV. vid. D. Calovii examen Syncretiſmi de Chriſto. p. 122.* tùm in ſpecie *ex diſtinctâ idiomatum communicatorum conſideratione in ſeqq. vid. inſignis Tract. Schröderi de communicatione proprii.*

Canon 1. Communicatio idiomatum non eſt verbalis, ſed realis: non phyſica, ſed hyperphyſica: non commixtiva, transmutativa, aut exæqvativa, ſed συνδυαστικὴ ex unione perſonali proveniens, diſtinctis manentibus & naturis, & proprietatibus, qvæ communicantur.

Obſerv. 1. In Chriſto Θεανθρώπῳ datur communicatio 1. naturarum. 2. idiomatum. 3. operationum, ad communem poſſeſſionem, denominationem & uſurpationem, ob συνδύασιν & diſtinctarum naturarum unionem perſonalem.

Obſerv. 2. Qvemadmodum ex reſpectu naturarum ad perſonam oritur unio, ita ex reſpectu perſonæ ad naturas oritur communicatio, eò qvòd perſona duabus naturis communis eſt: qva negatâ, ipſa negatur unio.

Obſerv. 3. *Communicatio* eſt plurium de uno participatio realis, non verò inhæſio formalis, nec attributio verbalis.

Obſerv. 4. Aliud eſt fieri proprium, aliud verò eſt fieri appropriatum & alteri communicatum.

Obſerv. 5. *Proprium* h. l. dicitur qvaſi qvod maximè prope eſt; & idioma atqve proprietas, qva tanqvam notâ & charactere in perſonæ unitate duæ naturæ à ſe invicem diſtingvuntur. Et complectitur etiam hoc loco tam actiones, qvàm paſſiones & apoteleſmata.

Obſerv. 6. *Communicatio*, qvaſi communis factio, dicitur à communico, qvod eſt commune facio, ex voce *communis*, qvæ notat illud, qvod multorum eſt, & ad eadem munia ſpectat.

Obſerv. 7. Manet itaqve proprium, qvod uni ſoli ineſt, etiamſi fiat proprium communicatum, ſive unum cum participatione, ſcilicet non aliorum, ſed ejuſdem perſonæ, & reſpectu utriusqve naturæ perſonaliter unitæ.

Obſerv. 8. *Ex qvibus controverſiæ ſtatus patet*: Qværitur enim, an proprium unius ſubſtantiæ alteri diſtinctæ, & cum eâdem verè & realiter unitæ, ſine omni ſubſtantiarum confuſione, & exæqvatione, & ſine proprietatis transfuſione propriè ſic dictâ, verâ & reali communicatione poſſit communicari? Qvod Affirmatur. Qvia materiæ communicatur forma (non verò formæ natura, ut ex materiâ fiat forma,) corpori anima, ferrum igni. Et hæc ipſa eſt unionis differentia, qvod ex illâ fluat communicatio. Nec propria diſtincta poſſunt prædicari de uno unito, niſi ſint communicata; nec ex duobus (ferro & igne,) poteſt fieri unum (ferrum ignitum) niſi detur communicatio. Nec Deus poteſt eſſe Homo, niſi detur Deitatis in carne inhabitatio, Coloſſ. 2. ita ut ſangvis ejus non ſit Hominis, ſed ipſius Filii Dei incarnati 1. Johan. 1. αἷμα ἴδιον Actor. 20.

§. 2. Communicatio idiomatum eſt effectus unionis perſonalis, *qvo 1. θεανθρώπῳ attribuuntur propria ſecundum naturam, cujus ſunt. 2. gloria divina ſecundum humanam. 3. officii partes ſecundum utramqve naturam. vid. Johan. I, 14. ubi ad 1. genus ſpectat: Verbum caro factum eſt; ad 2. vidimus gloriam verbi incarnati; ad 3. λόγος incarnatus eſt plenus gratiæ in reſpectu ad officium ſacerdotale & Regium; & Veritatis qvoad officium Propheticum umbris Moſaicis oppoſitum.*

Canon: *Fundamentum* communicationis eſt unio perſonalis, & communicata carni divina hypoſtaſis. vid. ſup. §. 1. unde ſeqvitur denomi-

Digitized by Google

nominatio vel immediata, ſic caro eſt vivifica Johan. 6. vel mediata, ſic caro accepit infinitam & æternam hypoſtaſin, ita, ut poteſtas Filii Hominis ſit poteſtas æterna & infinita, Dan. 7.

Nota: *Communicatio idiomatum* juxta Scripturæ S. ductum datur

I. Ἀποδοτική, qvæ reſpicit communicata idiomata (utriusqve naturæ.)

II. Μεταποιητική, qvæ reſpicit axiomata (divinæ naturæ.)

III. Κοινοποιητική, qvæ reſpicit apoteleſmata (totius perſonæ.) Ad qvas claſſes omnia Scripturæ dicta de hoc myſterio referri poſſunt.

§. 3. Modus communicationis oſtendit, qvod illa facta ſit 1. ſine naturarum vel confuſione, vel exæqvatione, *aut proprietatum transfuſione ex naturâ unâ in aliam. 2. Sed* κτ̄ συνδύασιν. *vid. artic. 45. §. 3. qvia unum unitorum cum altero ita unitur, ut ſit unum ſuppoſitum, adeoqve ut utrâqve naturâ diſtinctâ manente, nihilominus altera alterius proprietatum verè & realiter fiat particeps, qvod patet ex ferro ignito.*

Nota: Συνδύασις hoc loco attenditur non *eſſentialis* (qvalis inter animam & corpus eſt:) nec *accidentalis* (qvalis inter ferrum & ignem) ſed *perſonalis* inter naturam Divinam & Humanam.

§. 4. Momentum communicationis eſt momentum incarnationis. *Communicata enim hypoſtaſis infert communicationem majeſtatis, ſcilicet ratione poſſesſionis, ſalvo tamen diſcrimine ſtatus exinanitionis & exaltationis. Nam ille oſtendit evacuationem & ſuſpenſionem; hic verò plenariam exercitii demonſtrationem. vid. artic. 58. 59. & 65.*

§. 5. Finis communicationis *eſt* ἀπολύτρωσις, *uti patet ex ſeqventibus.*

§. 6. Diſtinctio communicationis idiomatum uſitata *patet ex præcedente §. 2.*

Nota: *Tria* conſtitui ſolent communicationis Idiomatum genera; qvorum primum prædicat utriusqve naturæ eſſentialia idiomata; ſecundum divina ἀξιώματα; tertium ἀποτελέσματα. vid. Commentar. in

Digitized by Google

in Formul. Concord. NB. Qvorum enumeratio fit juxta ordinem vel naturæ, vel doctrinæ: prior hodiè uſitatior eſt. vide loco dicto.

CLASSIS I.

De primo genere communicationis Idiomatum.

§. 1.

PRimum genus communicationis idiomatum vocatur, qvod prædicat de perſonâ CHRISTI utriusqve naturæ ἰδιώματα, *ſecundum illam naturam, cujus ſunt idiomata. Qvod vocatur* ἰδιοποιΐα.

§. 2. ἰδιοποιΐα ſive appropriatio vocatur, qvando de unâ Chriſti perſonâ utriusqve naturæ propria verè & propriè enunciantur. *Vel, qvando de perſona Chriſti denominatâ ab alterutra, vel ab utraqve naturâ, propria alterius vel utriusq; naturæ enunciantur in concreto, ita tamen, ut propria ſuis vendicentur naturis; ſic Filius Hominis eſt Filius Dei vivi. Matt. 16.*

§. 3. Subjectum eſt tota perſona ἐνυπόστατος, *ſive* σύνθετος, *vel ab utrâqve vel ab una, Divina vel Humana natura, denominata, (ſive concretum) ratione ſubſiſtentiæ utriqve naturæ communis conſiderata. Sic Deus habet ſangvinem Actor. 20.*

§. 4. Prædicatum eſt idioma *vel Divinæ naturæ (Chriſtus eſt Deus) vel Humanæ (Deus incarnatus moritur.) vel utriusqve. (Salvator eſt Dominus, & infans.)*

§. 5. Modus *prædicandi non eſt Metaphoricus aut improprius, ſed proprius, ob perſonæ unitatem. Qvia fit juxta illam naturam, cujus proprietas eſt, cum reſpectu ad perſonæ appropriationem.*

Nota: *Particulæ* uſitatæ, κατὰ, *ſecundum*, &c. non ſunt ſeparativæ, ſed *tùm* diſtinctivæ naturarum, & demonſtrativæ, ob qvam cauſam hoc prædicatum huic ſubjecto per ſe competat formaliter; *tùm* determinativæ naturæ, cui proprium competit formaliter. *Poriſma:*

Digitized by Google

Poriſma: Ergo hæ particulæ non ſunt explicandæ reduplicativè, ſed ſpecificativè. Sic Chriſtus eſt ex Patribus, ſecundum carnem, Rom. 9. Chriſtus paſſus eſt carne, ſecundum carnem. 1. Pet. 4.

§. 6. Fundamentum *& cauſa hujus prædicationis eſt perſonæ identitas, & naturarum diſtinctio. Unde reſpicit* 1. ſubjectum, *ubi attendenda eſt (1.) unio perſonalis duarum naturarum, (2.) communicatio hypoſtaſeos.* 2. prædicatum, *qvod habet idiomata utriusqve naturæ.* 3. modum *enunciandi de unâ perſona idiomata utriusqve naturæ. Adeoqve Fundamentum hujus prædicationis eſt ex parte* ſubjecti *perſonæ unitas ſive perſonalis unio, & carnis in ὑπόστασιν τοῦ λόγου aſſumtio; ex parte* prædicati *naturæ proprietas; ex parte* modi *enunciandi naturarum in ipſa unione diſtinctarum diverſitas.*

§. 7. Exempla *paſſim occurrunt. v. g. Gal. IV. Filius DEI factus eſt ex muliere, ubi proprium humanæ naturæ (fieri ex muliere) dicitur de Filio Dei incarnato. Sic Rom. I, 3. Filius DEI eſt ex ſemine Davidis ſecundum carnem, ubi proprium humanæ naturæ prædicatur de divinâ, in concreto. Sic Dominus gloriæ, incarnatus videlicet, dicitur crucifixus, ſc. non in natura ſua, ſed in aſſumtâ carne, ubi proprium humanæ naturæ (crucifigi) tribuitur Domino gloriæ non verbaliter, ſed realiter, propter realem naturarum & omnium proprietatum κοινωνίαν.*

Nota 1. In hoc primo genere prædicantur

I. *de Filio DEI humana*, qvæ humanitati conveniunt formaliter, ſed Filio Dei incarnato perſonaliter. Sic Filius Dei habet ſangvinem. 1. Johan. 1.

II. *de Filio Mariæ divina*, ſanctum ex Mariâ natum eſt Filius Altiſſimi Luc. I.

III. *de totâ perſonâ utriusqve naturæ propria*, qvæ vel Deo, vel Homini conveniunt formaliter, vel alteri naturæ formaliter conſideratæ & perſonæ Chriſti in conceptu formali & per ſe, non καθ' ἄλλο, ſecundum aliud, in ejus formali conceptu non comprehenſum. Sic

 Chri-

Chriſtus eſt Filius Dei vivi, ut Deus per naturam, ut Homo perſonaliter. Filius Dei eſt natus ex Mariâ, Homo formaliter, Deus perſonaliter. Unde & Maria eſt verè θεοτόκος, contra Neſtorium. Huc ſpectat totus articulus ſecundus Symboli Apoſtolici. Nam Filius Dei incarnatus verè eſt ex Mariâ natus, paſſus, crucifixus, mortuus, ſepultus pro me, qvi & reſurrexit, &c.

Nota 2. *Prædicatio formalis* attendit vel naturam, vel perſonam ex duabus naturis unitam.

Nota 3. *Prædicatio formalis* dicitur, qvando prædicatum formaliter ineſt ſubjecto, ſecundum id, qvod per ejus nomen ſignificatur, vel ſecundum aliqvam partem, in ejus ſignificatu comprehenſam, ut homo eſt riſibilis.

Nota 4. *Prædicatio per communicationem* dicitur, qvando prædicatum ſubjecto non ineſt formaliter, & ſecundum id, qvod per ejus nomen ſignificatur, vel ſecundum aliqvam in ejus conceptu proprio ſignificatam partem, ſed ſecundum aliud, qvod cum eo unitum eſt, convenit, ut ferrum ignitum urit. Filius Hominis eſt antè Abrahamum Johan. 8.

Nota 5. *Prædicatio formalis* etiam eſt, & qvidem Chriſtologia perſonalis vocatur illa, qvando concretum perſonæ ſubjecti loco ponitur, ut: Chriſtus eſt ante Abrahamum. Nam in conceptu formali Chriſti utraqve natura includitur, & naturarum attributa de Chriſto formaliter & ſecundum id, qvod in ejus formali conceptu continetur, prædicantur.

§. 8. Obſtaculum hujus veritatis vanum eſt. *Qværitur enim hoc loco I. non de judicio rationis, ſed de veritate revelationis. II. Non de DEO* ἀσάρκῳ, *qvi ſpiritus eſt Johan. 4. carnem & oſſa non habens. c. 20. ſed de Deo* ἐνσάρκῳ, *non ante, ſed poſt incarnationem, poſtqvam Verbo caro factum eſt, Johan. 1. annon de hoc Deo incarnato enunciari poſſint perſonaliter illa, qvæ DEO naturaliter non competunt? e. g. annon rectè dicatur:*

I. Dominus gloriæ crucifixus eſt. *1. Cor. 2, 8. ſcilicet non formaliter, & naturaliter, qvatenus Deus eſt ſpiritus impaſſibilis; ſed perſonaliter, qvatenus Deus eſt incarnatus,* ἔνσαρκος *& proprium habens ſangvinem & corpus Actor. 20.*

II. Fi-

II. Filius Mariæ eſt ante Abrahamum, *Johan. 8. ſcilicet, non formaliter, qvà talis. Sic enim in tempore natus eſt Homo Luc. 2. ſed perſonaliter, qvatenus eſt ipſe Dominus, cujus gloriam & diem vidit Abrahamus, & Rex æternus, Luc. 1.*

III. Deus paſſus eſt carne, *1. Pet. 4. & Filius Dei mortuus eſt Matt. 27. ſcilicet, non formaliter, qvà Deus, ſed perſonaliter conſideratus, qvatenus Deus incarnatus humanas proprietates ſibi perſonaliter appropriat.*

Poriſma I. *Ergò prædicatio primi generis Comm. idiomatum neqvaqvam verbalis, ſed omninò realis eſt.*

Ratio 1. *Qvia verbalis prædicatio* præter nomen nihil ſubjecto tribuit: realis verò eſt, qvia & nomen, & res ſubjecto verè tribuitur, & re ipſa convenit.

2. *Qvod in ſuppoſito* alicui ratione unius competit, illud verè & realiter ei convenit. Non enim paſſa eſt humana *natura* Deo unita, ſed *perſona*, Deus paſſus eſt carne. 1 Pet. 4.

3. *Qvia, ſi Deus non eſt paſſus verè & realiter*, paſſus eſt alius, qvàm Deus. Si verò patiens in cruce non eſt Deus, erunt in Chriſto duæ perſonæ, perſona patiens, & perſona non patiens: Deus, & non Deus: qvod omnino abſurdum, qvia unus Mediator, 1. Tim. 2. videlicet hic ipſe Filius Hominis crucifixus, qvi eſt verè Filius Dei Matt. 27. Filius Dei vivi Matt. 16.

Poriſma II. *Ergo Allæoſis Zvvingliana abſurda eſt*, qvam diaboli larvam appellat Lutherus Tom. 3. Jen. G. f. 455. b. Non enim qværitur, an in unâ Salvatoris perſonâ ſit ἄλλο καὶ ἄλλο, aliud atqve aliud naturaliter. v. g. an diſtincta & alia ſit divina & humana natura, & num propterea Deo competat paſſio non formaliter, ſed perſonaliter, qvatenus Deus incarnatus eſt? Sed hoc qværitur: an in unâ Chriſti perſonâ ſit ἄλλος καὶ ἄλλος, *alius atqve alius, patiens, & non patiens;* ſangvinem fundens, & non fundens; moriens, & non moriens; ita, ut per allœoſin, & nudam verbalem prædicationem, tribuatur paſſio ſolius patientis etiam non patienti, nec naturaliter, nec perſonaliter: & mors ſolius morientis tribuatur etiam non morienti, nec naturaliter, nec perſonaliter? Qvod negatur. Qvia teſte Scripturâ, *princeps vitæ occi-*

Digitized by Google

occiſus eſt. Actor. 3, 15. ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς ἀπεκτείνατε, qvi fidei noſtræ dux & conſummator eſt Hebr. 12, 2. ἀρχηγὸς καὶ τελειώτης. Unde Symbolum Apoſtolicum hoc fidei fundamentum repetit: Credo in Jeſum Chriſtum Filium Dei Unigenitum, qvi natus, ſub Pilato crucifixus, paſſus & mortuus eſt: non verò: Credo in Humanam Naturam Filii Dei, qvæ in cruce pependit viſibiliter, & paſſionem ſuſcepit formaliter. Non enim de Deo ἀσάρκῳ qværitur, ſed de Filio Dei ἐνσάρκῳ, qvi fidei ſalvificæ objectum eſt, cui, Deo ſcilicet incarnato, & pati, & ſangvinem fundere, & mori tribuitur veriſſimè.

§. 9. Character *hujus primi generis patet 1. ex ſubjecto. 2. ex prædicato. 3. ex prædicandi modo ſup. §. 6.*

Classis II.

Communicationis idiomatum, qvæ axiomata Divina de Humanâ naturâ Christi in abſtracto enunciat.

§. 1.

Μεταποιΐα ſive *μετάδοσις* eſt, qvæ de Chriſti Humanâ natura verè prædicat divina axiomata & communicatam majeſtatem, in abſtracto, propter identitatem hypoſtaticam.

Nota: Hæc communicatio vocatur unctio, de qvâ agit articulus 47. NB.

Canon I. Qvæcunqve λόγος habet per eſſentiam, illa omnia aſſumta Humana natura habet per unionis gratiam, ad communem poſſeſſionem, uſurpationem & denominationem. Scilicet, non in ſe, ſubjectivè, & formaliter, ſed κατὰ συνδύασιν non eſſentialem, aut accidentalem, ſed perſonalem, in unitate perſonæ, adeoqve etiam, qvatenus in abſtracto conſideratur, reſpectu videlicet unionis perſonalis, & communicatæ hypoſtaſeos ipſius λόγου.

Canon II. Μεταποίησις non eſt Humanitatis everſio, ſed humanæ naturæ, per communicationem divinæ majeſtatis, ad ſublimiorem con-

conditionem evectio. Cujus momentum ratione poſſeſſionis eſt incarnatio, ratione exercitii plenarii ſeſſio ad dextram.

§. 2. Subjectum ſecundi generis eſt Chriſtus, ſecundum carnem, in concreto, reſpectu unionis, & caro in abſtracto, *perſonaliter tamen, & neqvaqvam citra unionem perſonalem conſiderata.*

Ratio eſt: 1. Qvia omnia Chriſto incarnato in tempore data, ei ſecundum carnem data ſunt. Matt. 28.

2. Qvia Humana natura expreſſè denominatur Joh. 5. vid. artic. 49. & Filio data eſt omnis poteſtas judicandi, ὅτι qvia Filius Hominis eſt, ſcilicet talis unicus & ſolitarius, in qvo inhabitat omnis plenitudo Deitatis corporaliter, Coloſſ. 2. ob communicatam divinam hypoſtaſin.

3. Qvia expreſſa ſangvinis fit mentio 1. Joh. 1. qvi habet efficaciam divinam emundandi ab omni peccato.

§. 3. Prædicatum hoc loco non eſt donum aliqvod creatum accidentale, *aut gloria, cum beatis Angelis & hominibus in vita æterna communis, ſed πᾶν πλήρωμα θεότητος carnem inhabitans. Coloſſ. 2. de qva artic. 47. §. 5. NB.*

§. 4. Modus prædicandi fundatur in modo communicandi. *Communicatio autem eſt. 1. perſonalis. 2. univerſalis. Ergo & prædicatio eſt non eſſentialis, vel accidentalis, ſed perſonalis, inuſitata, & hyperphyſica, qvæ idiomata energetica immediate, anenergeta verò mediatè prædicat. §. 7.*

§. 5. Fundamentum eſt unio perſonalis, *& per eam communicata hypoſtaſis divina. Unde ineffabilis oritur περιχώρησις, ut lumen Solis juſtitiæ Malach. c. 4. corporaliter carnem aſſumtam inhabitans, Coloſſ. 2. illam divina majeſtate repleat, ut ferrum candens, ſplendens & urens, atqve urendo ſecans, & ſecando urens exiſtat.*

§. 6. *Finis eſt efficientia apoteleſmatum. vid. claſ. 3.*

§. 7. Obſtaculum rationis vanum eſt. *Qvia 1. certum*

Vuu *tum*

tum eſt, qvod omnis plenitudo divinitatis in carne habitet σωματικῶς *Coloſſ. 2. 2. Certum eſt, divinam Omnipotentiam datam eſſe Filio Dei, qvatenus incarnatus eſt. Johan. 5.* ὅτι, *qvia talis Filius Hominis eſt, cui divina* λόγου ὑποστάσεως *communicata eſt, unde & habet potentiam æternam Dan. 7. licet caro ipſa non dicatur æterna. 3. Regula Theodoreti, de datis Filio Dei in tempore, de* λόγῳ ἐνσάρκῳ *loqvitur, qvi nec Deus, nec Homo excluſivè ita dictus eſt, ſed* Θεάνθρωπος, *ut ſenſus ſit: Omne, qvicqvid Filio Dei incarnato in tempore datū eſt, ſcilicet, qvoad idiomata per gratiam communicata, & qvod ad perfectionē naturæ perficiendæ facit, illud neqvaqvā divinitati ab æterno perfectiſſimæ, ſed Humanitati, qvæ ſola infinitæ perfectionis, per divinæ hypoſtaſeos communicationem capax facta eſt, omninò convenit. Adeoqve Veritas hujus regulæ reſpicit* 1. Subjectum *non* ἄσαρκον *ſed* ἔνσαρκον. 2. Prædicatum, *ſive donum ex gratia in tempore datum.* 3. Momentum *incarnationis in plenitudine temporis factæ Gal. 4.* 4. Modum *intrinſecum, per unionem & inhabitationem perſonalem communis* ὑποστάσεως. *Philip. 2. Col. 2.* 5. Principium *gratuitum, qvia DEUS* ἐχαρίσατο *& ex gratia dedit Nomen ſupra omne Nomen Chriſto exaltato. Philip. 2.* 6. Scopum, *qvi eſt carnis perfectio, ut caro fiat* ὄργανον λόγου ἐνεργητικόν, *ad officium Mediatorium.* 7. Eventum, *qvi eſt redemtio, & Redemtoris* ἀποτέλεσμα. *vide claſſ. 3.*

§. 8. Exemplum *hujus prædicationis ipſe Salvator exhibet Matt. 28 qvando dicit: Mihi data eſt omnis poteſtas in cœlo & in terrâ. Unde & in* λόγῳ *incarnato viderunt Apoſtoli* δόξαν *Filii Dei Unigeniti Joh. 1, 14. qvi per miraculoſam operationem ſoli DEO propriam, hanc gloriam communicatam illis manifeſtavit Johan. 2. Videatur articulus ſeqvens 47. & de communicatâ carni poteſtate æternâ ſup. §. 2. ab initio hujus articuli.*

Poriſma. Ergo periculum Eutychianiſmi nullum eſt. *Ratio eſt,* qvia carnis aſſumtæ perfectio neqvaqvam eſt carnis deſtructio.

§. 9. Cha-

Digitized by

§. 9. Character *hujus generis patet 1. ex ſubjecto. 2. ex prædicato. 3. ex prædicandi modo §. 2.*

CLASSIS III.

Communicationis idiomatum, qvæ ἀποτελέσματα divina perſonæ Theandricæ tribuit, ſecundum utramqve naturam conſideratæ.

§. I.

Κοινοποιΐα enunciat de Salvatore θεανθρώπῳ ἀποτελέσματα, ſive opera, & beneficia, ad officium Mediatoris ſpectantia, *ita, ut Chriſtus Jeſus ſecundum utramqve naturam ſit noſter Mediator, Redemtor, Salvator, Propheta, Rex, Sacerdos, Dominus atqve caput in ſecula.*

Nota 1. *Apoteleſma eſt opus Mediatoris ſecundum utramqve naturam*, in qvo perſona per utramqve naturam, ut geminum principium, ἐνέργειαν cujusqve naturæ exerit; ita tamen, ut Humana natura per actum primum non tantùm ad actum naturalem, ſed etiam ad actum perſonalem ἐνέργειαν divinam habens concurrat. In perſonâ verò fiat communicatio ἐνεργειῶν ita, ut in officio unum ἐνέργημα ſeu apoteleſma producatur.

Nota 2. *Ἐνεργητικὸν, forma, ſeu principium qvo, eſt utraqve natura*, qvarum qvælibet ſuam diſtinctam habet ἐνέργειαν, operandi facultatem, & efficacem naturæ motum: *Humana* verò natura geminum & naturalem, & perſonalem communicatum. Sicut enim Humana natura non in ſeipsâ actu ſubſiſtit, ita non, niſi in perſonâ agit; ἐνεργῶν verò & *principium quod agit, eſt perſona.* Atqve ita perſona unicuilibet naturæ ſuam ἐνέργειαν communicat, per qvam agat.

Nota 3. *Qvia verò perſonalitas divina eſt*, ideò, dum perſona verè divina ἐνέργειαν Humanam in actum ſecundum deducit, ſeqvitur, actus hos alios merè humanos actus infinities excedere.

Nota 4. *Actus ergò ſecundus ratione principii qvo, ad naturam ſuam propriam referendus eſt.*

Digitized by Google

Nota 5. *Qvia verò unio facta eſt propter unum officium*, ideo oritur ſynergia, & naſcitur commune apoteleſma, dum utraqve Natura facit qvod ſuum eſt, cum communicatione alterius Naturæ.

§. 2. Subjectum eſt concretum perſonæ, *ſive Chriſtus ſecundum utramqve Naturam conſideratus, qvacunqve enim de Chriſto enunciantur, illa reſpiciunt*

1. vel perſonam, *cui utriusqve naturæ tribuuntur idiomata, in primo genere communicationis idiomatum.*

2. vel Humanam naturam, *cui in tempore data ſunt divina axiomata, in ſecundo genere.*

3. vel totam perſonam, *cui ſecundum utramqve naturam tribuuntur* ἀποτελέσματα, *in tertio genere. Confer de fundamento hujus prædicationis infra §. 5.*

Nota: *Virtus edendi opera Theandrica eſt virtus divina,* & poteſtas mundandi, vivificandi, regendi, eſt divina poteſtas. *Mundatio* verò per meritum, & vivificatio, & gubernatio ut Eccleſiæ caput, ſunt apoteleſmata. Qvæ ſunt & manent divina opera; ideoqve *ratione principii ad divinam naturam reducenda ſunt: ad modum verò actionis Mediatoriæ altera qvoqve natura concurrit*, agens ex communicatâ ἐνέργειᾳ, verùm unitè. Si enim diverſæ operationes manerent, ipſa tandem unio penitus tolleretur.

§. 3. Prædicatum *h. l. non ſunt nuda idiomata, ſed apoteleſmata. Sic Chriſtus Theanthropos non ſolùm dicitur mori & pati in carne, ſed etiam pati & mori pro peccatis Eſa. 53. ut ſit propitiatio pro peccatis totius mundi 1. Joh. 2. vid. infra §. 5.*

§. 4. Modus prædicandi attendit præter actum naturalem etiam actum perſonalem, *& utriusqve naturæ ſynergian, adeoqve verus & realis eſt. Nam Chriſtus, qvatenus Homo eſt, non modò ut verus Homo verum ſangvinem effundere, ſed etiam hoc ipſo ſangvine nos emundare poteſt ab omni peccato 1. Johan. 1. ideo, qvia eſt* ἴδιον αἷμα λόγου, *ſangvis Dei proprius Act. 20.*

Nota: *Humana natura eſt* ὄργανον λόγου ἔνζηστον, neqvaqvam verò

verò cauſa minus principalis noſtræ ſalutis. Confer Wagneri Henoticon p. 227. & p. 231. Qvia non tantùm agit ſecundum actum naturalem (ſangvinem fundendo) ſed etiam ſecundum actum perſonalem θεϊκῶς, qvatenus eſt Humanitas ipſius Filii Dei, in λόγῳ perſonaliter ſubſiſtens, qvæ ſuo ſangvine nos ab omni peccato emundare poteſt, ſangvinem videlicet fundendo, & ſimul hoc vero ſangvine nos emundando, ideo, qvia eſt ſangvis Theandricus, Agni Dei, qvi tollit peccata mundi Johan. I. & per vulnera ſua ſanat peccatores, Eſa. 53. Confer ſcriptionem manus per calamum, ubi ex utriusqve concurſu oritur apoteleſma.

§. 5. Fundamentum hujus prædicationis eſt *unio perſonalis & communicata hypoſtaſis Filii Dei, ut diſtincta ἐνέργεια & communicatio ἐνεργειῶν producat unum ἐνέργημα.*

Nam I. ὁ ἐνεργῶν, *perſona operans, ſive, principium qvod*, eſt Jeſus Chriſtus 1. Johan. 1. ſed *principium qvo*, ex qvo actio prodit, eſt natura. Ideoqve hoc loco

II. *Ἐνεργητικὰ principia ſunt natura divina & humana* : ita, ut principium originale & formale ſit natura divina, organicum verò humana.

III. *Ἐνέργειαι ſunt operationes*, & diſtincta δύναμις τῆς φύσεως, ſive *utriusqve naturæ vis & potentia*. Sic Homo moritur, Deus vivificat. Et Humana natura ſangvinem effundit, & Deus à peccato emundat. Neqvaqvam verò ſine naturarum communicatione : Qvia Humanitas habet ſangvinem veri, ſed non meri hominis, ob divinam hypoſtaſin : ideoqve ſangvinem non maculantem, ſed emundantem : non à ſordibus corporis, ſed peccati perdentis animam cum corpore. Deus verò emundat à peccato, non tamen ſine ſangvine, ſed per ſangvinem ἴδιον proprium, Actor. 20. Qvamobrem ἐνέργεια Damaſceno eſt *tum operandi facultas, tum ipſe motus efficax, & ipſa actualis operatio*, per qvam ὁ ἐνεργῶν conſtituitur actu operans (ſcilicet tam agendo, qvàm patiendo) unde energia divina vocatur 1. vivificandi potentia. 2. ipſa vivificatio actualis. Et energia humana dicitur (1.) potentia moriendi. (2.) ipſa mortis perpeſſio.

IV. *Terminus ἐνεργείας ſive operationis hujus eſt 1. opus productum naturale ἐνέργημα*, Dei divinum, & hominis humanum. 2. *opus*

 per-

-*perſonale Theandricum.* 3. *opus effectum & conſummatum* ἀποτέλεσμα *Mediatorium.* Non enim ſufficit hoc loco 1. energema ſive opus naturale humanum (mori,) ſed reqviritur etiam opus divinum (mori pro mundi vitâ.) *Neqve* 2. *ſufficit actio diſtincta naturalis , ſed reqviritur actio perſonalis* , & 3. ἀποτέλεσμα unius Mediatoris completum, ſeu actio redemtoria & ſalutifera Gal. 4. adeoq; ſimul energema 1. naturale. 2. perſonale. 3. Mediatorium.

V. *Opus conſummatum* , ἀποτέλεσμα h. l. eſt effectum & completum Redemtoris opus perſonale ſalutiferum utriusqve naturæ commune, ex energemate diſtincto, non tamen diviſo, ſed in operando conjunctiſſimo, & qvidem cum communicatione alterius naturæ, facto divinæ & humanæ naturæ concurſu theandrico, & actione Dei virili, dum utraq; natura agit, cũ communicatione alteriꝰ, ad producendam perfectam actionem nõ naturalem, ſed perſonalem & Mediatoriam. Ubi 1. *modus agendi conſiſtit in communicatione* operationum utriusqve naturæ. 2. *ratio agendi eſt unitas perſonæ* , & hypoſtaſeos identitas, & communicationis infallibilitas atqve neceſſitas. 3. *conſeqvens eſt actionis Theandricæ unitas* , ejusqve conſummata perfectio ſalutifera. Nam caro ſangvinem fundit verum, ſed non merè humanum, verùm ἴδιον & ipſius Dei incarnati proprium Actor. 20. & Deus emundat à peccato, non immediatè, ſed mediatè, per ſangvinem effuſum verè, ſed non merè humanum, verùm ipſius Dei incarnati proprium, unde emundatio Theandrica ſalutaris per ſangvinem oritur.

Poriſma. Ergò actio Theandrica non ſolùm datur libera, ſed etiam ratione concurſus utriusqve naturæ neceſſaria. Scilicet, in illis operibus, qvæ ſolus Deus incarnatus producere poteſt, & ob qvarum productionem ipſe Dei Filius incarnatus eſt, qvia illas, ſine aſſumtâ carne dari impoſſibile eſt: qvalis eſt emundatio à peccatis ſangvinolenta, & effuſio ſangvinis ipſius Dei appropriata & perſonalis, & acqviſitio Eccleſiæ per ſangvinem proprium Filii Dei incarnati. Actor. 20. Unde non ſeqvitur: ὁ λόγος in ſtatu exinanitionis ex liberâ voluntate carnem adhibet ad edendos actus miraculoſos, etiam immediatè poſſibiles, (v. g. ad ſanationem leproſi, etiam ſine contactu & extenſione manus poſſibilem Matt. 8, 3.) ergò etiam in omnibus actionibus perſonalibus & in ipſa redemtione concurſus carnis nõ eſt neceſſariꝰ (v. g. ad

ad emundationem à peccato) qvod enim vana ſit hæc ratio & rationis illatio, ipſa oſtendit revelatio 1. Johan. 1. uti conſtat ex jam dictis, & ex artic. 52. §. 6. NB.

VI. *Proinde ἀποτελέσματα ſunt opera conſummata* perfecta, Theandrica & Dei virilia Redemtoris & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, Dei incarnati, θεανθρώπου. Nam ἀποτελέω eſt perficio, unde ἀποτελεσθεὶς vocatur conſummatus, ubi τέλος, finis, exitus & perfectio rei conſummatæ conſpicitur, à τέλλω facio, qvia finis tam agendarum, qvàm faciendarum rerum datur. Et ſic emundatio à peccatis per effuſum Jeſu Chriſti ſangvinem, eſt apoteleſma ipſius Filii Dei incarnati, qvi proprio ſangvine acqvirit Eccleſiam, Actor. 20. & eſt τελειώτης conſummator ſalutis noſtræ, Hebr. 12, 2. τέλος, finis & perfectio legis Rom. 10. Ipſe enim per paſſionem conſummatus & perfectus erat reddendus Hebr. 2,10. διὰ παθήματων τελειῶσαι, cum nihil ad perfectionem adducere poſſet Lex, c. 7,19. οὐδὲν τελείωσεν ὁ νόμος. Ipſe verò ſolus oſtendit illa apoteleſmata perficientia, legi impoſſibilia, qvæ non poterat perfectum reddere cultorem, τελειῶσαι τὸν λατρεύοντα. Hæc enim eſt unica & ſola λύτρωσις & æterna redemtio, ab ipſo ſolo reperta Hebr. 9, 12.

§. 6. Exempla hujus tertii generis obvia ſunt *ex 1. Johan. 1. Actor. 20. & artic. 52. 61. ſeq. vid. præced. §. 5.* Nec obſtat phraſis Irenæi *lib. 3. c. 21. de Chriſto crucifixo, qvod paſſio* ἡσυχάζοντος τοῦ λόγου, *qvieſcente Verbo, peracta fuerit. Qvia* ἡσυχάζειν *notat qvieſcere, ut agens ſit* ἥσυχος, *qvietus, qvaſi* ἧσιν ἔχων *ſuam habens complacentiam, ab* ἥδω, *delecto, inde* ἧσις, *voluptas, ab* ἦκα *adverbio, qvod notat leniter, qvietè, ſenſim, ab* ἀκλῶ *qvietè, vel ab* ἕω, *pono, qvieſcere facio. Ideoqve hæc vox neqvaqvam infert virtutis divinæ à carne remotionem, vel ab omni actione abſolutam* excluſionem, *qvod abſurdum eſt, cùm extra hypoſtaſin* λόγου *nulla detur carnis vel exiſtentia, vel operatio: ſed ſolum notat omnipotentisſimæ majeſtatis retractionem, inhibitionem, & virtutis eminentisſimæ, ejusqve operationis infinitæ ſuſpenſionem. Aliàs enim communicata carni omnipotentia omnes paſſiones*

nes corporis & univerſam hoſtium potentiam vel unico verbulo propulſare potuiſſet. Confer Johan. c. 18. Ego ſum ; & Joh. 10, 18. cum Actor. 9, 5. Imò placuit Deo hæc reconciliatio per Chriſti paſſionem, *εὐδόκησε. vid. Coloſſ. 1, 19. 20.*

§. 7. Obſtacula huic myſterio oppoſita vana ſunt, *inprimis verò*

I. *Pontificiorum* ex 1. Timoth. 2. Mediator eſt Homo Chriſtus, *qvia principium agendi, qvod agit*, eſt perſona, ob hypoſtaſeos unitatem: *ſed principium, qvo agit* hæc perſona, eſt natura, operationis cauſa, non tamen ſeparata, ſed arctiſſimè unita, cum communicatione alterius, ut ſeqvatur actio non ſeparata, diſtincta, vel humana, vel divina; ſed conjuncta, unica, Theandrica, Divino-Humana, & Humano-Divina, ſine qva non datur apoteleſma vel Mediatoris redemtio aut ſalvatio.

Canon: Principium ſalvationis, reconciliationis & deſtructionis peccati, mortis & diaboli infinitum & omnipotens, eſt etiam principium mediationis, ob hypoſtaſeos unitatem. vide Theodoretum Dial. 2. c. 4. Athanaſium Dial. 1. de Trinitate, & Claudium Eſpenſeum, de Chriſto Mediat. c. 4. ubi ait: Mediatio & ſatisfactio humana ut ſit efficax, ex unionis hypoſtaticæ gratia eſt.

II. *Reformatorum.* Nam Sachſius fruſtra excipit: Mundationem à peccato non eſſe attributum divinum, ſed opus officii, ubi utraqve natura agit qvod ſuum eſt. vid. Zugabe p. 136. & Manuale, p. 710. Qvia 1. omninò eſt opus ſolius DEI omnipotentis, mundatio à peccatis. 2. non qværitur ſolùm de operibus officii Mediatoris, ſed inprimis de principio operationis: & num utraqve natura agat tantùm qvod ſuum eſt (divina divina, & humana humana opera;) ſed, annon utraqve agat *cum communicatione alterius?* uti patet ex præcedente §. 4. & 5. Confer Manuale artic. 46. pag. 710. citra qvam communicationem nulla ſangvinolenta datur peccati expiatio & mundatio.

III. *Photinianorum*, qvi exiſtimant: Deum non poſſe eſſe Mediatorem ſui ipſius. Qvia ideo Deus incarnatus eſt, & Deus erat in Chriſto incarnato, ut mundum ſibi reconciliaret 2. Cor. 5, 19. Deus ἔνσαρκος, qvod ἄσαρκος Deus, citra reſpectum incarnationis, non faciebat.

Canon:

Canon: Caro eſt ὄργανον τοῦ λόγου ὑυχενςον *conjunctisſimum, proprium & perpetuum, atqve inſeparabile*, in univerſo opere mediationis, cui δύναμιν operandi realiter communicat, ita ut in, cum & per eam λόγος operationes ſuas exerat, qvale organum reſpectu animæ eſt corpus. Scilicet *organum non ſeparatum*, cum qvo unitur principale agens ſolùm κατ᾽ ὑπόςασιν, ſecundum aſſiſtentiam, & communicat cum illo tantùm effecta, non verò ſeipſum; qvale organum eſt ſerra artificis, aut fabri ſecuris. Eſa. 10. *ſed organum indiſſolubiliter & perſonaliter, cum ipſius hypoſtaſeos communicatione arctisſimè unitum.* Proinde, dum carni communicantur divina αὐχήματα ex ſecundo genere, & λόγος ſibi appropriat carnis proprietates ex primo genere, oriuntur actiones theandricæ, divino-humanæ, & humano-divinæ, & ἀποτελέσματα in tertio genere communicationis Idiomatum conſpicua. vid. Chemnic. de 2. naturis, de ferro ſive gladio ignito, ejusqve urente inciſione, & inciſa uſtione, ex Damaſceno, & Manuale artic. 46. Sic Gal. 4. Filio Dei facto ex muliere tribuitur redemtio, qvæ eſt ἀποτέλεσμα totius perſonæ in ſe divinum opus, factum tamen eò, qvòd Chriſtus ſe ſubjecit legi, ſecundum Humanam naturam, per qvam ſubjectionem Theanthropicam, ſecundum carnem, orta eſt redemtio, ſicut per ſangvinis effuſionem emundatio à peccatis, Johan. 1. & Eccleſiæ acqviſitio Actor. 20.

§. 8. Character *bujus generis patet 1. ex ſubjecto. 2. ex prædicato. 3. ex prædicandi modo. vid. ſup. §. 2. 3. 4. NB.*

§. 9. *Pleniorem bujus articuli explicationem, cum uſu, & autorum Catalogo exhibet Manuale artic. 46. inprimis verò Chemnicius de 2. nat. Confer Commentar. in Form. Concordiæ.*

ARTICULUS XLVII.
De Salvatoris Unctione & Communicata carni CHRISTI Majeſtate.

Omnis plenitudo Deitatis habitat in Chriſto, Col. 2, 9.

§. 1.

COmmunicatio majeſtatis eſt certiſſima. *vid. artic. 46. Claſſ. 2. NB. item Coloſſ. 2, 9. Matt. 28, 18. & ſummè neceſſaria ad ſalutem noſtram, ut Meſſias eſſet ſecundum utramqve naturam unctus Sacerdos validisſimus & omnipotens, Rex Catholicus & omnipræſens, NB. artic. 57. §. 2. Propheta maximus & omniſapiens, via, veritas & vita, Redemtor & Salvator noſter, à qvo noſtra juſtitia, gratia & gloria dependet. vid. inf. Art. 52.*

Nota 1. *Communicatio majeſtatis vocatur Unctio* Pſal. 45, 8. Actor. 8, 38. Dan. 9, 28. Meſſiæ, ad officium Propheticum, Sacerdotale & Regium. Unde Aaronis Unctionem ad Regem Meſſiam refert R. D. Kimchi in Pſal. 133. p. 596. ubi ait: Ita futuris temporibus, cum ædificabitur templum, ſtabuntqve Rex Meſſias, & ſummus Sacerdos, ibi gloria Dei reſidebit. Et addit: Cum Moſes oleum infudit in caput Aaronis, eumqve inunxit oleo, inter oculorum ipſius ſupercilia, inſtar literæ Caph, ſeu Chi. (qvæ crucem X repræſentat. Confer Schickardi jus regium, & Seldenum de ſucceſſ. Pontif. l. 2. c. 9. de cruce Andreanâ.) Nam crucifixus Meſſias eſt noſter Propheta, Rex & Sacerdos unicus, & omnium typorum complementum. Qvi משח non modò unctus eſt ſicut Reges domus David, ad modum coronæ circa caput, qvod Maimonides refert, ſed etiam in fronte ad modum crucis, more ſummi Sacerdotis. vid. Ottonis Lexicon Rab. p. 670. & de unctione ad fontem, qvod omen perennitatis eſſe putabant. Confer de unctione Prophetica Eliſæi 1. Reg. 19, 26. ſacerdotali Ex. 29. & Regiâ 1. Sam. 10, 1. Unde & pii dicuntur uncti Pſal. 105, 15. ſicut à Chriſto Chriſtiani, Actor. XI. & de Meſſiâ ſup. articul. 40.

Nota 2. *Communicatio hæc etiam vocatur donatio Spiritus Sancti,* non ἐκ μέτρου Johan. 3, 34. vel κατὰ τὸ μέτρον Eph. 4, 7. qvæ ſolum aliqva dona reſpicit, & μικρὰν δύναμιν, Apoc. 3, 8. ſed talis, qvæ reſpicit πᾶσαν ἐξουσίαν, omnem poteſtatem, in cœlo & in terrâ, Matt. 28, 18. & ἐξουσίαν omnis carnis Johan. 17, 2. incomparabilis, Johan. 7, 46. Dignus enim eſt Agnus occiſus accipere virtutem, τὴν δύναμιν, Apoc. 5, 12. Qvamobrem & ipſe Beza in annot. ad Matt. 7, 29. ἐξουσίαν explicat per δύναμιν, & addit: Nam hæc inter ſe parum differunt. vid. ſup. art. 10. Tit. 38. de omnipotentiâ, & inf. art. 49. 52. 53. 54. 57.

§. 2. Prin-

Digitized by Google

§. 2. Principium hujus unctionis eſt Elohim *Pſal. 45. Immanuel, Eſa. 7. Deus noſter, Pſal. 68, 7. qvi cum Patre & Spiritu Sancto ipſe unxit ſuam Humanitatem. Conf. Eſa. 61, 1. Rom. XI, 36. qvam tota plenitudo divinitatis inhabitat, Coloſſ. 2, 9.*

§. 3. Subjectum eſt Chriſtus, qvatenus *eſt Agnus Dei Johan. 1. & Agnus occiſus ad redemtionem miſſus, Apoc. 5, 12. qvatenus habet proprium ſangvinem Actor. 20. expiatorium. 1. Johan. 2. adeoqve Humana natura in unione conſiderata. Sive Chriſtus, qvatenus Filius hominis eſt Johan. 5, 27. & manus atqve pedes habet Pſal. 8. qvibus omnia ſubjecta ſunt. Pater enim omnia dedit Filio in manum Joh. 3, 35. & omnem poteſtatem in cœlo & in terrâ Matth. 28, 10. adeoqve & hoſtes ponendi ſcabellum pedum ſuorum. Pſal. 110, 1. & gloriam æternam filio hominis Dan. VII, 13. Agno occiſo Apoc. V, 12.*

Nota 1. Chriſtus θεάνθρωπος eſt ipſe λόγος & ipſa θεότης, carnem inhabitans; & ſimul ipſe eſt ipſa caro, habitaculum λόγου, in qvo ipſe σωματικῶς habitat. Habitat ergò Deitas in carne Chriſti, & caro Chriſti eſt habitaculum Deitatis, ſalvâ unitate perſonæ Mediatoris unici. 1. Tim. 2. Qvia τὸ λόγου συναμφότερον diverſo reſpectu & inhabitans, & ipſum habitaculum vocari poteſt.

Nota 2. Habitatio hæc dicitur de Chriſto vel ſecundum divinam, vel ſecundum humanam, vel ſecundum utramqve naturam. *Non ſecundum divinam*, qvia Deus ſimpliciſſimus non habitat in ſe ipſo: *Non ſecundum utramqve naturam*, qvia inhabitans & habitaculum ſunt diſtincta. Ergo ſecundum Humanam naturam, qvæ ſola eſt templum gloriâ Dei repletum, juxta typum 1. Reg. 8. & tabernaculum, ubi arca & propitiatorium, Rom. 3.

Canon: Qvicqvid ergò Chriſtus accepit in tempore, id accepit non ſecundum divinam, ſed ſecundum humanam naturam, juxta qvam unctus eſt; divinitati enim in tempore nihil dari potuit, qvia immutabilis eſt Malach. 3, 6. vid. art. 10. Tit. 7. qvæ omnia ab æterno habuit. Confer teſtimonia Athanaſii, Baſilii, Ambroſii, Chryſoſtomi, Theophylacti, Theodoreti, Cyrilli & aliorum citata in Chemnicii libro de 2. nat.

& in Form. Concord. appendice, qvi omnes unanimiter urgent: Chriſtum accepiſſe omnem poteſtatem, ut Hominem, in tempore, qvam ut Deus habuit ſemper & ab æterno.

§. 4. Prædicatum *qvod de Chriſto homine enunciatur, eſt unctio ad officium Propheticum, Regium, & Sacerdotale, qvæ ipſa eſt communicatio univerſæ majeſtatis divinæ, ex præcedente §. 1. & ſeq. §. 5.*

§. 5. Objectum Chriſto in hac unctione communicatum ſecundum carnem eſt πᾶν πλήρωμα θεότητος *Coloſſ. 2.* ſive plena divinitas, *in universâ ſuâ plenitudine conſiderata, & infinita atqve æterna majeſtas & poteſtas, Dan. 7. Matt. 28.*

Nota 1. Πλήρωμα eſt complementum & conſummata impletio atqve perfectio, ex πληρόω impleo, abſolvo, ut repletus ſit πεπληρωμένος, plenariè impletus & planè conſummatus, ex πλέος, plenus. Confer πλήρωμα temporis ſup. artic. 41. §. 8.

Nota 2. Πλήρωσις I. *eſt repletio cujuslibet* rei, qvacunqve in parte. v. g. 1. corporis, cibo & potu, apud Hippocratem. 2. mentis, apud Platonem & Plutarchum, cui opponitur κένωσις. II. πλήρωσις eſt perfectio & abſolutio, τελείωσις & conſummatio. Sic πληροῦν dicitur pro τελειοῦν. vid. Heinrici Stephani Theſaurum T. 3. col. 384.

Nota 3. *Ex qvibus patet Concluſio:* Qvodcunqve in Chriſti Humanitate σωματικῶς habitat, illud ipſius Humanitati verè communicatum eſt. Sed omnis plenitudo divinitatis &c. Ergo. Adeoq; caro eſt plena Deitatis inhabitantis, & prædita plenitudine Deitatis: non verò ipſa Deitas eſt plena Deitate. *Nec obſtat incapacitas finiti* reſpectu infiniti. art. 17. §. 3. & p. 227. Non enim qværitur h. l. de capacitate adæqvata, eſſentiali, inhæſivâ, phyſicâ, vel Mathematicâ; ſed de capacitate extraordinariâ & ſingulari, ex ſolâ divinâ diſpoſitione ortâ, & ex ſolâ revelatione cognitâ. Es iſt ein neues/ Jerem. 31, 32. Qvod non vidiſti, qvod non viſurus es unqvam, qvia hæc incarnatio antea inaudita ſemel ſolùm facta eſt. vid. ſup. art. 44. §. 2. NB. & art. 43. §. 5.

§. 6. Fundamentum hujus unctionis eſt *communicata divina hypoſtaſis, qva poſita, ponitur univerſa majeſtas divina: vid. ſup. NB. art. 43. §. 3. & carnis exaltatio art. 46. claſſ. 2.*

§. 7. Mo-

Digitized by Google

§. 7. Momentum hujus unctionis eſt momentum incarnationis, *Luc. 1. & unionis perſonalis. vid. ſup. art. 45.*

§. 8. Scopum hujus unctionis oſtendit redemtionis myſterium. *Ideo enim uncta eſt caro Chriſti, ut eſſet ὄργανον λόγȣ ἔυχεησο:. ſupra art. 46. & ὄργανον ζωῆς, juxta Athanaſium Dialogo 5. de Trinitate.*

Poriſma 1. Ergo communicata majeſtas veritatem carnis non interficit, ſed perficit; non tollit, ſed extollit.

Poriſma 2. Ergo ſicut non omnia, qvæ alteri inſunt, ſtatim prædicantur: (ſicut immortalitas animæ non prædicatur de homine, ſed homo habet animam immortalem:) Ita & infinitas, æternitas & immenſitas non prædicatur de Chriſto homine, ſed Filius Hominis, cui data eſt omnis poteſtas, habet etiam ſibi datam in tempore, immenſam, infinitam & æternam potentiam.

Poriſma 3. Ergo Humanæ Chriſti naturæ divina majeſtas verè communicata eſt, ita, ut qvæ Deus per eſſentiam habet, ipſa obtineat per gratiam, & qvod ille habuit ab æterno, hoc ea acceperit in tempore. vid. appendix Formulæ Concordiæ ex Concilio Epheſino, Chalcedonenſi, & ex Athanaſio, Epiphanio, Cyrillo, Ambroſio, Chryſoſtomo, Theophylacto, Oecumenio, Theodoreto, Leone, Vigilio, Baſilio M. Auguſtino, Damaſceno, Hilario, Juſtino, & aliis.

Poriſma 4. Ergo hæc carnis unctio non eſt naturarum exæqvatio.

Ratio eſt, qvia Humana natura, majeſtatem ſuam à divinitate habens, manet Deitate minor, etiam in ſummâ ſuâ ſuper omnes creaturas potentiâ conſiderata. Nam aliud eſt habere omnipotentiam, & aliud eſſe ipſam omnipotentiam.

Poriſma 5. Ergò Majeſtas carnis Chriſti efficaciſſimum in omnibus calamitatibus ſuppeditat ſolatium. Qvia novimus, qvod frater noſter Hebr. 2. qvi poteſt μετριοπαθεῖν c. 5. ipſe ſit ſimul omnipotens atqve omnipræſens. vide art. 10. Tit. 39. §. 5.

§. 9. Eventum hujus unctionis oſtendit exercitium *communicatæ majeſtatis, in ſtatu exinanitionis qvidem liberum & particulare, in ſtatu verò exaltationis plenarium, univerſale & perpetuum.*

Digitized by Google

Nota 1. Omninò diſtincta ſunt communicata majeſtas omnipræſentiæ & omnipotentiæ, & exercitium illius majeſtatis per omnipræſens dominium, & omnipotens regimen Regium.

Nota 2. Particularis gloriæ manifeſtatio reſpicit ſtatum exaltationis. De qvo dicitur Johan. 1, 14. vidimus gloriam ejus. ſcil. 1. in Baptiſmo Matt. 3. 2. in transfiguratione Matt. 17. 3. in miraculis Johan. 2. 4. in hoſtium proſtratione, Johan. 18.

§. 10. Theſauros *bujus unctionis conſiderat articulus ſeqvens 48. & 49. qvoad ſcire, velle & poſſe perfectisſimum.*

§. 11. *Pleniorem bujus articuli commentarium, cum uſu, atqve autorum catalogo oſtendit Manuale, Articulo 47. NB.*

ARTICULUS XLVIII.

De Communicata Carni Chriſti Omniſcientia.

In CHRISTO abſconditi ſunt omnes theſauri ſapientiæ ac ſcientiæ Coloſſ. 2, 3.

§. 1.

COmmunicatio omniſcientiæ in Chriſto eſt certiſſima. *Vid. Coloſſ. 2, 3. ubi conjungitur theoria & praxis, γνῶσις ſcientia & σοφία ſapientia, & qvidem omnes, illius theſauri cumulativè, & omnis plenitudo divinæ perfectionis art. 47. §. 5. ſive univerſus ille theſaurus incomparabilis, abſconditus & rationi ignotus, ἀπόκρυφος, (κρύπτω abſcondo, qvaſi καρύπτω caput abſcondo, ſive καλύπτω, tego, velo) ut Salvator ex bono cordis theſauro illa depromere potuerit Matt. 12, 35. cum ſtupore auditorum (vid. Matt. 13, 54. unde huic ſapientia tanta!) vide Joh. 2, 20. Matth. 9, 4. Joh. 16, 30. Eſa. XI, 2. & Luc. 2, 47. ſtupebant omnes.*

Nota: De omniſcientia divina agit articulus 10. Tit. 15. NB. & de ſapientiâ Tit. 16. qvam reqvirit officium judicis univerſalis Joh. 5, 27. Matt.

Digitized by

Matt.12. Rom.2,16. 1.Cor.4,3. imò & officium Regium, Propheticum ſup. Art. 47. atqve ſacerdotale, ut Salvator & Frater noſter ſciat afflictiones membrorum Apoc. 2, 9. & poſſit μετριοπαθεῖν Hebr. V,2. & καρδιογνώστης 1. Reg. 8. exaudire gemitus afflictorum,& ἐπιστάτης Luc.5, 5. atqve Magiſter ad ſalvandum catholicus, ein Meiſter zu helffen / ſine omni defectu ſcientiæ, benevolentiæ atqve potentiæ nobis adeſſe, qvoad principium dirigens, imperans, & exeqvens perfectus & conſummatiſſimus, multus & magnus, Eſa.63.verſ.1. wiſſen/ wollen/ können/ רב להושיע NB.art.49. §.8.

§. 2. Subjectum communicatæ omniſcientiæ eſt anima CHRISTI.

§. 3. Objectum communicatum eſt ſcibile univerſum. *De qvo agit artic.10.Tit.15.*

§. 4. Fundamentum hujus ſcientiæ eſt unctio *artic. 47. & communicata hypoſtaſis λόγου omniſcii, artic.43. §.3.*

§. 5. Forma hujus ſcientiæ patet ex illuminatione divinâ animæ Chriſti, *liberâ qvidem in ſtatu exinanitionis; plenariâ verò in ſtatu exaltationis.*

Obſerv. 1. Chriſtus novit omnia, non ex immediatâ illuminatione, ut Apoſtoli, nec ex mediatâ informatione, ut Doctores alii, ſed ex perſonali inhabitatione τοῦ λόγου, qvi hanc ſuam carnem velut organum ſibi conjunctiſſimum & inſeparabile, omni plenitudine ſuæ ſapientiæ ac ſcientiæ unxit. vid. art. 47.

Obſerv. 2. *Sapientia* & ſcientia in Chriſto fuit diſtincta. Videlicet

1. *Divina* eſſentialis. vid.art.10. Tit.16. NB.

2. *Humana* habitualis. Secundum qvam ipſe dicitur creviſſe ut verus Homo Luc.2,52. qvi ordinariè reſectis per laborem impedimentis gradatim proficere ſolet. Nam προκόπτω eſt proficio, & κόπτω reſeco obſtacula, per laborem qvi dicitur κόπος. Confer gradus creſcendi plantarum phyſicos, Marc.4,28.

3. *Communicata* perſonalis, qvâ plenus eſſe dicitur, etiam tùm, cùm ſapientiâ creſceret, Luc.2,40. πληρούμενος σοφίᾳ.

Ratio eſt, qvia tota plenitudo ſapientiæ & ſcientiæ divinæ, adeoqve ipſa divina & infinita λόγου ſcientia, qvâ omnia & ſingula diſtinctè, evi-

evidenter & infallibiliter cognoſcit ; habitat perſonaliter in aſſumta carne.

Nec obſtat 1. *Peccati ignorantia*, qvæ Chriſto tribuitur non theoretica & qvoad notitiam ſcientiæ, ſed practica & qvoad notitiam conſcientiæ, qvia mala nec approbat, nec facit 2. Cor. V, 21.

Nec obſtat 2. *Ignorantia hora noviſſima*, qvia hæc erat in ſtatu exinanitionis libera Marc. 13. temporaria, & affectatæ omniſcientiæ Protoplaſtorum Gen. 3. expiatoria, Philip. 2. Unde & Salvator communicatam omniſcientiam in ſtatu exinanitionis non ſemper plenè uſurpavit, ſed interdum liberè retraxit. Proinde diſtingvendum eſt inter ipſam omniſcientiæ Majeſtatem, & inter ſcientiæ divinæ uſum, ſive exercitium tam univerſale, qvàm particulare liberum & ſtatui exinanitionis congruum.

Canon : Chriſtum Regem, Prophetam & Sacerdotem noſtrum omniſcium in ſtatu exaltationis nihil omninò latere poteſt, ex Coloſſ. 2, 3. ob formam regiminis divinam, ſine objectorum exactiſſimâ notitiâ prorſus impoſſibilem. vid. Apoc. 2 : ſcio afflictiones tuas.

§. 6. Scopus communicatæ ſcientiæ eſt 1. ſcientia *afflictionum noſtrarum, qvibus compatitur, Apoc. 2. Hebr. 5.* 2. exauditio *precum.* 3. judicium *univerſale, artic. 140.*

§. 7. Conſeqvens communicatæ ſcientiæ eſt exercitium, *in ſtatu exinanitionis liberum, & in exaltatione perpetuum ad officii Prophetici, Regii & Sacerdotalis ſcopum, ita, ut ſcire reſpiciat velle & poſſe omnipotens. §. 1. vid. art. 49. §. 8.*

§. 8. *Pleniorem hujus articuli explicationem oſtendit Manuale artic. 48. cum uſu & autorum Catalogo.*

Articulus XLIX.

De Communicata Omnipotentia.

Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terrâ, Matt. 28. verſ. 18. πᾶσα ἐξουσία, alle Gewalt / NB. ſup. art. 10. Tit. 38. & δύναμις Luc. 4, 36. & κράτος Apoc. 5, 13.

§. 1. Com-

§. 1.

COmmunicatio omnipotentiæ reſpectu carnis Chriſti eſt certiſſima. *vid. Matt.28,18. & Dan.7,13. Pſal.8,7. Hebr.2,8. Matth.11,27. Joh.3,35. Eph.1,21.*

Nota 1. Omnipotentia divina explicata eſt ſupra articul. 10. Titul. 38. NB.

Nota 2. Majeſtas omnipotentiæ, & exercitium hujus majeſtatis ſunt diſtinctiſſima.

§. 2. Subjectũ, *cui data eſt omnis poteſtas, eſt caro Chriſti Pſ. 8.*

§. 3. Objectum *hujus poteſtatis eſt poſſibile univerſum in cœlo & in terrâ, Matt.28. vid. art.10. Tit.38.*

§. 4. Fundamentum *hujus communicationis eſt unctio artic. 47. & communicata hypoſtaſis λόγυ omnipotentis. vid. ſupra artic. 43. §. 3. NB.*

§. 5. Forma hujus potentiæ *conſpicitur ex divino agendi modo, potiſſimùm verò in miraculis. artic. 53.*

§. 6. Scopus hujus communicatæ potentiæ eſt noſtra redemtio, *ut caro eſſet ὄργανον λόγυ ἐνεργητικόν in officio Prophetico, Regio & Sacerdotali.*

§. 7. Conſeqvens eſt exercitium, *in ſtatu exinanitionis liberum; in ſtatu verò exaltationis plenarium & perpetuum.*

§. 8. Exercitium *hoc reſpicit diſtincta objecta. Qvia communicata eſt Salvatori noſtro, qvi eſt Magiſter ad ſalvandum NB.art.48. §.1. potentia*

I. *Manifeſtandi gloriam*, Johan. 2,11. c.1,14.

II. *Recipiendi oblatam adorationem*, Dan.7,13.

III. *Efficiendi miracula*, Matt. 8.

IV. *Implendi Legem & avertendi Legis maledictionem*, Gal. 4, 5. c.3,14. Rom.10,4. Matt.12,8.

V. *Satisfaciendi pro peccatis*, Johan.10, 18. Pſal.49. Eſa.53.

VI. *Redimendi* homines, & per ſangvinem emundandi à peccatis, 1. Johan. 1.

VII. *Vincendi Satanam*, & conterendi caput ſerpentis, Gen. 3, 15. 1. Johan. 3, 8. Matt. 4. Luc. XI.

VIII. *Vim imponendi* & mortem vincendi, Johan. 10, 18. Hoſe. 13. Hebr. 2. verſ. 14.

IX. *Eripiendi* ex poteſtate peccati, mortis & inferni, Hoſe. 13, 14.

X. *Vivificandi*, qvia in ipſo vita eſt Johan. 1. & caro ejus eſt vivifica Johan. 6. adeoqve competit ipſi poteſtas vivificandi, qvâ vitam naturalem, ſpiritualem & æternam in regno potentiæ, gratiæ & gloriæ conferre poteſt, & actu confert. vid. Joh. 5, 21. Confer ſupra artic. 10. Tit. XI. & art. 138.

XI. *Poteſtas inſtituendi Sacramenta*, Matt. 28, 19. & c. 26.

XII. *Pacem acqvirendi & promulgandi*, Eph. 2. verſ. 14. 17. Johan. 20. verſ. 21.

XIII. *Spiritum Sanctum promittendi, impetrandi, & donandi*, Johan. 20. c. 16, 7.

XIV. *Eccleſiam colligendi*, Matt. 28, 19.

XV. *Peccata remittendi*, qvæ non eſt poteſtas miniſterialis miniſtrorum, qvi non in ſuo, ſed in Chriſti nomine hoc faciunt Joh. 2, 6. verùm *αὐτοκρατορικὴ* ſolius Dei Pſ. 51. Chriſto homini donata, verbis & factis comprobata Matth. 9, 6. c. 16. Joh. 20.

XVI. *Poteſtas preſtò eſſendi* Matt. 28. & cap. 18.

XVII. *Poteſtas regnum potentiæ, gratiæ & gloriæ potentisſimè conſervandi*, Johan. 18, 36. 37. Luc. 1, 32. Matt. 28.

XVIII. *Poteſtas judicii exercendi*, qvæ eſt jus abſolutum vitæ necisqve, & ſententiam tam abſolutoriam, qvàm condemnatoriam publicandi, Joh. 5, 27.

XIX. *Poteſtas exeqvendi ſententiam judicii, & incredulos damnandi* & in infernum conjiciendi Matt. 25, 41. 46.

XX. *Poteſtas credentes abſolvendi*, & vitâ æternâ dignos pronunciandi, Matt. 25, 34.

XXI. *Poteſtas vitam æternam donandi* credentibus, Johan. 10, 28. De qvibus omnibus & ſingulis agit Manuale Theolog. artic. 49. NB. & Comm. in Formul. Concord. artic. 8.

ART.

Digitized by Google

ARTICULUS L.

De Exercitio Communicatæ Omnipræſentiæ.

Ego vobiſcum ſum omnibus diebus uſqve ad conſummationem ſeculi Matth.28. verſ. 20.

§. 1.

EXercitium omnipræſentiæ Chriſti eſt certiſſimum, *ex communicatâ majeſtate omnipræſentiæ. vid. Epheſ. 1, 23. Coloſ. 2, 9. Job. I, 14. Matt. 28, 20. & c. 18. Pſal. 110, 1. Vide explicationem dictorum Matt. 28. & c. 18. in Manuali art. 50. NB. & apparitiones Act. 7, 56. c. 9, 4. c. 22, 14. Apoc. 1, 12.*

Nota 1. *De omnipræſentia* divina agit articulus 10. Tit. 39. NB.

Nota 2. *Majeſtas præſentiæ* non reſpicit modum præſentiæ localem in ſtatu exinanitionis, aut glorioſum corporis glorificati proprium, ſed divinum, qvo Chriſtus non ſolùm Eccleſiæ gratioſè in verbo & Sacramentis, ſed etiam omnibus & ſingulis creaturis in regno potentiæ, & beatis in regno gloriæ adeſſe poteſt, & in ſtatu exaltationis reverà adeſt.

Nota 3. Omnipræſentiam Chriſti reqvirit officium tam regium Marc. 16, 20. Pſal. CX, 2. Apoc. 1, 13. qvàm Sacerdotale & precum exauditio. Conf. Pſal. 91, 15. & ſup. Art. 49. & 47.

Nota 4. Præſens dicitur qvaſi præeſſe & præſtò eſſe. Unde uſitata diſtinctio inter præſentiæ majeſtatem ſive poteſtatem præſtò eſſendi, & præſentiam ipſam ſive actuale exercitium nata eſt. Qvam explicat art. 10. Tit. 39. NB.

Nota 5. Diſtincta eſt præſentia potentiæ, gratiæ & gloriæ. vid. art. 10. Tit. 35. §. 5. NB. ut & præſentia carnis Chriſti reſpectu λόγȣ, & reſpectu creaturarum. Illa dicitur inhabitatio, Coloſſ. 2. Hæc verò impletio, Eph. 1, 23.

§. 2. Exercitium omnipræſentiæ CHRISTI ſecundum

dum Humanam naturam, in ſtatu exaltationis eſt plenarium & perpetuum.

Nota 1. Præſentia Chriſti non eſt phyſica & localis impletio, ſed divina & liberrima omnes creaturas in regno potentiæ, gratiæ & gloriæ præſentiſſimè gubernandi poteſtas, qvam λόγος carni ſuæ tanqvam organo conjunctiſſimo & inſeparabili communicavit, ſup. Art. 46. & qvidem qvatenus manus & pedes habet Pſal. 8, 8. Joh. 3, 35. Pſal. 110, 1. vid. ſup. Artic. 47. ita ut caro relationem habeat ad λόγον 1. *intimè* ut ejus templum, 2. *externè* & ratione omnipræſentis operationis in ſtatu exaltationis, ut ejus organum, cui omnia ſubjecta, non per expanſionem localem, ſed per præſentiam & dominium divinum. vid. Eſa. 40. verſ. 12. Qvis appendit tribus digitis molem terræ & cœlos palmo?

§. 3. Subjectum, *cui communicata eſt majeſtas omnipræſentiæ, eſt Chriſti Humana Natura.*

§. 4. Objectum *eſt omnis creatura. vid. artic. 10. Tit. 39.*

§. 5. Fundamentum *hujus majeſtatis eſt communicatio divinæ hypoſtaſeos & omnipotentiæ λόγου omnipræſentis. ſup. art. 43. §. 3.*

§. 6. Forma *reſpicit diſtinctas λόγου præſentis operationes, in regno potentiæ, gratiæ & gloriæ, ſive dominium præſentisſimum.*

§. 7. Scopus eſt exercitium *majeſtatis Chriſti Prophetæ, Regis & Sacerdotis noſtri præſentisſimi, in ſtatu exinanitionis liberum & particulare, in ſtatu verò exaltationis plenarium & perpetuum.*

Nota 1. Præſentia carnis Chriſti conſideratur vel reſpectu λόγου intima, cui ſemper fuit præſentiſſima, etiam in exinanitione; vel ratione potentiæ & efficacis operationis extima apud omnes creaturas, qvæ reſervata fuit ſtatui exaltationis. vid. deciſionem Theol. Sax. & Feurborn. de Exinan.

Nota 2. Chriſtus ad dextram Dei ſedens omnia in omnibus adimplet Epheſ. 1. vid. Epheſ. 4, 10. adeoqve implet omnes non ſolùm Prophetias, vel omnia ſua membra tantùm, vel reſpectu gloriæ & majeſta-

Digitized by Google

jeſtatis, ſed etiam reſpectu omnium creaturarum, qvibus præſentiſſimè in omnibus locis adeſt omnibus, & in omnibus operatur omnia, etiam extra Eccleſiam. vid. infra Art. 69.

Nota 3. *Impletio* ſemper præſentiam implentis includit; ſecundariò autem etiam operationem implentis declarat: nuſpiam autem nudam tantùm operationem ſine præſentiâ operantis ſignificat, ſed ſemper is, qvi implet, præſens eſt ei, qvod impletur. vid Deciſionem Theolog. Saxon. Controv. Tubing ejusqve Apologiam NB.

Nota 4. *Impletio* hæc non eſt carnalis phyſica, & corporis per omnia loca diffuſio, ſed præſentia divina perſonalis, qvemadmodum λόγος absqve ſui per ſpatia locorum diffuſione omnibus locis qvàm præſentiſſimè adeſt, & majeſtatica, ſive præſentiſſimum dominium, & divina operatio Marc.16. Confer artic.10. Tit.39. §.4.

Nota 5. *Præſentia gratiæ ſive inhabitatio in fidelibus* Eph.3,17. præcipuus præſentiæ Chriſti gradus eſt in hiſce terris, qva ex cordibus hominum templa ſua fecit, qvæ benedictione ſuâ implet, ut ex omnibus geſtibus, verbis & factis pii hominis, præſentia Chriſti in ipſo viventis agnoſci qveat. vide inf. Art. 69. & 10. Tit.39. §.5. NB.

Nota 6. Chriſtus præſentiſſimè coràm gubernans Eccleſiam non indiget Vicario, aut locum tenente, qvem fruſtra ſe jactat Romanus Pontifex.

Nota 7. Glorioſam Chriſti in cœlo præſentiam loco definire neqvaqvam licet. Confer art. 10. §. 6. vid. Luc. 23, 43. Johan. 17, 24. 2. Cor. V, 8. Phil. I, 23. 1. Theſ. 4, 17.

Nota 8. Ex qvibus patet, qvod *ſtatus controverſiæ*, prout eundem B. Wilh. Lyſerus Wendelinianis oppoſuit exceptionibus, in eo conſiſtat:

I. *An ὁ λόγος tam eſſentiæ, qvàm perſonalitatis ratione ſit extra omnes creaturas, ut in rerum creatarum compoſitionem non veniat*; per potentiæ verò operationem non abſens, ſed præſens ſit in omnibus creaturis, pro liberrima voluntate, prout eas vel univerſaliter, vel gratioſè, vel glorioſè conſervat, ſic autem ſit in ſolâ Chriſti Humanitate, ſine ſui vel incluſione, vel Humanitatis extenſione, ratione ſuæ perſonalitatis, qvâ aliàs extra omnes creaturas eſt? Qvod patet ex communicatione divinæ hypoſtaſeos, de qva ſupra dictum eſt artic. 45. & 46.

II. *Annon hæc Chriſti Humanitas præter actum naturalem, juxta qvem eſt in certo πȣ̃, actum perſonalem illocalem*, qvo ſupra & extra omnem locum eſt (neqve enim ipſe ὁ λόγος loco includi poteſt.) *in ipſo unionis momento*, ſalvo actu naturali, locali, *acceperit?* juxta qvem ὁ λόγος in carne habitat, Coloſſ. 2, 9. c. 1, 19. adeoqve non eſt extra carnem, nec caro extra *λόγον*. Qvam unionem nec ullus locus attingit, nec ipſa mors naturalem unionem per diſtincta πȣ̃ partium tollens, ſeparare potuit?

III. *Annon etiam ratione hujus actus perſonalis Humanitatem actu naturali in certo πȣ̃* (& qvidem in exinanitione non ſine infirmitatibus ſponte aſſumtis) *præſentem, divina natura ad ſuas in alio πȣ̃ operationes*, extra ſe, ex liberâ voluntate dependentes, *in ipſo ſtatu exinanitionis liberè* qvandoqve adhibere potuerit, *jam verò poſt exaltationem, & ſeſſionem ad dextram, in omni πȣ̃ ſemper adhibere velit?*

§. 8. Obſtaculum rationis vanum eſt, *qvia omnipræſens carnis CHRISTI dominium nihil qvicqvam impedire poteſt:*

I. *Non locorum διαςήματα.* Hæc enim in dextrâ Dei locum non habent, cum non in loco, ſed in λόγῳ inſeparabiliter ejus caro conſideranda ſit, cui omnia, ne qvidem locis omnibus exceptis, ſubjecta ſunt.

Poriſma. Ergo viliſſimum localitatis accidens carnem CHRISTI in intimo λόγȣ complexu conſideratam à præſentiſſimâ rerum omnium gubernatione excludere neqvit. vid. Eſa 40. verſ. 12. & ſupra articul. 43. §. 3.

II. *Nec obſtat Humanæ naturæ veritas.* Manet enim caro Chriſti dimenſionibus ſuis internis etiam in dextra DEI circumſcripta, etiamſi loco non contineatur. Aliud eſt E. locabilitas, & aliud actualis localitas. Imò cum ipſe mundus finitus ſit, præſentia in mundo finito non infert carnis præſentis infinitatem. Confer Höpfnerum de Cœna, & Manuale art. 50. p. 792. NB. Et qvod externa circumſcriptio loci ambientis non ſit de veritate & eſſentiâ carnis, patet exemplo corporum glorificatorum, qvæ in vitâ æternâ erunt vera, non tamen loco circumſcripta. vid. inf. art. 139.

III. *Nec obſtat reditus ad judicium.* Dicitur enim ille revelatio Chriſti non abſentis, ſed præſentis, ratione intuitus & præſentiæ viſibilis.

Digitized by Google

lis. Imò qvomodo judex tot 100000. hominibus conſpicuus à ſingulis audiri poſſit, intellectui humano explicare impoſſibile eſt, non minùs qvàm ipſa præſentia.

IV. *Nec obſtant difficultates ſtatus exinanitionis.* Qværitur enim h. l. 1. non de infinitate, ſed de præſentiâ, & qvidem 2. non humanâ, ſed divinâ. 3. non λόγυ ante incarnationem, ſed θεανθρώπυ reſpectu carnis. 4. non in ſtatu exinanitionis, ſed exaltationis. 5. non de præſentia poſſibili, ſed actuali. 6. non ob rationes humanas, ſed ob Chriſti promiſſiones. Unde rectè concluditur: Ubicunqve Chriſtus θεάνθρωπος ubiqve regnans præſentiam ſuam determinatè inprimis promiſit, ibi eandem ſalvâ præſentiâ univerſali, meritò credunt Chriſtiani. vid. infra artic. 69. NB. At 1. in Eccleſia Matth. XVIII. 2. in Baptiſmo c. XXVIII. 3. in Cœna c. XXVI. Chriſtus ubiqve regnans Marc. XVI. Pſal. CX. præſentiam ſuam determinatè inprimis promiſit. E. NB. Manuale p. 792.

Canon: Præſentia Chriſti Θεανθρώπυ eſt incomparabile Chriſtianorum ſolatium & antidotum trepidationis præſentiſſimum atqve catholicum. NB. vid. art. 10. Tit. 39. §. 5.

§. 9. *Pleniorem hujus articuli exegeſin, cum uſu & autorum Catalogo, monſtrat Manuale artic. 50. & Commentarius in Formul. Concordiæ artic. 8. & 7. Inprimis verò Höpſnerus de Cœna, & Chemnicius tract. de 2. naturis, & de Cœna. Confer infra artic. 88. & ſupra artic. 10 Tit. 39.*

Articulus LI.

De Communicata Majeſtate Adorationis, & actuali adoratione Chriſti.

In nomine JESU omne genu ſe flectat Philip. 2. verſ. 10. vid. Hebr. 1, 6. Daniel. 7, 14. Pſal. 97, 7.

§. 1.

ADoratio Chriſto Homini debita eſt certiſſima. *Qvam probat* 1. perſonalis unio, *qvæ ſolùm unicum oſtendit Media-*

diatorem adorabilem, 1. *Tim.* 2. 2. communicatio *omnis plenitudinis divinitatis Col.* 2. *cum communicatione hypoſtaſeos λόγου, ſup. artic.* 43. §. 3. 3. actualis adoratio *tam Angelica Hebr.* 1. *qvàm Humana. vid. Matt.* 8. *NB. Manuale p.* 800. *ſeq. ubi conſenſus PP. adducitur.*

Nota 1. Adorare eſt manum ad os movere, ad aliqvem orare, eum colere, & aliqvid expetere.

Nota 2. Adoratio h. l. non attenditur Politica, ſed divina, Deo ſoli debita, qvæ tantùm eſt unica. NB. ſup. p. 14.

Nota 3. Genuflexio Philip. 2. non eſt Politica aliqva reverentia, qva ſubditi honorant Magiſtratus ſuos; ſed humillima ſubjectio, reverentia & honor religioſus.

Nota 4. Ex qvibus patet, qvod genuinus controverſiæ ſtatus & qvæſtio ſit non de Humanâ natura ſeparatâ, aut in abſtracto cõſideratâ, ſed de perſona λόγου, Dei incarnati compoſitâ; annon nempe adoratio una religioſa & divina, ad illam, etiam ſecundum Humanam naturam, in actu non naturali, ſed perſonali conſideratam, hoc reſpectu dirigenda ſit?

§. 2. Adoratio eſt majeſtas & cultus divinus ſoli Deo adorabili debitus. *NB. p.* 14. *vid. ſup. artic.* 10. *Tit.* 45. *NB.* adeoqve & Filio Dei incarnato competens, *eiqve ſecundum carnem communicatus, unde Chriſtum ſecundum utramqve naturam, non λόγον ſeorſim, nec carnem ſeorſim, neqve carnem unà cum λόγῳ ſeorſim, ſed unâ adoratione λόγον incarnatum, totum Chriſtum ſive τοῦ λόγου συναμφότερον adoramus, cùm neutra naturâ ſubſiſtat ſeorſim, ſed una ſit utriusqve hypoſtaſis, & caro ſit organon λόγου conjunctiſſimum & inſeparabile, ſup. Art.* 46.

§. 3. Objectum hujus adorationis eſt caro Filii DEI incarnati, *in λόγῳ ſubſiſtens.*

§. 4. Fundamentum eſt *perſonæ unitas*, 1. *Tim.* 2. *& hypoſtaſeos divinæ communicatio. art.* 43. §. 2.

§. 5. Eventus eſt ſolatium ineffabile, *ex certitudine exan-*

Digitized by Google

exauditionis ſummi Sacerdotis, qvi frater eſt Hebr. 2. ideoqve poteſt μετριοπαθεῖν, & præſentiſſimè ſuos eripere. *vid. artic. 50. & 10. Titul. 39. §. 5. NB.*

Poriſma 1. *Ergo adoratio Chriſti ſecundum carnem neqvaqvam eſt idololatrica.* Ratio eſt, qvia eſt unicus actus religioſus ad Filium Dei incarnatum directus, ipſi Deo exhibitus ſup. p. 14. non verò tali perſonæ, qvæ ſit naturâ non Deus, Galat. 4, 8. ſed qvæ poſt incarnationem eſt Theanthropos.

Poriſma 2. Ergò falſum eſt, qvòd ad Chriſti carnem adorationem ſuam dirigens ex ipſius Dei ore maledictus ſit, contra Danæum. Qvia Jerem. 17, 5. loqvitur Deus de fiduciâ à Deo averſâ ad carnem converſâ. Sed h. l. qvæſtio eſt de fiducia in Filium Dei vivi incarnatum poſita. Qvod non eſt dare gloriam alteri à Deo, qvi non ſit DEUS Eſa. c. 42, 8. ſed eidem, qvi eſt ſolus verus Deus, & qvidem incarnatus. Alienum ergo planè eſt ab hac qvæſtione, qvod habet Minutius Felix T. 9. Bibl. PP. col. 427. qvi ait: Næ ille miſerabilis, cujus in homine mortali ſpes omnis innititur. Totum enim ejus auxilium cum extincto homine finitur. Noſtra verò ſpes & fiducia immortalis eſt, qvia Chriſtus Homo, qvem adoramus, non amplius moritur, Rom. 6, 9. ſed Rex noſter Theanthropos immortalis eſt. Apocal. 1. 1. Tim. 6.

Poriſma 3. Ergo falſum eſt, qvod Humana Chriſti natura adoretur per accidens, qvia adoratur ob unionem perſonalem, non verò accidentalem.

§. 6. *Pleniorem hujus articuli Exegeſin, cum uſu, & autorum Catalogo, exhibet Manuale artic. 51. NB.*

ARTICULUS LII.

De Chriſti Officio & Beneficiis.

JESUS CHRISTUS mortem abolevit, vitam autem in lucem produxit & immortalitatem, 2. Tim. I, 10.

§. 1.

QVàm certum eſt Chriſti Salvatoris officium, tàm certa ſunt ejus beneficia.

Digitized by Google

§. 2. Officium Chriſti eſt divinum munus, per œconomiam à ſecunda perſonâ Trinitatis, ſecundum æternam Dei prævifionem ab æterno ſuſceptum, in qvo pro homine lapſo medium inter Dei iram & peccatum ſe obtulit, *eâ ratione, qvod in tempore in perſonæ unitatem aſſumtâ humanitate, per utramqve naturam ſalutem humano generi lapſo ſit acqviſiturus, & vi hujus futuri meriti, ante incarnationem, ut perſona ſimplex, illius fructum applicavit, poſtea verò aſſumtâ in tempore Humanitate,* ſecundum utramqve naturam *ſalutem reipsâ pro omnibus acqviſivit, eandemqve efficaciter, in ſtatu exinanitionis qvidem pro illius conditione; jam verò in ſtatu exaltationis plenariè, univerſa in mundo cum Patre & Spiritu S. gubernans, applicat. Confer B. Lyſeri theſes Wendelino oppoſitas.*

§. 3. Officium Chriſti eſt triplex, *Sacerdotale, Regium, & Propheticum, qvod ſecundum utramqve naturam exeqvitur. vid. artic. 53. 54. 55. 56. 57. ut & 46.*

§. 4. Beneficia *Salvatoris, qvæ ex hoc triplici officio ad nos redundant, ſunt innumera.*

§. 5. Qvorum ſumma eſt ſalus noſtra, *tam ratione acqviſitionis, qvàm ratione applicationis ſpectata.*

Obſerv. 1. *Acqviſitio* ſalutis reſpicit meritoriam ſalutis gratiæ & gloriæ amiſſæ per Chriſti ſangvinem reſtitutionem Catholicam, Johann. I. artic. 55.

2. *Applicatio* ſalutis reſpicit non ſolùm Chriſti interceſſionem, ſed etiam perpetuam per verbum & Sacramenta fidei excitationem atqve ſalutis collationem. vid. infra Artic. 70. Qvæ enim ut Sacerdos omnibus acqviſivit, illa ut Rex & Propheta ſingulis credentibus applicat.

§. 6. Acqviſitio *ſalutis conſiſtit tum in malorum remotione, tum in bonorum poſitione à ſolo & unico Mediatore expectandâ Eſa. 63, 3. 1. Tim. 2. ſine ullo Mariæ coadjutorio. vid. Theol. Exeg. lib. 3. c. 3. ſect. 4. claſ. 2. Tit. 4. q. 7. ex Johann. 1. NB.*

§. 7. Re-

Digitized by Google

§. 7. Remotio malorum fit per liberationem *1. à DEI juſtisſimi judicis ira. 2. à cuſtode & carnifice Diabolo. 3. è laqveis peccati. 4. ex carcere mortis.*

I. *Liberatio à juſtisſimi judicis ira* fit per offenſæ divinæ placationem, & ſententiæ legalis translationem atqve ablationem. vid. Gal. 3, 13. & inf. Art. 55. de ſatisfactione.

II. *Liberatio à cuſtode & carnifice* Diabolo oſtenditur Hebr. 2, 14. 15. cujus eramus captivi.

III. *Liberatio à laqveis peccati* fit per peccati alieni ſpontaneam ſuſceptionem & meritoriam deſtructionem Hebr. 9, 26. 27. 28. vid. Artic. 55. & 74. de Sacrificiis Leviticis. & inf. de Deſtructione reatûs, dominii, ſenſûs, & radicis peccati Art. 135.

IV. *Liberatio ex carcere mortis*, naturæ, gratiæ & gloriæ patet ex Hoſ. 13, 14. & Hebr. 2, 15. vid. Art. 63. de morte Chriſti, Zach. 9, 11. & infra Art. 132.

Nota: Ut rectius intelligatur hæc liberatio, attendenda eſt in actionibus Theandricis & meritoriis, ut & in ipſa paſſione (v. g. in circumciſione) 1. *Subjectum denominationis qvod*, ſive perſona Mediatoris. 1. Tim. 2. 2. *Subjectum qvo*, caro patiens, vulnera recipiens, ſangvinem effundens. 3. *Subjectum operans* redemtionem eſt Jeſus Mediator. Ubi ἐνέργεια diſtincta 1. divina, ſalutem promovens. 2. humana exerens actum (1.) naturalem [fundere ſangvinem.] (2.) perſonalem (fundere ſangvinem emundantem à peccato, 1. Johan. 1.) Ita ut caro agat non ſolùm ἀνθρωπίνως (ſangvinem fundendo) ſed etiam θεϊκῶς (per ſangvinem emundando.) Et proinde agit utraqve natura, ſed cum communicatione alterius. Unde I. *Divina natura* 1. carnem in doloribus conſervando confortat. 2. dolores ſibi appropriat, ut ſint dolores Filii Dei incarnati, Matt. 16, 16. qvi ſangvinem proprium fundit, Actor. 20. 3. doloribus humanis infinitam virtutem ſatisfactoriam communicat, ut ſeqvatur emundatio per ſangvinem à peccatis. II. *Humana natura* 1. patitur, qvæ ſola eſt paſſibilis. 2. operatur in hac ipſa paſſione per divinam vim communicatam, emundadationem à peccato. Ex qvibus patet ἀποτέλεσμα, circumciſio & paſſio meritoria & ſatisfactoria, eine verdienſtliche Beſchneidung / qvæ per fidem nobis applicata noſtra fit, Coloſ. 2, 11. NB. per Chriſtum circum-

ciſi eſtis, circumciſione, qvæ fit ſine manibus, dum exuiſtis corpus peccatorum carnis, per circumciſionem Chriſti. NB. ſupra artic. 46. claſ. 3. §. 5.

§. 8. Bona per redemtionem acqviſita *ſunt 1. Dei gratia & reconciliatio Rom. 5, 1. Coloſſ. 1, 20. 21. 22. 2. Perfecta juſtitia & culpæ remiſſio, vid. Dan. IX, 24. 26. 1. Cor. I, 30. & inf. Art. 94. de juſtificatione. 3. Æterna ſalus & gloria ex Joh. 3, 14. ſeq. vid. inf. Artic. 131. & 142.*

§. 9. Applicatio *beneficiorum CHRISTI oſtenditur infra Articul. 70.*

§. 10. *Pleniorem Exegeſin atqve uſum oſtendit Manuale Articul. 52.*

ARTICULUS LIII.

De Officio Chriſti Prophetico, ejusq; Doctrina & Miraculis.

Propheta magnus ſurrexit inter nos Luc. 7, 16. ὁ προφήτης μέγας, ein groſſer Prophet/qvi καλῶς πάντα πεποίηκε, benè omnia fecit Marc. VII, 37. Er hat alles wohl gemacht.

§. 1.

CHriſtus eſt Propheta noſter Optimus Maximus, *in V. T. promiſſus, Devt. 18, 15. & in N. Teſt. ad nos miſſus Meſſias, qvi noſtram cum DEO reconciliationem ex ſinu Patris revelavit Johan. 1. vid. Eſa. L, 4. Johan. 20. verſ. 21.*

Nota: Propheta hic ſolus & unicus omnes totius Vet. Teſt. Prophetas eminentiſſimè ſuperat. vid. inf. Art. 120. de Prophetis.

§. 2. Officium Chriſti Propheticum eſt functio Theandrica Mediatoris noſtri unici, *qvi non modò primum Evangelium in Paradiſo revelavit Gen. 3. NB. ſupra p. 12. & per Prophetas*

tas explicavit Luc. 1. ſed etiam poſt incarnationem veritatem ſalvificam ex ſinu Patris indicavit, Johan. 1. de unicâ ſalutis viâ, Meſſiæ merito Actor. 15. qvam ipſe auditoribus monſtravit, omnes ad ſe vocando Matt. XI. & doctrinam miraculis confirmando, qvam & deinceps per Apoſtolos in univerſo mundo prædicari juſſit Matt. 28. Luc. 24. eandemqve veritatem hodie repetitam ipſe per Sacramenta præſens nobis obſignat, Matt. 28. & 26. vid. artic. 87. & 88. & pleniorem deſcriptionem infra §. 3. NB. Cujus ſcopus *eſt ſufficientiſſima divinæ voluntatis de ſalute noſtra revelatio, cum intentione seriâ, ut omnes & ſinguli peccatores ad agnitionem veritatis perveniant.*

Nota: Officium Chriſti Propheticum ad utramqve ejus naturam pertinet, & conſiſtit in doctrinæ cœleſtis revelatione & efficaciſſima operatione Johan. 20,21. Conf. Luc. 4,18. ubi Chriſtus homo librum evolvit, legit & loqvitur cum divina autoritate verba vitæ, qvorum finis eſt converſio & ſalus æterna: Hæc dico, ut ſalvi fiatis Johan. 5. verſ. 34.

§. 3. Ἀποτελέσματα *ſeu* functiones officii Prophetici *ſunt 1. Evangelii promulgatio Hebr. 1. 2. per miracula confirmatio Johan. 2. 3. Vera Legis interpretatio Matth. 5. 4. futurorum prædictio Matth. 25. 5. pro ſucceſſu miniſterii oratio Joh. 17. ejusqve & Sacramentorum inſtitutio, Johan. 20. Matth. 28. c. 26. eorumq; præſens exhibitio.*

Nota: Ad pleniorem functionis officii Prophetici explicationem facit accuratiſſima Theſis B. Lyſeri, Wendelino oppoſita, ubi ait: *Officium Chriſti Propheticum eſt*, qvo conſilium Dei de ſalute lapſorum hominum in λόγῳ, ob ipſius futurum meritum ab æternitate formatum, in Paradiſo, & per Prophetas, promiſſionibus & umbris; poſt aſſumtam verò humanitatem cum, & per illam, ex unione, clarâ Dei viſione, & Spiritus S. unctione illuminatam, ipſam veritatem verbo Evangelii, Sacramentis ceu ſigillis firmatam revelavit, cum efficaciâ omnibus audientibus capacitatem, qvâ divina rurſus percipere valeant, reſtituendi, omniumqve hominum tenebras ex lapſu ortas (niſi prætractè impedia-

Digitized by Google

pediatur) depellendi, & corda convertendi, qvam & per Spiritum S. reipſa exerit. Atqve hoc munus immediatè variis modis in Vet. Teſt. perfectiſſimè verò in viſibili in hoc mundo converſatione : mediatè autem per Prophetas & Apoſtolos, Canonis conſtitutione, & per omnes Doctores prædicatione, & Sacramentorum adminiſtratione, uſqve ad finem mundi perficit. Confer ſup. art. 52. §. 2. & infr. art. 70. & 92.

Poriſma. Ergo officium Chriſti Propheticum eſt ſingulariſſimum. Cujus *efficiens* eſt Meſſias à Patre miſſus, Johan. 3. & à Spiritu S. unctus Johan. 3, 34. Act. 10, 38. *Objectum* revelandum eſt Dei voluntas, inprimis Evangelica, omnes attinens 1. Tim. 2, 4. 2. Pet. 3, 9. *Forma eſt* revelatio tum immediata Johan. 17. tum mediata, per Prophetas & Apoſtolos. *Finis* eſt ad veritatem perductio. *Eventus* accidentarius eſt nolentium excœcatio & induratio Johan. 12, 40. NB. Matth. 23. volui, & vos noluiſtis.

§. 4. Evangelii promulgatio *reſpicit latum illud nuncium rationi abſconditum, de gratuita peccatorum remiſſione merito Chriſti parta. vid. artic. 76. & Joh. 3.*

Obſerv. 1. Chriſtus eſt Doctor Novi Teſtamenti univerſalis, ab omnibus audiendus Matt. XVII, 5.

Obſerv 2. Chriſtus ante mortem ſuam in cœlum non fuit raptus, ut ibi aliqvid diſceret, contra Socinn.

Obſerv. 3. Chriſtus Propheta noſter officium ſuum non modò immediatè, verùm etiam mediatè per legatos ſuos, in V. T. Prophetas, & in N. T. Apoſtolos &c. exeqvitur, & beneficia ſua præſens nobis applicat. vid. Art. 120. 121. ſeq. & Artic. 70. 87. & 88.

Obſerv. 4. Autoritas doctrinæ Chriſti eſt diviniſſima. Qvam oſtendit 1. ipſa docentis majeſtas, 2. miraculorum ſplendor, 3. viſibilis Spir. S effuſio, 4. interna Spiritus S. virtus. Confer de div. autoritate ſupra art. 5.

Obſerv. 5. Doctrina Chriſti eſt perfectiſſima Coloſſ. 2. Qvæcunqve enim de Deo rebuſqve divinis ſcitu nobis neceſſaria per Chriſtum revelata ſunt, Joh. 1. uti conſtat ex art. 5.

Obſerv. 6. Solus Chriſtus eſt Magiſter fidei Matt. 23, 8. Excluditur ergò 1. nova revelatio Hebr. 1. vid. Artic. 4. 2. Philoſophica ratio. 3. anti-

3. antiqva traditio. 4. ritus Levitici, & 5. ſcrinium pectoris Papalis. vid. ſup. art. 4. & 5.

Obſerv. 7. Doctrina Chriſti à doctrina Moſis eſt diſtinctiſſima, eidemqve præfertur meritò. Qvod patet ratione 1. promulgationis. 2. propagationis. 3. Confirmationis. 4. Cognitionis. 5. Effectorum. vid. infra art. 79.

§. 5. Confirmatio Doctrinæ Chriſti per miracula oſtenditur *Johan. 2. Matth. 8. Johan. XI. c. 4. qvæ ſunt* φανέρωσις *gloriæ Filii Dei incarnati*, Er offenbarte ſeine Herrligkeit/ τὴν δόξαν αὐτοῦ, *Johan. 2, 11. ſup. artic. 47. & 49. ideo facta, & deinceps literis conſignata, ut ſpectatores ſimul & auditores verbo credant, Salvatorem agnoſcant, & per illum habeant vitam æternam, Joh. 20. & c. 5.*

Canon: *Chriſto ſecundum carnem communicata eſt divina poteſtas edendi miracula* ſup. Artic. 49. ſi enim ſancti ex gratioſa Dei inhabitatione ſunt Dei *συνεργοὶ* 1. Cor. 3. qvantò magis caro Chriſti eſt organum *λόγου* conjunctiſſimum, & in miraculoſa operatione inſeparabile. vid. ſup. Art. 46.

Obſerv. 1. De reqviſitis Divinorum miraculorum agit art. 25.

Obſerv. 2. Chriſtus in ſtatu exinanitionis majeſtatem ſuam per miracula non ſemper exeruit, niſi in particularibus qvibuſdam exemplis, qvando ædificatio Eccleſiæ, aut gloria Dei, aut officium redemtionis id reqvirebat. Unde & per miracula gloriam ſuam manifeſtare dicitur Joh. 2, 11. qvæ erat in ipſo qvaſi abſcondita.

Obſerv. 3. Miracula Chriſtus qvando & qvantum ipſe voluit, edidit, vel verbo, vel facto ſive tactu, vel immediatè vel mediatè. NB. Manuale artic. 53.

Obſerv. 4. Etſi doctrina Chriſti in ſe eſt indubitata veritas, qvæ ratione ſui confirmatione nullâ opus habet; attamen, qvia ſenſus humani ignorantiæ diffidentiæqve nebulis ſunt obtenebrati, ita ut in rem præſentem eos duci neceſſum ſit: idcircò reſpectu noſtri addidit miracula, tanqvam infallibilia Divinitatis teſtimonia, & gratiæ indicia. vid. Actor. X, 38. fidem & doctrinam confirmantia Matth. XI. Unde

Doctri-

Doctrina CHRISTI viſis miraculis ut θεόπεμπτος καὶ θεόπνευστος fuit recepta.

Obſerv. 5. Ut ad unius viri imperium ſævientis maris fluctus conticeſcerent, Matt. 8. ut ad unicam tantùm vocem vincula mortis rumperentur, Johan. XI. & ut qvinqve panibus 5000. homines ſaturarentur, Johan. 6. id non poterat non divinam prorſus autoritatem Chriſto conciliare.

§. 6. Vera legis interpretatio oſtenditur *Matth. V.*

Canon: Chriſtus non eſt novus Legislator, contra Pontif. vid. Art. 78. & Gerh. de lege.

§. 7. Futurorum prædictio patet ex *Matth. 24.*

Obſerv. 1. Chriſtus Propheta crucem & varias calamitates ſuis prædicit. Conf. inf. Art 108.

2. Chriſtus Propheta præfractis peccatoribus æternum exitium denunciat, Matth. XI.

§. 8. Pro ſucceſſu Miniſterii oratio extat *Johan. 17. ut & Miniſterii & Sacramentorum Nov. Teſtam. inſtitutio, vid. Joh. 20, 21. Matth. 28. Marc. 16. & infra Artic. 86.*

Nota: Oratio Chriſti Prophetica cum univerſali interceſſione ſacerdotali neqvaqvam confundenda eſt. vid. Art. 56. Chriſtus enim non orat pro mundo, id eſt, pro præfractis atqve contumacibus; neqve enim impœnitentium ſalute delectatur: qvamvis ipſorum etiam ſalutem ut Sacerdos catholicus ſeriò qvæſiverit.

§. 9. Eventus officii Prophetici eſt ſufficiens hominum de ſalute informatio. *Confer Artic. 52. ad omnes pertinens ob generalem invitationem Matth. XI, 28. & vocationem Matth. 28, 19. Marc. 16, 15. Cujus ſcopus eſt pœnitentia Actor. 17, 30. peccatorum remiſſio Luc. 24, 47. & ſalus æterna Joh. 20, 31.*

§. 10. *Pleniorem hujus articuli explicationem, cum uſu & autorum Catalogo exhibet Manuale artic. 53.*

ART.

Digitized by Google

ARTICULUS LIV.

De Officio Chriſti Sacerdotali.

JESUS perpetuum habet Sacerdotium, Hebr. 7, 24. 25. ἀπαράβατον ἱερωσύνην, (ἱερὸς ſacer, qvod omnes cupiunt. ἵεμαι, cupio) ein unvergänglich Prieſterthum / non tranſitorium, παραβαίνω transgredior, βαίνω, incedo; qvi invenit λύτρωσιν αἰωνίαν, eine ewige Erlöſung. vid. cap. 9, 11.

§. I.

CHriſtus eſt Sacerdos noſter ſummus & unicus *Hebr. 5. & 9. & Goël, Vindex ac Redemtor: cujus Typi fuerunt Sacerdotes Levitici, vid. Artic. 74. (ubi de Sacerdotio Levitico agitur.) imprimis Melchiſedec.*

Obſerv. 1. Chriſtus Sacerdotibus Leviticis in nonnullis ſimilis, diſſimilis tamen eſt & iisdem longè eminentior, ratione 1. ordinis. 2. qvalitatis. 3. objecti.

Obſerv. 2. Ordo Melchiſedeci, ſecundum qvem Chriſtus dicitur eſſe Sacerdos, ſignificat typum & figuram.

Obſerv. 3. Collatio Chriſti & Melchiſedeci inſtituitur ratione 1. gemini officii, 2. originis, 3. perpetuitatis, 4. benedictionis: Et proponitur à Moſe originaliter Gen. 14. formaliter à Davide Pſal. 110. ſpecialiter ab Apoſtolo Hebr. 7.

Obſerv. 4. Collatio CHRISTI & Melchiſedeci ratione ſacrificii incruenti Scripturæ ignota & abſurda eſt. vid. infra articul. 89. de Miſſa.

Canon: Chriſtus eſt Sacerdos N. T. unicus & æternus Pſal. 110. ejusqve mors unicum ſacrificium Nov. Teſt. propriè dictum. vid. Artic. 55. 74. 63. & 89.

§. 2. Officium Chriſti Sacerdotale eſt functio Meſſiæ Theandrica, *ubi Salvator noſter Mediator inter Deum & homines unicus, ſecundum utramqve naturam conſideratus ſatisfaciendo legi div-*

gi divinæ, Deumqve morte ſuâ placando & pro nobis intercedendo, (vid. Hebr. 7, 25.) ſalutem noſtram omnibus acqvirit & credentibus applicat. Efficiens *eſt Meſſias Sacerdos à Patre conſtitutus Pſalm. 110, 4. & à Spiritu Sancto unctus Pſal. 45.* Objectum, *cui hoc beneficium acqviritur, eſt homo peccator, nemine excluſo Hebr. 9, 28.* Forma *eſt adminiſtratio Sacerdotalis, tum ſatisfactione, tum interceſſione peracta.* Finis *eſt peccatoris cum DEO per præſtitam ſatisfactionem & Mediatoris interceſſionem reconciliatio.* Fructus *eſt meriti ſacerdotalis applicatio ad ſalutem æternam. Confer deſcriptionem officii Mediatorii ſupra artic. 52. §. 2. NB. & accuratiſſimam B. Lyſeri theſin Wendelino oppoſitam, ubi ait: Officium Sacerdotale eſt, qvo Filius DEI ab æterno, vi futuri meriti (vid. ſup. artic. 52. §. 2. NB.) perſonalis, æternam vocationis univerſalis, (& deinceps finaliter credituris ordinatæ prædeſtinationis) gratiam hominibus in prævisione lapſis impetravit, atqve in tempore poſt interceſſionem & ſponſionem in Paradiſo factam, illius vim qvoqve ad omnes, intentione & oblatione, actuali verò perfectâ fruitione ad omnes ante ejus adventum in fide mortuos pervenire fecit, Actor. 15. in plenitudine temporis verò in aſſumtâ humanitate Legi, à qva ob perſonalem unionem exemtus, ſponte, noſtri causâ, ſe ſubjecit, atqve perfectâ impletione, & infinitæ pœnæ perpeſſione, cum humili deprecatione, obedientiam juſtitiæ divinæ ſatisfacientem, perqve illam liberationem à peccato, DEI irâ, omnibusqve malis; & viciſſim Dei gratiam, indeqve dependentia æterna bona nobis promeruit: jam qvoqve oblationem iſtam pro nobis factam, Patri ſemper oſtendit, ſuâqveglorioſa hac interceſſione, applicationem eorum, qvæ promeruerat, impetrat. Confer Hebr. 13. verſ. 8. JESUS CHRISTUS heri & hodie, idem ipſe eſt in ſecula, ὁ αὐτὸς, primus & noviſſimus DEUS Eſa. 41, 4. c. 44, 6. æternus Mediator Jeſus & Salvator unicus, qvia ipſe eſt Agnus occiſus ab origine mundi Apocal. 13, 8. Agnus DEI portans peccata mundi*

Johan-

Johan.1,29.cujus meritum profuit, anteqvam fuit. Cujus mactatio typica, (& univerſa ſacrificia ab origine mundi divinitus inſtituta) unicè reſpexit unicam oblationem antitypicam. NB. vid. artic. 74. σφάζω ſeu σφάττω eſt jugulo, macto, (à φάω, occido, unde σφαγὴ jugulatio, mactatio; & σφάγιον, victima, & φάσγανον, culter, enſis, qvaſi σφάγανον, à σφάζω.) ſicut agnus mactatur Actor. 8,32. & victima c.7, 42. ſicut mactantur homines & in bello interficiuntur, Apoc.6,4. ſicut rei autoritate regiâ publicè interficiuntur Luca 19,27. κατασφάξατε per carnificem, &c.

§. 3. Actus Officii Chriſti Sacerdotalis ſunt ſatisfactio, & Interceſſio.

Obſerv. 1. Chriſtus dicitur Mediator noſter ratione Interceſſionis; Redemtor verò ratione Satisfactionis.

Obſerv. 2. Satisfactio ratione dignitatis interceſſione prior eſt, & fundamenti loco præſupponitur. Interceſſio verò illam ratione ordinis antecedit.

Obſerv. 3. Priori munere Chriſtus perfunctus eſt ſemel in arâ crucis, dum univerſam paſſionem conſummavit, Hebr.9. vid. Artic. ſeq. 55. Confer de meritoria ſangvinis effuſione ſupra articul. 52. §. 7. Poſteriori verò etiamnum fungitur ad dextram Patris interpellans pro nobis Rom. 8. vid. Artic. 56.

§. 4. Eventus & fructus officii CHRISTI Sacerdotalis generalis eſt ſalutis acqviſitio; ſpecialis reconciliatio, *peccatorum remiſſio, maledicti ablatio, & reſtituta homini reconciliato benedictio. vid. infra Artic. 55. §. 19. NB. εὐλογημένοι Matth. 25. verſ. 34. & Artic. præced. 52. qvæ eſt omnis boni collatio realis, ברך. vid. Lutherum Tomo XI.* Wittenb. *German. fol. 123. in cap. 28. Geneſ.* Es iſt ein ſolcher Seegen / damit das gute an ihm ſelbſt gegenwärtig überreicht und gegeben wird. *NB. Manuale, pag. 852. qvod offert pleniorem hujus articuli commentarium articul. 54.*

ARTICULUS LV.

De Sacerdotali Merito, Satisfactione, & Redemtione CHRISTI.

CHRISTUS ἐφάπαξ ἑαυτὸν ἀνενέγκας, ſich ſelbſt geopffert/ pro peccatis populi ſemel ſemetipſum obtulit Hebr. 7, 27. vide ex Eſa. 53, 4. Pſalm. 69, 5. Gal. 3, 13. & ex Johan. 1. NB. Theol. Exeget. lib. 3. c. 3. in fine. NB.

§. 1.

CHRISTUS eſt Sacerdos noſter tùm ſatisfaciendo, tùm intercedendo unicus. *vid. Artic. 54. NB.*

§. 2. Primus itaqve officii Sacerdotalis actus ſatisfactio, *h. l. per Onomatologiam, & Pragmatologiam, explicandus eſt, ita qvidem, ut rationem in ſummi hujus myſterii conſideratione captivare diſcamus, 2. Cor. 10. verſ. 5. cum Apoſtolo exclamantes:* ὦ βάθος! ô profunditatem divitiarum, *& Sapientiæ, & cognitionis DEI! Rom. XI, 33.* ô bonitatem Salvatoris, *qvi ipſe* ἀρχιερεὺς *æternam redemtionem invenit,* αἰωνίαν λύτρωσιν εὑράμενος, *Hebr. 9, 12.* ô ineffabilem Paracleti gratiam, *qvi tantos ſalutis theſauros in Verbo & Sacramentis nobis oſtendit.*

§. 3. Onomatologia exhibet Etymologiam. *Satisfactio enim notat actum, qvô alicui ſatisfit; NB. infra §. 13. Unde hæc ipſa vox de injuriarum compenſatione uſurpatur apud Ciceronem in 3. Verrina: In offenſione ſatisfacere eſt tantum facere, qvantum ſatisfit irato ad vindictam. Conf.* ἱκανὸν *ſatisfactio ſufficiens, qvantum ex natura juſtitiæ proportioni delicti reſpondet,* gnugſame Verantwortung/ *Actor. 17, 9.* ἱκάνω, *aſſeqvor metam, faciendo qvod ſat eſt.*

Nota 1. *Hoc loco conſideratur ſatisfactio non civilis, ſed criminalis & vicaria,* qvæ qvoad rem ipſam patet ex Pſalmo 69, 5. & ex Eſa. 53, 4. ſeq.

Digitized by Google

ſeq. 1. Tim. 2, 6. 1. Johan. 2, 2. 2. Cor. 5, 21. ubi concurrit 1. ſurrogatio vicarii 2. Cor. 5, 14. 2. culpæ in ſponſorem translatio Eſa. 53. verſ. 4. 3. pœnarum luitio Pſal. 69, 5.

Nota 2. *Satisfactionem* explicat vox ἐξαγοράζειν redimere, qvæ pretii ſolutionem pro mercibus, & captivorum redemtionem reſpicit. Metaphora à mercatoribus vel belli ducibus deſumta. vid. plura ſeq. §. 5. Nam ἀγορὰ eſt forum, ubi contingit emtio, ab ἀγείρω congrego, qvia in foro congregantur homines, & venalia in foro exponuntur.

§. 4. Homonymia *ambiguitatem excludit. Nam ad Satisfactionem Salvatoris pertinet redemtio. De qva notandum, 1. qvod redemtio ſit vel liberationis, vel aſſertionis.* 1. das Erretten / 2. das Erhalten / *Pſalm. 103. Confer Pſal. 91* 1. das heraus Reiſſen. 2. das zu Ehren machen.

Nota 1. *Redemtio Chriſti non eſt ficta aut Metaphorica, ſed veræ;* licet ſit ſpiritualis, myſtica, & rationi abſcondita. Concurrunt enim omnia, qvæ ad veram redemtionem reqviruntur. 1. Captivum Genus Humanum. 2. Redemtor Chriſtus. 3. λύτρον ſeu redemtionis pretium Chriſti ſangvis. vid. infr. §. 7. 4. Deus juſtus judex, cui precium pro dimittendo captivo ſolvitur. NB. infra §. 9. contra Photin.

Nota 2. *Redemtio* eſt actio Chriſti θεανθρώπου, qva peccatorum noſtrorum pœnas ſponte ſuſtinuit, & per obedientiam plenariam agendo & patiendo pro omnibus, in ſtatu exinanitionis perfectè ſatisfecit, tandemqve victorioſâ exaltatione omnia conſummavit, ut ſalus acqviſita omnibus per Verbum & Sacramenta offerri, & ſingulis credentib9 per fidem applicari poſſit. NB. §. 9. Conf. art. 39. & 70. & art. 52. §. 2 NB. poſtqvam liberatio noſtra ab irâ Dei, maledictione Legis, peccato, Diabolo, morte & inferno ſecuta eſt. Videatur Lutherus in explic. artic. 2. Carpzovii Iſag. Catech. maj. & ſupra artic. 40. uſqve ad 69. nec non h. l. ſeqvens §. 3. uſqve ad §. 12. NB.

Nota 3. *Redemtor* noſter Goël eſt Chriſtus Jeſus, qvi pleniſſimâ ſatisfactione ſuâ nos redemit. vid. §. 9.

§. 5. Synonymia, *præter explicata vocabula §. 3. & 4. etiam alia notatu digniſſima attendit. Qvorum conſideratio, dextra*

 ex-

explicatio & cum Articulo 74. inſtituta collatio atqve applicatio ad probandam veritatem ſatisfactionis Chriſti ſummè neceſſaria eſt. Suntqve potisſima : 1. μεσίτης *ſive Mediator , 2.* λύτρον *, 3.* ἀντίλυτρον *, 4.* ἀπολύτρωσις*, 5.* καταλλαγὴ*, 6. Meritum , vid. Artic. 63. & liberatio. vid. Artic. 52. NB.*

§. 6. Sacerdos noſter dicitur I. Mediator der Mittler/ *1. Tim. 2. & non tantùm medius inter Deum & homines,* μέσος*, ſed etiam* μεσίτης *atqve* εἰρηνοποιός, der Friede-Fürſt / *Eſa. 9.* der allgemeine Frieden-Stiffter / *qvi Deum nobis reddit propitium, Goël, propinqvus & Redemtor, de qvo infra §. 9.*

Nota : Chriſtus eſt Mediator *longè nobilior*, qvàm Moſes, Devt. 5. verſ. 5. contra Photin. ob ſatisfactionem & continuam ex acqviſitione ortam interceſſionem & beneficiorum applicationem artic. 52. qvam applicationem ſecundum utramqve naturam præſtat, & univerſis, Judæis & gentibus communem eſſe voluit, ita , ut extra hunc unicum Mediatorem nulla ſit ſalus 1. Tim. 2. Actor. 4, 12. c. 15. 1. Johan. 2, 12. *Nec obſtat divina Majeſtas.* Qvia Summus Summi Regis Filius ideò incarnatus eſt, ut Patri ſatisfaciendo ſibi ipſi ſatisfaceret 2. Cor. 5. & temperamentum juſtitiæ & miſericordiæ oſtenderet tanqvam unicum propitiatorium antitypicum, Rom. 3, 25. Exod. 25, 17. *ἱλαστήριον* Gnadenſtul/ (*ἱλάω* propitium facio, qvaſi *ἵεμαι λάειν*, cupio videre , nam *λάω* eſt video, faciem illius, qvæ à me nunc , ad tempus, averſa eſt, ut placatum reddam, & animus exiſtat *ἱλαρὸς* lætus & hilaris. Confer 1. Johan. 2, 2. Ipſe eſt *ἱλασμὸς*, propitiatio pro peccatis noſtris , qvia Deus nos ſibi reconciliavit per Jeſum Chriſtum, 2. Cor. 5, 18. 19. unde *καταλλαγὴ*. §. 10. ut publicanus audeat orare: Deus propitius eſto mihi peccatori, ſey mir gnädig / *ἱλάσθητι* Luc. 18, 13. & deſcendat juſtificatus. vid. Ex. 25, 17. כַּפֹּרֶת tegumentum arcæ fœderis ex auro puro factum, ubi Dominus propitium ſe oſtendit. כפר placavit Gen. 32, 20. expiavit Ex. 29, 33. pice obduxit, Gen. 6, 14. NB. Pſal. 49, 8. Lytron. §. 7.

§. 7. Satisfactio Chriſti porrò vocatur II. Redemtionis precium *ſive* λύτρον*, Tit. 2. qvod eſt res aut factum , qvo aliqvis movetur, ut alterum incommodo qvodam aliàs afficiendum libe-*

Digitized by Google

liberari ſinat. Confer Pſal. 69, 5. infra §. 15. Notatur E. h. l. per λύτρον *ſufficientiſſimum redemtionis precium* , das Löſe-Geld / die Rantzion/auff deren Erlegung die Erledigung und Freyheit des Gefangenen folget. *Qvo dato, ſeqvitur* ἀπολύτρωσις *plenaria redemtio, Rom. 3, 24. Hebr. 9, 12. &* λύσις *ſive ſolutio à vinculis peccati, mortis & inferni.*

Nota 1. Λυτρῶσαι eſt verbum forenſe & polemicum, qvod notat redimere venditum vel captivum, unde λύτρον eſt precium redemti captivi, & λύτρωσις redemtio, & λυτρώτης liberator ſive redemtor, qvi & ipſe æternam redemtionem invenit, Hebr. 9, 12. Qvæ voces de Chriſto uſurpantur paſſim in N. T. vid. Rom. 3, 24. Hebr. 9, 12. Qvi ipſe λύτρον loco noſtri perſolvit, non aurum vel argentum, ſed pretioſum ſuum ſangvinem 1. Pet. 1. Rom. 3, 24. (pretium enim eſt, qvo alteri ſatisfit.) Vid. Gerhardi comm. h. l. Unde noſtra eſt ab omni iniqvitate redemtio, vid. ſup. Artic. 52. & ex captivitate Satanæ liberatio. Vid. infra §. 9. NB.

Nota 2. Ἀπολύτρωσις Chriſti eſt perfectiſſima, ſemel conſummata & ratione efficaciæ perpetua, Hebr. 9. ſup. §. 4.

Poriſma. Ergo nullis unqvam opus eſt ſatisfactionibus humanis, contra Pontif.

§. 8. Satisfactio Chriſti *etiam* III. *vocatur* Ἀντίλυτρον, *1. Timoth. 2.*

Obſerv. 1. Ἀντίλυτρον notat redemtionis precium, qvod ſolvitur pro captivis, (λύω, ſolvo) eine Rantzion oder Löſe-Geld / cum caput capite, aut vita redimitur vita. Fit enim liberatio captivorum non ſolùm gratuitâ manumiſſione & commutatione, ſed etiam pretio & violenta ereptione. Confer λύτρον ſup. §. 7. & infra §. 9. NB.

Obſerv. 2. Ipſe Chriſtus dedit ſemetipſum ἀντίλυτρον pro nobis in paſſione ac morte ſua, & juſtitiæ divinæ, non obſtante miſericordiâ, exactiſſimè ſatisfecit. Qvâ de re agit articulus 10. NB. Tit. 32. & 35. de juſtitia & Tit. 20. 21. 22. 23. de amore, benignitate, miſericordia, & gratia DEI.

§. 9. *Redemtio Chriſti, cujus definitio ex præced. §. 4. h. l.* repe-

repetenda eſt, etiam IV. *vocatur* ἀπολύτρωσις. *vid. Rom.* 3, 24. & *Hebr.* 9, 15. & 12. *Quæ eſt captivi redemtio, ex* ἀπολυτρόω & λυτρόω *redimo, ex* λύω *ſolvo, unde &* ἀπολύω *deſcendit, dimitto, abſolvo, libero. vid.* §. 7. & 8.

Obſerv. 1. Ἀπολύτρωσις eſt verbum militare, qvod propriè ſufficientiſſimam captivi redemtionem ſoluto precio pro ipſius capite notat, & pretium liberationis pro re judicata.

Obſerv. 2. Ἀπολύτρωσις plenariam noſtram redemtionem notat ab omnibus iis, qvi nos *captivos* ſub ira Dei detinere poterant. Nam hoc loco occurrit 1. *Captivus* Adam, cum univerſa poſteritate. 2. *Captivum detinens* judex juſtiſſimus, poteſtatem dimittendi habens Matt. 10, 28. cui debetur lytron, cujus carceris miniſter Satan captivum dimittere cogitur, datâ ſatisfactione ſummo judici debitâ. 3. *Captivum redimens* Goël. Job. 19. cui & jus, & voluntas & poteſtas redimendi competit. 4. *Precium* eſt actio paſſiva. 5. *Forma* ſatisfactio. 6. *Finis* Dei gloria & noſtra ſalus.

Obſerv. 3. Pretium hoc Deus à nobis jure exigebat: ſed cum nos non eſſemus ſolvendo, Chriſtus pro nobis ſolvit, qvod ipſe non rapuit Pſal. 69, 5. Confer ſponſionem Mediatoris ab æterno factam ſuprà articul. 52. §. 2. NB.

Obſerv. 4. Redemtio itaqve per Chriſtum in ejus ſangvine Rom. 3, 24. qvi erat pretium redemtionis noſtræ, facta eſt, & ipſe Redemtor גאל vocatur Pſal. 72, 14. Job. 19, 25. à גאל redemit. Vocatur autem Goël *ſive redemtor* ille, qvi ſangvine vel affinitate liberato conjunctus eſt, unde & redemtoris cognationem, & vindicationem, interveniente lytro ſive precio hæc vox reſpicit. vid. Lev. 25, 25. 48. c. 27, 15. Ruth. 2, 20. c. 3, 13. Num. 35, 15. Adeoqve in Goële noſtro non ſolùm divitiæ & abundantia atqve facultas concurrit, Deo λύτρον pro nobis ſolvendi, ſed etiam potentia & facultas captivos Satanæ eripiendi; nec non jus tùm propinqvitatis & ſangvinis, qvia caro noſtra eſt, Epheſ. 5. tùm proprietatis, qvia Dominus & Rex noſter eſt, cui ſervorum & ſubditorum liberatio & vindicatio competit, ut & redimendi voluntas.

Obſerv. 5. *Redemtio Chriſti* eſt ex benevolâ æterni Patris voluntate ortum ſalutis noſtræ *principium*, qvod oſtendit 1. Redemtoris ordi-

Digitized by Google

ordinationem. 2. precii ſolutionem. 3. captivorum liberationem ab irâ Dei, legis maledictione, peccato, diabolo, morte & inferno.

Obſerv. 6. Redemtio ſalutifera eſt I. *unica*, qvæ omnem ſocietatem ſimpliciter excludit, qvia Mediator eſt non niſi unicus 1. Tim. 2,5. & redemtio ſimul & ſemel peracta à Redemtore unico, Hebr. 9,12.26.28. c.10,10.14. Eſa. 63,3. II. *infinita* Hebr. 10,12.14. III. *Catholica* Eſa. 53,6. Johan. 1,29. 2. Cor. 5,14. 1. Joh. 2,2.

§. 10. Satisfactio *& Redemtio Chriſti innuitur V. etiam per vocem* καταλλαγὴ, *reconciliatio Coloſſ. 1, 20. à* καταλλάττω, *reconcilio. vid. 2. Cor. 5,20. à* ἀλλάττω *vel* ἀλλάσσω, *muto, qvando aliqvid fit* ἄλλο, *ſive* ἀλλοιοῦται, *alteratur & mutatur. Unde* ἀλλαγὴ *eſt mutatio, &* ἀντάλλαγμα *permutatio, ſcilicet ſtatus iræ, in ſtatum gratiæ, dum Chriſtus fit noſtrum* ἱλαστήριον, *Rom. 3. ex præced. §. 6.*

Obſerv. 1. Καταλλαγὴ dicitur opus redemtionis, ſumtâ Metaphorâ ab humanis, ubi per diſſenſum & offenſam hominum inimicitiæ ortæ per interventum tertii ſopiuntur. Conf. Rom. V, 10.

Obſerv. 2. Medium interveniens inter partes diſſidentes eſt Chriſtus, non ratione eſſentiæ, ſed reſpectu officii conſideratus. vid. ſup. art. 52. §. 2. NB.

Obſerv. 3. Dilectio & miſericordia Dei generalis integram reconciliationem absqve Chriſti morte neqvaqvam conſtituit. Contra Photin. vid. ſup. art. 10. Tit. 20. ſeq. & 32.

Obſerv. 4. Etſi reconciliatio & ſatisfactio ſunt termini non per omnia æqvipollentes, ex reconciliatione tamen rectè colligitur peccatorum expiatio & ſatisfactio divinæ juſtitiæ debita, ſine qva reconciliatio locum nullum habere potuit, ſalvâ divinâ juſtitiâ. vid. ſupra artic. 10. Tit. 32. & 35.

Nec obſtat 1. *Mediatoris donatio gratuita*, Johan. 3,16. Nam Deus & miſericors & juſtus eſt. vid. art. 10. Tit. 32. Ideoqve ſatisfactionem & oſtendit & acceptat. vid. 2. Cor. 5.

Nec obſtat 2. *Iræ & placationis humanæ imperfectio.* Hæc enim removenda, perfecta verò reconciliatio in Chriſto facta omninò ex Scripturis aſſerenda eſt. vid. 2. Cor. 5,21. & ſup. art. 10. Tit. 30. 22. & 23.

Nec obſtat 3. *reconciliationis ad plures cauſas relatio.* Qvia reconciliatio

ciliatio noſtra tribuitur Deo, ut cauſæ efficienti, Chriſto, ut cauſæ meritoriæ acqvirenti, Miniſterio Verbi, ut cauſæ Inſtrumentali ex parte Dei offerenti, Fidei, ut cauſæ inſtrumentali ſive organo apprehendenti reſpectu noſtri. Nam Chriſtus 1. pro nobis ſatisfecit. 2. peccata noſtra expiavit. 3. nos cum Deo reconciliavit. Satisfactio reſpicit divinam juſtitiam: expiatio meritoria peccatum: reconciliatio juſtum judicem, ejusqve iram per peccata excitatam. NB. Theolog. Exegetic. l. 3. c. 3. in fine.

Nec obſtat 4. Chriſti innocentia. Qvia Deus Chriſtum innocentiſſimum per veriſſimam imputationem fecit unicam pro peccato victimam 2. Cor. 5, 21. peccati onus impoſitum portantem, Joh. 1, 29. NB. Theolog. Exeg. l. 3. c. 3. per cujus expiationem nobis reconciliatus eſt. vid. art. 94.

§. 11. Satisfactio Chriſti appellatur etiam VI. meritum, *cujus natura ex §. 12. patebit. Confer præced. §. 9.*

Nota 1. *Meritum à ſatisfactione Chriſti formaliter eſt diſtinctum.* Nam 1. ſatisfactio reſpicit injuriam compenſandam: meritum verò refertur ad noſtrum emolumentum. 2. ſatisfactio eſt cauſa, cujus effectus eſt meritum. 3. ſatisfactio fit Deo pro nobis, non nobis; ſed meritum nobis applicatum fit noſtrum per fidem. 4. actus exinanitionis ſimul ſunt ſatisfactorii: actus verò exaltationis ſolùm ſunt meritorii. vid. art. 65. §. 7.

Nota 2. *Meritum* eſt actio, qva juſtum eſt, ut agenti aliqvid detur.

Nota 3. *Meritum Chriſti* includit ejus ſatisfactionem & debitorum noſtrorum ſolutionem, per qvam nobis immunitatem à noſtris debitis, & gratiam, juſtitiam atqve gloriam æternam meritoriè acqviſivit.

Nota 4. Chriſti meritum eſt perfectiſſimum ex reqviſitis Art. 40. enumeratis. Conf. Art. 74. de victimarum expiatione.

Nota 5. Chriſti meritum per fidem fit noſtrum Rom. 3. Conf. Artic. 94. de Juſtificatione.

Nota 6. Chriſti meritum ſufficientiſſimum ſimpliciter excludit omne meritum noſtrum, ſive dicatur meritum digni, ſive condigni, ſive congrui, contra Pontif. Conf. art. 100.

Canon: Chriſtus peccata noſtra ſibi imputata portando, Johan. 1, 29. per-

perfectiſſimè expiando & pro iisdem abundantiſſimè ſatisfaciendo veriſſimè nos redemit, & Deo nos reconciliavit, ideoqve unicus Mediator & Redemtor noſter eſt non Metaphoricus, ſed propriiſſimè ita dictus, contra Photin.

Ratio eſt, qvia hic unicus Mediator, qvi noſtra peccata portavit NB. Johan. 1. Eſa. 53. ſibi impoſita. vid. Theol. Exeget. lib. 2. c. 3. in fine. & ſupra §. 6. eſt conſtitutum à Deo *ἱλαστήριον* & propitiatorium antitypicum Rom. 3. & eſt Redemtor noſter §. 4. pro nobis traditus, & *ἀντίλυτρον* §. 8. qvi *λύτρον* pro nobis perſolvit §. 7. dum ipſe peccata noſtra expiavit, Eſa. 53. & ſuo merito §. 11. pacem nobis acqviſivit §. 4. Confer reqviſita Redemtoris ex Artic. 40. & expiationem per ſacrificia ex Artic. 74. cum Articulo 62. §. 2. de crucifixione & Articulo 63. de morte Chriſti.

§. 12. Satisfactio Chriſti eſt perfectiſſima lytri *& redemtionis precii eqvivalentis ſolutio, dum pro omnibus hominum peccatis, qvæ Mediatori in judicio divino, poſt voluntariam interventionem imputata ſunt, ipſe conſummatiſſimæ obedientiæ precium obtulit, ad Dei laudem juſtitiæ & miſericordiæ, & noſtri redemtionem. Nam juſtitiæ divinæ ſolus Chriſtus reddidit, qvantum ſatis erat, dum vicarius noſter imputatis peccatis noſtris, pœnam à nobis promeritam ſolus perfectè ſuſtinuit ſponſor, & ita iram Dei placavit, nosqve cum illo ut Mediator unicus pleniſſimè reconciliavit, qvòd aliàs nemo præſtare poterat Pſal. 49, 8. vid. ſup. §. 6.*

Nota 1. Satisfactio eſt actio unius Mediatoris Dei & hominum, Hominis Jeſu Chriſti perfectiſſima, qvi dedit ſemetipſum pretium redemtionis pro omnibus 1. Tim. 2. vid. §. 11. Confer XII. Argumenta veritatem hujus ſatisfactionis probantia apud D. Calovium in Socinianiſmo p. 386. Imprimis verò Eſa. 53. & 1. Joh 2, 2. 2. Cor. 5, 21. & Gal. 2, 20. Chriſtus tradidit ſemetipſum pro me *ὑπὲρ*. & 1. Tim. 2, 6. *ἀντίλυτρον*, ſponſor & vicarius NB. art. 52. §. 2. & inf. §. 14. NB.

Nota 2. Status controverſiæ contra Photinianos eſt, non, 1. an Chriſtus ſit Servator noſter doctrinæ annunciatione. 2. aut exemplo viæ demonſtratione. 3. aut ipſius vitæ largitione. 4. aut aliqvali Pa-

tris acceptatione; ſed 5. an ſit Redemtor & Salvator noſter perfectiſſimâ pro peccatis noſtris ſatisfactione ? ex §. 9. 10. & 11.

§. 13. Efficiens ſatisfactionis eſt totus Chriſtus θεάνθρωπος, *& qvidem ſolus Eſa. 63, 3. vid. Theol. Exeget. lib. 3. c. 3. NB. & unus Rom. 5, 18. vid. ſup. §. 6. & art. 52. §. 7.*

Nota 1. *Principium qvod* ſatisfacit eſt θεάνθρωπος, & qvidem ſolus, Eſa. 63, 13. 1. Tim. 2, 5. *ſed principium qvo* ſatisfactio peragitur, eſt utraqve natura, Divina & Humana: Illa originale & formale; hæc verò organicum, qvod virtute divinâ communicatâ agit. NB. art. 46.

Nota 2. *Satisfactio* pœnalis exigitur à juſtitia Divina, pro peccato non expiato aut remiſſo, impoſita à Deo irato, & cum maledictione conjuncta. Conf. inf. Art. 108. & ſup. Art. 36.

Nota 3. Λύτρον Chriſti cruentum eſt afflictio à Deo juſto judice immiſſa, à θεανθρώπῳ ſponte ſuſcepta & conſummata ad generis humani redemtionem, vid. ſup. §. 7. & art. 52. §. 2. Qvamobrem inane figmentum Bellarmini eſt, qvi lib. 4. de pœnit. c. 7. §. accedit &c. novam ſatisfactionem fingit, qvæ non ex rigore, ſed ex gratia talis eſt. Si enim ſatisfactio per Chriſtum facta eſt, qvid reſtare poterit facto, ut ſit ſatis? Imò ipſe Bellarminus lib. 4. pœnit. c. 1. §. 1. ait: ſatisfactio eſt actio, qva is, qvi alterum læſit, tantum facit, qvantum ſatis eſt ad injuriam compenſandam. vid. ſup. §. 3. Hoc verò poteſt & præſtitit ſolus Mediator, 1. Tim. 2. Ergo fruſtra hoc tentat peccator. art. 100. NB.

Nota 4. *Chriſtus Redemtor vocatur Homo* 1. Tim. 2. non extra λόγον, ſed in λόγῳ ſubſiſtens, qvi ab officio Mediatoris excludi neqvit, contra Pontif.

Ratio eſt, qvia Homo h. l. non eſt nomen naturæ, ſed perſonæ, adeoqve à conſortio ſatisfactionis omnes alios homines excludit. vid. ſup. §. 6. Cùm verò officium Mediatoris remiſſionem peccatorum inferat, qvæ absqve ſangvinis effuſione non fit Hebr. 9. ideo ſine ulla divinæ naturæ excluſione ea natura exprimi debuit, qvæ ſangvinem effundere potuit. NB. ſup. art. 52. §. 7.

§. 14. Objectum ſatisfactionis eſt 1. cui. 2. pro qvibus ſatisfactum eſt.

I. *Objectum, cui ſatisfactio præſtanda erat, eſt ſolus Deus* Pſal. 51, 6.

Qvi

Qvi hoc loco conſideratur, *non ut creditor*, per figmentum alicujus potentiæ abſolutæ, cum veracitate, ſanctitate & juſtitiâ Dei incompatibilis: *ſed ut juſtus judex*, ſecundum rigorem juſtitiæ infinitum ſatisfactionis precium jure exigens. 2. Tim. 2, 13. Pſal. 49. verſ. 8. 9. 16. vid. ſupra artic. 10. Tit. 32. NB.

II. *Objectum, pro qvo* facta eſt ſatisfactio, eſt 1. *reale*, omnia peccata, Eſa. 53, 5. 6. Johan. 1, 7. 2. *perſonale*, non Chriſtus ipſe Hebr. 7, 26. 27. nec Angeli c. 2. 16. ſed peccator, adeoqve I. *Homines*. II. *Soli*. III. *Omnes*, ſive totus Mundus Johan. 3, 16. 1. Johan. 2, 1. Coloſ. 1, 19. 1. Johan. 1, 7. *Ratio* aſſertionis eſt

I. *Univerſalis revelatio*, 1. Tim. 2, 5. dedit ſe ἀντίλυτρον pro omnibus, & mortuus eſt pro omnibus, 2. Cor. 5, 15. & eſt propitiatio pro totius mundi peccatis 1. Johan. 2, 2. c. 4, 14. qvam qvilibet univerſaliter apprehendere & ſubſumere tenetur cum Jobo c. 19: Scio qvod meus Redemtor vivat. & cum Paulo Gal. 2, 20: Filius Dei dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me, ut remiſſio peccatorum certa ſit omni credenti Actor. 10, 43. Rom. 10, 11. Johan. 3, 16. Hæc enim ſignorum univerſalium vis eſt, ut termino alicui communi addita, qvę de termino communi dicuntur, omnibus ſub eo contentis ſingularibus convenire ſignificent. NB. vid. Theol. Exeget. lib. 2. c. 5. §. 13.

II. *Infallibilis ſubſumtio*, qvæ ex puris particularibus nulla eſt. Nam ex particulari propoſitione non licet ad certum aliqvod & determinatum individuum argumentari.

III. *Convictio* tum infidelis, tum tentati, qvæ impoſſibilis eſt, niſi detur revelatio univerſalis evidentiſſima. Qvam probat omninò

I. *Theſis univerſalis* Joh. 3, 16. 1. Joh. 2, 2. Eſa. 53. 6. ſine qva nemo credere poteſt, ſe eſſe in credentium numero.

II. *Antitheſis* ſtatus corruptionis & reparationis univerſalis Rom. 5, 20. c. XI, 32. qva ſtante ad omnes pertinet univerſale peccati antidotum.

III. *Τάξις ordo & conſtitutio mediorum* univerſalis, ad omnes & ſingulos ſpectans Luc. 24, 46. 2. Cor. 5, 19. Matt. XI, 28. Actor. 7, 30.

IV. *Expreſſa determinatio* reproborum & pereuntium, qvos nihilominus ſangvine ſuo mercatus eſt Chriſtus 2. Pet. 2, 1. Rom. 14, 15. 1. Cor. 8, 11. Hebr. X, 29.

Digitized by Google

V. *Divina intentio* ſalvandi etiam illos, qvi venire nolunt, Matth. 23. vid. art. 38. & 39. Manet proinde infallibilis

Canon: *CHRISTUS pro omnibus omnium peccatis ſolus perfectiſſimè ſatisfecit.*

Nota: Qværitur h. l. I. non, an Chriſtus ſatisfecerit pro omnibus actu credentibus & ſalutem accipientibus?

II. nec, an potuiſſet mori pro damnatis?

III. nec, an mors Chriſti infiniti ſit valoris, ut ſingulis hominibus, ſi Deus vellet, ſufficiens eſſe poſſet?

IV. nec, an ob Chriſti mortem omnes actu ſalvati ſalventur?

V. nec, an Chriſtus tam ob λύτρȣ ſufficientiam qvàm ob ejus efficaciam actu finaliter applicatam mortuus ſit pro damnatis?

VI. *ſed, an juxta Dei voluntatem Chriſto omnia omnium peccata imputata ſint*, & ipſe pro omnibus promeritis pœnis juſtitiæ divinæ, infinito mortis precio ita ſatisfecerit, ut omnes homines divinæ gratiæ rurſus per fidem in Chriſti meritum participes fieri poſſent & deberent, atqve, *ut condemnationis cauſa jam ſit, qvod damnandi noluerint meritum Chriſti univerſale* omnibus & ſingulis, adeoqve & illis, qvi ob incredulitatem actu damnantur Joh. 3. *fide recipere.* Confer Theſin Wendelino oppoſitam B. W. Lyſeri, & Menzeri Diſp. 1. & 2. de Synodo Dordrac. Hutterum contra Pareum, & Sigvvartum l. 3. c. 3. art. 1. cum verbis Salvatoris Johan. 3, 18. *Qvi non credit, jam condemnatus eſt, NB. qvia non credidit* in Nomen Unigeniti Filii Dei.

§. 15. Forma ſatisfactionis Chriſti eſt debiti alieni juſtè imputati ſolutio, ex §. 11. & 12. qvæ ſpectatur in univerſa obedientia, vicaria & compenſatoria, qvæ aliàs activa & paſſiva dici ſolet, *ſive precium obedientiæ Pſal. 40, 7. Chriſti agentis, patientis & morientis, qvam ſponſor noſter Legi eandem pro nobis implendo & pœnas ob peccata ſibi veriſſimè imputata nobis debitas patiendo ſolus præſtitit, & qvidem perfectiſſimè §. 12. vid. infra de ſtatu Exinanitionis Artic. 59. & de concurſu utriusqve naturæ Salvatoris artic. 52. §. 7. & art. 46. claſſ. 3. §. 5.*

Canon: Chriſtus innocentiſſimus factus pro nobis victima piacularis, 2. Cor. 5. peccata ſibi imputata veriſſimè expiavit.

Ratio eſt, qvia in ſatisfactione Chriſti eſt ſolutio perfectiſſima totius

tius debiti alieni, à Mediatore liberè ſuſcepti, ipſiqve in judicio divino imputati. *Cujus perfectio oritur non ſolùm ex divinâ acceptatione, ſed ex ipſo valore intrinſeco*, qvi patet 1. ex infinitate perſonæ ſatisfacientis. 2. ex communicatione divinæ majeſtatis humanæ naturæ per unionem perſonalem factæ NB. art. 46. Actor. 20, 28. Johan. I, 14. 16. 26. adeoqve *medium*, cujus interventu ſatisfactio præſtita, eſt precium univerſæ Chriſti obedientiæ Pſal. 40, 7. 8. 9. Hebr. 10, 5.

Obſerv. 1. Chriſtus non ex debito aut conditione naturæ ſuæ, ſed ex diſpenſatione, ob noſtram redemtionem tam qvoad obedientiam, qvàm qvoad pœnam legi ſubjectus eſt, contra Socin. & Piſcat.

Obſerv. 2. *Impletio Legis* reqvirit 1. peccatorum expiationem, 2. præceptorum obſervationem ex articulo 36. NB. Qvorum utrumqve ſolus Chriſtus præſtitit, nec unqvam ullus mortalium præſtare poteſt; cui ſoli poſſibilis erat tam ſatisfactoria & expiatoria pœnarum perpeſſio Eſa. 53, 4. qvàm perfectiſſima totius Legis impletio Matt. 5, 12. Rom. X, 4. c. 5, 18. Galat. 4, 5.

Obſerv. 3. *Chriſtus legis Dominus, legi neqvaqvam obſtrictus*, tamen ex decreto Patris propter nos factus eſt ſub lege Galat. 4, 4.

I. Politicâ, ratione Nativitatis, Luc. 2.
II. Ceremoniali, ratione Circumciſionis, Luc. 2.
III. Morali, ratione obedientiæ in universâ vitâ ſuâ, &
IV. Ratione pœnarum, qvæ nobis debebantur.

Obſerv. 4. Chriſtus eſt τέλος νόμου Rom. X, 4. complementum & conſummatio deß Geſetzes Ende/Vollendung und Erfüllung/c. 8, 4. 3. qvia Legem perfecit faciendo omnia, qvæ legis ſunt, & pœnam, qvam nos debebamus, exſolvendo: adeoqve hæc vox omnem Chriſti obedientiam activam & paſſivam complectitur.

Obſerv. 5. Obedientia Chriſti fuit λύτρον & pretium redemtionis noſtræ, cujus intuitu Deus liberos dimiſit, qvi ſub lege erant.

Obſerv. 6. *Terminus* ſatisfactionis, ſive duratio certa eſt, qvæ ratione termini à qvo reſpicit initium, qvod eſt primum exinanitionis momentum, & ratione termini ad qvem ſepulturam, cum mortis triduo. Confer ſup. § 4.

§. 16. Finis ſatisfactionis Chriſti eſt hominum ſalus ad Dei gloriam, *inprimis juſtitiæ & miſericordiæ divinæ Rom. 3, 25. 26. c. 5, 8.*

c. 5, 8. qvam oſtendit æterna redemtio, Hebr. 9, 12. Proinde certiſſima eſt 1. Redemtio *ab omni iniqvitate originali & actuali Tit. 2. ab univerſa legis maledictione, & omnibus pœnis temporalibus & æternis, & reſtitutio gratiæ, juſtitiæ & gloriæ ſupra Articul. 52.* 2. Regeneratio *& ſalutis acqviſitæ oblatio & applicatio, vid. infra Artic. 70.*

§. 17. Eventus & fructus perfectæ ſatisfactionis reconciliatio eſt, & benedictio & Spiritus S. donatio *artic. 52.*

Nota 1. *Perfecta ſatisfactio eſt humanæ ſatisfactionis excluſio.* vid. ſupra §. 14. & 3. Omnia enim propter nos fecit Salvator, ut nihil nobis faciendum reſtet, ſed ſalus detur gratuita. vide Benzii ſtoliditatem infra artic. 68. §. 7.

Nota 2. *Benedictio* divina generaliter accepta eſt realis boni collatio Num. 6. vid. ſup. art. 54. §. 5. verba Lutheri. qvemadmodum maledictio eſt boni privatio Devt. 28.

Nota 3. *Benedictio ſummi noſtri Sacerdotis* complectitur veram Dei agnitionem, fidem, remiſſionem peccatorum & ſpem vitæ æternæ, ſive omne bonum & vitam naturæ, gratiæ & gloriæ.

Canon: *Chriſtus eſt omnis benedictionis autor* tam qvoad meritum, qvàm qvoad efficaciam, omne maledictum ex peccato ortum plenariè tollendo, vid. Galat. III, 13. & univerſa bona naturæ, gratiæ & gloriæ reſtituendo, vid. Gen. 12, 17. & Eph. I, 3. Confer ejus benedictionem realem: Er hub die Hände auff und ſegnete ſie. Summus Sacerdos noſter Luc. 24, 51. εὐλογεῖν & Matth. 25, 34. cum Num. 6, 27. ברך NB. Manuale h.l. pag. 852.

§. 18. *Pleniorem hujus articuli exegeſin, cum uſu & autorum Catalogo, offert Gerhardi Exegeſis, Hülſemannus de ſatisfactione, D. Calovius & D. Scherzerus contra Socin. & Manuale Theol. German. artic. 55. & Summa Theol. Bald. in 4.*

ART.

ARTICULUS LVI.
De Sacerdotali Interceſſione Chriſti.

CHRISTUS intercedit pro nobis Rom. 8, 34. Unicus & Solus Interceſſor noſter Theanthropos, 1. Tim. 2, 5. 1. Johan. 2, 2.

§. 1.

SEcundus actus officii Chriſti Sacerdotalis eſt Interceſſio ex *Artic. 54. Quæ ſatisfactionem fundamenti loco præſupponit, utpote cujus intuitu Deo grata eſt.*

Nota 1. *Interceſſor eſt, qvi intercedit* & intervenit apud aliqvem, & *interceſſio* eſt deprecatio alterius nomine facta, vid. Hebr. 5, 7. Ubi Apoſtolus Chriſto tribuit δεήσεις καὶ ἱκετηρίας, Gebet und Flehen/ mit ſtarckem Geſchrey.

Nam I. δέησις eſt deprecatio, ex δέομαι, rogo, precor, qvia opus habeo, ἐνδεὴς enim eſt indigus, & δέω eſt indigeo, neceſſe habeo, ideoqve ligo, vincio, ut precibus qvaſi vinctus & victus auxilio mihi adſit qvaſi ligatus opitulator, cum relatione ad δύο, duo, qvia ligatio eſt duorum unio δυοῖν ἕνωσις.

II. ἱκετηρία eſt *ſupplicatio*, ἱκέτης ſupplex, ab ἵκομαι, venio, ſcilicet ad aliqvem, veniam implorandi gratiâ. Unde ἱκετεύω, ſupplico, & ἱκετήσιος ſupplicum præſes, qvo nomine gentiles Jovem ſuum vocare ſolebant.

Nota 2. *Interceſſio Chriſti diſtincta eſt*

1. *ab interceſſione Spiritus Sancti*, qvi gemitus inenarrabiles in corde noſtro efficit, Gal. 4, 6. Rom. 8, 26. vid. ſeq. not. 3. NB.

2. *reſpectu orationis Propheticæ* Johan. 17. & Sacerdotalis Eſa. 53.

3. *reſpectu interceſſionis ſolennis*, ante paſſionem & ſatisfactionem Joh. 17. & interceſſionis perpetuæ.

4. *reſpectu Interceſſionis ab æterno factæ* Apoc. 13, 8. & ſponſionis in Paradiſo manifeſtatæ, qvam interceſſio ſolennis in cruce ſecuta eſt, & continua ad dextram Dei pro nobis interpellatio Rom. 8, 34. vid. ſupra artic. 52. §. 2. NB.

Nota 3. *Interceſſio* de Spiritu Sancto prædicatur effective, qvi tunc

Digitized by Google

orare dicitur, qvando nos orare facit; tunc ingemiſcit pro nobis, qvando pios gemitus & ſuſpiria ad Deum nobis immittit, preces in nobis ſerias ac ardentes reddit, fiduciamqve in animis noſtris de exauditione infallibili accendit. vid. Rom. 8, 27. Qvod Apoſtolus vocat ὑπερεντυγχάνειν vertreten / (ἐντυγχάνω interpellandi cauſa occurro,) dum Magiſter libellorum ſupplicum ſuggerit & verba, & orandi methodum, ut verbis & voce deſtituti formare poſſimus in precibus jaculatoriis, intima ſuſpiria etiam in ultimo mortis articulo per Chriſtum grata, artic. 132. §. 7. Nemo enim rectius docere nos poteſt, qvomodo ſit orandum, nemo ſuſpiria pia accendere poteſt in animis noſtris, qvàm Deus ipſe, qvi cor hominis creavit. Confer de hoc Spiritus S. officio ſupra artic. 15. §. 4.

Poriſma. Ergo ſancti defuncti neqvaqvam poſſunt preces noſtras Deo gratas facere aut pro nobis orare, qvod CHRISTI Mediatoris proprium eſt officium, contra Pontif. Interpellatio verò viventium, & interceſſio mandata Jac. 5. Deo grata Matt. 9. & ob ſolius Chriſti interceſſionem & meritum efficax eſt.

§. 2. Interceſſio Chriſti eſt functio Theandrica, *ſive actus officii* Chriſti Sacerdotalis, *qvæ non modò precationem in diebus carnis, ſed etiam ſatisfactionis præſentationem & patrocinium atqve defenſionem adverſus hoſtes includit, ex Hebr. 5, 7. vid. §. 1. & non ſolùm expiationem, ſed etiam illius applicationem reſpicit. Adeoqve* eſt functio Sacerdotalis, qvâ Mediator noſter θεάνθρωπος, pro omnibus hominibus, vi univerſi meriti ſui, verè & propriè, ſine ullâ divinæ majeſtatis imminutione interpellat, & omnia bona ſalutaria nobis impetrat, atqve credentibus applicat.

§. 3. Efficiens eſt Chriſtus Theanthropos, Mediator *1. Tim. 2.* & qvidem ſolus, *qvi eſt interceſſor verus, propitiatorius & Catholicus, ex §. 1.*

§. 4. Objectum, ad qvod interceſſio Chriſti pertinet, ſunt homines, & qvidem ſoli, *etiam inimici, Eſa. 53. ut reſipiſcant.*

Digitized by Google

ſtant. Confer interceſſionem hortulani pro arbore Luc. 13, 8. & Chemnicii Harmon. h. l.

Nota 1. Chriſtus pro mundo, hoc eſt, præfractis peccatoribus non orat Joh. 17. qvibus ut Propheta exitium denunciat, licet ut Sacerdos ſalutem ipſorum qvæſiverit, Eſa. 53.

Nota 2. Interceſſio Chriſti pro credentibus & in fide perſeverantibus ſpecialis Johan. 17. non tollit interceſſionem ſacerdotalem Catholicam, Eſa. 53.

§. 5. Forma interceſſionis Chriſti ſive interpellatio Theandrica in ſtatu exinanitionis, & exaltationis diſtincta eſt.

Nota: Interceſſio Chriſti meritoria in diebus carnis facta eſt cum clamore valido & cum lacrymis, Hebr. V, 7. vid. ſup. §. 1. nota 1. NB. ſed in ſtatu exaltationis fit virtute meriti ſufficientiſſimi, qvod ſingulis credentibus per verbum & Sacramenta applicatur, ut in gratiam recepti ſalventur.

§. 6. Fundamentum *eſt Interceſſoris ſatisfactio & meritum, Rom. 8, 34. Hebr. 12, 24. ex artic. 55.*

§. 7. Finis interceſſionis Chriſti eſt Dei gloria & noſtra ſalus, *conf. Artic. 52.*

§. 8. Effectus hujus interceſſionis eſt exauditio. *Unde bonorum collatio, & malorum averſio ſeqvitur. vid. Artic. 52. per propitiatorium unicum, Rom. 3, 25. in cujus Nomine facta oratio æterno Patri grata eſt, Johan. 16.*

§. 9. Duratio hujus interceſſionis ratione fructûs eſt perpetua, *licet ratione modi pro conditione ſtatus exinanitionis & exaltationis diſtincta ex §. 5. & cum conſummatione ſeculi & termino regni gratiæ qvoad actum terminanda ſit. Confer Pſal. 110, 4. Hebr. 5, 6. Nec obſtat votum illud:* Am Jüngſten Gericht mein Fürſprecher ſey. *Qvod non actum, ſed fructum interceſſionis reſpicit.*

§. 10. *Pleniorem hujus articuli Exegeſin, cum inſigni uſu, & autorum Catalogo, offert Manuale Theol. artic. 56.*

ARTICULUS LVII.

De Officio Chriſti Regio, ejusqve Regno.

Ego ſum Rex, ait ipſe Chriſtus Joh. 18, 37. Rex æternus ſuper domum Jacob. Luc. 1.

§. 1.

CHriſtus θεάνθρωπος eſt Rex Regum *Apoc. 19, 16. vid. Pſal. 2. & 110, 2. licet in ſtatu exinanitionis pauper propter nos Zach. 9. 2. Cor. 8. ad noſtram ſalutem.*

Nota 1. *Rex dicitur à regendo*, מלך cum relatione ad conſilium, qvia Conſilium eſt anima Regis, & conſilium eſt Rex Regis, qvi ſine conſilio nullus eſt; regnare enim eſt conſilio regnare. נמלך conſilium iniit, Nehem. 5, 7. βασιλεὺς eſt Baſis λαοῦ fundamentum populi, ein König von können/der groſsmächtig iſt und alles kan. Summus Souverain. vid. Theol. Exeget. ex 2. Sam. 7. lib. 2. c. 6. Tit. 1. NB.

Nota 2. *Solus Rex Regum* 1. Tim. 6. *eſt Monarcha univerſalis*, independens, perpetuus, atqve immortalis, cui imperanti omnibus nemo imperat. Eljon ὕψιστος Gen. 14, 18. Rath/Krafft/Held/ Eſa. 9. Ein groſſer König Malach. 1, 14. מלך גדול / κύριος παντοκράτωρ. Qvi ſolus dicere poteſt: Mein iſt beyde Rath und That/ Prov. 8, 15. Conſilium & ſolida ſapientia, à qvo omnes Reges mundani dependent. artic. 127. §. 1.

Nota 3. Regia poteſtas una eademqve, Chriſto competit ſecundùm divinam naturam per æternam generationem, & ſecundum humanam naturam per perſonalem unionem. vid. Art. 49.

§. 2. Officium Chriſti Regium eſt functio Theandrica, ſive præſens & divinum Chriſti θεανθρώπου in regno potentiæ, gratiæ & gloriæ dominium, ad æterni Regis gloriam

am, & ſubditorum ſalutem. *Confer accuratiſſimam Theſin B. Lyſeri Wendelino oppoſitam, ubi ait: Officium regium eſt, qvo Filius DEI regimen cum Patre & Spiritu S. commune ab æterno, dum per lapſum creationis finis corruptus in prævisione conſpiceretur, reſpectu ad futurum meritum, reſtaurationis cauſa, non amplius immediatè, ſed mediatè exeqvendum per appropriationem ſuſcepit, & in tempore adminiſtrat: ac dein aſſumtam Humanitatem ad regiam dignitatem per Spiritum S. unxit: NB. ſupra artic. 47. ita tamen, ut plenaria adminiſtratio per ſeſſionem ad dextram Dei ſeqveretur. Sicqve jam ſecundum utramqve naturam* in regno potentiæ *ſubjectis omnibus, omnia in cœlo & terrâ, etiam in medio inimicorum, divino gubernandi modo* regnum gratiæ *conſtituit, dum omnibus hominibus per Spiritus miniſterium, morte partam gratiam offert, qvam, qvi præfractè non rejiciunt, per Verbum & Baptiſmum, ſubditos, imò ſua membra reddit, ac per Spiritum S. regit & conſervat: donec in noviſſimo die ſeparatos ab impiis (hisqve judiciariâ ſententiâ damnatis) ad* regnum gloriæ, *non amplius œconomico illo modo adminiſtrandum perducat.*

Canon: Regnum Chriſti eſt Theanthropicum, qvod præſtantiſſimâ majeſtate & virtute divinâ, atqve formâ monarchicâ, modo planè ſingulari & incomparabili gaudet. Nam *efficiens* eſt Theanthropos, Deus Rex æternus natus Pſal. 2. & Homo Rex in tempore conſtitutus, & ad dextram Patris exaltatus, Marc. 16. adeoqve omnibus ſubditis ſuis præſentiâ divinâ præſentiſſimus. *Objectum* huic Regi ſubjectum ſunt omnes creaturæ, in regno potentiæ, gratiæ, & gloriæ Phil. 2, 10. 11. Eph. 1, 21. *Forma* conſiſtit in imperio divino monarchico, Chriſto ſecundum carnem in tempore communicato, Matth. 28, 18. 1. Cor. 8, 6. Johan. 17. verſ. 5. qvod ipſe omnibus præſens præſentiſſimè exercet. *Finis* eſt gloria Regis, Phil. 2, 10. & ſubditorum ſalus gratiæ & gloriæ. *Duratio* ſive terminus ratione decreti eſt ſine termino: ratione objecti creaturarum exiſtentia & productio, ratione carnis aſſumtæ, qvoad poſſeſſionem, momentum incarnationis, qvoad exercitium, ſeſſio ad dextram, Epheſ. I, 20. 23.

Digitized by Google

§. 3. *Regnum Chriſti eſt triplex:* 1. potentiæ, 2. gratiæ, 3. gloriæ.

§. 4. Regnum potentiæ eſt Chriſti Theantropu omnipræſentis regimen divinum, qvod in omnes creaturas habet perpetuum. *vid. Pſal. 110, 2. Pſal. 8, 7. 1. Cor. 15, 27. Hebr. 2, 7. Eph. 1, 21. 1. Pet. 3, 22.*

Obſervatio: Hoſtes noſtri devicti qvidem ſunt à Chriſto, ſed nondum pedibus ejus totaliter ſubjecti, unde tumultus & pugna, ſed ſine dominio, in pios oritur. Confer Gen. 3, 15.

§. 5. Regnum gratiæ *eſt CHRISTI Theantropu capitis in militante Eccleſia præſentiſſimi regimen divinum, qvod in ejus gubernatione per verbum & Sacramenta conſiſtit, Epheſ. 1, 22. Cujus notanda eſt 1. Conſtitutio, Pſal. 2. 2. adminiſtratio, 3. duratio, 1. Cor. 15.*

Obſerv. 1. Regnum Chriſti ſpirituale colligitur prædicatione verbi, & Sacramentorum uſu, qvibus juſtitia Chriſti credentibus applicatur, unde tranqvillitas conſcientiæ, & gaudium etiam in ipſis ærumnis oritur. vid. art. 108.

Obſerv. 2. Regni Chriſti in hominibus operatio præſentiſſima Matt. 28. alia interna eſt & privata, in corde credentis: alia eſt externa & publica, in univerſa Eccleſiâ, qvam colligit, collectam regit, auget, conſervat & protegit.

Obſerv. 3. Servitus in regno Chriſti eſt Deo hominibusqve grata, fidem & vitam reſpiciens.

Obſerv. 4. Chriſtus ipſe præeſt regno ſuo præſentiſſimè, adeoqve non indiget Vicario Pontifice Romano. vid. Art. 50. & 113. 116. ſed ambulat in medio candelabrorum Apoc. 1, 13. præſens Eccleſiæ Matth. 18. uſqve ad conſummationem ſeculi Matth. 28, 18. vid. art. 50.

Obſerv. 5. Adminiſtratio regni gratiæ durabit uſqve ad noviſſimum diem ubi Regnum gratiæ finem habebit cum mundi fine, 1. Cor. 15, 24. Nam Chriſtus tradet Patri in noviſſimo die regnum non potentiæ, ſed gratiæ, adeoqve non depoſiturus eſt regnum, ſed mutabit gubernationis ſtatum 1. Cor. 15, 24. & terminabit regni gratiæ modum, non

Digitized by Google

non verò omnem regnandi actum, qvando poſt deſtructionem regni Satanici, 1. Joh. 3, 8. Gen. 3, 15. ut triumphator hoſtes captivos ejiciet, & membra liberata æterno Patri ſiſtet 1. Cor. 15.

Poriſma. Ergò Regnum Chiliaſticum & Seculum aureum abſurdum eſt & Scripturæ contrarium. vid. D. Hoë in Apocal. cap. 20, 3. & Türckenfall part. 2.

§. 6. Regnum gloriæ *eſt Chriſti Theanthropu regimen æternum, ubi ipſe Rex præeſt glorioſiſſimè Eccleſiæ triumphanti, ſecundum utramqve naturam præſens, ſimulqve divitias gloriæ & beatitudinis electis ſuis coram intuendas donat, ad DEI gloriam & beatorum æternam refectionem. vid. 1. Cor. 15, 25.*

Nota: Oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcendit, qvæ præparavit Deus iis, qvi diligunt illum, 1. Cor. 2. vid. Artic. 142.

§. 7. Exercitium *Regiæ CHRISTI Majeſtatis pro conditione ſtatus exinanitionis & exaltationis diſtinctum eſt. vid. Articul. 50. & 58.*

§. 8. Proprietates *Regni Chriſti ſunt ſingulariſſimæ.*

Nam I. Regnum Chriſti eſt Theanthropicum, Luc. I.
II. Spirituale, & non mundanum Johan. 18.
III. Præſentiſſimum Matth. 28.
IV. Catholicum Pſal. 110. & ampliſſimum Pſal. 72.
V. Infinitum, æternum & perpetuum, Luc. I.

§. 9. *Pleniorem hujus articuli Exegeſin cum inſigni illius uſu, & autorum catalogo offert Manuale Theolog. German. artic. 57. addatur Philippus Nicolai de regno Chriſti, & de ejus propagatione per ſingula ſecula videantur Centuriæ Magdeburgenſes. NB.*

ARTICULUS LIIX.

De Diſtinctis Chriſti Statibus.

Vid. Philip. 2. de ſtatu exinanitionis ſervili & exaltationis glorioſo.

§. I. Sta-

§. 1.

STatus CHRISTI datur diſtinctus.

Nota 1. Status eſt certa perſonæ conditio. vid. ſup. art. 27. §. 1. & hoc loco Chriſti, ſecundum carnem conſiderati.

Nota 2. Status Chriſti eſt conditio conſeqvens incarnationem & perſonalem unionem. Jeſus Chriſtus dives pauper factus propter vos 1. Cor. VIII, 9. Er war reich/ und ward arm um eurent willen/ ἐπτώχευσε. πτωχὸς pauper, Luc. 16, 20. πτοέω, terrefacio, obſtupefacio, πτοηθεὶς conſternatus, attonitus, à πίπτω cado, qvia pauper concidit, animo fractus & eſt timidus; (gut macht Muth/ Armuth/ armann Muth / ohne Muth:) πλούσιος verò eſt, cui eſt πλοῦτος qvaſi πολύετος, opulentia ex multorum annorum proventu collecta, Luc. 12, 21. Hæc verò ſcientia utriusqve ſtatus divitiarum & paupertatis Chriſti oſtendit nobis χάριν & gratiam Salvatoris, cujus paupertate vult nos diteſcere. Proinde pauper eſt Chriſtus 1. ἱλαστικῶς, qvia miſeriam & paupertatem noſtram expiavit, Apoc. 2. Rom. 3. 2. πλουτοποιητικῶς, qvia Rex pauper Zachar. 9. egenos ditat & omnibus bonis replet. NB. artic. 52. 3. παραδειγματικῶς, ut ab ipſo diſcamus patientiam & in egeſtate ſufficientiam Matth. XI. c. 8. Nam Deum qvi habet, omnia habet Pſal. 73. Confer Philip. 4, 12.

§. 2. Status Chriſti eſt *Salvatoris noſtri incarnationem & perſonalem unionem τοῦ λόγου conſeqvens certa perſonæ θεανθρώπου ſecundum carnem conditio.*

Poriſma. Ergo ſtatus Mediatori noſtro convenit diſtinctus veriſſimè, non tamen ſimul, ſed ſucceſſivè & non ſecundum utramqve naturam, ſed ſecundum illam tantùm, qvæ mutari, egere, diteſcere, perfici, adeoqve in ſtatum modò deteriorem, modò ſublimiorem collocari poteſt. (qvod ſoli humanæ naturæ competit) ex 2. Cor. 8, 9. ſup. §. 1. & Philip. 2.

§. 3. Cauſa efficiens diſtincti hujus ſtatus eſt λόγος incarnatus.

§. 4. Subjectum diſtincti ſtatus *non eſt perſona Chriſti ſecundum utramqve naturam, ſed ſolùm ſecundum humanam naturam,*

turam, juxta qvam in exinanitione vocatur ſervus Eſa.53.verſ.1. Pſal. 69,19. Phil. 2,9. & in exaltatione Dominus factus, Pſal.8.

§. 5. Forma *utriusqve ſtatus ex Chriſti paupertate & divitiis §. 1. adeoqve ex ipſa exinanitione & exaltatione patet, de qva Artic. 59. & 60.*

§. 6. Finis diſtincti hujus ſtatus eſt Redemtio & ſalus noſtra. *vid. Artic. ſeq. 59. & ſupra Art. 47.*

§. 7. Diſtinctio ſtatus Chriſti *oſtendit eſſe alium 1. Exinanitionis, 2. Exaltationis; de qvibus Artic. 59. & 65.*

Nota: Summarium utriusqve ſtatus offert ipſe Salvator Johan. 3. verſ. 13. ubi oſtenditur ſingulare myſterium, dum Chriſto θεανθρώπῳ tribuitur 1. *Deſcenſus* de cœlo majeſtatico per exinanitionem. 2. *aſcenſus* per exaltationem. 3. exiſtentia in hoc cœlo per unionem & poſſeſſionem. Ita ut de Chriſto ſecundum carnem conſiderato verè prædicetur 1. exinanitio. 2. exaltatio. 3. continua poſſeſſio communicatæ majeſtatis.

§. 8. *Pleniorem hujus articuli exegeſin, ejusqve uſum, cum autorum Catalogo, exhibet Manuale articulo 58.*

ARTICULUS LIX.
De Statu Exinanitionis.

CHRISTUS ſemetipſum exinanivit, Philip. 2, 7. Er euſſert ſich ſelbſt / ἑαυτὸν ἐκένωσε.

§. 1.

EXinanitio Salvatoris propter ſalutem noſtram eſt certiſſima, *(cujus compendium eſt paupertas. NB. artic. 58. §. 1.) vid. Philip. 2, 6. & Hebr. 2, 7. & Pſal. 8, 6. Qva reſpicit. 1. Chriſtum incarnatum ſecundum carnem. 2. abdicationem divinæ majeſtatis vi unionis perſonalis communicatæ. 3. uſum plenarium & inceſſantem. 4. evacuationem hujus uſus plenarii veram & rea-*

Dddd lem,

Digitized by Google

lem, liberè & ad certum tempus factam. 5. ſcopum, qvi eſt 1. ſatisfactio pro commiſſo DEI-formitatis raptu à protoplaſtis. 2. reparatio amiſſæ ſalutis.

Nota 1. Exinanitio dicitur *κένωσις*, qvæ vox ceſſationem uſus & operationis, atqve exercitii veram & realem, non verò nudam occultationem denotat: inanis enim idem eſt, qvod vacuus & ſine effectu. vid. 1. Cor. 15, 10. Gratia non fuit inanis. vid. infra §. 2. NB.

Nota 2. Exinanitio accipitur vel in ſenſu Eccleſiaſtico, & ſic impropriè vocatur humiliatio incarnationis, & inclinatio miſerationis; vel propriè in ſenſu Biblico, pro ipſa JESU CHRISTI incarnati *κενώσει*.

Nota 3. *Κένωσις* dicitur etiam *ταπείνωσις, ἐλάττωσις, ἡμέρα τῆς σαρκός*, item deſcenſus de cœlo, Johan. 3. defectus Dei Pſal. 8, 5. ſervitus NB. artic. 14. §. 4. forma ſervi Philip. 2. &c.

Nota 4. Status itaqve controverſiæ Wendelino oppoſitus, juxta B. Lyſerum hic eſt: I. *Non, an Humiliatio* appellari poſſit *σχετικῶς in ſenſu Eccleſiaſtico*, qvemadmodum Patres incarnationem *λόγου ἀνθρωποπαθῶς* vocare ſolent? II. *Sed de Humiliatione propriè acceptâ*, in ſenſu Scripturæ, pro verâ & reali aliqva demiſſione Philip. 2. qvæ non tantùm eſt occultatio aliqva, reſpectu noſtri facta; *ſed vera intermiſſio plenarii exercitii operationum divinarum per carnem*, & formæ ſervilis atqve abjectæ vera aſſumtio, inqve hac perpeſſio ſummorum dolorum, & ignominiæ, usqve ad mortem. Qvam Humiliationem perſonæ qvidem, ſed ſecundum Humanam naturam tribuimus.

Poriſma. Ergò *μορφὴ θεοῦ* Phil. 2, 6. 7. non eſt ipſa divinitas, ſed ſtatus divinus, glorioſus, & conditio carni communicata, ejusqve uſus continuus.

§. 2. Exinanitio Chriſti, eſt reſpectu carnis aſſumtæ ſuſpenſio plenarii actus uſurpationis atqve manifeſtationis majeſtatis, *potentiæ & gloriæ divinæ in incarnatione communicatæ.*

Obſervatio: Exinanitio conſiſtit in evacuatione uſus communicatæ majeſtatis.

Sive I. in exercitii plenarii operationum divinarum per carnem

Digitized by Google

nem *intermiſſione*, ita, ut Chriſtus non velut rapinam oſtentaverit Dei-formitatem, τὸ εἶναι ἴσα θεῷ, ſed ſe exinaniverit.

II. in *aſſumtione* formæ ſervilis, qvæ infirmitates ob peccatum aliàs in peccatore conſpicuas reſpicit.

III. in Malorum pœnæ, usqve ad mortem *perpeſſione*.

Poriſma. Ergo exinanitio non eſt occultatio.

Ratio eſt, qvia eſt evacuatio, & κένωσις, Phil. 2, 7. Nam κενὸς vacuus opponitur vel repletioni Phyſicæ, & notat evacuationem poculi vino repleti, vel operationi, & notat *retractionem* virtutis, effectus & honoris.

§. 3. Cauſa efficiens *eſt ipſe Jeſus Chriſtus, qvi ſeipſum exinanivit, Philip. 2, 6.*

§. 4. Subjectum *itidem eſt Chriſtus non incarnandus, ſed incarnatus Theanthropos, & qvidem ſecundum Humanam naturam. Nam ſubjectum qvod, eſt perſona incarnata; ſed ſubjectum qvo, eſt natura Humana, qvæ ſola tam exinanitionis, qvàm exaltationis capax eſt.*

Poriſma. Ergo exinanitio in ſenſu Biblico non poteſt tribui τῷ λόγῳ. vid. §. 1.

§. 5. Forma Exinanitionis *conſpicitur 1. in communicatæ majeſtatis evacuatione, ratione uſus & exercitii, 2. in formæ ſervilis aſſumtione, ad qvam paupertas pertinet 2. Cor. 8. vid. artic. 58. §. 1. & Articul. 60. §. 4. & 3. in diſtinctis exinanitionis actibus.*

Nota 1. *Actus exinanitionis* conſiderari poteſt 1. μερικῶς, ut affectio Humanæ naturæ (ſic naſci, circumcidi.) vel ὁλικῶς, ut apoteleſma, & actio Theandrica, qvæ ad ſalutis acqviſitionem ſpectat. Qvâ de re agit Manuale art. 59. Tit. 3. §. 4. p. 890. & ſupra artic. 52. §. 7. & artic. 46. claſſ. 3. §. 5. NB.

Nota 2. *Actus exinanitionis maximè attendendi* ſunt 1. Conceptio Luc. 1. 2. nativitas, Luc. 2, 7. vid. art. 41. 3. circumciſio Luc. 2, 11. 4. purificatio Luc. 2. 5. præſentatio in templo, Luc. 2. 6. paupertas 2. Cor. 8. infra artic. 60. 7. fuga Matt. 2, 13. 8. humilis educatio

Digitized by Google

Luc.2,5. Eſa.7,15. 9. Baptiſmus, Matt.3,13. 10. Tentatio, Matt.4,1. 11. Labor & defatigatio, Marc. 3,21. 12. perſecutio Johan.15. verſ.20. 13. agonia cum inferno & morte Luc.22,44. 14. cruenta paſſio Matt. 26. c.27. art.60. crucifixio art. 62. mors, artic. 63. & ſepultura artic. 64. De qvibus omnibus & ſingulis agit Manuale artic. 59. Videatur & Meiſneri Chriſtologia & Harmonia Chemnicii, nec non Montacutius Tomo 1.

§. 6. Terminus *Exinanitionis à qvo eſt conceptio, & conſeqvens nativitas. vid. ſup. artic.42. ſeq. terminus verò ad qvem eſt mors & ſepultura corporis art. 63. & 64. vid. Carpzov. Iſagog. in Symbol. Apoſtolicum.*

§. 7. Finis Exinanitionis *eſt neceſſaria ſatisfactio pro commiſſo & attentato à protoplaſtis raptu Dei-formitatis, Pſal. 69. verſ. 5. Phil. 2,6. 7. adeoqve operis redemtionis patiendo & moriendo conſummatio. vid. Artic. 47. & ſalutis amiſſæ reparatio Eſa. 43,24. Matt.20,28. 2. Cor. 8,9. Gal. 4,5. & beneficiorum tam privativorum, qvàm poſitivorum acqviſitio, vid. ſup. Art. 52.*

§. 8. *Pleniorem hujus articuli explicationem, cum uſu, atqve autorum Catalogo offert Manuale artic. 59.*

ARTICULUS LX.

De Paſſione Chriſti, & Divina circa eam Providentia.

CHRISTUS paſſus eſt pro nobis carne 1. Pet.4,1.

§. 1.

MAximè conſpicuus Exinanitionis gradus eſt Chriſti paſſio, ejusqve conſeqvens mors cruenta *Matt. 27. cum relatione ad divinam providentiam conſiderata.*

Nota 1. *Paſſio eſt actionis receptio.* Unde & Germanicum Leiden à læ-

à lædendo nonnulli deducunt, vid. Act. 26,23. Chriſtus παθητὸς, paſſibilis, qvi pati poteſt, cui competunt pathemata.

Nota 2. Paſſio Chriſti vocatur mors, artic. 63. & crucifixio artic. 62. ſatisfactio & paſſio vicaria, ſatisfactoria ſup. Art. 55.

Nota 3. Paſſio Chriſti eſt I. vel *inchoata* interna, & externa à primâ infantiâ continuata, qvam in his terris in ſumma paupertate propter nos ſuſtinuit; *Vel extrema* illa, tam animam qvàm corpus Salvatoris attinens, κατ' ἐξοχὴν ſic dicta. Cujus ἀκμὴ dolorum infernalium perpeſſio, crucifixio & mors cruenta, ut terminus ejusdem, Artic. 61. ſeq. explicantur.

II. Paſſio Chriſti *alia datur in corpore proprio, alia in corpore myſtico* Eccleſia: Illa jam peracta, hæc verò adhuc ſupplenda. Non tamen ideò datur paſſio ſanctorum ſatisfactoria. vid. art. 108. & 100.

III. *Paſſio h.l. non membrorum ſive Chriſtianorum, ſed Chriſti capitis;* non Martyris, ſed Redemtoris; non μαρτύριον, ſed λύτρον; non inchoata ſolùm, ſed etiam conſummata, adeoqve tam interna qvàm externa, corporis & animæ, ratione initii, progreſſus & termini conſideratur. Confer art. 108.

Nota 4. *Ad Paſſionem Chriſti etiam paupertas pertinet* 2. Cor. 8, 9. Matt. 8. qvæ eſt univerſæ exinanitionis compendium, de qva ſupra dictum eſt articulo 58. §. 1. NB. Unde etiam ὁ τέκτων dicebatur Marc. 6, 3. der Zimmermann. Cujus vita actuoſiſſima nihil cum otioſis Monachis mendicantibus commune habet. vid. art. 78.

§. 2. Paſſio Jeſu Chriſti θεανθρώπου eſt ſatisfactio pro peccato totius mundi Theandrica, *Johan.* 1. & cruenta oblatio Agni Dei propitiatoria, *1. Johan. 2. Adeoqve eſt ſenſus horrendæ iræ Dei adverſus peccata totius humani generis in ipſum Mediatorem innocentiſſimum, ſponte hoc onus ſuſcipientem, derivatæ, cum acerbiſſimis doloribus animi & corporis, mirando juſtitiæ & miſericordiæ divinæ temperamento ordinatis, ad perfectiſſimam juſtitiæ divinæ ſatisfactionem, ut hominibus à peccato, morte, Diabolo & inferno liberatis, gratia, juſtitia & gloria æterna reſtituatur. Confer ſup. Art. 52.*

Digitized by Google

§. 3. Cauſa impulſiva eſt dilectio Chriſti *ſalutem noſtram ſitientis 1. Job.3, 16.*

Obſerv. 1. Paſſio Chriſti reſpicit principium tam divinum, qvàm Theandricum, & Humano-divinum, imò & Diabolicum atqve humanum. vid. inf. Art. 63.

Obſerv. 2. Efficiens principalis eſt voluntas Patris ex immenſo amore Filium pro nobis tradentis Joh. 3, 16. & Filii, ad ſatisfactionem ſponte ſe offerentis Pſal. 40. Johan.X. vid. ſupra de officio Mediatoris. art.52. NB. & art. 37.

Obſerv. 3. Impulſiva interior eſt miſericordiæ & juſtitiæ divinæ temperamentum ab ipſo Redemtore oblatum, Gen.3,15.

Obſerv. 4. Impulſiva exterior eſt lapſi generis humani miſeria.

Obſerv. 5. Cauſa Inſtrumentalis ſunt Satanæ organa, Judas, Judæi, milites &c. ejusdem impulſu inſtigati, ſine ullo inſtinctu divino ſpontè peſſimi. vid. Art. 26.

Nam I. In paſſione Chriſti plures actiones particulares concurrunt, qvarum nonnullæ effectum illum, qvi eſt pœna, ex judicii divini ſententiâ pro peccatis hominum irroganda, per ſe non producunt, ſed ab alio ſuperiore principio per indirectum ad hunc effectum producendum reducuntur, qvalis eſt traditio, & effuſio malitioſa ſangvinis in humano judicio innocentis. Qvæ actio ratione formalis determinationis eſt & peccaminoſa, & ad præſcientiam (cum excluſione caſus fortuiti) referenda, neqvaqvam verò ad voluntatem divinam reducenda.

II. *Actioni huic formaliter determinatæ accedit limitatio & reductio ad bonum finem.* Qvem per alia media, ſi ſpontè hæc non fuiſſent ſuppeditata, Deus aſſeqvi potuiſſet. (Qvi & Abrahamo filii occiſionem injungere poterat, ſine peccato Gen. 22. & vel cœlitus vitam Salvatoris, vel per beſtias tollere potuiſſet, qvod Hirco emiſſario contigiſſe videtur.)

Canon 1. *Deus non culpam hoſtium, ſed redemtionis λύτρον ex merâ Φιλανθρωπίᾳ ſapientiſſimè ordinavit,* Actor. 2,23. vid. inf. Artic. 63. §.3. NB. & ſup. art. 26. §.9.

Canon 2. *Ratio, qvod ignorat, fruſtra taxat.* Satius eſt mirari divinam bonitatem & ſapientiam, qvàm ſcrutari ineffabilis hujus myſterii

rii abyſſum. Diſtinctiſſima enim manent decretum redemtionis; vid. art. 10. Tit. 17. & finis permiſſionis, ſup. art. 26. & myſterium ſatisfactionis ſup. art. 55. & art. 10. Tit. 32. & 35. à crudelitate actionis, uti patet ex Traditione Chriſti in mortem, qvæ diverſo reſpectu 1. Deo. 2. Salvatori. 3. Judæ. 4. Pontificibus, & 5. Pilato, tribuitur. vid. art. 63. §. 3. Confer ſupra de refrenandâ ratione art. 2. & p. 71. NB.

§. 4. Subjectum patiens eſt θεάνθρωπος, *vid. Art. ſeq. 61. adeoqve ſubjectum qvod eſt ipſe Dei Filius* ἔνσαρκος *Rom. 8, 32. ſanctiſſimus & innocentiſſimus perſonaliter conſideratus*, ſubjectum qvo *patitur formaliter, eſt anima & corpus. Nam Deus incarnatus patitur perſonaliter, paſſionem ſibi appropriando, dum carne patitur formaliter & terminativè, paſſiones recipiendo, 1. Pet. 4, 1. vid. ſup. art. 46. claſſe 3. §. 5. & art. 52. §. 7. NB. & infra art. 61. §. 2.* Summa λόγος *ad paſſionem concurrit 1. volendo hanc ſatisfactionem. 2. annexam hoſtium malitiam permittendo. 3. mediante hypoſtaſi paſſiones ſibi appropriando. 4. carnem ſuſtentando, eiqve divinum robur communicando. 5. infinitum pondus ſuperaddendo. 6. paſſionem intolerabilem cum ipsâ illius causâ peccato potentiſſimè ſuperando. 7. ad ſalutem noſtram dirigendo. Qvod ipſum rectius patet, ſi ex articulo 46. addatur apoteleſma & diſtinctum energema 1. naturale. 2. perſonale. 3. Mediatorium ex utriusqve naturæ concurrentis communicatione.*

§. 5. Forma paſſionis eſt victimalis peccatorum alienorum expiatio.

Nota 1. *Forma conſummatæ paſſionis eſt ſenſus vicarius non ſolum iræ divinæ, verùm etiam cruciatus tam interni, qvàm externi, animæ & corporis veriſſimus,* univerſaliſſimus, intenſiſſimus, conſtantiſſimus & fortiſſimus, adeoqve redemtorius & ſatisfactorius. vid. ſup. Art. 55. & de morte Salvatoris art. 63. §. 14. NB. & ſup. art. 52. §. 7. NB.

Nota 2. Paſſio Chriſti eſt voluntaria, & oblatio ſpontanea, Joh. 10. NB. art. 40. §. 4. ſeq.

§. 6. Summus paſſionis gradus atqve ἀκμὴ eſt ex divinâ derelictione ortus dolorum infernalium ſenſus. Aſ-

Digitized by Google

Aſſertio I. *Dereliction Chriſti, uti ſummè neceſſaria, ita veriſſima eſt, & planè ſingularisſima* art. 63. §. 14.

Ratio eſt, qvia I. *neceſſaria* eſt ex ſuppoſitione decreti à Deo revelati, Matt. 26, 54. Luc. 22, 37. c. 24, 26.

II. *qvia veriſſima* eſt ex clamore Salvatoris Matt. 27. repetito ex Pſal. 22. & non imaginaria Pſal. 131.

III. *qvia ſingularisſima* eſt (1.) *ratione modi.* Non enim eſt 1. deliqvium ipſius λόγȣ. 2. nec ceſſatio unionis perſonalis. 3. nec fiduciæ. 4. nec ipſe ſenſus dolorum infernalium. 5. nec nuda auxilii ſubtractio. 6. ſed *formaliter* eſt privatio gratiæ cœleſtis, ſolatii ac dulcedinis, qvæ ex inhabitante Deitatis plenitudine reſultat, cujus ſenſus interior ceſſans, ejusqve privatio eſt illa ipſa pœna æternum peccatori debita. Confer Pſal. 8, 6 Hebr. 2, 9. Pſal. 22, 2. 5. 6. 7. (2.) *ratione ſubjecti* qvod eſt Dei Filius Rom. 8, 32. incarnatus, ſanctiſſimus. (3.) *ratione principii*, qvod averſatur ob juſtitiam maledictum. NB. Gal. 3, 13. 2. Cor. 5, 21. ſub τιμωρία ob onus peccati catholicum Eſa. 53. & talem, qvi omnium damnandorum & deſperantium ſupplicium ſolus ſuſtinet. (4.) *ratione finis*, qvi eſt noſtræ rebellionis expiatio Eſa. 1. & aditus ad Patrem conciliatio, Rom 5, 1. 2. Cor. 5, 18. Eph. 2, 16. Col. 1, 21.

Aſſertio II. *Senſus dolorum infernaliũ eſt graviſſimꝰ.* Cujus notãda ſunt

I. *Indicia*, tum ſudor ſangvineus & agonia in horto Lucæ 22. verſ. 44. tum clamor & qverela in cruce ob deſertionem Matt. 27. vid. Pſal. 22. verſ. 1.

II. *Fundamenta* ſunt ſatisfactio, art. 54. vicaria, Eſa. 53. & expiatio plenaria, ita, ut ipſe Salvator pro nobis factus ſit maledictum Gal. 3, 13. cum omnes omnium peccatorum & damnatorum pœnas peccato debitas, temporales, ſpirituales & æternas in ſe recepit. vid. articul. 36. Confer de τιμωρία artic. 108. & de retractione divinæ operationis, qvieſcente λόγῳ ſupra artic. 46. (qvemadmodum potentia audiendi in auribus, & viſiva in oculis non exercetur in deliqvio animi, licet anima ſit præſentiſſima.) Qvâ de re agit Manuale art. 59. Tit. 13 p. 917,

III. *Forma* eſt voluntaria ſuſceptio & plenaria ſuperatio, guſtus miſeriæ ſummæ, omnibus damnatis debitæ. Confer Gerhardi Harm. paſſ. p. 22. & Manuale p. 921. de voce λυπεῖσθαι Matt. 26, 37. ἐκθαμβεῖσθαι Marc. 14, 33. & ἀδημονεῖν, ibidem. vid. inf. art. 63. § 14. NB.

IV. *Ent-*

IV. *Emolumenta* ſunt ſuperatio inferni & liberatio noſtra à deſperatione, angore, & morte æternâ. Confer Dorſchæi Theol. Zachar. P.1.p.245. Dannhau. Hodoſoph. p.718.& Montacutium Tom.1.P.2.p.371. p. 373. p. 376.

§. 7. Finis paſſionis Chriſti eſt redemtio tàm à peccatis, qvàm à peccatorum pœnis.

Nota I. *Finis primarius paſſionis Chriſti, eſt placatio Dei irati & expiatio peccatorum noſtrorum*, liberatio noſtri à lege qvoad maledictionem, coactionem & perfectionis rigorem. Conf. Art. 52.& art. 63.

Poriſma. Ergo Chriſtus patiendo ſibi ipſi nihil acqviſivit.

Ratio eſt, qvia finis paſſionis primarius eſt meritorius, ſive redemtoria & univerſaliſſima peccatorum totius generis humani expiatio ſolitaria ſemel peracta, adeoqve ſufficientiſſima. vid. Hebr. X. Matth. 20, 28. ſupra Artic. 55. & infr. Art. 89.

Nota II. *Finis ſecundarius paſſionis Chriſti eſt exemplum patientiæ*, ſive Chriſti imitatio Philip. 2. qvi primarium neqvaqvam tollit, ſed ex illo ſeqvitur.

§. 8. Effectus paſſionis Chriſti eſt humani generis redemtio, *vid. Art. 55. & Art. 39. & liberatio, vid. Art 52. de beneficiis CHRISTI.*

Obſerv. 1. Paſſio CHRISTI eſt univerſale λύτρον ad omnes pertinens, unde applicatio per fidem ſeqvitur ad credentes ſingulos. NB. articul. 55.

Obſerv. 2. Paſſio Chriſti qvoad actum certo tempore contigit, qvoad effectum autem ad omnia ſecula ſe extendit, Apoc. 13. Hebr. 13. vid. artic. 55.

Obſerv. 3. Scriptura ſæpiùs meminit paſſionis Chriſti, qvàm obedientiæ, qvia hic eſt ultimus obedientiæ terminus, ſine qvo non fit peccatorum remiſſio.

§. 9. Fructus paſſionis Chriſti eſt rigoris Legalis & juſtitiæ divinæ agnitio, & beneficiorum Redemtoris grata recordatio, *unde exercitia pœnitentiæ continua, & conſtans peccatorum oritur abominatio.*

Digitized by Google

Nota 1. *Paſſio Chriſti ad Legem data eſt executio Legis ſeveriſſima.* Qvia ſpeculum peccati qvoad reatum ſpectati eſt Lex Dei, qvæ damnat inobedientiam, & minitatur transgreſſoribus pœnas, ſecundum juſtitiæ rigorem; cujus ſpecimen maximè conſpicuum exhibet atrociſſima Chriſti paſſio, qvæ abyſſus eſt iræ divinæ.

Nota 2. *Reatus* ſeu meritum pœnarum, qvæ peccatis noſtris attrahuntur, etiam ex practicis exemplis & documentis iræ divinæ cognoſcitur, (ut ſunt diluvium, perditio Sodomæ, panolethria Solymæ;) *ſed multò luculentius ex Chriſti paſſione.* Nam illa exempla ſunt ſolùm particularia tum ratione temporis, tum ratione locorum: ſed reatus CHRISTO imputatus eſt univerſalis totius mundi, unde & pœnæ ratione qvantitatis & qvalitatis ſunt maximæ, & congeries reatus peccatorum.

Nota 3. Practica hæc paſſionis meditatio ab ipſo Salvatore nobis mandata eſt in S. Cœnæ inſtitutione Matt. 26.

§. 10. Circumſtantiæ paſſionis ſunt Tempus *paſchale, & locus Hieroſolyma. Confer Typum Agni Paſchalis infra artic. 85. cum Agno DEI Johan. c. 1. de qvo agit Theolog. Exegetica in fine. NB. & de Hieroſolymæ deſcriptione Theatrum Andrichomii, & infra articul. 104.*

§. 11. Actus paſſionis *CHRISTI præcipui conſpiciuntur 1. in Horto, 2. in Palatio Caiphæ, Pilati & Herodis, 3. in crucis patibulo, qvorum terminus eſt mors & ſepultura. De qvibus omnibus vid. Gerhardi Harmonia Paſſionis, & Manuale artic. 60. inprimis verò* Paſſion-Büchlein/ *ubi conjunctim exhibentur Meletemate pathetica, non ſolùm ex Harmonia 4. Evangeliſtarum, ſed etiam ex univerſo Vet. & Nov. Teſtamento collecta.*

§. 12. Affectiones & proprietates paſſionis Chriſti ſunt, *qvòd ſit 1. liberrima ſimul & neceſſaria ſup. §. 3. 2. juſtiſſima pariter (ob imputationem noſtrorum peccatorum 2. Cor. 5.) & iniqviſſima (reſpectu hoſtium, ob Salvatoris innocentiam Eſa. 53.) ex §. 9. 3. ſapientiſſima, ex §. 3. 4. ſingulariſſima* κατ᾽ ἐξοχὴν *ſup. ex §. 4. 5. & 6. 5. Perfectiſſima & atrociſſima vid. §. 10. NB. 6. Efficaciſſima*

Digitized by Google

ciſſima ex §. 8. 7. Beatiſſima, fons ſalutis & ſolatii noſtri ſup. Artic. 52. & 55. Confer proprietates Mortis Chriſti art. 63. NB.

§. 13. Cognatæ *paſſioni Chriſti ſunt paſſiones ſanctorum, Chriſti membrorum, vid. artic. 108.*

§. 14. Pugnant *cum paſſione Chriſti, & honori ſatisfactoris unici atqve perfectisſimi detrahunt flagellationes & ſatisfactiones Pontificiorum. vid. Höpfner. de ſatisfactionibus, & infra Articulus 63.*

§. 15. *Plenior hujus articuli Exegeſis patet ex præcedente §. 11.*

ARTICULUS LXI.

De Paſſionis Chriſti Veritate, & patientis Majeſtate.

DEUS proprio ſangvine acqviſivit Eccleſiam, Actor. 20. verſ. 28. διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος περιεποιήσατο. περιποιέω, comparo, ſervo, erwerben/ ex ποιέω, facio, περιποίησις, acqviſitio.

§. I.

PAſſio Chriſti eſt veriſſima *non ſolùm qvoad veritatem Hiſtoricam, verùm etiam qvoad veritatem tam receptionis, qvàm appropriationis.*

I. *Veritas Hiſtorica contra Judæos eſt Canonica*, qvia non tantum à qvatuor Authenticis Notariis in literas relata, ſed etiam à Paulo, qvaſi qvinto Teſte, obſignata fuit. vid. 1. Cor. 2, 2. & Art. 60.

II. *Veritas receptionis eſt evidentisſima*, tam ex cruentâ afflictione, qvàm ex vulnerum multiplicatione, & atrociſſimâ crucifixione. vid. artic. 62. qvæ omnia δόκησιν & phantaſticam paſſionem Marcionis evidentiſſimè refellunt.

III. *Veritas appropriationis eſt ſolatio plenisſima*, ex articulo 46. NB. & §. ſeq.

§. 2. Paſſio Chriſti veriſſima eſt ipſius Filii DEI incarnati

nati paſſio appropriata perſonalis, *adeoqve non merè humana, ſed Theandrica. Confer artic.46. & 63. & art.60. §.4.*

Nota 1. *Paſſio Theanthropica* eſt paſſio activa, & ſimul actio paſſiva, ex qva oritur redemtionis ἀποτέλεσμα, ubi non ſola natura, ſed tota perſona Salvatoris agit. vid. art.46. claſſe 3. §. 5. NB. art. 52. §.7.

Nota 2. Caro λόγου incarnati hoc loco non conſideratur ut caro nudi hominis, ſed qvatenus hæc caro (corpus & anima humana) τοῦ λόγου aſſumta natura eſt, unam cum eo perſonam conſtituens, velut organum λόγου conjunctiſſimum & inſeparabile. Vid. ſup. Art.46.

Nota 3. Divina natura abſolutè conſiderata impatibilis eſt. vid. art. 10. Tit. 13. ideoqve non patitur formaliter. Mediator verò noſter Theanthropos in carne & animâ tantos dolores patitur, qvantos nullus unqvam damnatorum pati poteſt. Cujus qverela in cruce Matth. 27. non qvidem deſperantis, aut cum deſperatione luctantis eſt, eſt tamen qverela ſuſtinentis univerſa omnium damnandorum & deſperantium ſupplicia. vid. art. 60. §.6.

Nota 4. De Filio Dei incarnato Paſſio & Mors orthodoxè prædicatur κατ' ἰδιοποίησιν, non ſolùm ut idioma humanæ naturæ, ſed ut prædicatum perſonale, qvod reſpicit redemtionis Theandricæ apoteleſma. Qvâ de re ſupra dictum eſt art. 60. §.3. 4. 5. & artic.46. NB. claſſ.3. §.5. & art. 52. §.7. Hæc enim fidei noſtræ arx & ſummum fundamentum eſt, qvòd credimus non ψιλὸν ἄνθρωπον, ſed ipſum DEI Filium pro nobis eſſe paſſum & mortuum, qvod ipſum Scriptura S. evidentiſſimè docet, qvia Dominus gloriæ crucifixus eſt 1. Cor. 2, 8. & princeps vitæ Actor. 3, 15. occiſus, ſangvis Dei ἴδιος effuſus Actor. 20, 28. ſangvis Jeſu Chriſti, Filii Dei, emundans nos ab omni peccato 1. Johan. 1. verſ. 8.

Summa. Aliud eſt pati λόγον formaliter, ſecundum divinitatis proprietatem, qvod abſurdum eſt & impoſſibile ob ejus immutabilitatem Malach. 3, 6. Jac. 1, 17. ex art. 10. Tit. 13. & 7. aliud verò λόγον incarnatum pati, in aſſumtâ propriâ carne perſonaliter & ſangvine ſibi perſonaliter proprio acqvirere Eccleſiam, Actor. 20, 28. vid art. 60. §. 4. & Johan. 1. & 1. Johan. 1. de ſangvine Jeſu Chriſti Filii Dei, qvi eſt Agnus Dei, tollens peccata mundi. NB. vide Theol. Exegeticam in fine.

§. 3. *Pleniorem hujus articuli conſiderationem cum uſu, & auto-*

Digitized by Google

autorum catalogo, offert Manuale artic. 61. & explicatio dicti Johan. 1. ſub finem Theolog. Exegetica.

ARTICULUS LXII.
De Crucifixione Chriſti.

Dominus gloriæ crucifixus eſt 1. Corinth. 2, 8. vid. Johan. 19, 17. Gal. 5, 13. 1. Cor. 1, 23.

§. 1.

CHriſtus verè crucifixus eſt. *vid. artic. 61.*

Nota 1. Crucifixio eſt cruci affixi ſupplicium teterrimum & crudeliſſimum, uti Cicero appellat in Verrem. vid. inf. §. 9.

Nota 2. *Crux Chriſti notat vel lignum, vel ſignum, vel Chriſti meritum*, & principale Evangelii objectum. vid. Gal. 6, 14. 1. Cor. 1. Phil. 3, 18. Qvamobrem, qvæ de ipſo crucifixo Chriſto, ejusqve merito ſacroſancto dicuntur, vel ligno, vel ſigno crucis tribuere non licet. Qvalia ſunt expiatio peccati, medela morborum, ſanctificatio rerum præternaturalium. NB. vid. Chryſoſtomum Homil. 55. in Matt. 16. T. 2. fol. 475. qvi crucem vocat τὸ ὅπλον armaturam, per qvam Salvator πᾶσαν δύναμιν omnem Satanæ potentiam deſtruxit.

Ratio eſt, qvia neqve ex opere operato, neqve ex Eccleſiaſtica inſtitutione ſignum crucis, aut res cruce ſignatæ accipiunt aſſiſtentiam divinæ virtutis, qvæ iſtos effectus operetur.

Nota 3. *Signi & imaginis crucis uſus eſt non ſolùm Hiſtoricus*, & paſſionis Chriſti in cruce peractæ ejusqve ſatisfactionis memorativus Gal. 3, 1. *verùm etiam ſymbolicus & diſcretivus Chriſtianorum*, & conſecratorius atqve ritualis, qvi teſtatur, omnem benedictionem à Chriſto crucifixo in nos derivari Gen. 22.

Poriſma I. Ergo ſignatio crucis præciſè ſpectata eſt ceremonia indifferens, qvâ qvis vel benè, vel malè utitur.

Poriſma II. Ergò ligni adoratio Chriſtianis ignota eſt. vid. Minutius Felix in Octavio, ubi ait de gentilibus: Cruces nec colimus, nec oramus. Vos planè, qvi ligneos Deos conſecratis, cruces ligneas, ut

ut Deorum veſtrorum partes, forſitan adoratis. Signum crucis naturaliter viſimus in navi, cum velis tumentibus vehitur.

Nota 4. *Crucifixio* Chriſti fit crucifixio veteris Adami art. 98. qvæ non conſiſtit in diſciplina monaſtica, jejunio, flagellatione &c. ſed in veris pœnitentiæ exercitiis. vid. art. 78. 98. & 99.

Nota 5. Crux Chriſti dicitur 1. ſumma Chriſtianorum gloria, in qvâ amor noſter crucifixus eſt, 2. ara propitiatorii, 3. lignum dulce aqvas tribulationum noſtrarum ſvaviores reddens, 4. exemplum patientiæ, &c. & qvidem rectiſſimè, ſcilicet loqvendo non de ligno vel ſigno crucis; ſed de ipſo CHRISTI pro nobis crucifixi merito. ſupra not. 2.

§. 2. Crucifixio Chriſti eſt acerbiſſimum Filii Dei incarnati in ligno crucis pro nobis toleratum ſupplicium, *qvi pro nobis factus eſt maledictum, ut nos à maledicto legis liberaremur Gal. 3. vid. ſup. art. 60. §. 2. NB. & art. 63. §. 2.*

Obſerv. 1. *In ligno pendentes maledicti* dicuntur Devt. 21, 23. h. e. execrabiles & abominabiles, qvia ſuſpenſi hominum conſpectu maximè indigni judicabantur. Unde & ſuſpenſionis pœnâ maximè ſcelerati afficiebantur, ut plagiarii, Pſeudo-prophetæ, Latrones &c.

Obſerv. 2. Lex de maledictione ſuſpenſi in ligno reſpicit Chriſtum, qvi morte hâc omnium turpiſſima mori voluit in plenitudine temporis. Cujus horrendæ mortis gravitas ex onere reatus peccatorum imputatione ineffabili Pſal. 69. Eſa. 53. 1. Joh. 1, 29. & ex præfigurata Hirci maleolentis fœditate Lev. 16, 22. & ſerpentis virulenti palo affixi forma Num. 21, 9. Joh. 3. facilè colligitur. NB. ſup. art. 60. §. 6. Confer Geſnerum in Pſalm. 22, 7. (Ego ſum vermis) & D. Calovii Socin. p. 418. Inprimis verò ſup. art. 55. NB. §. 11.

Obſerv. 3. Chriſtus in cruce ſuſpenſus abominabilis erat non tantùm coram hominibus, ſed etiam coram Deo, non tam propter ſuſpenſionem ipſam, qvàm propter omnium hominum peccata, qvæ ipſe portavit, ut iſta abominatio ſit noſtra benedictio. Galat. 3. vide articul. 55.

§. 3. Cauſæ *crucifixionis Chriſti patent ex cauſis mortis & Paſſionis Chriſti. art. 60. & 63. NB.*

§. 4. Fru-

Digitized by Google

§. 4. Fructus crucifixionis Chriſti eſt pleniſſima & univerſalis redemtio *ac benedictio, omnes humanas ſatisfactiones excludens.*

Poriſma. Ergo crux Chriſti qvotidiana reqvirit meletemata, imprimis ideo, ut Crucifixio Chriſti 1. crucifigat in nobis omne vitium. NB. ſup. art. 60. §. 9. 2. ut ſit ſpeculum 1. charitatis Chriſti & proximi. 2. gravitatis peccati. NB. art. 60. §. 9. 3. ſolatii Gal. 6, 14. Qvamobrem & Crux Templis & ſepulchris impoſita eſt fidei noſtræ atqve victoriæ & reſurrectionis nota certiſſima, ut dicamus: in hoc ſigno vinces. Confer Conſtantini M. exemplum, Wunderliche Güte/ part. 2. NB. & de ſigno crucis verba Chryſoſtomi citata in der Betſchul / de oratione matutinâ.

§. 5. *Reliqva huc ſpectantia habet Manuale artic. 62. NB.*

Articulus LXIII.

De Morte CHRISTI.

CHRISTUS pro nobis mortuus eſt Rom. V. verſ. 8. vid. c. 6, 9. Actor. 3, 15. Matt. 27, 50. 54. Marc. 15, 44. 45.

§. 1.

PAſſionis Chriſti terminus fuit mors cruenta, *vid. Phil. 2, 7.* cujus conſeqvens eſt ſepultura. *Artic. 64.*

Nota: Mors h. l. non conſideratur, qvatenus illa hominem deſtruit. vid artic. 132. ſed qvatenus mors Salvatoris ſalutifera peccatorem à morte liberat & vitam reducit. Terminus enim paſſionis Chriſti cruentus univerſam ejus obedientiam & ſatisfactionem morte terminatam & obſignatam includit. (etiamſi & actus exaltationis ſint meritorii. vid. art. 65. §. 7.) Qvamobrem & mors Chriſti dicitur, ſive traditio pro nobis δῶρις Tit. 2. & Medicina peccati, atqve mortis antidotum, nec non μαρτύριον ſive teſtimonium divinæ veritatis, & ſpeculum charitatis, juſtitiæ & ſpei noſtræ, qvæ continet mera rationi παράδοξα. vid. Luc. V, 26. Conf. art. 55.

§. 2. Mors

§. 2. Mors Chriſti Salvatoris eſt privatio vitæ, ex diſſolutione vinculi naturalis,& animæ à corpore ſeparatio veriſſima, *qvæ ipſa ſimul eſt λύτρον ſufficientiſſimum, unde univerſo generi humano liberatio à maledictione, peccato & inferno parta, ſimulqve Dei gratia, juſtitia & ſalus æterna acqviſita eſt.*

Canon: *Solutio vinculi naturalis non eſt ſolutio unionis perſonalis.*

Ratio eſt communicata λόγου hypoſtaſis. vid. ſup.art.43.§.3.NB.

Unde qværitur h.l. I. Non, an anima naturaliter à corpore ſeparata, etiam ratione loci localiter ſeparata fuerit?

II. Nec, an præſentia illocalis corporis & animæ, locis ſeparatarum, ad λόγον in unâ hypoſtaſi iis localem præſentiam in pluribus ubi conciliare poſſit? ſed

III. Annon ob perſonalem λόγου, non cum partibus, ſed cum Humanitate unionem illocalem, illocaliter anima & corpus unius Humanitatis perſonalem ſuam ſubſiſtentiam invariatam retinuerit? Qvod ipſum nebulis Wendelinianis oppoſuit B. W. Lyſerus.

§. 3. Cauſa efficiens *mortis CHRISTI patet ex eodem Artic. 60. §.3. NB.*

Nota: Traditio Chriſti in mortem tribuitur

I. *DEO*, Rom. 8. & notat ſatisfactionis voluntatem, atqve paſſionis cruentæ permiſſionem.

II. *Chriſto*, Eph. 2. & notat voluntariam paſſionem, Joh.10.

III. *Judæ*, Joh. 13. & connotat perfidiam atqve proditionem.

IV. *Pontificibus*, Matth. 27. & connotat immane odium, ex qvo traditio in manus Pilati orta eſt.

V. *Pilato* & connotat poteſtatem atqve imperium Joh. 19, 11.

§. 4. Subjectum patiens *qvod patitur mortem, ſive perſona mortem noſtri loco voluntariè tolerans eſt ϑεάνθρωπος, vid. Artic. 61. ſubjectum qvo remotum eſt natura humana, proximum verò corpus viribus exhauſtum.*

§. 5. Objectum, pro qvibus mortuus eſt Salvator, ſunt homines ſoli & omnes *reſpectu univerſalis acqviſitionis (non obſtante particulari applicatione, Johan. 3.) vid. Articul. 55. & Rom.*

Rom. XI. verſ. 32. c. 3, 19. Johan. 3, 16. Eſa. 53, 6. etiam illi, qvi pereunt, Rom. 14, 15.

§. 6. Forma mortis Chriſti eſt voluntaria illius pro aliis ſuſceptio, *unde privatio vitæ ex diſſolutione vinculi naturalis ſecuta eſt, & animæ à corpore ſeparatio, Luc. 23, 43. 46.*

Nota 1. Mors Chriſti Theanthropu eſt 1. veriſſima, 2. cruenta, 3. divinitus ordinata, 4. ſecundum ſcripturas facta, 5. Theandrica, 6. innocentiſſima, 7. ſpontanea, 8. vicaria, 9. Sacerdotalis oblatio & victima, 10. infinita, 11. ſatisfactoria, 12. perfectiſſima, 13. terminus exinanitionis & ultima paſſionum linea, 14. ſingulariſſima, 15. ſaluberrima, 16. catholica, 17. morti mortifera, 18. vivifica. Qvorum collatio cum reqvititis Salvatoris Artic. 40. & 55. fidem noſtram ſolidiſſimè confirmare poteſt.

Nota 2. Mortem Chriſti nobis exactius cognoſcendam offerunt,

I. *Antecedentia.* Confer 1. *Heptalogum*, de qvo vid. Gerhardi Harmon. Paſſionis, Dannhaueri Chriſtoſophia, Affelmann. Meiſneri Meditat. 2. *Miraculoſum Solis deliqvium* Matt. 27, 45. 3. *potationem* felle & aceto factam.

II. *Concomitantia*, qvæ oſtendunt clamorem Matt. 27, 50. & capitis inclinationem Joh. 19, 30.

III. *Conſeqventia*: inprimis verò miracula, qvæ ſunt 1. veli ſciſſio, conſ. Hebr. 9, 12. cap. 5, 16. 2. terræ motus. 3. ſciſſio petrarum, 4. apertio ſepulchrorum. 5. ſangvinis & aqvæ è latere effluxus Johan. 19, 34. 6. Centurionis teſtimonium: Verè Filius Dei erat iſte Matth. 27, 54. 7. adſtantium converſio Luc. 23, 48. vid. Meletemata Paſſionis German. & Manuale art. 63. qvæ omnia tandem ſecuta eſt ſepultura, infra Artic. 64.

§. 7. Mors Chriſti eſt I. Veriſſima. *Probatur ex Articul. 61. & Rom. 5, 8.*

Nota: Veritas mortis Chriſti neqvaqvam infert vel plenarium & aliàs ex victoriâ conſeqvens victoris abſolutum, vel perpetuum mortis in Chriſtum dominium, ob perſonæ morientis ſanctitatem, poteſtatem, & reſurrectionis majeſtatem. vid. Rom. 6.

§. 8. Mors Chriſti fuit II. Cruenta. *Qvod patet 1. ex*

crucifixione, de qvâ Artic. 62. 2. ex copioſiſſimâ ſangvinis effuſione, de qvâ teſtatur univerſa Paſſionis Hiſtoria.

Obſerv. 1. Sangvis Jeſu Chriſti filii Dei eſt emundatorius 1. Joh. 1. & expiatorius, qvia eſt ἴδιον αἷμα Filii Dei Actor. 20, 29. vid. ſup. art. 47. & ſangvis Agni Dei tollentis peccata mundi, Johan. 1. Qvâ de re agit Theol. Exegetica in fine. NB.

Obſerv. 2. Sangvis Chriſti activam ejus obedientiam non excludit, contra Piſcatorem, vid. ſup. Art. 55.

Obſerv. 3. Blaſphemum eſt & in vulnera Chriſti impium, Papiſtarum flagellantium ſangvini tribuere peccatorum expiationem, & regni Diaboli deſtructionem, contra Gretſerum. Flagellatio enim Pontificia eſt Scripturæ contraria, ſtulta, Baalitica, impia, blaſphema, ſuperſtitioſa, ſuperba & hypocritica.

§. 9. Mors Chriſti eſt III. divinitus ordinata, *confer Artic. 60. §. 3. NB.*

Obſerv. 1. Mors Chriſti non eſt facta absqve ſingulari Dei conſilio atqve providentia, ideò enim à Deo traditus fuiſſe dicitur Rom. 4, 25. Actor. 2, 23. vid. ſup. §. 3.

Obſerv. 2. Decretum & voluntas Dei circa mortem Chriſti non ad actionem Judæ aut Judæorum referenda, ſed ad ipſam Redemtoris ſatisfactionem & cruentam paſſionem. Illam Deus nullo modo voluit aut decrevit, ſed permiſit: hanc voluit & decrevit, & ad ſaluberrimum finem, generis humani redemtionem direxit. vid. ſupra Articul. 60. §. 3.

§. 10. Mors Chriſti eſt IV. ſecundum Scripturas facta, *vid. 1. Cor. 15, 3. Luc. 24, 46.*

Obſervatio: Mors Chriſti fuit prædicta à Prophetis, adumbrata typis tam realibus, qvàm perſonalibus, (vid. Balduini Paſſio Typica) & præfigurata ſacrificiis. vid. infra Articul. 74. & libr. German. Paſſion-Büchlein.

§. 11. Mors Chriſti V. non eſt nudi hominis, *ſed* θεανθρώπου *Theandrica.*

Obſerv. 1. Summa ſalutis noſtræ neceſſitas non nudi hominis.

nis, ſed unigeniti Filii DEI mortem reqvirebat. vide articul. 40 §. 4. ſeqq.

Obſerv. 2. Ipſe Dominus gloriæ Dei Filius pro nobis mortuus eſt, vid. Artic. 61. Confer de hoc concurſu divinæ naturæ ad paſſionem art. 45. NB. & mortem ſatisfactoriam: Art. 55. Ubi non ſufficit ſola humanæ naturæ ſuſtentatio, (nam & Paulum in morte ſuſtentavit Salvator, qvo tamen mortuo Filius Dei non mortuus eſt;) ſed ſimul reqviritur veriſſima utriusqve naturæ unitæ concurrentis communicatio. Qvanqvam modus agendi in hac cruentâ paſſione, naturæ & rationi ſit inexplicabilis.

Obſerv. 3. Aliud eſt mori (idioma humanæ naturæ,) aliud verò mori pro mundi vitâ, qvod eſt ἀποτέλεσμα, pertinens ad officium Mediatoris θεανθρώπου, qvod non niſi infinitæ perſonæ, & victori peccati, mortis, diaboli & inferni competit. vid. ſup. Art. 46. Qvamobrem & credimus in Jeſum Chriſtum Filium Dei, pro nobis crucifixum & mortuum: non verò in Humanam Chriſti Naturam, aut in Filium Mariæ à Filio Dei in morte ſuſtentatum.

§. 12. Mors Chriſti fuit VI. innocentiſſima & ſanctiſſima *2. Cor. 5. Hebr. 7, 26. ratione perſonæ & cauſæ, licet ratione peccati alieni in ſe ſuſcepti 2. Cor. V. ſive imputati Chriſtus innocentiſſimus ſit Agnus DEI tollens peccata mundi Joban. 1. & ſolvens, qvod non rapuit, Pſal. 69.*

Obſervatio: Mors Chriſti vitam nobis peperit, & innocentia patientis injuſtitiam noſtram expiavit. Confer Art. 55.

§. 13. Mors Chriſti fuit VII. ſpontanea *& à liberâ ejus voluntate profecta Joh. 10. Niſi enim Chriſtus ſe ipſum pro nobis in mortem tradidiſſet, non potuiſſet mors ejus nobis prodeſſe, vid. Tit. 2. & reqviſita Redemtoris Artic. 40.*

§. 14. Mors Chriſti fuit VIII. vicaria, *Rom. 4.*

Obſervatio: Mors Chriſti non fuit pœna ipſi debita, ſed nobis. Traditus enim eſt propter delicta noſtra, qvæ Deus in ipſum conjecit, vid. ſup. Art. 55. & art. 60. §. 9. NB.

§. 15. Mors Chriſti fuit IX. Sacerdotalis oblatio &

ſtatis ejusqve legis violationem: Ita mors Chriſti ratione durationis erat temporalis, ratione valoris autem infinita fuit, qvæ ipſam æternam mortem ſuperat, qvem valorem ſupereminentem huic morti confert perſonæ ſublimitas, Actor. IV, 24. vid. art. 55.

§. 17. Mors Chriſti fuit XI. meritoria, *ſatisfactoria & Redemtoria, contra Photin. vid. ſup. Art. 55.*

Obſerv. 1. Per mortem Chriſti innocentiſſimi facta eſt peccatorum noſtrorum, qvæ ipſi imputata erant, expiatio pleniſſima, Eſa. 53.

Obſerv. 2. Mors Chriſti fuit non tantùm confirmatio doctrinæ, verùm etiam compenſatio pœnæ, Deo à nobis debitæ, contra Photin. vid. articul. 36.

§. 18. Mors Chriſti fuit XII. abſolutiſſima & perfectiſſima, *ideoqve ſemel tantùm neceſſaria Roman. 6. Hebr. X, 14. Qvamobrem 1. Fruſtranea eſt & impia ſæpiùs repetita Chriſti oblatio in blaſphemo Miſſæ ſacrificio. vid. infra Art. 89. 2. Vana eſt blaſphema Pontificiorum ſatisfactio, & operum noſtrorum mixtura. vid. artic. 100. Qvia enim perfectum eſt, cui nihil deeſt, igitur perfectionis ſummæ additamenta imperfecta qværere abſurdum eſt.*

§. 19. Mors Chriſti eſt XIII. exinanitionis terminus, & ultima paſſionum linea.

Obſervatio: Abſurda E. eſt corporis Chriſti glorificati laniena Capernaitica, Johan. 6. vid. art. 88.

§. 20. Mors Chriſti eſt XIV. ſingulariſſima; *Ubi ſoluto unionis naturalis vinculo corporis & animæ, neqvaqvàm ſolutum eſt vinculum unionis perſonalis indiſſolubilis. vid. art. 45.*

§. 21. Mors Chriſti eſt XV. ſaluberrima; *liberans nos ab irâ Dei, maledictione legis, peccato, morte, diabolo & inferno, & acqvirens nobis gratiam, juſtitiam & gloriam æternam, vid. ſupra Artic. 52.*

§. 22. Mors Chriſti eſt XVI. Catholica, *cujus efficaciæ nemi-*

Digitized by Google

neminem exludit: credentes verò actu ſalvat, Johan. 3. vid. ſupra §. 10. & artic. 55.

§. 23. Mors Chriſti eſt XVII. morti mortifera & *inferno peſtifera Hoſe. 13. vid. artic. 132.*

§. 24. Mors Chriſti triumphatoris eſt XVIII. vivifica, *Johan. 10. vid. Articul. 55. & 132. 1. Cor. 15. O magnum pietatis opus! mors mortua tunc eſt, pro nobis qvando mortua vita fuit.*

§. 25. Finis mortis Chriſti primarius eſt Dei placatio & peccatorum noſtrorum expiatio, *vid. Rom. 5, 8. Unde non modò illa privativè nos liberat ab omni malo, mortis gratia & gloria, Hebr. 2, 14. ſed etiam poſitivè omnia bona & vitam gratia atqve gloria nobis confert. vid. artic. 55. Imò & vitam mortuis reſtituit. vid. art. 138.*

Nota: Meritum mortis Chriſti conſideratur vel ratione acqviſitionis, vel ratione applicationis.

Ratione acqviſitionis conſideratum eſt univerſale; Eſa. 53.

Ratione applicationis verò reſpicit credentes, Johan. 3. Qvamobrem applicatio mortis Chriſti ad credentes particularis univerſali redemtioni nihil derogat; vid. artic. 70. neqve reſuſcitatio ad vitam æternam abſolutè denegata fuerat incredulis NB. art. 138.

§. 26. Finis mortis Chriſti ſecundarius (*qvi primario, ſatisfactioni, neqvaqvam opponendus*) eſt vitæ noſtræ correctio, à peccatis retractio, & patientiæ Salvatoris imitatio, *1. Pet. 2, 21.*

Obſerv. 1. Mors Chriſti conſideratur 1. ut meritum, 2. ut exemplum. Unde fruſtranea eſt omnis Chriſti imitatio, niſi præceſſerit ſatisfactionis Chriſti per fidem apprehenſio Rom. 3. vid. art. 93. & 94. & Lutheri præfat. Kirchen-Poſtill / nec non præfat. in Thomæ de Kempis lib. de Imitatione Chriſti. Chriſtus / als eine Gabe / nehret deinen Glauben und macht dich zum Chriſten. Aber Chriſtus / als ein Exempel übet deine Werck / die machen dich nicht zum Chriſten / ſondern ſie gehen von dir Chriſten ſchon zuvor gemacht. NB. vid. Theol. Aſcetica & infra artic. 100. §. 6.

§. 27. Effe-

Digitized by Google

§. 27. Effectus mortis Chriſti eſt mortis, adeoqve omnis mali, peccati, pœnæ & maledictionis ablatio: & vitæ perfectiſſima reſtitutio, in regno potentiæ, gratiæ & gloriæ. *Confer de beneficiorum Chriſti acqviſitione, oblatione & applicatione articulum 70. & ſupra art. 40. & 36.*

§. 28. Conſeqventia *ſunt miracula, qvorum eventus eſt adſtantium converſio. Confer de adumbratione Sacramentorum Nov. Teſt. per aqvam & ſangvinem ex Chriſti latere fluentem, Johan. 19, 34. 1. Joh. 5, 8.*

§. 29. Durationis *tempus eſt tridaum, Matt. 12, 40.*

§. 30. *Pleniorem bujus articuli exegeſin, cum uſu, & autorum Catalogo, offert Manuale Artic. 63.*

Articulus LXIV.
De Sepultura CHRISTI.

CHRISTUS ſepultus eſt 1. Cor. 15, 4.

§. 1.

Sepultura Christi eſt certiſſima.

Nota: Conſeqvens mortis Chriſti eſt ſepultura, ejusqve corporis exanimati in ſepulcrum repoſitio. Cujus Hiſtoria extat Matt. 27, 57. Marc. 15, 24. Luc. 23, 50. Joh. 19, 38. Confer Geſneri Explicat. Paſſionis, & Dannhaueri Chriſtoſoph. imprimis verò Harmon. Gerhardi. Qvid verò ſit ſepultura, & qvænam ſint illius cauſæ, patet ex art. 135.

§. 2. Sepultura Salvatoris eſt conſeqvens mortis Chriſti, *qvo juxta Scripturas ſepulcro ſuo iniqvitates noſtras obtexit. Adeoqve eſt corporis Chriſti verè mortui è cruce ablati, honorifica Judæis uſitata in ſepulcrum Joſephi novum curâ ejusdem & Nicodemi depoſitio; NB. juxta Scripturas, 1. Cor. 15. Eſa. 53. verſ. 9. cap. XI, 10.*

§. 3. Cau-

§. 3. Cauſa efficiens eſt Joſephus & Nicodemus. Subjectum *eſt corpus Salvatoris verè mortui.* Forma *eſt repoſitio in ſepulcrum novum.* Finis *eſt veri probatio, & vitæ reſtitutio.*

Nota I. *Ad formam* ſepulturæ Chriſti ſpectant 1. Antecedentia, 2. Concomitantia, 3. Conſeqventia.

1. *Antecedentia* ſunt Chriſti mors & corporis impetrata à Pilato è cruce per Joſephum ſublatio.

2. *Concomitantia* oſtendunt modum Judæis uſitatum honorificum præcedente unctione.

3. *Conſeqventia* ſunt reſpectu 1. Hoſtium, eorum conſilia, calumniæ, & à Pilato impetrata ſepulchri cuſtodia. 2. Chriſti, vivificatio, deſcenſus ad inferos, & reſurrectio. vid. Gerh. Harmon.

Nota II. *Subjectum* ſepulchro impoſitum eſt Chriſti θεανθρώπου corpus ἄφθαρτον & majeſtate divina repletum Coloſſ. 2. Pſal 16. vid. Geſn. ad Pſal. 16. & ejus caro vivifica, Johan. 6. vid art 67. Unde & impoſſibile erat, Chriſtum ſepulchro teneri, qvia habebat etiam ſepultꝰ carnem ἀναμάρτητον, & cum λόγῳ perſonaliter unitam, neqvaqvam ceſſante unione perſonali, aut veritate humanæ Chriſti naturæ. vid. ſup. Art. 63. Neqve obſtat πτῶμα, ein Aaß/ davon der Raubvogel aß. (cadaver, qvaſi caro data vermibus) Matt 24, 28. ex πίπτω, cado. Qvia πτῶμα eſt σῶμα Luc. 17, 37. qvod cecidit. Nec ſeqvitur: Salvator comparat congregationem repentinam capitis & membrorum cum congregatione aqvilæ ad cadaver. Ergò rectè dicitur cadaver. Confer Commentarium in Formul. Concord. art. 8. de CHRISTO, ubi de relegatione phraſeos cadaveroſæ plenius agitur. (Sic non dicendus eſt fur, cujus adventus cum adventu furis nocturni comparatur. NB. Matth. 24, 43.)

Nota III. *Finis* ſepulturæ Chriſti eſt 1. *veræ mortis*, vicariæ & expiatoriæ probatio 1. Cor 15, 4. vid. de Veritate mortis Chriſti Art. 63. l

2. *ſpei reſurrectionis collatio*, & noſtrorum ſepulchrorum conſecratio Eſa. 57, 2. ut ſubmerſis Mich. 7, 10. & obſignatis peccatis noſtris Dan. IX. etiam noſtra ſeqvatur vivificatio. Conf. 2. Reg. 13, 21. vid. Hoſe 6, 2. & reſuſcitatio 1. Cor. 15. Job. 19. vid. inf. Art. 138.

3. *Peccatorum* noſtrorum obtectio.

4. *Sepul-*

Digitized by Google

4. *Sepulcrorum* noſtrorum per conſeqventem reſurrectionem ex ſepulcro apertio, 1. Cor. 15, 4.

5. De myſtica peccati ſepultura *informatio* Rom. 6, 4. vid. Articul. 63. & 99.

§. 4. Fructus *ſepulturæ Chriſti eſt vita noſtra, cujus certitudo ex mortis & ſepulturæ certitudine eſt certiſſima.*

Canon: Peregrinatio ad ſepulcrum Chriſti neqve neceſſaria, neqve utilis, multò minus verò eſt meritoria, ex reqviſitorum meriti defectu. art. 100. vide Manuale NB. art. 64.

§. 5. Pleniorem hujus articuli explicationem *atqve uſum, cum autoribus, exhibet Manuale Theolog. art. 64. ubi p. 1007. citantur verba ex oratione Gregorii Nyſſeni, de iis, qvi adeunt Hieroſolymam: Localis mutatio, ut Deus propior ſit, non efficit &c. etiamſi in Golgatha, in monte olivarum, ſub monumento reſurrectionis fueris, &c. vid. Centuriam 4. Magdeb. cap. 10. col. 936.*

Articulus LXV.

De Statu Exaltationis, ejusqve Actibus.

DEUS exaltavit CHRISTUM Philip. 2, 9. vid. Hebr. 2. verſ. 7. & Pſalm. 8.

§. I.

Exaltatio Chriſti eſt certiſſima.

Nota 1. *De ſtatu* dictum eſt ſupra art. 58.

Nota 2. *Exaltatio* dicitur ὑπερύψωσις, qvæ notat evectionem ſuper omnem ſublimitatem. Nam ὑπερυψόω eſt in ſummam ſublimitatem effero, ab ὕψος altitudo. Unde ὕψιστος, Altiſſimus.

Nota 3. Exaltatio accipitur h. l. non in ſenſu Eccleſiaſtico pro carnis aſſumtione, ſed Biblico pro plenariâ majeſtatis communicatæ uſurpatione.

Nota 4. Exaltatio opponitur præcedenti exinanitioni & paupertati

tati NB. artic. 58. §.1. & miſeriæ, & dicitur coronatio Pſal.8. & donatio nominis ſupra omne nomen, Phil. 2.

Nota 5. Per nomen ſupra omne nomen non intelligitur nomen Jeſu formaliter. vid. ſup. art. 43. ſed majeſtas Chriſto ratione Humanæ naturæ in unione perſonali communicata, ratione plenarii exercitii in exaltatione ſpectata: qvod nomen omnibus creaturis venerabile eſt, cum confeſſione, qvod Chriſtus ſecundum Humanam naturam ſit perſonaliter Filius Dei, qvi accepit omnem poteſtatem in cœlo & in terra Matt. 28. ſublimior cœlis factus Hebr. 7, 26. infinitâ majeſtate divinâ coronatus. Conf. Job. XI, 8. c. XXII, 12.

Nota 6. Qvamobrem h. l. qvæſtio eſt de exaltatione vera, qvæ ſtatui exinanitionis, mutabili non ſimulato, ſed verè humillimo & verè miſerrimo verè ſublato, veriſſimè ſucceſſit: qvalis exaltatio Chriſto ſecundum divinam naturam (qva eſt ipſe Deus altiſſimus,) realiter tribui neqvit. Hoc enim impoſſibile eſt 1. *ratione incarnationis*, qvæ nunqvam finita eſt, ſed manet perpetua. 2. *ratione exercitii & operationis* cum Patre, qvæ nunqvam ceſſavit. 3. *ratione manifeſtationis*, qvæ in ſtatu humili etiam qvandoqve facta eſt, Johan. 2. 4. *ratione agnitionis*, qvæ & tunc apud qvoſdam fuit, & nunc non eſt apud omnes. Sed Chriſto, ſecundum Humanam naturam mutabilem exinanito, etiam unicè competit exaltatio, uti patet ex ſeqvente §. 4. & ex artic. 58. §. 7. Idem enim Filius Hominis, qvi deſcendendo exinanitus, aſcendendo exaltatus eſt Johan. 3.

§. 2. Exaltatio eſt Chriſti ſecundum carnem poſt infirmitatum depoſitionem in ſummam ſublimitatem evectio, *adeoqve Potentiæ, Gloriæ, Majeſtatisqve divinæ in principio unionis perſonalis communicatæ plenaria & perpetua uſurpatio.*

Nota: *Realis collatio* h. l. non eſt gloriæ ipſius, in unione perſonali acceptæ donatio, ſed exercitii liberè omiſſi plenaria traditio, & regiæ majeſtatis manifeſtatio interminabilis, in divino regimine conſpicua, per univerſum potentiæ, gratiæ & gloriæ regnum. *Summa:* Qvicqvid Salvator in ſtatu exinanitionis liberè non uſurpavit, illud omne in ſtatu exaltationis ratione exercitii pleniſſimi habet & exercet.

§. 3. Cauſa efficiens eſt Deus Pater, *qvi ex gratiâ exaltavit Chriſtum, Phil. 2, 8. 9.*

§. 4. Sub-

§. 4. Subjectum exaltationis *eſt ea natura, ſecundum qvam humiliatus eſt Chriſtus, nempe Humana, ita, ut idem, qvi antea ſervus, jam verè factus ſit Dominus Philip. 2, 8. 9. Act. 2. Qvod oſtendunt fundamenta, qvæ ſup. §. 1. Not. 6. adducta ſunt. Sola enim Humana natura non tantùm verè ſublatis miſeriis, dotibus habitualibus glorificatorum ſtatim in ſummo gradu exornata eſt, ſed etiam ad dextram DEI ſuperexaltata plenariè utitur divinâ majeſtate in aſſumtione communicatâ.*

§. 5. Forma exaltationis conſpicitur in uſurpatione plenariæ potentiæ & gloriæ *in primo unionis perſonalis momento communicatæ, qvæ qvidem etiam in ipſâ exinanitione adfuit, non tamen per carnem ſe exeruit.*

Nota 1. *Exaltatio Chriſti eſt veriſſima*, adeoqve non eſt nuda revelatio latentis majeſtatis, ſed collatio plenariæ uſurpationis & exercitii. vid. ſup. §. 1. not. 6.

Nota 2. Exaltatio conſiſtit in diſtinctis actibus ſive gradibus, qvorum poſt vivificationem 1. eſt Deſcenſus ad inferos, 2. Reſurrectio, 3. Aſcenſus ad cœlos, 4. ſeſſio ad dextram Patris, de qvibus Artic. ſeqq. agitur. Qvibus addi poteſt 5. majeſtaticus ad judicium adventus, de qvo Art. 137.

Nota 3. Qvia forma exaltationis propriè conſiſtit in ſtatus ſervilis in majeſtaticum mutatione, ideò non ſolùm infirmitatum & exinanitionis depoſitio, verùm etiam plenaria majeſtatis uſurpatio h.l. attendenda eſt, & qvidem ſine ullâ naturarum exæqvatione. vid. art. 46.

Nota 4. *Triumphus* Chriſti exaltati 1. in inferno. 2. in mundo. 3. in cœlo manifeſtatur 1. per deſcenſum ad inferos. 2. per egreſſum ex ſepulcro. 3. per aſcenſum in cœlos. Ubi & triumphantis Regis ſeſſio, & Judicis reditus ad judicium nobis indicatur.

§. 6. Finis exaltationis Chriſti eſt triumphi poſt partam victoriam perfecta conſummatio, *unde & Chriſti cultus divinus Phil. 2. & noſtra ad cœlum evectio oritur, Eph. 2, 6.*

§. 7. Eventus exaltationis eſt

I. Regimen plenarium, & potentiſſima CHRITI θεανθρώπου omni-

omnipræſentis gubernatio in regno potentiæ, gratiæ, & gloriæ §. 2. vid. artic. 47. 49. 50.

II. *Religioſus Chriſti cultus* in cœlo & in terrâ univerſalis Philip. 2. verſ. 9. 10.

III. *Applicatio* beneficiorum acqviſitorum præſentiſſima. vide articul. 70.

Poriſma. Ergo abſurdum eſt, Dominum exaltatum vocare ſervum vel conſervum noſtrum. vid. §. 2. & Philip. 2. NB. Manuale. p. 1016.

Obſerv. 1. *Actus in ſtatu exaltationis* à Chriſto profecti, omnis qvidem paſſionis expertes ſunt, nihilominus tamen etiam ad ſalutis noſtræ perfectam acqviſitionem pertinent, adeoqve ſunt meritorii & pro nobis præſtiti; vid. art. 55. §. 11. cùm ad victoriam ex paſſione reportatam ſpectent, ſine qvâ nulla nobis contingeret beneficiorum Chriſti applicatio, vid. inf. Art 70. Ideò Paulus dicit, Chriſtum reſurrexiſſe propter juſtitiam noſtram Rom. 4, 25. qvia etiam victoria Chriſti nobis acqviſita per fidem nobis imputatur & applicatur, vid. Eph. 2, 4. Phil. 3, 10. & inf. Art. 67. vid. Feurborn. Faſc. 4. Diſp. 2. Th. 70.

Obſerv. 2. Licet Diaboli & damnati Chriſtum religioſè non adorent, coguntur tamen agnoſcere, ſe Domino huic univerſali ſubjectionem debere.

Obſerv. 3. Exaltatio capitis etiam ad membra pertinet, & futuram eorundem exaltationem confirmat.

§. 8. Terminus exaltationis ratione initii eſt *Salvatoris verè mortui & ſepulti vivificatio, artic. 66. §. 1. qvam præceſſerat univerſæ redemtionis per mortem conſummatio, ejusqve conſeqvens ſepultura;* Duratio *verò æterna eſt interminabilis.*

§. 9. *Pleniorem bujus articuli explicationem cum uſu & autorum Catalogo exhibet Manuale artic. 65. vid. Balduin. in c. 2. Philip. & Geſnerum in Pſalm. 8.*

ARTICULUS LXVI.
De Salvatoris redivivi Deſcenſu ad Inferos.

CHRI-

Digitized by Google

CHRISTUS deſcendit in infimas terræ partes, Epheſ. 4,9. 10. vid. 1. Petr. 3,18.19. & infra §. 1. nota 8. nec non Gerhardi comm. h. l. & præter Geſnerum & Höpſnerum, inprimis Lutherum in Pſal. 16. Cujus verba repetit Manuale artic. 6… p. 1021. Iſtæ negativæ vehementiores ſunt affirmativis, qvia & velocitatem ſimul, & certitudinem includunt. [Unde patet, qvod non derelictio in inferno ſit immunitas ab exinanitione, & ipſa exinanitioni jam finitę oppoſita exaltatio.]

§. I.

DEſcenſus Chriſti ad inferos eſt certiſſimus, *ex 1. Pet. 3, 19. Eph. 4, 9. Hoſe. 13, 14. Coloſſ. 2, 15. Pſal. 16, 10.*

Nota 1. Deſcenſus ad inferos Chriſti triumphatoris redivivi præſupponit *vivificationem* ex 1. Pet. 3, 18. vid. infra Nota 8. NB. qvæ à nonnullis primus exaltationis actus appellatur. Qvæ vivificatio *θεανθρώπῳ* competit ut vero Dei Filio naturaliter, & ut Homini perſonaliter, ex art. 46. Nam princeps vitæ ſe ipſum ſiſtere potuit viventem, *παρέστησεν ἑαυτὸν ζῶντα* Actor. 1, 3. qvi eſt ipſa vita, Johan. 14. & vivificat, qvos vult Johan. 5, 21. adeoqve & ſeipſum. Confer de *ἰδίᾳ δυνάμει* Actor. 3, 12. & ſup. art. 10. Tit. XI.

Nota 2. *Inferi* Latinè appellantur, qvod infra ſunt. vid. Art. 141. Unde Inferiores partes terræ *τὰ κατώτερα μέρη τῆς γῆς* vocat Paulus infernum Eph. 4, 9. reſpectu ſupremorum cœlorum, qvibus opponuntur. Qvæ tamen oppoſitio non eſt phyſica, ſed ſpiritualis; non reſpectu loci, ſed reſpectu ſtatus ac conditionis intelligenda. Confer Devt. 28, 43. Du wirſt herunter ſteigen/und immer unten liegen.

Nota 3. *Deſcenſus* ad inferos alius proprius eſt, alius Metaphoricus, pro variâ ipſius inferni ſignificatione, de qvâ vid. infra Art. 141.

Nota 4. *Deſcenſus* ad inferos Metaphoricus notat vel animi cruciatus, vel exinanitionem, vel ſepulcrum.

Nota 5. *Deſcendere* notat propriè motum localem, qvando verò de Deo dicitur, notat manifeſtationem præſentiæ vel gratiæ, vel juſtitiæ, ſive judicialis, ut Gen. X, 5. 7. c. 18, 21.

Nota 6. Deſcenſus CHRISTI ad inferni Cameras diſtinctas

1. damnatorum, 2. purgatorii, 3. Limbi infantum, & 4. Patrum Scripturæ ignotus eſt.

Nota 7. *Deſcenſus* Chriſti ad inferos notat h. l. non paſſionem pœnæ infernalis, ſive ante, ſive poſt mortem inflictæ; ſed majeſtatis atque præſentiæ divinæ veram & realem manifeſtationem.

Nota 8. Ex qvibus patet, qvod ſtatus controverſiæ, prout illum B. Lyſerus olim Wendelino oppoſuit, & qvæſtio principalis h. l. ſit

I. *Non, an detur aliqvis Chriſti deſcenſus Metaphoricus*, in paſſione ante mortem?

II. *Nec, an poſt mortem ille competat animæ Chriſti?* ita, ut ſola anima vel patiendo, vel etiam triumphando in πῦ damnatorum pervenerit?

III. *Sed, annon detur deſcenſus verus & realis*, qvo Chriſtus θεάνθρωπος finitâ morte, in qva ſecundum modum naturalem corporis in ſepulcro, & animæ in Paradiſo fuerat, iſtis redunitis, & ſic *qvoad Humanitatem vivificatus, in ipſo reſurrectionis momento*, damnatis Spiritibus (tam Angelis, qvàm hominibus) illocaliter & glorioſè præſens, in ipſorum πῦ, *ſuam victoriam, potentiſſimè de morte & inferno triumphando manifeſtaverit?* Qvod affirmatur. Ratio eſt, qvia Chriſtus θανατωθεὶς ſecundum carnem 1. Pet. 3, 18. ζωοποιηθεὶς τῷ πνεύματι, poſt finita παθήματα, oſtendit, δυχήματα, & qvidem πορευθεὶς verè profectus, εἰς φυλακὴν in cuſtodiam & carcerem incredulorum verſ. 20. infernalem, uti patet ex Matth. 5, 25. Apoc. 18, 2. c. 20, 7. & κατοικητήριον diabolorum, Apoc. 18, 2. (etiam ad incredulos homines juſtè damnatos, Marc. 16. Johan. 3.) & per præſentationem majeſtaticam veram & realem verè ipſis præſens fuit; *additâ prædicatione* non tam verbali, qvàm reali & judiciali. Nam κήρυξ & κήρυγμα ſunt vocabula forenſia, qvæ publicam denunciationem & proclamationem, cum aliis circumſtantiis, in actibus theatricis ſolennioribus maximè conſpicuis, & ἐπινίκιον victoris ineffabile includunt.

Nota 9. Penes Chriſtum eſt inferni clavis, & claudendi vis divina Apoc. 1. cum ſalute noſtra conjunctiſſima.

Nota 10. Deſcenſus Chriſti vel reſpicit Chriſti Humanam naturam exaltatam, vel officium Regium, qvando plenè, & cum fructu ſuo conſideratur complexè, qvatenus eſt deſcenſus Regius, triumpha-

Digitized by Google

umphalis & meritorius, adeoqve excellentiſſimum apoteleſma officii Regii.

§. 2. Deſcenſus CHRISTI ad inferos, eſt majeſtaticus exaltationis actus, *qvo CHRISTUS poſt ſepulturam ſuam vivificatus totus qvà corpus & animam ad infernum ſive τȣ̃ damnatorum verè ac realiter deſcendit, infernum evertit, & ſe victorem Diaboli ac inferni reipſa exhibuit.*

Nota: Deſcenſus Chriſti ad inferos eſt Articulus fidei. Ideoqve non Metaphoricè, ſed ſecundum literam intelligendus eſt. Nulla enim prorſus ratio eſt, cur ſolum hunc Articulum Metaphoricè intelligere debeamus, cùm tamen reliqvi omnes in proprio ſuo ſenſu & ſecundum literam intelligendi ſint, in toto ſymbolo Apoſtolico. Qvâ de re agit Theologia Exegetica. Conf. Iſag. Carpz. Symb. Apoſt. & comm. in F. Conc. artic. 9.

§. 3. Subjectum & ſimul principium atqve cauſa efficiens hujus actus *eſt Chriſtus θεάνθρωπος, totus ut principium qvod, & ejus caro vivificata, ut principium qvo, Hebr. 3. verſ. 18. vid. verba Lutheri Tom. 6. Jenenſ. German. f. 78. in Manuali p. 1021.* Ich ſoll gläuben und ſagen/ daß derſelbe Chriſtus/ Gott und Menſch/ in einer Perſon / zur Hölle gefahren / aber nicht darinne blieben iſt/ Pſal. 16. da die Seele den gantzen Menſchen bedeutet / wie Er ſich nennet/ den Heiligen Gottes.

§. 4. Forma hujus deſcenſus eſt Humanitatis Chriſti in inferno ſive τȣ̃ damnatorum præſentatio realis, *judicialis, glorioſa, majeſtatica & triumphatoria.*

Nota: Chriſtus totus animâ & corpore modo ſupernaturali & illocali ad inferos deſcendit.

§. 5. Momentum *ex 1. Pet. 3, 18. patet fuiſſe medium inter ζωοποίησιν & ἀνάστασιν. Qvod intendere videtur ingens ille terræ motus, qvi ſolis ortum Paſchalem anteceſſit, Matth. 28.*

§. 6. Finis hujus deſcenſus eſt certiſſima liberationis noſtræ ex inferno per præſentiam victoris, conſummatio, *Hebr. 2,*

Digitized by Google

Hebr. 2,14. Hoſe. 13,14. Neqvaqvam verò nova paſſio, vel Patrum ex limbo infernali eductio. Hæc enim glorioſiſſima triumphatio & ſpiritibus damnatis debita inſultatio, eſt realis demonſtratio, Chriſtum morte ſuâ mortem & infernum viciſſe Coloſſ. 2, 15. 1. Pet. 3, 19. atqve infallibilis certificatio noſtræ ſalutis, ſimulqve manifeſtatio abſolutæ poteſtatis in vivos & mortuos. vid. Apoc. 1, 18. Rom. 14, 8.

§. 7. Pleniorem hujus articuli exegeſin cum uſu, & autorum catalogo, offert commentarius in Formulam Concordiæ. NB. art. 9. & Manuale art. 66. add. Diſputatio D. Aſſelmanni NB.

ARTICULUS LXVII.

De Chriſti Salvatoris redivivi reſurrectione.

Memento JESUM CHRISTUM reſurrexiſſe ex mortuis 2. Timoth. 2, 8. propter juſtificationem noſtram Rom. 4, 25.

§. 1.

RESurrectio Chriſti eſt certiſſima, *poſtqvam enim vivificatus eſt 1. Pet. 3, 18. uti patet ex artic. 66. §. 1. redivivus ex ſepulcro ſurrexit, & ſe ipſum vivum exhibuit, Actor. 1, 3.*

Nota: Chriſtum reſurrexiſſe à mortuis probat Apoſtolus 1. Cor. 15, 4. ſeq. & qvidem ex diſtinctis apparitionibus, qvæ facta ſunt 1. Petro, 2. undecim Apoſtolis, 3. plus qvàm 500. fratribus, 4. Jacobo, 5. Apoſtolis omnibus, 6. Paulo 1. in converſione, 2. in carcere, 3. in tertio cœlo.

Obſerv. 1. Reſurrectio Chriſti à mortuis magnâ nube teſtium ſtipata eſt, qvi hunc Articulum ut αὐτόπται tam inſignis hiſtoriæ ſatis ſuperqve comprobarunt. Qvorum teſtimoniis, non verò ſtolidæ rationis judicio, fides in tam arduo fidei myſterio adhibenda eſt.

Obſerv. 2. Teſtificatio hæc non reſpicit ipſum reſurrectionis myſterium, ſed ejus hiſtoriam.

Obſerv. 3.

Digitized by Google

Obſerv. 3. *Reſurgere* eſt idem, qvod iterum ſurgere, & *ἀνάστασις* eſt ejus, qvod cecidit, *στάσις*; adeoqve reſurrectio, *πτῶσιν* & caſum præſupponens, eſt qvaſi iterata qvædam ſurrectio & ſtatio. Unde mortuus Salvator *παρέστησεν ἑαυτὸν ζῶντα*, Actor. 1, 3. ita ut ille ipſe reſurgens verè dicere potuerit: Videte manus meas, & pedes meos, *ὅτι αὐτὸς ἐγώ εἰμι*· Qvia ego ipſe ſum, Luc. 24, 39. ante triduum verè crucifixus, mortuus & ſepultus. Confer infra artic. 138. de identitate corporis reſuſcitati, ex Job. 19. & 1. Cor. 15.

Obſerv. 4. Reſurrectio vivificationem præſupponit: ideoqve illam vel includit, vel ab ipſâ reviviſcentiâ diſtingvitur, & notat redivivi corporis ſurrectionem ex ſepulcro, qvam ſeqvitur redivivi manifeſtatio.

Obſerv. 5. *Reſurrectio & reſuſcitatio 1. alia eſt Metaphorica* omnium rerum, qvæ qvotannis fit circa Paſcha, ubi cum Chriſto qvaſi reſurgunt in Vere, qvæ in Hyeme velut mortua erant; 2. *alia animæ à peccatis myſtica*; 3. *alia corporis propriè dicta.*

Obſerv. 6. *Reſurrectio* alia eſt Chriſti capitis, alia membrorum 1. Cor. 15. tam univerſalis, qvam particularis. vid. inf. Art. 138.

Obſerv. 7. Reſurrectio Chriſti conſideratur vel *præcisè*, prout eſt affectio corporis ex ſepulcro redeuntis: vel *complexè*, qvatenus eſt actus Chriſti meritorius, ad officium Theanthropu relatus.

§. 2. Reſurrectio Salvatoris eſt actus exaltationis Chriſti majeſtaticus, *qvo θεάνθρωπος glorificato corpore vivus ex clauſo ſepulcro ad Patris gloriam & noſtram juſtitiam tertiâ die rediit, ex Rom. VI. & 1. Cor. XV. ſimulqve eo ipſo verum Meſſiam, Satanæ victorem, noſtrumqve Redemtorem ſe oſtendit & opus ſalutis noſtræ conſummavit. NB. vid.* §. 5.

§. 3. Efficiens Reſurrectionis Chriſti eſt DEUS incarnatus, *cum Patre & Spiritu Sancto.*

Nota 1. Reſurrectio CHRISTI tribuitur

I. *Patri*, qvia opera Trinitatis ad extra ſunt indiviſa.

II. *Filio*, ob poteſtatis cum æterno Patre identitatem.

III. *Carni Chriſti*, propter communicatam vivificandi poteſtatem ex unione perſonali reſultantem: Cùm enim vim & *ἐνέργειαν* illam

Digitized by Google

in aliis à morte reſuſcitandis uſurpaverit, & in extremo die uſurpaturus ſit Joh. 5. multò magis eandem in hoc tam præclaro reſurrectionis ſuæ opere, in qvo vel imprimis illa communicata divina Majeſtas declaranda fuit, exeruit. vid. ſup. Art. 64. §. 1. & art. 46.

Canon 1. *Principium reſuſcitans* eſt potentia verè & merè divina, Rom. 1, 4. etiam Humanitati communicata, Coloſſ. 2, 9. univerſæ majeſtatis divinæ habitaculo : ita, ut & caro ipſa ſit vivifica, Johan. 6. vid. infra §. 5.

Canon 2. Chriſtus *θεάνθρωπος per eandem Patri, Filio & Spiritui S. communem potentiam divinam*, corpus animæ redunitum & glorificatum ex ſepulcro potentiſſimè eduxit, Rom. 1, 4.

Nota 2. *Reſurrectio Chriſti eſt opus divinum*, qvo ipſe verus Deus declaratus eſt Rom. I, 4. & *ἑαυτὸν παρέστησε ζῶντα* Act. I, 3.

Nota 3. Chriſtus reſurrexit per gloriam Patris, non ut indicetur aliena virtus, ſed origo poteſtatis.

Nota 4. Chriſtus vitæ Princeps, & ipſa vita NB. artic. 10. Tit. X. propriâ virtute reſurrexit à mortuis, qvia verus Deus & immortalis eſt, 1. Timoth. 6.

Nota 5. Humana Chriſti natura virtute non propriâ & naturali, ſed communicatâ perſonali reſurrexit à mortuis, virtute nimirùm divinâ, qvæ ad omnem illam poteſtatem pertinet in cœlo, & in terrâ, Matt. 28. vid. Joh. X, 18. habet enim *ἐξουσίαν* ſive poteſtatem ponendi & ſumendi vitam, qvia habet actum perſonalem communicatum, velut organum *λόγου* conjunctiſſimum & inſeparabile, vid. ſup. Artic. 46.

Nota 6. *Omnipotentiæ* Chriſti non derogat, qvòd Deus ipſum reſuſcitaſſe dicitur. Nam Deus reſuſcitans Chriſtum non eſt alius, qvàm Deus vitæ, Pſal. 42. Filius Dei vivi Matt. 16. & Spiritus S. vivificans. Unde Chriſtus, qvi propria virtute reſurrexit, à Deo reſuſcitatus dicitur, ratione 1. principii, 2. conſilii divini. Et nihilominus (etiamſi & alii ante Chriſtum reſurrexerint) ipſe ſolus primitiæ dormientium dicitur, & primogenitus ex mortuis, ſeipſum divinâ virtute excitans. Qvamobrem & Chriſtus primas tenet in omnibus, in exiſtendo, conſervando, gubernando & reſurgendo meritoriè, atqve ſeipſum vivificando.

§. 4. Subjectum reſurgens eſt Chriſtus *qvoad corpus idem*

idem numero, Luc. 24, 39. videte Ich bins ſelbſt. *vid. ſup. §.1. obſerv. 4. adeoqve ſubjectum qvod eſt θεάνθρωπος. Subjectum qvo corpus animæ redunitum & novis qvalitatibus donatum, Phil. 3, 21. vid. artic. 139.*

§. 5. Forma reſurrectionis Chriſti eſt egreſſio ex ſepulcro, veriſſima atqve potentiſſima *Rom. 1, 4. vide Matt. 28, 2. 6. ubi Angelica lapidis devolutio non ad reſurrectionis formalem deſcriptionem, ſed ad reſuſcitationis jam factæ demonſtrationem pertinet. Num enim ſine miniſterio Angelico, etiam nondum remoto lapide, corpus glorificatum ex ſepulcro reducere non potuiſſet, qvi Angelorum Dominus eſt, & ab Angelis omnibus adoratur? Hebr. 1.*

Canon: Forma reſurrectionis eſt Victoris de ipſa morte triumphantis, in Humanitatis glorioſâ ex morte reſtitutione, & corporis ex ſepulcro eductione divina operatio.

Nota 1. *Corpus Chriſti reſurgentis eſt glorificatum,* habens non ſolùm gloriam ex unione perſonali ſingularem, verùm etiam cum aliis reſuſcitatorum corporibus ex reſurrectione communem. vid. artic. 139. Unde *Corpus Chriſti reſuſcitati* inprimis habet 1. impaſſibilitatem, 2. claritatem, 3. agilitatem, 4. ſubtilitatem. *Ad impaſſibilitatem* pertinet immortalitas; *ad claritatem* pulchritudo; *ad agilitatem* immobilitas; *ad ſubtilitatem* ſpiritualitas. Ex ſpiritualitate verò ſeqvitur 1. penetratio dimenſionum, 2. inviſibilitas, 3. illocalitas.

Nota 2. Chriſtus in reſurrectione corpore ſuo glorificato per lapidem ſepulchri tranſire non ſolùm potuit, ſed etiam tranſiiſſe colligitur ex Matt. 28, 2. (neqve enim Angelico auxilio indigebat Princeps vitæ, cui omnis poteſtas data erat Matt. 28.) Qvemadmodum & foribus clauſis, non verò ſponte patentibus, ad diſcipulos ingreſſus fuit, Johan. 20. vid. Gerhardi Harm. reſurr. Chriſti.

Nota 3. Corpus Chriſti glorificatum, eſt qvidem in ſe viſibile, ita ut videri poſſit à glorificatis, actu autem à non glorificatis non videtur, niſi Dominus diſpenſaverit, cùm nulla ſit inter corpus glorioſum & oculum mortalem proportio. Confer Luc. 24.

Nota 4. Corpus Chriſti glorificatum non loco, ſed τῷ extrinſecus circumſcribitur, vid. ſup. Art. 50.

Nota 5. Chriſtus reſurgens vulnerum cicatrices in ſuo corpore retinuit Johan. 20. non ex neceſſitate, ſed ex diſpenſatione ob 1. diſcipulorum confirmationem, 2. amoris pignus, & 3. hoſtium terrorem.

Nota 6. Salvator in noviſſimo ſuo Adventu humilia corpora noſtra reformabit, ut ſimilia & conformia fiant corpori ſuo glorioſo reſurgenti, & jam ad dextram majeſtatis ſedenti Philip. 3. qvâ de re agit articulus 139.

§. 6. Finis reſurrectionis eſt Patris gloria, & noſtra juſtitia, *atqve victoria plenariè reportatæ certificatio, & beneficiorum morte Chriſti partorum applicatio. Unde & reſurrectionis ad vitam acqviſitio & noſtra ex morte ad vitam æternam traductio patet, qvæ ex divina intentione neminem excludit. Confer infra Artic. 138.* Fructus *verò conſeqvens eſt univerſalis Evangelii prædicatio, Luc. 24.*

Obſerv. 1. Reſurrectio Chriſti eſt publicum Triumphi à morte & Diabolo reportati teſtimonium, & fidei juſtificantis qvaſi complementum, & fundamentum, Rom. 4, 25. & ſpei noſtræ firmamentum, ideoqve perpetuò recolenda, 2. Tim. 2, 8. Unde fluit 1. reſurrectio à peccato myſtica, Rom. 6. 2. reſurrectio beata ad gloriam æternam. vid. artic. 138. imò & 3. Theſauri incomparabilis gazophylacium contra omnes hujus vitæ miſerias, 1. Cor. 15, 17. aliàs enim Chriſtiani eſſent ἐλεεινότεροι πάντων verſ. 19. die elendeſten unter allen Menſchen/ (ἔλεος, miſericordia, & menſa coqvinaria, unde dantur eleemoſynæ.)

§. 7. Tempus *reſurrectionis eſt dies tertius Matt. 12, 40. juxta typum Propheticum.*

§. 8. *Pleniorem hujus articuli explicationem, cum autorum catalogo, & uſu ampliſſimo præter Manuale articulo 67. exhibet Gerhardus Tom. 2. Diſp. p. 1586. ejusq; Harm. Evang. reſurrectionis.*

ARTICULUS LXIIX.
De Aſcenſu CHRISTI ad Cœlos.

CHRI-

Digitized by

CHRISTUS aſcendit ſupra omnes cœlos, ut omnia impleret Epheſ. IV, 10. vid. Pſal. 47, 6. & 68, 18. Marc. XVI. Actor. I.

§. I.

Aſcenſio Chriſti ad cœlos eſt certiſſima. *Ex Harmonia Aſcenſionis Evangelica. vid. Harmon. Gerhardi.*

Canon: Utraqve vox, tam aſcenſionis, qvàm cœli accuratam explicationem reqvirit.

Aſſertio I. *Aſcenſio propriè dicta eſt ex loco inferiori ad ſuperiorem pergentis elevatio.*

Nota 1. *Aſcenſio* dicitur ab aſcendendo, qvæ partim ex oppoſiti Deſcenſus ad inferos Artic. 66. partim ex Artic. 142. conſpicitur.

Nota 2. Qvando aſcenſio Chriſti vocatur *aſcenſus in altum*, εἰς ὕψος, tunc deſcribitur aſcenſus Chriſti verus & hiſtoricus, non verò aſcenſionis terminus.

Nota 3. Aſcenſio Chriſti vel notat actum, vel connotat aſcenſionis eventum, qvi eſt ſeſſio ad dextram Patris.

Nota 4. *Vox aſcenſionis variè accipitur.* Qvia tribuitur

1. *Homini* locum mutanti, ut Eliæ 2. Reg. 2. verſ. 11. (& navibus Pſalm. 107, 26.)

2. *DEO*, & notat revelationis ceſſationem Gen. 17, 22. c. 35, 13. Ezech. 9, 3. qvemadmodum deſcenſus Dei notat præſentiæ divinæ manifeſtationem Gen. XI, 7. c. 19, 18. Pſal. 18, 10.

3. *CHRISTO* θεανθρώπῳ, & notat non ſolùm præcedentem viſibilem aſcenſionem in cœlum beatorum, verùm etiam connotat conſeqventem infinitæ majeſtatis uſum & exercitium plenarium & perpetuum, ſive ſeſſionem ad dextram Dei. Confer Marc. 16. Actor. 2, 34. Pſalm. 68, 19.

Nota 5. *Aſcenſio in cœlum datur varia.* Qvia datur aſcenſio in cœlum

I. alia *Metaphorica*, imaginaria; alia vera, de qva h. l.

II. Aſcenſio Chriſti reſpicit vel Hiſtoriam, ſic fuit vera in altum elevatio; vel terminum, qvi non eſt locus, ſed gloria æterna.

III. Aſcenſio in cœlum alio modo competit ſanctis Chriſti membris, Enocho & Eliæ, alio verò CHRISTO ſanctorum capiti & Domino.

Digitized by Google

IV. Aſcenſio Sanctorum ab aſcenſione Chriſti in cœlos differt non ſolùm 1. ratione principii Theanthropici ſingulariſſimi, ſed etiam 2. ratione receptionis à nube Actor 1. & 3. translationis modo. 4. ratione termini & glorioſæ ſedis majeſtaticæ ad dextram Dei. 5. ratione finis. 6. ratione eventus, qvi eſt cœli reſeratio. 7. ratione fructus, qvi eſt noſtra ad gloriam translatio.

Aſſertio II. *Vox cœli varias ſignificationes admittit.* Qvia notat

I. *impropriè* Deum Matt. 21, 25. ſic Baptiſmus Johannis erat de cœlo; & Angelos Job. 15, 15. cœli incolas.

II. *propriè* 1. cœlum naturæ, tùm aëreum Matt. 6, 26. tùm ſidereum Gen. 1, 18. 2. cœlum gratiæ Matth. 20, 1. 3. cœlum Gloriæ Matth. 6, 9. vid. & inf. Art. 142. Adeoqve Cœlum dicitur 1. aër, 2. firmamentum. 3. ſedes beatorum, 4. thronus Dei, vid. Pſal. 123, 1. Eſa. 66, 1. 1. Tim. 6, 16.

Nota 1. *Thronus Chriſti* ſanctis promiſſus, à throno Dei, qvi ſoli Chriſto ad dextram Patris ſedenti competit, diſtinctus eſt.

Nota 2. *Cœlum viſibile* non eſt thronus Dei proprius & majeſtaticus, ſed metaphoricus.

Nota 3. *Cœlum h. l. non eſt locus* ſublimis ſupra ſphæras omnes cœleſtes, extra hunc mundum viſibilis & creatus, ſed eſt ſedes majeſtatis divinæ, qvæ aliàs regnum cœlorum appellatur. Adeoqve Cœlum Chriſti non creatum & tranſitorium eſt, ſed æternum; Et cœlum illud, in qvod Chriſtus aſcendit, & ubi ad dextram Patris ſedet & regnat, neqvaqvam ratione loci, ſed ratione majeſtatis cœleſtis deſcribendum eſt.

Nota 4. *Aſcenſio Chriſti* dicitur etiam cœlorum penetratio, triumphus ex Pſal. 68. & cœli occupatio Actor. 3, 21. præcedente honorificâ nubis exceptione Actor. I, 9. Penetrare autem cœlos non eſt tranſire cœlorum machinam, ſed idem eſt ac ingredi in gloriam.

Aſſertio III. *Aſcenſio ad cœlos tam actum, qvàm eventum aſcenſionis reſpicit.*

Ratio eſt, qvia conſideratur *vel præcisè*, qvatenus ad Humanitatem, & ad corpus elevatum refertur: *vel complexè*, & completè, qvatenus 1. ſeſſionem ad dextram includit, & 2. actum regium, triumphalem atqve meritorium denotat.

Ex

Ex qvibus patet, qvod ſtatus controverſiæ, prout eundem B. Lyſerus Wendelino oppoſuit, hoc loco ſit I. *Non de aſcenſione latè ſic dicta*, qvæ etiam exaltationem ad dextram DEI continet; Sed II. *De aſcenſione ſtrictè ſic appellatâ*, & qvatenus ab exaltatione diſtincta eſt. Sic enim III. *Aſcenſio Chriſti* illa dicitur, qvando θεάνθρωπος ſecundum Humanam naturam, per motum localem & viſibilem, ratione initii & termini à qvo, illocaliter & inviſibiliter, ratione termini ad qvem, per modum corporis glorificati venit in πȣ̃ beatorum, à πȣ̃ damnatorum diſtinctum, nobis incognitum, ut ad dextram Patris conſideret. vid. Marci 16. & Actor. I.

§. 2. Aſcenſio Chriſti ad cœlos deſcribitur 1. Complete. 2. præciſè. I. Completè eſt actus exaltationis majeſtaſtaticus, & Chriſti θεανθρώπȣ triumphus glorioſiſſimus, qvo non ſolùm corpore ſuo verè in altum fuit elevatus, verùm etiam in gloriam ſuam intravit, *ſimul captivam ducens captivitatem, & omnes hoſtes noſtros ſpirituales, dum libertatis priſtinæ reparationem auguſtiſſimo ſuo aſcenſu tanqvam victor rediens in regnum gloriæ ſuæ declaravit, unde & communicatio donorum erga homines largiſſima, & in Eccleſiâ maximè conſpicua ſecuta eſt, ex Epheſ. IV. & Hebr. 2. & Pſal. 68.*

II. *Aſcenſio Chriſti præciſè ſpectata eſt actus*, qvo θεάνθρωπος juxta carnem ad dextram majeſtatis evehendus, ex monte oliveti viſibiliter in altum ſublatus, & cœlis aſpectabilibus penetratis, ipſum πȣ̃ beatorum glorioſè ingreſſus eſt, ut ad dextram Patris ſedens, nobis clauſum paradiſum reſeraret, & permanentem in cœlo habitationem pararet, Johan. 14.

§. 3. Efficiens eſt Chriſtus θεάνθρωπος, *ejusqve divina majeſtas, virtus & potentia. Qvæ eſt hujus elevationis principium, virtus ſcilicet divina etiam carni communicata.*

§. 4. Perſona aſcendens eſt Chriſtus, *& qvidem ſecundùm Humanam Naturam aſſumtam. vide præcedentem §. 1.*

§. 5. Forma *aſcenſionis præciſè ſpectata eſt corporis Chriſti glorificati viſibilis in cœlum elevatio, non phyſica, ſed ſingulariſſima, triumpho conſummato debita.*

Ubi

Ubi *Terminus* I. *A qvo*, eſt mons Oliveti Actor. I. verſ. 2. 12. Luc. 24. verſ. 50.

II. *Per qvem*, eſt cœlum tum aëreum, ubi occurrit ſuſceptio per nubem facta, Act. 1, 9. tum ſidereum, Hebr. 4, 14. c. 7, 26.

III. *Ad qvem* eſt πȣ̃ beatorum Luc. 23, 43. ſine motu phyſico nobis non viſum 1. Cor. 2. à dextra Dei diſtinctum, qvod nec locale eſt, nec localem tranſitum vel ingreſſum admittit: nec localem adventum ad Patrem ponit, Johan. 14, 16. Qvia Salvator non modò aſcendit, ſed etiam omnes cœlos tranſcendit, Eph. 4, 10. ὑπεράνω πάντων ὀυρανῶν, & cœlos penetravit Hebr. 4, 14. qvibus ſublimior factus eſt c. 7, 26. dum gloriam intravit Luc. 24, 26.

Poriſma. Ergò præpoſtera eſt hujus cœli determinatio phyſica. vid. *Minutius Felix* in Octavio, ubi ait: Indulgentes in ſano atqve inepto labori, ultra humilitatis noſtræ terminos evagamur, *& cœlum ipſum audaci cupiditate tranſcendimus.*

Nec obſtat 1. reditus ad judicium, qvi non localis erit, ſed majeſtaticus. vid. art. 137.

Nec 2. Chriſti præſentia, vid. art. 50. 3. neqve apparitio Act. 7, 56. vera & promiſſioni congrua Matt. 28.

§. 6. Finis aſcenſionis Chriſti eſt impletio omnium *Eph. 4.* & noſtra in cœlos receptio. *Ipſe enim ſolus Paradiſum nobis reſeravit Apoc. 3, 7. & habitationem cœleſtem paravit, Johan. 14. verſ. 2.*

Nota: Impletio omnium intelligitur h. l. non Prophetiarum aut donorum in Eccleſiâ, ſed locorum. Qvæ Chriſto θεανθρώπῳ non tribuitur corporalis, craſſa & αἰσθητὴς, ſed glorioſa, divina & majeſtatica. Solus enim Deus præſentiâ divinâ replet cœlum & terram, Jer. 23. vid. ſup. art. 10. Tit. 39. & art. 50.

§. 7. Fructus Aſcenſionis CHRISTI eſt

1. Captivitatis captivatio Epheſ. IV.
2. Donorum erga homines largiſſima communicatio Pſalm. 68. Confer ſup. de Interceſſione Chriſti Art. 56. qvæ in Eccleſiâ maximè conſpicua eſt.
3. Evangelii inter gentes prædicatio, Luc. XXIV.

4. Cœli

Digitized by Google

4. Cœli reſeratio. Confer Geneſ. 3, 25. Stolidiſſima enim eſt *Michaelis Benzli* collectio: Si Chriſtus pro nobis aſcendit. Ergò non aſcendent Lutherani, ſed cœlo excludendi erunt. Weil Chriſtus alles vor ſie gethan hat. Imo ideo aſcendent credentes, qvi perfectiſſimam capitis ſatisfactionem credunt, art. 55. §. 16. qvia ipſe nobis locum paravit, ut ſeqvatur & noſtra in gloriam aſſumtio, Johan. 14. verſ. 2. & c. 17. ut & nos cum capite noſtro glorificato præſentiſſimè uniti vivamus in æternum.

§. 8. Conſeqvens *aſcenſionis eſt Chriſti ad dextram Patris ſeſſio artic. 69.*

§. 9. *Pleniorem hujus articuli exegeſin, cum uſu ampliſſimo, atqve autorum Catalogo, offert Manuale artic. 68. & Gerhardi Harmonia Hiſtoriæ aſcenſionis.*

ARTICULUS LXIX.
De Seſſione CHRISTI ad Dextram Patris.

Dominus in cœlum receptus conſedit à dextris DEI Marc. XVI, 19. vid. Eph. I, 20. Hebr. 8.

§. I.

SEſſio CHRISTI ad dextram Patris eſt certiſſimum aſcenſionis conſeqvens.

Nota 1. *Sedere* h. l. attenditur non humanum, ſed divinum, qvod infinitum importat Dominium, Eph. 1, 20.

Nota 2. *Dextra* h. l. Metaphoricè intelligenda eſt θεοπρεπῶς, qvæ à τῶ beatorum eſt diſtinctiſſima, adeoqve nullo loco definienda, ſed eſt Dei robur & potentia infinita, Pſal. 77.

§. 2. Vocabula tam ſeſſionis, qvam dextræ, ut & ipſa phraſis ſeſſionis ad dextram, varias ſignificationes admittunt. *Nam*

I. *Sedere tam corporis diſpoſitionem* Gen. 18,1. *qvàm regni adminiſtrationem reſpicit.* Sic Imperator regnans ſedere dicitur. vid. Pſal. 29, 10. Confer Apoc. 17,1. 2. Theſſ. 2,4.

Nota 1. *Sedere & regnare* non ſimpliciter ſunt unum & idem. Ratio eſt, qvia ſedere reſpicit Regis majeſtatem & officium, regnare verò exercitium. Qvamobrem & Deus Pater, Filius & Spiritus Sanctus ſedet Pſal. 29,10. regnat, & imperium in creaturas omnes exercet; ſolus verò Chriſtus θεάνθρωπος ad dextram Patris ſedet Pſal. 110, 1.

Nota 2. *Sedere in cœlis* non reſpicit locum, ſed notat infinitam Dei majeſtatem. vid. Pſal. 115, 3.

II. *Dextra diſtinctas ſignificationes habet.*

Ratio eſt, qvia latus dextrum & perfectius eſt & prius, qvàm ſiniſtrum. Definitur enim dextrum movendi principio, ſiniſtrum fine, uti notat Franc. Valleſius de Sacra Philoſophia p. 42. Dextra verò Deo tribuitur ἀνθρωποπαθῶς. Confer Luc. 24, 39. Qvia infinita infiniti Spiritus majeſtas omnem corporeum reſpectum excludit. Imò & Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus eſt unus verus Deus, cujus majeſtas & potentia infinita per dextram Dei innuitur. vide ſupra art. 10. Tit. 42. & 38. Unde & dextra virtutis Luc. 22,69. majeſtatis Hebr. 1, 3. omnia mutare potens Pſal. 77. & ubiqve præſens vocatur, Pſal. 139.

Poriſma. Ergo dextra Dei I. non eſt membrum aliqvod corporeum in Deo, qvi eſt Spiritus Johan. 4, 24. in qvo neqve dextrum neq; ſiniſtrum eſt.

II. Neqve eſt locus ſupernus aut creatus, phyſicus & finitus.

III. Neqve eſt potentia Divina potentiâ Patris inferior, aut à Deo proxima vel ſecunda.

IV. Neqve eſt beatitudo tantùm æterna, qvam Chriſtus cum Sanctis & Angelis habet communem, vid. Apoc. 3,21.

III. *Phraſis, ſedere ad dextram, à cognatis phraſibus, ſtare & eſſe ad dextram, accuratè diſtingvenda eſt.*

Nam I. *Eſſe à dextris,* notat aſſiſtentiam Pſal. 16.

II. *Sedere ad dextram* eſt regnare, Pſal. 110, 1. qvod à ſeſſione humanâ ad dextram eſt diſtinctiſſimum. vide 1. Reg. 2. de Matre Salomonis.

III. Unde patet *ſtatus controverſiæ*, qvem B. Lyſerus contra Wen-

Wendelinum hoc modo formavit: Qvæſtio eſt, An Chriſtus, qvi ſecundum divinam naturam eandem cum Patre & Spiritu S. dextram habet, & eſt dextra Patris, ὑποστατικῶς accepta, poſt reſurrectionem ad dextram Patris, vel ſecundum divinam naturam, cujus præſtantia in tempore mutari neqvit: vel ſecundum utramqve naturam, qvod abſurdum: *vel ſecundum Humanam naturam conſederit*? Et qvidem ita, ut acceperit ipſa in tempore, & finita exiſtens, *dominium*, non aliqvod temporum, vel locorum finibus (qvod dextra Dei non admittit) *circumſcriptum: nec medium*, qvod inter finitum & infinitum non datur: *ſed verè divinum*, ſuper omnia creata, etiam loca & tempora, per præſentem potentiam, gratiam, & gloriam, ſine ullâ adhærente infirmitate, liberè exercendam?

§. 3. Seſſio CHRISTI ad dextram Patris, eſt actus exaltationis majeſtaticus, ejusqve gradus ſublimiſſimus, ſive ſolennis & divina in regnum Chriſti inauguratio, *ubi depoſitâ exinanitione Chriſtus ſecundùm Humanam naturam excelſior cœlis & Deo Patri factus σύνθρονος, & in plenam atqve manifeſtam uſurpationem potentiæ dextræ DEI & dominii ſuper omnia evectus eſt, ex Eph. 1. Hebr. 8.*

Nota 1. *Sedere* h. l. eſt regnare, ex infallibili Spiritus S. explicatione: vid. 1. Cor. 15, 21. Hebr. 12, 2. Apoc. 3, 21. c. 7, 17.

2. *Regimen* hoc divinum eſt 1. univerſale ſuper res ſimpliciter omnes in cœlo & in terrâ. 2. ſpirituale ſuper Eccleſiam; adeoqve ad univerſum regnum potentiæ, gratiæ, & gloriæ extenditur.

§. 4. Efficiens eſt ipſe DEI Filius incarnatus, *cum Patre æterno, & Spiritu Sancto, 1. Johan. 5, 7.*

§. 5. Subjectum eſt CHRISTUS θεάνθρωπος ſecundùm Humanam naturam conſideratus. *vid. §. 2.*

Nota: Chriſto non reſpectu officii ſeſſio ad dextram Patris tribui poteſt, ſed reſpectu carnis exaltatæ, ex art. 65.

Ratio eſt, qvia conſideratio officii non tollit conſiderationem naturarum aut proprietatum, ſecundum qvam hæc ſeſſio Chriſto competat. vide ſupra articul. 46. Sedere autem ad dextram DEI pro-

priè loqvendo non pertinet ad CHRISTI officium, ſed ad exaltationis ſtatum.

§. 6. Forma reſpicit plenarium divinæ majeſtatis exercitium *per carnem, univerſale & perpetuum tam in regno potentiæ, qvàm in regno gratiæ & gloriæ, imprimis verò gubernationem Eccleſiæ per modum capitis.* *Adeoqve* forma hujus ſeſſionis conſiſtit in plenario *ac inceſſante divinæ atqve infinitæ virtutis, in primo conceptionis momemto, qvoad poſſeſſionem communicatæ,* exercitio, *& in regno potentiæ, gratiæ & gloriæ, potenter, gratioſè & glorioſè ſe exerente Dominio perpetuo.* Cujus terminus à qvo *eſt aſcenſio Matth. 26, 64. Marc. 16, 19. Luc. 22, 69. Eph. 1, 20. Hebr. 1, 3.* Terminus verò ad qvem, *eſt ipſa æternitas 2. Sam. 7, 12. Dan. 7, 14. Luc. 1, 33.*

Poriſma. Ergo θεάνθρωπος ſedens ad dextram Patris ſecundum aſſumtam Humanitatem, virtute verè divinâ ac infinitâ, in primo unionis perſonalis momento carni aſſumtæ realiter communicatâ, ſuper omnes creaturas & opera dextræ divinæ, in regno potentiæ, gratiæ & gloriæ, majeſtaticè regnat, imperio plenario, inceſſante, & nunqvam interrumpendo, ad Nominis ſui gloriam & Eccleſiæ ſalutem.

Obſerv. 1. *In ſeſſione* Chriſti ad dextam Patris duo concurrunt: 1. exaltatio, 2. officium. Hoc toti Perſonæ commune eſt; Illa verò nullatenus, ſed ſoli Humanitati competit. vid. præc. §. 2.

Obſerv. 2. *Gloriam divinam* caro Chriſti non demum in ſeſſione ad dextram Patris conſecuta eſt, ſed jam pridem in primâ unione cum λόγῳ habuit; per ſeſſionem verò illam ad plenariam ejus uſurpationem evecta fuit, uti patet ex præced. art. 65.

Obſerv. 3. *Dignitas* hæc non conſiſtit in uſurpatione donorum finitorum, ſed ipſius divinæ majeſtatis & potentiæ.

Obſerv. 4. *Chriſtus Homo* nunc omnia perfectiſſimè novit, potentiſſimè præſentiſſimeqve regit & gubernat, ac proinde ab omnibus, ut omnium creaturarum Dominus factus, religioſa invocatione colitur ac adoratur, Philip. 2. vid. ſup. Art. 47. 48. 49. 50. 51.

Nam I. *Secundum qvam naturam Chriſtus ad dextram DEI ſedet, ſecundum illam eſt omnipræſens.* At ſecundum Humanam naturam,

Pſal. 110,

Pſal.110,1. vid. ſupra Artic. 47. Ergo ſecundum Humanam Naturam eſt omnipræſens. De qvo argumento contra Wendelinum formato, ejusqve defenſione & hujus refutatione agit Theol. Polemica Tract. 4. de proceſſu diſputandi, de officio Reſpondentis Titulo2. NB. Confer ſupra §. 2. ſtatum controverſiæ.

II. *Secundum qvam naturam Chriſtus omnia ſibi ſubjecta habet, & dominio divino omnes creaturas gubernat , ſecundum illam eſt omnipræſens.* At ſecundum humanam naturam, & qvatenus habet manus & pedes Pſal.8,6. Apoc. 4,10. omnia ſibi ſubjecta habet. Ergo ſecundum Humanam Naturam eſt omnipræſens.

Ratio eſt, qvia ſeſſio ad dextram Patris omnium locorum διαςήματα excludit, & dominium Majeſtaticum ac divinum includit.

Poriſma. Ergo neqvaqvam mutata fuit Humanæ naturæ eſſentia finita, creata & corporea, licet dextra Dei, ad qvam conſedit, ſit infinita, increata & incorporea: cùm dextra Dei à ſeſſione ad dextram Dei ſit diſtinctiſſima, & gloria veritatem carnis non interficiat, ſed perficiat, non tollat, ſed extollat.

III. *Secundum qvam naturam Chriſtus divinum dominium ſuper omnia creata loca etiam, absqve ullâ infirmitate , per divinam potentiam præſenter exercet , ſecundum illam naturam qvoqve eſt omnipræſens.* At ſecundum qvam naturam Chriſtus ad dextram Patris poſt reſurrectionem conſedit, ſecundum illam exerit tale dominium. Ergò ſecundum illam eſt omnipræſens. *Major* patet ex definitione omnipræſentiæ divinæ. vid. art.10. Tit. 39. & art. 50. *Minor* verò certa eſt ex definitione ſeſſionis ad dextram Patris. vid. ſup. §.2. & 3. Unde vana eſt reſponſio Johannis Combachii, qvi lib.2. Metaph.c.1.p.536. (edit. Francofurt. An.1630.) Argumentum hoc ita formandum eſſe putat: Qvicunqve ſedet ad dextram Dei, in qvantum Homo, ſive, ſecundum Humanitatem, ille eſt ubiqve; Et addit: Majorem petere principium. Ratio hujus nullitatis eſt 1. qvia ſeſſio Dei ex naturâ ſuâ, adeoqve ſine vitioſâ principii petitione , infert omnipræſens dominium. 2. qvia hæc ſeſſio ſolùm Chriſto incarnato ſecundum Humanam naturam competit. vid. §.2.

§. 7. Finis hujus ſeſſionis eſt 1. DEI gloria & majeſtatis Chriſti exaltati apud omnes creaturas agnitio, ac con-

Digitized by Google

ſeqvens cultus, *Philip. 2, 10.* 2. Eccleſiæ ſalus. 3. gratioſus capitis influxus in membra *Epheſ. 5, 23.* 4. regimen atqve defenſio ab hoſtibus *Pſal. 2, 9.* 5. interceſſio pro nobis, *Rom. 8, 34.* 6. plenaria liberatio *Pſal. 110, 1.* atqve 7. ſeſſio in throno Chriſti *Apoc. 3, 21. Eph. 2, 6.* Fructus verò hujus ſeſſionis eſt Spiritus Sancti effuſio, *Actor. 2.*

Obſerv. 1. Summum eſt nobis ſolatium, qvòd caro noſtra ad tantum majeſtatis faſtigium evecta res noſtras gubernat, preces exaudit, & in medio inimicorum noſtrorum dominatur. Qvia inde habemus fiduciam accedendi Chriſtum in neceſſitatibus cum confidentiâ, cum ſciamus, Chriſtum etiam, qvâ frater noſter eſt, ejus eſſe Majeſtatis ac potentiæ, ut opitulari nobis poſſit in omnibus infirmitatibus noſtris, qvi verè poteſt *μετριοπαθεῖν* Hebr. 5. ſufficienter, & qvantum ſatis eſt. Ita, ut *μέτρον* paſſionis & compaſſionis, cujus fructus eſt liberatio, ſit exactiſſimum, tam ratione deſideratæ qvalitatis, qvàm qvantitatis, reſpectu affectus & effectus.

Obſerv. 2. Exaltatio capitis etiam ad membra pertinet, & futuram eorundem exaltationem confirmat. vide Chryſoſtomus in cap. 1. Ep. Hebr.

§. 8. Conſeqvens *hujus ſeſſionis eſt tùm univerſale dominium NB. ſupra artic. 49. & 50. vid. Marc. 16, 19. Dominus conſedit à dextris Dei. Illi verò Apoſtoli egreſſi*, prædicaverunt ubiqve, *πανταχοῦ*, an allen Orten / Domino cooperante, *& ſermonem confirmante per ſigna ſubſeqventia. vid. 1. Cor. 15, 2. tùm reditus ad judicium univerſale Majeſtaticus. vid. infra Art. 137.*

§. 9. *Pleniorem hujus articuli exegeſin, cum uſu ampliſſimo, atqve autorum Catalogo, exhibet Manuale artic. 69. Inprimis verò Geſnerus, & Glaſſius in Pſalmum 110. & Gerhardi Harmonia Aſcenſionis.*

Articulus LXX.

De Reparatione & Salutis per Chriſtum acqviſitæ oblatione & applicatione.

Per

Digitized by

Per Media Divinitus ordinata Verbum & Sacramenta in Genere.

Agnitione ſui juſtificabit ipſe multos Eſa.53,11. Confer Johan.1,12. c.3,16. & Chemnicii Harmoniam h. l.

§. 1.

ACqviſitionem ſalutis ſeqvitur applicatio. *Nam poſt ſtaſtum miſeriæ humanæ ex Artic. 29. cum malo tam culpæ art.31. qvàm pœnæ conſiderato Artic. 36. unà cum ſufficientiſſimo in ſtatu reſtaurationis à DEO conſtituto & ordinato remedio Artic. 37. & poſt ſalutis per CHRISTI meritum acqviſitionem univerſalem, Artic. 38. ſeqq. reſtat, ut oſtendatur ejusdem remedii tam omnibus oblatio, qvàm credentibus applicatio per Verbum & Sacramenta.* Die Gnadenreiche Zueignung durch den Glauben. *Qvæ ipſa ſunt* media DEI offerentis exhibitiva, *per qvæ in nobis operatur fidem, unicum illud organum apprehenſivum, qvo credens oblatam ſalutem ſibi individualiter appropriatam virtute divinâ accipit, tenet, & retinet, ut perſeverans æternum ſalvus maneat. Qvâ ratione Theologia in ſubjecto ſuo Homine, de qvo Artic. 27. finem & ſcopum ſuum ſalutem incboatam & conſummatam gratiæ & gloriæ aſſeqvitur Art. 131. vid. ſup. Artic. 52. qvæ omnia aliàs unicâ voce ſalutis continentur: De qva infra Artic. 131. agendum erit.*

Canon: Columna ſalutis unica eſt Dei gratia, qvæ affectum paternum nobis exhibet in Filii donatione: & fraternum, in meritoriâ ſalutis acqviſitione: atqve paracleticum, in reductione ad Deum & gratiæ applicatione, qvam Spiritus S. vocatio, regeneratio ſive converſio nobis oſtendit. Ejusqve conſeqvens cum Deo unio, & ſucceſſiva renovatio. Qvæ ſingula per fidem noſtra fiunt.

§. 2. Eſt verò omnium & ſingulorum CHRISTI beneficiorum tam acqviſitio, qvàm oblatio, & per fidem applicatio certiſſima.

Qvia I. *Certiſſima eſt acqviſitio Catholica* gratiæ & gloriæ, tam ex Dei

Dei intentione, qvàm ex perfectiſſima Chriſti ſatisfactione pro omnibus & ſingulis. Confer artic. 37. 38. 39. & 52. 55. NB.

Nota 1. Abundantia gratiæ Chriſti non conſideratur ſolùm ratione objecti, ſed etiam ratione infinitæ perfectionis, adeoqve non ſolùm ratione hominum redemtorum, ſed etiam ratione ipſius precii redemtionis: nec ſolùm ratione actus perfecti, ſed etiam ratione infinitæ virtutis, potentiæ ſive ſufficientiæ & efficaciæ univerſalis, & abſolutiſſimæ.

Nota 2. Meritum Filii Dei immenſum & infinitum eſt, & tàm extenſivè atqve ratione qvantitatis, qvàm intenſivè atqve ratione qvalitatis cum lapſu Adami incomparabile, ex Roman. c. 5. vide Bald. comm. h. l. & ſupra artic. 37. § 5. NB.

Nota 3. Qvamvis actu non omnes fruantur Chriſti merito, actu tamen pro omnibus eſt præſtitum, ejusqve eſt potentiæ atqve efficaciæ, ut ſi mille mundi reſtaurandi eſſent, tamen exiſteret ſufficientiſſimum.

II. *Qvia certiſſima eſt oblatio catholica*, per Verbum & Sacramenta. Confer de univerſali vocatione articul. 91. ex gratia univerſali articul. 90.

Nota 1. Qvemadmodum ipſius catholicæ acqviſitionis, ita & oblationis atqve applicationis objectum ſunt ſoli homines, qvi ad regnum Chriſti vocantur art. 91. ut regenerentur, art. 92. per Media divinitus ordinata, qvæ ſunt Verbum & Sacramenta. vid. art. 71. 87. & 88.

Nota 2. Abſentia fructus non tollit beneficii univerſalitatem: Ideoqve ſalvâ univerſali oblatione non rarò ſeqvitur particularis oblati beneficii acceptatio.

III. *Qvia certiſſima eſt ex intentione Dei applicatio catholica, cuivis credenti, & ſalutis acqviſitæ donatio gratuita*, ut omnis, qvi credit in Chriſtum, non pereat, ſed habeat vitam æternam, Joh. 3. & c. 20.

Obſerv. 1. Applicatio beneficiorum Chriſti ab ipſo Redemtore oritur, qvi merito ſuo hoc acqviſivit, ut bona acqviſita nobis applicari poſſint, ex Eſa. 53, 10. 11. vid. art. 65. § 6. obſerv. 1. NB.

Obſerv. 2. Applicatio beneficiorum Chriſti fit ab ipſo Redemtore, Rege, Propheta, & Sacerdote noſtro, neqvaqvam abſente, ſed nobis præſentiſſimo. vid. ſup. art. 50. & qvidem

I. *Inter-*

I. *Interceſſione* apud Deum, vid. Artic. 56. qvæ omnia bona, ipſamqve ſalutem nobis impetrat.

II. *Regimine* per miniſterium, vid. Art. 119. qvo ſalutem per Verbum & Sacramenta nobis confert.

III. *Interno influxu* in qvodlibet membrum Eph. 4, 10. vid. inf. Artic. 96. qvo credentes regit & reficit, atqve ad finem uſqve conſervat. vid. artic. 109.

§. 3. Applicatio eſt gratuitæ ſalutis in Verbo & Sacramentis oblatæ per fidem apprehenſæ communicatio actualis, credenti in regno gratiæ donata, ut tandem exiſtat hæres regni gloriæ, *Matt. 25. vid. art. 142. & 109.*

Nota 1. Applicatio beneficiorum Chriſti gratioſa & gratuita totum ſyſtema ſalutis noſtræ ejusqve univerſum ordinem, ſecundum omnes partes reſpicit, Eph. 1. vid. ſupra Artic. 39. & imprimis gratioſas actiones divinas ſalutem noſtram attinentes, de qvibus Art. 90.

Poriſma. Ergo Applicatio beneficiorum Chriſti I. non fluit ex abſoluto aliqvo decreto. vid. Art. 38 39. 110.

II. Neqve reſpicit ſolùm qvoſdam pauciſſimos abſolutè electos. vid. Articul. 110.

III. Sed, qvia eſt gratuita, ideo ſimpliciter omnia noſtra excludit merita. vid. art. 90. 94. & 100.

Nota 2. *Applicatio* redemtionis & beneficiorum Chriſti fit per certa media, divinitus ordinata, qvæ ſunt Verbum & Sacramenta.

Nota 3. Media divina, verbum & Sacramenta, ſunt ſymbola, indicia infallibilia, & gratiæ ſigilla certiſſima, qvæ fidem in nobis generant, ſervant & augent. vid. inf. Art. 124. & 82.

Nota 4. *Organum* beneficia illa apprehendens eſt fides, Artic. 93. Nam qvotqvot receperunt Salvatorem, dedit illis ἐξουσίαν poteſtatem filios Dei fieri, qvi credunt in nomen ipſius Joh. 1, 12.

Canon : Perfectiſſima Chriſti ſatisfactio noſtra fit, ſub conditione applicationis. Qvæ conditio neqvaqvam noſtra, ſed divina gratis nobis donata eſt. vid. ſup. Art. 10. Tit. 32. §. 1. & 2.

Ratio eſt, qvia qvotiescunqve fructus aliqvis meriti Chriſti nobis applicatur, toties concurrit ex parte DEI δόσις ſeu beneficii per

ficat, vel *latè* accipitur, ita, ut Evangelium vel includat, Pſal. 119, 19. vel denotet, ut Eſa. 2, 3. vel *ſtrictè*, & ſic opponitur Evangelio, vel *ſtrictiſſimè*, & ſic notat Decalogum, ſive Legem moralem.

Nota 4. *Lex* pro lege divinâ accepta denotat

1. *Doctrinam*, qvâ ratione etiam Evangelio hæc vox tribuitur, Eſa. 2. verſ. 3.

2. *Libros Moſis.*

3. *Geneſin* κατ᾽ ἐξοχὴν Gal. 4. qvia ibi initium Legum ac ceremoniarum divinarum in Eccleſiis Patriarcharum reperitur.

4. *Legem* non ſolùm inſitam, ſed etiam ſcriptam, tam moralem & ceremonialem, qvàm Leviticam.

Nota 5. Lex divina eſt vel perpetua & moralis, vel temporaria & Judaica. Perpetua eſt vel naturalis connata, vel per Moſen repetita & promulgata.

Nota 6. Lex pro lege humanâ acceptâ reſpicit rationem in juſtitiâ fundatam, qvæ eſt anima Legis.

Poriſma 1. Ergo Lex civilis juſta neqvaqvam lædit conſcientiam, aut violat charitatem proximi, aut honeſtatem publicam.

Poriſma 2. Ergo *Leges humanæ* verbo Dei contrariæ, conſcientiam neqve obligare, neqve vulnerare poſſunt.

Poriſma 3. Ergò mandatum, & præceptum mandato ſummi Legislatoris contrarium non poteſt eſſe norma faciendorum, eo ipſo, qvia à normâ æternæ juſtitiæ deflectit.

§. 3. Lex generaliter conſiderata (*tam divina, qvam humana*) eſt norma rectè agendi, facienda, cum obligatione vel ad obedientiam, vel ad pœnam præſcribens. Lex verò divina eſt revelata Dei voluntas & ſapientia, hoc eſt, faciendorum & fugiendorum norma, *vel univerſalis, mores reſpiciens omnium omninò hominum, ut Decalogus, de qvo Artic. 72. vel particularis, ſolius populi Iſraelitici vel cultum vel politiam attinens, ut Lex Ceremonialis Art. 73. & forenſis Art. 75.*

§. 4. Efficiens eſt DEUS, *qvi & normam agendi in Decalogo omnibus præſcribit, & Leges humanas ordini divino convenientes approbat, Rom. 13.*

§. 5. Sub-

§. 5. Subjectum *cui data eſt lex, eſt homo ante & poſt lapſum, & qvidem homo vivus, vid. Rom. 3, 19.*

Poriſma. Vanæ igitur ſunt leges pro defunctis in purgatorio.

§. 6. Objectum Legis divinæ *eſt omnis cogitatio, dictum, & factum hominis, ubi lex ſummam reqvirit ἀκρίβειαν. vid. ſupra artic. 31. & 34. de peccato. NB.*

§. 7. Forma legis divinæ *eſt obligatio canonica & catholica, qvia eſt rectitudo, ſive ſanctitas & juſtitia. vide artic. 10. Tit. 18. & 32. Qvando enim facta eſt Legis promulgatio, tam mandatum, qvàm interdictum continens, ſeqvitur obligatio. Unde eſt* norma *omnis moralis bonitatis catholica, & obligatoria boni præceptio & mali prohibitio.*

Nota: *Obligatio Legis*, qvoad genus, ex ipsâ naturâ & relatione creaturæ ad Creatorem profluit, Malach. 1 ita, ut ubi immediatè conformitas cum divinâ juſtitia contineatur (qvemadmodum in Decalogo, & Legibus inſitis,) Lex planè ſit invariabilis, adeoqve nullam nullibi admittens *diſpenſationem.* Confer de moralitate Theol. Moralem.

§. 8. Finis eſt Dei gloria & timor atqve reverentia & bonum hominis. *vid. Artic. 72.*

Nota: Legis divinæ finis etiam erat populi Judaici diſcretio in certo loco: & pædagogicus atqve ad Meſſiam directio.

§. 9. Affectiones *legis divinæ ſunt*

1. Bonitas & Veritas.
2. Perfectio & inde orta impletio peccatori impoſſibilis.
3. Abrogatio reſpectu certi ſubjecti mutati. vid. Art. 72. ſeqq.

§. 10. Dividitur Lex divina perpetua & moralis in ſcriptam & non ſcriptam, *ſive cordibus impreſſam, qvæ vocatur* lex naturæ, *in ſtatu integritatis cum Lege morali coincidens, per lapſum verò variis modis obfuſcata. vid. Artic. 7.*

Nota 1. Lex naturæ hoc loco non notat 1. Legem univerſæ naturæ à Creatore præſcriptam, vi cujus qvodvis creatum ordinem ſu-

I. *Sedere tam corporis diſpoſitionem* Gen. 18,1. *qvàm regni adminiſtrationem reſpicit.* Sic Imperator regnans ſedere dicitur. vid. Pſal. 29, 10. Confer Apoc. 17,1. 2. Theſſ. 2,4.

Nota 1. *Sedere & regnare* non ſimpliciter ſunt unum & idem. Ratio eſt, qvia ſedere reſpicit Regis majeſtatem & officium, regnare verò exercitium. Qvamobrem & Deus Pater, Filius & Spiritus Sanctus ſedet Pſal.29,10. regnat, & imperium in creaturas omnes exercet; ſolus verò Chriſtus θεάνθρωπος ad dextram Patris ſedet Pſal. 110, 1.

Nota 2. *Sedere in cælis* non reſpicit locum, ſed notat infinitam Dei majeſtatem. vid. Pſal. 115, 3.

II. *Dextra diſtinctas ſignificationes habet.*

Ratio eſt, qvia latus dextrum & perfectius eſt & prius, qvàm ſiniſtrum. Definitur enim dextrum movendi principio, ſiniſtrum fine, uti notat Franc. Valleſius de Sacra Philoſophia p.42. Dextra verò Deo tribuitur ἀνθρωποπαθῶς. Confer Luc. 24, 39. Qvia infinita infiniti Spiritus majeſtas omnem corporeum reſpectum excludit. Imò & Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus eſt unus verus Deus, cujus majeſtas & potentia infinita per dextram Dei innuitur. vide ſupra art.10. Tit.42. & 38. Unde & dextra virtutis Luc. 22,69. majeſtatis Hebr. 1,3. omnia mutare potens Pſal. 77. & ubiqve præſens vocatur, Pſal. 139.

Poriſma. Ergo dextra Dei I. non eſt membrum aliqvod corporeum in Deo, qvi eſt Spiritus Johan. 4, 24. in qvo neqve dextrum neq; ſiniſtrum eſt.

II. Neqve eſt locus ſupernus aut creatus, phyſicus & finitus.

III. Neqve eſt potentia Divina potentiâ Patris inferior, aut à Deo proxima vel ſecunda.

IV. Neqve eſt beatitudo tantùm æterna, qvam Chriſtus cum Sanctis & Angelis habet communem, vid. Apoc. 3,21.

III. *Phraſis, ſedere ad dextram, à cognatis phraſibus, ſtare & eſſe ad dextram, accuratè diſtingvenda eſt.*

Nam I. *Eſſe à dextris,* notat aſſiſtentiam Pſal. 16.

II. *Sedere ad dextram* eſt regnare, Pſal. 110, 1. qvod à ſeſſione humanâ ad dextram eſt diſtinctiſſimum. vide 1. Reg. 2. de Matre Salomonis.

III. Unde patet *ſtatus controverſiæ*, qvem B. Lyſerus contra Wen-

Digitized by

Wendelinum hoc modo formavit: Qvæſtio eſt, An Chriſtus, qvi ſecundum divinam naturam eandem cum Patre & Spiritu S. dextram habet, & eſt dextra Patris, ὑποστατικῶς accepta, poſt reſurrectionem ad dextram Patris, vel ſecundum divinam naturam, cujus præſtantia in tempore mutari neqvit: vel ſecundum utramqve naturam, qvod abſurdum: *vel ſecundum Humanam naturam conſederit?* Et qvidem ita, ut acceperit ipſa in tempore, & finita exiſtens, *dominium*, non aliqvod temporum, vel locorum finibus (qvod dextra Dei non admittit) *circumſcriptum: nec medium,* qvod inter finitum & infinitum non datur: *ſed verè divinum*, ſuper omnia creata, etiam loca & tempora, per præſentem potentiam, gratiam, & gloriam, ſine ullâ adhærente infirmitate, liberè exercendam?

§. 3. Seſſio CHRISTI ad dextram Patris, eſt actus exaltationis majeſtaticus, ejusqve gradus ſublimiſſimus, ſive ſolennis & divina in regnum Chriſti inauguratio, *ubi depoſitâ exinanitione Chriſtus ſecundùm Humanam naturam excelſior cœlis & Deo Patri factus σύνθρονος, & in plenam atqve manifeſtam uſurpationem potentiæ dextræ DEI & dominii ſuper omnia evectus eſt, ex Eph. 1. Hebr. 8.*

Nota 1. *Sedere* h. l. eſt regnare, ex infallibili Spiritus S. explicatione. vid. 1. Cor. 15, 21. Hebr. 12, 2. Apoc. 3, 21. c. 7, 17.

2. *Regimen* hoc divinum eſt 1. univerſale ſuper res ſimpliciter omnes in cœlo & in terrâ. 2. ſpirituale ſuper Eccleſiam; adeoqve ad univerſum regnum potentiæ, gratiæ, & gloriæ extenditur.

§. 4. Efficiens eſt ipſe DEI Filius incarnatus, *cum Patre æterno, & Spiritu Sancto, 1. Johan. 5, 7.*

§. 5. Subjectum eſt CHRISTUS θεάνθρωπος ſecundùm Humanam naturam conſideratus. *vid. §. 2.*

Nota: Chriſto non reſpectu officii ſeſſio ad dextram Patris tribui poteſt, ſed reſpectu carnis exaltatæ, ex art. 65.

Ratio eſt, qvia conſideratio officii non tollit conſiderationem naturarum aut proprietatum, ſecundum qvam hæc ſeſſio Chriſto competat. vide ſupra articul. 46. Sedere autem ad dextram DEI pro-

priè loqvendo non pertinet ad CHRISTI officium, ſed ad exaltationis ſtatum.

§. 6. Forma reſpicit plenarium divinæ majeſtatis exercitium *per carnem, univerſale & perpetuum tam in regno potentiæ, qvàm in regno gratiæ & gloriæ, imprimis verò gubernationem Eccleſiæ per modum capitis.* *Adeoqve* forma hujus ſeſſionis conſiſtit in plenario *ac inceſſante divinæ atqve infinitæ virtutis, in primo conceptionis momemto, qvoad poſſeſſionem communicatæ,* exercitio, *& in regno potentiæ, gratiæ & gloriæ, potenter, gratioſè & glorioſè ſe exerente Dominio perpetuo.* Cujus terminus à qvo *eſt aſcenſio Matth. 26, 64. Marc. 16, 19. Luc. 22, 69. Eph. 1, 20. Hebr. 1, 3.* Terminus verò ad qvem, *eſt ipſa æternitas 2. Sam. 7, 12. Dan. 7, 14. Luc. 1, 33.*

Poriſma. Ergo θεάνθρωπος ſedens ad dextram Patris ſecundum aſſumtam Humanitatem, virtute verè divinâ ac infinitâ, in primo unionis perſonalis momento carni aſſumtæ realiter communicatâ, ſuper omnes creaturas & opera dextræ divinæ, in regno potentiæ, gratiæ & gloriæ, majeſtaticè regnat, imperio plenario, inceſſante, & nunqvam interrumpendo, ad Nominis ſui gloriam & Eccleſiæ ſalutem.

Obſerv. 1. *In ſeſſione* Chriſti ad dextam Patris duo concurrunt: 1. exaltatio, 2. officium. Hoc toti Perſonæ commune eſt; Illa verò nullatenus, ſed ſoli Humanitati competit. vid. præc. §. 2.

Obſerv. 2. *Gloriam divinam* caro Chriſti non demum in ſeſſione ad dextram Patris conſecuta eſt, ſed jam pridem in primâ unione cum λόγῳ habuit; per ſeſſionem verò illam ad plenariam ejus uſurpationem evecta fuit, uti patet ex præced. art. 65.

Obſerv. 3. *Dignitas* hæc non conſiſtit in uſurpatione donorum finitorum, ſed ipſius divinæ majeſtatis & potentiæ.

Obſerv. 4. *Chriſtus Homo* nunc omnia perfectiſſimè novit, potentiſſimè præſentiſſimeqve regit & gubernat, ac proinde ab omnibus, ut omnium creaturarum Dominus factus, religioſa invocatione colitur ac adoratur, Philip. 2. vid. ſup. Art. 47. 48. 49. 50. 51.

Nam I. *Secundum qvam naturam Chriſtus ad dextram DEI ſedet, ſecundum illam eſt omnipræſens.* At ſecundum Humanam naturam,

Pſal. 110,

Pſal.110,1. vid. ſupra Artic. 47. Ergo ſecundum Humanam Naturam eſt omnipræſens. De qvo argumento contra Wendelinum formato, ejusqve defenſione & hujus refutatione agit Theol. Polemica Tract. 4. de proceſſu diſputandi, de officio Reſpondentis Titulo 2. NB. Confer ſupra §. 2. ſtatum controverſiæ.

II. *Secundum qvam naturam Chriſtus omnia ſibi ſubjecta habet, & dominio divino omnes creaturas gubernat, ſecundum illam eſt omnipræſens.* At ſecundum humanam naturam, & qvatenus habet manus & pedes Pſal.8,6. Apoc. 4, 10. omnia ſibi ſubjecta habet. Ergo ſecundum Humanam Naturam eſt omnipræſens.

Ratio eſt, qvia ſeſſio ad dextram Patris omnium locorum διαστήματα excludit, & dominium Majeſtati um ac divinum includit.

Poriſma. Ergo neqvaqvam mutata fuit Humanæ naturæ eſſentia finita, creata & corporea, licet dextra Dei, ad qvam conſedit, ſit infinita, increata & incorporea: cùm dextra Dei à ſeſſione ad dextram Dei ſit diſtinctiſſima, & gloria veritatem carnis non interficiat, ſed perficiat, non tollat, ſed extollat.

III. *Secundum qvam naturam Chriſtus divinum dominium ſuper omnia creata loca etiam, abſqve ullâ infirmitate, per divinam potentiam præſenter exercet, ſecundum illam naturam qvoqve eſt omnipræſens.* At ſecundum qvam naturam Chriſtus ad dextram Patris poſt reſurrectionem conſedit, ſecundum illam exerit tale dominium. Ergò ſecundum illam eſt omnipræſens. *Major* patet ex definitione omnipræſentiæ divinæ. vid. art.10. Tit. 39. & art. 50. *Minor* verò certa eſt ex definitione ſeſſionis ad dextram Patris. vid. ſup. §. 2. & 3. Unde vana eſt reſponſio Johannis Combachii, qvi lib. 2. Metaph. c. 1. p. 536. (edit. Francofurt. An. 1630.) Argumentum hoc ita formandum eſſe putat: Qvicunqve ſedet ad dextram Dei, in qvantum Homo, ſive, ſecundum Humanitatem, ille eſt ubiqve; Et addit: Majorem petere principium. Ratio hujus nullitatis eſt 1. qvia ſeſſio Dei ex naturâ ſuâ, adeoqve ſine vitioſâ principii petitione, infert omnipræſens dominium. 2. qvia hæc ſeſſio ſolùm Chriſto incarnato ſecundum Humanam naturam competit. vid. §. 2.

§. 7. Finis hujus ſeſſionis eſt 1. DEI gloria & majeſtatis Chriſti exaltati apud omnes creaturas agnitio, ac con-

ſeqvens cultus, *Philip. 2, 10.* 2. Eccleſiæ ſalus. 3. gratioſus capitis influxus in membra *Epheſ. 5, 23.* 4. regimen atqve defenſio ab hoſtibus *Pſal. 2, 9.* 5. interceſſio pro nobis, *Rom. 8, 34.* 6. plenaria liberatio *Pſal. 110, 1.* atqve 7. ſeſſio in throno Chriſti *Apoc. 3, 21. Eph. 2, 6.* Fructus verò hujus ſeſſionis eſt Spiritus Sancti effuſio, *Actor. 2.*

Obſerv. 1. Summum eſt nobis ſolatium, qvòd caro noſtra ad tantum majeſtatis faſtigium evecta res noſtras gubernat, preces exaudit, & in medio inimicorum noſtrorum dominatur. Qvia inde habemus fiduciam accedendi Chriſtum in neceſſitatibus cum confidentiâ, cum ſciamus, Chriſtum etiam, qvà frater noſter eſt, ejus eſſe Majeſtatis ac potentiæ, ut opitulari nobis poſſit in omnibus infirmitatibus noſtris, qvi verè poteſt μετριοπαθεῖν Hebr. 5. ſufficienter, & qvantum ſatis eſt. Ita, ut μέτρον paſſionis & compaſſionis, cujus fructus eſt liberatio, ſit exactiſſimum, tam ratione deſideratæ qvalitatis, qvàm qvantitatis, reſpectu affectus & effectus.

Obſerv. 2. Exaltatio capitis etiam ad membra pertinet, & futuram eorundem exaltationem confirmat. vide Chryſoſtomus in cap. 1. Ep. Hebr.

§. 8. Conſeqvens *hujus ſeſſionis eſt tùm univerſale dominium NB. ſupra artic. 49. & 50. vid. Marc. 16, 19. Dominus conſedit à dextris Dei. Illi verò Apoſtoli egreſſi*, prædicaverunt ubiqve, *παντᾳχοῦ*, an allen Orten / Domino cooperante, *& ſermonem confirmante per ſigna ſubſeqventia. vid. 1. Cor. 15, 2. tùm reditus ad judicium univerſale Majeſtaticus. vid. infra Art. 137.*

§. 9. *Pleniorem hujus articuli exegeſin, cum uſu ampliſſimo, atqve autorum Catalogo, exhibet Manuale artic. 69. Inprimis verò Geſnerus, & Glaſſius in Pſalmum 110. & Gerhardi Harmonia Aſcenſionis.*

ARTICULUS LXX.
De Reparatione & Salutis per Chriſtum acqviſitæ oblatione & applicatione.

Per

Per Media Divinitus ordinata Verbum & Sacramenta in Genere.

Agnitione ſui juſtificabit ipſe multos Eſa.53,11. Confer Johan.1,12. c.3,16. & Chemnicii Harmoniam h. l.

§. 1.

ACqviſitionem ſalutis ſeqvitur applicatio. *Nam poſt ſtaſtum miſeriæ humanæ ex Artic. 29. cum malo tam culpæ art.31. qvàm pœnæ conſiderato Artic. 36. unà cum ſufficientiſſimo in ſtatu reſtaurationis à DEO conſtituto & ordinato remedio Artic. 37. & poſt ſalutis per CHRISTI meritum acqviſitionem univerſalem, Artic. 38. ſeqq. reſtat, ut oſtendatur ejusdem remedii tam omnibus oblatio, qvàm credentibus applicatio per Verbum & Sacramenta.* Die Gnadenreiche Zueignung durch den Glauben. *Qvæ ipſa ſunt* media DEI offerentis exhibitiva, *per qvæ in nobis operatur fidem, unicum illud organum apprehenſivum, qvo credens oblatam ſalutem ſibi individualiter appropriatam virtute divinâ accipit, tenet, & retinet, ut perſeverans æternum ſalvus maneat. Qvâ ratione Theologia in ſubjecto ſuo Homine, de qvo Artic. 27. finem & ſcopum ſuum ſalutem incboatam & conſummatam gratiæ & gloriæ aſſeqvitur Art. 131. vid. ſup. Artic. 52. qvæ omnia aliàs unicâ voce ſalutis continentur: De qva infra Artic. 131. agendum erit.*

Canon: Columna ſalutis unica eſt Dei gratia, qvæ affectum paternum nobis exhibet in Filii donatione: & fraternum, in meritoriâ ſalutis acqviſitione: atqve paracleticum, in reductione ad Deum & gratiæ applicatione, qvam Spiritus S. vocatio, regeneratio ſive converſio nobis oſtendit. Ejusqve conſeqvens cum Deo unio, & ſucceſſiva renovatio. Qvæ ſingula per fidem noſtra fiunt.

§. 2. Eſt verò omnium & ſingulorum CHRISTI beneficiorum tam acqviſitio, qvàm oblatio, & per fidem applicatio certiſſima.

Qvia I. *Certiſſima eſt acqviſitio Catholica* gratiæ & gloriæ, tam ex Dei

Dei intentione, qvàm ex perfectiſſima Chriſti ſatisfactione pro omnibus & ſingulis. Confer artic. 37. 38. 39. & 52. 55. NB.

Nota 1. Abundantia gratiæ Chriſti non conſideratur ſolùm ratione objecti, ſed etiam ratione infinitæ perfectionis, adeoqve non ſolùm ratione hominum redemtorum, ſed etiam ratione ipſius precii redemtionis: nec ſolum ratione actus perfecti, ſed etiam ratione infinitæ virtutis, potentiæ ſive ſufficientiæ & efficaciæ univerſalis, & abſolutiſſimæ.

Nota 2. Meritum Filii Dei immenſum & infinitum eſt, & tàm extenſivè atqve ratione qvantitatis, qvàm intenſivè atqve ratione qvalitatis cum lapſu Adami incomparabile, ex Roman. c. 5. vide Bald. comm. h. l. & ſupra artic. 37. § 5. NB.

Nota 3. Qvamvis actu non omnes fruantur Chriſti merito, actu tamen pro omnibus eſt præſtitum, ejusqve eſt potentiæ atqve efficaciæ, ut ſi mille mundi reſtaurandi eſſent, tamen exiſteret ſufficientiſſimum.

II. *Qvia certiſſima eſt oblatio catholica*, per Verbum & Sacramenta. Confer de univerſali vocatione articul. 91. ex gratia univerſali articul. 90.

Nota 1. Qvemadmodum ipſius catholicæ acqviſitionis, ita & oblationis atqve applicationis objectum ſunt ſoli homines, qvi ad regnum Chriſti vocantur art. 91. ut regenerentur, art. 92. per Media divinitus ordinata, qvæ ſunt Verbum & Sacramenta. vid. art. 71. 87. & 88.

Nota 2. Abſentia fructus non tollit beneficii univerſalitatem: Ideoqve ſalvâ univerſali oblatione non rarò ſeqvitur particularis oblati beneficii acceptatio.

III. *Qvia certiſſima eſt ex intentione Dei applicatio catholica, cuivis credenti, & ſalutis acqviſitæ donatio gratuita*, ut omnis, qvi credit in Chriſtum, non pereat, ſed habeat vitam æternam, Joh. 3. & c. 20.

Obſerv. 1. Applicatio beneficiorum Chriſti ab ipſo Redemtore oritur, qvi merito ſuo hoc acqviſivit, ut bona acqviſita nobis applicari poſſint, ex Eſa. 53, 10. 11. vid. art. 65. § 6. obſerv. 1. NB.

Obſerv. 2. Applicatio beneficiorum Chriſti fit ab ipſo Redemtore, Rege, Propheta, & Sacerdote noſtro, neqvaqvam abſente, ſed nobis præſentiſſimo. vid. ſup. art. 50. & qvidem

I. *Inter-*

Digitized by Google

I. *Interceſſione* apud Deum, vid. Artic. 56. qvæ omnia bona, ipſamqve ſalutem nobis impetrat.

II. *Regimine* per miniſterium, vid. Art. 119. qvo ſalutem per Verbum & Sacramenta nobis confert.

III. *Interno influxu* in qvodlibet membrum Eph. 4, 10. vid. inf. Artic. 96. qvo credentes regit & reficit, atqve ad finem uſqve conſervat. vid. artic. 109.

§. 3. Applicatio eſt gratuitæ ſalutis in Verbo & Sacramentis oblatæ per fidem apprehenſæ communicatio actualis, credenti in regno gratiæ donata, ut tandem exiſtat hæres regni gloriæ, *Matt. 25. vid. art. 142. & 109.*

Nota 1. Applicatio beneficiorum Chriſti gratioſa & gratuita totum ſyſtema ſalutis noſtræ ejusqve univerſum ordinem, ſecundum omnes partes reſpicit, Eph. 1. vid. ſupra Artic. 39. & imprimis gratioſas actiones divinas ſalutem noſtram attinentes, de qvibus Art. 90.

Poriſma. Ergo Applicatio beneficiorum Chriſti I. non fluit ex abſoluto aliqvo decreto. vid. Art. 38 39. 110.

II. Neqve reſpicit ſolùm qvoſdam pauciſſimos abſolutè electos. vid. Articul. 110.

III. Sed, qvia eſt gratuita, ideo ſimpliciter omnia noſtra excludit merita. vid. art. 90. 94. & 100.

Nota 2. *Applicatio* redemtionis & beneficiorum Chriſti fit per certa media, divinitus ordinata, qvæ ſunt Verbum & Sacramenta.

Nota 3. Media divina, verbum & Sacramenta, ſunt ſymbola indicia infallibilia, & gratiæ ſigilla certiſſima, qvæ fidem in nobis generant, ſervant & augent. vid. inf. Art. 124. & 82.

Nota 4. *Organum* beneficia illa apprehendens eſt fides, Artic. 93. Nam qvotqvot receperunt Salvatorem, dedit illis ἐξȣσίαν poteſtatem filios Dei fieri, qvi credunt in nomen ipſius Joh. 1, 12.

Canon : Perfectiſſima Chriſti ſatisfactio noſtra fit, ſub conditione applicationis. Qvæ conditio neqvaqvam noſtra, ſed divina gratis nobis donata eſt. vid. ſup. Art. 10. Tit. 32. § 1. & 2.

Ratio eſt, qvia qvotiescunqve fructus aliqvis meriti Chriſti nobis applicatur, toties concurrit ex parte DEI δόσις ſeu beneficii per

 Ver-

Verbum & Sacramenta oblatio, & reſpectu hominis λῆψις ſive beneficii divinitus oblati per fidem à Deo donatam apprehenſio.

§. 4. Salutis per Chriſtum omnibus acqviſitæ & oblatæ per fidem applicatio gratuita credenti communicata, non obſtante incredulorum ingratitudine, nihilominus manet ſeria & omni credenti certiſſima, *ex §. 2. vid. art. 38. & 39. Ideo etiam veritas infallibilis Johan. 17, 17. oſtendit nobis hujus donationis ſalutiferæ* Summarium *Johan. 3, 16. Ubi videmus*

I. *Fundamentum*, qvod eſt Pater Filium donans, Chriſtus ſatisfaciens 2. Cor. 5, 21. & Spiritus Sanctus per Verbum offerens, & per fidem applicans, unde certitudo oritur infallibilis Rom. 8. vid. artic. 3. & art. 131. 109.

II. *Actum*, ubi concurrit ſalutis 1. principium, qvod eſt Deus Pater, Filius & Spir. S. 2. organum, tùm offerens & conferens, Verbum & Sacramenta, tùm recipiens, qvod eſt fides. 3. ſubjectum, qvod eſt homo. 4. objectum, qvod ſunt Chriſti beneficia, qvæ includunt. 5. modum divinitùs ordinatum per verbum viſibile & audibile. 6. ſcopum, qvi eſt Dei gloria & noſtra ſalus. NB. 1. GOTT giebts. 2. Chriſtus erwirbts. 3. der Heilige Geiſt (durchs Wort) verkündigts. 4. der Glaube ergreiffts. 5. die Sacrament verſiegelns. 6. die Wercke bezeugens Matth. 25. 7. das Creutz prüfets. 8. der Jüngſte Tag eröfnets. 9. das ewige Leben vollendets.

III. *Fructum*, qvi eſt rectè credere, piè vivere, & beatè ex hâc vitâ diſcedere. vid. ſupra Tract. procem. de Theologia & de Religione, & Art. 3. de fundamento fidei, & inf. art. 131. & 132. NB.

§. 5. *Pleniorem hujus articuli commentarium & uſum, ſimulqve autorum Catalogum offert Manuale articulo 70.*

ARTICULUS LXXI.

De Verbo Legis, ubi etiam de Lege Naturæ.

NB. Ubi

NB. Ubi nulla lex, *οὐκ ἐλλογεῖται*, non imputatur peccatum, Rom. 14. verſ. 14.

§. 1.

APplicatio ſalutis reſpicit ſalutis media, Verbum & Sacramenta.

Canon: Verbum Dei eſt medium, per qvod Spiritus S. operatur, non ut per *ὄργανον ἄεργον*, ſed ut per medium divinum, qvod ratione externorum verborum dici poteſt inſtrumentum, integrè autem conſideratum eſt divina veritas, Johan. 17.

Nota 1. Poſt conſideratam remedii univerſalis per Chriſti meritum nobis parati acqviſitionem, ejusqve oblationem & applicationem per media divinitus ordinata in genere, ſeqvitur eorundem conſideratio in ſpecie.

Nota 2. Media divinitus ordinata ſunt Verbum & Sacramenta, ſive verbum audibile & viſibile. Qvorum *actualis oblatio* conſpicitur in vocatione, art. 91.

Nota 3. *Verbum* eſt vel Lex, vel Evangelium.

Nota 4. De Verbo Legis agitur hoc loco & art. 72. de verbo autem Evangelii Artic. 76.

Nota 5. *Lex Divina* conſideratur h. l. non ut *norma* bonorum operum in juſtificatis, (qvemadmodum inf. Art. 100.) ſed ut *inſtrumentum contritionis*, qvatenus ex eâ eſt agnitio peccati, unde Pædagogia ad Chriſtum.

Canon: Lex tam ad hominem juſtificandum; qvàm ad juſtificatum, neqvaqvam verò ad ipſam juſtificationem pertinet. vid. art. 94.

§. 2. Verbum Legis contritionem excitans præcedit, ut verbum gratiæ corda contrita reficiat, *Pſal. 51.*

Nota 1. *Lex* dicitur à legendo & ligando ſive obligando, vel ad obedientiam, vel ad pœnam.

Nota 2. *Lex* accipitur generaliſſimè, pro qvovis præcepto, edicto, vel normâ: *ſpecialius* pro declaratione divinæ voluntatis. Unde & vox legis notat legem tam divinam, naturalem & poſitivam, qvàm humanam; tàm civilem, qvàm Eccleſiaſticam. vid. inf. Art. 115.

Nota 3. *Lex* qvatenus declarationem divinæ voluntatis ſignificat,

by Google

ſicat, vel *latè* accipitur, ita, ut Evangelium vel includat, Pſal. 119, 19. vel denotet, ut Eſa. 2, 3. vel *ſtrictè*, & ſic opponitur Evangelio; vel *ſtrictiſſimè*, & ſic notat Decalogum, ſive Legem moralem.

Nota 4. *Lex* pro lege divinâ accepta denotat

1. *Doctrinam*, qvâ ratione etiam Evangelio hæc vox tribuitur, Eſa. 2. verſ. 3.

2. *Libros Moſis.*

3. *Geneſin* κατ' ἐξοχὴν Gal. 4. qvia ibi initium Legum ac ceremoniarum divinarum in Eccleſiis Patriarcharum reperitur.

4. *Legem* non ſolùm inſitam, ſed etiam ſcriptam, tam moralem & ceremonialem, qvàm Leviticam.

Nota 5. Lex divina eſt vel perpetua & moralis, vel temporaria & Judaica. Perpetua eſt vel naturalis connata, vel per Moſen repetita & promulgata.

Nota 6. Lex pro lege humanâ acceptâ reſpicit rationem in juſtitiâ fundatam, qvæ eſt anima Legis.

Poriſma 1. Ergo Lex civilis juſta neqvaqvam lædit conſcientiam, aut violat charitatem proximi, aut honeſtatem publicam.

Poriſma 2. Ergo *Leges humanæ* verbo Dei contrariæ, conſcientiam neqve obligare, neqve vulnerare poſſunt.

Poriſma 3. Ergò mandatum, & præceptum mandato ſummi Legislatoris contrarium non poteſt eſſe norma faciendorum, eo ipſo, qvia à normâ æternæ juſtitiæ deflectit.

§. 3. Lex generaliter conſiderata (*tam divina, qvam humana*) eſt norma rectè agendi, facienda, cum obligatione vel ad obedientiam, vel ad pœnam præſcribens. Lex verò divina eſt revelata Dei voluntas & ſapientia, hoc eſt, faciendorum & fugiendorum norma, *vel univerſalis, mores reſpiciens omnium omninò hominum, ut Decalogus, de qvo Artic. 72. vel particularis, ſolius populi Iſraelitici vel cultum vel politiam attinens, ut Lex Ceremonialis Art. 73. & forenſis Art. 75.*

§. 4. Efficiens eſt DEUS, *qvi & normam agendi in Decalogo omnibus præſcribit, & Leges humanas ordini divino convenientes approbat, Rom. 13.*

§. 5. Sub-

§. 5. Subjectum *cui data eſt lex, eſt homo ante & poſt lapſum, & qvidem homo vivus, vid. Rom. 3, 19.*

Poriſma. Vanæ igitur ſunt leges pro defunctis in purgatorio.

§. 6. Objectum Legis divinæ *eſt omnis cogitatio, dictum, & factum hominis, ubi lex ſummam reqvirit ἀκρίβειαν. vid. ſupra artic. 31. & 34. de peccato. NB.*

§. 7. Forma legis divinæ *eſt obligatio canonica & catholica, qvia eſt rectitudo, ſive ſanctitas & juſtitia. vide artic. 10. Tit. 18. & 32. Qvando enim facta eſt Legis promulgatio, tam mandatum, qvàm interdictum continens, ſeqvitur obligatio. Unde eſt* norma *omnis moralis bonitatis catholica, & obligatoria boni præceptio & mali prohibitio.*

Nota: *Obligatio Legis*, qvoad genus, ex ipsâ naturâ & relatione creaturæ ad Creatorem profluit, Malach. 1 ita, ut ubi immediatè conformitas cum divinâ juſtitia continetur (qvemadmodum in Decalogo, & Legibus inſitis,) Lex planè ſit invariabilis, adeoqve nullam nullibi admittens *diſpenſationem*. Confer de moralitate Theol. Moralem.

§. 8. Finis eſt Dei gloria & timor atqve reverentia & bonum hominis. *vid. Artic. 72.*

Nota: Legis divinæ finis etiam erat populi Judaici diſcretio in certo loco: & pædagogicus atqve ad Meſſiam directio.

§. 9. Affectiones *legis divinæ ſunt*

1. Bonitas & Veritas.
2. Perfectio & inde orta impletio peccatori impoſſibilis.
3. Abrogatio reſpectu certi ſubjecti mutati. vid. Art. 72. ſeqq.

§. 10. Dividitur Lex divina perpetua & moralis in ſcriptam & non ſcriptam, *ſive cordibus impreſſam, qvæ vocatur* lex naturæ, *in ſtatu integritatis cum Lege morali coincidens, per lapſum verò variis modis obfuſcata. vid. Artic. 7.*

Nota 1. Lex naturæ hoc loco non notat 1. Legem univerſæ naturæ à Creatore præſcriptam, vi cujus qvodvis creatum ordinem ſu-

um tuetur & ſervat. 2. neqve jus homini & bruto commune. 3. ſed jus homini per naturam impreſſum. Sive dictamen rectæ rationis practicum, in materiá univerſali, de eo, qvod intrinſecè morale, hoc eſt, per ſe, & ſuapte naturá honeſtum, vel turpe eſt. vide inf. §. 11. NB. Unde conſeqventer talis actus à Deo vel vetari, vel præcipi deprehenditur. Qvamobrem etiam poſt lapſum hoc jus naturæ eſt norma juris & æqvi humani, non verò divini. vid. art. 10. Tit. 32. & vocatur jus naturæ, non originaliter & effectivè, qvia à natura inventa; ſed ſubjectivè, qvia concreata eſt.

Nota 2. Lex naturæ eſt inſcripta cordibus in primá creatione, ut agnoſcat homo diſcrimen honeſtorum & turpium, Deum eſſe purá mente colendum, & proximo eſſe benefaciendum.

Nota 3. Lex naturæ eſt qvaſi particula reliqviarum, vel potius veſtigium imaginis divinæ poſt lapſum, vid. Art. 30. (ſicut ex veſtigio Gigantis magnitudo corporis abſentis colligitur,) qvam ſentiunt gentes etiam maximè Barbaræ, & plenius exhibet Decalogus. vide articul. 72. Unde & jus naturæ πανταχοῦ τὴν αὐτὴν ἔχει δύναμιν, & omnes omninò homines, in qvovis ſtatu viventes obligat. vid. 5. Nicom. 7. ſicut urendi vim habet ignis tam apud Græcos, qvam apud Perſas & Indos.

Nota 4. Lex naturæ eſt fons Legum ſcriptarum.

Nota 5. Ex lege naturæ honeſtarum actionum normæ & præcepta artium in vitá communi promanant. vid. ſup. Art. 30.

Nota 6. Natura ſemetipſam poſt lapſum non agnoſcit, qvàm longè à bono averſa ad malum propendeat. vid. ſeq. notam 7.

Nota 7. *Diſcrimen* honeſtorum & turpium homini naturaliter etiam poſt lapſum notum eſt. Licet non ſine variis impedimentis. Unde facile patet

I. *Falſitas aſſertionis* Bellarminianæ l. 4. R.P. c. 5. §. ſecundo qvia. Si Papa erraret, præcipiendo vitia, vel prohibendo virtutes, teneretur Eccleſia credere, vitia eſſe bona, & virtutes malas, niſi vellet contra conſcientiam peccare, qvia tenetur Eccleſia credere bonum eſſe, qvod ille præcipit, & malum, qvod ille prohibet.

II. *Impoſſibilitas* aſſertionis, qvod naturalia poſt lapſum vocari poſſint integra. vid. ſupra articul. 29. & 30. Cum nec actio hominis qvidem,

Digitized by Google

qvidem, nedum humana adhuc reſtet integra. Confer ſupra articul. 22. §. 11.

Poriſma 1. Ergò *Lex naturæ*, prout nunc poſt lapſum reſidua eſt, neqvaqvam eſt norma cognoſcendi peccatum, vid. Articul. 31. & 34. ſcilicet adæqvata, exacta, perfecta, ultimata, & ſufficiens, citra revelationem ſpectata, ob ſubjecti per peccatum corrupti tam ignorantiam & depravationem, qvam actionum imperfectionem, vid. Rom. 7. verſ. 7. Confeſſionem Apoſtolicam: Neſcivi, concupiſcentiam eſſe peccatum. Conf. ſup. Art. 30. & inf. §. 11. & art. 72. §. 5.

Poriſma 2. Ergo lex naturæ neqve perfectionem naturalem, neqve aptitudinem ad converſionem conſtituit, contra ſynergiſtas.

Poriſma 3. Ergo Lex naturæ neminem ſalvat.

§. 11. Lex naturæ *ſive dictamen rectæ rationis eſt norma hominis, ſive mandatum, à ſupremâ & independente poteſtate DEO, homini per naturam impreſſum, conſcientiam ejus ad faciendum, qvod rectum & honeſtum, & fugiendum, qvod injuſtum & turpe, obligans, ad creatoris laudem, & civilis ſocietatis conſervationem. vid. ſup. §. 10. nota 1. Cujus* efficiens *eſt Deus Rom. 1, 19. c. 2, 15.* ſubjectum *eſt anima, ejusqve intellectus, ratione γνώσεως; voluntas verò & appetitus, ratione πράξεως.* Summa *patet ex principiis practicis naturâ notis: Deum cole: Superiores honora: Honeſtè vive: Neminem læde: Suum cuiqve tribue. Confer ſummarium Matth. 7, 12. Theol. Exeget. lib. 3. c. 3. Tit. 9. NB.* Objectum perſonale *primarium eſt Deus: ſecundarium proximus, & ipſe homo.* Objectum reale *eſt omne πρακτὸν naturâ notum juxta enumerata principia practica.* Forma *eſt vis directiva & obligativa cordi per naturam impreſſa.* Finis *per ſe intentus eſt tum Dei glorificatio & gratitudo debita Rom. 1, 21. tum directio morum & externa diſciplina Rom. 2, 14. 15. tum Politicæ ſocietatis conſervatio. Confer de moralitate Theologiam Moralem ab initio & de conjugio Caini & Abelis cum ſororibus NB. artic. 128. §. 10.* Accidentarius *verò eventus eſt ἀναπολόγησις ſceleratorum, qvi*

contra

contra dictamen Legis naturæ peccant, Rom. 1, 20. Affectiones *ſunt 1. inbsſio naturalis. 2. immutabilitas. 3. abſoluta indiſpenſabilitas. 4. identitas apud omnes qvoad principia communiſſima, Rom. 2, 14. 5. imperfectio poſt lapſum. 6. inſufficientia ad meritum & ſalutem.*

§. 12. Lex divina ſcripta dividitur in perpetuam, moralem, de qvâ Artic. ſeq. 72. & temporariam, qvæ eſt Judaica, videlicet I. Ceremonialis, de qvâ Artic. 73. & forenſis, de qvâ Artic. 75. agit. Qvæ Leges divinæ vocantur 1. præcepta. 2. ſtatuta, & 3. judicia, Gebot / Sitten und Rechte / *Deut. 6, 1. 1. Reg. 8, 58. Exod. 20, 21.*

§. 13. Pleniorem hujus articuli exegeſin, cum uſu & autorum catalogo, exhibet Manuale articul. 71. & Meiſneri tractatus de Legibus.

ARTICULUS LXXII.
De Lege Morali.

Per Legem agnitio peccati, Rom. 3, 20. Diliges Dominum ex toto corde &c. & proximum, ſicut te ipſum, Luc. 10.

§. 1.

LEx Moralis Divina ſolenniter promulgata eſt, *uti conſtat ex Exod. 19.*

Canon: Lex moralis eſt juris naturæ complementum eidem ſuperadditum, qvæ ex illo, ceu principio qvodam communiſſimo, per peculiares conſtitutiones à Deo ipſo deducta eſt. Et dicitur *primitiva*, qvæ etiam Adamo in Paradiſo, & Patriarchis nota fuit: & *primitivam Mosaicam*, qvæ per Moſen promulgata eſt.

Nota 1. Lex dicitur à ligando & obligando, moralis verò dicitur à moribus, qvia mores ſive actiones humanas reſpicit, de qvibus vid. Theologia Moralis ab initio. NB.

Nota 2. *Morale eſt* 1. qvicqvid convenit cum notitiis naturalibus,

libus, 2. in pleno uſu reperitur in N. T. 3. à Prophetis etiam ad gentes pertinere oſtenditur, & Decalogo continetur.

Nota 3. *Decalogus* notat decem verba, ſive præcepta moralia, ubi unica vox λόγος immenſas divinę ſapientiæ theſauros & abyſſum continet rationi imperſcrutabilem. Qvod vel ſola vox *dilectionis* oſtendit, qvæ eſt totius Legis ſummarium, Luc. 10. In qvo unico verbo tota Lex impletur, Gal. 5, 14.

Nota 4. *Lex moralis dicitur litera occidens*, per accidens ob humanam imperfectionem, & qvia verbo vitæ Johan 6. & gratiæ Evangelicæ opponitur 2. Cor. 3, 6. item Lex peccati & mortis, miniſtratio mortis & damnationis, cui tribuitur velamen. Dicitur & ſpiritualis ob autorem, mandata, objectum, & perfectionem; item Pædagogus noſter ad Chriſtum Gal. 3, 24.

§. 2. Lex Moralis eſt lex æterna & immutabilis in mente Dei, perpetua Regula ac norma correſpondens divinæ juſtitiæ, ſanctitati & perfectioni. *vid. artic. 10. Th. 32. § 1. & cynoſura moralitatis. vid. Theol. Moralem ab initio NB.* Decalogus verò eſt ſumma Legis moralis, *cordi humano in ſtatu integritatis inſcripta, & poſt lapſum repetita, atqve ſolenniter promulgata, obligans omnes homines ad perfectam obedientiam, vel ad pœnam, ut agnitâ impoſſibilitate ad Redemtorem qværendum peccator compellatur, qvi Legem pro omnibus ſub Legis maledicto hærentibus perfectiſſimè implevit.*

§. 3. Efficiens eſt Deus, *unus νομοθέτης Jacob. 4. verſ. 12. loqvens per Filium Actor. 7, 38. Deut. 33, 2.*

Obſerv. 1. Promulgatio legis moralis facta eſt voce divinâ, non Angelicâ, licet Angelorum concurrens non negetur miniſterium, vid. Hebr. 1, 14. Gal. 3, 19. Actor. 7, 53. Qvomodo vero tribuatur Deo vox, ſermo, & locutio, illud oſtendit Theol. Exeget lib. 1. §. 11. NB.

Obſerv. 2. *Miniſter* hujus promulgationis eſt Moſes, qvi propterea Mediator dicitur, ſcilicet non reconciliationis, ſed internuncius.

§. 4. Objectum perſonale *Legis Moralis ſunt omnes homines, etiam ante lapſum*; reale verò objectum *ſunt res con-*

 ten-

Digitized by Google

tentæ, ſive facienda & fugienda juxta Decalogum. Cujus Tabulæ prior dilectionem Dei; altera verò dilectionem proximi reqvirit, Luc. 10.

Canon: Lex Moralis non tantùm Judæos, ſed etiam gentes attinet, à cujus obligatione nullus mortalium unqvam exceptus eſt. vid. §. 2. & 1. Confer Auguſtinum Confeſſ. lib. 2. c. 4. p. 72. Lex ſcripta in cordibus hominum eſt, qvam ne ipſa qvidem delet iniqvitas. Qvis enim fur æqvo animo furem patitur? nec copioſus adactum inopiâ. Ego feci faſtidio juſtitiæ & ſagina iniqvitatis.

§. 5. Forma Legis moralis eſt obligatio canonico-catholica, *& vis directiva atqve coactiva, circa facienda & fugienda moralia, obligans conſcientiam ad perfectiſſimam obedientiam, vel ad pœnam temporalem & æternam. Qvia eſt norma rectitudinis divinæ & æternæ juſtitiæ correſpondens, & regula directiva cordi implantata, qvæ ſanctitatis divinæ ſpeculum eſt lucidiſſimum.*

Canon: Lex moralis poſtulat obedientiam omnibus numeris perfectam 1. ratione principii, ex toto corde. 2. ratione objecti tam primarii, qvod eſt Deus, qvàm ſecundarii, qvod eſt homo. 3. ratione modi, ut fiat ſinceriſſimè, intenſiſſimè, perfectiſſimè, juxta præcepta Dei omnia & ſingula. 4. ratione temporis. NB. Lucæ 10, 26. 27. 28. Diliges Deum ex toto corde: ita, ut dilectio ſit catholica, *qvæ reqvirit univerſalitatem* 1. *principii* (1. ex toto corde. 2. ex totâ animâ. 3. omnibus viribus. 4. ex omni mente. NB. inf. §. 15.) 2. *objecti* (Deum, & proximum.) 3. *modi* (qvi omnia cogitata, dicta & facta reſpicit, ut ſummæ Legislatoris perfectioni reſpondeant) 4. *momenti* & temporis, ſine ullâ exceptione. vid. infr. §. 18. NB. & §. 12.

Poriſma. Ergò impletio legis peccatori in peccatis nato & peccatis etiam ignotis & non proæreticis præter voluntatem contaminato, eſt ſimpliciter impoſſibilis. vide inf. §. 12. NB. Qvod conſtat ex Confeſſione Apoſtolicâ. De qvâ vid. Rom. 7. cap. tot. NB. & ſup. art. 71. §. 10. & art. 34. & inf. art. 98. & 99.

§. 6. Finis *Legis moralis eſt Dei gloria; & hominis obedientia.*

entia. vid. artic. 71. cui vita promittitur, Rom. 10. verſ. 5. Impo-
tentia verò implendi peccatorem adigit, ut Medicum qværat. vide
Galat. 3. verſ. 24.

§. 7. Summam Legis Moralis exhibet Decalogus,
ſolenniter promulgatus. vid. Exod. 20. NB. Cujus ſenſum & ex-
plicandi Methodum (de qvâ vid. Lutheri Catecheſ. Maj. Chemnici-
us, Gerhardus & Dannhauerus;) oſtendit infra ſummarium
Theologiæ Moralis tam in genere, qvàm qvoad ſingula Decalog. præ-
cepta in ſpecie.

§. 8. Diviſio *Decalogi datur 1. in diſtinctas Tabulas. 2. in*
diſtincta utriusqve tabulæ præcepta.

§. 9. Tabulæ Decalogi ſunt duæ, *prima & ſecunda:*
Qvarum illa de Dilectione Dei; hæc de Dilectione proximi agit. vid.
Luc. 10, 26. & ſup. §. 5. & Theologiam Moralem parte I.

Nota: Lex de diligendo proximo vocatur Lex Chriſti Galat. 6.
verſ. 2. non qvòd dentur Leges Chriſti novæ Moſaicis perfectiores,
ſed qvia 1. non niſi Chriſti ſpiritu intelligitur & præſtatur. 2. à Chri-
ſto renovata. 3. Exemplo ipſius impleta eſt perfectiſſimè & meritoriè,
qvi eſt τέλ☉ νόμου, Rom. 10, 4.

Poriſma. Ergo Chriſtus neqvaqvam eſt Legislator noſter pro-
priè dictus.

§. 10. Præcepta Decalogi *conſiderantur vel ratione*
modi proponendi, vel ratione diſtributionis & numeri.

§. 11. Ratione modi proponendi *præcepta Decalogi, alia*
ſunt affirmativa, alia negativa.

Nota: *Præcepta negativa ſemper & ad ſemper; affirmativa ſemper,*
ſed non ad ſemper obligant. Sic nullum tempus eſt, qvo liceat ſcortari;
ſed aliqvod tempus eſt, qvo non licet obedire parentibus. (ſcilicet
injuſta, impia, & dilectioni divinæ contraria præcipientibus. Con-
fer Dannhauer. Decal. p. 38. & p. 50. ubi oſtendit, præcepta negativa
enunciari in formâ futuri, qvæ ſimul præceptiva ſunt, & non ſolum
actum, ſed & jus, vel debitum agendi negant (ut: non habebis Deos
alienos, non occides, non mœchaberis, non furtum facies &c.)

Poriſma 1. Ergo Lex divina in nullo caſu eſt vel mutabilis, vel diſpenſabilis. Scilicet Lex moralis, catholica, rationibus legis æternæ ſubnixa, & in N. T. repetita. vid. ibid. p. 39.

Poriſma 2. Ergo, qvod Lege divinâ capitale eſt, nullâ lege humanâ non capitale fieri poteſt. vid. l. d. & de jure aggratiandi Gerhardum de Magiſtratu.

Poriſma 3. Ergo diſpenſatio Papalis in gradibus Lege divina prohibitis vana eſt. Confer Gerhardum de Conjugio.

§. 12. Ratione diſtributionis *& numeri præceptorum Wendelinus cum ſociis varias difficultates nectit, non ſolùm qvoad* imagines, *qvibus peculiare præceptum aſſignat: ſed etiam qvoad* concupiſcentiam, *qvam unico præcepto contineri exiſtimat.*

Nota 1. *Idololatria* univerſaliter prohibita præcepto 1. etiam includit iconolatriam. Ubi non qværitur, an ſtrictior prohibitio Iſraëlitis data fuerit, ob pronitatem ad idololatriam? ſed, annon ex libertate Chriſtianâ liceat habere imagines, non impias, ſuperſtitioſas, impudicas, mendaces, aut typicas; ſed 1. artificiales. 2. Politicas. 3. Sacras Hiſtoricas. 4. etiam in templis?

Nota 2. *Concupiſcentia* includit 1. diſtinctos gradus. 2. actus. 3. diſtincta objecta. 4. diſtinctos motus primos & conſeqventes.

Summa I. *In reliqvis præceptis vetatur concupiſcentia proæretica, deliberata, & voluntaria,* v. g. lædendi vitam, in 5. aut caſtitatem, in 6. aut rapiendi bona, in 7. aut lædendi famam, in 8. præcepto: *In nono verò & 10. præcepto prohibetur concupiſcentia ἀπροαίρετος.*

II. Nam, aut idem omninò peccatum prohibetur in 9. & 10. præcepto, qvod vetatur in 5. 6. 7. & 8. præcepto, aut diverſum ab illis. Sed non idem, qvia eſſet tavtologia, ergo prohibetur diverſum.

III. Qvamobrem qvia concupiſcentia ἀπροαίρετος eſt vel habitualis, vel actualis, *ideo prohibetur concupiſcentia involuntaria actualis præcepto nono, habitualis verò ſive originalis præcepto decimo.* vide Höpfnerum l. d. p. 71.

IV. Qvod patet ex Devt. 5, 27. ubi תתאוה notat *concupiſcentiam voluntariam actualem:* Non deſiderabis vel concupiſces aliqvid, ut delectabile, qvemadmodum aliqvod jucundum deſideratur, *ita, ut cum deſiderio illo conjuncta ſit delectatio.* Laß dich nicht gelüſten/ actu. Sed verbum.

bum תתאוה respicit *concupiſcentiam involuntariam originalem & habitualem.* Du ſolt nicht begehren. *Non habebis in te concupiſcentiæ cauſam,* nec in te ſeminium motuum vitioſorum concipiatur, ex qvo poſtea generetur peccatum proæreticum, Job 15, 35. Er gehet ſchwanger mit Unglück/und gebieret Mühe/und ihr Bauch bringet fehl / *ὠδίνουσα συλλαβοῦσα τίκτει ἁμαρτίαν.* vid. Jacob.1,15.

V. *Nam primi motus vitioſi plerumqve non ſolent manere primò primi,* in ſolâ ſuggeſtione mali ſubſiſtentes, *ſed etiam fieri ſolent ſecundò primi,* hominem irritantes, ut in iis tentatus voluptatem qvandam percipiat, ſive ſubitaneam, ſive moroſam, aut cum morâ qvâdam conjunctam, ut in delectatione pravarum cogitationum diuticulè teneatur voluntas, & rebus vetitis optet frui, ceu delectabilibus, licet nondum cogitet de perficiendo malo. vid. Theologia Moralis, & ſup. art. 33 §. 8. & art. 34. §. 4. de Infantibus, ex Auguſtino, & Lexicon Talmud. Othonis p. 127. ubi citat Rabb. verba: Concupiſcentia eſt ſimilis in principio filo araneæ: in fine, ubi aſſenſeris, ſimilis eſt denſo funi plauſtri: à principio venit, ut viator, deinde fit herus domeſticus. Unde qværunt: Qvis eſt fortis? & Reſpondent: Qvi ſubigit concupiſcentiam ſuam. vid. Buxtorf. Lex. Talm. p. 973.

§. 13. Forma *Decalogi patet ex ſingulis præceptis, in qvibus eſt obligatoria boni præceptio, & mali prohibitio. Qvâ de re agit Theologia moralis & ſupra articul. 34. §. 5. NB. & articul. 33. §. 8.*

§. 14. Finis *Decalogi univerſi eſt obedientia ſive charitas Dei & proximi, Matth. 22, 37. & qvidem perfectiſſima, qvoad univerſalitatem 1. ſubjecti, 2. objecti, 3. facti, 4. momenti Luc. 10, 26. qvæ perfectio aliàs eſſentialis, integralis & univerſalis ratione ipſius normæ & ſingulorum præceptorum, & reſpectu ſubjecti agentis, ejusqve cogitationum, dictorum & factorum appellatur, uti conſtat ex præcedente §. 5. NB. & §. 12.*

Obſerv. 1. Finis & officium Legis non erat dare vitam ac ſalutem, ſed monſtrare normam vivendi & exercitium obedientiæ ac gratitudinis. vid. Galat. 3, 21.

Obſerv. 2. Lex promittit vitam cum conditione perfectæ obedientiæ.

Digitized by Google

entiæ, qvam ſi homo præſtare poſſet, etiam acciperet, non tamen ut meritum aut debitum, ſed ut promiſſum gratuitum. vid. art. 77.

Obſerv. 3. Lex impleta vitam daret mortem avertendo, ſive privativè, ne periret non peccans; non verò effectivè. Qvia vita æterna manet clariſſima, Rom. 6.

Obſerv. 4. Lex præmia promittit obedientibus, pœnas verò minatur rebellibus. vid. art. 77. & 36.

Obſerv. 5. Conditione promiſſionis non impletâ nulla eſt promiſſio: E. & nulla ex Lege eſt juſtitia, ſed Lex operatur iram Rom. 4, 15. ob impletionis impoſſibilitatem. vid. ſupra §. 5. & artic. 94.

§. 15. Effectus *Decalogi reſpectu impiorum eſt iram operari, terrere, mortem gignere, & per accidens ad peccandum irritare Rom. 7, 8. 13.*

§. 16. Affectiones *Legis Moralis in Decalogo comprehenſa ſunt 1. Bonitas, & ſanctitas, Pſalm. 119. perpetua atqve immutabilis. 2. Perfectio & impletionis humanæ impoſſibilitas. vide ſupra §. 5. & 14.*

Nam I. *Lex ſancta* eſt ratione cauſæ efficientis & materialis; juſta, ratione cauſæ formalis; bona, ratione cauſæ finalis: Ideoqve *perpetua & immutabilis*, etiamſi nec impleri, nec juſtificare poſſit. vide infra §. 16. NB.

II. *Lex perfecta eſt* ex §. 2. Ideoqve ejus impletio ob ſummam perfectionem poſt lapſum eſt impoſſibilis. vid. §. 5. & Actor. 15, 10. Galat. 3, 21. Rom. 3, 23. Nec non infra artic. 97. 98. 99. & 100. & ſupra art 30.

Nam III. Ad impletionem Legis perfectam non unus aut alter actus ſufficit, ſed continuatio perpetua; nec ſolùm actus externus, ſed & affectus animi internus, ſincerus & perpetuò ſibi conſtans.

Ratio eſt, qvia Lex moralis reqvirit obedientiam exactiſſimam, ejusqve perfectionem 1. *graduum*, ita, ut ex principio perfectè ſancto profecta ſit, & ex toto corde, totâ animâ, totâ mente & totis viribus præſtita, Matt. 22. Luc. 10. NB. ſup. §. 5. 2. *partium* ut juſtitia ſit univerſalis, omnes & ſummos mandatorum apices implens Deut. 27, 26. Jac. 2, 10. 3. *continuam*, reqviritur enim permanentia nunqvam interrupta, ἐμμένειν Gal. 3, 21. ſecus omnis juſtitia, antecedens nulla eſt, Ezech. 18, 24. c. 33, 12.

Neqve

Neqve obſtat I. *Impoſſibilitas.* Qvia Deus perfectam Legis obedientiam jure reqvirit ab homine, licet homo eam præſtare neqveat, reqvirit enim ab eo integritatem illam, qvam ab initio dederat. vide ſupra artic. 28. & 30.

Nec obſtat II. *Vanitas* imaginaria. Qvia Præceptio impoſſibilium non eſt fruſtranea, ſed docet 1. priſtinam perfectionem, 2. præſentem corruptionem, 3. frenum externæ diſciplinæ, 4. magnitudinem malitiæ impiorum, 5. vivendi regulam, 6. perfectionis metam.

Poriſma. Ergò 1. *Finis* accuſationis legalis non eſt deſperatio, ſed meriti CHRISTI amplificatio, & gratiæ deſiderium art. 94.

Poriſma 2. Ergo à præcepto perfectionis ad poſſe non valet conſeqventia.

Poriſma 3. Ergò Jeſus Chriſtus eſt τέλος νόμου Rom. 10, 4. terminus, perfectio, conſummatio ad juſtitiam credenti, qvi legem pro nobis implevit Artic. 55. cujus ſatisfactio & impletio nobis donatur, vid. Artic. 55. ex gratiâ Rom. 8, 3. vid. artic. 94. ita, ut hac ratione renati plus habeant, qvàm Lex reqvirit.

Poriſma 4. Impletio Legis inchoata & conſummata, Legalis & Evangelica neqvaqvam ſunt confundenda. vid. art. 100.

§. 17. Eventus Decalogi ex hominis impotentiâ & impletione Chriſti vicariâ, eſt abrogatio, *qvæ propriè non eſt abrogatio aut mutatio legis, ſed abrogatio & mutatio peccatoris juſtificati, ejusqve à rigore Legali remotio.*

Ratio eſt, qvia nos à Lege abrogati ſumus. 1. *Omnes* ratione juſtificationis. vid. art. 94. 2. omnes pii Vet. & Nov. Teſtamenti, ratione maledictionis, condemnationis & coactionis externæ. 3. omnes fideles in N. T. ratione pædagogiæ typicæ. vid. inf. §. 17.

Obſerv. 1. Decalogus eſt immota vivendi regula; ideoqve immutabilis qvoad obedientiam.

Obſerv. 2. Lex moralis abrogata eſt per Chriſti mortem, non ratione obedientiæ; ſed 1. qvoad juſtificationem Galat. 3, 21. 2. qvoad maledictionem Rom. 8, 1. & damnationem. 3. qvoad exactionis rigorem, 4. & ſervilem coactionem. Confer Chemnicii Harmon. Matth. 5, 17.

Obſerv. 3.

Digitized by Google

Obſerv. 3. Abrogatio Legis Moralis non facit aliqvam mutationem in mente Dei, ſed in nobis, qvi à Lege qvoad maledictionem ſoluti ſumus, ita ut exceptio à Lege non tam Legem ipſam, qvàm objectum exceptum mutet.

Canon: *Juſtus non eſt ſine Lege, aut ſub Lege, ſed in Lege*, uti patet ex §. 17. qvia in Lege Domini eſt voluptas ejus, in qva meditatur die ac nocte Pſal. 1.

§. 18. Uſus abrogati Decalogi nihilominus manet ampliſſimus.

Ratio eſt, qvia etiam ipſi renati in Nov. Teſt. qvamvis non opus habent uſu legis Politico, Elenchtico, aut Pædagogico, qvà tales, manet tamen ipſis lex norma, ob eorum in hâc vitâ imperfectionem, licet non per vim coactivam, attamen ratione directionis 1. docendo, qvænam opera facienda ſint. 2. monſtrando imperfectionem reſiduam. 3. inſtigando ad bonorum operum ſtudium & reſiduæ imperfectionis emendationem. vid. art. 100.

Nota 1. *Uſus Legis*, juxta Form. Conc. art. 6. *potiſſimùm eſt triplex.* 1. *Politicus* contra indomitos. 2. *Pædagogicus* attinens peccatores, ut peccata agnoſcant. 3. *Didacticus* reſpiciens renatos, ut piè vivant. Qvi à nonnullis vocatur

I. *Politicus* ſive directivus, qvatenus eſt norma B. operum, articul. 100.

II. *Elenchticus*, dum peccata arguit, Johan. 3. c. 16. Gal. 5. hominum facta diſcutiendo, & peccatum indicando, Johan. 7, 51. accuſando c. 5, 45. damnando Gal. 3, 10. & juſtificationem denegando, Rom. 3. Qvamobrem & ipſe Salvator in N. Teſt. juſſit prædicare pœnitentiam, Luc. 24, 47. qvæ ratione contritionis non niſi ex Lege eſt Rom. 3, 20. Unde & meritò adhuc hodie Lex Dei docetur in Eccleſiâ 1. propter non renatos. 2. propter renaſcendos. 3. propter renatos. vid. contra Antinomos commentarium in Formulam Concordiæ art. 6. NB.

III. *Pædagogicus*, qvem præſtat 1. hominem damnando, & à ſe abigendo. 2. in Chriſto ſponſore, in locum noſtrum ſuccedente, vim ſuam exerendo, & ab eodem perfectam obedientiam, & pœnam noſtri loco exigendo. 3. Evangelio qvaſi miniſtrando, qvod Chriſtum oſtendit, & contritis peccatoribus refectionem promittit, Matt. XI.

Nota 2.

Nota 2. *Diſtincta hujus uſus enumeratio*, non variat rem ipſam. Confer ſummam Theol. Bald. in 4. art. 72. §. 24. Qvia Lex 1. deducit ad peccati agnitionem Rom. 3, 19. 2. eſt Pædagogus ad Chriſtum, ſcilicet removendo prohibens & erudiendo per accidens. 3. eſt vivendi norma ac Regula.

Nota 3. *Uſus Legis* (ſalvâ diſtinctione inter uſum pro uſurpatione, ſeu formali actu, & pro utilitate accepti. vid. Hoptn. de Cœna, P. 1. p. 175. Confer varias hujus vocis acceptiones Comm. in Formul. Conc. art. 6. p. 1366. NB.) *propter Antinomos inprimis urgendus eſt*, & qvidem non ſolùm I. *Politicus*, contra indomitos, 1. Tim. 1, 9. nec ſolum II. *Pædagogicus*, reſpectu peccatorum, ut ex lege peccata agnoſcant; Sed etiam III. *Didacticus*, reſpectu renatorum, ut juxta Legis normam in verâ pietate vivant. Confer de ſtatu controverſiæ Comm. in F. Conc. p. 1371. & 1385. Qvi in Theologia Morali inprimis attenditur, qvatenus cum imitatione Salvatoris noſtri ſanctiſſimi conjunctus eſt, Matt. XI. vid. Theol. Moralem ab initio. NB.

§. 19. *Pleniorem hujus articuli explicationem cum uſu atqve autorum Catalogo offert Manuale artic. 72. & univerſa Theologia Moralis. vid. Loc. Chemnicii & Gerhardi de Lege.*

Articulus LXXIII.

De Lege Ceremoniali.

CHRISTUS Legem mandatorum in decretis ſitam abrogavit, Epheſ. 2, 15. qvæ umbram obtinebat futurorum bonorum Hebr. XI.

§. 1.

Lex Ceremonialis ab ipſo ſummo Legislatore promulgata eſt. *Qvæ dicitur 1. Lex ex præced. artic. 72. 2. Ceremonialis à nomine Ceremonia, qvæ deducitur ab antiqvo cerus, qvod eſt ſanctus, & denotat ritum ſacrum, ſicut à caſtus dicitur caſtimonia. infra Articul. 102. §. 7. & Commentar. in Formul. Concord. articul. 10. p. 1589.*

Nota 1. Lex Ceremonialis ceremonias divinas & ſacras, non verò humanas, aut profanas continet.

Nota 2. Lex Ceremonialis eſt temporaria Judaica, ſolos Judæos obſtringens, & cum illorum Politiâ deſinente deſinens.

§. 2. Lex Ceremonialis eſt conſtitutio ſive ordinatio divina de cultu Dei externo Eccleſiæ Iſraeliticæ data, *ad præfigurationem & diſpenſationem beneficiorum Chriſti, & ἐυταξίας in Eccleſiâ.*

Nota: Lex Ceremonialis à ſupremâ ac independente majeſtate promulgata obligat populum V. T. ad certam cultus externi formam, cujus ſcopus eſt, ut homines de peccato commonefaceret, contritis Redemtorem eminus oſtenderet, & gratiam fœderalem per Sacramenta & ſacrificia applicaret & obſignaret.

§. 3. Efficiens eſt Deus, *qvi per Moſen Legem Ceremonialem populo ſuo dedit Levit. c. 1. ſeq. vid. Exod. 25, 1.*

§. 4. Objectum *ſive populus, cui Lex Ceremonialis data, eſt populus Iſraeliticus ſolus, qvo cadente & Politiâ everſâ, Meſſiâ præſente, cadit univerſa Lex Ceremonialis.*

§. 5. Summa Legis *Ceremonialis patet ex diſtinctis objectis, qvæ cultum divinum attinent,* tum publicum *(circa Feſta) qvi ſimul tam res qvàm perſonas ſacras reſpicit;* tum privatum, *reſpectu cibi & potus &c. adeoqve hoc objectum attinet ſacras 1. perſonas. 2. res. 3. locum. 4. tempus.*

Nam I. *Perſonæ* ſunt Sacerdos ſummus Exod. 28, 29. Lev. 8, 16. & ſacerdotes ſecundi ordinis Lev. 1, 8. Levitæ Num. 8. Deut. 27. & Nazaræi Num. 6.

II. *Res* ſunt 1. cibus, Devt. 14, 4. 2. veſtitus, Devt. 22, 11. Lev. 19, 27. 3. ædes & ſtructura Lev. 14, 34. 4. functio œconomica, & privata, attinens ſationem, arbores, bruta, Devt. 22, 6. 5. ſuppellex tabernaculi & templi. 6. Sacramenta V. T. art. 84. & 85. 7. ſacrificia. vid. artic. 74.

III. *Locus eſt* (1.) *Tabernaculum*, ubi 1. erat ſanctum ſanctorum Lev. 16, 2. in qvod ſolus ſumm9 Pontifex qvotannis ſemel ingrediebatur. 2. ſan-

2. ſanctum exterius, in qvod ſingulis diebus ingrediebantur ſacerdotes reliqvi, Exod. 26, 33. c. 29. 30. 3. atrium populi Exod. 40, 33. (2.) *Templum*, ubi itidem 1. ſanctum ſanctorum interius. 2. ſanctuarium. 1. Reg 8, 48. vel atrium ſacerdotum. 2. Chron. 4, 9. 3. atrium Judæorum, ſive porticus Salomonis, Johan. 10, 23. Actor. 3, 11. 12. c. 5, 12. 4. atrium gentium, 1. Reg 8, 41. vid. Joſeph. Az. l. 15. c. 14. & l. 6. Bell. Jud. c. 6. l. 7. c. 11. & contra Appion. lib. 2.

IV. *Tempus* oſtendit feſtivitates Legales. vid. infr. art. 103.

§. 6. Forma *eſt obligatoria cultus Levitici diſpoſitio in Eccleſiâ Iſraeliticâ ſub jugo V. T. Moſaico temporaria & coactiva.*

§. 7. Finis *eſt (1.) principalis præfiguratio Meſſiæ Coloſſ. 2, 16. Hebr. 8, 5. c. 10, 1. & beneficiorum illius eorumqve applicatio per Sacramenta & ſacrificia. (2.) minus principalis. 1. commonefactio de peccato Hebr. 10, 3. 2. ευταξία in conventibus & actionibus Eccleſiaſticis, 3. Diſtinctio Judæorum à gentibus, Deut. 4, 8. Eph. 2, 14. 4. exercitium obedientiæ erga Deum. 5. miniſterii Eccleſ. conſervatio.*

Obſerv. 1. Lex Ceremonialis erat Judæorum Evangelium, antitypum typo involutum continens, ſed ab Evangelio, prout nunc prædicatur, diſtinctum, ſicut rudimenta literarum & artium à perfectâ earum diſciplinâ differunt.

Obſerv. 2. Lex Ceremonialis fidem Chriſti typicè prædicabat, & non in faciendo, ſed credendo potius conſiſtebat, qvatenus reſpectum habebat ad Chriſtum. vid. Art. ſeq. 74. de Sacrificiis. NB.

Obſerv. 3. Cultus Leviticus cum omnibus ceremoniis Eccleſiaſticis & Legibus civilibus erat paries & ſeptũ, ut Reſpublica Hebræorum tanqvã Patria Meſſiæ diſtingveretur ab aliis, qvos non obligabat Eph. 2. qvamvis & illas qvaſi eminus aſpicere gentiles poterant: Donec tandem ſeptum hoc penitùs fuit dirutum, & ex utroqve populo unus factus in N. T. per Chriſtum.

§. 8. Attributa Legis *ceremonialis potiſſima ſunt 1. Bonitas ex autore. 2. Duratio determinata & inde orta abrogatio.*

Nota I. *Bonitatem* non tollit mixtura fabularum Judaica, Tit. 1. 14.

 qvod

qvod prædicatum & ipſis ceremoniis debetur per Chriſti adventum abrogatis, propter figmentum neceſſitatis ad ſalutem, Actor. 15.

Nota II. *Abrogatio eſt certiſſima.*

1. qvia Lex ceremonialis durare debuit uſqve ad Chriſtum Gal. 3. vid. Dan. 9, 27. in medio hebdomadis deſinet ſacrificium.

2. qvia nato Meſſia ceſſare debuit illa diſtinctio Judæorum & gentium, vid. Art. 81 §. 2.

3. qvia Chriſtum adumbrabat, Coloſſ. 2, 16. præſente igitur corpore ceſſet umbra.

4. qvia ad ſalutem erat inutilis Actor. 15.

5. qvia ſolis Judæis data erat, ex §. 2.

Canon 1. Deficiente cauſa Legis, legem ipſam deficere neceſſe eſt.

Canon 2. Abrogatio Legis Ceremonialis habet diſtinctos gradus. Qvia *Lex Ceremonialis in V. T. erat mortalis*, h. e. poterat mutari: *In Eccleſia primitiva N. Teſtamenti eſt mortua: hodie verò eſt mortifera*, inutilis & pernicioſa, vid. Gal. 4. 9. Hebr. 8, 8. 13.

§. 9. Diviſio Legum Ceremonialium *ex præcedente §. 5. patet. Cujus fundamentum exhibent 1. perſonæ. 2. res. 3. Locus. 4. Tempus. Confer Chytræum, Pelargum & Cornelium à Lapide in Leviticum.*

§. 10. *Pleniorem hujus articuli explicationem atqve uſum, cum autorum Catalogo exhibet Manuale articulo 73.*

ARTICULUS LXXIV.

De Sacerdotio Levitico & Sacrificiis.

CHRISTUS ſemel oblatus eſt Hebr. 9, 28. einmahl geopffert/weg zunehmen vieler Sünde/ ἀνενέγκειν, ab ἀναφέρω, ſubduco; ſemel, ἅπαξ. Confer Rom. 6, 10. ἐφάπαξ, unâ vice; perfectiſſimè, ut nullam additionem vel iterationem admittat. Nam ἅπαξ eſt ἅμα πᾶς, ubi τὸ πᾶν ſimul & ſemel inducitur, ut ſimul adſit ceſſatio & finis, ἅμα παῦσιν.

§. 1. Lex

§. 1.

LEx Ceremonialis præter alia objecta, inprimis complectitur Sacerdotium Leviticum cum ſacrificiis. *vid. articul. 73. §. 5. NB.*

Nota 1. *Sacerdos* dicitur à ſacris dandis ſive faciendis, ſacrum verò dicitur Deo conſecratum, qvod Feſtus ab aliis ita diſtingvit, ut ſanctum nominet murum, qvi circa oppidum eſt: religioſum verò ſepulcrum, ubi corpus humatum eſt.

Nota 2. *Sacrificium* deducitur à ſacrifico, qvaſi ſacrum facio, eſtqve vel typicum, vel antitypicum Hebr. 9, 24. 25. & vel propriè vel Metaphoricè ita dictum, Pſal. 110.

Nota 3. In N. T. poſt unicum ſummi Sacerdotis ſacrificium, non reſtat aliud propriè dictum (ſed ſolum myſticum Pſal. 110, 3.) nec ſacerdos terrenus Hebr. 8, 4. ſed ſolum myſticus, Apoc. 1, 6.

Poriſma. Ergo 1. Miſſa non eſt ſacrificium N. T. propriè dictum. vid. art. 89. Nec 2. martyrium. vid. art. 108.

§. 2. Deſcriptio *tum ſacerdotium, tum ſacrificium attendit, & ipſum ſacrificandi actum.*

I. *Sacerdotium eſt officium publicum diviniτus inſtitutum*, qvo Deus oblatione victimarum & donariorum coli voluit, in præfigurationem ſummi & verè maximi illius ſacerdotis Pontificis Jeſu Chriſti, ejusqve ſacrificii unici, in diebus carnis ſuæ ſupplicando & offerendo adminiſtrati, vid. Hebr. 9, 28.

II. *Sacrificium eſt oblatio, ſive actio ſacra externa divinitus inſtituta*, qva res aliqva viſibilis per miniſterium legitimi ſacerdotis, ritu in Lege præſcripto, offertur Deo, ad commonefaciendum homines de peccati gravitate, & futuro Meſſiæ Sacrificio, in ará crucis offerendo pro peccatis totius mundi, Johan. 1. Ex qvibus ſimul patet,

III. *Sacrificandi actum*, ab actu ſacramentali eſſe diſtinctum. Nam in ſacramento accipit homo beneficium a Deo: in ſacrificio verò Deo offertur ab homine hoſtia in eodem deſtruenda, ut deſinat eſſe id, qvod erat. vid. inf. Art. 89.

§. 3. Efficiens eſt DEUS, *neqvaqvam verò lumen*

natura, cui nulla cultus divini inſtitutio competit. vid. Matt. 15, 9. & infra artic. 100.

Canon: *Deus primus omnium homines ſacrificare juſſit*, ſine cujus ordinatione atqve inſtitutione neqve ſacerdotalis oblatio, neqve ſacrificia ipſi placere poſſunt. vid. Balduin. in Hebr. c. 7. & 9. & Luth. Geſner. Gerhardum in Geneſ. c. 4.

§. 4. Cauſa inſtrumentalis miniſterialis *eſt homo, & qvidem vocatus. Nam ante instituta ordinaria ſacra in tabernaculo, ſacerdotes erant Patriarchæ, qvorum qvilibet in & pro ſuâ familiâ ſacrificavit. Poſt exitum verò Iſraelitarum ex Ægypto Dominus officium ſacerdotale certæ aſſignavit tribui, ſcilicet Leviticæ. Inter Levitas verò plures erant ordines, inter qvos duo eminebant, qvibus ſolis ſacerdotalis dignitas erat commiſſa, ſcilicet ſacerdotes & Pontifices.*

Nota: Levitæ erant plures, qvorum 38000. numerantur 1. Paralip. c. 23, 3. (NB. in Bibl. German. c. 24.) Pontifex verò tantùm unus. Inter omnes enim primatum obtinebat Pontifex, ſeu ſacerdos ſummus, ex poſteritate Aaronis, qvi Antitypum ſuum habuit in Nov. T. Jeſum Chriſtum, vid. Hebr. 9, 24. ἀντίτυπα τῶν ἀληθινῶν exemplaria verorum, de cujus ſacerdotio ex profeſſo agit Epiſtola ad Hebræos paſſim. vid. ſupra Artic. 54. reliqvi verò ſacerdotes de eo participant non niſi ſenſu myſtico.

§. 5. Materia *ſacrificii erant dona & ſacrificia.*

I. *Dona* offerebantur Deo ex terrâ naſcentibus vel aridis vel liqvidis; & qvidem vel ex lege, vel ex voto, vel ex purâ voluntate.

II. *Sacrificia* erant hoſtiæ atqve victimæ, propriè ſic dicta, qvæ conſtabant carnibus non humanis, ſed brutorum, qvæ interdum magno numero ſimul offerebantur; ſic Salomo 22000. boves, & 12000. oves obtulit 1. Reg. 8, 63.

Obſerv. 1. Deus non delectatur victimis humanis.

Obſerv. 2. Gentilium conſvetudo fuit, victimas humanas, interdum & liberos ſuos offerre Diis.

Obſerv. 3. Deus conſvetudinem hanc reprehendit, & à populo

ſuo

Digitized by Google

ſuo procul eſſe voluit; ideoqve & Abrahamo arietem in locum Iſaaci mactandum monſtravit. Conf. de illo exemplo Theologiam Exegeticam lib. 2. c. 3. Tit. 5.

Obſerv. 4. Qvod tamen nec Chriſti ſacrificium propitiatorium propriè dictum; nec martyrum ſacrificia metaphorica tollit.

Obſerv. 5. Sacrificia levitica differunt (1.) materia, (2.) fine, (3.) efficiente, (4.) oblationis tempore.

§. 6. Forma *ſacerdotii conſiſtit in modo offerendi, qvi pro varietate victimarum & donariorum variat; offerebatur enim vel Holocauſtum, vel Hoſtia pacifica, vel ſacrificium libatorium.*

Obſerv. 1. Oblatio fiebat vel per ignem, ut [illegible] incenſa libamina, vel ſimpliciter, ut primitiæ, decimæ.

Obſ. 2. Sacrificia non erant muta actio, ſed iisdem conjuncta fuit populi de Chriſto antitypo informatio. vid. ſeq. §. 7. NB. & Franzii Scholam ſacrificiorum.

§. 7. Finis ſacrificiorum *erat 1. Dei honor, 2. bonorum impetratio, 3. peccatorum typica expiatio;* Finis verò ſecundarius *erat fœderis Moſaici Confirmatio. vid. ſeq. §. 8. Nam uſus ſacrificiorum V. T. erat*

I. *Legalis*, qvi fuit peccatoris de criminum atrocitate & reatu admonitio, Hebr. 10, 3. Col. 2, 14. & contritionis excitatio, cujus illa ſimul erant medium.

II. *Evangelicus*, qvi erat ſacrificii propitiatorii unici adumbratio, dum Chriſtum eminus oſtendebant, & Deo peccatores pœnitentes reconciliabant Lev. 1, 2. c. 2, 1. c. 6, 15. c. 17, 11. Gen. 8, 21.

Poriſma 1. Ergo ſacrificia vim expiandi & reconciliandi habebant non in ſe, ſed ſolum typicè: qvatenus ſcilicet corpora oblata erant qvaſi vicaria & repræſentativa victimæ antitypicæ.

Poriſma 2. Ergò ſacrificia non erant nuda ſigna ſignificativa, ſed organa divinitus ordinata, qvæ Meſſiam Dei Filium incarnandum peccatoribus proponere, ejusqve obedientiæ cruentæ fructus offerre, applicare & obſignare debebant. Unde ſangvis ſacrificiorum dicitur expiatio animæ, Lev. 17, 11. *ἐξιλάσεται*. (NB. *ἱλασμός* 1. Johan. 2. ſup. artic. 55.) כפר die Verſöhnung/ redemtionis precium Pſal. 49, 8. qvia ſan-

Digitized by Google

ſangvine victimarum expiata peccata qvaſi pice obducta Gen. 6, 14. & obliterata tegebantur, ne ab irato DEO conſpicerentur ad vindictam.

Obſerv. 1. Omnis efficacia ſacrificiorum Leviticorum non eſt ex perſonæ Pontificis dignitate, nec ex opere operato, ſed ex ſolius Chriſti merito. vid. Hebr. 9, 22.

Obſerv. 2. Immolationes brutorum non placuerunt Deo, niſi reſpectu obedientiæ, & typi ſacrificii Chriſti.

Obſerv. 3. Sacrificia Levitica per ſe non poterant expiare peccata.

Obſerv. 4. Sacrificia habebant vim peccata expiandi, Deum honorandi ac placandi, ſalutem ac vitam ab ipſo impetrandi, ex merito unius illius victimæ placatoriæ Chriſti Jeſu, qvem typicè repræſentabant, & eminus qvaſi aſpiciebant. vid. Obſerv. 7. NB.

Obſerv. 5. Agnus ille Dei immaculatus Johan. 1. ſolus peccata noſtra expiavit, ideoqve ab origine mundi occiſus dicitur Apoc. 13. vid. ſup. Art. 55. & Theol. Exeget. ſub finem NB.

Obſerv. 6. Sangvis victimarum effuſus præfigurabat redemptionem per Chriſti ſangvinem factam, qvi eſt ſolus Agnus Dei antitypicus, omnibus & ſingulis agnis typicis oppoſitus, Joh. 1. Eſa. 53.

Obſerv. 7. Omnia ſacrificia Levitica in vero ſuo fine conſiderata pertinent ad Evangelium, vid. infr. Art. 76. *Ratio eſt:* qvia ſacrificia V.T. conſiderantur

I. *qvoad actum mactationis, ſive ratione oblationis.* Sic ſunt Ceremoniæ Leviticæ ad ſalutem nihil facientes, ſed ſolùm à pœnâ Eccleſiaſticâ liberantes. vid. Hebr. 10, 1. c. 9, 13.

II. *qvoad typum, ſive ratione præfigurationis.* Sic pertinent ratione inſtitutionis ad operis redemtionis præfigurationem; ratione verò typicæ expiationis ad beneficiorum Meſſiæ oblationem.

III. *qvoad fructum, & ratione applicationis* fidei per typum verbo explicatum, in hâc ipsâ mactatione excitatæ. Sic pertinent ad beneficiorum Meſſiæ applicationem, vid. ſup. Art. 62. ubi fides beneficia ſibi applicans non in typum fertur, ſed in agnum Dei antitypicum, Johan. 1. vid. art. 93.

Obſerv. 8. Sacerdotes inter ſacrificandum locuti ſunt ad populum de ſacrificiorum typo, Salvatore Chriſto, pro peccatis generis humani paſſuro ac morituro. vid. Franzii Scholam ſacrific.

Ob-

Obſerv. 9. Sacrificiis Hebræorum etiam intereſſe licuit Gentilibus, qvi in templo Hieroſolymitano peculiare habebant atrium, ut non excluderentur à vocatione ad Eccleſiam. vid. 1. Reg. 8. & articulum 91.

Obſerv. 10. Sacrificia erant in toto orbe decantatiſſima, ideoqve gentilium ad notitiam Meſſiæ perveniendi adminiculum. vid. art. 91.

§. 8. Duratio ſacerdotii & ſacrificiorum Leviticorum eſt ad certum tempus in certo populo reſtricta. *Ideoqve placent Deo ſacrificia in V. T. ut pars diſciplinæ Eccleſiaſticæ Hebr. 10, 10. c. 9, 13. Cum interno cultu conjuncta 1. Sam. 15, 22. (qvæ alias non vult Pſal. 40, 7. hoc reſpectu, & ſimpliciter non vult in N. T.) ſcilicet ut pædagogus ad Chriſtum Gal. 4. & ut typus victimæ N. T. Johan. 1. Hebr. 10. 1. atqve medium Chriſti beneficia applicans. vid. §. 7. obſerv. 7. NB.*

Obſerv. 1. Sacerdotium Leviticum hodiè per unicum ſummum ſacerdotem Chriſtum abrogatum eſt. vid. Art. 81.

Obſerv. 2. Sacerdotum ordo inter Chriſtianos non datur propriè dictus, ſed ſolùm metaphoricus, ob ſacrificia non propriè dicta, ſed ſpiritualia, Pſal. 110.

Obſerv. 3. Eccleſiæ miniſtri Novi T. nuſpiam in Scripturâ S. dicuntur ſacerdotes.

Poriſma: Ergo fictum eſt ſacrificium Nov. T. miſſaticum. vide inf. Articul 89.

§. 9. Diviſio ſacrificiorum *patet ex cauſis.*

Nam I. *Efficiens* erat vel ſacerdos ſummus, vel reliqvi.

II. *Materia* fuit vel animata, animal mundum, vel inanimata, tum ſolida (panis, thus, ſal;) tum liqvida, (vinum, oleum.)

III. *Forma* oſtendit diſcrimen inter *holocauſtum*, totum igne abſumtum: & *hoſtiam pacificam*, qvæ partim cremabatur, partim comedebatur, tum à ſacerdotibus, tum ab offerentibus: & *hoſtiam pro peccato*, qvæ à ſacerdotibus partim cremabatur, partim comedebatur.)

IV. *Finis* & intentio ſacrificantium diſtincta fuit. Unde erat vel ſacrificium Latrevticum vel Euchariſticum, vel impetratorium, vel hilaſticum, vel conſecrationis, vel mundationis. Vide de his omnibus prolixam diſſertationem ex Maimonide, AbenEſra, R. Salomone

& aliis Talmudiſtarum obſervationibus in Johan. Henr. Othonis Lexico Rabbinico Philologico Tit. ſacrificium p. 549. ſeq. ubi agit de Holocauſto, de ſacrificio pro peccato, pro reatu, de pacifico, de avibus & libamine, &c. & Tit. ſacerdos, p. 533. ſeq. NB. Confer Levit. c. 1. ſeq. & ſupra §. 5. nec non Pelargi comm. in Levit. & Chriſtoſophiam Dannhaueri.

§. 10. *Plura de hoc articulo, qvæ illius uſum attinent, offert Manuale artic. 74. Inprimis verò Franzii Schola ſacrific. Balduini & Waltheri comm. in Ep. Hebr. & collatio cum præcedente articulo 54. 55. & 56. NB.*

Articulus LXXV.
De Lege Forenſi, ſive Judiciali.

Hæc ſunt præcepta, & Ceremoniæ atqve judicia, Devt. VI, 1. Geſetz/ Gebot/ und Rechte/ שפט : משפטים חקים מצות richten/ judicare, eſt ex Legum præſcripto jus dicere, & exeqvi cauſas, juſtè dijudicare & ritè controverſias dirimere, ut boni defendantur, mali condemnentur & puniantur, ex 1. Reg. c. 3. & 8. Confer Germ. Schöppe/ Schöffe/ der recht Schafft; & Schufft/ qvi jurisdictionem habet, & צוה mandando inſtruere Gen. 2, 16.

§. 1.

Lex forenſis ab ipſo Deo data *& foro Judaico ſolùm accommodata eſt. Dicitur à foro, & rebus forenſibus, atqve judiciis, in Politiâ Moſaica conſpicuis.*

§. 2. Lex forenſis *eſt divina de Politia Moſaica, ejusqve adminiſtratione conſtitutio, adeoqve certa à DEO per Moſen populo Iſraelitico gubernationis politicæ forma præſcripta, ob certos fines, ex ſeq. §. 7. conſpicuos: inprimis verò, ut hac ratione petulantia populi duræ cervicis coërceretur, & Reſpublica gentis electæ peculiari charactere ſignaretur.*

§. 3. Effici-

§. 3. Efficiens *principalis eſt DEUS; Inſtrumentalis Moſes. vid. Exod. c. 21.*

§. 4. Summa *legum forenſium ex libris Moſaicis nota eſt; & reſpicit non modò Rempubl. pacis & belli tempore adminiſtrandam; verùm etiam res œconomicas, v. g. de liberis, ſervis, divortiis.*

Nota: *Objecta Legis forenſis alia ſunt* I. *juris communis* & perpetui, qvorum diſpoſitio ratione circumſtantiarum erat peculiaris, res verò ipſa omnes omninò obligat. v. g. Lex 1. de commodatis, depoſitis, illatis damnis, Exod. 21, 33. c. 22, 5. Lev. 6, 2. 2. de ponderibus & menſuris, Lev. 19, 35. Devt. 25, 13. 3. de limitibus non transferendis Devt. 27, 17. 4. de uſuris mordentibus fugiendis Exod. 22, 25 Lev. 25, 36. Devt. 23, 19. 5. de curâ pauperum, orphanorum, viduarum & peregrinorum Ex. 22, 21. Lev. 19, 9. Devt. 10, 18. c. 14, 19. c. 15, 7. c. 16, 11. c. 24, 7. c. 26, 12 c. 27, 19. 6. de mercenariis, qvorum defraudatio eſt iniqviſſima, Lev. 19, 13. Devt. 24, 15. vid. inf. §. 8. II. *alia ſunt juris particularis Judaici*, qvæ cum Rep. Judaica exſpirarunt. v. g. ſtatuta de uxore fratris, de potu zelotypiæ, de ineptis ad officium publicum, Devt. 23, 1. 2 3. vid. Johan. Chriſtoph. Wagenſeilii Sota, de uxore adulterii ſuſpectâ. Altorfi, 1674. in 4.

§. 5. Objectum, *cui data Lex forenſis, eſt populus Hebræus.*

§. 6. Forma *eſt vis directiva & coactiva temporaria, & conſiſtit in obligatoria regiminis Iſraelitici diſpoſitione.*

§. 7. Finis *legum forenſium eſt conſervatio externi cultus & diſciplinæ in populo pertinaciſſimo. Ideo enim inſtituta eſt Politia Moſaica, ut eſſet*

1. *Officina* patefactionum Dei in ſuo populo.
2. *Bibliotheca*, in qvâ aſſervarentur ſcripta Prophetica.
3. *Certa ſedes doctrinæ*, in qvâ homines poſſent audire verbum, & invenire verum Dei cultum.
4. *Certus locus* & ſtirps peculiari charactere addito, in qvâ naſceretur, & ubi doceret Meſſias, cujus genealogia in populo Judaico conſervanda erat.

Digitized by Google

§. 8. Duratio *legum Forenſium & totius Politiæ Moſaicæ eſt temporaria ad certum tempus in certo populo determinata, ejusqve obligatio fuit ſolùm particularis.*

Obſerv. 1. Lex forenſis abroganda erat, qvia Politia Moſaica tantum fuit inſtituta usqve ad adventum Meſſiæ Gen. 49,10.

Obſerv. 2. Veniente itaqve Meſſiâ, ſceptrum de Juda ablatum eſſe oportuit.

Obſerv. 3. Poſtqvam per Meſſiam ex Judæis & gentibus unus factus eſt populus; jam unà cum Lege forenſi deſierunt omnia ſupra §. 7. enumerata. Ideoqve & forenſis ratio Reipublicæ Judaicæ deſiit.

Poriſma: Ergo abrogata eſt lex forenſis, qvoad uſum typicum & jura ſingularia, obligat verò adhuc hodiè non per ſe, neqve autoritate Moſaicâ, ſed qvatenus includit nonnulla jura communia ex Lege naturæ orta. vid. ſup. §. 4.

§. 9. *Plura huc facientia offert Manuale artic. 75. Inprimis verò Gerhardus T. 3. LL.*

ARTICULUS LXXVI.
De Verbo Evangelii.

Evangelium eſt præconium Jeſu Chriſti Rom. 16, 25. & potentia Dei ad ſalutem omni credenti Rom. 1, 16. δύναμις, eine Krafft Gottes. NB. ſup. p. 335.

§. 1.

REvelatio Evangelii eſt certiſſima *ex Rom. 16, 25. & Hebr. 2. Nam ſicut Lex contritionem, ita Evangelium fidem excitat ad ſalutem Rom. 1, 16. Immenſa enim & catholica Chriſti beneficia omnibus acqviſita Evangelium offert omnibus & ſingulis, qvod annunciat gaudium magnum omni populo Luc. 2, 10. vid. infra Articul. 91.*

§. 2. Significatio Evangelii diſtincta eſt

Nam

Nam I. Εὐαγγέλιον vi nominis eſt bonum ſeu lætum nuncium. Unde Evangeliſta dicitur proſpera & bona nuncians, inf. art. 121.

II. Hebr. בשר præſcindendo ab accidentali annunciationis eventu, notat in genere *annunciare nova*, qvæ in ſe ſemper grata & deſiderata eſſe ſolent Actor. 17, 21. 2. Tim. 4, 3. ſicut nuncius expectatus, licet ratione circumſtantiarum, hic & nunc, ſpecialiter illa nova deſiderata eventualiter qvibusdam fiant ingrata, per accidens, ut 1. Sam. 4, 18. 1. Reg. 1, 42. Qvemadmodum & ipſum Evangelii præconium qvibusdam fit odor mortis, 2. Cor. 2, 16. & videtur eſſe ſermo durus, Joh. 6, 60. unde מבשר Nuncius, 2. Sam. 18, 21. 27. ein guter Mann bringt eine gute Botſchafft. Confer Gall. ambaſſadeur.

III. *Evangelium* accipitur

1. *Eccleſiaſticè*, ſic notat pericopas Dominicales.

2. *Impropriè*, pro totâ Chriſti doctrinâ & Hiſtoria à IV. Evangeliſtis conſcripta.

3. *Propriè*, ſic eſt doctrina de remiſſione peccatorum Luc. 24. & promiſſio remiſſionis peccatorum & juſtificationis propter Chriſtum. vid. Apol. A.C. p. 67. & prædicat juſtitiam fidei in Chriſtum.

4. *Strictiſſimè*, ſic eſt doctrina, qvæ hanc gratiam in CHRISTO exhibito omnibus offert & per fidem credentibus applicat. Johan. 3, 16. Confer infr. art. 80.

IV. *Revelatio* Evangelii fit per ἐπαγγελίας NB. vid. art. 77. §. 1. & Evangelium ſtrictiſſimè ita dictum, qvod eſt ipſum N. Teſtamentum ratione prædicationis conſideratum. *Promiſſio* verò Evangelica reſpicit futurum novum fœdus, qvæ primùm nudè prolata, deinceps verò in certâ regiminis Eccleſiaſtici formâ ad unum populum Judaicum determinata eſt. Qvâ de re agit articulus 80. & 79.

V. *Evangelium* hoc loco notat non *librum* Matthæi vel Johannis: *nec doctrinam* Legis & Evangelii combinatam: *nec annunciationem* promiſſionis de Meſſiâ futuro: *ſed concionem* de Meſſiâ exhibito, Marc. 1, 1. Rom. 1, 2. adeoqve Evangelium propriè dictum non poteſt eſſe concio pœnitentiæ, eo ipſo, qvia eſt concio gratiæ. NB. vid. Commentar. in Form. Concord. art. 5.

VI. *Evangelium* etiam in Vet. Teſtam. extitit. Qvâ de re agit ſeqvens. §. 6. NB.

 VII. *Evan-*

Digitized by Google

VII. *Evangelii encomia occurrunt varia.* Qvia dicitur,

1. *Doctrina* Chriſti.

2. *Myſterium* æternis temporibus abſconditum; Non reſpectu denegatæ manifeſtationis, ſed ratione 1. cognitionis, 2. ſolennis patefactionis, 3. promulgationis. vide Rom. 16, 25.

3. λόγος, κατ᾽ ἐξοχὴν, & λόγος ζωῆς Phil. 2, 16. unde haurienda vita gratiæ & gloriæ, vid. 1. Tim. 4, 16.

4. *Sapientia* rationi ignota, propter cognitionem myſteriorum Dei; & prudentia propter praxin regendæ vitæ, tùm privatæ, tùm totius Eccceſiæ.

5. *Evangelium gloriæ Dei*, 1. qvia illa in eo maximè reſplendet, 2. qvia gloriam vitæ æternæ credentibus promittit, 3. qvia gloria æterna paſſiones propter Evangelium ſeqvitur.

6. *Doctrina ſana κατ᾽ ἐξοχὴν*, qvia ſanat conſcientias & Chriſtum Salvatorem ac Medicum nobis monſtrat. vid. Exod. 15. & Luc. 10. NB. Manuale Theolog. artic. 60. de Uſu paſſionis CHRISTI Panſophico.

7. *Verbum crucis*, ab objecto Chriſto crucifixo, & conditione crucis. vid. art. 62. & 108.

8. *Teſtimonium*, reſpectu 1. Dei, 2. noſtri, & ipſius Salvatoris Jeſu Chriſti 1. Cor. 1, 6.

9. *Semen* incorruptibile filiorum Dei 1. Pet. 1.

10. *Odor* vitæ, per accidens verò odor mortis, 2. Cor. 2, 15.

11. *Spiritus* & miniſtratio ſpiritus. 12. *Stultitia* prædicationis.

13. *Promiſſio* vitæ. 14. *Doctrina* fidei Apoſtolica. 15. *Potentia* Dei ratione manifeſtationis & efficaciæ Rom. 1, 17. 16. Salutis & converſionis *organum*. 17. *Verbum Veritatis*. vid. Joh. 17, 17.

§. 2. Evangelium eſt Concio gratiæ gratuitæ, *meritum Chriſti, eoqve parta beneficia univerſalia omnibus offerens, & per fidem ex prædicatione ortam conferens, ut credentes ad DEI gloriam accipiant ſalutem æternam. vid. Johan. 20. & Eph. 1.* Summa: Evangelium propriè dictum eſt doctrina gratiam Dei univerſalem, & omnia per Chriſtum acqviſita beneficia, adeoqve gratiam, juſtitiam & gloriam æternam omnibus

Digitized by Google

bus per Verbum & Sacramenta offerens & ſingulis credentibus applicans, *Johan. 3.*

Obſervatio : In doctrinâ Evangelii reperiuntur omnia, qvæ ad ſalutem ſunt neceſſaria ; in eâ eſt Chriſtus, fides, gratia Dei, conſolatio in adverſis, ſalus deniqve ac vita æterna. Eſt enim doctrina 1. de Miſericordiâ Dei. 2. de gratuitâ peccatorum remiſſione. 3. de vitâ æternâ per fidem in Chriſti ſangvinem & meritum conſeqvendâ, Joh. 3.

§. 4. Efficiens eſt DEUS §. 3. *ejusqve ſuperabundans gratia in Chriſto, Eph. 1. Qvæ originaliter refertur ad Patrem cœleſtem ; & relatè eſt à Filio, ratione officii Prophetici. Ita, ut cauſa impulſiva vel rationis moventis inſtar ſit divina miſericordia, προηγουμένη, & προκαταρκτικὴ Chriſti meritum, atqve ἀφορμητικὴ peccatorum miſeria.* Cauſa verò organica *annuncians gratiam Evangelicam ordinariè eſt homo vocatus, & extraordinariè Angelus, atqve in Nov. Teſt. ipſe Dei Filius.* Medium *communicandi eſt Dei vox ; apprehendendi verò fides, Johan. 3, 16.*

§. 5. Summa Evangelii *extat Johan. 3, 16. & ſupra Articul. 37. 38. 39. usqve ad artic. 70. qvæ continet Chriſti meritum ejusqve beneficia.*

§. 6. Objectum, *ad qvos ſpectat Evangelium ratione oblationis, ſunt non Angeli, ſed omnes homines peccatores ex Artic. 38. ratione applicationis verò credentes, vid. ſupr. Artic. 70. vid. 1. Tim. 2, 4. 2. Petr. 3, 9.*

Obſerv. 1. Evangelium annunciatum fuit inter omnes gentes, in univerſo mundo, vid. Matth. 28. Marc. 16. inf. Art. 91.

Obſerv. 2. Evangelium ſive ἐπαγγελίαν & promiſſionem de Chriſto Evangelicam habuerunt etiam pii in V. T. Galat. 3, 8. 17. non qvidem ratione ſolennis promulgationis ; attamen in promiſſionibus, typis, ſacrificiis & prædictionibus propheticis. vid. Hebr. 13, 7.

Obſerv. 3. Doctrina Evangelii eadem fuit in V. & N. T. vid. inf. Art. 80. & Actor. 15, 10. crediderunt enim & Patres in eundem Meſſiam Hebr. 13, 7. promiſſum Gen. 3, 15. licet adhuc venturum Matt. XI. & non niſi per Chriſtum ſalvati ſunt. Qvod patet 1. ex promiſſione Evangelica

Digitized by Google

gelica Gen. 3, 15. 2. ex ſacrificii artic. 74. 3. ex juſtificationis identitate Rom. 4. per fidem gleicher [illegible] κἀκεῖνοι Actor. 15, 10. 11. vid. Pſal. 32. Eſa. 53. artic. [illegible] exemplum Moſis probrum Chriſti & egreſſum Luc. 9, 31. eligentis, Hebr. XI, 25. 26. contra Photin.

Obſerv. 4. Nemini prodeſt Evangelium, niſi ex Lege peccatorem ſe eſſe agnoverit, cujus gratia Evangelium prædicatur, ut credat Johan. 3.

§. 7. Bona & Beneficia *in Evangelio oblata ſunt 1. DEI miſericordia, quæ eſt 2. in Chriſti merito fundata, 3. per fidem applicanda.*

§. 8. Forma Evangelii *eſt promiſſio gratiæ gratuita, & annunciatio ſalutis gratuita §. 4 in promiſſionibus Evangelicis, ſalutem omnibus offerentibus, artic. 77. & determinatis, ſalutis conſequutionem offerentibus. l. d. ſine ullo reſpectu ad conditionem humanæ [illegible] poſſibilem. NB. ſup. 285.*

Nota. Forma & natura Evangelicæ doctrinæ patet 1. ex autore, 2. ex [illegible], 3. ex antiqvitate, 4. ex effectu, 5. ex difficultate, 6. ex ſublimitate, 7. ex certitudine.

§. 9. Finis *Evangelii ſummus eſt Dei gloria, Luc. 2. 2. Cor. 4, 4. 5. proximus verò hominis ſalus, & vita æterna, Joh. 3. & cap. 20, 1. Pet. 1, 9. qvam antecedit tum regeneratio, tum juſtificatio, &c.*

§. 10. Effectus *eſt fidei collatio, augmentum & conſervatio, ad vitam æternam. Nam omnis effectus Evangelii ex intentione divina ſalutaris & univerſalis eſt, vid. ſup. Artic. 37. & 38. & Rom. 16, 26. licet univerſalem ſalutis acqviſitæ oblationem non ſemper & ubiqve ſeqvatur univerſalis applicatio. vid. ſup. Art. 70.*

Obſerv. 1. Doctrina Evangelii eſt ſalutis organon. vid. Rom. 1, 16. infra Artic. 124.

Obſerv. 2. Efficacia Evangelii prædicati eſt maxima. Qvia Evangelium eſt ordinarium Spiritus S. organon, fidem conferens.

Poriſma: Ergo Evangelio non ſolum cohoneſtandi gratiâ effectus ſalutares tribuuntur.

Obſerv. 3. Evangelii effectus reſpectu diverſorum objectorum dan-

Digitized by Google

dantur contrarii. Ratio eſt, qvia Evangelium ex Dei intentione per ſe & κατ' ἀλήθειαν eſt Dei virtus credentibus, hoc eſt ſalutare organum & efficax medium, qvo Deus in eis vitam & ſalutem operatur; per accidens verò & κτ' δόκησιν eſt juſto Dei judicio pereuntibus ſtultitia 1. Cor. 1. & odor mortis 2. Cor. 2, 15.

Poriſma. Ergo abſentia eventus non tollit ſeriam Dei, homines per Evangelium ſalvandi, voluntatem, vid. ſupr. art. 38. & 39.

§. 11. Majeſtas *& autoritas doctrinæ Evangelicæ patet 1. ex Autore, 2. ex Miraculis, 3. ex viſibili Spiritus S. effuſione, 4. ex interna Spiritus S. virtute, Rom. 8. & 5. ex ſolatiis efficaciſſimis. vid. inf. Artic. 109.*

§. 12. Adjuncta *& attributa Evangelii ſunt 1. patefactio prima Gen 3. iterata in Vet. Teſt. conſummata in N. Teſt. 2. perfectio, 3. identitas fundamenti in Vet. & nov. Teſtamento, 4. differentia à Lege.*

§. 13. *Pleniorem bujus articuli explicationem atqve uſum oſtendit articulus ſeqvens 77. & Manuale artic. 76. & 77.*

ARTICULUS LXXVII.
De Promiſſionibus Divinis.

Is, qvi promiſit, potens eſt & præſtare, NB. ſup. p. 335. δυνατὸς Rom. 4, 21.

§. 1.

PRomiſſiones divinæ ſunt certiſſimæ, *qvia Verbum DEI eſt ipſa Veritas, Joban. 17, 17. vid. Hebr. 6, 17. ſupra p. 324. Tit. 33. & 38. de veracitate & omnipotentia. Ideoqve, jus ſpeciale ac novum credenti offerunt. Promittere enim non ſolum eſt affirmare, ſe aliqvid daturum eſſe, ſed etiam ſe obligare alteri, & conſeqventer illi jus tribuere ad exigendum, ita, ut urgere liceat promiſſum, & niti promittentis veracitate. vid. Pſalm. 27, 8. Tibi dixit cor*

meum; לך אמר לבי mein Hertz hält dir für dein Wort / deinen Befehl/ deine Zuſage / und Verheiſſung/ und alſo deine Warheit.

Nota 1. Promiſſio eſt pro ſive ante miſſio, qvæ ante eventum aliqvid certis verbis enunciat, & futuram atqve poſſibilem rei promiſſæ præſentiam actuali exiſtentiæ præmittit. Cujus apprehenſio per fidem mixturam ſalutarem oſtendit Hebr. 4, 2. art. 120. §. 2.

Nota 2. Promiſſio aliqvando Metonymicè accipitur pro decreto promiſſionis æterno, Tit. 1. aliqvando pro ipsâ promiſſione revelatâ.

Nota 3. Ἐπαγγελία (ab ἀγγέλλω nuncio, per angelum ſive nuncium indicata, ſup. art. 19.) reſpicit promiſſionem Evangelicam. vide ſupra artic. 76. §. 2. num. 4.

§. 1. Promiſſio Divina *eſt enunciatio futurorum bonorum fide apprehendenda ad hominis ſalutem.*

Ratio eſt, qvia eſt ſignum repræſentans intellectui ſignatum beneficium credendum, ſup. p. 200.

Canon 1. Promiſſiones Divinæ ſunt fundamentum fidei, vid. Articul. 93. & liberrima Omnipotentis obligatio. vide Articul. 10. Titul. 35. §. 1. NB.

Canon 2. Promiſſiones Divinæ ſunt fundamentum precum & exauditionis, vid. Art. 10. Tit. 33. §. 1. NB. Qvemadmodum ergo bona ſpiritualia communia, omnibus fidelibus abſolutè neceſſaria ad ſalutem gratiæ & gloriæ, promittuntur abſolutè Joh. 16: ita etiam abſolutè illa petere licet: ſecus verò dona ſingularia. Conf. 1. Joh. 5, 4. & temporalia Matt. 8. & c. 6. (Fiat voluntas tua. Panem noſtrum da nobis.) Confer de hac precum conditione inf. §. 8. NB.

Canon 3. Deus non verba, ſed res loqvitur, & qvod promittit, certiſſimè præſtat, Pſal. 33. vid. Theol. Exeget. lib. 1. §. 11.

Canon 4. Qvalis eſt promiſſio, talis eſt precum exauditio. Conf. Orationem Dominicam Matt. 6. Cujus Summam repetit Manuale artic. 108. & Theologia Catechetica NB. ubi promiſſio orationem excitans reſpicit objecta.

I. *Poſitiva*, ſive bona, qvorum collatio petenda ſimpliciter & ſine conditione, ſpiritualia videlicet & cœleſtia: corporalia verò conditionatè. Vid. Matt. 6, 10. c. 8, 3.

II. *Priv.*

II. *Privativa*, ſive mala, qvorum averſio expetenda, Matth. 6,13. Luc. XI, 4.

Poriſma. Ergo omnis oratio, qvæ non fundatur in expreſſa verbi promiſſione, fruſtranea eſt. vid. appendix articuli [illegible]. NB.

§. 3. Efficiens *eſt Deus, Rom. 4, 16. miſericors NB. §. 6. Tit. 22. Art. 10. veraciſſimus, cujus velle dat eſſe, ſup p. 18. & cujus verbum veritas eſt, Joh. 17, 17. Confer de divina obligatione benigniſſima & conſtantiſſima Art. 10. Tit. 35. §. 1. NB. & Lutherum in Eſa. c. 46, 3. Tom. 3. Jenenſ. Lat. f. 392. Hec eſt magnificentiſſima promiſſio, in qvâ ſe tota miſericordia effundit. Profectò ſumus indigni, qvi hæc legamus! Confer de bonitate & benignitate Artic. 20. Tit. 11. ſeq.*

§. 4. Objectum promiſſionum divinarum, qvod promittitur, *ſunt res ſive beneficia tam temporalia, qvàm ſpiritualia & æterna, qvæ reſpiciunt regnum 1. potentiæ, 2. gratiæ, 3. gloriæ. vid. artic. 10. Tit. 38.* Objectum verò, cui promiſſiones fiunt, *eſt homo, cujus hoc loco fides promiſſionem apprehendens attenditur, Rom. 4. vid. Art. 93. & Pſal. 103, 17. 18. Incredulitas verò & peccata impœnitentis proæretica benedictionem promiſſam impediunt, & peccatorem maledictioni atqve comminationi divinæ ſubjiciunt, Art. 36. NB.*

Canon: Promiſſio & fides indiſſolubiliter tanqvam relatum & correlatum cohærent.

Ratio eſt, qvia fides rem applicabilem facit credenti applicatam. vid. Tract. procem. & Theologia in genere §. 7. NB. p. 18.

§. 5. Forma eſt manifeſtatio boni alicujus futuri certo ſigno ſive verbo intellectui humano repræſentata. Cujus fundamentum eſt divina bonitas §. 9. & veritas. *vide Artic. 10. Tit. 33. §. 1. & 2. & Tit. 35. §. 1. Neqvaqvam verò hominis ſanctitas, perfectio, aut meritoria qvalitas. vide infra §. 13. NB. ex Deut. 9, 4.*

Ratio eſt, qvia proportio actionis finitæ ad beneficium infinitum

 nulla

Digitized by Google

nulla eſt, adeo, ut ne qvidem bona temporalia acqvirere poſſit, uti patet ex loco dicto; nedum æterna. NB. vid. art. 142. §. 2.

Canon: Veritas divina attendit fundamentum vel Legale, vel Evangelicum. Qvorum illud in promiſſionibus Legalibus perfectam obedientiam tanqvam conditionem incluſam, Rom. 2, 13. & factores legis, atqve divinam juſtitiam, Art. 72. hoc verò in promiſſionibus Evangelicis fidem Chriſti juſtitiam apprehendentem & credentes, Rom. 3. Deiq; miſericordiam reſpicit, Artic. 93. vid. ſupra Tit. 33. de DEI Veritate, Juſtitia, Titul. 32. & Miſericordia Tit. 22. Articul. 10. NB. & infra §. 9. NB.

§. 6. Finis *promiſſionum divinarum reſpicit Dei gloriam bonitatis, veritatis & potentiæ, & hominum ſalutem. vid. Artic. 10. Tit. 42. & infra §. 13.*

§. 7. Attributum *promiſſionis divinæ eſt certitudo & infallibilitas, vel abſoluta, vel conditionata. Impoſſibile enim eſt, ἀδύνατον, mentiri DEUM, Hebr. 6, 18. Deus enim veraciſſimus in omnibus promiſſis ſuis fidelis eſt. Confer Art. 10. de Dei Attributis, & imprimis de Dei veracitate & Fidelitate, Tit. 33. & 34. vid. Rom. 4, 21. 1. Cor. 10. ideoqve Promiſſiones Dei non fallunt: nec de promiſſionum divinarum veritate dubitare licet, qvia in Chriſto ſunt Amen, 2. Cor. 1. Confer de certitudine & infallibilitate Theol. Exeg. lib. 2. c. 6. Tit. 4. NB.*

Obſerv. 1. Promiſſiones Dei ſunt æterna & immota veritas, qvæ nunqvam fieri poteſt irrita.

Obſerv. 2. Veritas promiſſionum divinarum per mortem Chriſti obſignata eſt.

Obſerv. 3. Fides ex Dei voluntate & poteſtate de promiſſionum divinarum veritate nos certos reddit, adeoqve tam noſtram indignitatem, qvam naturæ impoſſibilitatem tollit. vid. Rom. 4. Abrahami exemplum.

Obſerv. 4. Promiſſiones piis factæ non oculis carnalibus aſpiciendæ, ſed juxta ſtylum curiæ cœleſtis intelligendæ ſunt.

Obſerv. 5. Promiſſiones Dei non excludunt crucem, probationem & patientiam. vide Gymnaſium Patientiæ ſeqq. Articulum 108.

Obſerv. 6.

Obſerv. 6. Promiſſiones Dei ſunt fundamentum ſpei & fiduciæ, & univerſi ſolatii credentis & orantis, imprimis verò illæ, qvæ de vita æterna & finali perſeverantia agunt. vid. inf. Art 102.

Canon: *Promiſſio conditionalis non tollit exauditionis certitudinem.* vid. Carpz. Iſag. p.1076. & Theol. Poſit. Art. 10. Tit. 16. p.276.

Ratio eſt, qvia *fiducia* credentis & orantis non ſolùm includit *aſſenſum* tàm *univerſalem*, ob Dei omnipotentiam, curam paternam, benignam voluntatem & veracitatem; qvàm *particularem*, qvod etiam hic & nunc dare velit credenti, qvod petit: Sed etiam reqvirit ejusmodi voluntatis *actum, qvi adhæret oblato* per promiſſionem *bono*, & in illo acqvieſcit, qvod precib9, vi promiſſionis divinæ, nunc certò vel impetratū, vel impetrandum eſt. Novit n. infallibiliter, Deum paratū eſſe dare omnibus rectè precantibus illud ipſum, qvod promiſit, ſi illud facit ad Dei gloriam, & piorum ſalutem. Proinde conditio orantis præſuppoſita eſt I. *Generalis*, qvæ includit 1. Subjectum pœnitens, 2. Orandi methodum, ne oratio fiat præpoſterè, temporalia anteponens, vel perversè, ne malo fine petantur corporalia, ad abuſum, Jac. 4,3. II *Specialis*, addita promiſſioni 1. *de corporalibus*, ubi Deus ſibi reſervat tempus, Eſa. 49, 8. 2. Cor. 6, 2. modum ratione qvantitatis & qvalitatis; & utilitatem, Matt. 8, 2. Luc. 22, 42. 2. *de ſpiritualibus*, qvantum reqvirit orantis vocatio & menſura, 1. Cor. 7, 7. & c. 12, 6. ad 10. ut excludatur ſuperbia & gloriatio, 2. Cor. 12, 6. Unde manet *veritas alternativa*: aut dabit hoc, aut melius, qvi & omnipotens & benignus, & ſimul omniſcius eſt, & omniſapiens.

§. 8. Promiſſio divina pro objecti varietate varia, ideoqve accuratè diſtingvenda eſt. *Nam*

1. Promiſſio divina alia Legalis eſt, alia Evangelica. Legalis reſpicit perfectam obedientiam, Art. 72. Evangelica verò gratiam & beneficium gratuitum. ſup. §. 5. vid. Art. 141. §. 2. NB.

2. Promiſſio Evangelica alia ſimpliciter univerſalis eſt, alia limitatè univerſalis, qvæ habet incluſam mediorum applicationem, & ad credentes determinata eſt.

3. Alia corporalis, alia ſpiritualis, alia mixta eſt, ſive reſpicit vel hanc, vel futuram vitam, vel utramqve, ex præced. §. 2. & 7. NB.

4. Alia conditionalis, alia abſoluta & gratuita, nihilominus tamen

tamen certa eſt. Vide Theologia Exegetica lib. 2. cap. 6. Tit. 4. NB. & ſupra § 7.

§. 9. Promiſſio Legalis eſt conditionalis.

Ratio eſt, qvia promiſſio Legis promittit Juſtitiam cum conditione perfectiſſimæ obedientiæ, Rom. 2, 13. cujus tamen poſſibilitatem poſt lapſum non confirmat. Neq; enim, ſi Legi pleniſſimè obtemperet homo, vita æterna daretur obtemperantibus ut meritum, ſed ut promiſſum gratuitum & chariſma. Rom 6. NB. inf. §. 13.

Poriſma. Ergo Promiſſio Legis non probat vitæ per Legem conſecutionem. Non enim juſtificabitur ex operibus Legis omnis caro, Galat. 2, 16.

Nota: Promiſſio Legi addita in Decalogo non tàm Legalis eſt, qvàm Evangelica, cujus fundamentum eſt miſericordia, Exod. 20, 6. עשה cum exceſſu boni plus benefaciens ex gratia qvàm de jure teneretur. Confer Iſagog. Carpzovii de promiſſionibus qvarti præcepti, p. 1010. ratione applicationis ad fundamentum Evangelicum referendis. Cùm imperfectæ obedientiæ nulla detur rata promiſſio ſine fide in Chriſtum. 2. Cor. 1. per qvem omnis reſidua imperfectio tegitur, monente Chemnicio P. 3. Loc. p. 193. ubi ait: Loqvitur de miſericordia, (NB. Ich thue Barmhertzigkeit an viel tauſenden/ Exod. 20. 6. GOTT hält den Bund und Barmhertzigkeit denen die ihn lieben / Devt. 7, 9. 12. und wird dich lieben / und ſegnen/ und mehren.) qvam Deus piis præſtat, ut ſignificet præmiationem hanc non ex merito, ſed ex gratia pendere. Unde LXX. vertunt [illegible], Exod. 20, 6.

§. 10. Promiſſio Evangelica eſt merè gratuita, ideoqve diſtinctiſſima eſt à promiſſione Legali.

Ratio eſt, qvia illa includit conditionem operum, hæc verò juſtitiam ſine operum conditione offert. vid. Tit. c. 3. 5. & tantùm fidem reqvirit non ut conditionem homini poſſibilem, ſed ut medium divinitùs ordinatum, & peccatori per Verbum & Sacramenta oblatum & collatum. vid. art. 93. & 94. & ſupra p. 285.

Canon 1. *Promiſſiones Evangelicæ ſunt univerſales.* Negatâ enim univerſalitate perit omnis certitudo fidei. ſup. p. 197. Qvamobrem & univerſales illæ promiſſiones tàm V. qvàm N. Teſtamento communes ſunt, Act. 15, 11. vid. art. 38. & 39. Ratio eſt, qvia

I. Pro-

Digitized by Google

I. Promiſſiones Evangelicæ factæ ſunt per Chriſtum Mediatorem Catholicum æternum, Hebr.13, 8. ſup.p. 200. qvi illas præſens explicavit Johan.3.Matt.XI. atqve omnibus promulgari juſſit in univerſo mundo, Matt.28.Marc.16.

II. Qvia Chriſtus eſt omnium promiſſionum Evangelicarum fundamentum ratione meriti & interceſſionis, in qvo omnes promiſſiones ſunt Amen, 2.Cor.1,21. vid. Art. 38. & 39.

Canon 2. Deus & promittit, & promiſſa præſtat, & eorum fidem in nobis efficit.

Canon 3. Promiſſio Evangelica fit absqve conditione obedientiæ, etiamſi fiat cum incluſione fidei, qvam omnino reqvirit apprehenſio & applicatio ſalvifica. vide de reqviſito art.40. & confer de Promiſſione præmiorum in vita æterna art.142.§.2. NB.

Nota 1. *Conditio* JCtis eſt lex adpoſita hominum actibus, illos ſuſpendens. Sive, eſt modus, qvi ſuſpendit actum, donec eo exiſtente confirmetur. Eſtq; vel certa, vel incerta, vel poſſibilis, vel impoſſibilis. Qvæ reſpicit vel præſens, vel præteritum, vel futurum, ſive caſum incertum, qvi poteſt tendere ad eſſe, & ad non eſſe, & in eventum aliqvem negotium ſuſpendit.

Nota 2. Fides propriè loqvendo non eſt conditio, & homini poſſibilis, ſed donum à Deo collatum & medium ſeu inſtrumentum apprehendens meritum Chriſti gratuitum, & organum non noſtrum, aut ex nobis, ſed in nobis à Deo excitatum per Verbum & Sacramenta, ſup. p. 285. adeoqve velut manus mendici, donum oblatum recipiens, neqvaqvam ex ſe, ſed ex virtute agens, cujus officium eſt habere & tenere Chriſti meritum firmiſſimè. Ideò enim non ex operibus, ſed ex fide eſt ſalus, ut firma ſit promiſſio omni credenti, Rom.4,16. & qvidem firma non ſolùm certitudine objecti, ſed etiam ſubjecti credentis. vide infra Art.93.& 94.

Canon 4. *In Evangelicis promiſſionibus omnia ſunt apodictica.* Qvod patet 1. ex divina revelatione. 2. ex crebra promiſſionum repetitione. 3. ex juramento divino. 4. ex Sacramentis fidei ſigillis. 5. ex ſanctorum exemplis. 6. ex interno Spiritus S. teſtimonio, Rom 8. Ex qvibus omnibus certitudo ſalutis patet infallibilis, etiam in graviſſimis tentationibus. Ubi non qværitur de fidei infirmitate, (qvæ ad ſub-

Digitized by Google

ſubjecti deſcriptionem ſpectat,) ſed de fidei integritate & veritate. Qvi enim ſalvari deſiderat, is eo ipſo præſentiam fidei ſalvificæ agnoſcit, qvæ nihil aliud eſt, qvàm deſiderium ſalvandi per & propter CHRISTUM. Qvi crediderit, ſalvus erit, Marc 16. vid inf. Art. 93.

Canon 5. *Salus gratuita tàm gratia, qvàm gloria, credenti eſt certiſſima,* Joh. 3. ex certitudine promiſſionis gratuitæ, cujus fundamentum infallibile eſt Chriſtus, 2. Cor. 1. 21. Unde certiſſima eſt ſalutis conſtitutio, acqviſitio, oblatio, applicatio, conſervatio & conſummatio. vid. Art. 93. & 94. & art. 109. & 142. §. 1. Confer de Certitudine Theolog. Exeget. lib. 2. c. 6. Tit. 4. NB.

Poriſma: Exulat ergo dubitatio Papiſtica. vid. Art. 93. & 94. NB.

Canon 6. Promiſſiones Evangelicæ firmiſſimum in omnibus tentationibus, in ſpecie de perſeverantia, ſuppeditant ſolatium. vide infra Artic. 109.

§. 11. Promiſſio Evangelica univerſalis eſt infallibilis.

Ratio eſt, qvia fundamento nititur infallibili, qvod eſt ipſa veritas, Joh. 17, 17. Nam Promiſſiones gratiæ univerſales includunt ſalutis ordinem divinitus præſcriptum, Articulo 39 & 70. explicatum, adeoq; univerſalem DEI omnes ſalvandi intentionem, etiam morientes, Ezech. 33. univerſalem Filii redemtionem, NB. Artic. 55. & univerſalem Spiritus S. vocationem, Johan. 3, 16. Marc. 16. vide Artic. 37, 38. 90 91. 92. 93.

Canon: Promiſſiones gratiæ univerſales ſunt efficaciſſimum afflictæ conſcientiæ ſolatium, & firmiſſimum perſeverantiæ finalis fundamentum. vid. Art. 109.

Ratio eſt, qvia I. ſub univerſalitate qvilibet ſubſumere poteſt, Deum ſalutem ſuam ſeriò deſiderare. II. Qvia promiſſio divina voluntatem ejus includit, voluntas verò præſupponit potentiam. Ubi autem voluntas & potentia firma ſunt, ibi de effectu dubitare non licet. Non enim impoſſibile erit apud Deum omne verbum, Luc. 1. vid. Art. 10. Tit. 17. 33. & 38.

§. 12. Promiſſiones Evangelicæ limitatè univerſales & mediorum applicationem includentes, ſunt certiſſimæ.

Ratio eſt I. qvia ſicut promiſſiones univerſales non ſimpliciter abſolu-

Digitized by Google

abſolutæ ſunt, ordinem divinitus præſcriptum excludentes: Sic determinatæ non niſi incredulorum reſpectu particulares ſiunt, reſpectu verò credentium certiſſimæ manent & omninò univerſales, ad omnes, qvicunqve credunt, pertinentes, qvibus applicatæ per fidem ſingulis fiunt individuales, ita ut rectè ſubſumant ſinguli: Venite omnes onerati, Matth. XI. Ego ſum oneratus. E. ad Salvatorem venire debeo. Item: Qvi credit, ſalvatur, Marc. 16. Ego credo, idq́; novi ex ſcrutinio fidei, 2. Cor. 13,5. E. ſalvus ero, & ad me pertinet illud: Confide, remiſſa ſunt tibi peccata tua, Matt. 9. qvia omnes juſtificati pacem habent cum Deo, Rom. 5,1. vid. Art. 109. & 38. NB. & 94. & ſupra p. 9. & 11. NB.

Ratio II. eſt, qvia determinatæ promiſſiones Evangelicæ neminem vel abſoluto aliqvo Dei decreto excludunt, vel temerè omnes omninò, ſive credant, ſive non credant, includunt, ſed credentis fidem contra omnes inferorum portas conſtantiſſimè muniunt.

Ratio III. eſt, qvia promiſſiones gratiæ determinatæ non ſunt conditionales, aut moralem conditionem includentes, ſed manent gratuitæ,

1. qvia non à noſtra dignitate, ſed à mera Dei gratia dependent.

2. qvia fides non eſt ſalutis conditio, ſed medium & organum divinitus conceſſum, & à Deo in nobis vi promiſſionum univerſalium ad finem uſqve conſervandum. vid. inf. Art. 109.

§. 13. *Promiſſiones etiam corporales credenti, in voluntate Dei acqvieſcenti, ſunt infallibiles.*

Ratio eſt I. qvia Promiſſiones corporales beneficia corporalia homini obedienti, 2. Chron. 33,8. gratis offerunt, non ex ulla carnali prærogativa, aut ex ullo merito, ſed ex mera Dei gratia, NB. vid. ſupra §. 9. Unde & Deus promiſſionibus corporalibus aliqvando ſigilla gratiæ ex ſingulari bonitate addidit, qvalia erant arcus cœleſtis, vellus Gedeonis, & umbra Horologii, vid. Eſa. 38. Et Deus ipſe refutat hanc conſeqventiam: Peccatum meretur ſupplicium. Ergo & obedientia meretur beneficium. Qvia 1. impletio imperfecta eſt, & 2. à promiſſionis impletione ad meritoriam conſecutionem non valet conſeqventia. vid. Devt. 9,4. Sprich nicht in deinem Hertzen / der HErr hat mich herein geführet das Land einzunehmen um meiner Gerechtigkeit willen / ſo doch der HErr dieſe Heyden vertreibet um ihres Gottloſen Weſens

willen. Denn du kömſt nicht herein ihr Land einzunehmen um deines aufrichtigen Hertzens willen / ſondern der HErr vertreibt ſie um ihres Gottloſen Weſens willen, daß er das Wort halte / welches er deinen Vätern geſchworen hat. So wiſſe nu/daß der HERR dein GOTT dir nicht um deiner Gerechtigkeit willen das gute Land gibt einzunehmen/ v.6. ſed ex gratia NB §. 9. & ob promiſſionis veritatem.

Canon: Afflictio piorum neqvaqvam promiſſionum veritatem evertit, vid. Act. 14. & Art. 168.

Ratio eſt, qvia promiſſiones felicitatis temporalis intelligendæ ſunt cum conditione & exceptione crucis & pœnitentiæ. Qvæ ipſa crucis incluſio promiſſiones Dei non tollit vel auſert, ſed ſolùm ad tempus ſuſpendit. Imo & ampliores reddit, & reſervationem melioris boni includit. Qvemadmodum & in ſpecie promiſſio ſtudio pietatis facta, & ſpecialiſſimè qvarto præcepto annexa vel ſimpliciter, vel melioris boni ſubſtitutione impletur, ut nec piorum calamitates, nec immaturus obitus veritatem promiſſionum divinarum evertat. NB. vide ſupra §. 7. & 9.

Ratio II. eſt, qvia certitudo obtinendi bona temporalia non eſt ſimplex, ſed conjuncta, ideoqve alternativè concipienda: aut hoc qvod peto, aut longe melius certo mihi dabit Deus veraciſſimus, qvi in ipſa oratione Dominica ante panis qvotidiani mentionem orare jubet: Fiat voluntas tua Matt.6. NB. ſup. §. 7. Confer exemplum ipſius Salvatoris Matt. 26. Non ſicut ego volo, ſed ſicut tu vis. Et leproſi: Domine, ſi vis, potes me mundare Matt. 8.

Ratio III. eſt, qvia admirabilis Dei bonitas ſuperabundanter præſtare poteſt & longè plura & majora, qvam illa ſunt, qvæ petimus, Eph. 3, 20. überſchwencklich höher und viel mehr: *ὑπὲρ ἐκ περισσοῦ*, intensivè & extenſivè. vide Tractat. German. cui Titul. Wunderliche Güte. NB.

§. 14. Promiſſiones qvoqve ſpirituales ſunt certiſſimæ. *vid. ſupra §. 7.*

Ratio eſt 1. qvia ſunt gratuitæ.

2. qvia annexa habent ſigilla gratiæ, Sacramenta.

3. qvia fundantur in Chriſto Actor. 15. tam in Vet. qvàm Nov. Teſtamento, vid. Artic. 80.

4. qvia

4. qvia reſpiciunt fœdus baptiſmi, 1. Pet. 3. ſangvine Salvatoris obſignatum, Luc. 22. & in S. Cœna nobis oblatum atqve applicatum, Articul. 88. & 87.

§. 15. Promiſſiones mixtæ ſunt indubiæ. *Sic Abrahamus & ſeminis promiſſionem & poſteritatis multiplicationem indubius expectavit. Qvæ enim ad Dei gloriam faciunt ſimpliciter, (ut Miſſio Meſſiæ,) illa per nullam humanam potentiam retardari poſſunt: Temporalia verò conditionem divinæ voluntatis ad ejus gloriam & noſtram ſalutem præſupponunt, ex præcedente §. 13. & 7.*

§. 16. Promiſſiones conditionales, qvæ certam conditionem ordinis includunt, itidem ſunt certiſſimæ.

Ratio eſt, qvia Promiſſio divina conditionata impletâ conditione rata fit. Deficiente verò conditione deficit promiſſio, & vitio hominis conditionem non implentis irritatur. vid. Ezech. 18, 24. Matth. 18, 22. Jer. 18, 10. *Nec obſtat; qvod futurorum contingentium non ſit determinata veritas.* (adeoq; nec futuræ ſalutis.) Qvia futurus ſalutis eventus & actualis in vitam æternam ingreſſus reqvirit qvidem in ſalvando non-excuſſionem fidei, & mediorum ſalutis uſum atqve perſeverantiam, qvando tamen in ultimo vitæ termino beatè diſcedens actu Chriſtum fide tenet, certiſſimus eſt de ſalute non ampliùs futura, ſed præſentiſſima, & cum Simeone dicit: Nunc dimittis ſervum tuum Domine, Luc. 2. Adeoqve conſideratio ſalutis & gloriæ, qvatenus adhuc futura eſt, nullam in animo credentis dubitationem gignit; (qvæ aliàs vel ex rei promiſſæ difficultate, vel ex promittentis impotentiâ aut infidelitate oritur.) Nam omnis ſalvandi difficultas per Verbum & Sacramenta, & præſentiſſimam mediorum applicationem planè tollitur, ita ut Dei promittentis potentia & veritas omne dubium ſimpliciter excludat, uti patet ex Articulo 109. NB. & art. 110. & 131.

§. 17. Promiſſiones abſolutæ & ſimplices itidem ſunt certiſſimæ.

Ratio eſt, qvia talis promiſſio divina ſimplex & abſoluta gratuita eſt, Rom. 4. ideoqve nunqvam fallere poteſt, cùm nec Dei, nec hominum reſpectu irritari poſſit, Rom. 3, 3.

§. 18. Oppoſitum promiſſionum divinarum eſt comminatio, *quæ eſt enunciatio divina futurorum malorum, non ſolùm hominem adhuc ſtantem à peccato retrahens, ſed etiam peccatorem invitans ad pœnitentiam.*

Nota 1. *Objectum* divinæ comminationis eſt malum futurum animi, corporis & fortunæ, adeoqve pœna tàm corporalis, qvàm æterna. vid. ſupra Artic. 36. & Levit. 26. Devt. 28. ſive privatio vitæ (NB. Gen. 2, 17. morte morieris. vid. Artic. 132. §. 3. & ſup. pag. 480.) naturæ, gratiæ, & gloriæ. Unde & comminatio divina vel corporalis, vel ſpiritualis eſt.

Nota 2. *Cauſa* divinæ comminationis eſt malum culpæ, Art. 36. vel poſſibile futurum, Gen. 2, 17. vel præſens.

Nota 3. *Forma* comminationis divinæ eſt vel ſimplex & abſoluta, vel conditionalis.

Obſerv. 1. Comminatio divina ſimplex nunqvam fallit.

Obſerv. 2. Comminatio divina conditionalis impletâ conditione impletur, vid. Jer. 18, 9.

Obſerv. 3. Pœnitentia comminationem conditionalem reddere poteſt irritam, ex Jer. 18. qvia, ſublatâ cauſâ, tollitur effectus.

Obſerv. 4. Comminationes divinas propter moram executionis contemnere impium eſt, vid. 2. Pet. 3.

§. 19. Tam promiſſionibus, qvàm comminationibus divinis reſpondet eventus & impletio. *Uti patet ex Prophetis. Unde Lutherus præfat. in Eſaiam inqvit:* Die Propheten leſen/oder hören/iſt gewißlich nichts anders/ denn leſen und hören / wie Gott dräuet/und tröſtet.

Nota 1. *Omnes promiſſiones* ante impletionem velut vacuæ & hiantes rei promiſſæ præſentiam expectant. Confer Pſal. 14, 7. Habac. 2, 3. qvæ, ubi accedit, tunc qvaſi replet vaſa vacua divino ſolatio. Confer Joh. 2, 7. usqve ad ſummum. Nam tardior hora Dei gratior eſſe ſolet. Conf. Pſal. 27. totum, & Pſalmum 13.

Nota 2. *Comminationis* effectum ſuſpendunt preces & pœnitentia, vid. Eſa. 38. & Jer. 18. item Tract. Wunderliche Güte. NB.

§. 20. *Ple-*

Digitized by Google

§. 20. Pleniorem hujus Articuli Commentarium & uſum oſtendit Manuale Articulo 77. Imprimis verò univerſus Articulus 10. de Attributis Divinis; nec non ſupra Art. 37. 38. 39. 40. ad 70.

ARTICULUS LXXIIX.

De Confictis Pontificiorum Conſiliis Evangelicis, eorumq; votis, & Monachis atqve Eremitis.

Fruſtra me colunt docentes doctrinas, mandata hominum, Matth. 15, 9. Fruſtra, vergeblich. Μάτην, incaſſum. Μάω, qværo, temerario & inani conatu. Ματαιότης, vanitas. Vergeblich dienen ſie mir. Eſt mera vanitas & nullitas fruſtranea (Confer. Pſal 62, 10. ipsâ nullitate magis nulla, weniger denn nichts.) ἐντάλματα, Menſchen-Gebot/ ἐντέλλω, faciendum injungo. Τέλλω, orior, facio.

§. 1.

GRatiæ Evangelicæ gratis promiſſæ hoſtis eſt humana præſumtio, inprimis verò Monaſtica.

Canon: Omnis religio, qvam nec Deus inſtituit, nec viri ſancti juxta normam verbi divini excoluerunt; ſed humana ſapientia peperit, ſuperſtitio aluit & conſervavit, vana, ejusq; profectus nullus eſt, vid. Art. 100. & 72. & 1. Cor. 4, 4.

§. 2. Conſilia Evangelica ſunt figmenta humana; veritati Evangelicæ ſimpliciter contraria.

Obſerv. 1. *Conſilia* à præceptis diſtingvunt Pontificii, & tradunt illa à Chriſto legi eſſe ſuperaddita, non ſub pœna peccati mortalis; ſed tantùm ut perſvaſiones melioris boni, ut per illa expeditiùs homo poſſit conſeqvi ſalutem. Cui contradicit neceſſitas gratiæ Evangelicæ ex Articulo 76. & 77.

Obſerv. 2. Conſilia Pontificii in libera hominis voluntate relicta eſſe ſtatuunt, qvæ non niſi ab iis præſtantur, qvi jam legem Dei perfectè

Digitized by Google

fectè impleverunt; eosq́ perfectos vocant. Qvos verò imperfectionis arguit & convincit abſolutiſſima legis perfectio, ex præced. art. 72. NB.

Obſerv. 3. Conſilia illa absqve detrimento ſalutis violari poſſe, exiſtimant, ita ut non opus ſit deprecatione, qvod cum naturâ peccati pugnat, ex Articulo 34. qvorum vel minimum eſt mortale & mortiferum.

Obſerv. 4. Conſilia dicunt verſari circa opera ſupererogationis, qvod figmentum eſt Monaſticum. vid. inf. art. 100.

Obſerv. 5. Conſilia dicunt eſſe tantum Novi Teſtamenti propria. Qvod pugnat cum natura Evangelii, ex Art. 76.

Obſerv. 6. Conſilia illa fingunt eſſe XII. Eminentiora verò ſunt votum obedientiæ, paupertatis & caſtitatis, ex ſeq. §. 3.

Canon 1. *Evangelium nulla omninò conſilia habet, aut leges præceptis Decalogi ſuperadditas.* Neqve Chriſtus legem implevit, qvoad augmentum novorum præceptorum, ſed ratione plenariæ tùm explicationis, tùm obedientiæ, Matth. 5. vide Chemnicii Harmon. h. l. & ſupra Articul. 72.

Canon 2. Conſilia Pontificiorum neqvaqvam ſunt ſupra, ſed vel contra mandata divina, Matth. 15,9. vel reſpiciunt objecta in Decalogo mandata.

Sic I. *Diligere* perſeqventes non eſt conſilium, ſed præceptum, vid. Matth. 5.

II. *Eleemoſynas* dare itidem neqvaqvam conſilii, ſed præcepti eſt, uti patet ex 7. præcepto. vid. Theol. Moralis.

III. *Reprehenſio* ambitionis Phariſaicæ (dum Patris titulum affectabant, Matth. 23.) neqvaqvam conſilium, ſed interdictum eſt, vid. Chemnic. Harm.

§. 3. Vota Monaſtica ſunt inventio Phantaſtica.

Nota: Vota à Pontificiis finguntur imprimis tria: votum 1. Obedientiæ, 2. Paupertatis. 3. Caſtitatis. Conf. Theol. Aſceticam. Qvorum vanitatem ex natura voti legitimi oſtendit Theol. Moral.

Nam I. *Votum Monaſticæ obedientiæ nullum eſt.*

Ratio eſt, qvia qvarto Præcepto contrarium & ſub opinione meriti factum eſt. Conf. Hoſpinianum de Monachis. vid. Matt. 15,9. & de cœca obedientia Theol. Aſceticam.

II. *Vo-*

Digitized by Google

II. *Votum paupertatis iniqvum & ordinationi divinæ contrarium eſt*, qvæ in ſudore vultus Gen.3. laborem honeſtum omnibus injungit. vid.2.Theſſ.3,10. 8. Wer nicht arbeitet/der ſoll nicht eſſen. Imo blaſphemum eſt in paupertatem Chriſti meritoriam 2. Cor.8.& ſtolida confuſio paupertatis myſticæ, Matt.5. & egeſtatis externæ.

III. *Votum Caſtitatis ſtolidum & impoſſibile eſt*. vid.inf. Artic.129. de Cœlibatu,& 1. Cor.7. Qvia à Deo bonum aliqvod ſingulare, qvod neqve promiſit omnibus, neqve omnes petere juſſit, abſolute & contra ejus voluntatem petit. Conſ.præced.Art.77. §.7.

§. 4. Status Monachorum hodiernus eſt ſtatus ſuperſtitioſorum & ſtolidiſſimorum hypocritarum.

Ratio I. eſt, qvia *originem vitæ Monaſticæ perſecutionum procellæ conſtituerunt* circa A. C. 300. Cujus autores exiſtimantur Paulus qvidam Thebæus & Antonius: qvos, ſublató hóc periculô, ſine præcepto, promiſſione, neceſſitate & utilitate omninò ſtolidè imitantur hodierni Monachi.

Canon: Neqvaqvam omne, qvod antiqvum, verum eſt, ſed, qvod antiqviſſimum eſt abſolutè, & à primo divinæ veritatis principio profectum, (ab Antiqvo dierum Dan. 7.) illud eſt veriſſimum. Nam longè antiqvius eſt Satanæ mendacium Gen. 3. ordine Monachorum. Neqve vita Monaſtica eſt verè Chriſtiana, cujus exercitia oſtendit Theologia Aſcetica.

Ratio II. eſt, qvia *vita Monaſtica eſt genus vitæ ſuperſtitioſum & eleſtitium*, qvod vocant ſeculo exire, ſecularibus operibus valedicere, & vitam contemplativam mereq; ſpiritualem inſtituere, in qvo juxta certam v. g. Benedicti, vel Franciſci &c. vitæ regulam ciborum veſtiumqve ſelectu ritibusq; nonnullis peculiariter inſtitutis, non tantùm ſingularis qvædam ſanctimonia, ſed & meritum vitæ æternæ qværitur. vid. de ſingulis ordinibus Hoſpinianum NB.

Poriſma: Ergo Monachatus, Paulo ignotus, Scripturæ è diametro contradicit, ideoqve pertinet ad fruſtranea inventionum humanarum ἐντάλματα Matt. 15,9. NB. vid. inf. Theolog. Aſcetica. Ipſe enim Deus ordines & ſtatus hujus ſeculi diſpoſuit, Sirac.33, 11. neqve uſpiam præcepit, ut neglecto vitæ genere ordinario ingrediamur monaſterium.

Digitized by Google

um vid. 1. Cor. 7, 24. & inf. Art. 115 [illegible] vero aliorum imitatio qvoad facta ſpecialia eſt mater ſuperſtitionis.

Ratio III. eſt, qvia *Monachi fiduciam ponunt in operibus ſuis*, juxta cujusqve ordinis regulas & præſcripta præſtitis, a qvibus denominari cupiunt. vid. Hopfneri Saxon. Evangel. p. 575. ubi repetuntur verba Epiſcopi, ad præſentem votum Monachale: Ego tibi promitto regnum cœlorum & vitam æternam, ſi hæc ſervaveris. Cum abſolutione: Rigor religionis & meritum ordinis cedant tibi in remiſſionem peccatorum. At vero fiduciam ponere in operibus, & Salvatori alios adjungere eſt Chriſtum dividere, meritum ejus annihilare, & ipſo facto Chriſtianismum deponere atq. abnegare.

Ratio IV. eſt, qvia *Monachi à Benedicto Benedictini, à Franciſcano [illegible] appellantur*, & non nituntur CHRISTI merito, ſed interceſſione Sanctorum. Vide Litaniam Sanctorum in Hortulo animæ.

Ratio V. eſt, qvia *Monachi ſpontaneas flagellationes commendant*, & corpus inedia, nuditate & veſtium aſperitate affligunt. Qvam inſaniam Deus ipſe improbavit, Eſa. 58, 5. Nam caro qvidem refrenanda eſt laboribus & ſubtractione deliciarum in cibo & veſtitu, ita tamen, ut ſit modus in rebus, vid. Rom. 12, 14. 1 Cor. 9, 27. ne ulla opinio meriti externæ huic diſciplinæ affingatur. vid. inf. Art 106. de Jejunio, & confer de flagellatione ſup. Art 63.

Ratio VI. eſt, qvia *Monachi & Sanctimoniales peculiarem veſtitum affectant*. At vero habitus & veſtitus hominem ſanctum non facit, ſed ornat, ut ſit κόσμιος, 1. Tim. 3, 2. externè ornatus, non verò ex habitu externo ſanctus.

§. 5. Status Eremitarum hodie eſt ſtolidiſſimus.

Nota 1. Antiqvum Eremitarum inſtitutum ad Antonium Autores referunt, de qvo ſcriptas memorat, ipſum ideo eremum petiiſſe, qvòd, cum ſe Rhetorem profiteretur, & cauſas diceret, ſe non ſatisfeciſſe huic muneri videretur.

Nota 2. Vivere in eremo ad tempus, bono principio, fine & modo, vel ex ſingulari vocatione, ut Johannes Baptiſta, Luc. 1, 80. vel ex perſecutionum periculo & extrema neceſſitate, conf. Hebr. XI, 37. per ſe non eſt illicitum.

Nota 3.

Nota 3. Vivere in eremo ſine vocatione aut neceſſitate, cum opinione cultus & meriti, impium & ſuperſtitioſum eſt, ex præced. §. 4.

Canon: Qvicunqve à manuum labore exemtus eſſe cupit, is tenetur, ut ordinariâ vocatione fretus, in eo vitæ genere vivat, qvod Deo placet, & in qvo ſtudiis, conſiliis & aliis officiis, qvæ literatorum propria ſunt, Deo proximoq; inſervire poteſt. Conf. inf. Art. 118.

Ratio eſt, qvia certos vitæ ordines in hoc mundo DEUS ipſe inſtituit, neqve uſpiam eorum deſertionem, & eremi inhabitationem mandavit.

Poriſma: Ergo Chriſtianos decet diſtinctio Legis & Evangelii accuratiſſima, ut ſuperſtitiones humanas caveant & Deo pro liberatione ex hac carnificina devotas agant gratias. Confer in Eraſmi operibus conſilium diſſvadens vitam monaſticam, & infra Theologjam Aſceticam, vid. Artic. 3. 4. 5. 6. Apolog. A. Conf. fol. 31. b. ubi dicitur: Man weiß etliche Hiſtorien / daß die Barfüſſer Mönche / wenn ſie etlichen guten Gewiſſen an der Todes-Stunde lange haben umſonſt ihre Orden und gute Wercke gelobet / daß ſie zuletzt haben müſſen ihres Ordens und S. Franciſcen ſchweigen / und diß Wort ſagen: Lieber Menſch / Chriſtus iſt für dich geſtorben. Das hat in Aengſten erqvicket und erkühlet / Fried und Troſt allein gegeben.

§. 6. *Pleniorem hujus articuli explicationem offert Manuale Articulo 78. & Hoſpiniani Tractatus de Monachis.*

ARTICULUS LXXIX.

De Convenientia atqve Differentia Legis & Evangelii.

Lex per Moſen data eſt; Gratia & veritas per Jeſum Chriſtum, Joh. 1, 17. Confer de Gratia & veritate ſup. Art. 10. NB. & art. 90.

§. 1.

DIfferentia Legis & Evangelii eſt certiſſima, *ex 2. Cor. 3, 6. ideoqve accuratiſſimè attendenda, ex 2. Tim. 2, 15.* ut non obſtan-

Digitized by Google

obſtante convenientiâ *homo DEI feliciter poſſit ὀρθοτομεῖν. Qui enim novit diſcernere Legem & Evangelium, is verè Theologus eſt, monente Luthero.*

§. 2. Convenientia Legis & Evangelii datur egregia *reſpectu 1. Autoris Dei, 2. Durationis perpetuæ & veritatis, 3. objecti, quod ſunt omnes homines, 4. Finis, qui eſt hominis bonum, 5. mutuæ harmoniæ & illuſtrationis, 6. traditionis mutuarum operarum, 7. ordinis docendi, quæ partim ex Artic. 71. & 76. plana ſunt, partim ex ſeqq.*

Obſerv. 1. Lex & Evangelium non ſunt doctrinæ contrariæ. Ideoqve & Evangelium de CHRISTO Legis prædicationem neqvaqvam tollit.

Obſerv. 2. Lex & Evangelium in converſione hominis mutuam præſtant operam. Ideoqve ut doctrinæ ſubalternæ ſimul in Eccleſia rectè proponuntur, contra Antinomos. Nam Homo per Legem prius mortificandus eſt, anteqvam ſuppetias ferat Evangelium, vivificans mortificatum.

Obſerv. 3. Lex prædicando pœnitentiam Evangelio viam ſternit, & converſis obedientiam monſtrat. Evangelium verò in contritis fidem accendit, & vires ad ſtudium bonorum operum à lege reqviſitorum confert. vid. Gal. 3, 22. & infr. Art. 100. & ſup. Art. 76.

§. 3. Nihilominus tamen & non obſtante hâc convenientiâ Lex & Evangelium omninò differunt, *uti patet ex ſeqventibus:*

Aſſertio I. *Generalis differentia Legis & Evangelii eſt evidentiſſima.* Qvam probat 1. neceſſitas. 2. qvantitas. 3. periculi ex neglecto hoc diſcrimine orti gravitas, ex ſeqq.

Ratio eſt, qvia diſcrimen Legis & Evangelii eſt fundamentum totius Theologiæ. Unde duo illa doctrinæ ſumma genera in V. & Nov. Teſt. Legis & Evangelii, Moſis & Chriſti, ut cœlum & terra [illegible] diſcrepant. Ideoqve cœlum & infernum, vitam & mortem confundit, qvi Legem & Evangelium non rectè diſtingvit. Confer Lutherum Tom. I. Witt. Germ. f. 205. in Epiſt. Gal. c. 4. Das Geſetz und Evangelium

Digitized by Google

gelium ſind zwar widerwertige Dinge / die ſich mit oder neben einander nicht leiden/oder vertragen können. Denn wenn / und wo Chriſtus vorhanden und gegenwärtig iſt / ſoll das Geſetz im Gewiſſen nicht herrſchen/ ſondern weichen/und ſoll Chriſto das Bette allein laſſen/ welches zu enge/ und die Decke zu kurtz iſt/ daß ſich zwey darinn bey einander nicht betragen mögen/ Eſa.28. darum ſoll er allein recht haben/ und herrſchen in Gerechtigkeit / Freuden und Leben / auf daß das Gewiſſen alſo mit allen Freuden in Chriſto einſchlaffe / keines Geſetzes / Sünden noch Todes gewar werde.

Aſſertio II. *Specialis differentia Legis & Evangelii ex utriusqve officio eſt liqvidiſſima.*

Ratio eſt, qvia Lex minatur iram; Evangelium verò prædicat gratiam, tàm in V. qvam in N. T. vid. Artic. 76. & promittit ſalutem non operanti; ſed credenti, Art. 77.

Poriſma. 2. Ergò Evangelium propriè ſic dictum neqvaqvam eſt concio pœnitentiæ; vide art. 76. & comment. in Form. Conc. Art. 5. & 6.

Aſſertio III. *Specialiſſima differentia Legis & Evangelii eſt in praxi maximè conſpicua.* Qvod oſtendit Theologia Paracletica. Neqve enim univerſa Lex vel peccatum, vel mortem, vel Diabolum, vel infernum vincere, aut peccatorem erigere poteſt, qvod ſolum præſtat Evangelium, gratiam Chriſti merito omnibus acqviſitam tentato offerens, ex Artic. 76. Huc ſpectant etiam ſingula illa, qvæ de litera occidente & ſpiritu vivificante pleniùs exponit Apoſtolus 2. Cor. 3. vid. Balduin. Comm. h. l. Nec obſtant *monita* Tit. c. 2, 12. *de gratia Evangelica nos erudiente*, ut piè vivamus. Qvia vocatur παιδεύουσα non directè & legaliter, qvemadmodum ſola lex vivendi regulam præſcribit; ſed indirectè & conſeqventer, dum gratiæ ubertas credentis gratitudinem reqvirit, & vitam Chriſtiano dignam poſtulat ipſa beneficii magnitudo incomparabilis, ne ingratitudo indignum gratiâ reddat refractarium, inani credentis nomine dealbatum. vid. Articul. 100. de CHRISTI Imitatione Theolog. Aſceticam, NB. & de conditione ſupra Articul. 77. §. 10.

§. 4. Uſum *hujus Articuli & reliqva huc ſpectantia offert Manuale Articul. 79. & Comment. Formul. Concord. Artic. 5. & 6. ſupremis vero ſeqvens Articulus 80. NB.*

ARTICULUS LXXX.

De Pacto & Fœdere Divino, nec non de V. & N. Teſtamento.

Jerem. 31, 31. Feriam fœdus novum ברית חדשה, διαθήκην καινὴν, pactum ſive fœdus novum, ברית elegit perſonas & conditiones, Gen. 6, 18. & victimas cædendas, cap. 15, 10. Hebr. 8, 13. 18. dicendo Teſtamentum novum antiqvavit prius.

§. 1.

FOedus DEI cum hominibus, ſalvâ unicâ ſalutis viâ, diſtinctum eſt. *vid. Gal. 3, 19. c. 4, 24. Actor. 15. ſup. Art. 71. 76. 79.*

Nota 1. *Pactum* pacis actum, interdum percuſſione palmarum peractum notat. Nam ab antiqvo pago eſt pango. Qvi enim paciſcuntur, ex diverſis & contrariis animorum motibus, poſt multa & varia certamina, in unam conſonantem, voluntatem & ſententiam convenire dicuntur. Gr. πήγω, πάγω, πηγνύω, figo, compono, coagmento, facio, ut concreſcat. (πῆξις, coagmentatio, congelatio.)

Nota 2. *Pactum Dei vel eſt nuda promiſſio*, etiam bruta attinens, Hoſ. 2, 18. vel diluvium non iterandum, Gen. 9, 9. vel Meſſiam mittendum Gen. 17. c. 22, 16. Gal. 3, 16. 2. Sam. 7, 12. 23, 5. Pſal. 88, 4. vel mutua fœderalis obligatio, vel ante, vel poſt lapſum, vel particulare, vel univerſale. vid. Exod. 24, 8. Jer. 31, 32.

Canon: Fœdus divinum & humanum toto cælo differunt. Nulla enim hîc vel paciſcentium datur paritas, vel neceſſitas Deum obligans, ut homines fœdere ſuo dignaretur.

Ratio eſt, qvia fœdus humanum eſt pax, qvæ fit vel inter dimicantes, vel amicos, cum obligatione vel defenſivâ, vel offenſivâ hoſtis communis. Et reſpicit vel bellô devictos, vel pares, vel etiam non hoſtes.

Nota 3. *Teſtamentum* eſt mentis placitum (à teſtando, ſicut firmamentum à firmando dictum) & eſt qvaſi teſtatio mentis, aut teſti-

moni-

Digitized by Google

monium de mente. Et notat omne id, qvo qvis voluntatem ſuam teſtatam facit.

Nota 4. *Διαθήκη* ſignificat diſpoſitionem, & ברית pactum, vel fœdus inter duos ſancitum, à ברה elegit. Qvia in fœdere eliguntur 1. perſonæ, inter qvas 2. res & conditiones, propter qvas fœdus initur.

Nota 5. Fœdus gratiæ & Teſtamentum differunt. Hoc enim

I. Reqvirit mortem Teſtatoris. Hebr. 9, 16. illud verò vitam confœderantis reſpicit, etiamſi Teſtator bona ſangvine & morte redemtoriá acqviſita fœderatis legare voluerit.

II. Fœdus gratiæ perficitur ſtipulatione reciproca; (ero Deus tuus. Ero populus tuus;) ſed Teſtamentum divinum, qva tale, ex parte Legatarii conditionem & reqviſitum ponit, & obligat in V. T. ad obedientiam, in N. T. ad fidem §. 7. NB.

III. *Fœdus gratiæ* cœpit in Paradiſo; Teſtamentum verò recentius eſt.

IV. *Fœdus* eſt unum; ſed Teſtamentum duplex.

V. *Fœdus* gratiæ perpetuò durat & invariabile eſt: Teſtamentum verò vetus abrogari poteſt.

VI. *Fœdus* gratiæ ſubjacet diſpoſitioni Teſtamentariæ, ceu objectum: ſed Teſtamentum eſt ipſa diſpoſitio de fœdere. Uti patet ex gemina definitione infra §. 2. & 4. NB. qvæ omnem ambiguitatem tollit.

Nota 6. *Teſtamenti vox tribuitur vel rebus humanis*, ſic eſt voluntatis juſtæ ſententia de eo, qvod qvis poſt mortem ſuam fieri vult L. 1. ff. de Teſtament. qvod teſtamentum morte confirmatur Hebr. 9. & non contemnitur Galat. 3. *vel tribuitur rebus divinis*, & ſic accipitur aut χρονικῶς pro tempore; aut δογματικῶς pro libris & doctrina; aut διαθηκῶς pro divina circa religionem, & unius ejusdemqve rationis ſalvandi (per Meſſiam futurum in V. Teſt. & per Meſſiam præſentem in N. T. Actor. 15.) diſpoſitione.

Obſerv. 1. Qvando vox Teſtamenti *notat tempus*, tunc vetus Teſtamentum eſt tempus ante adventum Chriſti in carnem; Novum verò poſt Chriſti incarnationem.

Obſerv. 2. Qvando vox Teſtamenti *pro doctrina* accipitur, tunc

tunc ſignificat libros Biblicos & doctrinam totam ad fœdus DEI pertinentem.

Obſerv. 3. Qvando vox Teſtamenti notat *diſpoſitionem*, tunc non qvidem eſt ipſum pactum, ſed habet reſpectum ad diſtinctum Dei pactum & fœdus vel Legale, vel Evangelicum, ita tamen, ut promiſſio gratiæ etiam in V.T. cum typis Salvatoris locum habuerit, ipſa verò ſalutis per Meſſiam præſentem acqviſitio, & per corpus atqve ſangvinem ipſius obſignatio, perqve præſentem exhibitionem in Sacra Cœna applicatio fit privilegium ſolius Novi Teſtamenti. vid. infra §. 4. 5. & 8. Poriſma 4. & §. 6. 7. & Art. 85. & 88.

Obſerv. 4. Teſtamentum ſive fœdus Dei cum hominibus, & diſpoſitio circa ſalutem diſtincta ſunt.

Obſerv. 5. Fœdus DEI unum erat Legale, alterum Evangelicum. Illud reqvirit obedientiam; hoc verò offert gratiam ſine Legali conditione. Nec obſtat debita credentium obedientia, Rom. 8, 12. 14. Hæc enim non eſt fœderis Evangelici gratuiti fundamentum, ſed ſignum credentis & fidei vivæ præſentis indicium, Jacob. 2. vid. Art. 100. Nam oves Chriſti 1. audiunt vocem Paſtoris. 2. agnoſcuntur ab agnito. 3. ſeqvuntur ipſum. 4. qvi ipſis dat vitam æternam. 5. ita ut nemo eas ex manu illius eripiat, Johan. 10.

Obſerv. 6. Diſpoſitio circa religionem alia erat in Politia Iſraëlitica, alia verò tempore Novi Teſtamenti.

Obſerv. 7. Unica qvidem ſemper fuit in Deo ratio ſalvandi homines, non verò eadem forma annunciandi & proponendi, qvę vel per Prophetas facta, vel per ſacrificia & typos adumbrata, vel per Apoſtolos prædicata fuit.

Obſerv. 8. Etiam pii in V. T. habuerunt Evangelium in promiſſionibus, typis & ſacrificiis.

Obſerv. 9. Communis eſt omnium piorum in Vet. & Novi Teſt. fides, Actor. 15.

Obſerv. 10. Eadem eſt in V. & N. T. juſtificandi & ſalvandi ratio per fidem in Chriſtum olim venturum, hodie verò exhibitum, vide Actor. 15, 10. & ſup. Art. 76.

Obſerv. 11. Idem eſt Chriſtus in V. & in N. T. non ratione ſubſtantiæ, ſed ratione beneficiorum. vid. inf. Art. 93.

Obſerv. 12.

Digitized by Google

Obſerv. 12. Concio gratiæ in V. T. pertinet ad N. Teſt. qvia eſt promiſſio Meſſiæ futuri, licet non ſit exhibitio præſentis. vide ſupra Articul. 76.

Ratio eſt, qvia revelatio Evangelii (unò eòdemqve ſemper manente Evangelio) per *ἐπαγγελίας* facta eſt in V.T. (donec ſeqveretur Evangelium per ipſum Chriſtum in carne præſentem annunciatum.) Summa verò omnium promiſſionum Evangelicarum de futuro Meſſia reſpicit futurum novum fœdus Evangelicum. Cum verò illa *ἐπαγγελία* primum nudè prolata, in verbo & Sacramento dein confirmata, tandemqve in certa regiminis Eccleſiaſtici forma per pædagogiam Vet. Teſtamento incluſa eſſet, non ſolùm confirmatio Teſtamentaria per mortem & ſangvinem victimalem ad juſtitiæ DEI per legem manifeſtationem facta eſt: ſed etiam finis ſuccedaneus acceſſit ob annexam *ἐπαγγελίαν*, qvi erat compulſio ad venturum Meſſiam. vid. inf. §. 5.

Nota 7. Duo Teſtamenta aliqvando vocantur doctrina Legis & Evangelii; Sinai & Solyma. Confer Gal. 4, 24. nec non Spiritus & Litera, 2. Cor. 3, 6.

§. 2. Teſtamentum I. eſt diſpoſitio *liberrima DEI voluntatis de cultu divino, mediisq́ ſalutis, ac forma regiminis in Eccleſia, obſignata & confirmata ſangvine & morte Teſtatoris, in gratiæ ac juſtitiæ divinæ laudem, & hominum ſalutem. vid. §. 4. & 5.*

II. Teſtamentum eſt pactum *ſive fœdus inter Deum & homines ſancitum, in qvo DEUS homini bona vel corporalia vel ſpiritualia promittit, certisq́ ſignis confirmat, & homo viciſſim ad ſervanda pacta & conventa fideliter ſeſe obligat. Cujus diverſæ Definitionis ratio patet ex Nota 3. §. 1. NB. Confer infra §. 4. & 5.*

Nota: Teſtamenti hujus *Efficiens* eſt Deus. *Subjectum*, cui aliqvid datur, eſt homo. *Forma* eſt promiſſio alicujus boni, & hominis obligatio. *Finis* eſt Dei gloria, & hominis emolumentum.

§. 3. Dividitur *Teſtamentum Dei in Vetus & Novum.*

§. 4. Vetus Teſtamentum I. eſt diſpoſitio *liberrima Dei voluntatis, de religione & cultu divino, bonisq́ Teſtamentariis, partim immediatè per Filium Dei ἄσαρκον, partim interveniente*

Moſis

Digitized by Google

Moſis miniſterio ſolenniter publicata, umbris involuta, oneroſa, obſignata ſangvine pecuino typico, in laudem juſtitiæ & gratiæ divinæ, & populi veteris ſalutem ac [illegible].

II. Vetus Teſtamentum eſt pactum Legale, qvo populus Iſraëliticus ad obſervationem legis Moſaicæ ſe obligabat: *DEUS viciſſim perfectè illam obſervantibus, aut in Meſſiam per ſacra Levitica præfiguratum credentibus vitam promittebat æternam. vid. Exod. 24,7.*

§. 5. Cauſa efficiens *V. Teſtamenti eſt Deus.* Partes Confœderantes *ſunt Deus & populus Iſrael.* Mediator *Moſes.* Promiſſio *fœderalis* ex parte DEI *reſpicit bona temporalia, & ſub illis æterna.* Ex parte populi *vero perfectam obedientiam.* Appendix *erat contraria comminatio pœnæ temporalis & æternæ, quæ vocatur maledictio.* Confirmatio *Teſtamentaria fiebat per mortem & ſangvinem victimalem, qvo ara & populus aſpergebatur.* Finis proximus *erat manifeſtatio juſtitiæ Dei per Legem.* Succedaneus *vero ob annexam ἐπαγγελίαν, compulſio ad Meſſiam venturum.*

§. 6. Novum Teſtamentum I. eſt Diſpoſitio *liberrimæ voluntatis divinæ de religione & cultu, bonisq; teſtamentariis ſolennis, partim per ipſum DEI Filium ἐνσάρκως, partim per Apoſtolos publicata, ipſum corpus ac complementum in Chriſto exhibens, expers jugi veteris, ipſiusq; Teſtatoris ſangvine obſignata ad laudem divinæ gratiæ & hæredum ſalutem.*

II. Novum Teſtamentum eſt pactum Evangelicum de gratuita remiſſione peccatorum, *de donatione Spiritus S. ac vitæ æternæ, omnibus in CHRISTUM obventura. vid. Eph. 3,5. Hebr. 9,15. 8,8.*

Nota 1. Evangelium ſtrictiſſimè ſic dictum, qvatenus eſt doctrina gratiæ in Chriſto exhibito omnibus oblata, cum ipſo N.T. ratione prædicationis & annunciationis conſiderato coincidit. vide præced. §. 1. Obſerv. 13. & ſupra Artic. 76. §. 4. adeoqve eſt ipſum Novum Teſtamentum. vid. §. 7.

Nota 2.

Nota 2. Tempus N. T. eſt tempus acceptum, & dies ſalutis.

§. 7. Cauſa N. T. Efficiens eſt Deus. Partes enim confœderantes ſunt *Deus ex mera ſua gratia agens, & homines omnes, etiam gentes, ad Eccleſiam admiſſi. Cujus admiſſionis fundamentum eſt univerſalis per Chriſtum reconciliatio, ratione acqviſitionis, & dein reſpectu applicationis actualis per fidem conſiderata, ex Articulo 55. & 70.* Inſtrumentum, *verbum Evangelii, ejusq́; promiſſio gratuita. Sigilla gratiæ Sacramenta N.T. Baptiſmus & Cœna Dominica Salvatoris θεανθρώπου poſt incarnationem præſentiſſimi gratiam obſignantia.* Subjectum *recipiens & credens ex Joh. 3, 13. Rom. 4, 11.* Materia *eſt Chriſti meritum & beneficia.* Mediator *perfectus eſt Chriſtus, Hebr. 9, 15.* Forma *promiſſionis eſt: Ero Deus tuus &c.* Apprehenſio *fit per fidem. Nam* obligatio fœderalis *in mera promiſſione conſiſtit, qvod Deus ex gratia velit transgreſſiones auferre, & omnia ad ſalutem neceſſaria conferre & perficere, Hebr. 9, 15-18. Eph. 3, 5. Unde &* Confirmatio *Teſtamentaria fit morte & ſangvine victimali ipſius Teſtatoris, Matt. 26.* Finis *eſt Dei gloria Pſal. 33, 12. & 117. 1. Pet. 2, 9. & hæreditas cœleſtis Matt. 25. ſive ſalus æterna.* Effecta *ſunt beneficia Dei gratuita, 1. Cor. 1, 30.* Conſeqvens *eſt libertas Evangelica infra Artic. 101. gratitudo, & filios Dei dilectos decens nova obedientia, Luc. 1, 72. vid. ſupra Artic. 79. Confer Gerhardi Harmon. ad Matt. 28, 20. vid. infra §. 8. Poriſma 4. NB.*

Canon 1. Nemo in fœdere N.T. naſcitur, ſed natus in illud recipitur; non per ſanctitatem parentum, nec per generationem naturalem, ſed per fidem propriam, qvam Deus confert ordinariè per Verbum & Sacramenta.

Canon 2. Per Baptiſmum datur ingreſſus ad regnum & receptionem in fœdus, qvo cœleſtis poſſeſſio filiis Dei promittitur. vid. infra Articul. 87.

Poriſma: Ergo non dantur Chriſtiani naturâ, aut Chriſtiani nati, ſed renati, Johan. 3. Gal. 3. etiamſi in Eccleſia nati ſint, adeoqve

 infan-

infantes fidelium non continentur in fœdere jure hæreditario à matris utero.

Ratio eſt, 1. qvia *promiſſio fœderalis:* Ero Deus tuus &c. non niſi cum determinatione fidei accipienda eſt. Qvæ tamen neqvaqvam eſt conditio propriè dicta, in hominis poteſtate ſita, ſed reqviſitum ſalutis organum à Deo ipſo donatum. vid. ſup. Art. 77.

2. qvia in fœdere Dei eſſe eſt Deum habere propitium. Unde & qvicunqve in fœdere Dei eſt, is Deo placet.

Canon 3. Teſtamentum Dei confirmatum εἰς Χριστὸν, in CHRISTO firmum & infallibile demonſtratum, & per ejus mortem obſignatum eſt, Hebr. 9.

§. 8. *Utriusqve V. & N. Teſtamenti* pro diſpoſitione accepti *ex §. 4. & 6. occurrit tum convenientia, tum differentia. Nam*

I. *Conveniunt* 1. qvoad cauſam efficientem, qvæ eſt libera Dei voluntas. 2. qvoad fundamentum, qvod eſt Meſſias. 3. à qvo bona legata omnia. 4. & modus juſtificandi unus, Actor. 15. 5. & unicum fidei objectum. 6. & revelationis ſufficientia. 7. & Legis impletio oritur. vid. art. 79. & 76.

II. *Differunt* 1. Circumſtantiâ Meſſiæ in V. T. adhuc incarnandi, in N. T. incarnati. 2. Mediatore oppoſito, qvi eſt Moſes & Chriſtus. 3. Promiſſionibus, qvæ in V. T. conditionatæ reſpiciunt obedientiam, ſed in N. T. gratuitæ, qvæ Chriſti meritum fide apprehenſum reqvirunt. 4. modo exhibendi typico & antitypico. 5. Obſignatione per ſangvinem typicum & antitypicum. 6. Objecto meriti futuri & præſentis. 7. Ceremoniis oneroſis. 8. Termino pædagogiæ legalis ad Chriſtum exhibendum & exhibitum. 9. rigore exactionis. 10. impletione Legis. 11. modo revelationis. 12. publicatione. 13. latitudine. 14. duratione.

Canon: *Differentia V. & N. Teſtamenti eſt longè maxima.*

Ratio eſt, qvia Vetus & Novum Teſtamentum differunt, non qvidem reſpectu Dei inſtituentis & reſpectu fructus ſive beneficiorum, qvæ utrinqve ratione principii divina ſunt, ſalvo tamen diſcrimine inter promiſſiones de Meſſia adhuc futuro, & inter exhibitionem Meſſiæ præſentis. vid. ſup. Art. 76. 79. ſed differunt vel maximè 1. ratione fundamenti Legalis & Evangelici ex §. 5. & 6. 2. ratione utriusqve Teſtamenti

menti

Digitized by Google

menti Mediatoris, Moſis & Chriſti. 3. ratione formæ gratuitæ & Legalis. 4. ratione confirmationis typicæ & antitypicæ. 5. ratione Sacramentorum, qvæ in V. T. erant umbra futuri, in N. T. verò ſunt exhibitio præſentis Meſſiæ & Filii Dei incarnati. 6. ratione promiſſionum Legalium & Evangelicarum. 7. ratione præſtationis. Nam V. T. legalem reqvirit obedientiam; ſed N. T. Evangelicam promittit, offert, & confert gratiam, ſine ullo reſpectu ad opera humana. vid. Art. 94. & Rom. 3. Ex qvibus omnibus patet diſtincta divinæ voluntatis revelatio, ſub typorum involucris in V. T. & ex clariſſima Evangelii luce, in N. T. vid. Johan. 1. & 3.

Canon: Revelatio doctrinæ Novi Teſtamenti clarior non excludit docendi media, & miniſterium verbi ordinarium, contra Schvvenckfeldianos. vid. Art. 124.

Nota 1. Mediatores V. & N. Teſtamenti in Epiſt. Hebr. c. 3. ſeq. inter ſe conferuntur 1. ratione originis & naturæ. 2. ratione dignitatis. 3. ratione fructus, & 4. durationis. vid. Bald. Comm. h. l.

Nota 2. Novum Teſtamentum Veteri præferendum eſt 1. ratione promiſſionum, de qvibus ſupra Artic. 77. 2. ratione durationis. 3. ratione violationis. 4. ratione effectus. 5. ratione perfectioris cognitionis. vid. Bald. l. d. & præcedentem Articulum 79.

Poriſma I. Ergo *Vetus Teſtamentum etiam cum incluſis promiſſionibus Evangelicis de Meſſia conſideratum tamen à Novo differt ſubſtantiâ*, ex §. 5. & 6.

Nota: Non eſt qvæſtio h. l. I. *de Cauſa Efficiente*, qvæ utrobiqve Deus eſt, Gen. 17, 1.

II. *Nec de Cauſa materiali*, qvæ utrobiqve eſt Chriſti meritum & beneficia, Actor. 15, 11. in V. T. per modum ἐπαγγελίας conſiderata, (qvamvis hæc propriè ad Evangelium ſpectent) in N. Teſt. autem ratione actualis acqviſitionis & oblationis per Salvatorem præſentiſſimum.

III. *Nec de forma* & apprehenſionis Inſtrumento, qvod utrobiqve fides eſt tàm in V. qvàm in N. T. Rom. 3. Confer de diſpoſitione ſalutis ſupra §. 1. Nota 2.

IV. Sed de corporis & ſangvinis Chriſti ſubſtantia, qvam Patres in V. T. non habuerant, qvi in Filium Dei incarnandum adhuc venturum

rum crediderunt, qvem in N. Teſtamento incarnatum præſentem habemus. Licet enim λόγος qvoad divinitatem ſuam credentibus in Vet. Teſtamento fuerit præſentiſſimus, in carne tamen λόγος nondum incarnatus non adfuit, ſed incarnatio ſolùm præfigurata & adumbrata fuit.

Poriſma II. Ergo *Novum Teſtamentum nullos admittit typos, aut Sacramenta typica*, ob ipſius corporis præſentiam Col. 2. Hebr. 10. vid. Artic. 87. & 88.

Poriſma III. Ergo *Vetus Teſtamentum abrogatum eſt*, vid. ſeq. Articul. 81. Sanciebatur enim ſangvine hircorum & taurorum. Novum verò fœdus ipſo ſangvine Mediatoris præſentiſſimi, ſive Filii Dei incarnati ſancitum ſimul novâ planè ratione eſt Teſtamentum.

Poriſma IV. Ergo Novum Teſtamentum cum reſpectu ad confirmationem & obſignationem conſideratum eſt ultima diſpoſitio, qvâ Chriſtus ceu Dominus & hæres omnium bonorum legavit nobis omnia ad ſalutem neceſſaria, & promiſſionem fœderalem de obtinenda hæreditate corpore & ſangvine ſuo præſens obſignat. vid. Luc. 22, 20. Confer ſup. §. 6. & 7.

Poriſma V. Ergo N. T. ignorat conditiones humanas propriè dictas, ab homine implendas, easqve meritorias. Qvia pactum Evangelicum eſt merè gratuitum operibus & meritis oppoſitum Jer. 31.

§. 9. *Reliqva huc ſpectantia præter Chemnicii, Gerhardi & Höpfneri Locos, offert Manuale Artic. 80. & præcedens Articul. 79. Ex qvibus reliqva, qvæ paſſim I. de pacto cum Adamo, ejusqve poſteris ante lapſum, Gen. 2. II. de pacto cum eodem, & univerſo genere humano poſt lapſum Gen. 3. III. de populo Iſraëlitico poſt eductionem ex Ægypto, Exod. 24, 8. IV. de Judæis & gentibus ad unum Eccleſiæ ovile adducendis, Jerem. 31, 32. Joh. 10. & Actor. 2, 39. apud alios occurrunt, rectius dijudicari, & cum excluſione ſeductionis Arminianæ, Pontificiæ & operariorum qvorumvis, facilè explicari poſſunt. Qvæ verò, qvalis & qvanta futura fuiſſet Adami obedientia, meritorum exiſtentia probabili fruſtra hodie diſputant ignari priſtinæ perfectionis Adami poſteri: qvorum acumen univerſum, dum tacet divina revelatio, vix ſuperare poteſt judicium*

Digitized by Google

cæci de coloribus. Confer D. Calovii Harmon. p. 1084. ejusdemqve Syſtem. Theol. Tom. 4. p. 716. ubi meritoriam vitæ æternæ conſecutionem negat, qvia gloria æterna eſt χάρισμα, Rom. 6. & proportio finitorum operum ad bonum infinitum nulla. Confer de Merito Articul. 100. NB.

ARTICULUS LXXXI.

De Veteris Teſtamenti Abrogatione.

Vetera præterierunt, ecce nova facta ſunt omnia, 2. Cor. 5, 7. vid. Hebr. 8, 13. Jerem. 31, 33.

§. 1.

ABrogatio V. T. eſt certiſſima, *uti patet ex art. 80. §. 8.* Ratio eſt, qvia præſente corpore ceſſat adumbratio futuri.

§. 2. Cauſa efficiens *eſt Deus.* Objectum *ſunt umbræ Moſaicæ.* Forma *eſt annihilatio & antiqvatio.* Finis *eſt DEI gloria & noſtra ſalus.*

Nota: Qvia Vetus Teſtamentum vel tempus, vel doctrinam, vel fœdus notat ex Artic. 80. ideo h. l. accuratâ diſtinctione opus eſt. Nam Vetus Teſtamentum non abrogatum eſt

I. *Ratione Librorum.*

Ratio eſt, qvia Librorum V. & N. T. autoritas Canonica eſt perpetua, contra Anabaptiſtas. vid. ſup. Art. 5.

Nec II. *Ratione promiſſionum Evangelicarum* in V. T. comprehenſarum. vid. Art. 80. & 77.

Ratio eſt, qvia V. Teſtamenti doctrina innumera de Chriſto continet teſtimonia, contra Manichæos.

Nec III. *Ratione Decalogi*, vid. Artic. 72. qvi eſt norma perpetua faciendorum.

Sed IV. *Abrogatio hæc reſpicit fœdus Legale antiqvum.* Qvod ceſſat in N. T. inprimis

1. qvoad legis moralis rigorem. vid. Art. 72. & maledictionem per Chriſtum ſublatam.

 2. qvoad

2. qvoad ſigna fœderis ſeu Sacramenta V. T. typica, l. d. ex Artic. 85. ſeq. Nox enim receſſit, Rom. 13. poſtqvam Sol juſtitiæ exortus eſt, Malach. 4.

3. qvoad ſacrificia V. T. ejusqve ritus & Ceremonias. vid. ſupra Artic. 74.

Canon 1. Abrogatio V. T. à Deo per Jeremiam & Danielem prædicta, à Chriſto & Apoſtolis conſummata & confirmata eſt.

Canon 2. Chriſtus eſt τέλος νόμου, Rom. 10, 4. & V. T. complementum, qvi beneficia N. T. ſuô ſangvine nobis in cruce acqviſivit, & in S. Cœna præſens applicat. vid. Art. 80. Cujus regulæ luculentiſſimum commentarium exhibet Epiſtola ad Hebræos.

Poriſma: Ergo omnes Judæorum Ceremoniæ, ritus atqve ſacra, qvæ hodieqve in iſta diſſipatione politiæ ſuæ ſuſcipiunt, nihil ſunt & mera vanitas.

Ratio eſt, qvia hæc omnia vanâ ſpe Meſſiæ adhuc expectandi inſtituuntur, qvi tamen dudum exhibitus eſt. vide Articul. 41. & neqve in eô locô, neqve eô tempore, neqve ab iis perſonis, neq; eodem modô, neqve eô fine, ut Meſſiam venturum deſignent. Hæc enim omnia ceſſant, imò nec hodie ob diſſipatam Hebræorum Rempublicam poſt templi everſionem obſervari poſſunt. Conf. Art. 75.

§. 3. *Plura huc facientia offert Mülleri Judaiſmus, & Theologia Polemica de Judaiſmo, nec non Manuale Artic. 81.*

ARTICULUS LXXXII.
De Sacramentis in Genere.

Sacramentum eſt ſignaculum Juſtitiæ fidei, Rom. 4. verſ. 11. vide infra §. 2. NB.

§. 1.

DOctrina de Sacramentis uti certiſſima, ita longè utiliſſima, & ſummè neceſſaria eſt. *Certitudo enim patet ex divina inſtitutione: utilitas ex noſtra ſalute, neceſſitas verò ex mediorum natura.*

Nota 1.

Digitized by Google

Nota 1. Poſt explicatum primum ſalutis medium ordinarium, qvod eſt verbum inprimis Evangelii, qvod corda per Legem contrita reficit, ſeqvitur jam alterum, qvod ſunt Sacramenta, qvibus Deus gratiam in verbo oblatam applicat & obſignat, ita, ut verbum viſibile medium ſalutis audibile ſeqvatur.

Poriſma: Ergo Articulus de Sacramentis, ceu ſalutis mediis atqve ſigillis omninò fundamentalis eſt, ut ſtante diſſenſu circa hunc Articulum fruſtranea ſit jactatio unitatis in fundamento fide. vid. Hunnius de fundamentali diſſenſu, & ſupra Artic. 3. nec non Appendix Formulæ Concordiæ de Pace Eccleſiaſtica per Dureum oblata, & infra Theolog. Polem. Calv.

§. 2. Vocabulum Sacramenti accuratam conſiderationem reqvirit.

I. *Qvoad Originem 1. Latinam.* Deducitur enim à ſacrando, dedicando, initiando & conſecrando.

2. *Græcam μυστήριον, ἀπὸ τοῦ μυεῖσθαι*, qvod ſignificat ſacris initiari. Confer de voce Myſterii ſup. Artic. 2. §. 1. p. 172.

II. *Qvoad ſignificationem.* Nam Sacramentum *generaliſſimè* notat rem arcanam, ſive myſterium. vid. Bibl. Lat. Eph. 5,32 *ſpecialiter* rei ſacræ ſignum. Sic Auguſtinus ſignum crucis vocat Sacramentum, vel ſpecialiſſimè actionem ſacramentalem. vid. §. 3.

Nota 1. Sacramentum accipitur h. l. non in ſenſu Politico, pro depoſito aut militari juramento; ſed in ſenſu Eccleſiaſtico, & qvidem propriè, pro myſterio, non verò pro typo, aut rei abſentis umbra vel typo, qvando ſcilicet de Sacramentis N. T. agitur, & qvidem propriè dictis, qvale non eſt ordinatio. (Licet ſuô modò illa Sacramentum appellari poſſit. vid. Comm. D. Carpzovii in Apologiam Aug. Confeſſionis.

Nota 2. *Vox Sacramenti* accipitur h. l. pro ſolenni actione divinitùs inſtituta, in qva per externum & viſibile ſignum bona inviſibilia gratiosè offeruntur, conferuntur & obſignantur. Et ſic accipitur 1. Propriiſſimè & ὁλικῶς, pro tota actione ſacramentali, qvæ utramqve rem, terrenam & cœleſtem complectitur. 2. μερικῶς, pro altera ſolum eſſentiali parte, ſive ſymbolo externo, aut re terrenâ.

Nota 3. *Res Sacramenti* Patribus vel notat rem cœleſtem, vel fructum Sacramenti ſalutarem. Et hoc ſenſu Patres interdum negant, indi-

indignos accipere rem Sacramenti, ſive fructum Sacramenti ſalutarem, qvi fidem reqvirit.

III. *Qvoad encomia* & Synonyma. Qvia Sacramenta dicuntur non ſolum

1. Myſteria, uti patet ex dictis. Verùm etiam
2. Signa.
3. Sigilla.
4. Signacula, Rom. 4, 11. Σφραγὶς. Σφραγίζω obſigno, Joh. 6, 27. Φράσσω, munio, claudo, qvia obſignatione literæ clauduntur & qvaſi muniuntur.
5. Ceremonia & ritus. vid. Artic. 102.
6. Theſaurus Eccleſiæ.
7. Inſtrumenta ſive gratiæ organa, per qvæ Deus ipſe operatur, & Meſſias in N. T. præſens gratiam obſignat, ſup. Art. 80.

Obſerv. 1. Appellatio myſterii non infert naturam Sacramenti propriè dicti, vid. Art. 2. p. 192. & Art. 86.

Obſerv. 2. Sacramentum eſt ſignum, non σημαντικὸν, cujus univerſa natura in ſignificando conſiſtit, ſed πρὸς τὸ ἐῤῥωμένον καὶ μεταδοτικόν, non nude ſignificativum, ſed exhibitivum, beneficia divina veriſſimè conferens. Confer Luc. 2, 12. Hoc erit vobis ſignum, τοῦτο ὑμῖν τὸ σημεῖον. Invenietis infantem faſciis involutum, poſitum in præſepi. Vide eventum v. 15. & 16. Ubi non eſt qvæſtio: An res præſens ſimul per præſens ſignum concipi poſſit? v. g. infans per faſcias: ſed an propter hunc conceptum ipſa veritas præſentiæ objecti præſentis neganda, & in meram ſignificationem, aut nudum typum, vel umbram, relationem aut analogiam imaginariam, præſentiæ excluſivè oppoſitam transformanda, & rei promiſſæ atqve exhibitæ præſentia ſimpliciter neganda ſit? Qvod negatur.

Obſerv. 3. Sacramenta ſunt ſigilla gratiæ promiſſionum non corporalium, ſed ſpiritualium, vid. ſup. art. 77.

Obſerv. 4. Sacramenta omnia ſunt ſignacula juſtitiæ fidei, Rom. 4, 11. obſignantia Chriſtum & omnia ejus beneficia, qvæ ſimul conferunt rectè utentibus. Qvod verò impoſſibile foret, niſi beneficia illa eſſent univerſalia. Qvod enim obſignandum tibi offertur individualiter, illud neceſſe eſt pertinere ad te tanqvam bonum univerſale, ſingulis appli-

Digitized by Google

applicabile. Confer de fide Artic. 93. & ſup. p. 18. & 10. & de promiſſ. Evang. artic. 77. & de univerſalitate ſatisfactionis Chriſti, Art. 55. & gratiæ Artic. 90. 38. & 39. NB.

Obſerv. 5. Sacramenta non ſunt Ceremonia nuda, aut ritus inanis. vid. ſupra Artic. 73. & 102. ſed actio divina ſalutem obſignans. vide Artic. 80.

Nota: Etiamſi Sacramenta ratione externæ & viſibilis actionis vocari poſſint ritus, cum ceremoniis ſano ſenſu acceptis aliqvam convenientiam habentes, vid. Artic. 102. §. 1. neqvaqvam tamen doctrina de Sacramentis eſt doctrina de externis ceremoniis, ſed de objecto tali, qvod ad ipſam ſalutem noſtram ejusqve fundamentum pertinet, vid. ſupra §. 1.

Obſerv. 6. Sacramenta ſunt theſaurus totius Eccleſiæ.

Obſerv. 7. Sacramentum eſt actio. Ergo non relatio, aut actio relativa. Qvod enim formaliter eſt actio, illud formaliter non eſt relatio. Nam Formale rei diſtinctum eſt ipſum eſſe illius proprium.

Obſerv. 8. Sacramenta ſunt organa gratiæ Evangelicæ efficaciſſima. Confer Articulum 124.

§. 3. Definitio Sacramenti planè ſingularis eſt. *Qvia* Sacramentum eſt actio DEI cum hominibus ſacra & ſolennis, *qva ipſe per miniſtrum ſuum rem peculiari verbo inſtitutam diſpenſat, ad promiſſiones Evangelii proprias nobis obſignandas, ita, ut mediantibus externis elementis, vi ſuæ inſtitutionis & promiſſionis bona cœleſtia cum verbo conjuncta exbibeat, & omnibus utentibus gratiam offerat, credentibus verò eandem applicet atq; obſignet.*

Nota: Univerſum fidei fundamentum eſt veritas inſtitutionis, mandati & promiſſionis: qvæ Sacramentum conſtituit & à ſuppoſititiis Sacramentis infallibiliter diſcernit. vid. Art. 86.

§. 4. Efficiens Sacramenti Cauſa principalis eſt Deus, *vid. inf. Artic. 88. ſolus in V. T. θεάνθρωπος & in Novò Teſt. Matt. 28, 18. & c. 26.*

Canon: Nullius vel Angeli vel hominis eſt condere Sacramenta. Confer 1. Cor. 4, 1.

Poriſma: Ergo Sacramenta à Papa R. introducta ſunt figmenta.

vid. infr. Art.86. cum homo deſtitutus ſit poteſtate media ſalutis Eccleſiæ conſtituendi, & per ea gratiam conferendi.

§. 5. Cauſa Inſtrumentalis ſive miniſterialis ordinaria diſpenſans Sacramentum, eſt miniſter Eccleſiæ legitimè vocatus ab accipiente diſtinctus, *vid. 1. Cor. 4, 1. & infra Articul. 87. §. 5. & in caſu neceſſitatis, ſcilicet in adminiſtratione Sacramenti initiationis, (ſicut & in ipſa verbi divini repetitione atqve ſolatii applicatione, vid. Galat. 3, 28.) qvilibet pius. vid. 1. Pet. 2, 9. Exod. 4, 25. 1. Macc. 1, 6.*

Canon: Miniſtri dignitas vel indignitas, orthodoxia vel heterodoxia ſubſtantiam Sacramenti neqvaqvam evertit. Nam Sacramenti integritas & veritas non dependet a dignitate miniſtrantis, ſed ab autoritate inſtituentis, ex §. 3. & Rom. 3, 3.

Poriſma: Ergo Bona miniſtri intentio rationis figmentum eſt, vid. Artic. 87. Sacramentum enim non eſt duplex, ſed unica Dei per miniſtrum agentis, 2. Cor. 5, 20. neqvaqvam ab organo agente dependens actio.

§. 6. Objectum *Sacramenti ſunt 1. Homines. 2. Soli. 3. Vivi. 4. in Eccleſia. Confer infra Artic. 87. & qvoad Sacramentum Confirmationis illi, qvi ſe probare poſſunt, 1. Cor. XI, 18. Qvoad initiationis verò Sacramentum non ſolùm adulti, & qvidem illi qvi rationem fidei ſuæ reddere poſſunt, Actor. 8, 37. ſed etiam infantes, Artic. 87.*

Canon: Qvodlibet Sacramentum omnibus civibus Eccleſiæ commune eſt, ſalvo tamen V. & N. T. ut & Sacram. Initiationis & Confirmationis diſcrimine.

§. 7. Materia *Sacramenti, circa qvam actio ſacramentalis verſatur, eſt res certa peculiari Dei verbo inſtituta & divinitus ordinata. Eſtq; res terrena & cœleſtis, viſibilis & inviſibilis, ſive res terrena rei cœleſti unita & verbo veſtita.*

Nota 1. *Res terrena* ſive externa, eſt res corporea, viſibilis, tractabilis, divinitus ordinata, ut ſit rei cœleſtis ὄχημα, vehiculum & medium exhibitivum.

Nota 2.

Digitized by Google

Nota 2. *Res cæleſtis* ſive interna eſt res inviſibilis, re terrenâ ac viſibili, ceu medio divinitus ordinato exhibita.

Canon 1. Subſtantia Sacramenti eſt immutabilis.

Canon 2. De veritate, natura & ſubſtantia cujusqve Sacramenti ex inſtitutione judicandum eſt.

§. 8. Materia Sacramenti *conſideratur vel generaliter, vel ſpecialiter ex natura cujusvis Sacramenti, inf. Art. 84. 87. 88.*

§. 9. Generalis *materiæ Sacramentalis conſideratio reſpicit rei terrenæ & cæleſtis 1. naturam. 2. unionem ex illa ortam. 3. Sacramentalem prædicationem.*

Nota: Res Sacramenti Patribus interdum idem eſt, qvod Sacramenti ſubſtantia, aut res cœleſtis, interdum verò fructum Sacramenti denotare ſolet, vide ſup. §. 2. NB.

§. 10. Natura materiæ Sacramentalis planè ſingularis eſt.

Canon 1. Cujuslibet Sacramenti materia eſt certo inſtitutionis verbo præſcripta.

Canon 2. Sacramentum propriè ſic dictum habet unum aliqvod & certum elementum externum, qvod ad ipſam Sacramenti ſubſtantiam pertinet.

Canon 3. Materiam Sacramenti à DEO inſtituti nemini mutare fas eſt.

Canon 4. Res cœleſtis Sacramentorum V. & N. T. differunt ut typus & antitypus, ut umbra & corpus. vid. Coloſſ. 2, 17. & infra Articul. 88. & qvod illa ſub typis, figuris & umbris reſpiciunt, illud Sacramenta N. T. præſentiſſimè exhibent. vid. Matth. 26, 28. Hebr. 10, 1. & Artic. 80. §. 8. NB.

§. 11. Unio Sacramentalis eſt certiſſima. *Cujus inprimis conſideranda eſt 1. Veritas ex Definitione Sacramenti §. 3. 2. Fundamentum ex cujusvis Sacramenti inſtitutione.*

Canon 1. In Sacramentis datur unio rei terrenæ & cœleſtis, ſacramentalis myſtica, eaqve veriſſima, ab unione *χετικῇ* & relativa, qvæ etiam in verbo deprehenditur, diſtinctiſſima. vid. 1. Cor. 10, 16. Panis eſt conſortium 1. Cor. 1, 9. participatio, medium, *κοινωνία* & communicatio

nicatio corporis Chriſti, qvæ non eſt rerum abſentium, ſed præſentiſſimè unitarum, vid. §. 12. Κοινωνία enim non ſolùm notat 1. *activè* diſtributionem, Rom. 12,13. Gal. 6,6. & 2. *paſſivè*, acceptionem, 2. Cor. 13,13. ſed etiam 3. *Relationem* inde oriundam, & communionem, in rei datæ & acceptæ poſſeſſione & fruitione, 1. Cor 10,20. & c. 1, 9.

Canon 2. Homo externus neqvaqvam in Sacramento accipit res externas, Phyſicè tantùm, internas verò res cœleſtes ſpiritualiter tantùm, ſed univerſam rem Sacramenti Sacramentaliter unitam unicâ actione Sacramentali percipit, vigore inſtitutionis Sacramentalis.

Canon 3. Unio Sacramentalis non eſt nuda analogia, aut nuda ſignificatio repræſentativa, aut relatio ſigni ad ſignatum, aut rei cœleſtis ad fidem, ſed vera rerum diſtinctarum combinatio divinitus ordinata.

§. 12. Prædicatio Sacramentalis *oritur ex inuſitata & & myſtica unione Sacramentali; cujus fundamentum ſunt verba inſtitutionis cujusvis Sacramenti propria. vid. Chemnicium de Fundamentis Cœnæ.*

Nota: *Prædicationes Sacramentales* ob Sacramentorum & rerum in Sacramentis contentarum diverſitatem dantur diſtinctæ. Ratio eſt, qvia aliæ prædicationes Sacramentales ſunt Scripturæ Sacræ, aliæ Eccleſiaſticæ. Inprimis verò

I. *Scriptura Sacra* prædicationes aliæ reſpiciunt Sacramenti ſubſtantiam, aliæ verò efficaciam.

II. *Prædicationes ſubſtantiam* attinentes reſpiciunt vel Sacramenti rem terrenam, vel cœleſtem. Sic panis eſt communicatio corporis Chriſti, 1. Cor. 10,16. i. e. medium participandi corporis, cum qvo panis Sacramentaliter unitus eſt, §. 11.

III. *Prædicationes efficaciam* Sacramenti attinentes enunciant Sacramenti fructum,

1. *vel de toto Sacramento*, Rom. 4, 11. Tit. c. 3, 5. ſic: Baptiſmus eſt lavacrum regenerationis.

2. *vel de materia cœleſti & terreſtri* unita Joh. 3, 4. ſic: Homo renaſcitur ex aqva & Spiritu.

3. *vel de re terrena cum actione formali connexa*, Eph. 5, 26. ſic: Lavacrum aqvæ in verbo mundat nos.

Poriſma:

Digitized by Google

Poriſma : Ergo Prædicationes Sacramentales neqvaqvam omnes & ſingulæ poſſunt eſſe Tropicæ, multominus vero [illegible].

Ratio eſt I. qvia Propoſitiones Sacramentales inuſitatæ ſunt ob modum unionis myſticum.

Ratio II. eſt, qvia qvæſtio potiſſima eſt in hoc myſterio rationi planè abſcondito de iis prædicationibus, in qvibus Sacramenti pars una eſſentialis dicitur, de altera Sacramentaliter, & ob unionem ſacramentalem veriſſimam. Ubi notandus eſt

Canon 1. *In dogmate Sacramentali*, ubi tanqvam in negotio rationi ignotiſſimo, omnem humanum captum tranſcendente ſola revelatio audienda, omninò τὸ ῥητὸν retinendum, & ſenſus literalis conſtantiſſimè urgendus eſt. vid. Dannhaueri Hermenevt. S. pag. 265. & Chemnic. de fundamentis Cœnæ. Qva de re agit Art. 88. & infra Theologia Exegetica.

Canon 2. *Propoſitiones Sacramentales exhibitivæ neqvaqvam ſunt Tropicæ.* Vocantur enim exhibitivæ enunciationes, in qvibus vox demonſtrativa ſubjectum complexum, ſive res unitas notat, & in prædicato effertur id, qvod principale eſt, non tamen omnibus conſpicuum. Sic: Hoc eſt corpus meum, id eſt, Hoc, qvod cum pane do, eſt corpus meum. vid. Art. 88. Unde & Panis reſpectu unionis Sacramentalis, in actu Sacramentali conſideratus, eſt corpus Chriſti. Et hoc totum concretum Sacramentale, ex pane & corpore Chriſti Sacramentaliter unitis conſtans, rectè vocatur Corpus Chriſti, ideo, qvia panis eſt κοινωνία corporis Chriſti, 1. Cor. 10. ſup. §. 11. vid. infra Art. 88. §. 8. Qvæ & ſimiles prædicationes Sacramentales illuſtrari poſſunt *exemplis* 1. *uſitatis*, ut qvando porrectô poculô dicitur: Bibe, hoc eſt vinum; & porrectô vitrô, accipe, hoc eſt medicamentum; & oblatô ſaccô, accipe, hoc eſt triticum; vel de marſupio, accipe 1000. thaleros. 2. *ſacris*, ſic columba erat Spir. Sanctus, Matt. 3, 16. Surgente arcâ ſurgit Deus, Pſalm. 68, 1. Confer cum his, qvæ habet Ligtfoot in Luc. 22, 19. qvi verba: Hoc eſt corpus meum &c. refert ad corpus Agni Paſchalis, ideò, qvia hanc phraſeologiam adhibent Judæi. Maimonides enim vocat corpus agni Paſchalis, & comeſtionem de corpore Paſchali. Ergo propter præſentem Paſchatizationem intelligendum eſt &c. Confer explicationem Abraham Gulichii, qvi in Theologia Prophetica, edita Anno 1675. Amſte-

Amſtelodami in 4. p. 11. aſſerit: In Sacris Literis nomina permutari ob æqvivalentiam, & analogum ſæpenumero pro analogo poni. Sicut Man vocatur frumentum, & addit: Cui ſimile eſt illud: Hoc eſt corpus meum, id eſt, *Hoc Symbolum* & Sacramentum vobis credentibus tantundem eſt ad certitudinem communionis mei, & omnium bonorum meorum, atqve ſi carnem meam ore veſtrô manducaſſetis, & in ſubſtantiam veſtram convertiſſetis. Hoc enim ſignum *ἀναμνηστικὸν* pro corpore meo ſubſtituo, ad certiores vos faciendos de ea communione. vid. Theol. Exeget. l. 2. c. 6. Tit. 1.

§. 13. Forma Sacramenti eſt actio externa, ſive diſpenſatio *certa rei peculiari verbo determinata & accipienti exhibita, qvæ in N. T. præſens exhibetur. vid. infra Artic. 83. ita ut ſimul Sacramentalis concurrat δόσις & λῆψις.*

Canon 1. Forma Sacramenti nititur certâ inſtitutione & peculiare Dei mandatum habet.

Canon 2. Forma Sacramenti ad ſubſtantiam Sacramenti pertinet, non verò ad uſum, ideoqve in nuda analogia, qvæ uſum reſpicit, conſiſtere neqvit, NB. ſup. §. 2.

Canon 3. Forma Sacramenti eſt immutabilis.

Canon 4. *Diſpenſatio Sacramentalis continet actiones* principales diſtinctas, δόσιν & λῆψιν, qvarum illa gratiam offert, hæc verò oblatam recipit.

Poriſma I. Ergo nec Sacramentalis diſtributio, nec acceptio ſine ipſius Sacramenti mutilatione omitti poteſt.

Poriſma II. Ergo Actio principalis cum miniſteriali & præparatoria neqvaqvam confundenda eſt.

Poriſma III. Ergo Actio miniſterialis (v. g. fractio panis) non pertinet ad Sacramenti ſubſtantiam.

Nota 1. Forma generica omnium Sacramentorum eſt actio integra externa circa rem terrenam & cœleſtem Sacramentaliter unitam occupata.

Nota 2. Actionem externam integram conſtituunt actus formales, in una totali actione indiſtractè ſe invicem ſubſeqventes. Tales ſunt, præviâ conſecratione ſive recitatione verborum inſtitutionis, 1. diſpenſatio. 2. acceptio.

Nota 3.

Digitized by Google

Nota 3. *Norma* hujus actionis Sacramentalis eſt verbum mandati, verbo inſtitutionis comprehenſum, qvod eſt fundamentum certitudinis unionis Sacramentalis.

§. 14. Finis *Sacramentorum eſt vel generalis omnium, vel ſpecialis ſingulorum.*

§. 15. Finis generalis *eſt vel abſolutè ſummus, gloria ſapientiæ & bonitatis divinæ, vel ſecundum qvid talis, videlicet ſalus utentium, vel intermedius, tàm primarius, qvàm ſecundarius.*

§. 16. Primarius finis *eſt promiſſionis Evangelicæ & gratiæ divinæ 1. Oblatio. 2. Collatio & applicatio. 3. Obſignatio. vid. Rom. 4, 11. adeoqve applicatio tam reſpectu dantis & principii offerentis, qvàm reſpectu ſubjecti accipientis.*

Nota: Eadem gratia divina operatur per viſibilia media, olim in fœderali præputii præfigurantis amputatione, & agni Paſchalis typici manducatione: nunc verò aqvâ, & ſangvine Chriſti ſubſtantiâ prælenter teſtificantibus, in aqvæ Deo adunitæ cum verbo affuſione, ut omnes regenerentur & renoventur; & dein, in panis & corporis, vini & ſangvinis, per oralem perceptionem communicatione, ut (ſi fide qvoqve receperint, cùm incredulitas fructum impediat,) ſpiritualiter Chriſto arctiùs uniantur. Qvâ de re plenius agit B. Lyſeri Summarium.

Canon 1. Sacramenta non ſunt Inania ſpectacula, ſed proſunt rectè uſurpantibus.

Canon 2. Sacramenta ſunt media applicantia, gratiæ ſigilla & ſignacula. ſupra §. 5.

Canon 3. Sacramenta fidem in nobis generant, confirmant, ſervant & augent, non obſtante miniſtri intentione ſup. §. 5.

Canon 4. Collatio gratiæ per Sacramenta non fit per infuſionem, ſed applicationem eorum, qvæ non inhærent nobis, ſed extra nos ſunt, & à DEO in Sacramentis offeruntur, atqve per fidem à nobis apprehenduntur.

Canon 5. Sacramenta ſine fide non proſunt, licet ſubſtantia eorum ab inſtitutione divina pendens per accipientis incredulitatem, Rom. 3, 3. aut indignitatem, 1 Cor. XI. 27. neqvaqvam tollatur.

Canon 6. Sacramenta non conferunt gratiam ex opere operato, ex vi actionis Sacramentalis ſine fide in Chriſtum. Can. 7.

Digitized by Google

Canon 7. Sacramenta non imprimunt characterem indelebilem.

§. 17. Secundarius *Sacramentorum finis eſt, ut ſint 1. Civium Eccleſiæ ab exteris diſtinctio. 2. Conſervatio memoriæ beneficiorum divinorum, Exod. 12, 14. Pſal. XI, 4. Luc. 22, 19. 1. Cor. XI, 24. 25. 3. Amoris erga Deum & proximum excitatio, 1. Cor. 10, 17. & mutuum charitatis Chriſtianæ vinculum. 4. Obedientiæ DEO debitæ indicium. 5. debitæ gratitudinis monumentum, ex recordatione aſſidua beneficiorum in Eccleſia perceptorum.*

Nota : Ex omnibus hactenus enumeratis vera Sacramentorum propriè dictorum reqviſita patent, de qvibus vid. inf. Art. 86.

§. 18. Effectus *Sacramentorum eſt ſaluberrimus, qvi patet ex §. 16. videlicet utentium ſalus & gratiæ obſignatio. Non obſtante impedimento incredulitatis, qvæ effectum ſalutarem intervertere, neqvaqvam verò ipſam Sacramenti ſubſtantiam evertere poteſt.*

Canon 1. Sacramentum omnibus & ſingulis accipientibus oblatum manet integrum, ita, ut impedita applicatio integritatem oblationis & eſſentiam Sacramenti divinitus conſtitutam neqvaqvam impedire, aut humana incredulitas divinam veritatem evertere poſſit.

Canon 2. Fides non pertinet ad Sacramenti ſubſtantiam, ſed ad ſalutarem ejus uſum.

Canon 3. Idem effectus ſalutaris DEO ſoli ut cauſæ efficienti principali, & nihilominus etiam Sacramento ut cauſæ inſtrumentali rectè tribuitur.

§. 19. *Attributum & proprietas Sacramentorum eſt neceſſitas præcepti & medii externi, non qvidem abſoluta, ſed hypothetica, vid. ſup. §. 1. NB.*

Canon 1. In caſu neceſſitatis absqve diſpendio ſalutis Sacramentis carere poſſumus.

Canon 2. Major eſt neceſſitas Sacramenti initiationis, qvàm Confirmationis, ſupr. §. 5.

Canon 3. In ſtatu tentationis ſummoperè neceſſaria eſt crebra Sacramenti Confirmationis uſurpatio, vid. art. 109. & art. 88.

§. 20. Di-

§. 20. Diviſio *Sacramentorum oſtendit, alia eſſe Sacramenta Veteris, alia N. Teſt. De illis Artic. 83. ſeq. De his verò Articul. 86. agitur.*

Canon 1. Utriusqve Teſtamenti tàm Veteris, qvàm Novi non plura, qvàm duo dantur Sacramenta vid. Articul. ſeqq. & Coloſſ. 2, 2. 1. Cor. 5. verſ. 7. qvorum alterum eſt initiationis, alterum vero confirmationis.

Canon 2. Qvodvis Sacramentum uni ſaltem Teſtamento, vel Veteri, vel Novo proprium eſt.

Canon 3. Qvæcunqve tam Veteri qvàm Novo Teſtamento communia ſunt, illa à numero Sacramentorum excluduntur, ut Conjugium & ordo. vid. Artic. 86.

§. 21. *Plura hùc facientia offert Manuale Articulo 82.*

ARTICULUS LXXXIII.

De Sacramentis Veteris Teſtamenti in ſpecie, & eorum cum Sacramentis Novi Teſtamenti tum Convenientia, tùm ab iisdem differentia.

In V. T. erat umbra rerum futurarum, corpus autem CHRISTI eſt in N. T. vid. Coloſſ. 2, 17. Hebr. 10, 1.

§. 1.

QVamvis conveniant utriusqve Teſtamenti Sacramenta, nihilominus tamen differentia Sacramentorum Veteris & Novi Teſtamenti eſt longè maxima, *qvæ ex Articulo 79. & 80. eſt evidentiſſima, eaqve tum generalis, tum ſpecialis, ex Artic. 84. 85. 87. & 88.*

§. 2. Convenientia generalis *reſpicit I. Reqviſita, ex Articul. 82. II. Numerum binarium, ex Artic. 84. 85. 87. & 88. Nam,*

 ubi

uti in V. T. tantùm fuit Circumciſio & Agnus Paſchalis, ita in N.T. ſolùm Baptiſmus & Cœna Domini fuerunt vera & propriè dicta Sacramenta.

Poriſma: Itaqve Iris. Nubes, Tranſitus maris, altare Moſis & ſimilia ob defectum genuinorum reqviſitorum Sacramentis V.T. annumerari neqveunt. Confer ſup. Art. 82. & inf. Art. 86.

§. 3. Differentia Sacramentorum V. & N. Teſtamenti eſſentialis eſt *vide 1. Johan. 5, 6. 7. 8. ubi oſtenditur ratione cauſæ*

1. *Efficientis* in N. T. Chriſtus ipſe veniens, etiam qvatenus homo eſt, Sacramenta inſtituens, & in ipſa diſpenſatione teſtis præſens per aqvam & ſangvinem.

2. *Materiæ* ſive rei cœleſtis. Nam idem Chriſtus in V.T. typicè præfiguratus, in N.T. incarnatus præſens eſt.

3. *Formæ*. Nam in V.T. efficacia, in N.T. verò ipſa corporis ſubſtantia adeſt, qvæ præſens gratiam offert.

4. *Finis*, qvi in Sacramentis Veteris Teſtamenti erat obſignatio gratiæ typica, per Meſſiam futurum; in Novo autem Teſtamento præſens, per præſentem ipſius Salvatoris & Filii Dei incarnati ſangvinem, Matth. 26. adeoqve Sacramenta N. Teſtamenti ſimul ſunt teſtimonia perfectæ CHRISTI paſſionis, & conſummatæ per ejus mortem redemtionis.

Canon 1. Sacramenta V. & N.T. non differunt qvoad gratiæ efficaciam. vid. Artic. 82. ſed qvoad Mediatoris incarnati præſentiam.

Canon 2. Sacramenta V. T. fuerunt adumbratio rerum in N.T. exhibendarum; Sacramenta verò N.T. ipſam ſubſtantiam olim adumbratam exhibent. vid. Coloſſ. 2, 17. Hebr. 8, 5. c. 9, 9.

Poriſma I. Ergo in Sacramentis N. T. nullæ ſunt umbræ, typi aut figuræ, ſed res & corpus ipſum præſentiſſimum, cedentibus umbris V. T. de cujus abrogatione agit Art. 81.

Poriſma II. Ergo Chriſtus ipſe in Sacramentis N.T. verè & realiter præſens adeſt, ſuaqve beneficia tàm in Verbo, qvàm in Sacramentis præſenter & efficaciter applicat. vid. Matt. 26, 28. Hebr. 10, 1.

Ratio eſt, qvia in Sacramentis N. T. non amplius regnant ſignificationes rerum abſentium, Coloſſ. 2. & Hebr. 10. Po-

Digitized by Google

Poriſma III. Ergo Præſentia Corporis Chriſti χαρκῶς ſolùm, ſub ſigno & reſpectu fidei, Sacramentis N.T. neqvaqvam competit, qvia qvod Sacramenta V.T. ſub typis & figuris, illud Sacramenta N.T. præſentiſſimè exhibent. vid. Art. 82.

§. 4. *Plura huc ſpectantia offert Manuale Artic. 83.*

Articulus LXXXIV.

De Circumciſione.

Circumciſio eſt ſignaculum juſtitiæ fidei, Rom. 4, 11. vid. Art. 82. §. 2.

§. 1.

Circumciſio eſt primum V.T. Sacramentum. *vid. Gen. 17, 10. Gerhardi Comm. h. l. & Bald. in Rom. 4, 11.*

§. 2. Circumciſionis vocabulum accuratam reqvirit conſiderationem.

I. *Qvoad originem.* Dicitur enim à circumcidendo, ſive circumſecando, & περιτομὴ à περιτέμνειν.

II. *Qvoad ſignificationem.* Accipitur enim 1. *propriè* h. l. & non ſolùm præcisè, pro ceremonia externa, ſed ὁλικῶς & completè, pro toto actu Sacramentali, qvi conſtat 1. ſigno 2. mandato 3. promiſſione. vid. Gen. 17, 7. ſeq. Soli verò *Salvatori* competit ſingulariſſimè. vid. ſup. Artic. 52. §. 7. NB. 2. *Impropriè* & qvidem 1. *Metaphoricè*, pro regeneratione, ſive ſpirituali circumciſione, Rom. 2, 29. Coloſſ. 2, 11. 2. *Synecdochicè*, pro tota legis obſervatione, Actor. 15, 1. 3. *Metonymicè* pro populo circumciſo, vel ſpiritualiter, Phil. 3, 3. vel Sacramentaliter, Rom. 15, 8. vel carnaliter, Eph. 2, 11.

Obſerv. 1. *Circumciſio* alia eſt corporalis, alia ſpiritualis, ſive carnis & cordis, occulta & aperta, literæ & ſpiritus, vid. inf. Art. 97.

Obſerv. 2. *Circumciſio carnis & cordis* non eſt gemina, ſed unius ejuſdemqve vocabuli in ſua ſignificata diſtributio. Illa propria eſt, & fit amputatione carnis; Hæc metaphorica, & fit amputatione cordis.

Obſerv. 3. *Circumciſio cordis* eſt ſubjugatio carnis in obſeqvium

Digitized by Google

ſpiritus, ubi peccatum amputatur, non ut non ſit, ſed ut non regnet. vid. Artic. 98. & 99.

III. *Qvoad encomia.* Nam Circumciſio dicitur 1. fœdus DEI cum hominibus. 2. Ceremonia fœderalis. 3. Præclarum Eccleſiæ privilegium. 4. Signaculum juſtitiæ fidei, Rom. 4, 11. 5. Ritus perantiqvus, qvem etiam Æthiopes, Ægyptii, Phœnices & alii imitati ſunt.

Nota: Hodierna Abyſſinorum Circumciſio non ſacra, ſed profana eſt. Ita enim habet eorum confeſſio per Ludolſum edita p. 5. Non circumcidimus, ſicut Judæi, verùm circumciſio eſt apud nos ſecundum conſvetudinem regionis; ſicut inciſio faciei in Æthiopia & Nubia; & ſicut perforatio auris apud Indos. Id autem, qvod facimus, non fit ad obſervandas Leges Moſaicas, ſed tantùm propter morem humanum. Addit ibidem Ludolfus p. 8. non eſſe ritum ſacrum, ſed morem magis profanum, qvàm religioſum, qvia perficitur privatim à muliercula, remotis arbitris. Qvid, qvod & fœmellis aliqvid, qvod ſuperfluum naturæ putant, abſcindatur.

§. 3. Circumciſio eſt Sacramentum initiationis V. T. à Deo inſtitutum, *per qvod recipiebantur homines in fœdus Dei, per fidem in Meſſiam ex populo hoc circumciſo naſciturum, & ex qvo agnoſcebatur verus Dei populus. Confer definitionem Sacramenti generalem ſup. Artic. 82. Gen. 17, 10. Rom. 4, 11.* vel plenius: *Eſt prius V. T. Sacramentum, qvo Deus ordinariè per Eccleſiæ miniſtrum, homini maſculo, Eccleſiæ Judaicæ inſerendo, præputii cruentâ reſectione, futuram ſangvinis Meſſiæ in aſſumta carne effuſionem præfigurante, fidem & gratiam fœderalem conferebat & obſignabat, ad divinæ bonitatis & ſapientiæ gloriam & ipſius circumciſi ſalutem.*

Nota: Circumciſio fuit organum ordinarium, qvo Deus uti voluit ad offerenda, exhibenda & obſignanda gratiæ beneficia. Qvia illâ ipſâ ſangvinolentâ præputii amputatione juxta verbum octavo die factâ Deus filios Abrahæ in fœdus gratiæ recepit.

§. 4. Cauſa efficiens *principalis eſt Deus, ratione inſtitutionis & operationis, Geneſ. 17.*

§. 5. Mini-

§. 5. Miniſterialis Cauſa *ordinariè fuit ante Sacerdotium Leviticum familiæ caput Patriarchale, Geneſ. 17. Dein Eccleſiæ miniſter, & in caſu neceſſitatis extraordinariè etiam mulier. vid. ſupra Artic. 82. §. 5. NB. & perſona privata. Confer Joſuæ 5, 3. Exod. 5, 25. 1. Macc. 1, 63. 2. Macc. 6, 10.* Inſtrumentalis *verò cauſa erat petra, Exod. 4, 25. & culter petrarum, Joſuæ 5, 3. Confer de Circumciſione Jud. Johan. Henr. Othonis Lexicon Rabbinico-Philologicum p. 112. ſeq. & Synagogam Buxtorfii.*

§. 6. Objectum Circumciſionis qvod *ordinarium erant omnes maſculi octiduani ad ſangvinem Abrahami pertinentes, non tamen excluſis extraneis proſelytis;* Objectum qvo *ſive materia terrena erat præputium cruentum, ad indicandam peccati per generationem propagationem, Pſal. 51. ejusqve remedium per Meſſiæ generationem, etiam infantibus applicandam.*

Nota 1. *Materia terrena* in circumciſione eſt præputium cruentum, *cæleſtis* verò ſangvis ſeminis Abrahæ, Hebr. 9, 22. Cujus utriusq; *unio typica* in præfiguratione conſiſtens per verbum ad fœdus relata fuit, cum reſpectu ad Chriſtum in tempore incarnandum, ejusqve ſangvinem abſumtâ Humanitate effundendum. Nam in V. T. ſufficiens erat præſentia Redemtoris incarnandi adumbrata, & ipſa præſens meriti præſtandi efficacia, Hebr. 13.

Nota 2. A circumciſione exemti erant per caſum extraordinarium

1. *Iſraëlitæ* in deſerto peregrinantes.

2. *Infantes* ante octavum diem defuncti, propterea neqvaqvam damnati, ut & fœmellæ per fidem ſalvatæ, Actor. 15. Confer Articul. 36. in fine.

3. *Qvidam proſelyti.*

4. *Gentiles*, ob defectum circumciſionis à gratia Dei non erant ſimpliciter excluſi.

5. *Chriſtus* propter nos circumciſus Legi ſe ſubjecit, & eandem implendo à legis maledictione nos redemit. vid. ſup. Art. 52. §. 7. NB. & art. 55. & 59. Confer de Chriſti Circumciſione Chemnicii Harmon. Luc. 2. & Manuale Art. 59. Tit. 3. NB.

§. 7. Forma Circumciſionis *ex inſtitutione patet, qvæ conſiſtit in δόσει fœderalis per cultrum lapideum reſectionis, & λήψει maſculi, ejusqve ad familiam Abrahæ adſcriptione. Cujus* Norma *eſt verbum inſtitutionis, Gen. 17,7.9.*

Nota: Cruenta & doloroſa præputii amputatio tàm activa, qvàm paſſiva neqvaqvam muta fuit, ſed cum verbo audibili conjuncta, juxta analogiam reliqvorum Sacramentorum. vid. Chemnic. Harmon. Evangel. Luc. 1,9. Gerhard. in Gen. c. 17. p. 359. & Buxtorf. Synag. Jud. p. 86. de benedictionibus Circumciſoris.

§. 8. Finis Circumciſionis *patet tùm ex fine Sacramentorum in genere, Artic. 83. qvi erat Dei gloria & circumciſi ſalus; tùm in ſpecie, qvia circumciſio erat organum ordinarium gratiam offerens & obſignans, adeoqve finis circumciſionis erat non ſolùm in fœdus gratiæ receptio, ſed etiam gratiæ fœderalis obſignatio. Non obſtante incredulorum adultorum repagulo & applicationis Sacramentalis impedimento. Nam finis principalis gratiæ fœderalis oblatio manet univerſalis, cujus collatio & obſignatio per accidens impeditur per adulti incredulitatem.*

Obſerv. 1. Circumciſio Judæis erat 1. Signaculum fidei, Rom. 4. 2. Nota populi Dei, Gen. 17. 3. Organum receptionis in fœdus. 4. Signum promiſſionis Meſſiæ. 5. Commonefactio de corruptione humanæ naturæ per Meſſiam ex ſemine Abrahami oriundo ſanandæ. 6. Incitamentum circumciſionis ſpiritualis. 7. documentum neceſſariæ præparationis ad crucem & patientiam.

Obſerv. 2. Circumciſio ad totius Legis obſervationem obligat. vid. Galat. 5,3.

§. 9. Effectus *Circumciſionis reſpectu infantum adultorum eſt diſtinctus. Circumciſio enim infantibus eſt organum ordinarium in fœdus recipiens, illisqve gratiam conferens & obſignans, adultis verò juſtitiæ jam collatæ obſignatio. vid. Rom. 4,11.*

§. 10. Adjuncta *Circumciſionis ſunt* I. Tempus *videlicet dies octavus, Gen. 17,12.* II. Neceſſitas *non abſoluta, ſed conditiona-*

tionata. III. Solennitas. IV. Irreiterabilitas. *Confer Ottonis Lex. Rabb. p. 114. de Circumciſionis iteratione, ſi circumciſus ab incircumciſo dignoſci non potuerit. Quæ Scripturæ ignota eſt.* V. Perpetuitas *in V. T. usq; ad Chriſtum.*

Canon : Duratio Circumciſionis determinata per Meſſiæ circumciſionem conſummata, & cum univerſa Lege Ceremoniali abrogata fuit. vid. Articul. 73. & de Circumciſione CHRISTI Luc. 2. ſupra Articul. 52. §. 7.

Poriſma I. Ergo Circumciſio in N. Teſt. abrogata hodie nihil eſt, contra Judæos.

Ratio eſt 1. qvia Circumciſio in V. T. neceſſaria, ſub initium N. T. indifferens, hodie noxia eſt: Ita ut qvondam mortalis, deinceps mortua, hodie verò ſit mortifera.

2. Qvia Circumciſioni in N. T. ſucceſſit Baptiſmus. vid. Coloſſ. 2, 11. & Artic. 87.

Poriſma II. Ergo cum circumciſione Sacramentali divinitùs inſtituta non confundenda eſt Abyſſinorum circumciſio Politica. vide ſupra §. 2.

§. II. *Reliqva huc facientia præter Gerhardi Loc. oſtendit Manuale Articul. 84.*

ARTICULUS LXXXV.
De Agno Paſchali.

Victima tranſitus Domini eſt, Exod. 12, 26.

§. I.

Agnus Paſchalis eſt Sacramentum Vet. Teſtamenti alterum, ſcilicet Confirmationis, divinitùs inſtitutum, ex Articul. 83. & ratione temporis determinatum ad menſem Abib. אביב *culmus, ſpica, ariſta virens, Lev. 2, 14. eſt menſis Martius (cum dimidio Aprilis) qvaſi menſis ſpicarum, qvia hordeum legitur tunc fuiſſe ſpicatum, Exod. 9, 31. vid. c. 13, 4. c. 12. 3 Luth.* Abib iſt der Mond/ den

den wir April heiſſen / mit dem Ende des Mertzens / denn die Hebreer heben ihr Neu Jahr an nach der Natur / wenn alle Dinge wieder neu grünen und wachſen. Darum heiſt er auch *Menſis novorum*, wenn alles neu wird. *Luth. Exod. 13,4. LXX.* τῶν νέων.

Nota 1. Paſah notat h. l. non Paſchale feſtum, Exod 34, 25. ſed tranſultum & tranſitum. פסח Exod. 12, 27. & claudicationem, 1. Reg. 18,21. & פֶּסַח eſt tranſitus & Agnus mutatus, cum Angelus Ægyptiorum primogenitos occidens tranſiliret & tranſiret Iſraëlitarum domos, ſangvine Agni Paſchalis conſperſas & ſignatas, & Iſraëlitis parceret. Confer octo hujus vocis ſignificationes apud Dorſcheum Diſput. de Agno Paſchali.

Nota 2. Agnus Paſchalis eſt vel V. T. typicus, vel N.T. antitypicus, novus per illum adumbratus, ſcilicet Chriſtus.

Nota 3. *Chriſtus dicitur Paſcha* noſtrum antitypicum non Metonymicè, ſed verè & propriè. vid. Joh. 1,29. 1. Cor. 5,7. 1. Joh 1,7. Rom. 3, Matth. 26, 26.

Nota 4. Agnus Paſchalis à Pontificiis dicitur *ſacrificium*, ſed ſine fundamento, qvia Agnus Paſchalis neqvaqvam fuit ſacrificium propriè dictum, uti conſtat ex definitione §. 2. Nec obſtat appellatio Exod. 12, 27. Es iſt das Paſſah-Opfer des HERRN זֶבַח victima tranſilitionis. Qvia זבח generaliter eſt mactatio, & animal mactatum ſive victima, qvando mactatur mactatio, ſive pecus, Gen. 31, 54. Devt. 16, 2. aut ovis, 1. Sam. 28, 24. & Paſſah, Ezech. 34, 3. vid. Pſal. 4, 6. ut animal mactatum fiat oblatum, vel hominibus in convivio ad comedendum, vel DEO, in ſacrificio, ad immolandum. Multò minus verò ex hâc ejus appellatione probatur ſacrificium Miſſaticum. vide infra Articul. 89.

§. 2. Agnus Paſchalis fuit Sacramentum V. T. alterum, & qvidem Confirmationis, *in quo & recordatio præteritorum, ſcilicet liberationis ex Ægypto, & celebratio præſentium, ac typus futurorum CHRISTI beneficiorum conſpiciuntur, dum Deus ſub umbra ſangvinis Paſchalis Agni liberationem à captivitate ſpirituali credentibus obſignabat. Confer definitionem Sacramenti generalem Artic. 87.*

Summa?

Summa: *Agnus Paſchalis h. l. notat actionem Sacramentalem, qva Deus per Agnum typicum verbo ſingulariter conſecratum, mactatum & manducatum, liberationem à morte ſpirituali per ſangvinem Agni antitypici utentibus obtulit, & credentibus contulit, in laudem bonitatis & ſapientiæ, atqve ad utentium ſalutem.*

§. 3. Efficiens *eſt Deus inſtituens, Exod. 12. inſtrumentalis Dei miniſter, vid. Eſdra 6,20. 2. Chron. 30,17.18. c. 35, 10. Confer de Patreſamilias, Devt. 16,1. Exod. 12,3.6.21.28.*

§. 4. Objectum *comeſtionis Paſchalis eſt agnus, adeoqve* materia terrena *caro & ſangvis agni Paſchalis ſingulariter electi;* cœleſtis *verò caro & ſangvis Agni Dei præfigurati, cujus unio typica per verbum ad gratiam Dei tranſilientis hac reducens, indicata.* Comedentes *verò erant ſoli circumciſi, Exod. 12, 44. & mundi, Num. 9,6. idoneum hujus Sacramenti objectum.*

Nota: Materia, ex qva conſtat hoc Sacramentum, eſt I. *Terrena*, agnus integer, perfectus, maſculus, ætate tenellus, ex communi grege deſumtus, totus, non diſmembratus, cum capite, cruribus & inteſtinis, Exod. 12, 9.

II. *Cœleſtis* Chriſtus, qva mactandus, ſecundum Humanitatem, ut Agnus antitypicus: ejusqve caro & ſangvis, per carnem & ſangvinem Agni typici præfiguratus.

§. 5. Forma *eſt actio Sacramentalis complexa, qva, præmiſſa verborum inſtitutionis repetitione, diſpenſationem & receptionem Sacramentalem includit; Exod. 12, 5. 27. Cujus Norma eſt verbum inſtitutionis, Exod. 12, 37.*

Nota: Forma in θύσει carnis, & λήψει ejusdem conſiſtit, ita ut ſangvis agni ſingulariter mactati poſtibus illineretur, & caro ad manducandum exhiberetur.

§. 6. Finis *eſt gratiæ divinæ & liberationis oblatio & obſignatio. Confer ſupra Artic. 84. §. 8.*

Obſerv. 1. Immolatio & manducatio Agni fuerunt CHRISTI typus, non ſimul, ſed diverſis actibus impletus, cujus liberatio

in hoc Sacramento obſignata fuit, per ſangvinem agni antitypici, Hebr. XI, 28.

Obſerv. 2. Chriſtus qvinqve diebus ante ſuam crucifixionem à cætero grege hominum ſegregatus, in cruce pro nobis immolatus, & in verbo ac S. Cœna ad manducandum omnibus Chriſtianis propoſitus, liberationem ab exterminatore infernali præſtat omnibus, qvotqvot Hyſſopo fidei ſangvine Agni tincta poſtes cordium ſuorum inunxerint, vid. Artic. 54. 63. & 74.

Obſerv. 3. In Chriſto veram habemus animorum noſtrorum feſtivitatem, gaudio & exaltatione plenam, qvâ ut rectè fruamur, *ἄζυμοι* qvoad ſinceritatem & veritatem ſimus oportet, 1. Cor. 5, 7. Nam Fermentum *ζύμη* (ex *ζέω*, ferveo, qvia maſſam fervere facit,) tàm doctrinæ, qvàm vitæ perverſitatem reſpicit, uti patet ex Galat. 5. verſ. 9. & Matth. 16, 6.

Obſerv. 4. Finis ſecundarius erat memoriale tùm Liberationis corporalis 1. ab Angelo percuſſore; 2. ex Ægypto: tùm futuræ defenſionis à Deo promiſſæ.

§. 7. Adjuncta *agni Paſchalis ſunt 1. Solennitas. 2. Neceſſitas, Exod. 12, 15. 3. Duratio.*

Nota: Duratio Agni Paſchalis ad certum tempus determinata fuit, ideoqve & hoc Sacramentum veniente antitypo cum omnibus V.T. Ceremoniis & typis abrogatum eſt. vid. ſup. Artic. 83. & 73. Cùm Paſcha noſtrum Chriſtus ſit, 1. Cor. 5, 7.

§. 8. *Plura huc ſpectantia præter Gerhardi L. & Dorſchei egregiam diſputationem, offert Manuale Articulo 85. & Gerhardi Harmon. Paſſ. de Agno Paſch.*

ARTICULUS LXXXVI.

De Sacramentis N.T. in Genere, & in ſpecie de Suppoſititiis Pontificiorum Sacramentis.

Digitized by Google

Aqva & ſangvis teſtantur in terra, 1. Johan. 5, 8. vide ſupra articul. 83. §. 3. NB.

§. 1.

Sacramenta N.T. ſunt certiſſima, ex Artic. 82. Qvorum reqviſita & numerus excludunt pleonaſmum Sacramentorum Pontificium.

§. 2. Reqviſita veri Sacramenti *ſunt*

I. *Generalia* Sacramenti in genere, & qvidem

1. *Affirmativa.* Unde

Canon Affirmativus: Omne Sacramentum propriè dictum eſt ratione cauſæ efficientis à ſolo Deo inſtitutum, & ratione materiæ qvoad certam rem terrenam & cœleſtem; ratione formæ qvoad diſpenſationis δόσιν & λῆψιν; nec non ratione normæ ad certum inſtitutionis & promiſſionis verbum reſtrictum; & ratione finis, qvoad promiſſionis gratiæ oblationem, collationem, applicationem & obſignationem, ab eodem Autore ita determinatum, ut nihil hic humana prudentia vel fingere, vel mutare poſſit ullatenus, ex Artic. 82. Confer Bellarminum L.1. de Pœnitent. c. XI. ubi ait: Ex Baptiſmo & Evchariſtia, qvod omnium conſenſu vera Sacramenta ſint, naturam & proprietatem Sacramentorum in genere non malè inveſtigavit Chemnicius, qvi Part. 2. Exam. Conc. Tr. reqvirit 1. elementum externum. 2. inſtitutionem divinam. 3. in N. Teſtamento. 4. usqve ad mundi finem. 5. promiſſionem de fructu. 6. Signo ſacramenti veſtitam. 7. & qvidem de remiſſione peccatorum. 8. qvæ ſingulis utentibus exhibetur. Et addit: Hæc vera, manifeſta, certa & firma ſunt. Hôc enim modò Baptiſmus & Cœna Domini verè & propriè ſunt Sacramenta Novi Teſtamenti.

2. *Negativa.* Unde

Canon negativus: Nulla res, qvæ reqviſitis enumeratis caret, ullâ humanâ autoritate in numerum Sacramentorum referri poteſt.

II. *Specialia* Sacramenti N. T. in ſpecie. Unde

I. *Canon affirmativus*: Omne Sacramentum N.T propriè dictum eſt ſolùm N.Teſt. proprium, & à CHRISTO inſtitutum. vid. Matth. 28. & 26. adeoqve neqvaqvam typicum aut ſignificativum, vide ſupra Articul. 83.

Digitized by Google

II. *Canon negativus.* Nulla res tàm Veteri, qvàm N. T. communis eſt Sacramentum N. T. propriè dictum.

§. 3. Applicatio reqviſitorum §. 2. *ad Sacramenta N. T. patet ex regulis ſeqventibus.*

I. *De Sacramentis propriè dictis* datur Canon: *Baptiſmus & Cœna Dominica* ſunt Sacramenta propriè dicta, ex reqviſitis §. 2. vid. infr. Artic. 87. & 88. qvorum ſymbola ſangvis & aqva 1. Johan. 5, 6. ex ipſius Chriſti latere emanârunt, vid. Joh. 19, 34.

II. *De Sacramentis ſolius N. T.* loqvitur Canon: Baptiſmus & Cœna Dominica ſunt Sacramenta ſolius N. T. propria ex §. 2.

III. *De numero binario datur Canon* 1. In N. T. non dantur niſi duo Sacramenta, qvibus reqviſita §. 2. enumerata conveniunt. vide infra §. 4.

Canon 2. Sacramentum N. T. proprium prius eſt Initiationis, Baptiſmus, de qvo Artic. 87. alterum verò Confirmationis, Cœna, de qvo Articul. 88. ex Johan. 5, 6. & Johan. 19, 34. qvorum non æqvalis, ſed diverſa datur neceſſitas, major ſcilicet Baptiſmi, Johan. 3. qvàm Cœnæ Dominicæ.

§. 4. *Pleonaſmi Pontificii rejectio reſpicit 1. Confirmationem. 2. Pœnitentiam. 3. Extremam unctionem. 4. Ordinem. 5. Matrimonium, iſtamq́ multiplicationem refellit*

I. *Generaliter.* qvia,

1. Nullum ex qvinqve Sacramentis Pontificiis gaudet veri Sacramenti reqviſitis §. 2. enumeratis.

2. Qvia Res V. & N. Teſt. communes (ut Pœnitentia, Ordo & Matrimonium) non poſſunt eſſe Sacramenta N. Teſt. propriè dicta ex eodem §. 2.

II. *Specialiter* ex defectu reqviſitorum §. 2. enumeratorum. Unde Sacramentum N. T. propriè dictum non eſt

I. *Confirmatio*, vid. §. 2.

II. *Pœnitentia*, qvæ & reqviſitis caret §. 2. & res tàm Veteri, qvàm N. T. communis eſt l. d. Qvâ de re agit Articulus 95.

III. *Extrema Unctio* ex §. 2.

IV. *Ordo*, cui deſunt reqviſita tàm generalia qvàm ſpecialia §. 2.

qvia

Digitized by Google

qvia res tàm V. qvàm Novo Teſtamento communis eſt. Ob qvas cauſas etiam excluditur.

V. *Matrimonium*, de qvo agit Articulus 128.

§. 5. *Quæ porrò huc ſpectant, illa præter Examen Concilii Tridentini Chemnicii & L. Gerhardi, offert Manuale Articulo 86.*

ARTICULUS LXXXVII.

De Baptiſmo.

Baptiſmus eſt lavacrum regenerationis, Tit. 3,5.

§. 1.

PRimum N. Teſt. & qvidem initiationis Sacramentum eſt Baptiſmus, *ex Artic. 86. vid. Matth. 28, 19. Harmon. Gerhardi, & Marc. 16. 1 Pet. 3. Comm. ejusdem.*

Canon: Doctrina de Baptiſmo non nudam aliqvam & externam reſpicit ceremoniam, vid. ſupr. Art. 82. ſed articulum fidei fundamentalem ad ſalutem neceſſarium, Joh. 3,5. vid. ſup. Art. 3.

§. 2. Nomen Baptiſmi accuratè attendendum eſt

I. *ratione Originis.* Nam Baptiſmus propriè loqvendo eſt ablutio qvædam. vid. 1. Pet. 3, 21. & βαπτίζειν tàm immerſionem, qvàm aſperſionem denotat, Marc. 7, 3. 4. Luc. XI, 38. Heb. 9, 10.

Nota 1. Scriptura interdum de Baptiſmo loqvitur πληθυντικῶς, Hebr. 6. non ob ejus geminationem aut iterationem, ſed ob multiplicem ſalutarem operationem.

Nota 2. Ablutio, Baptiſmus & mundatio per aqvam Judæis erat res notiſſima, qvando recipiendi erant proſelyti. vid. Lightfoot Hor. Hebr. in Matt. 3, 6. Imò & Maimonides populi Judaici receptionem in fœdus factam eſſe dicit 1. per Circumciſionem. 2. per Baptiſmum, Exod. 19, 10. 3. per Sacrificium.

II. *Ratione ſignificationis.* Nam Baptiſmus notat 1. Lotionem vulgarem, Hebr. 9, 10. 2. Sacramentum N. T. Matt. 28. 3. Ablutionem internam. 4. Doctrinam. 5. Crucem, Matt. 20, 22. 6. Mortificatio-

 nem.

Digitized by Google

nem. 7. Tranſitum, 1. Cor. 10, 1. 2. 8. viſibilem Spiritus Sancti effuſionem, Matth. 3, 12. Unde Baptiſmus dicitur 1. Fluminis. 2. Flaminis. 3. Sangvinis.

Nota 1. Baptiſmus ſive ablutio alia eſt ſordium corporis, alia conſcientiæ, vid. 1. Pet. 3, 21.

Nota 2. Baptiſmus eſt unicus, & unica Dei per miniſtrum agentis actio, tanqvam per legatum ordinarium, 2. Cor. 5, 20. cum qvo ad unum idemqve [illegible] concurrit, non verò alius internus, alius externus; aut alius literalis datur, alius verò fidelium.

Nota 3. Baptiſmus aliqvando afflictionem notat, ſed non ſpontaneam, verùm ab aliis inflictam. Matt. 20, 22. Luc. 12, 50. Marc. 10, 28. Conf. Johan. Lightfoot Hor. Hebr. in Matt 20. p. 407. Tam acerba res erat Baptiſmus Judæorum, immerſio ſcil. totius corporis, in aqvas etiam gelu & nivibus horrentes, ut non immeritò inde, partim ob ſubmerſionem, partim ob frigus deſumeretur ſignificatio aſperrimæ mortis.

Nota 4. Baptiſari in Chriſto eſt ablui à peccatis in Nomine CHRISTI, Baptiſmum inſtituentis, & remiſſionem peccatorum operantis, Baptizari verò in mortem Chriſti, complectitur mortis Chriſti 1. efficaciam. 2. confirmationem.

Nota 5. Aliud eſt Baptiſmus mortuorum, aliud Baptiſmus pro mortuis, 1 Cor. 15. qvi non fuit vicarius, ſed in cœmiteriis adminiſtratus, vid. Bald. Comm. h. l.

Nota 6. Baptiſmus lacrymarum, pœnitentiæ & purgatorii nullus eſt.

III. *Ratione Encomii.* Nam Baptiſmus dicitur

I. *Λουτρὸν παλιγγενεσίας*, das Bad der Wiedergeburt/ *lavacrum regenerationis*, Tit. 3, 5. ſcilicet verè, non verò Metonymicè. Qvi titulus nuſpiam vel verbo vel pœnitentiæ tribuitur.

II. Stipulatio, qvæ eſt verborum conceptio, qvibus is, qvi interrogatur, daturum facturumve ſe, qvod interrogatus eſt, reſponderit. Et ſtipulari dicitur non is tantùm, qvi interrogat, ſed etiam, qvi ſpondet & promittit: (à ſtipula, qvæ velut ſtupa in agris uritur.) adeoqve *ſtipulatio* eſt contractus nominatus, verbis initus, interrogatione præcedente, & congruâ interrogationem ſubſeqvente reſponſione, qvo reſpondens interroganti obligatur, ad dandum vel faciendum id, qvod ſe daturum vel facturum promittit. Qvamobrem Baptiſmus dicitur 1. Pet. 3, 21.

ἐπε-

ἐπερώτημα (interrogatio, ab ἐπερωτάω, interrogo, ἐρωτάω, rogo, ſciſcitor, ἔρομαι, interrogo, unde erotemata, ex εἴρω, loqvor, necto, dico, interrogo, nuncio, qvaſi ab ἄρω, apto. Nam rectè dicere eſt aptè verba connectere) der Bund eines guten Gewiſſens / adeoqve cauſa & fundamentum bonæ conſcientiæ, qvæ ſanctitate Chriſti imputatâ bona redditur. Confer Rom. 8, 34. & Gerhardi Comm. h. l. Enunciatur enim finis Baptiſmi de Baptiſmo ipſo velut organo, ad illud finem divinitùs deſtinato: factâ interrogatione, annon Deus ſit meus Pater, qvi me per Baptiſmum in fœdus gratiæ recepit? annon ſim Dei filius? Gal. 3. Chriſti frater, Hebr. 2. peculium, ſponſa, Hoſe. 2. membrum, Joh. 15. annon ſim Spiritus Sancti templum? 1. Cor. 3. imò ex gratia fœderali coram Deo factus Rex atqve Sacerdos? Apoc. 1.

III. *Fœdus reciprocum*, ubi Deus gratiam promittit, & homo obedientiam repromittit.

Nota: Fœdus Baptiſmi ex parte Dei ſemper ratum, aliqvando ex noſtra parte fit irritum, ſed per pœnitentiam denuò reſtauratur.

IV. *Profeſſio Chriſtianiſmi* publica & ſolennis.

V. *Clavis Eccleſiæ* & janua Paradiſi, vid. Matt. 3.

VI. *Deſponſatio* cum Chriſto, vid. Hoſ. 2.

VII. *Fundamentum ſalutis* noſtræ, in cujus recordatione ſummum eſt ſolatium, ex Matt. 28, & Marc. 16.

VIII. *Reſurrectionis noſtræ ſymbolum*, neceſſariam vitæ emendationem, & præſentiſſimam conſolationem oſtendens.

IX. *Ceremonia & ritus*, ſed non ſimplex, verùm ſimul peculiaris DEI cultus, vid. ſupra Artic. 82. §. 2. & præced. §. 1. multò minus ſignum nudè ſignificans.

X. *Externa teſſera* eorum, qvi ad Eccleſiam pertinent. Confer Gerhardi L. de Baptiſmo NB. & ſupra articul. 82. §. 2. NB. & Manuale articul. 87.

§. 3. Definitio Baptiſmi eſt *planè* ſingularis. *Nam* Baptiſmus eſt Sacramentum initiationis N. T. *qvo DEUS ordinariè per Eccleſiæ miniſtrum ejusqve lingvam & manum operatur, dum hominem natum aqvâ, Dei verbo unitâ, in Nomine Patris, Filii & Spiritus Sancti aſpergit, ut regeneratus, in fœdus gratiæ*

gratiæ receptus, DEI filius in regno gratiæ & gloriæ exiſtat. Confer ſupra Artic. 82. §.3. NB.

Ratio eſt, qvia ipſe Deus per aqvæ aſperſionem in Nomine P. F. & Sp. S. factam, homini fidem & gratiam fœderalem offert, confert & obſignat, in laudem ſapientiæ & bonitatis, & baptiſati ſalutem.

§. 4. Cauſa efficiens principalis tàm inſtituens, qvàm conferens Baptiſmum eſt Deus, *adeoqve & CHRISTUS ϑεάνθρωπος, Eph. 5,25. Joh. 1,33.*

Nota 1. *Baptiſmus eſt actio SS. Trinitatis ſingulariſſima.* Ubi *Pater* cum Baptizato fœdus init, 1. Pet. 3,21. vid. §.2. *Filius* univerſum paſſionis meritum offert & communicat, baptiſatumqꝫ ſangvine ſuo mundat à peccatis, 1. Joh. 1,7. Epheſ. 5,26. & *Spiritus S.* baptiſatum renovat, regenerat, & fœdus obſignat, Joh. 3, 6. adeoqve ſanctificationis opus exeqvitur, 2. Cor. 3,6.

Nota 2. Cauſa principalis & inſtrumentalis diſtincta qvidem, neqvaqvam verò in una Sacramentali actione Baptiſmi ſeparata, vel ipſa actio gemina eſt, ex Artic. 82.

§. 5. Cauſa Inſtrumentalis ordinaria eſt Eccleſiæ miniſter, *1. Cor. 4. in caſu verò ſummæ neceſſitatis extraordinariò etiam privatus. vid. ſup. artic. 82. §.5. NB.*

Canon 1. Baptiſare eſt munus totius Eccleſiæ, cujus executio ordinariè fit per miniſterium, in caſu verò neceſſitatis etiam per alium. Confer Exod. 4,25.

Poriſma: Ergò Gynæco-Baptiſmus neqvaqvam à Marcionitis ortus, ſed legitimus & in caſu neceſſitatis ratus eſt, ob diſcrimen perſonarum in N. T. ſublatum. vid. Galat. 3,28. & Act. 10,34.

Canon 2. Baptiſmi integritas aut veritas non dependet à dignitate miniſtrantis, ſed ab autoritate inſtituentis.

Poriſma I. *Ergò non obſtat Baptiſmo, ejusqve integritati Miniſtri qvalitas.* Adeoqve 1. nec indignitas, Conf. Matt. 23,2. 2. nec heterodoxia vel hæreſis, qvæ Dei fidem non evertit, Rom. 3,3. 3. nec bonæ intentionis abſentia. vid. art. 82. §.5.

Poriſma II. Ergò in caſu neceſſitatis non ad perſonam errantem, ſed

Digitized by Google

ſed ad ipſum DEUM conferentem Baptiſmum, qvi Eccleſiæ theſaurus, reſpiciendum eſt.

Poriſma III. Ergò Baptiſmum liberorum in extremæ neceſſitatis caſu ſalvâ conſcientiâ ab eo Miniſtro petere licet, qvi alias hæreſi, ſed ejusmodi, qvæ ſubſtantialia Baptiſmi non tangit, infectus eſt: Videlicet, ſi verba inſtitutionis integrè pronunciaverit, & in ſubſtantia Baptiſmi nihil mutaverit.

§. 6. Objectum Baptiſmi *ſunt 1. Homines, 2. nati, 3. omnes, 4. ſoli, 5. vivi, 6. in Eccleſia nati, 7. vel à DEO advocati, 8. ipſi, non verò vicarii, 9. nondum baptiſati, 10. non repugnantes.*

Nota I. *Objectum Baptiſmi ſunt homines* ex Matth. 28, 19. Joh. 3, 5.

Poriſma: Ergo Monſtra & beſtiæ, ut & campanæ à Baptiſmo ſimpliciter excluduntur, ſimulqve omne illud, qvod baptiſatis nonnunqvam annectere conatur humana ſuperſtitio. Unde delirium, de Medicamento ex Coralliis ſimul baptiſatis conficiendo, ortum eſt, qvæ vocant, getauffte Corallen.

Nota II. *Objectum Baptiſmi ſunt homines nati.* Renatus enim nondum natus dari neqvit, qvia denuò naſci debet, Joh. 3, 7.

Poriſma: Ergo infantes in utero decedentes & nondum perfectè nati, per caſum neceſſitatis à Baptiſmo excipiuntur.

Nota III. *Objectum Baptiſmi ſunt homines omnes*, ſive omnes omninò gentes ſine ulla exceptione vel ſexus, vel ætatis, vel ſtatûs, vel nationis, Matth. 28. adeoqve omnis creatura κατ᾽ ἐξοχὴν ſic dicta, nempe rationalis, qvæ poteſt 1. credere, 2. baptizari, 3. ſalvari, Marc. 16.

Poriſma 1. Ergò nemo hîc excipitur, niſi qvem caſus neceſſitatis vel ante vel paulò poſt nativitatem ſine ſalutis detrimento excipit.

Poriſma 2. Ergo Chriſtus non ſibi aliqvid accepturus, ſed propter nos baptiſatus eſt, ut Agnus Dei noſtris peccatis onuſtus, Johan. 1. Eſa. 53. & ut noſter ſacerdos omnem juſtitiam impleturus, Matth. 3. meritoriè, ut nos in ipſo efficeremur juſtitia, 2. Cor. 5, 21. vid. Chemnic. Harmon. Matt. c. 3. & Manuale German. Artic. 59. Titulo 9. NB. Regenerationem verò Salvatori ſine peccatis nato tribuere abſurdum eſt. Nam peccator nunqvam natus nunqvam eſt regeneratus.

Nota IV. *Objectum Baptiſmi ſunt ſoli homines.*

Poriſma : Ergo omne illud à Baptiſmo excluditur, de qvo, non obſtante aliqvâ ſimilitudine cum homine, nondum certi ſumus, an vere homo dicendum ſit illud objectum.

Nota V. Objectum Baptiſmi ſunt homines vivi.

Poriſma : Ergò à Baptiſmo excluditur infans, vel in utero mortuus, vel etiam de cujus vita nulla vitæ reſtant indicia ſufficientia.

Nota VI. Objectum Baptiſmi ſunt homines omnes in Eccleſia, & in ſpecie parentum fidelium liberi. Confer Marc. 10, 14. Joh. 3, 5.

Poriſma : Ergo Pædo-baptiſmus eſt juris divini. Cujus fundamentum univerſale Matt. 28. & Marc. 16. ad homines determinatum & ad infantes applicatum, neceſſariam ad Chriſtum adductionem monſtrat, Marc. 10. ut evitetur ſalutis periculum, Joh. 3, 5. & infantibus, qvorum eſt regnum cœlorum, Luc. 18, 15. non denegetur initiationis Sacramentum, ex Circumciſionis adminiſtratione, qvæ octavô die facta eſt Geneſ. 17. explicandum.

Canon : Infantes baptiſandi credunt non ante Baptiſmum, ſed in Baptiſmo & per Baptiſmum, ceu fidei generandæ medium, & ſalutis poſt Baptiſmum retinendæ ſignaculum, 1. Pet. 3. *Nec obſtat abſentia uſus rationis.* Qvia parvuli βρέφη ſunt tales, qvorum eſt regnum cœlorum, Luc. 18, 15. 17. βρέφος verò eſt infans 1. tenellus recens natus, Luc. 2, 12. 16. in cunis vagiens. 2. & nondum natus, Luc. 1, 41. & nihilominus Salvatorem agnoſcens. Ratio enim non tam promovet, qvàm impedit fidem ſalvificam, vid. Art. 93.

Nota VII. *Objectum Baptiſmi ſunt etiam homines extra Eccleſiam nati*, à Deo verò ad Eccleſiam vocati, Gentiles, Judæi, Turcæ &c.

Ratio eſt, qvia fideles non ſimpliciter ab Eccleſia excluſi ſunt, qvamvis ad eam non promiſcuè recipiendi ſint, ſed cum conditione, qvando à Deo advocantur.

Poriſma I. Ergo infidelium liberi ad Baptiſmum non ſunt rapiendi, aut invitis parentibus vel vi, vel dolo eripiendi.

Poriſma II. Ergo qvando infideles pars familiæ noſtræ facti ſunt, tunc ad Eccleſiam admitti debent, ita, ut adulti priùs inſtituantur, infantes verò ſtatim baptiſentur. vid. Actor. 2, 3. & ſup. Art. 82.

Nota VIII. *Objectum Baptiſmi ſunt homines ipſi, non verò eorum vicarii.* Contra Marcionitas.

Poriſma :

Poriſma : Vanus itaqve eſt qvicunqve Baptiſmus vicarius, Scripturæ S. ſimpliciter ignotus, nec 1. Cor. 15. approbatus. vid. 1. Cor. 15. & ſupra §. 2.

Nota IX. *Objectum Baptiſmi ſunt homines nondum baptiſati.*

Poriſma I. Ergo Baptiſmus nunqvam neqve abſolutè, neqve ſub conditione repetendus eſt.

Poriſma II. Ergo Baptiſatis novo Baptiſmo non opus eſt, ſed per pœnitentiam patet reditus ad gratiam, vi fœderis, qvod ex parte DEI ſempiternum eſt, Eſa. 54, 10. Conf. Art. 95.

Nota X. *Objectum Baptiſmi ſunt homines non repugnantes, ſcilicet proæreticè.* vid. Centur. 8. Magdeb. col. 350. exemplum Ratholdi Ducis Friſiæ, A. C. 718. qvi baptizandus pedem ex aqva retraxit, & tertia die mortuus eſt.

Poriſma I. Ergo non niſi ſufficienter informati gentiles, Judæi, & ſimiles baptizandi ſunt. Confer Hiſtoriam violentæ converſionis Americanorum.

Poriſma II. Ergo repugnantia infantulorum non-proæretica, pædo-baptiſmum impedire non poteſt.

§. 7. Materia Baptiſmi *eſt res terrena & cœleſtis.*

§. 8. Res terrena *Baptiſmi eſt aqva, à nemine mutanda. vid. Artic. 82. & Eph. 5, 22. Matt. 3, 12. Joh. 1, 26.*

Poriſma : Ergo Elementum Baptiſmi viſibile non poteſt eſſe vinum, lixivium, aut qvidvis aliqvod, contra Bezam.

§. 9. Res cœleſtis eſt verbum, qvod Nomen SS. Trinitatis, Patris, Filii & Spiritus S. continet: Sive S. S. Trinitas verbo Baptiſmi incluſa, & in actu Baptiſmi ſolenniter nominata & invocata. *Non obſtante factâ denominatione peculiari, relatâ vel ad θεάνθρωπον præſentem, ejusqve ſangvinem, ex 1. Joh. 5. vel ad Spiritum S. regenerantem ex Johan. 3. Confer Gerhardi L. de Baptiſmo NB. Qvod Lutherus in Catech. Majore, qvæ Formul. Concordiæ inſerta eſt tanqvam pars librorum Symbolicorum, expreſſè aſſerit fol. 199:* Das iſt der Kern in dem Waſſer / Gottes Wort oder Gebot / und Gottes Nahme / welcher Schatz gröſſer

und edler iſt/ denn Himmel und Erde. *& f. 200:* Darum iſts nicht allein ein natürlich Waſſer / ſondern ein Göttlich/ Himmliſch/ heilig und ſelig Waſſer. *& f. 202:* Das Wort thuts/ und daß Gottes Nahme darinnen iſt. Wo aber Gottes Nahme iſt / da muß auch Leben und Seeligkeit ſeyn / und weil ſein Nahme darinnen klebt.

Nota: *Verbum h.l. non intelligitur mandati;* (qvod ad cauſam efficientem ſpectat) *nec promiſſionis;* (qvod finem & effectum reſpicit) *ſed inſtitutionis & ordinationis divinæ*, qvatenus eximium aliqvod bonum rei terrenæ addit & offert, qvod eſt *Nomen SS. Trinitatis,* Dei eſſentiam, perſonas, opera & beneficia, inprimis verò hoc præſens *privilegium* reſpiciens, qvod baptiſato vult hoc nomen imponere, ut deinceps dicatur renatus, Johan. 3. Dei Filius, Johan. 1. Jerem. 31, 33. vid. Luth. Tom. VI. Jen. Germ. f. 298. & 302.

§. 10. Unio Sacramentalis *eſt rei terrenæ & cœleſtis in actione baptiſmali conjunctio. Cujus vinculum eſt verbum inſtitutionis. vid. §. 11. Qva de re plenius agit Articulus 82. NB.*

§. 11. Forma Baptiſmi conſpicitur in diſpenſatione & receptione modò divinitùs præſcripto factâ, *ubi δόσις & λῆψις concurrit.* Sive aqvæ affuſio & affuſæ receptio, *cum repetitione verborum inſtitutionis. Qvæ ſunt* Norma *hujus actionis Sacramentalis unica, eaqve infallibilis: & fundamentum* unionis *Sacramentalis rei terrenæ & cœleſtis, vid. §. 10. qvæ neqvaqvam relativa, aut typica, vel ſignificativa, ſed vera & realis, adeoqve exhibitiva eſt, Tit. 3, 5.*

Obſervatio: Certa verborum forma in Baptiſmo omnino neceſſaria eſt, vi inſtitutionis. Ideoqve Baptiſmus, aliâ formâ adminiſtratus, irritus eſt.

§. 12. Δόσις Baptiſmi, cum verbi applicatione facta, eſt immerſio ſive aſperſio in nomine Patris, Filii & Spiritus S.

Nota 1. Βαπτίζειν & baptizare utrumqve notat, videlicet & immerſionem & aſperſionem. vid. Marc. 7, 13. Act. 16, 15. 33. Qvamobrem,

cum

cum aſperſio Eccleſiæ viſa ſit commodior, neqvaqvam improbanda eſt. Confer Tom. 12. Witteb. Luth. Germ. f. 197. NB. int § 24.

Nota 2. Olim baptiſandus non aſpergebatur aqvâ, ſed immergebatur. Nam Immerſio reſpondebat ſepulturæ, extractio verò ſive emerſio reſurrectioni. Qvâ ratione ſimul indicatur mors peccati in nobis & vitæ novitas.

Canon: Spiritus S. per aqvam Baptiſmi viſibilem tanqvam per organum ordinarium operatur regenerationem inviſibiliter, Joh. 3.

§. 13. Λῆψις eſt Baptiſmi receptio.

Canon: Baptiſmum integrum recipit etiam is, qvi ob incredulitatem non accipit Baptiſmi effectum. Conf. §. 19.

§. 14. Finis Baptiſmi primarius eſt Dei gloria ſapientiæ & bonitatis, & hominis baptiſati regeneratio & ſalus æterna, *Joh. 3, 5. ſive gratiæ fœderalis, fidei & vitæ æternæ 1. oblatio, 2. collatio, 3. obſignatio, Tit. 3, 5.* Secundarius verò finis eſt *1. Chriſtianorum à non renatis diſcretio. 2. monumentum impuritatis naturalis. 3. incitamentum amoris* CHRISTI, *& 4. vitæ novitatis.*

Canon 1. Oblatio gratiæ ad omnes baptiſatos: collatio verò ſimul ad infantes ſpectat: adultis verò credentibus gratiæ confirmatio & obſignatio confertur.

Canon 2. Non privatio, ſed contemtus Baptiſmi damnat. Confer §. 18. & §. 23. NB.

§. 15. Effectus & fructus Baptiſmi eſt hominis per regenerationem, qvam renovatio comitatur, in Eccleſiam receptio, *& hujus beneficii obſignatio. Nam regeneratio in Baptiſmo confertur & obſignatur, Rom. 6. Conformitas verò mortis & reſurrectionis Chriſti percipitur, dum indies moriendo peccatis & reſurgendo ad novitatem vitæ Chriſtum imitari ſtudemus.*

§. 16. Fructus Baptiſmi *conſideratur 1. reſpectu modi collationis in genere. 2. reſpectu objecti baptiſati in ſpecie, qvod ſunt vel infantes, vel adulti, & interdum hypocritæ. 3. reſpectu morbi ſive ipſius peccati. 4. reſpectu continuationis.*

§. 17.

§. 17. Fructus Baptiſmi, *qvatenus eſt Sacramentum initiationis reſpectu ipſius collationis conſideratum*, certiſſimus eſt *1. regeneratio, vid. Artic. 92. 2. peccatorum remiſſio, 1. Pet. 3, 21. 3. fœderalis ſtipulatio l. d. 4. conſeqvens renovatio, vid. infra Articul. 97.*

Ratio eſt, qvia Baptiſmus eſt regenerationis organum propriè ita dictum, qvod non confert effectum ex opere operato, ſed modo & ordine divinitus conſtituto.

Poriſma: Ergo Baptiſmo rectè tribuitur liberatio à peccato, qvoad reatum & dominium, qvia juſtitiam Chriſti applicat, à reatu peccati purgat, & fidem efficit, adeoqve cum regeneratione etiam conſeqventem renovationem confert. vid. inf. Art. 135. & ſupra Art. 36.

§. 18. Fructus Baptiſmi reſpectu certi objecti, qvod ſunt infantes, *qvi non naſcuntur, ſed fiunt Chriſtiani*, eſt certiſſimus *NB. ex Joh. 3, 5. Marc. 16. Tit. 3, 5. Gal. 3, 26. Contra Zanchii Baptiſmum hypotheticum: Cujus verba adducta ſunt in Theolog. Exeget. lib. 3. c. 3. ſub finem. NB.*

Nota 1. Deus fœdus cum hominibus non ante Baptiſmum, ſed in Baptiſmo init, ubi ipſe fit Deus noſter, Jerem. 31, 33. Qvamobrem infantes ante Baptiſmum fidem non habent, nec credunt, ut baptizentur, ſed baptizantur, ut credant, vid. Gal. 3, 26.

Nota 2. De caſu extraordinario, & fide atqve ſalute infantum, qvi ante Baptiſmum decedunt, agit Art. 33. §. 10. NB & art. 93.

§. 19. Fructus Baptiſmi reſpectu adultorum tùm piorum, tùm hypocritarum, diſtinctus eſt. *Nam*,

I. Pii, adulti, credentes baptiſantur, non ob regenerationem, ſed ob illius confirmationem & continuationem. Confer exemplum [illegible]elii, qvi jam habet Spir. Sanctum ratione ſanctificationis ordina[illegible]idem verò etiam in Baptiſmo accipit ratione donationis mira[illegible], Actor. 10, 48. Qvemadmodum & Abraham adultus circumci[illegible]at non ob fidei collationem, ſed gratiæ juſtificantis obſignationem, Gen. 17. & Rom. 4.

II. Baptiſmus manet ex intentione DEI ſemper lavacrum regene-

Digitized by Google

generationis, ſive baptiſatus fidem habeat & ſtatim regeneretur, ſive non, ita, ut ab hac Dei intentione & ordinatione ne qvidem hypocritæ excepti ſint.

Ideoqve III. *Hypocritæ* ſubſtantiam Baptiſmi accipiunt, fructu autem Baptiſmi propriâ culpâ deſtituti, non credentes, non renati manent.

Imò IV. Fructu regenerationis potiri poſſunt etiam hypocritæ, qvamprimum credunt, vi Baptiſmi ab initio accepti.

§. 20. Fructus Baptiſmi reſpectu ipſius morbi ſanandi, ſive peccati, ſaluberrimus, certô tamen ordine divinitus conſtituto attendendus eſt, *ita, ut regenerationem momentaneam ſucceſſiva ſeqvatur renovatio, de qva agit articulus 97. NB.*

Nam I. Peccatum in Baptiſmo remittitur, non ut non ſit, ſed ut non imputetur.

II. Per Baptiſmum tollitur peccati 1. reatus. 2. Dominium. vid. infra Art. 135.

III. Peccata in Baptiſmo non ſolùm teguntur, ſed etiam ratione formalis tolluntur, & ex rationali Dei per gratuitam remiſſionem delentur. vid. ſup. Artic. 36. & 94. NB.

IV. Peccata ſunt in renatis poſt Baptiſmum non qvoad reatum, qvi in Baptiſmo tollitur; nec qvoad plenum dominium, cui à renato reſiſtitur; ſed qvoad reliqvias, cum qvibus renatus aſſiduè luctatur, vid. Rom. 7, 7. & Art. 33. & 34. nec non Art. 98. & 99.

§. 21. Fructus Baptiſmi reſpectu continuationis & durationis eſt perpetuus.

Canon 1. Baptiſmi effectus extenditur etiam ad futura peccata.

Canon 2. Lapſis poſt Baptiſmum nullo alio ſalutis medio, ceu novâ poſt naufragium tabulâ, opus eſt, vid. Art. 95.

Canon 3. Baptiſmi recordatio continua omninò ſaluberrima eſt, qvæ non ſolùm erigit lapſos, ſed etiam ſtantes inſtruit atqve confirmat.

§. 22. Adjuncta Baptiſmi ſunt tùm Neceſſitas actus, tùm libertas reſpectu loci, temporis, modi & Ceremoniarum, qvæ ab Eccleſia liberè attenduntur.

§. 23.

Digitized by Google

§. 23. Neceſſitas actus ordinariè ſumma eſt, *& qvidem tanta, ut ſine extremo ſalutis periculo Baptiſmum non liceat amittere.*

Canon 1. Baptiſmus omnibus ſimpliciter neceſſarius eſt, qvi ordinario modô ingrediuntur regnum cœlorum, Joh.3,5.

Canon 2. Baptiſmus ad ſalutem neceſſarius eſt non ſolùm neceſſitate mandati, ſed etiam neceſſitate medii, omnibus ex ordinatione divina ad ſalutem ordinariè conſtituti, Johan. 3,5. Luc. 7,30. Matth.28. & qvidem cum excluſione iterationis ob fœdus DEI perpetuum, Rom.3,3.c.XI,29.

Canon 3. Qvi in utero matris aut paulò ante Baptiſmum decedunt, in illis nulla vel contemtus, vel malitioſi neglectus culpa eſt, adeoqve ſalus ipſis neqvaqvam deneganda eſt, vid. ſup.Art.36.

Ratio eſt, qvia obſtat I. *Diſpenſatio* ſalutis, qvæ neqvaqvam abſoluta eſt, ſed immobile illud fundamentum fiduciæ reſpicit, *qvod eſt univerſalis Dei miſericordia*, univerſale Chriſti meritum, & univerſalis Spir. Sancti gratia, vid. ſup. Art.38.39.70.

II. *Operatio divina* poſſibilis etiam in nondum natis infantibus, qvæ mediis ordinariis neqvaqvam alligata eſt, Luc. 1,41.

III. *Exemtio Legislatoris ſummi*, qvi diſpenſationi extraordinariæ tales reſervat, qvos ipſe à regula ordinaria eximere voluit.

IV. *Limitatio* ſententiæ univerſalis. Non enim omnis, qvi non baptiſatur, condemnatur, ſed qvi non credit. Unde & Salvator antitheſin qvoad Baptiſmum ipſe omittit Marc.16,16. & ſimul diſtinctionem inter contemtum & privationem innuit.

V. *Promiſſio* univerſalis in Chriſto omnibus facta, Johan.3. qvæ etiam infantes non baptiſatos, pro qvibus Salvator conceptus & infans natus eſt, Luc.1,11. neqvaqvam excludit.

VI. *Ampliatio* gratiæ fœderalis, qvæ etiam piorum poſteris non denegatur Geneſ.17. Ero Deus tuus, & ſeminis tui poſt te.

VII. *Exauditio precum* conjunctarum, NB. Matt. 18,19. qvas pii parentes in Nomine Chriſti Johan. 16. pro infantibus à primo conceptionis momento, uſqve ad ipſam nativitatis horam continuant, & cum deſideriis univerſæ Eccleſiæ (qvæ in Litania prægnantes & infantes Deo commendant publicè) conjungunt. Conf. de his precibus appendicem Articuli 108. NB.

§. 24. Li-

Digitized by Google

§. 24. Libertas Eccleſiæ *circa Baptiſmum reſpicit indifferentiam* 1. Loci, *vel publici, vel privati.* 2. Temporis, *ſive diurni, ſive nocturni, ſive matutini, ſive veſpertini*. 3. Modi, *qvi vel aſperſionem, vel immerſionem attendit.* 4. Ceremoniarum.

Canon : Ceremoniæ ab Eccleſia liberè uſurpatæ nec Baptiſmi eſſentiam attinent, nec ullam conſcientiis neceſſitatem imponunt, aut peccati ſpeciem conſtituunt, vid. inf. Art. 102. & Meiſnerum de Adiaphoris, nec non Gerhardum L. de Baptiſmo. Qvorſum ſpectant inprimis

I. *Nominis impoſitio*, etiam in circumciſione uſitata Luc. 2.

II. *Signum crucis*, de qvo vid. ſup. Art. 62.

III. *Exorciſmus* & abrenunciatio Satanæ. vid. Art. 102.

IV. *Impoſitio* manuum, de qva inf. Art. 123.

V. *Patrinorum* teſtimonium, ut in ore duorum aut trium teſtium conſiſtat omne verum.

VI. *Veſtis candida*, innocentiæ ex Baptiſmo ortæ indicium.

VII. Et in Eccleſia primitiva *adminiſtratio* Baptiſmi in Cœmiteriis, ob ſpem reſurrectionis, 1. Cor. 15.

§. 25. *Qvæ reſtant, præter Gerhardi L. offert Manuale Art. 87.*

ARTICULUS LXXXVIII.

De Sacramento Confirmationis, Cœna Dominica.

Panis & vinum eſt communicatio Corporis & Sangvinis Chriſti, 1. Cor. 10, 16. NB. ſup. art. 82. §. 11.

§. 1.

COena Domini eſt Sacramentum N. T. Confirmationis à Chriſto inſtitutum, *vid. Articul. 82. & 1. Cor. X. & XI. itemqve Matth. 26.*

Canon : Articulus de Cœna Domini eſt fundam[illegible] ad ſalutis obſignationem neceſſarius; qvia error circa eun[illegible] facit [illegible] æternæ

gratia receptus, DEI filius in regno gratia & gloria exiſtat. Confer ſupra Artic. 82. §.3. NB.

Ratio eſt, qvia ipſe Deus per aqvæ aſperſionem in Nomine P. F. & Sp. S. factam, homini fidem & gratiam fœderalem offert, confert & obſignat, in laudem ſapientiæ & bonitatis, & baptiſati ſalutem.

§. 4. Cauſa efficiens principalis tàm inſtituens, qvàm conferens Baptiſmum eſt Deus, *adeoqve & CHRISTUS θεάνθρωπος, Eph. 5,25. Joh. 1,33.*

Nota 1. *Baptiſmus eſt actio SS. Trinitatis ſingulariſſima.* Ubi *Pater* cum Baptizato fœdus init, 1. Pet. 3,21. vid. §.2. *Filius* univerſum paſſionis meritum offert & communicat, baptiſatumqꝫ ſangvine ſuo mundat à peccatis, 1. Joh. 1,7. Epheſ. 5,26. *& Spiritus S.* baptiſatum renovat, regenerat, & fœdus obſignat, Joh. 3, 6. adeoqve ſanctificationis opus exeqvitur, 2. Cor. 3,6.

Nota 2. Cauſa principalis & inſtrumentalis diſtincta qvidem, neqvaqvam verò in una Sacramentali actione Baptiſmi ſeparata, vel ipſa actio gemina eſt, ex Artic. 82.

§. 5. Cauſa Inſtrumentalis ordinaria eſt Eccleſiæ miniſter, *1. Cor. 4. in caſu verò ſummæ neceſſitatis extraordinariè etiam privatus. vid. ſup. artic. 82. §.5. NB.*

Canon 1. Baptiſare eſt munus totius Eccleſiæ, cujus executio ordinariè fit per miniſterium, in caſu verò neceſſitatis etiam per alium. Confer Exod. 4,25.

Poriſma: Ergò Gynæco-Baptiſmus neqvaqvam à Marcionitis ortus, ſed legitimus & in caſu neceſſitatis ratus eſt, ob diſcrimen perſonarum in N. T. ſublatum. vid. Galat. 3,28. & Act. 10,34.

Canon 2. Baptiſmi integritas aut veritas non dependet à dignitate miniſtrantis, ſed ab autoritate inſtituentis.

Poriſma I. *Ergò non obſtat Baptiſmo, ejusqve integritati Miniſtri qvalitas.* Adeoqve 1. nec indignitas, Conf. Matt. 23, 2. 2. nec heterodoxia vel hæreſis, qvæ Dei fidem non evertit, Rom. 3,3. 3. nec bonæ intentionis abſentia. vid. art 82. §.5.

Poriſma II. Ergò in caſu neceſſitatis non ad perſonam errantem, ſed

ſed ad ipſum DEUM conferentem Baptiſmum, qvi Eccleſiæ theſaurus, reſpiciendum eſt.

Poriſma III. Ergò Baptiſmum liberorum in extremæ neceſſitatis caſu ſalvâ conſcientiâ ab eo Miniſtro petere licet, qvi alias hæreſi, ſed ejusmodi, qvæ ſubſtantialia Baptiſmi non tangit, infectus eſt: Videlicet, ſi verba inſtitutionis integrè pronunciaverit, & in ſubſtantia Baptiſmi nihil mutaverit.

§. 6. Objectum Baptiſmi *ſunt 1. Homines, 2. nati, 3. omnes, 4. ſoli, 5. vivi, 6. in Eccleſia nati, 7. vel à DEO advocati, 8. ipſi, non verò vicarii, 9. nondum baptiſati, 10. non repugnantes.*

Nota I. *Objectum Baptiſmi ſunt homines* ex Matth. 28, 19. Joh. 3, 5.

Poriſma: Ergo Monſtra & beſtiæ, ut & campanæ à Baptiſmo ſimpliciter excluduntur, ſimulqve omne illud, qvod baptiſatis nonnunqvam annectere conatur humana ſuperſtitio. Unde delirium, de Medicamento ex Coralliis ſimul baptiſatis conficiendo, ortum eſt, qvæ vocant, getauffte Corallen.

Nota II. *Objectum Baptiſmi ſunt homines nati.* Renatus enim nondum natus dari neqvit, qvia denuò naſci debet, Joh. 3, 7.

Poriſma: Ergo infantes in utero decedentes & nondum perfectè nati, per caſum neceſſitatis à Baptiſmo excipiuntur.

Nota III. *Objectum Baptiſmi ſunt homines omnes*, ſive omnes omninò gentes ſine ulla exceptione vel ſexus, vel ætatis, vel ſtatûs, vel nationis, Matth. 28. adeoqve omnis creatura κατ' ἐξοχὴν ſic dicta, nempe rationalis, qvæ poteſt 1. credere, 2. baptizari, 3. ſalvari, Marc. 16.

Poriſma 1. Ergò nemo hîc excipitur, niſi qvem caſus neceſſitatis vel ante vel paulò poſt nativitatem ſine ſalutis detrimento excipit.

Poriſma 2. Ergo Chriſtus non ſibi aliqvid accepturus, ſed propter nos baptiſatus eſt, ut Agnus Dei noſtris peccatis onuſtus, Johan. 1. Eſa. 53. & ut noſter ſacerdos omnem juſtitiam impleturus, Matth. 3. meritoriè, ut nos in ipſo efficeremur juſtitia, 2. Cor. 5, 21. vid. Chemnic Harmon. Matt. c. 3. & Manuale German. Artic. 59. Titulo 9. NB. Regenerationem verò Salvatori ſine peccatis nato tribuere abſurdum eſt. Nam peccator nunqvam natus nunqvam eſt regeneratus.

Nota IV. *Objectum Baptiſmi ſunt ſoli homines.*

Digitized by Google

Poriſma : Ergo omne illud à Baptiſmo excluditur, de qvo, non obſtante aliqvâ ſimilitudine cum homine, nondum certi ſumus, an verè homo dicendum ſit illud objectum.

Nota V. Objectum Baptiſmi ſunt homines vivi.

Poriſma : Ergò à Baptiſmo excluditur infans, vel in utero mortuus, vel etiam de cujus vita nulla vitæ reſtant indicia ſufficientia.

Nota VI. Objectum Baptiſmi ſunt homines omnes in Eccleſia, & in ſpecie parentum fidelium liberi. Confer Marc. 10, 14. Joh. 3, 5.

Poriſma : Ergo Pædo-baptiſmus eſt juris divini. Cujus fundamentum univerſale Matt. 28. & Marc. 16. ad homines determinatum & ad infantes applicatum, neceſſariam ad Chriſtum adductionem monſtrat, Marc. 10. ut evitetur ſalutis periculum, Joh. 3, 5. & infantibus, qvorum eſt regnum cœlorum, Luc. 18, 15. non denegetur initiationis Sacramentum, ex Circumciſionis adminiſtratione, qvæ octavô die facta eſt Geneſ. 17. explicandum.

Canon : Infantes baptiſandi credunt non ante Baptiſmum, ſed in Baptiſmo & per Baptiſmum, ceu fidei generandæ medium, & ſalutis poſt Baptiſmum retinendæ ſignaculum, 1. Pet. 3. *Nec obſtat abſentia uſus rationis.* Qvia parvuli βρέφη ſunt tales, qvorum eſt regnum cœlorum, Luc. 18, 15. 17. βρέφος verò eſt infans 1. tenellus recens natus, Luc. 2, 12. 16. in cunis vagiens. 2. & nondum natus, Luc. 1, 41. & nihilominus Salvatorem agnoſcens. Ratio enim non tam promovet, qvàm impedit fidem ſalvificam, vid. Art. 93.

Nota VII. *Objectum Baptiſmi ſunt etiam homines extra Eccleſiam nati,* à Deo vero ad Eccleſiam vocati, Gentiles, Judæi, Turcæ &c.

Ratio eſt, qvia fideles non ſimpliciter ab Eccleſia excluſi ſunt, qvamvis ad eam non promiſcuè recipiendi ſint, ſed cum conditione, qvando à Deo advocantur.

Poriſma I. Ergo infidelium liberi ad Baptiſmum non ſunt rapiendi, aut invitis parentibus vel vi, vel dolo eripiendi.

Poriſma II. Ergo qvando infideles pars familiæ noſtræ facti ſunt, tunc ad Eccleſiam admitti debent, ita, ut adulti priùs inſtituantur, infantes verò ſtatim baptiſentur. vid. Actor. 2, 3. & ſup. Art. 82.

Nota VIII. *Objectum Baptiſmi ſunt homines ipſi, non verò eorum vicarii.* Contra Marcionitas.

Poriſma :

ed by Google

Poriſma : Vanus itaqve eſt qvicunqve Baptiſmus vicarius, Scripturæ S. ſimpliciter ignotus, nec 1. Cor. 15. approbatus; vid. 1. Cor. 15. & ſupra §. 2.

Nota IX. *Objectum Baptiſmi ſunt homines nondum baptiſati.*

Poriſma I. Ergo Baptiſmus nunqvam neqve abſolutè, neqve ſub conditione repetendus eſt.

Poriſma II. Ergo Baptiſatis novo Baptiſmo non opus eſt, ſed per pœnitentiam patet reditus ad gratiam, vi fœderis, qvod ex parte DEI ſempiternum eſt, Eſa. 54, 10. Conf. Art. 95.

Nota X. *Objectum Baptiſmi ſunt homines non repugnantes, ſcilicet proæreticè.* vid. Centur. 8. Magdeb. col. 350. exemplum Ratholdi Ducis Friſiæ, A. C. 718. qvi baptizandus pedem ex aqva retraxit, & tertiâ die mortuus eſt.

Poriſma I. Ergo non niſi ſufficienter informati gentiles, Judæi, & ſimiles baptizandi ſunt. Confer Hiſtoriam violentæ converſionis Americanorum.

Poriſma II. Ergo repugnantia infantulorum non-proæretica, pædo-baptiſmum impedire non poteſt.

§. 7. Materia Baptiſmi *eſt res terrena & cæleſtis.*

§. 8. Res terrena *Baptiſmi eſt aqva, à nemine mutanda. vid. Artic. 82. & Eph. 5, 22. Matt. 3, 12. Joh. 1, 26.*

Poriſma : Ergo Elementum Baptiſmi viſibile non poteſt eſſe vinum, lixivium, aut qvidvis aliqvod, contra Bezam.

§. 9. Res cœleſtis eſt verbum, qvod Nomen SS. Trinitatis, Patris, Filii & Spiritus S. continet: Sive S. S. Trinitas verbo Baptiſmi incluſa, & in actu Baptiſmi ſolenniter nominata & invocata. *Non obſtante factâ denominatione peculiari, relatâ vel ad θεάνθρωπον præſentem, ejusqve ſangvinem, ex 1. Joh. 5. vel ad Spiritum S. regenerantem ex Johan. 3. Confer Gerhardi L. de Baptiſmo NB. Qvod Lutherus in Catech. Majore, qvæ Formul. Concordiæ inſerta eſt tanqvam pars librorum Symbolicorum, expreſsè aſſerit fol. 199:* Das iſt der Kern in dem Waſſer / Gottes Wort oder Gebot / und Gottes Nahme / welcher Schatz gröſſer

und edler iſt/ denn Himmel und Erde. *& f. 200:* Darum iſts nicht allein ein natürlich Waſſer / ſondern ein Göttlich/ Himmliſch/ heilig und ſelig Waſſer. *& f. 202:* Das Wort thuts/ und daß Gottes Nahme darinnen iſt. Wo aber Gottes Nahme iſt / da muß auch Leben und Seeligkeit ſeyn / und weil ſein Nahme darinnen klebt.

Nota: *Verbum h. l. non intelligitur mandati;* (qvod ad cauſam efficientem ſpectat) *nec promiſſionis;* (qvod finem & effectum reſpicit) *ſed inſtitutionis & ordinationis divinæ*, qvatenus eximium aliqvod bonum rei terrenæ addit & offert, qvod eſt *Nomen SS. Trinitatis*, Dei eſſentiam, perſonas, opera & beneficia, inprimis verò hoc præſens *privilegium* reſpiciens, qvod baptiſato vult hoc nomen imponere, ut deinceps dicatur renatus, Johan. 3. Dei Filius, Johan. 1. Jerem. 31, 33. vid. Luth. Tom. VI. Jen. Germ. f. 298. & 302.

§. 10. Unio Sacramentalis *eſt rei terrenæ & cæleſtis in actione baptiſmali conjunctio. Cujus vinculum eſt verbum inſtitutionis. vid. §. 11. Qva de re plenius agit Articulus 82. NB.*

§. 11. Forma Baptiſmi conſpicitur in diſpenſatione & receptione modò divinitùs præſcripto factâ, *ubi δόσις & λῆψις concurrit.* Sive aqvæ affuſio & affuſæ receptio, *cum repetitione verborum inſtitutionis. Qvæ ſunt* Norma *hujus actionis Sacramentalis unica, eaqve infallibilis: & fundamentum* unionis *Sacramentalis rei terrenæ & cæleſtis, vid. §. 10. qvæ neqvaqvam relativa, aut typica, vel ſignificativa, ſed vera & realis, adeoqve exhibitiva eſt, Tit. 3, 5.*

Obſervatio: Certa verborum forma in Baptiſmo omnino neceſſaria eſt, vi inſtitutionis. Ideoqve Baptiſmus, aliâ formâ adminiſtratus, irritus eſt.

§. 12. *Δόσις* Baptiſmi, cum verbi applicatione facta, eſt immerſio ſive aſperſio in nomine Patris, Filii & Spiritus S.

Nota 1. Βαπτίζειν & baptizare utrumqve notat, videlicet & immerſionem & aſperſionem. vid. Marc. 7, 13. Act. 16, 15. 33. Qvamobrem, cum

cum aſperſio Eccleſiæ viſa ſit commodior, neqvaqvam improbanda eſt. Confer Tom. 12. Witteb. Luth. Germ. f. 197. NB. inf. §. 24.

Nota 2. Olim baptiſandus non aſpergebatur aqvâ, ſed immergebatur. Nam Immerſio reſpondebat ſepulturæ, extractio verò ſive emerſio reſurrectioni. Qvâ ratione ſimul indicatur mors peccati in nobis & vitæ novitas.

Canon: Spiritus S. per aqvam Baptiſmi viſibilem tanqvam per organum ordinarium operatur regenerationem inviſibiliter, Joh. 3.

§. 13. Λῆψις eſt Baptiſmi receptio.

Canon: Baptiſmum integrum recipit etiam is, qvi ob incredulitatem non accipit Baptiſmi effectum. Conf. §. 19.

§. 14. Finis Baptiſmi primarius eſt Dei gloria ſapientiæ & bonitatis, & hominis baptiſati regeneratio & ſalus æterna, *Joh. 3, 5. ſive gratiæ fœderalis, fidei & vitæ æternæ 1. oblatio, 2. collatio, 3. obſignatio, Tit. 3, 5.* Secundarius verò finis eſt *1. Chriſtianorum à non renatis diſcretio. 2. monumentum impuritatis naturalis. 3. incitamentum amoris CHRISTI, & 4. vitæ novitatis.*

Canon 1. Oblatio gratiæ ad omnes baptiſatos: collatio verò ſimul ad infantes ſpectat: adultis verò credentibus gratiæ confirmatio & obſignatio confertur.

Canon 2. Non privatio, ſed contemtus Baptiſmi damnat. Confer §. 18. & §. 23. NB.

§. 15. Effectus & fructus Baptiſmi eſt hominis per regenerationem, qvam renovatio comitatur, in Eccleſiam receptio, *& hujus beneficii obſignatio. Nam regeneratio in Baptiſmo confertur & obſignatur, Rom. 6. Conformitas verò mortis & reſurrectionis Chriſti percipitur, dum indies moriendo peccatis & reſurgendo ad novitatem vitæ Chriſtum imitari ſtudemus.*

§. 16. Fructus Baptiſmi *conſideratur 1. reſpectu modi collationis in genere. 2. reſpectu objecti baptiſati in ſpecie, qvod ſunt vel infantes, vel adulti, & interdum hypocritæ. 3. reſpectu morbi ſive ipſius peccati. 4. reſpectu continuationis.*

§. 17.

§. 17. Fructus Baptiſmi, *qvatenus eſt Sacramentum initiationis reſpectu ipſius collationis conſideratum*, certiſſimus eſt *1. regeneratio, vid. Artic. 92. 2. peccatorum remiſſio, 1. Pet. 3, 21. 3. fœderalis ſtipulatio l. d. 4. conſeqvens renovatio, vid. infra Articul. 97.*

Ratio eſt, qvia Baptiſmus eſt regenerationis organum propriè ita dictum, qvod non confert effectum ex opere operato, ſed modo & ordine divinitus conſtituto.

Poriſma: Ergo Baptiſmo rectè tribuitur liberatio à peccato, qvoad reatum & dominium, qvia juſtitiam Chriſti applicat, à reatu peccati purgat, & fidem efficit, adeoqve cum regeneratione etiam conſeqventem renovationem confert. vid. inf. Art. 135. & ſupra Art. 36.

§. 18. Fructus Baptiſmi reſpectu certi objecti, qvod ſunt infantes, *qvi non naſcuntur, ſed fiunt Chriſtiani*, eſt certiſſimus *NB. ex Joh. 3, 5. Marc. 16. Tit. 3, 5. Gal. 3, 26. Contra Zanchii Baptiſmum hypotheticum: Cujus verba adducta ſunt in Theolog. Exeget. lib. 3. c. 3. ſub finem. NB.*

Nota 1. Deus fœdus cum hominibus non ante Baptiſmum, ſed in Baptiſmo init, ubi ipſe fit Deus noſter, Jerem. 31, 33. Qvamobrem infantes ante Baptiſmum fidem non habent, nec credunt, ut baptizentur, ſed baptizantur, ut credant, vid. Gal. 3, 26.

Nota 2. De caſu extraordinario, & fide atqve ſalute infantum, qvi ante Baptiſmum decedunt, agit Art. 33. §. 10. NB. & art. 93.

§. 19. Fructus Baptiſmi reſpectu adultorum tùm piorum, tùm hypocritarum, diſtinctus eſt. *Nam*

I. Pii, adulti, credentes baptiſantur, non ob regenerationem, ſed ob illius confirmationem & continuationem. Confer exemplum [illegible]lii, qvi jam habet Spir. Sanctum ratione ſanctificationis ordina[illegible] [illegible]idem verò etiam in Baptiſmo accipit ratione donationis mira[illegible], Actor. 10, 48. Qvemadmodum & Abraham adultus circumci[illegible]ut non ob fidei collationem, ſed gratiæ juſtificantis obſignationem, Gen. 17. & Rom. 4.

II. Baptiſmus manet ex intentione DEI ſemper lavacrum rege-

gene-

Digitized by Google

generationis, ſive baptiſatus fidem habeat & ſtatim regeneretur, ſive non, ita, ut ab hac Dei intentione & ordinatione ne qvidem hypocritæ excepti ſint.

Ideoqve III. *Hypocritæ* ſubſtantiam Baptiſmi accipiunt, fructu autem Baptiſmi propriâ culpâ deſtituti, non credentes, non renati manent.

Imò IV. Fructu regenerationis potiri poſſunt etiam hypocritæ, qvamprimum credunt, vi Baptiſmi ab initio accepti.

§. 20. Fructus Baptiſmi reſpectu ipſius morbi ſanandi, ſive peccati, ſaluberrimus, certò tamen ordine divinitus conſtituto attendendus eſt, *ita ut regenerationem momentaneam ſucceſſiva ſeqvatur renovatio, de qva agit articulus 97.* NB.

Nam I. Peccatum in Baptiſmo remittitur, non ut non ſit, ſed ut non imputetur.

II. Per Baptiſmum tollitur peccati 1. reatus. 2. Dominium. vid. infra Art. 135.

III. Peccata in Baptiſmo non ſolùm teguntur, ſed etiam ratione formalis tolluntur, & ex rationali Dei per gratuitam remiſſionem delentur. vid. ſup. Artic. 36. & 94. NB.

IV. Peccata ſunt in renatis poſt Baptiſmum non qvoad reatum, qvi in Baptiſmo tollitur; nec qvoad plenum dominium, cui à renato reſiſtitur; ſed qvoad reliqvias, cum qvibus renatus aſſiduè luctatur, vid. Rom. 7, 7. & Art. 33. & 34. nec non Art. 98. & 99.

§. 21. Fructus Baptiſmi reſpectu continuationis & durationis eſt perpetuus.

Canon 1. Baptiſmi effectus extenditur etiam ad futura peccata.

Canon 2. Lapſis poſt Baptiſmum nullo alio ſalutis medio, ceu novâ poſt naufragium tabulâ, opus eſt, vid. Art. 95.

Canon 3. Baptiſmi recordatio continua omninò ſaluberrima eſt, qvæ non ſolum erigit lapſos, ſed etiam ſtantes inſtruit atqve confirmat.

§. 22. Adjuncta Baptiſmi ſunt tùm Neceſſitas actus, tùm libertas reſpectu loci, temporis, modi & Ceremoniarum, qvæ ab Eccleſia liberè attenduntur.

§. 23.

Digitized by Google

§. 13. Neceſſitas actus ordinariè ſumma eſt, *& qvidem tanta, ut ſine extremo ſalutis periculo Baptiſmum non liceat amittere.*

Canon 1. Baptiſmus omnibus ſimpliciter neceſſarius eſt, qvi ordinariò modô ingrediuntur regnum cœlorum, Joh.3,5.

Canon 2. Baptiſmus ad ſalutem neceſſarius eſt non ſolùm neceſſitate mandati, ſed etiam neceſſitate medii, omnibus ex ordinatione divina ad ſalutem ordinariè conſtituti, Johan. 3,5. Luc. 7,30. Matth. 28. & qvidem cum excluſione iterationis ob fœdus DEI perpetuum, Rom. 3,3. c. XI, 29.

Canon 3. Qvi in utero matris aut paulò ante Baptiſmum decedunt, in illis nulla vel contemtus, vel malitioſi neglectus culpa eſt, adeoqve ſalus ipſis neqvaqvam deneganda eſt, vid. ſup. Art. 36.

Ratio eſt, qvia obſtat I. *Diſpenſatio* ſalutis, qvæ neqvaqvam abſoluta eſt, ſed immobile illud fundamentum fiduciæ reſpicit, *qvod eſt univerſalis Dei miſericordia*, univerſale Chriſti meritum, & univerſalis Spir. Sancti gratia, vid. ſup. Art. 38. 39. 70.

II. *Operatio divina* poſſibilis etiam in nondum natis infantibus, qvæ mediis ordinariis neqvaqvam alligata eſt, Luc. 1, 41.

III. *Exemtio Legiſlatoris ſummi*, qvi diſpenſationi extraordinariæ tales reſervat, qvos ipſe à regula ordinaria eximere voluit.

IV. *Limitatio* ſententiæ univerſalis. Non enim omnis, qvi non baptiſatur, condemnatur, ſed qvi non credit. Unde & Salvator antitheſin qvoad Baptiſmum ipſe omittit Marc 16, 16. & ſimul diſtinctionem inter contemtum & privationem innuit.

V. *Promiſſio* univerſalis in Chriſto omnibus facta, Johan. 3. qvæ etiam infantes non baptiſatos, pro qvibus Salvator conceptus & infans natus eſt, Luc. 1, 11. neqvaqvam excludit.

VI. *Ampliatio* gratiæ fœderalis, qvæ etiam piorum poſteris non denegatur Geneſ. 17. Ero Deus tuus, & ſeminis tui poſt te.

VII. *Exauditio precum* conjunctarum, NB. Matt. 18, 19. qvas pii parentes in Nomine Chriſti Johan. 16. pro infantibus à primo conceptionis momento, uſqve ad ipſam nativitatis horam continuant, & cum deſideriis univerſæ Eccleſiæ (qvæ in Litania prægnantes & infantes Deo commendant publicè) conjungunt. Conf. de his precibus appendicem Articuli 108. NB.

§. 14. Li-

§. 24. Libertas Eccleſiæ *circa Baptiſmum reſpicit indifferentiam* 1. Loci, *vel publici, vel privati.* 2. Temporis, *ſive diurni, ſive nocturni, ſive matutini, ſive veſpertini.* 3. Modi, *qvi vel aſperſionem, vel immerſionem attendit.* 4. Ceremoniarum.

Canon: Ceremoniæ ab Eccleſia libere uſurpatæ nec Baptiſmi eſſentiam attinent, nec ullam conſcientiis neceſſitatem imponunt, aut peccati ſpeciem conſtituunt, vid. inf. Art. 102. & Meiſnerum de Adiaphoris, nec non Gerhardum L. de Baptiſmo. Qvorſum ſpectant inprimis

I. *Nominis impoſitio*, etiam in circumciſione uſitata Luc. 2.

II. *Signum crucis*, de qvo vid. ſup. Art. 62.

III. *Exorciſmus* & abrenunciatio Satanæ vid. Art. 102.

IV. *Impoſitio* manuum, de qva inf. Art. 123.

V. *Patrinorum* teſtimonium, ut in ore duorum aut trium teſtium conſiſtat omne verum.

VI. *Veſtis candida*, innocentiæ ex Baptiſmo ortæ indicium.

VII. Et in Eccleſia primitiva *adminiſtratio* Baptiſmi in Cœmiteriis, ob ſpem reſurrectionis, 1. Cor. 15.

§. 25. *Qvæ reſtant, præter Gerhardi L. offert Manuale Art. 87.*

Articulus LXXXVIII.

De Sacramento Confirmationis, Cœna Dominica.

Panis & vinum eſt communicatio Corporis & Sangvinis Chriſti, 1. Cor. 10, 16. NB. ſup. art. 82. §. 11.

§. 1.

Cœna Domini eſt Sacramentum N. T. Confirmationis à Chriſto inſtitutum, *vid. Articul. 82. & 1. Cor. X. & XI. itemqve Matth. 26.*

Canon: Articulus de Cœna Domini eſt fundam[illegible] ad ſalutis obſignationem neceſſarius; qvia error circa eum [illegible] facit [illegible] æternæ

Digitized by Google

æternæ damnationis, 1. Cor. XI, 27. 29. Confer ſupra Artic. 3. de fundamento ſalutis. Inprimis verò Commentarium in Formul. Concord. Artic. 7 p. 1464. NB. Et Johan. 12, 48: Verbum, qvod locutus ſum, judicabit eum in extremo die (edite, hoc eſt corpus meum.) qvia eſt veritas, Johan. 17, 17. Qvi non crediderit, condemnabitur, Marc. 16.

§. 2. Nomen Cœnæ Dominicæ accuratiſſimam attentionem reqvirit, *& qvidem*

I. *Ratione Originis.* Vocatur enim δεῖπνον 1. Cor. XI, 20. cœna, à cœnando, qvia poſt ceſſationem à labore datur, ein Abendmal / Luc. 14, 16. παρὰ τὸ δεῖν παύειν τὸν πόνον, qvia, qvando cœnandi tempus eſt, tunc homines à labore ceſſant: (Unde δειπνέω cœno, à δαπάνη, qvia ſumtuoſior cœna eſſe ſolet.) Ubi non novus incumbit labor, aut δεῖ ποιεῖν, ſicut poſt prandium; ſed reqvies & virium refectio ſeqvitur poſt laborem, & poſt pondus diei & æſtum. (vid. Matt. 20, 12. τοῖς βαςάσασι τὸ βάρος τῆς ἡμέρας, καὶ τὸν καύσωνα.)

II. *Ratione Significationis.* Qvia Cœna h. l. conſideratur non vulgaris, ſed Dominica à Chriſto ante paſſionem poſt Cœnam vulgarem inſtituta, non in cœlo fide, ſed in terris ore corporis accipienda.

III. *Ratione diſtinctæ Appellationis.* Nam Cœna vocatur Menſa Domini, 1. Cor. 10, 21. cujus bona nobis in illa diſtribuuntur. Nec non, Communio, Synaxis, Euchariſtia, Liturgia, Hierurgia, Agape, Sacramentum Altaris, Miſſa, ſignum & ſigillum ſacrum, cujus typi fuerunt agnus paſchalis, ſup. Artic. 85. Manna, Exod. 16, 15. & aqva Petræ Exod. 17, 6. Conf. Joh. 6, 48. 1. Cor. 10, 3. vid. Manuale Art. 88. NB. & Commentarium in Form. Conc. Art. 7. p. 1389.

Canon 1. Appellatio Miſſæ neqvaqvam probat ſacrificium Miſſaticum. vid. ſeq. Art. 89.

Canon 2. Cœna Dominica vocatur ſignum ſacrum, non σημαντικὸν, ſed προσφερόμενον, non ſignificans rem longiſſimè abſentem, ſed conferens theſaurum promiſſum, vid. ſup. art 82. §. 2.

Canon 3. Autor S. Cœnæ eſt Dominus noſter perſonaliter, ratione Dominii juxta utramqve naturam, Pſal. 8. Confer ſupra Artic. 9. & Comm. in F. Conc. p. 1589.

C[illegible] Cœna Domini eſt Communicatio Corporis & Sangvinis Chr[illegible] Cor. 10, 16. non abſentis, ſed præſentiâ divina præſentiſſimi. vid. ſup. Art. 50. NB.

Canon 5.

Canon 5. Cœna Domini eſt Novum Teſtamentum, Luc.22,20. 1. Cor. XI, 25. hâc ipsâ appellatione omnes V.T. umbras excludens & præſentiam Teſtatoris confirmans. vid. Art.80. & 81.

§. 3. Cœna Domini eſt alterum N.T. & qvidem confirmationis Sacramentum, à JESU CHRISTO θεανθρώπῳ paulo ante mortem ſolenniter inſtitutum, *in qvo ipſe per miniſtrum Eccleſiæ ordinarium cum pane benedicto nobis Chriſtianis verè & realiter, modò tamen hyperphyſicô, ſupernaturali & nobis incognitô, ore corporis manducandum exhibet corpus ſuum, & cum vino benedicto ſangvinem ſuum bibendum ad ſui recordationem, beneficiorum participationem, & fidei noſtræ confirmationem atqve gratiæ fœderalis obſignationem, in laudem bonitatis & ſapientiæ divinæ, & participantium ſalutem. Confer definitionem Sacramentorum generalem ex Articul.82. §.3. NB. & Commentar. in Formul. Concord. Artic. 7.*

Nota: *Fundamentum* hujus Sacramenti, & baſis fidei ſunt verba inſtitutionis.

Ratio eſt, qvia omnis inſtitutio habet vim legis, & jubet, ut res ſic, & non aliter fiat, ne, ſi ſecus fiat, Deus offendatur, & actus ipſe peccaminoſus, & ipſo jure fiat nullus. Confer Matt.19, 9. cum Geneſ. 2.

§. 4. Cauſa efficiens *Cœnæ Dominicæ principalis ratione tàm inſtitutionis, Matth. 26, 26. qvàm diſpenſationis, eſt Chriſtus θεάνθρωπος ſecundum utramqve naturam conſideratus. Conf. Matth.28,20. Johan.13,3. 1. Cor. XI, 23. Qvi proinde audiendus, Matth.17, 5. ejusqve Teſtamentum ſtrictè obſervandum eſt, Hebr. 9, 17. Galat. 3, 15. ne violetur à contradicentibus divina veritas, ſapientia & omnipotentia. vide ſupra Articul. 10. de Attributis Divinis.*

Canon 1. De Cœna Domini nihil docendum eſt in Eccleſia, qvod non fundamentum ſuum habeat in Inſtitutione Chriſti. vid. Chemnicius de fundamentis Cœnæ NB.

Ratio eſt, qvia myſterium rationi ignotum ſola revelatio docet. vid. ſup. Artic. 2. & 3.

 Po-

Poriſma: Ergo nec phraſeologia Rabbinica, nec imaginatio analogica verba Teſtatoris evertere poſſunt, qvod Lightfoot & Gulichius intendunt, qvorum verba vid. ſup. Art.82. §.12. NB.

Canon 2. De Cœna Domini omnium optimè judicatur ex verbis inſtitutionis, qvæ omninò in ſenſu proprio & nativo accipienda ſunt, qvia ſenſum Chriſti continent, 1. Cor. 2, 16. in principali hujus articuli ſede ab ipſo Teſtatore revelatum, per tres teſtes infallibiles, impulſu Spiritus S. repetitum, & poſt Matthæum, Marcum atqve Lucam à Paulo in tertio Cœlo informato explicatum 1. Cor. X. & XI. Qvæ ipſa verba ſunt Spiritus & vita Joh 6, 68. qvibus attendentes rectè faciunt, 2. Pet. 1, 19. imò tutiùs, qvàm cæcum rationis ductum ſeqventes 1. Cor. 2, 14. vide Chemnicii fundamenta Cœnæ, & Comment. in Formul. Conc. Art. 7. NB. Inprimis verò Theologiam Exegeticam lib. 2. cap. 6. Tit. 1. ubi & Regula Auguſtini adducitur.

Poriſma: Ergò nec Philippi metus, nec Calvini provocatio ad Philippum laudari poteſt: Si verbulo declaret, protinus deſiſtam. Qva de re agit Theol. Exeget. lib. 2. c. 6. Tit. 4. §. 4. & Apolog. F. Conc. part. 4. p. 533. Longè verò rectius ſcripſit Philippus: Dieſe Wort / das iſt mein Leib / werden eitel Donner-Keulen ſeyn in agone conſcientiæ. vid. ibid. Was will alsdenn ein geplagtes Gewiſſen dieſen Donner-Keulen entgegen halten? Mit was Sprüchen will ſichs aufrichten und vergewiſſern?

§. 5. Inſtrumentalis Cauſa eſt miniſter Eccleſiæ, *1. Cor. 4, 1. & qvidem ſolus.*

Canon 1. Miniſter Eccleſiæ non tantùm ſymbola externa, verùm etiam ipſam rem cœleſtem diſpenſat.

Canon 2. à Calvin. aut Pontificio Cœnam Dominicam ſalvâ conſcientiâ accipere non licet.

Canon 3. Tutius eſt cœnam ab alio accipere, qvàm ſibi ipſi eandem porrigere, ut δόσις & λῆψις ſit evidentior, & applicatio gratiæ ex ore miniſtri ordinarii ſolennis, à privata credentis applicatione diſtincta, audienti penetrantior, atqve contra tentationes longè certior atqve tutior. vide inf. Artic. 124. NB. Conſ. Gerh. Loc.

§. 6. Objectum Cœnæ Dominicæ *ſunt Chriſtiani, adeoqve*

qve 1. homines, 2. vivi, 3. adulti, qvi ſe probare poſſunt, 4. Eccleſiæ cives, 5. Digni, qvibus de facto aſſociantur interdum indigni.

Nota I. *Objectum Cœnæ Dominicæ ſunt Homines.*

Poriſma: Stolida itaqve eſt Scholaſticorum diſputatio, An mus rodendo panem conſecratum rodat vel edat corpus Domini, qvod alii affirmant, alii negant fruſtrà. Qvia Chriſtianis, non Beſtiis, hoc Sacramentum inſtitutum eſt.

Nota II. *Objectum Cœnæ Dominicæ ſunt homines vivi.*

Poriſma: Ergò mortuis vel ægris, de qvorum vita non amplius conſtat, S. Cœna neqvaqvam adminiſtranda eſt.

Nota III. *Objectum Cœnæ Dominicæ ſunt adulti, qvi ſeipſos probare poſſunt*, ex 1. Cor. XI, 28. qva de re infra agitur. Confer 2. Cor. 13, 5. & cibum atqve potum Sacramentalem dijudicare, ac mortem Domini annunciare.

Poriſma: Ergò ab uſu Cœnæ excluduntur infantes, Phrenetici &c. Confer Luth. Tom. 1. Jenenſ. Germ. f. 339. de mutis, ſurdis &c. de qvorum probatione non conſtat, & Gerhardi L. de Cœna.

Nota IV. *Objectum Cœnæ Dominicæ ſunt Eccleſiæ cives*, ſive Chriſtiani.

Poriſma: Ergo neqvaqvam admittendi ſunt nondum baptiſati, qvi neqve eundem nobiſcum Patrem, neqve ſpem fidemqve eandem habent, ſed foris ſunt, à ſocietate Chriſtianorum penitùs excluſi.

Nota V. *Objectum Cœnæ Dominicæ ſunt convivæ digni*; Qvorum notanda eſt

1. *Deſcriptio*, vid. 1. Cor. XI, 26. Nam *digni* vocantur *convivæ*, (qvi non accedunt ἀναξίως v. 29. ἄξιος enim eſt dignus, ab ἄγω, duco, æſtimo, qvia pro dignitate & merito qvæqve res æſtimanda eſt) qvi ſeipſos probant, conſcientiam ſuam excutiunt, peccata agnoſcunt, ſeriò deprecantur, propoſitum melioris vitæ habent, ſacrum hoc convivium à cæteris diſcernunt, myſterium hoc piè expendunt, & debita cum devotione ac reverentia accipiunt.

2. *Fundamentū* dignitatis, ejusq; certitudo, NB. inf. §. 18 ubi aliud eſt *ſcrutiniū conſcientiæ Legale*, & probatio ſive examen cordis, qvod ſpectat contritionis & pœnitentiæ veritatē: aliud verò eſt *ſcrutinium conſcientiæ*

 Evan-

Evangelicum, & probatio reſpiciens fidem, ejusq; tàm veritatem, qvàm certitudinē, qvam verba inſtitutionis reqvirunt. *Prius ſcrutinium obſtacula removendo præparat ; alterum verò conſtituit* hominem credentem in illo ſtatu, ut verè dignus reperiatur. *Non obſtante*, qvod etiam impœnitens indignus dici poſſit, ſcilicet *materialiter*, *qvi talis : formaliter enim ſolus incredulus indignus eſt*, *qvia talis eſt*. Denn das Wort für euch / erfordert eitel gläubige Hertzen. Und der iſt recht würdig und wol geſchickt/wer den Glauben hat an dieſe Wort: Für euch gegeben und vergoſſen/zur Vergebung der Sünden. Wer aber dieſen Worten nicht gläubet / oder zweifelt / der iſt unwürdig und ungeſchickt / ait Lutherus.

Canon : Dignitas neqvaqvam ex lege juxta propriam diſpoſitionem dijudicanda eſt, ſed ex Evangelio ſecundum ſinceritatem fidei, Chriſtum ejusqve gratiam, meritum & peccatorum remiſſionem apprehendentis.

Ratio eſt, qvia *digni vocantur*, non, qvi ex ſeipſis hâc cœnâ digni ſunt, ſed qvi eâ dignè utuntur. Unde de dignitate dubitare non debet, qvi ſerium dolorem de peccatis ſentit, verbis Chriſti fidem habet, cor ſuum totum ad Deum dirigit, vitæqve emendationem ſibi ſeriò propoſuit. NB. Confer Manuale de dignitate.

Nota VI. *Objectum Cœnæ Dominicæ de facto ſunt etiam indigni, qvi dignis ſe aſſociant*, & Sacramenti ſubſtantiam 1. Cor. XI, 27. non verò fructum participant. Sunt enim indigni h. l. non peccatores notorii, qvi ut canes rejiciendi & arcendi ſunt, Matth. 7, 6. ſed occulti. Confer Luc. 22, 19. 20. 21. de Juda, & 1. Cor. XI, 29. Qvorſum facit tum indignorum deſcriptio, tum ipſorum participatio.

Nam I. *Indigni* conſiderantur 1. *negativè*, qva ratione indigni non vocantur, qvi ſunt indigni ſimpliciter ex ſua diſpoſitione, nec infirmi in fide, nec myſterium hoc nondum ſatis intelligentes.

2. *Indigni affirmativè conſiderati*, generaliter ſunt impœnitentes & hypocritæ, qvi ſeipſos non probant, hoc eſt, ſine ſerio cordis dolore ob admiſſa peccata, & ſine ſincero propoſito emendandi vitam, accedunt, ſaltem moris & honoris ergò.

3. *Indigni in ſpecie ſunt*,

1. qvi de Sacramento Cœnæ, ut aliis fidei articulis, contra conſcientiam impiè docent & loqvuntur.

2. qvi

2. qvi Sacramentum hoc ad impium uſum adhibent, puta ad veneficia, incantationes & ſimilia.

3. qvi Sacramento uti audent in teſtimonium innocentiæ, qvem tamen in finem non fuit inſtitutum.

4. qvi tantùm ex opere operato accedunt, ſine timore Domini, ſine amore proximi, ſæpè inveterato cum odio.

5. qvi magna cum levitate in moribus ac veſtitu accedunt.

6. qvi ſemiebrii accedunt, & ſimiles.

II. *Participatio indignorum* de Cœna Dominica eſt vera, à participatione dignorum non ratione ſubſtantiæ, ſed ratione fructus Sacramentalis ſolùm diſtincta.

Ratio eſt, 1. qvia tàm digni qvàm indigni accipiunt corpus & ſangvinem CHRISTI, adeoqve Sacramentum integrum, ex inſtitutione Teſtatoris, qvam accipientis incredulitas evertere neqvit, vide Rom. 3, 3.

2. qvia indigni accipiunt corpus & ſangvinem Chriſti Sacramentaliter; digni verò ſimul ſpiritualiter, illi tantùm ore, hi fide & ore, illi ad judicium ſive pœnas hujus & futuri ſeculi, hi verò ad ſalutem. Qvod ipſum oſtendit Apoſtolus 1. Cor. XI. ubi indicat 1. *Reatum*, qvo judicium contrahitur ex indigna participatione. 2. *Objectum*, circa qvod verſatur indignus, qvod non eſt panis & vinum, ſed corpus & ſangvis Chriſti. 3. *Modum* & formam contrahendi reatum, ſcilicet, in edendo pane, & bibendo poculo. 4. *Fundamentum* & cauſam, qvæ eſt non-dijudicatio objecti Sacramentalis. Ex qvibus patet, qvòd finis hujus Sacramenti variare poſſit ratione hoſpitum, ita, ut medium ſalutis ordinarium indignis per accidens cedat in judicium.

§. 7. Materia Cœnæ Dominicæ ſunt res terrena & cœleſtis, *cibus & potus, panis & vinum, corpus & ſangvis Chriſti, vid. 1. Cor. 10, 16. Matth. 26, 26. Cujus Conſideratio tàm generalis qvàm ſpecialis hoc loco attendenda eſt.*

§. 8. Generalis conſideratio *Materiæ Sacramentalis in Cœna Dominica reſpicit rei terrenæ & cœleſtis non ſolùm veritatem, ſed etiam Sacramentalem 1. Unionem. 2. Κοινωνίαν, 3. inde ortam prædicationem: Unde oritur*

Aſſer-

Digitized by Google

Aſſertio I. *Unio rei terrenæ & cœleſtis in S. Cœna eſt certiſſima.*

Obſervatio 1. *Unio rei terrenæ & cœleſtis* non perſonalis, ſed Sacramentalis eſt, & qvidem veriſſima ob finem Sacramentalem, ut res tàm terrena qvàm cœleſtis Sacramentaliter unita unius ejusdemqve actionis Sacramentalis objectum eſſe poſſit. Cujus unionis *vinculum* eſt verbum inſtitutionis, ejusqve in actu & conſecratione Sacramentali repetitio. Unde prædicationes Sacramentales oriuntur. De qvibus dictum eſt ſupra Articulo 82. Confer infra Aſſertionem 3. NB. Adeoq; unio hæc eſt vera atqve realis benedicti panis & corporis, itemqve benedicti vini & ſangvinis Chriſti conjunctio, vi & efficaciâ verborum Teſtatoris facta, ut per os corporis, modô ſupernaturali & ineffabili, ſimultaneâ manducatione, Domini corpus cum pane, & ſimultaneâ bibitione ſangvis cum vino conſecrato ſumatur, Matth. 26, 26. 1. Cor. 10, 16. Ex qva unione Sacramentali oritur *rerum cœleſtium cum rebus terrenis manducatio & bibitio una, Sacramentalis*, vera, realis & propria, qvæ talis eſt proprietate non phyſica actionis merè naturalis, ſed proprietate Grammatica ſignificationis, & tropis Rhetoricis oppoſita eſt. Sive rei eſculentæ & potulentæ per os, in corpus, ad reficiendas vires, aſſumtio.

Obſerv. 2. *Cauſa efficiens* unionis Sacramentalis unica ſunt Chriſti verba Teſtamentaria diſpoſitiva & diſpenſativa.

Obſerv. 3. *Unio* rei terrenæ & cœleſtis in Cœna eſt myſtica, ubi duæ unitæ eſſentiæ verè & realiter, in eo tamen loco, ubi Cœna Domini adminiſtratur, præſentes ſunt & diſtribuuntur, juxta inſtitutionem CHRISTI.

Obſerv. 4. *Unio Sacramentalis* ſymbolorum Sacramentalium cum Chriſti corpore & ſangvine non ſolum eſt ſigni ad ſignatum σχετική, aut qvalis unio in verbo datur, ſed longè arctior, qvia Sacramentalis eſt.

Aſſertio II. *Κοινωνία Sacramentalis eſt vera & realis.*

Obſerv. 1. *Κοινωνία* nunqvam in Scriptura uſurpatur de σχέσει tantùm, ſed de reali communicatione, qvalis etiam h. l. intelligenda eſt. vide ſup. Artic. 82. §. 11.

Obſerv. 2. *Κοινωνία* h. l. non attenditur ſpiritualis communicantium mutua, & cum Chriſto conjunctio, ejusqve beneficiorum fruitio;

nec

nec generalis conſociatio externa, ſed Sacramentalis, qvæ dicitur reſpectu partium cœnæ ſubſtantialium, ex qva participatio communicantium reſultat. vid. 1. Cor. 10, 15. 16. Art. 82. §. 11.

Obſerv. 3. Propter κοινωνίας Sacramentalem rectè dicitur in, cum & ſub pane atqve vino corpus & ſangvinem Chriſti exhiberi.

Aſſertio III. *Prædicatio Sacramentalis eſt veriſſima ob fundamentum* ex Artic. 82. *qvod ſunt verba inſtitutionis*, cui innituntur exempla, qvæ enunciant 1. *qvid detur* in S. Cœna cum elemento viſibili: Hoc eſt corpus meum. De qva prædicatione Sacramentali dictum eſt ſupra NB. Artic. 82. §. 12. Hic eſt ſangvis N. T. 2. *propter qvid*, ſive finem & uſum, ut: Hic Calix eſt N. T. in meo ſangvine, ſive qvatenus exhibet meum ſangvinem, & ob hoc fundamentum infallibile, Luc. 22, 10. ad ſanciendum & confirmandum novum gratiæ fœdus inter Deum & communicantem per Chriſti ſangvinis effuſionem conciliatum.

Canon: Qvicqvid Chriſtus panem & vinum diſtribuendo dixit & accipere juſſit, illud etiam manducantibus & bibentibus verè dedit, & adhuc hodiè dat in S. Cœna. Atqvi cum pane corpus, cum vino ſangvinem accipere juſſit. Ergò dedit, & adhuc dat hodie.

Obſerv. 1. Panis non eſt corpus Chriſti eſſentialiter, ſed Sacramentaliter, hoc eſt, myſticè & ſupernaturaliter.

Ratio eſt, qvia 1. Particula *hoc* non notat nudum panem, ſed integrum complexum.

2. Vocabulum *Corpus* eſt pars ſubjecti principalis in prædicato expreſſa.

3. Metonymia Sacramentalis Paulo ignota eſt, qvæ in verbis Cœnæ ſubſtantialibus non datur.

Poriſma 1. Ergò vocabulum Panis non eſt tropicum.

Poriſma 2. Ergo Panis non eſt Communicatio corporis Chriſti per modum ſigni, ſive Metonymicè.

Poriſma 3. Ergò panis eſt corpus, & vinum eſt ſangvis Chriſti reſpectu unionis Sacramentalis, vid. ſup. Art. 82. §. 12. Ita, ut hæ propoſitiones non ſint Biblicæ, nec Biblicarum exegeticæ formaliter, ſed conſeqventer. Sunt enim ellipticæ hoc ſenſu: Panis & vinum conſecratum, in Sacramentali unione conſiderata, non ſunt nuda elementa, ſed rei cœleſti Sacramentaliter unita, ità, ut ſimul adſit & corpus & ſangvis

Digitized by Google

Chriſti. Prout ipſe Lutherus in Articulis Smalcaldicis hoc explicat, vid. Carpzov. Iſagog. p. 861.

§. 9. Specialis materiæ Cœnæ Dominicæ conſideratio reſpicit 1. rem terrenam, 2. rem cœleſtem.

§. 10. *Rei terrenæ conſideratio eſt vel conjuncta, vel diſtincta.*

§. 11. *Conjuncta utriusqve rei terrenæ conſideratio oſtendit 1. Teſtatoris ejusmodi res adhibentis ſcopum, 2. utriusqve panis & vini officium, 3. officii illius durationem & terminum.*

Aſſertio I. *Scopus Teſtatoris* panem & vinum in hoc Sacramento adhibentis plane ſingularis eſt. Nam qvia Chriſtus cum terrenis egit hominibus, voluit etiam terrenis uti elementis. Vilitas verò hujus elementi terreni offendere nos nec poteſt, nec debet: per viliſſima enim & contemptibilia organa DEUS efficit res longè maximas & diviniſſimas. Proinde & ordinatione illa DEI cum gratiarum actione uti decet.

Aſſertio II. *Officium panis & vini Sacramentalis* diſtinctum obſervatione dignum eſt. videlicet

1. *Primarium*, juxta qvod utraqve res terrena eſt ὄχημα 1. Cor. 10. 16. vehiculum, κοινωνία, communicatio unitorum, & medium diſtribuendi & accipiendi in hoc Sacramento, res Sacramentaliter unitas, panis qvidem corporis, vinum verò ſangvinis Dominici, vide Luc. 22, 19.

2. *Secundarium*, juxta qvod utraqve res terrena rem inviſibilem & cœleſtem qvam exhibet ſimul, oſtendit & deſignat.

Canon: Officium Symbolorum ſecundarium neqvaqvam tollit primarium.

Aſſertio III. *Duratio hujus officii Sacramentalis non momentanea, ſed ad totam Sacramentalem actionem determinata eſt.* Ideoqve excludit transſubſtantiationem, repoſitionem & abuſus ſimiles.

Canon: *Transſubſtantiatio* Elementorum panis & vini eſt figmentum Pontificium, Scripturæ planè ignotum & contrarium, qvia Sacramentalis κοινωνία datur inter res præſentes & diſtinctas, vid. 1. Cor. 10, 16. c. XI, 26. imò & commentum plane abſurdum eſt, qvia panis repoſitus conſumitur a vermibus, & vinum aceſcit atqve perit.

Poriſma:

Poriſma: Ergo abſurdum eſt, qværere, an converſio panis in corpus, & vini in ſangvinem fiat ſucceſſivè, an verò in inſtanti ad pronunciationem ultimæ ſyllabæ?

§. 12. Diſtincta rei terrenæ conſideratio *attendit terreſtrem 1. Eſcam, 2. Potum.*

Aſſertio I. Eſca terreſtris eſt panis, cujus tùm eſſentia, tùm accidentia ponderanda ſunt.

Nota 1. *Eſſentia panis Sacramentalis reqvirit ejus veritatem*, ut ſit ſecundum ſubſtantiam verus; è farina & aqva ſubacta piſtus. Sive panis alimentarius, cujus eſſentiæ nihil decedit, ſive ille ſit fermentatus, vel azymus, vel oblongus, vel orbicularis.

Ratio eſt, qvia verus panis eſt ſubſtantia confecta ex farina & aqva, ſic inter ſe commixtis, ùt, craſſiore humore per calorem externum abſumtô, conſiſtant, & manducari ac maſticari qveant. Qvæ veri panis reqviſita ex Plinio repetita ipſe Bucerus approbare cogitur.

Poriſma: Ergò Elementum Panis, ſalvâ hujus Sacramenti ſubſtantiâ, mutari neqvit.

Nota 2. *Accidentia panis Sacramentalis ſunt qvantitas, qvalitas, figura &c.*

Canon 1. Non in qvantitate, ſed in veritate panis Sacramenti perceptio conſiſtit.

Canon 2. Panis fermentati uſus neqvaqvam ſimpliciter eſt neceſſarius, ideoqve ἄζυμον ex libertate Chriſtiana adhibentes reſpicimus ad Chriſti exemplum, Eccleſiæ Latinæ conſvetudinem, & morale Apoſtolicum de azymis, 1. Cor. 5, 8.

Canon 3. Figura panis externa in libertate Eccleſiæ relinqvitur.

Poriſma 1. Ergò hoſtiæ orbiculares non ſunt nummulariæ, minutiæ & nebulæ, ſed verus panis, cui vera veri panis definitio verè competit.

Poriſma 2. Ergò hoſtiæ orbiculares ex libertate Chriſtiana rectè retinentur. vid. Meiſnerus de Adiaphoris.

Aſſertio II. *Potus terreſtris eſt vinum, cujus tàm eſſentia qvàm accidentia ponderanda ſunt.*

Nota 1. *Eſſentia vini* reqvirit ejus veritatem, ut ſit vinum verum naturale, qvod non arte factum, ſed naturaliter natum eſt de genimine

 vitis

vitis, Luc. 22, 18. ἐκ τοῦ γεννήματος τῆς ἀμπέλου, qvod præſcindendo à qvantitate & qvalitate verum eſt.

Canon: Vinum ſalvâ hujus Sacramenti ſubſtantiâ mutari neqvit.

Nota 2. *Accidentia vini* Sacramentalis ſunt qvalitas, color, miſtio &c.

Canon: Paulus mixtionem aqvæ cum vino nunqvam tradidit.

§. 13. Rei Cœleſtis conſideratio in Sacramento Cœnæ itidem conjuncta eſt, vel diſtincta.

Aſſertio I. *Conjuncta rei cœleſtis conſideratio attendit tàm corporis, qvàm ſangvinis Dominici 1. præſentiæ veritatem, 2. Diſtinctam exhibitionem.*

Nota 1. *Veritas præſentiæ* utriusqve rei cœleſtis patet ex inſtitutione. Ex qva tàm unionis, qvàm communicationis Sacramentalis infallibilitas certa eſt. Confer κοινωνίας NB. ſup. Art. 82. §. 11. Qvorſum facit 1. Verborum Chriſti perſpicuitas, 2. Teſtamenti dignitas, 3. temporis περιστάσεως, 4. perceptionis claritas, 5. manducationis indignorum veritas.

Canon 1. Præſentia Chriſti in hoc myſterio non eſt Phyſica, circumſcriptiva, localis aut humana, ſed divina & ratione modi Sacramentalis, vid. ſup. Art. 50.

Canon 2. Præſentia Chriſti Sacramentalis non eſt ſolùm ſpiritus & virtutis aut σχετικῇ ſigni ſub ſignato, per fidem, ſed realis. Qvod probatur 1. ex natura Sacramentorum N. T. ubi figuræ exulant, vid. ſup. Art. 86. 2. ex Inſtitutione Chriſti, 3. ex verbis Pauli, 4. ex unione & κοινωνίᾳ Sacramentali.

Canon 3. Præſentiam Chriſti Sacramentalem verbis claris & perſpicuis promiſſam nec corporis Chriſti, aut ipſius in cœlum aſcenſionis veritas, nec locorum diverſitas, nec ulla ab humanis ingeniis excogitata impoſſibilitas impedire poteſt. vid. ſup. Art. 50. & 68. & de corpore Chriſti glorificato Art. 67. Inprimis verò Manuale Art. 50. & Comm. in Form. Conc. Art. 7.

Nota 2. *Exhibitio rei cœleſtis in hoc Sacramento diſtincta datur* neqvaqvam ex communi rerum ſtatu phyſico, ſed unicè ex Teſtatoris voluntate, ordinatione & Sacramentali inſtitutione.

Canon: Concomitantia Sacramentalis, qvæ ſub qvalibet ſpecie

ſpecie in S. Cœna tantùm promittit, qvantum ſub utraqve accipitur, eſt figmentum Pontificium.

Aſſertio II. *Diſtincta rei cœleſtis conſideratio attendit Sacramenti hujus cœleſtem* 1. *cibum*, 2. *potum*.

Nota 1. *Cibus cœleſtis* eſt verum & ſubſtantiale Chriſti corpus cum pane benedicto Sacramentaliter unitum, adeoqve nec alienum, nec typicum, nec corporis abſentis ſignum, Matth. 26,26. Mar. 14,22. Luc. 22, 20. 1. Cor. XI, 24. ſed cum Symbolo unitum & à Teſtatore promiſſum Sacramentale bonum.

Nota 2. *Potus cœleſtis* eſt verus & ſubſtantialis Chriſti ſangvis, qvo novum N. T. fœdus de remiſſione peccatorum confirmatur cum vino benedicto Sacramentaliter unitus, Matth. 26,28. Mar. 14,24.

Canon: Qvicqvid Chriſtus in S. Cœna promiſit, illud ipſum communicantibus verè exhibet.

§. 1[illegible] Forma hujus Sacramenti δόσιν & λῆψιν reſpicit in actione externa integra, *qva juxta* normam *verborum inſtitutionis, circa rem terrenam & cœleſtem Sacramentaliter unitam occupata eſt, qva eſt panis & vini benedicti atqve diſtributi, participatione factâ, corporis & ſangvinis Dominici communicatio. Ubi concurrunt actus formales diſtincti in una totali actione indiſtractè ſe invicem conſeqventes, videlicet* 1. *Conſecratio*, 2. *diſtributio*, 3. *Communicatio ſeu participatio & acceptio, ejusqve conſeqvens manducatio & bibitio Sacramentalis* 1. *Cor.* 10,16.

Poriſma: Ergò forma Cœnæ Domin. non eſt 1. nuda ſignificatio, 2. nec transſubſtantiatio aut aſſervatio. 3. nec incruenta oblatio Miſſatica, vid. Art. ſeq. 89. 4. nec circumgeſtatio, &c.

Aſſertio I. *Conſecratio ſive* εὐλογία *miniſtri eſt ſymbolorum à communi uſu ſeparatorum, & ad uſum Sacramentalem deſtinatorum, vi primævæ inſtitutionis per ſolennem verborum Chriſti repetitionem in ſtatum ab ipſo Teſtatore ordinatum translatio.*

Ratio eſt, qvia hæc conſecratio non eſt Papiſtica aut Magica, ſed Sacramentalis, qvâ verbis inſtitutionis tribuitur autoritas transferendi elementa ab uſu terreno ad eum, qvem in prima Salvatoris inſtitutione acceperunt.

 Canon:

Canon : Res externæ Sacramenti,panis & vinum, à vulgari uſu per conſecrationem omninò ſecernendæ ſunt precibus, & ſolenni verborum inſtitutionis repetitione.

Poriſma 1. Ergò Conſecratio non adhibetur propter transſubſtantionemPontificiam; ſed ſolùm propterChriſti voluntatem in Cœnæ inſtitutione patefactam, ideò, ut in ipſo actu Sacramentalis perceptionis panis & corpus CHRISTI, vigore inſtitutionis, ſimul accipiantur.

Poriſma 2. Ergò de conſecrationis efficacia ratione momenti aut ſyllabarum diſputare, ſtolidum & abſurdum eſt.

Aſſertio II. *Diſtributio reſpicit rei terrenæ & cœleſtis per conſecrationem Sacramentaliter unitæ porrectionem.*

Canon 1. In Cœna Dominica porriguntur ſymbola non nuda, ſed rebus cœleſtibus unita, ex Chriſti præcepto: Hoc facite.

Ratio eſt, qvia panis & vinum ſunt media, per qvæ corpus & ſangvis Domini exhibetur.

Canon 2. Diſtributio actus miniſteriales, fractionem, infuſionem &c. præſupponit.

Poriſma: Ergò fractio panis non eſt ſimpliciter neceſſaria, qvia non ad Sacramenti eſſentiam, ſed ſolùm ad Symbolorum præparationem pertinet.

Aſſertio III. *Communicatio ſive acceptio rei terrenæ & cœleſtis non gemina, ſed una eſt.*

§. 15. Conſeqvens acceptionis Sacramentalis eſt Sacramentalis 1, manducatio, 2. bibitio.

Nota 1. Ex Sacramentali unione oritur Sacramentalis unitorum *participatio*, & rerum cœleſtium cum terrenis manducatio & bibitio Sacramentalis una, vera, propria & realis.

Nota 2. *Manducatio & bibitio vera* & propria eſt aſſumtio rei eſculentæ & potulentæ per os, in corpus, ad reficiendas vires tàm naturales, qvàm ſpirituales.

Nota 3. *Manducatio & bibitio Sacramentalis eſt*, qvâ ore corporeò in ordine Sacramentali conſtituto, unò eòdemqve actu indiviſo, totum complexum Sacramentale, ex re terrena & cœleſti Sacramentaliter unita conſtans, & qvidem corpus mediante pane, & ſangvis mediante

ante vinô benedictô, (à dignis & indignis) percipitur, ad refectionem Sacramentalem intentioni Teſtatoris congruam.

Aſſertio I. Manducatio Sacramentalis eſt ſingulariſſima. Cujus notanda eſt 1. Diſtinctio à ſpirituali, 2. modus, 3. organum, 4. objectum, 5. conſeqvens & fructus, 6. oppoſitum.

Nota 1. *Manducatio Sacramentalis eſt ſingulariſſima.*

Ratio eſt, qvia 1. nec ſpiritualis eſt, nec naturalis, neqve allegorica.

2. qvia *Sacramentalis manducatio una eſt*, qvâ unà cum pane corpus Chriſti ſumitur, cum pane Sacramentaliter unitum.

3. qvia *ſpiritualis manducatio ſit fide*, & neqve ſymbolorum, neqve corporis Chriſti eſt comeſtio, ſed beneficiorum Chriſti fruitio, vid. Joh. 6,53. Qvæ ipſa manducatio ſpiritualis eſt tantum fidelium: & pertinet non ad Sacramenti ſubſtantiam, ſed ad Sacramenti fructum.

Nota 2. *Modus manducationis Sacramentalis eſt ſingulariſſimus.*

Poriſma: Ergò Manducatio Sacramentalis non eſt Capernaïtica, aut Phyſica, etiamſi ſit propria & oralis. Modus enim ejus eſt imperſcrutabilis.

Nota 3. *Organum Manducationis Sacramentalis eſt os corporis.*

Obſervatio: Res cœleſtis non aliud manducationis organum, ſed modum, ſcil. non phyſicum, ſed myſticum nobis planè incognitum reqvirit, qvi neqvaqvam ex ratione inveſtigandus, vid. Eph. 3,20. ſed ex verbis inſtitutionis unicè qværendus eſt.

Nota 4. *Objectum manducationis Sacramentalis non eſt res terrena aut cœleſtis ſeparata, ſed utraqve, videlicet panis & corpus Chriſti, Sacramentaliter unita.*

Poriſma: Ergò horrendum fraternitatis oblatæ indicium eſt, qvod Alſtedius in Compendio Theolog. A. 1624. Hanoviæ edito p. 383. habet: *Damnamus Lutheranos* conſubſtantiatores, qvi 1. vocant Sacramentum altaris, 2. adhibent hoſtias, 3. fractionem omittunt, 4. fidem negant eſſe de eſſentia Sacramenti, 5. corpus Chriſti corporaliter præſens à qvovis communicante manducari docent. Non enim ſunt conſubſtantiatores, qvi docent præſens eſſe corpus & cum ſymbolis unitum, qvod Chriſtus promiſit. Neqve vox altaris, aut hoſtia adhibita, aut fractio omiſſa, aut fides ab eſſentia Sacramenti diſtincta,

cta, ſunt cauſa *damnationis* hujus doctrinæ ſufficiens. Neqve præſentia Sacramentalis eſt corporalis, NB. §.14. & 15.

Nota 5. *Conſeqvens & fructus manducationis Sacramentalis eſt*, qvi non ad ſalutarem uſum, ſed ad integritatem actus Sacramentalis pertinet.

Poriſma: Ergò Manducatio Sacramentalis in ſe nihil prodeſt ad ſalutem, niſi etiam accedat ſpiritualis. Etſi enim corpus Chriſti in ſe ſemper vivificum ſit & efficax, efficaciâ tamen ſuâ, prout vult, utitur. vid. ſupra Art. 49.

Nota 6. *Oppoſitum Manducationis Sacramentalis eſt* Papiſtica panis conſecrati Sacramentalis 1. Repoſitio, 2. Circumgeſtatio, 3. adoratio ad panem directa. Confer Art. 89.

Aſſertio II. *Bibitio Sacramentalis eſt ſingulariſſima*, qvæ eſt *alterum conſeqvens acceptionis Sacramentalis*, qvâ unà cum vino benedicto ſangvis Chriſti Sacramentaliter accipitur. Cujus 1. Diſtinctio à ſpirituali bibitione, 2. Modus, 3. organum corporis, 4. objectum res terrena & cœleſtis, vinum & ſangvis CHRISTI Sacramentaliter unita, 5. fructus &c. patet ex præcedente conſideratione manducationis Sacramentalis aſſertione 1.

Canon: Bibitio Sacramentalis non eſt indifferens & libera, ſed ex inſtitutione Chriſti omnibus communicantibus neceſſaria, & non minùs, qvàm comeſtio Sacramentalis mandata, vide Matth. 6, 27. 1. Cor. XI, 24.

Poriſma 1. Ergò Communio ſub una eſt figmentum Pontificium & grande ſacrilegium.

Poriſma 2. Ergò Communio ſub una Paulo fuit ignota, & inſtitutioni CHRISTI eſt contraria. Cujus probatio tàm ex traditione, qvàm ex concomitantiæ vel naturalis vel Sacramentalis figmento eſt vaniſſima.

§. 16. Finis Cœnæ Dominicæ generalis, *cum reliqvis Sacramentis communis, ultimus eſt DEI gloria, ejusqve bonitatis & ſapientiæ celebratio: proximus eſt hominum ſalus.* Specialis *verò* datur diſtinctiſſimus. *Alius enim refertur ad Chriſtum, alius ad communicantes, alius verò ad proximum.*

Aſſer-

Digitized by Google

Aſſertio I. *Finis ad Chriſtum relatus geminus eſt*, videlicet 1. *ἀνάμνησις ſive recordatio Theoretico-Practica*, qvâ fides, ſpes & charitas roboratur, & Chriſtus non ſolùm ut donum fide recipiendum, ſed etiam ut exemplum imitatione exprimendum conſideratur; 2. commemoratio & mortis annunciatio, 1. Cor. XI, 26.

Aſſertio II. *Finis, qvi ad communicantes refertur, varius eſt.* Ubi eminet

1. Supernaturalis nutritio, augmentatio & vivificatio.
2. Fœderis cum Deo per veram pœnitentiam renovati & promiſſionis Evangelicæ de remiſſione peccatorum obſignatio, vid. ſupra Art. 77. & 87. & continuatio, dum ipſa peccatorum remiſſio, in ſangvine Chriſti effuſo & hauſto fundata, nobis applicatur.
3. Fidei confirmatio. vid. Art. 93.
4. Tentationum ſuperatio. vid. Art. 109.
5. Continuatio & confirmatio præſentiæ *θεανθρώπου* gratioſæ & unionis cum Chriſto, vid. ſupra Artic. 50. & inf. Art. 96. imò & arctior credentis unio cum capite myſtico.
6. Ad publicam veritatis confeſſionem obligatio.

Aſſertio III. *Finis ad proximum pertinens potiſſimus eſt* 1. à paganis ſeparatio. 2. charitatis teſtificatio. 3. pietatis imitatio.

§. 17. Fructus Cœnæ Dominicæ eſt tùm primarius *beneficiorum Chriſti participatio, cum ſingulari exultatione & ſpirituali lætitiâ, confer Pſal. 23.* tùm ſecundarius, *qvi eſt conjunctio in uno corpore myſtico Eccleſiæ, conjunctio animorum fraterna, fuga operum tenebrarum & Chriſti imitatio.* Ex qvibus patet, qvòd fructus hujus Sacramenti ſit manducatio ſpiritualis, (*qvæ omninò à Sacramentali diſtincta eſt. vid. Johan. 6. & Comm. in Formul. Concord. Artic. 7.*) *Cujus medium eſt fides, Subjectum credens, objectum Chriſtus, Forma receptio, Finis proximus unio cum Chriſto, Ultimus vitæ poſſeſſio.*

Poriſma: Ob fines & fructus nobiliſſimos SS. Domini Cœnâ qvàm ſæpiſſimè utendum eſt, imprimis cùm mandatum inſuper accedat & neceſſitas.

§. 18. Adjuncta Cœnæ Dominicæ reſpiciunt tùm

Digitized by Google

actus ſolenniſſimi neceſſitatem : tùm loci & temporis libertatem : tùm probationis antecedentis veritatem.

Aſſertio I. *Actus dignæ communionis omninò eſt neceſſarius*, ex neceſſitate tum mandati. Hoc facite, Matt. 26. tùm medii ordinarii, ad obſignandam remiſſionem peccatorum, loco dicto.

Aſſertio II. *Tempus Cœnæ Dominicæ diſtinctum eſt.* videlicet

I. *Tempus Inſtitutionis*, qvod eſt nox, ante Salvatoris traditionem, Matth. 26.

II. *Tempus uſurpationis, qvod in genere eſt adiaphorum, in ſpecie verò ratione iterationis freqventiſſimæ certum* ex 1. Cor. XI, 25. *& neceſſarium*, ratione præcepti, indigentiæ & finis. Cui repugnat omiſſio, contemptus & temeraria dilatio atqve abuſus. *Specialiſſimè* verò tempus ratione jejunii antecedentis accuratè diſcernendum eſt pro communicantium qvalitate, qvia conſvetudo Eccleſiæ legem neceſſitatis facere neqvit, qvam non præceptum Domini, ſed probabilis ratio introduxit.

Poriſma : Ergò ægroti & prægnantes ad jejunium ante communionem, in caſu neceſſitatis, non ſunt ſimpliciter obligandi.

III. *Tempus durationis Cœnæ Dominicæ* continuum eſt, uſqve ad Chriſti adventum, 1. Cor. XI.

Aſſertio III. *Locus, ubi ordinariè celebranda eſt Cœna Dominica, eſt publicus, & menſa*, cui non obſtat, num fuerit altare Papiſticum, vel ſecus, neqve enim locus qvicqvam facit ad Sacramenti ſubſtantiam. vid. Meiſnerus de Adiaphoris, & de aliis Ceremoniis in hac ſolennitate uſitatis intra artic. 102. v.g. de veſtibus ſacris, de candelis &c.

Obſervatio : Cœna Dominica ſolenniter celebranda eſt in conventibus publicis. Si tamen poſtulat neceſſitas, non deneganda eſt privata communio ægrotis. Conf. Matt. 18, 20. Act. 2, 46.

Aſſertio IV. *Probatio communicantium reqviritur rigoroſa, plenaria, veriſſima atqve exactiſſima.* NB. ſup. §. 6. Nam probatio hæc tam antecedens, qvam concomitans reſpicit

1. Scrutinium cordis & examen conſcientiæ, qvoad contritionis, fidei & boni propoſiti veritatem, vid. 1. Cor. XI, 26.

2. Judicium de hoc Sacramento, & corporis Chriſti dijudicationem, qvæ omnes impuras & Capernaiticas cogitationes excludit. Qvæ pro-

probatio uti ſummè eſt neceſſaria, ita & omninò ſeria eſſe debet, ut illa ſimul ſit communicanti utiliſſima, qvæ indignam cœnæ participationem excludit, & ex digna ejusdem uſurpatione conſcientiam conſtantiſſimè erigit. Confer infra Articulum 95. de Pœnitentia, & ſcrutinii hujus adminicula ex accurata tàm peccati & peccatorum pœnæ, qvàm rigoris Moſaici conſideratione, de qva agit Articulus 33. 34. 36. & 72. nec non Theol. Moralis ex Decalogo & tabula Oeconomica.

§. 19. *Reliqva huc ſpectantia, cum uſu ampliſſimo offert inſignis B. Höpfneri tractatus de Cœna, & Manuale Artic. 88. vid. Commentar. in Formul. Concord. Art. 7. NB.*

Articulus LXXXIX.
De Miſſa Pontificia.

CHRISTUS ſemel ſeipſum obtulit, Hebr. 7. NB. ſupra Articul. 74. initium.

§. 1.

QVia Sacramentum Cœnæ Dominicæ Pontificii mutare conantur in ſacrificium Miſſaticum, *ideò divina veritas huic figmento cautè opponenda eſt. Confer Lutherum T. 2. Jen. Germ. f. 503. Chemnicii Examen, & Gerhardi Confeſſionem Catholicam. Et de voce ac reipſa Carpzovii Iſagogen in libros ſymbolicos NB.*

§. 2. Miſſam vocant Pontificii expiatorium ſacrificium, *in qvo corpus & ſangvis Domini ex conſecrato pane & vino, vi qvinqve verborum inſtitutionis transſubſtantiatum offertur à ſacrificulo DEO, pro peccatis viventium ac mortuorum, pro pœnis ac ſatisfactionibus, aliisqve neceſſitatibus. vide Concil. Trid. Seſſ. 22. canone 1. qvi ita habet: Si qvis dixerit; in Miſſa offerri DEO verum & proprium ſacrificium, aut qvòd offerri non ſit aliud, qvàm nobis Chriſtum ad manducandum dari, anathema ſit. Et can. 2. aſſerit;*

Digitized by Google

Chriſtum inſtituiſſe Apoſtolos Sacerdotes; Et can.3. addit, eſſe ſacrificium propitiatorium, pro vivis & defunctis, pro peccatis, pœnis, ſatisfactionibus & aliis neceſſitatibus. Et can. 5. annectitur finis in honorem ſanctorum, & pro illorum interceſſione apud DEUM obtinenda.

Obſervatio: De Miſſæ ſacrificio, prout nunc invaluit in Papatu, per 300. annos poſt Chriſtum natum nihil conſtitiſſe orthodoxæ Eccleſiæ, certum eſt. Confer Chemnicii Examen NB.

§. 3. Fundamenta *hoc figmentum evertentia ſuppeditat*

I. *Cœna Dominica inſtitutio*, qvam non ſacrificium, ſed Sacramentum Salvator eſſe voluit, ex præced. Art. 88. ubi nec ſeipſum immolavit, nec per alios impoſterum immolari voluit.

II. *Sacerdotalis Chriſti oblationis unica perfectio & iterationis excluſio*, ex Art.55. & Hebr. 7,27. c.9,12.

III. *Sacerdotii propriè dicti in N.T. abrogatio*, de qva ſup. Art.74. dictum eſt. Huc facit &

Canon 1. Chriſtus Jeſus unicus & ſolus N.T. ſacerdos propriè ſic dictus, neqve collegas, ſucceſſores aut vicarios, neqve ullum aliud ſive cruentum ſive incruentum ſacrificium admittit. Qvod probatur inprimis ex defectu hoſtiæ, qvæ deſtrui debet in vero ſacrificio, ut planè deſinat eſſe id, qvod erat, qvod Bellarminus negare neqvit.

Canon 2. Effectus ſacrificii CHRISTI ſemel conſummati indeſinens atqve perpetuus aliud ſacrificium propitiatorium ſimpliciter excludit.

Canon 3. Sacrificium Chriſti ſemel in ara crucis perfectiſſimè oblatum, & hoc ipſo omnibus Leviticis ſæpius iteratis oppoſitum, nunqvam iterari poteſt.

Canon 4. Chriſtus Sacerdos ſanctiſſimus, qvi ſolus ſimul hoſtia eſt, à nullo peccatore Deo offerri poteſt.

IV. *Scriptura S. perpetuum ſilentium.*

Poriſma: Fruſtrà itaqve urgetur I. *Melchiſedeci* typus; confer Gerhardi Comm. in Gen. 14, 18. & ſupra Artic.54. Nam is nihil omninò probat. יציאה n. notat egreſſum & הוציא producere, herfürbringen/ (v.g. virginitatem, Devt. 22,15. & educere animalia ex arca Noæ, Gen. 8,

Gen. 8,17.) nunqvam verò ſacrificare. Qvin potiùs hic unici & ſummi Sacerdotis typus ſimul 1. Miſſam, 2. Transſubſtantiationem, 3. & ipſorum ſacrificulorum officium evertit. Qvorſum & ſpectat

Canon: Ex typis & figuris V. T. nullum dogma vel articulus fidei probatur, niſi illi typi ab ipſis Apoſtolis claris perſpicuisq; verbis fuerint explicati. Qvâ de re agit Theologia Exegetica.

II. *Fruſtrà urgetur Malachiæ locus* ex cap. 1. qvi non de Miſſatica oblatione, ſed de Evangelii prædicatione agit. Confer Tarnovium h. l. Qvorſum & facit

Canon: Explicatio Apoſtolica vaticiniorum Propheticorum eſt Catholica.

III. *Fruſtrà eluditur Pauli locus*, 1. Cor. XI, 19. qvi Miſſis privatis ſimpliciter eſt contrarius. Confer Balduini Comm. h. l.

Concluſio 1. Ergò cultus Miſſaticus & ipſe idololatricus eſt, & cultores ſuos idololatras reddit, qvalicunqve affectu aut intentione hoc ab ipſis fiat. Confer. Theol. Moralem de Idololatria.

Concluſio 2. Ergò nemo orthodoxorum idololatricum Miſſæ ſacrificium præſens approbare, adeoq; non ſine graviſſimo piorum ſcandalo, cum adverſariis colludere poteſt.

§. 4. *Reliqva huc ſpectantia affert Manuale Artic. 89. nec non autores citati ſupra §. 1.*

ARTICULUS XC.

De Actionibus divinis ſalutem attinentibus, earumqve diſtinctione, nec non de Gratia ſalutifera.

Gratia eſtis ſalvati, per fidem, Eph. 2, 8. & gratia DEI non fuit inanis, 1. Cor. 15, 10. vid. ſup. Art. 10. Tit. 23. p. 308. NB.

§. 1.

POſt explicata reſtaurationis humanæ media reſtant DEI, gratiam & ſalutem per illa offerentis & conferentis, actiones,

nes, *qvæ certos ſimul & diſtinctos gratuitæ oblationis & collationis gradus ex gratioſo gratiæ affectu profectos oſtendunt.* **vide Artic. 10.** *Tit. 23. p. 308. Conf. ſup. Art. 70.*

Nota: *Ad gratiam divinam ſpectant diſtincti gradus*, qvorum 1. eſt naturalis incapacitatis ablatio in converſione, 2. repugnantiæ inhibitio, 3. cordis percuſſio, 4. novarum virium collatio tám intellectus, qvàm voluntatis, 5. fidei ſalvificæ donatio, 6. in ſtatum gratiæ translatio, qvæ eſt ereptio ex tenebris, ſive malo culpæ & pœnæ, dum per redemtionem in Chriſto factam peccatum remittitur & maledicto aufertur. Unde ſeqvitur juſtificatio, regeneratio, vivificatio & renovatio, 7. gratiæ certificatio & obſignatio, 8. gratiæ continuatio & conſervatio. vid. Art. 109. & amiſſæ reſtauratio, 9. in gloriam translatio. De qvibus omnibus agunt ſeqventes Articuli, uſqve ad Articulum 142. & B. Lyſerus, in cujus accuratiſſimo Summario hæc ſingula ſingulari diligentiâ explicata ſunt.

Canon 1. Gratia omninò eſt certiſſima.

Ratio eſt, qvia omnibus meritis humanis eſt oppoſita, Rom. 4. contra Concil. Trid. NB vid. Art. 93. §. 5. & §. 11. & Art. 94. §. 8.

Canon 2. Nemini niſi per fidem in Chriſtum, infantibus in baptiſmo, adultis verò in verbo oblatam & collatam, gratia & ſalus ordinariè confertur in N. T. vid. inf. Art. 93. & ſup. Art. 87. 70. ſeq.

Nota 1. *In oblatione ſalutis* attendenda eſt

1. Cauſa principalis, Dei gratia, Tit. 2.

2. Miniſterialis tum perſonalis, verbi miniſter, de qvo Artic. 118. ſeqq. tum realis, verbum audibile, Art. 71. ſeq. & viſibile, Sacramenta, artic. 82. ſeq. Conf. inf. art. 124. de verbi efficacia.

Canon 1. *Principia ſalutis* noſtræ, qvatenus illa in actuali oblatione nobis fit applicabilis, *ſunt actus gratiæ divinæ*, qvæ circa ſalutis noſtræ procurationem occupata eſt. Qvam nobis oſtendit 1. paterna voluntas omnes ſalvandi, Art. 38. 2. fraterna Chriſti redemtio, 3. gratioſa Spir. S. applicatio, Art. 7. §. 1.

Canon 2. *Gratia divina neqvaqvam eſt ſubdola*, aut cum voluntate contradictoria oblata. vide contra Piſcatorem Art. 5. §. 13. NB. p. 218. & infra Art 91. §. 9.

Nota 2. *In applicatione ſalutis* conſpicitur gratiæ donatio, ejusq́; agendi modus & in certis gradibus operatio.

Nota

Digitized by Google

Nota 3. In univerſo hoc negotio, videlicet ſalutis oblatione & applicatione, eminent imprimis diſtinctæ actiones divinæ meræ gratuitæ, qvarum eſt

1. *Vocatio*, de qva Art. 91.

2. *Converſio*, ſive regeneratio, de qva Art. 92. Cujus continuationem monſtrat pœnitentia divinitus excitata, Art 95.

3. *Juſtificatio*, de qva Art. 94. *& ſanctificatio* Art 97. Confer de Conſervatione & Perſeverantia Art. 109.

Nota 4. Omnis actio ſalutifera gratiam divinam, velut fontem inexhauſtum & abyſſum imperſcrutabilem, præſupponit.

Nota 5. Gratia Dei vel notat attributum Dei eſſentiale, de qvo dictum eſt ſupra, Art. 10. Tit. 23. NB. qvod intellectus humanus concipit ſuô modô, velut affectum: hóc verò locô gratia denotat ipſum actum, ſive effectum & gratiam nobis 1. in vocatione, 2. regeneratione, 3. juſtificatione, 4. ſanctificatione exhibitam, qvæ uſqve ad ultimum vitæ terminum ſe extendit. NB. vid. infra §. 2. aſſert. 3.

Nota 6. Gratia h. l. conſideratur non ſpecialis ratione donorum ſingularium in certo aliqvo officio, 1. Cor. 7, 7. ſed communis & univerſalis, non ratione acqviſitionis per Chriſtum, Johan. 3, 16. de qva ſupra Art. 55. ſed ratione oblationis in vocatione, Eſa. 55, 1. & reſpectu applicationis in converſione, Jer. 31, 18. qvam ſeqvitur tùm juſtificatio, tum ſanctificatio.

Poriſma: Ergò Gratia Dei hoc loco 1. non reſpicit dona gratuita interna, 2. nec noſtra merita (ſive congrui, ante juſtificationem, ſive condigni, poſt juſtificationem fingantur, ad ſalutem neceſſaria,) 3. ſed attendit Chriſti meritum, nobis per fidem appropriandum, Artic. 93. & 94. Nam ſatisfactio Chriſti perfectiſſima ſub conditione applicationis noſtra fit, Art. 70. qvæ tamen conditio neqvaqvam noſtra, ſed divina gratis donata eſt. vid. Art. 10. Tit. 32. §. 1. & p. 285. NB. & ſupra Art. 70. §. 2. NB. Qvamobrem & gratia tàm gratis data, qvam gratia gratum faciens, nullum in peccatore ponit meritum. Qvia utraqve eſt donum merè gratuitum, nec ulla datur in converſione ordinariè extra verbum, Art. 91. Imò univerſa gratia libero arbitrio directè oppoſita eſt, vid. Art. 30.

§. 2. Gradus gratiæ divinæ *& diſpenſationis gratuitæ* dantur

dantur diſtincti. *Unde communiter appellatur Gratia 1. præveniens, 2. operans, 3. perficiens, vid. 1. Cor. 1, 4.*

Aſſertio I. *Gratia præveniens* omnem convertendi idoneitatem, *& omne meritum humanum atqve univerſam peccatoris diſpoſitionem ad converſionem ſimpliciter excludit.* vid. inf. Art. 92. §. 7. NB.

Nota 1. Deus homines gratiâ ſuâ prævenit, dum objectum ſalvificum irregenitis per verbum offert, ſimulqve incapacitatem omnibus connatam aufert, & facultatem audiendi concedit. Confer Marc. 4, 27. Confer de ſalutari apprehenſione terminorum ſimplicium ſupra Art. 30. §. 6. Canon 3. NB.

Nota 2. Deus gratiâ ſuâ prævenit hominem convertendum, dum ex nolente volentem facit.

Nota 3. Gratia præveniens non immeritò vocari poteſt incipiens, qvia inidoneitatem connatam per objecti ſalvifici oblationem in verbo, tanqvam medio divinitùs ordinato, tollit, ſimulqve univerſum congrui & præventionis meritum ſimpliciter excludit.

Nota 4. Gratiam incipientem ſeqvitur gratia *præparans*, qvæ mediante verbo tàm naturalem, qvàm actualem repugnantiam ſimplicem inhibet, ne in affectatam & moroſam degeneret. vid. Art. 92. §. 7.

Aſſertio II. Gratia operans & cooperans Deo omnia, homini verò nihil tribuit.

Nota 1. *Gratia operans* dicitur, qvæ converſionem inchoatam promovet, cum Deus operatur in nobis ſine nobis illuminationem mentis & converſionem voluntatis, vid. Ezech. 36, 25. Unde ad hanc gratiam à nonnullis refertur 1. *productio ſucceſſiva* notitiæ credendorum externa & literalis, 2. *operatio* aſſenſus hiſtorici, 3. *collatio* virium ſupernaturalium 1. agnoſcendi peccatum ex lege. 2. aſſentiendi verbo Evangelii, 3. credendi in Chriſtum, per verbum, qvod eſt potentia DEI ad ſalutem omni credenti, Rom. 1, 16. Qvâ de re agit Articul 92. §. 7. Confer Artic. 30.

Nota 2. Ad Gratiam operantem ſpectat etiam gratia excitans, impellens, movens & trahens, ſive *Tractus divinus*, Johan 6, 44. *& Pulſus*, Apoc. 3, 20. *atqve excitatio*, qvâ Spiritus S. mediante verbô movet cor & inſtigat 1. intellectum ad aſſenſum. 2. voluntatem ad apprehendendum. 3, appetitum ſenſitivum ad pœnitendum, ut tandem ſeqvatur converſionis propoſitum, Act. 2, 37.

Nota 3.

Digitized by Google

Nota 3. *Gratia operans* ab Auguſtino vocatur præveniens & excitans; *cooperans* verò ſubſeqvens & adjuvans, vid. 1. Cor. 15, 10.

Aſſertio III. *Gratia perficiens univerſum converſionis atqve ſalutis noſtræ negotium Deo unicè aſſignat.* Spectatur enim

1. *præcisè* in actu converſionis, dum Spiritus S. mediante verbô operatur 1. peccati agnitionem, 2. cordis compunctionem, 3. Chriſti ſalvificam apprehenſionem.

2. *Conſeqventer & completè.* Qvô reſpectu tàm gratia adjuvans, qvàm perficiens ad univerſam Chriſtiani vitam extenditur, ita ut Spiritus S. non ſolùm operetur in credentibus fidei fructus, bona opera, ſed etiam ipſam perſeverantiam & ſalutis complementum. vid. Art. 109.

§. 3. Operatio gratiæ divinæ & gratioſa & planè gratuita eſt.

Nota: Operatio Gratiæ non immediata eſt, ſed fit mediante verbi & Sacramentorum miniſterio. vid. inf. Art. 124. adeoqve non per Phyſicam neceſſitatem, nec per moralem ſvaſionem, ſed per exhortationem cum divina virtute vires recipiendi & perficiendi offerente, & niſi impediatur, conferente. vid. Art. 91. Conf. 2. Cor. 5, 20.

Poriſma: Ergò efficaciam gratiæ eventus impeditus neqvaqvam tollit, vid. Art. 91. & 92.

§. 4. Applicatio gratiæ disjuncta & ſucceſſiva eſt. *Conſpicitur enim 1. in prima gratiæ donatione, vid. inf. Artic. 109. & 97. 2. in ejuſdem continuatione uſqve ad conſummationem & translationem ex ſtatu gratiæ in ſtatum gloriæ, de qva agitur Artic. 131. & ſupra §. 1.*

Nota 1. *Prima gratiæ donatio neminem* abſolutè *excludit*, 1. Tim. 2, 4. qvia Deus vult omnes ſalvos fieri. NB. ſup. p. 282. & non modò infantib9 per baptiſmum, ſup. Art. 87. verùm etiam adultis conceditur per vocationem & converſionem, de qva Art. 91. & 92.

Nota 2. Gratia Spir. S. per ſe ſemper ad converſionem efficax eſt, vid. Ezech. 33, 11. 15. non efficaciâ humanâ, naturali, ſed divinâ & ſupernaturali, Epheſ. 1, 19. neqvaqvam tamen ſimpliciter irreſiſtibili. (Nam de Judæis dicit Stephanus Act. 7, 51: Vos ſemper Spiritui S. reſiſtitis. Cui verò reſiſtitur, illud non eſt irreſiſtibile. vid. ſup. 287. Et ipſe Salvator

ait : Volui, vos noluiſtis, Matt. 23, 37. Confer Matt. XI, 22. & Eſa. 5, 5. c. 65, 2. Ezech. 12, 2.) Neqve enim Deus hîc agit per abſolutam ſuam potentiam, Rom. 9, 19. ſed certo ordine, & pro liberrimo beneplacito, non cogendo, ſed trahendo, Joh. 6. vid. ſup. p. 287. & Art. 10. Tit. 38. & per media ordinaria vocando & convertendo, Art. 92.

§. 5. Subtractio & denegatio gratiæ divinæ nunqvam abſoluta eſt, ſed ex juſto Dei judicio propter antecedentia peccata oritur. *Non enim deſerit Deus hominem, niſi ab ipſo deſeratur. vid. Art. 26. 112. & 109.*

Canon : Solum peccandi propoſitum atqve peccatum proæreticum DEI gratiam, fidem & Spiritum Sanctum excludit. Confer Articulum 36.

§. 6. *Reliqva huc ſpectantia offert Manuale Artic. 90. Inprimis verò Hulſemanni Tractatus de Gratia indebita.*

ARTICULUS XCI.
De Vocatione.

Ite in mundum univerſum, & prædicate Evangelium omni creaturæ, Marc. 16, 15. πάσῃ τῇ κτίσει, c. 13, 19. ſcilicet excellentiſſimæ per Chriſtum reſtaurandæ. Nam propter hominem omnia creata ſunt, Artic. 22. qvi ſolus eſt creatura viſibilis κατ᾽ ἐξοχὴν & rationalis, & ſolus poteſt 1. credere, 2. baptizari, 3. ſalvari, v. 16. Unde Matth. 28, 19. πάντα τὰ ἔθνη, omnes gentes, ſine ulla exceptione ſunt objectum doctrinæ Chriſti (μαθητεύσατε) ut informati fiant Chriſti diſcipuli. Et ſcopus paſſionis ac reſurrectionis Chriſti dicitur prædicatio pœnitentiæ & remiſſionis peccatorum, in Nomine ejus, εἰς πάντα τὰ ἔθνη, in omnes gentes, Luc. 24, 47. ut omnes ubiqve reſipiſcant. πανταχοῦ, Act. 17, 30.

§. 1.

VOcatio eſt actio divina, *per qvam DEUS gratiam Spiritus Sancti in verbo hominibus offert, vide 1. Cor. 1, 9. 1. Petr. 2, 9. & 2. Tim. 1, 9. de vocatione ſancta univerſali Pſ. 117.*

Nota

Nota 1. *Vocatio* eſt qvaſi ad certum terminum advocatio, cum relatione ad terminum à qvo.

Nota 2. *Vocatio* accipitur vel *latiſſimè & impropriè*, pro qvavis excitatione divinitùs factâ, ſic etiam notitiis naturalibus ſuô modô tribuitur, per qvas homo non eſt planè inconvertibilis, ut Diabolus, qvæ tamen ad ſalutem nihil faciunt. vid. ſup. Artic. 7. & Actor. 17, 24. Rom. 2, 4. qvorſum etiam ſpectat invitatio hominum per famam de cœtu, in qvo dicitur agnoſci & coli verus Deus. vid. 1. Reg. 8, 41. c. 10, 1. 2. Reg. 5, 2. 3. 1. Theſſ. 1, 8. Rom. 1, 8. Vel *propriè*, pro vocatione gratioſa ad Eccleſiam h. l. à qva incipit converſio & regeneratio.

Nota 3. *Vocati* dicuntur etiam

1. non obtemperantes, κεκλημένοι.
2. venientes, κλητοὶ, licet id fiat animo hypocritico.
3. vocationi parentes, licet πρόσκαιροι.
4. in vocatione perſeverantes, ſive electi, κλητοὶ κατὰ πρόθεσιν, Rom. 8.

Canon 1. *Propoſitum* Dei vocantis conſideratur vel reſpectu Dei, vel reſpectu hominum, vocationem Dei vel amplectentium, vel negligentium. vid. ſup. Art. 10. Tit. 17. de Conſilio & Decretis divinis NB. & Articul. 110.

Canon 2. *Vocatio non-electorum* non eſt fortuita, vel caſu facta, ſed certô Dei conſiliô & deſtinatô propoſitô, licèt finem hujus propoſiti non aſſeqvatur. Confer Prov. 1, 10. Unde non-electi vocati dicuntur non ἄνευ προθέσεως, nec κατὰ πρόθεσιν, ſed παρὰ πρόθεσιν reſpectu eventus vocationis.

Nota 4. *Vocatio* dicitur etiam adductio ad Eccleſiam, aſſumtio in ſocietatem filiorum Dei, vocatio ad regnum Dei, & tractus Patris gratioſus, Joh. 6, 44.

Nota 5. *Vocatio* h. l. non attenditur *extraordinaria*. Cujus exemplum oſtendit Abraham, Gen. 12, 1. & Magi, Matt. 2, 1. Latro, Luc. 22, 21. & Paulus, Actor. 9, 3. *ſed ordinaria*, qvæ ordinariè fit per verbum, cujus prędicationem concomitantur Sacramenta, vid. Marc. 16. & Mat. 28.

§. 2. Vocatio eſt gratioſa Dei actio, *qvâ omnibus hominibus propter CHRISTUM, per verbum & Sacramenta; tanqvam media efficaciſſima, gratiam ſuam offert, ut illam non*

repudiantes credant, & per fidem juſti ac ſalvi fiant, vide Rom. 10, 13.

Poriſma I. Ergò vocatio divina eſt actus gratiæ ad univerſalem applicationem & voluntatem antecedentem pertinens, qvæ ex ſe minimè particularis, ſed ex divina intentione univerſalis eſt.

Poriſma II. Ergò prædicatio verbi in ſe ſemper eſt ſufficiens atqve efficax.

Poriſma III. Ergò vocatio non eſt ſimulata, ſed ſeria.

§. 3. Efficiens principalis eſt Deus, *ſive Dei gratia, intuitu Mediatoris nos vocans per Chriſtum, tanqvam Eccleſiæ ſuæ caput. Qvod beneficium per appropriationem & reſpectu modi agendi tribuitur Spiritui Sancto, vid. ſup. Art. 15.*

Canon: Cauſa vocationis divinæ neqvaqvam eſt abſolutum electionis decretum. vid. Art. 38. 39. & 110. NB. ſed potiùs divina miſericordia, 2. Tim. 1, 9. qvam excitat extrema peccatoris miſeria, Articul. 37. 38. & 70.

§. 4. Cauſa meritoria *eſt Chriſtus, ſup. Articul. 37.* Inſtrumentalis *eſt miniſterium verbi ex DEI intentione efficaciſſimum. vide Rom. 1, 16. Eſa. 55, 10. 1. Tim. 2, 4. 2. Pet. 3, 9. & Articul. 124.*

Obſerv. 1. Vocatio ad regnum Dei non fit per Enthuſiaſmos aut occultas inſpirationes, ſed per media ordinaria. vid. art. 124.

Obſerv. 2. Medium vocationis eſt verbum, in qvo Dei voluntas de ſalute noſtra meritoqve CHRISTI proponitur, & media conſeqvendi iſta monſtrantur.

Obſerv. 3. Verbum Dei conſideratur h. l. tàm lectum, qvàm prædicatum, vid. Rom. 10, 14. 17. tàm legis, qvàm Evangelii; Illud enim terret, hoc verò Chriſtum oſtendit ac offert, Gal. 3, 10. 24. vid. ſupra Art. 71. & Art. 86. Confer exemplum Judæi C. Gerſonis, ſup. p. 223.

§. 5. Objectum *vocationis divinæ tàm ratione divinæ intentionis, qvàm reſpectu actualis executionis, ſunt 1. homines, 2. peccatores, 3. Judæi & Gentes in toto mundo. vid. Actor. 17, 30.*

Coloſſ.

Digitized by Google

Coloſſ. 1. & Marc. 16, 15. NB. ſupra ante §. 1. & Artic. 37. 38. 39. 90. & infra §. 9. aſſert. 4. NB.

§. 6. Forma *vocationis divinæ eſt ipſa gratiæ oblatio in verbo tùm viſibili, tùm audibili, qvod fidem & offert & confert. vid. ſup. Art. 70. qvod ex ſeria, atqve ex Dei intentione ſemper ſufficiente, ſemperqve efficaci voluntatis divinæ manifeſtatione, & beneficiorum per Chriſtum acqviſitorum oblatione ſatis patet. vide Articul. 10. Tit. 17. NB.*

§. 7. Finis *eſt Dei gloria & hominum ſalus.*

§. 8. Effectus *vocationis eſt 1. vocatorum regeneratio ſive fidei donatio, 2. per eandem juſtificatio, 3. juſtificatorum ſanctificatio, inf. Art. 92. ſeq. 4. perſeverantium conſervatio, Art. 109. 5. tandemqve æterna ſalvatio, Art. 142.*

§. 9. Proprietates vocationis divinæ *ſunt inſignes. Eſt enim 1. gratuita, 2. ſeria, 3. efficax, 4. univerſalis, 5. actualis.*

Aſſertio I. *Vocatio divina eſt gratuita*, qvia fit

1. in Chriſto, 2. Tim. 1, 9. 1. Cor. 1, 9.
2. ad Eccleſiæ conſortium.
3. κατὰ πρόθεσιν non hominis, ſed Dei.
4. absqve ullo meritorum interventu.

Aſſertio II. *Vocatio divina eſt ſeria.* Qvod probatur ex fundamentis ſup. Art. 38. adductis. Confer Piſcatoris figmenta, ſupra Artic. 5. §. 13. NB. p. 218. Cui meritò opponimus Gallinæ amorem Matt. 23, 37. & affectum paternum, Pſal. 103. maternum, Eſa. 49. & c. 46, 3. atq; fraternum, Hebr. 2. Illius, qvi eſt ipſa charitas, 1. Joh. 4. vid. Art. 10. Tit. 20. & Chryſoſtomum in Pſal. 41. Qvi urget, qvod apud nos non ſint majora amoris ſigna & argumenta, μείζονα φιλίας τεκμήρια: Cum tamen Dei deſiderium ſit omni charitate naturali ardentius, πάσης φιλοστοργίας θερμότερος αὐτὸς πόθος. vid. Art. 10. Tit. 17. de voluntate divina, cujus veraciſſima rectitudo à fraudibus Abſolonis, 2. Sam. 13, 26. & Ptolemæi alieniſſima eſt, vid. 1. Macc. 16, 16.

Aſſertio III. *Vocatio divina eſt efficax*, qvæ fidem gratis offert & confert, vid. Philip. 2, 13. imò & congregare vult nolentes, Matth. 23.

Qvamobrem nulla eſt hic ſimulatio aut voluntas ſigni, vid. art.10. Tit.17. qvæ eſt contra expreſſam revelationem : Nolo mortem peccatoris, Ezech. 18. vid. Art.38.

Aſſertio IV. *Vocatio divina eſt univerſalis* 1. tàm in Veteri, 2. qvàm in N.T. vid. 2. Petr.3,9. cujus *objectum* ſunt homines omnes & ſinguli, peccatis onerati, ſive onus illud ſentiant, ſive non, Matt.XI, 28. Confer cum univerſali divina intentione ſup. Art.38. univerſalem oblationem, Marc.16,15. NB. ſupra ante §.1. eamqve actualem, etiam apud illos, qvos noverat vocationem & gratiæ oblationem repudiaturos eſſe. vide Actor.13, 46. c. 22,18. Matt.23,37. & Matt.22. Luc. 14.

Nota 1. Tribus vicibus toti mundo Deus verbum ſuum univerſaliter dedit : 1. in Paradiſo, Gen.3,8. 9. 15. 2. in Arca Noæ & poſt diluvium, Gen. 9,9. 2. Pet.2, 5. 3. in univerſali prædicatione Evangelii, factâ per Apoſtolos, Marc. 16,15. 20. Rom.10,18. Col.1, 6. 23. Matt.28. Qvæ trina vocatio non ſolùm præſentes, ſed etiam poſteros attinet. vide Devt. 1,6. c.4,11. Gen.17,7. 10. Qvamvis ratione diſpenſationis actualis, ejusqve iterationis Deus nunqvam ſe obligaverit ad gradus vocationis ubiqve æqvales, ſed ſolùm ad ſufficientes : Multò minùs verò ad gratiam extraordinariam: Et minimè omnium ad rationem reddendam de ſingulis exemplis & judiciis particularibus. Confer admirationem Apoſtolicam, Rom. XI, 35.

Nota 2. Vera Religio inter gentes in ſingulis Monarchiis claruit. Qvâ de re agit Manuale hoc loco NB.

Nota 3. Gentilibus myſteria divina non planè ignota fuerunt, qvod probatur 1. ex Proſelytorum acceſſu ad Eccleſiam, 2. ex migratione nonnullorum è Græcia in Ægyptum, 3. ex translatione codicis Hebræi in ſermonem Græcum. vid. Manuale h. l. NB.

Nota 4. Publicum miniſterii exercitium in Vet. Teſt. anguſtius Propheticum Doctorum Eccleſiæ officium longè auguſtius neqvaqvam excludit. Confer Pſal. 147, 19. & Manuale h. l. Huc facit porrò ſpecialior.

Concluſio I. *Vocatio divina in V.T. ſuo modo fuit univerſalis.*

Obſerv. 1. Etſi Gentiles in V. T. non habuerunt peculiare publicumqve miniſterium, habuerunt tamen nonnulla ſalutis adminicula, etiam anteqvam ordinariè per miniſterium Apoſtolorum ad gremi-

um

Digitized by Google

um Eccleſiæ vocarentur, ut non credentes eſſent prorſus ἀναπολόγητοι, Rom. 1. vid. Artic. 7.

Obſerv. 2. Inter illa adminicula erant præcipua

I. *Loci*, in qvo verus Deus colebatur à Judæis, majeſtas, vide 1. Reg. 8, 41. 60. Actor. 2, 5. & ſup. Tit. de Judæis §. 3.

II. *Sacrificia* in toto orbe decantatiſſima. vid. ſupra Artic. 74. & 1. Reg. 8, 63. c. 10, 1.

III. *Miracula*, vid. ſup. Art. 25.

IV. Transmigrationes populi Judaici ad gentes exteras. vide Manuale hoc loco.

V. *Sibyllarum oracula*, de qvibus vid. Schmidius in Appendice Notarum in N. T.

VI. *Fama de Chriſto* inter omnes paſſim ſparſa. vid. ſeq. Aſſert. 2. & Manuale hoc loco.

Obſerv. 3. Vocatio Gentium ad regnum Chriſti eſt myſterium.

Obſerv. 4. DEUS alios citiùs, alios tardiùs verbi ſui theſauro donat.

Obſerv. 5. Deus aliqvando antevertit gratiâ, vocatione & verbi ſui prædicatione populum aut civitatem aliqvam 1. non ob præventionis meritum, 2. ſed ob imminens perditionis periculum, 3. & futurum majorem fructum, 4. qvi tamen & ipſe fructus neqvaqvam eſt præventionis meritum. Cauſa enim fructificationis uberioris non eſt præparatio vel diſpoſitio ad gratiam in homine, ſed tantùm innuit minora obſtacula & pauciora impedimenta.

Concluſio II. *Vocatio divina in Novo Teſtamento, ejusq; exercitium à judiciaria apud ingratos diſpenſatione particulari accuratè diſtinguenda, omninò manet univerſalis, eo modo, qvò illam benigniſſimus Deus in verbo ſuo revelavit.*

Obſerv. 1. Evangelium in univerſo orbe non demùm prædicandum, ſed jam prædicatum eſt; adeoqve omnibus innotuit vel per vivam prædicationem, vel per Apoſtolorum ſcripta. vid. Rom. 10, 18. Coloſſ. 1, 6. Marc. 16, 15.

Obſerv. 2. Qvod multæ gentes verbum hodie non habent, nulla penes Deum culpa eſt, ſed propria potius ingratitudo & contemtus hominum, vel negligentia accuſanda eſt, qvòd ſanctum illud depoſitum non

Digitized by Google

non diligentiùs cuſtodierunt, qvòdqve etiamnum non qværunt verbum, cujus tam præclara fama paſſim in orbe terrarum perſonat. vid. Eſa.5,6. Rom 1, 21. vide ſup. Aſſert.3. Nota 1.& 3.

Obſerv. 3. *Contemtus* eorum, qvi pro ſe ſuisq; poſteris Evangelium acceperunt, & amiſerunt iterum; vel *Malitia* horum, qvi iterum oblatum repudiant, & conſilium Dei adverſus ſeipſos aſpernantur, univerſali vocationi, nihil derogat.

Ratio eſt, qvia nulla pars mundi vacat ab Evangelio Chriſti. Deus enim infideles adhuc advocat, non qvidem occultô qvodam tractu, ſed per modos in verbo ſuo revelatos. Qvi inprimis ſunt 1. Scripturæ Lectio, 2. Servitus, 3. Captivitas, 4. Miracula, 5. cùm in poteſtatem fidelium veniunt per jus belli, emtionem, donationem, vel deditionem &c.

Obſerv. 4. Semper fama de Chriſto ſparſa afficit hominum animos qvaſi occultâ qvâdam vi, ut nunqvam absqve fructu audiatur, &, mediante illa famâ, ad veram Dei Eccleſiam perduci poſſint. Confer Rom.1, 8. 1. Theſſ. 1, 8.

Obſerv. 5. *Incitamenta* univerſalia in Lege naturæ inſitâ, voce naturæ & celebritate Eccleſiæ apud omnes etiam barbaros ſuperſunt. Confer ſup. Art.7. nec non de Lege naturæ, Art.71.& Actor. 17, 26.

Aſſertio V. *Vocatio Divina actualis*, eſt tàm immediata in Paradiſo, Gen.3, 8. qvàm mediata per organum verbi legalis increpantis, & Evangelici erigentis atqve fidem conferentis, ſup. §.13.

Nota: Actualis vocatio eſt vel prima, vel repetita. Hujus modus eſt vel illuſtrior, per verbum & Sacramenta; vel obſcurior, univerſalis & communiſſima, cujus finis eſt Eccleſiæ inqviſitio. Illuſtrior verò vocatio reſpicit tùm tempora Adami, Noæ & Chriſti, tùm gradum in N. T. ſummum, Marc.16,15.

§. 10. *Oppoſitum actualis vocationis eſt rejectio, Actor. 7. Matth. 23. Prov.1, 20. ſup. §. 6.*

§. 11. *Pleniorem hujus Articuli explicationem exhibet Manuale Articul. 91.*

ARTIC.

ARTICULUS XCII.
De Converſione & Regeneratione.

Converſio gentium ἐπιστροφὴ oſtenditur Actor. 15,3. Deus regeneravit nos, 1. Pet. 1, 3, ἀναγεννήσας ἡμᾶς.

§. 1.

CONverſio & regeneratio conveniunt & differunt. Conveniunt *enim, qvoad fidei donationem;* differunt *verò qvoad donationis ſubjecta, media, atqve ordinem. Nam regenerantur & adulti & infantes. Infantes verò per ſolum Baptiſmum: ideoqve non convertuntur, neq; per verbum, neq; eôdem ordine, ſicut adulti. Qva de re agit Concluſio 2. Nota 3.*

Concluſio I. *Converſio & regeneratio eſt actio divina, gratioſa & gratuita, qva gratiam peccatori in vocatione oblatam applicat.*

Nota: Ἐπιστροφὴ h. l. intelligitur tranſitiva, Dei convertentis, qvam ſeqvitur converſio intranſitiva, ſive reſipiſcentia peccatoris. vid. Priſcianus, Grammaticus Cæſarienſis, lib. XI. p. 423. Ubi verbum *ἀμετάβατον*, intranſitivum vocat in ſua manens perſona, (ſic homo loqvitur) *μεταβατικὸν* verò, ſive tranſitivum vocat, qvod ab alia in aliam perſonam tranſit (ut miſereor tui.)

Concluſio II. *Doctrina de converſione & regeneratione eſt articulus fundamentalis, & myſterium ad ſalutem ſimpliciter neceſſarium,* Johan. 3, 5.

Nota 1. *Converſio* dicitur à convertendo ab infidelitate ad fidem, ita, ut terminus à qvo ceſſet, & terminus ad qvem ex non renato renatum & converſum efficiat. Qvæ hôc locô attenditur *prima, non renatorum* 1. Theſſ. 1, 9. *& qvatenus eſt translatio ex ſtatu peccati in ſtatum fidei ordinaria & activa*, ſive operatio Spiritus Sancti gratioſa & gratuita, qvæ infidelem convertit, Act. 26, 18. qvi paſſivè mutationem ſentit, Jerem. 3, 12. 13.

Nota 2. *Regeneratio*, qvæ hôc locô non vitam gloriæ, Matt. 19, 28. ſed gratiæ reſpicit, eſt hominis in peccato nati nova generatio ſpiritualis, qvæ etiam vocari ſolet *Converſio*. Nam regeneratio formaliter

Cccc c eſt

Digitized by Google

eſt fidei donatio: Converſio verò eſt per ipſam fidei donationem à perverſitate averſio & ad Deum reverſio.

Nota 3. *Converſio & regeneratio conveniunt*, qvia utraqve eſt fidei collatio: *differunt* tamen 1. *ratione ſubjecti convertendi*, qvod eſt ſolus adultus: & *regenerandi*, qvod eſt tam adultus, qvam infans. 2. *ratione medii*, qvod in converſione eſt ſolum verbum: in regeneratione vero Sacramentum Baptiſmi regenerat infantes ſolum: Verbum verò prædicatum adultos regenerat: qvibus Baptiſmus eſt fidei ſignaculum. vide Articul. 87. 3. *ratione ordinis & modi*, qvi in converſione ſucceſſivus eſt.

Nota 4. *Converſio* eſt peccatoris à DEO averſi in ſtatum gratiæ ſucceſſiva translatio, qvæ *activa* dicitur *reſpectu Dei*, & *paſſiva reſpectu hominis*, & notat vel primam hominis reſtitutionem purè paſſivè ſe habentis, ſic eſt ſolius DEI opus, de qvo h. l. vel notat pœnitentiam, converſionis effectum, atqve illius iterationem & converſi renovationem, ubi cooperatio datur non ex viribus humanis, ſed divinitùs conceſſis. Neqve enim Converſio h.l. conſideratur miraculoſa, immediata, extraordinaria & ſubitanea, qvalis erat Pauli, Actor. 9, 3. ſed ordinaria, communis, mediata & ſucceſſiva, Marc. 4, 27. Confer Art. 124.

Nota 5. *Regeneratio* accipitur *vel generaliter* pro regeneratione & renovatione, ſic vocatur opus Dei, qvod perficitur in hominis converſione, illuminatione, remiſſione peccatorum, adoptione in filios, ſanctificatione & Spiritus S. donatione: *vel propriè*, & ſic notat fidei donationem, atqve e ſtatu infidelitatis ad fidem translationem, adeoqve conſiſtit in remiſſione peccatorum, imputatione juſtitiæ & translatione hominum ex regno Satanæ in regnum Dei, qvæ a renovatione & novæ obedientiæ ſtudio eſt diſtinctiſſima. vid. inf. Art. 97.

Nota 6. *Regeneratio* h. l. non reſpicit univerſæ ſalutis noſtræ initium, medium & complementum ſimul. vid. Matt 19, 28. ſed initium & ipſam fidei ſalvificę collationem primam in vocatione, cujus continuatio in ſanctificatione, reiteratio vero in pœnitentia & peccatoris receptione conſpicitur, Luc. 15. Et ſic à converſione, qvæ eſt ipſa peccatoris mortui vivificatio, diſtingvitur. Atqve hâc ratione parvuli regenerantur qvidem, Joh. 3. ſed propriè non convertuntur.

Porisma 1. Ergò Regeneratio & renovatio neqvaqvam eſt ipſa juſtificatio, vid. Art. 94.

Poriſma

Poriſma 2. Ergò Regenerationi propriè ſic dictæ nulla competit imperfectio.

Poriſma 3. Ergò Regeneratio adultorum & eorundem converſio propriè ſic dicta æqvipollent, qvatenus converſio conſideratur ratione termini à qvo, qvi eſt infidelitas, & ad qvem, qvi eſt fides, adeoqve eſt ipſa fidei donatio & per fidem in ſtatum gratiæ translatio.

Nota 7. Regeneratio appellatur etiam renaſcentia, nova creatio, vivificatio & ſpiritualis reſurrectio.

Ratio eſt, qvia Renatus dicitur nova creatura, non ob novam ſubſtantiam, ſed ob Dei agentis potentiam, & regenerationis plenitudinem. Unde & Creatio nova non tam reſpicit rem productam, qvam producendi modum. vid. ſup. Art. 17. de Creatione.

§. 2. Regeneratio *tàm infantis qvàm adulti, eſt fidei donatio*, adeoq; divina ſpiritualiter mortui peccatoris vivificatio, *& vitæ ſpiritualis communicatio.* Converſio verò adultorum *eſt ſucceſſiva gratiæ collatio, peccatoris ex ſtatu peccati in ſtatum fidei & gratiæ translatio, adeoqve eſt actio DEI gratioſa, qvâ mentem & voluntatem hominis in peccatis mortui per verbum & Sacramenta immutat, ut peccatum agnoſcat, improbet, doleat, & Chriſtum Mediatorem in Evangelio promiſſum verâ fide apprehendat, & per ipſum gratuitam peccatorum remiſſionem conſeqvatur, ad Dei gloriam & renati ſalutem.*

§. 3. Efficiens *tàm Converſionis qvàm regenerationis principalis eſt Deus, Phil. 2, 13. noſtri miſertus; Unde regeneratio tribuitur divinæ gratiæ & appropriatur Spiritui S. Tit. 3, 5. Eph. 2, 5.* Cauſa verò meritoria *eſt Chriſtus, 1. Pet. 1, 3.*

Canon 1. Converſio & regeneratio hominis eſt operatio potentiſſimæ virtutis, Jerem. 31, 18. Ezech. 31, 26. adeoqve eſt opus ſolius Dei, qvi ſolus ex mortuis viventes facit, vid. Epheſ. 2, 4. & facere poteſt, & nihil in hoc negotio ad ſalutem noſtram intermittit, vid. Eſa. 5, 3.

Poriſma: E. Converſionis opus in ſolidum Deo acceptum ferendum eſt, qvoad initium, medium & finem, vid. Philip. 2, 13. Apoc. 3, 20. Joh. 15, 6. Hebr. 12, 2. NB. infra §. 7. qvia Pater, Filius & terminativè Spiritus

Digitized by Google

ritus S. per modum cauſæ ſolitariæ agens, omnium humanarum virium cooperationem ſimpliciter excludit, Deut. 29, 4. c. 30, 6. Jerem. 31, 18. Ezech. XI, 19. c. 36, 26. Eph. 2, 5. 6. c. 5, 14. vide ſupra Art. 30. NB.

Canon 2. Converſio eſt opus Dei gratuitum, Jac. 1, 18. Luc. 15, 4. Matth. 22, 9. Unde actus Spiritus S. peccatorem convertentis vocantur gratia, ſup. Art. 90.

Canon 3. A converſionis efficientia omnis humana præparatio, diſpoſitio, operatio & cooperatio ſimpliciter excluditur, qvia ad viviſicationem non renatus in peccatis mortuus, Eph. 2, 5. nihil prorſus virium habet. vide 2. Cor. 3, 5. Rom. 8, 7. adeoqve ſeipſum convertere neqvit.

Poriſma: E. abſurda eſt Piſcatoris aſſertio, qvod *reprobi ſtatuere debeant ſe eſſe in numero convertendorum*, qvos tamen DEUS abſolutè convertere noluerit. vide ſup. art. 5. §. 13. NB. p. 219. Qvid enim ſtatuere poteſt de vita & viviſicatione mortuus? Eph. 2, 5. cujus figmentum ſemper malum, Gen. 6. & cujus φρόνημα eſt inimicitia in Deum, Rom. 8, 7. & rebellio, c. 7, 23. & mera ſtultitia, 1. Cor. 2, 13.

§. 4. Cauſa Inſtrumentalis *regenerationis perſonalis ſunt verbi miniſtri, 1. Cor. 4, 15. realis eſt verbum, Hebr. 4, 12.* In adultis verò converſionis cauſa *eſt verbum ſive lectum, vid. ſupra p. 223. NB. ſive prædicatum, Rom. 10, 17. cor penetrans, Actor. 2, 37. pungens, 2. Sam. 24, 10. aperiens, Apoc. 16, 14. imò novum creans, Pſalm. 51, 12. & lapideum tollens, Ezech. 36, 26. adeoqve verbum Legis & Evangelii, vide ſupra Artic. 71. & 76. per qvod Spiritus S. tanqvam per medium ordinarium operatur;* Sed in infantibus regenerationis medium eſt Sacramentum Baptiſmi, *Johan. 3. vide ſupra §. 1. Concl. 11. not. 3.*

Canon 1. Spiritus S. convertit hominem non per Enthuſiaſmos Anabaptiſticos, ſed per verbum, NB. Articul. 124. vid. Jerem. 23, 29. Rom. 1, 16.

Canon 2. Spiritus S. hominem convertens nullum in hoc negotio admittit ſocium.

Nota 1. Efficacia verbi eſt diviniſſima, Rom. 1, 16. vide exempla NB.

Digitized by Google

NB. art. 5. §. 17. p. 223. Art. 124. §. 3. Ratio eſt, qvia eſt ipſa divina veritas, Joh. 17, 17.

Nota 2. Deus non agit ſine verbo, ſed cum verbo, & per verbum hominem convertit.

Nota 3. Non ſolùm miniſtri ordinarii ordinariè, ſed etiam qvivis verbum extraordinariè ejusqve veritatem repetens, converſionis organum eſſe poteſt, vid. 2. Reg. 5, 2. 3. Jacob. 5, 20. NB Art. 5. §. 17.

§. 5. *Subjectum tàm regenerationis, qvàm converſionis purè paſſivum eſt homo, nullas planè liberi arbitrii vires in hoc negotio habens. vide ſupra Artic. 30. ſive ſit Ethnicus, ſive Judæus. De qvorum converſione ex Rom. XI, 24. 27. agit Theolog. Exegetica NB. lib. 2. c. 5. Tit. 2.*

Obſerv. 1. Subjectum converſionis qvod eſt homo adultus, ſpiritualiter mortuus. Subjectum qvo eſt peccatoris 1. intellectus, 2. voluntas, 3. appetitus, ratione doloris ob peccata excitati.

Obſerv. 2. Subjectum converſionis ex divina intentione debet eſſe omnis homo, in peccatis mortuus, Eph. 2, 5. Ezech. 33. ſpiritualiter & ex ſe planè non idoneus, 1. Cor. 2, 14. in fovea exiſtens, Zach. 9. in cujus intellectu & voluntate ordine & per medium verbi ordinarium plantanda eſt fides, ejusqve ſalutaris 1. notitia, 2. aſſenſus, 3. fiducia. vid. ſup. p. 10. NB. & Art. 30. §. 6. Can. 3. actu verò pauci ſunt, Ose. 13. cum reliqvi magis ament tenebras, qvam lucem, Joh. 3.

Obſerv. 3. Homo in ſpiritualibus totus mortuus, neqve aſſentiri verbo, neqve credere, neqve ad gratiam ſe convertere, aut vel modiculum qvid ad ſui converſionem facere, vel ſalutem ſuam promovere poteſt. vid. ſup. Art. 30. & 2. Cor. 3, 5. Nec obſtat, qvod irregenitus poſſit 1. templum accedere. 2. verbum legere, 3. audire, 4. voces ſimplices, & enunciationes integras clarè propoſitas qvodammodò apprehendere. Qvia qvæſtio eſt: *An poſſit rectè apprehendere, & ſufficienter ſine ulla haſitatione, notitia tali & tantâ, qvanta ad fidem ſalvificam reqviritur?* Qvod negatur ſup. Art. 30. §. 6. can. 3. infra §. 7. Sic Phariſæi per circumciſionem renati, & ex Lege informati, intelligebant qvidem terminum lucis & tenebrarum phyſicè, non verò Theologicè & ſufficienter, qvod Lux denotet Mediatorem, Filium Dei incarnatum, Johan. 1. & qvod Chriſtus ſit illa lux. Proinde omnino manet diſtincta 1. ſignificatio

Digitized by Google

catio vocum communis, etiam gentilibus nota, 2. ſignificatio ſalutaris & credenti ſufficiens, 3. indubitata apprehenſio fidei & terminorum connexio.

Poriſma: E. à præceptis divinis ad virium noſtrarum facultatem non valet conſeqventia. Ratio eſt, qvia verba imperativa non noſtram potentiam, ſed impotentis obedientiam, obligationem & debitum oſtendunt; abſtrahendo ab agendi principio & poſſibilitate, cujus abſentiam poſt lapſum ſola divina gratia reſtituere, &, qvod naturæ deeſt, per gratiam reſtaurare vult & poteſt. NB. ſup. Art. 30.

§. 6. Terminus converſionis occurrit duplex: *A qvo, qvi eſt mors, & ad qvem, qvi eſt vita ſpiritualis.*

Aſſertio I. *Terminus a qvo hominis convertendi eſt mors ſpiritualis,* ſive ſtatus peccati, Eph. 2, 1. qvi hoc locò non *totaliter* ſpectatur, qvatenus cum reatu & dominio conjunctus eſt, ſed *præciſè*, in qvantum dicit omnimodam virium ſpiritualium ad Deum redeundi carentiam; & qvidem conjunctam cum pravitate oppoſita. vid. Art. 33. NB. & Art. 30. Qvemadmodum itaqve converſus eſt credens, ita nondum converſus eſt infidelis: & ſicut credens in Chriſto vivit Gal. 2. ita non credens eſt ſine Chriſto, & mortuus eſt in peccatis, Eph. 2.

Nota: *Infidelitas* oſtendit extremam peccatoris miſeriam, in qvo conſpicitur averſio à Deo, qvæ indicatur per cor lapideum, Ezech. 36. & oſtendit nobis I. *Intellectum*, & in illo horribilem cœcitatem, & ignorantiam tam morbi, qvàm remedii ſummamqve repugnantiam, qvod innuunt tenebræ, qvibus opponitur divina illuminatio, Joh. 1, 9. Epheſ. 5, 14. 8. ſine qva nec ſalutaris & ad fidem ſufficiens terminorum apprehenſio dari poteſt. vid. Art. 30 §. 6. Can. 3.

II. *Voluntatem*, & in illa non ſolùm impotentiam apprehendendi objectum ſalvificum, Rom. 8, 7. ſed etiam *immanem rebellionem* adverſus Deum. Unde operibus tenebrarum Joh. 3. opera lucis opponuntur, Joh 12, 25. Rom. 13, 12. vid. ſup. Art. 30.

III. *Appetitum* ſenſitivum. Ubi ἀναισθησία deprehenditur, ita ut in peccatis mortuus malum non ſentiat, nec ideò dolere poſſit, Eph. 2, 1. 5.

Canon 1. In mente hominis convertendi non modò in legente, audiente, & communem vocis ſignificatum apprehendente intellectu

abeſt

abeſt potentia cognoſcendi res divinas, ſed etiam adeſt pronitas & inclinatio ad contemnendum eaſdem, NB. ſup. §. 5 & voluntati non modò deeſt promptitudo obtemperandi, ſed etiam adeſt pronitas ad reſiſtendum. vid. Actor. 7, 51. Joh 5, 34. 40. Rom. 10, 11. Eſa 65, 1. vid. ſupra Artic. 30. ſic v. g. auditâ mortuorum reſurrectione non ſolum termini ſenſum genuinum non capit, ſed etiam paratus eſt ad contradictionem.

Canon 2. Impoſſibile eſt hominem absqve Dei ſpiritu vel apicem de rebus divinis intelligere poſſe. vid. 1 Cor. 2, 14. Nam & ipſa terminorum ſimplicium apprehenſio & combinatio objectorum ignotorum, & concluſio applicans ſpiritualiter mortuo impoſſibilis eſt. NB. ſupra p. 10.

Canon 3. Irregenitus absqve ſpeciali Dei gratia ne qvidem ad cogitationes ſalutares eſt idoneus. vid. 2. Cor. 3, 4.

Canon 4. In homine convertendo non ſaltem eſt *ἀδυναμία* ſumma in rebus ſpiritualibus, verum etiam extrema malitia, *δύναμις* & poteſtas Deo rebellandi. vide ſup. Art. 33. & 30.

Aſſertio II. *Terminus ad qvem converſio tendit, eſt hominis converſi vita ſpiritualis*, ſive ſtatus fidei & gratiæ, ex fidei collatione gratuita ortus. Ubi tamen ille ſtatus non ſpectatur *totaliter*, qvatenus ſimul immunitatem à peccati tàm reatu, qvàm dominio excludit; (qvorum illud ex juſtificatione Art. 94. hoc verò ex ſanctificatione patet, Art. 97.) *ſed præcisè*, qvatenus collationem gratioſam & gratuitam virium ſupernaturalium, qvæ ad converſionem reqviruntur, deſignat. Ubi

I. *Intellectus* credentis illuminatus gaudet agnitione tàm morbi, qvàm remedii, dum & terminos antea ignotos ſufficienter intelligit, & verum ſenſum à Spiritu S. monſtratum tenet.

II. *Voluntas* meritum Chriſti fiducialiter apprehendit.

III. *Appetitus* ſenſitivus compunctionem cordis ob peccatum, ejusqve deteſtationem ſeriam & ſentit, & continuat, & ipſe converſus illius veritatem continuatam aliis conſeqventer oſtendit.

§. 7. Forma regenerationis eſt fidei & vitæ ſpiritualis collatio. Converſio verò eſt gratiæ communicatio, *& hominis irregeniti è ſtatu peccati in ſtatum fidei & gratiæ, gratioſa & gratuita per gradus* translatio. *vid.* §. *8. NB.*

Ratio

Digitized by Google

Ratio eſt, qvia Converſio I. *eſt ſucceſſiva*, qvæ certos gratiæ gradus admittit. Confer Marc. 4, 27. 28. qvos ordine explicat Articulus 90. §. 2. NB.

II. *Divinâ virtute peragenda*, Eph. 1, 17. Phil. 2, 13. Johan. 15, 4. Col. 1, 12. neqvaqvam verò perſvaſionem moralem, qvæ vires liberi arbitrii præſupponat, & congrua ſit illorum ingenio, qvos Deus efficaciter ad ſe trahere abſolutè decreverit. Hæc enim monſtra Scripturæ prorſus ignota ſunt.

III. *Ordinata*, qvæ & gratiæ media, & gratioſum agendi ordinem attendit.

Poriſma I. Ergò Converſio non eſt violenta aut ſubitanea.

Poriſma II. Ergò Converſio non eſt irreſiſtibilis. vid. Prov. 1, 24. Eſa. 5, 1. 2. 4. c. 65, 2. Act. 7. ſup. Art. 91.

§. 8. Ordo converſionis eſt ſapientiſſimus. *In qvo attenditur non ſolùm generaliter cordis lapidei ablatio, & carnei creatio, Ezech. 36, 25. verùm etiam diſtinctè* 1. Intellectûs illuminatio, *& miſeriæ conceſſa agnitio. vid. Actor. 2, 36. 2. Cor. 4, 3.* 2. Voluntatis mutatio *& excitata contritio. vid. 2. Cor. 3, 15. c. 7, 9. Prov. 1, 20.* 3. Ipſius fidei ſalvificæ donatio, *Gal. 5, 6. à qva diſtincta eſt ejusdem operatio & virium ſpiritualium exercitium. vid. infra Artic. 97.*

Nota: In converſione imprimis attendenda eſt

I. *Incapacitatis naturalis ablatio*, ut peccator mortuus audire qveat, Joh. 5, 24. Confer ſupra de gratia incipiente, præparante & operante Art. 90. §. 2. Sic v. g. Americanus audit: Credendum eſſe in Deum Patrem, qvi habet Filium θεάνθρωπον crucifixum, morte & ſangvine ſuo vitam omnibus acqvirentem &c. 1. apprehendere poteſt ſignificationem vocum communem, 2. non verò ſalutarem, & credenti ſufficientem, 3. neqve neceſſariam terminorum connexionem. Etſi enim I. intelligat 1. eſſe Deum, 2. qvid ſit Pater. 3. qvid ſit Filius. 4. qvid mors. 5. qvid ſangvis. 6. qvid vita &c. non tamen intelligit II. ſignificationem, qvis ſit ille Deus Pater habens Filium. III. neqve connexionem illorum terminorum, niſi Deus aperiat cor ad attentionem, Act. 16, 14. Lydia hörete zu/welcher that der HErr das Hertz auf/daß

ſie

Digitized by Google

ſie darauf acht hatte. *Διήνοιξε τὴν καρδίαν προσέχειν τοῖς λαλουμένοις.* Confer Johan. 10, 3. Sic Judæus legit Scripturam N. T. de Chriſto. Ut verò Chriſtum inveniat in hoc libro, omnino reqviritur gratiæ operatio. vide exemplum Gerſonis ſup. Art. 5. §. 17. p. 223. NB.

II. *Repugnantiæ inhibitio*, 2. Cor. 3, 15. Actor. 9, 4. de qva ſupra dictum eſt p. 94. NB. & p. 287.

III. *Cordis per legem percuſſio*, Actor. 2, 37. ita ut Evangelium præcedat ventus, terræ motus & ignis, 1. Reg. 19, 11. 12.

IV. *Novarum virium tàm intellectus qvàm voluntatis collatio*, 2. Cor. 3, 15. Matth. 16, 17.

V. *Fidei ratione notitiæ, aſſenſus & fiduciæ donatio*, Joh. 6, 29. Luc. 1, 76. 1. Joh. 5, 6. (neqve enim notitia Chriſti viribus humanis tribuenda eſt) qvæ Chriſtum recipit, Joh. 1, 11. NB. ſup. p. 10.

VI. *In ſtatum gratiæ & regnum Chriſti translatio, μετέστησεν*, Coloſſ. 1, 13. Er hat uns verſetzt in das Reich ſeines lieben Sohnes.

Summa Summarum: In converſione Spiritus S. immutat corda, cæcitatem aufert, lumen veræ agnitionis Dei accendit, & donat fidem atqve omnem ſufficientiam. Adeoqve in hominis converſione novi excitantur motus & mutationes à Spiritu S. per qvem tollitur cæcitas in mente, reponitur intellectus rerum divinarum; aufertur tædium, reponitur deſiderium rerum ſpiritualium; tollitur inimicitia adverſus Deum, accenditur ſollicitudo de reconciliatione cum Deo: qvæ monſtratur in verbo, impetratur per fidem, & probatur novis dilectionis motibus. Solus enim Deus eſt, qvi donat & velle & perficere, vide Phil. 2, 13. Qvod oſtendunt egregia converſionis exempla, tam Judæorum citata Art. 5. § 17. NB. p. 223. qvàm Auguſtini, Reihingii & aliorum, Articul. 113. §. 6. repetita. Et hoc vult Lutherus in explic. Articul. 3. Ich gläube/ daß ich nicht aus eigener Vernunfft/ noch Krafft/ an Jeſum Chriſtum meinen HERRN gläuben/oder zu ihm kommen kan/ſondern der Heilige Geiſt hat mich durch das Evangelium beruffen / mit ſeinen Gaben erleuchtet/im rechten Glauben geheiliget und erhalten.

Poriſma I. Ergò Velle hominis internum ab homine irregenito ortum, in converſione planè datur nullum. Ratio eſt, qvia velle hominis externum locomotivam ejus reſpiciens, & velle internum eſt diverſiſſimum. Nam mediorum qvidem uſurpatio, ut verbum audiat, & pæ-

dagogia illa externa in poteſtate hominis eſt, ne, repudiatò verbi auditu, ſimpliciter officium pulſanti Spiritui S. occludat, ejusqve operationis primo initio obicem ponat, NB. ſup. §. 5. vid. Actor. 17, 32. Applicatio verò mediorum a ſolo DEO eſt. Dum Spiritus S. per auditum verbi contritionem, pavores conſcientiæ, &c. operatur, pulſando fores cordium, donec intromiſſus cor renovet, & in eo gratioſè habitare incipiat.

Poriſma II. Ergò primi motus à gratia præveniente excitati ſunt qvidem inevitabiles, qvia non poſſunt impediri, ne oriantur, neqvaqvam tamen ſunt irreſiſtibiles. Ratio eſt, qvia & impediri, & planè ſuffocari poſſunt, ne radices agant. vide Luc. 4, 22. 28. Actor. 24. verſ. 25. c. 26, 28.

§. 9. Finis *converſionis & regenerationis eſt Dei gloria & hominis ſalus, Epheſ. 1, 6. Nam ſolus Deus omnem laudem converſionis ſibi ſoli reſervavit.*

§. 10. Fructus & effectus *Converſionis ac Regenerationis eſt ex fidei donatione orta vita ſpiritualis & renatorum adoptio, Joh. 1. vid. Artic. 13. Cujus ſigna ſunt attenta & devota verbi divini agnitio, Articulorum fidei cognitio, legis delectatio, & ad ejus normam morum ſtudiorumqve compoſitio, ſanctificatio & renovatio, vid. infra Artic. 97. & 1. Pet. 1, 3. adeoqve per peccatum amiſſi liberi arbitrii gratioſa reſtitutio. vid. ſup. Art. 30. qvamvis non ſine lucta carnis & ſpiritus. vid. Art. 99.*

§. 11. Attributa *Regenerationis & Converſionis ſunt* 1. Abſoluta ad ſalutem neceſſitas, *ex Joh. 3, 5.* 2. Univerſalitas *ex divina intentione, Artic. 38.* 3. Perennitas *ex promiſſione, Joh. 10, 28. Pſal. 37, 24. Qvæ tamen non abſoluta eſt, ſed hypothetica, adeoqve uſum mediorum fidem conſervantium & augentium includit, vid. Artic. 95. & 109. Sicqve Renatus qvà talis, non peccat, qvia, & qvatenus ſemen verbi in eo eſt, vid. 1. Johan. 3, 9. infra Articul. 97.*

Nota: Renati poſſunt amittere fidem & Spiritum Sanctum, atqve ipſam regenerationis gratiam, qvia non ſolùm dantur πρόσκαιροι,

Luc. 8,

Luc.8,13. Rom. XI, 22. vid. Artic. 93. ſed etiam tales, qvi & totaliter ac finaliter gratiâ Dei excidere poſſunt. vid. Art. 35.

§. 12. Impedimentum *converſionis eſt peccatoris reſiſtentia. NB. ſup. p. 287.*

§. 13. *Reliqva huc ſpectantia offert Manuale Artic. 92.*

Articulus XCIII.

De Fide Salvifica in Regeneratione Homini donata.

Fides eſt ſubſtantia rerum, qvæ non videntur, Hebr. XI, 1. Confide fili, remiſſa ſunt tibi peccata tua, Matth. 9. Gal. 2. Filius Dei tradidit ſemetipſum pro me.

§. 1.

Fides eſt donum Dei, per qvod homo renaſcitur, *Johan. 3. Unde fides ſalvifica certiſſimè credit certam peccatorum remiſſionem propter Chriſtum, contra Bellarmin. vide ſupra Articul. 1. §. 2. NB. p. 11.*

Nota 1. Fides eſt, qvæ fidit, fore ut id, qvod credit, certiſſimè fiat.

Nota 2. Fidei vocabulum planè eſt Apoſtolicum. vid. Rom. c. 3. & 4.

Nota 3. Variæ ſunt fidei ſignificationes. Notat enim 1. nudam fidei *profeſſionem*, Jac. 2, 14. 2. Fidei *objectum* ſive fidem, qvæ creditur, Gal. 3, 23. 3. *Credendi actum*, qvatenus in primo Decalogi præcepto mandatur, qvæ fides activa dicitur, ſive fides, qvâ creditur 1. Divina *veritas*, 2. divina *potentia*, 3. *bonitas* & providentia. Unde fides dicitur Hiſtorica, Thavmaturgica, & fiducia Creatori ac Benefactori debita, de qva agit Theologia Moralis ad 1. præcept. 4. *Myſterium* rationi ignotum & abſurdum, qvod fides Chriſtum apprehendens, & Chriſtus fide apprehenſus juſtificet, Rom. 3. Phil. 3, 12. Qvæ doctrina eſt Judæorum ſcandalum, & Græcorum cerebro ſtultitia, *μωρία*, 1. Cor. 1, 23. qvorum ſapientiam & totius mundi acumen Deus infatuavit hôc arcanô revelatô, v. 20. dum Chriſtus Jeſus factus eſt nobis juſtitia, verſ. 30.

Digitized by Google

Confer Flacii Clavem, & Dannhaueri Hodoſophiam,& infra §.5. NB. vid. Luth. T.2. Jenenſ. German. in 1. Cor. 7. f. 302. b. Es iſt kein höher innerlicher Weſen/ denn der Glaube. Denn der hanget bloß an GOttes Wort/ und iſt nacket ausgezogen von allem/ das nicht GOttes Wort iſt. Nu iſt ie nichts höhers/ innerlichers weder im Himmel noch Erden/ denn Gottes Wort/ welches auch GOTT ſelber iſt.

Nota 4. Fides hoc loco non notat fidem dogmatum,ſive qvæ creditur, ſed fidem ſalvificam, ſive fidem, qvâ creditur, ſup. Art. 3. neqve notitiam libertatis Chriſtianæ in rebus adiaphoris; nec certam animi perſvaſionem ex verbo Dei acceptam generaliter.

Nota 5. Fides h.l. non humana conſideratur, ſed divina, non *miraculoſa* activa agens, aut paſſiva recipiens, ſed ſalvifica. Ut enim fides relata ad Dei potentiam miraculoſa dicitur, Matth. 17, 20. ſic relata ad Dei miſericordiam in Chriſto vocatur ſalvifica, Rom. 3, 26.

Nota 6. Fides ſalvifica non ficta, ſed vera eſt, & neqvaqvam verbalis aut hypocritica, Jacob. 2.

Nota 7. Credere Deum, credere Deo, & credere in DEUM diſtincta ſunt. Nam.

I. *Credere DEUM* eſt credere, qvod ipſe ſit Deus, qvod & mali credunt. (ſcire Deum eſſe, & reſpicit τὸ εἶναι, ejusq; notitiam.)

II. *Credere DEO* eſt credere vera eſſe, qvæ loqvitur, qvod & mali faciunt. Et nos credimus homini, ſed non in hominem. (& reſpicit dicta & facta Dei, eorumq; aſſenſum.)

III. *Credere in DEUM* eſt fiduciam in Deum collocare. Sive credere in Deum eſt credendo amare, credendo in Eum ire, credendo Ei adhærere, & ejus membris incorporari. *Per hanc fidem juſtificatur impius* NB. ut deinde (peractâ juſtificatione) ipſa fides incipiat per dilectionem operari. Prout ipſe Lombardus, cujus hæc verba ſunt, naturam fidei explicavit, in mediis Papatus tenebris conſtitutus, libro 3. ſent. diſtinct. 23.

Nota 8. Fides dicitur *πληροφορία*, *ὑπόστασις*, fides Jeſu Chriſti, Gal. 2. victoria, qvæ vincit mundum, 1. Joh. 5. Dei donum. Adeoqve

I. *Πληροφορία* excludit hæſitationem & diffidentiam, & includit pleniſſimum conſenſum atqve perſvaſionem certiſſimam. vid Luth. Tom. XI. W. in Gen. c. 28. f. 127. a. Die heilige Schrifft lehret/ daß allein

der

der Glaube die Welt überwindet/welcher Glaube iſt daß man das Wort im Hertzen habe/und am Wort nicht zweiffele/ leide/ nicht verzage / nicht müde werde/biß ans Ende. Nam verbi & fidei conjunctio eſt Mixtura ſimplex ſaluberrima, Hebr.4, 2. vid. Art. 124. §.2. NB.

II. *Fides dicitur* ἔλεγχος, Hebr. XI,1. ab ἑλῶ, capio, qvia ἕλη, calor ſolaris, efficit, ut omne vegetabile vires capiat. Sic ſol juſtitiæ, Malach. 4. credentem reficit, & omne dubium ſtrangulare poteſt, (ἄγχω,) atqve os obturare Phariſaiſmo.

III. *Fides dicitur* ὑπόστασις, qvia ſtat, perſtat & ſubſiſtit, dum fidelis contra omnem ſpem aut ſenſum rationis in ſpem fidei credit. Confer infra Art.94. NB. & Manuale Art. 93. NB.

IV. *Fides DEI donum eſt* tàm qvoad qvalitatem, qvàm qvoad qvantitatem, non verò conditio, qvam homo implere poteſt, ſup.p.285.

V. *Fides eſt donum DEI* ἀμεταμέλητον non reſpectu ſubjecti mutabilis, ſed reſpectu divini ordinis & decreti. vide ſupra Articul. 10. Titul. 17. NB.

§. 2. *Ad pleniorem fidei cognitionem facit ſeqvens* ſummarium : Fides juſtificans eſt opus gratiæ Dei regenerantis, *miniſterio verbi & Sacramentorum, in homine, qvi Spiritui S. malitioſè obicem non ponit, productum: qvo ipſe agnitam & indubitato aſſenſu acceptatam promiſſionem gratiæ Evangelicæ, & in illa oblatum Chriſti meritum, ad omnes & ſingulos homines peccatores, ex ſeria DEI intentione ſpectans, ſibi in individuo, interiori cordis motu applicando appropriat, ad DEI gloriam, & credentis ſalutem.*

Nota 1. *Fides* eſt eorum, qvæ non vides, ſed credis, Hebr.XI.

Nota 2. *Fides* h.l. conſideratur *juſtificans*, non verò Hiſtorica.

Nota 3. *Fides eſt opus*, non hominis, ſed Dei, qvi illud in homine efficit & per hoc juſtificationem perficit, Johan.6, 29. Hoc eſt opus Dei τοῦτό ἐστι τὸ ἔργον τοῦ Θεοῦ, ut credatis in Eum, qvem ille miſit. Nec obſtat fidei *obedientia*, Rom.1,5. qvæ reſpicit obedientem Chriſti apprehenſionem, qvam Evangelium reqvirit, 2. Cor.10,5. non verò obedientiæ legalis exercitium.

Nota 4. *Fides eſt opus gratiæ*, non verò naturæ, ex Art.90.& 30. Nec conditio homini poſſibilis, NB. ſup.p.285.

 No-

Digitized by Google

Nota 5. *Fides eſt opus gratiæ regenerantis*, qvia regeneratio eſt ipſa fidei collatio, Joh.3.vid. Art.92.

Nota 6. *Fides* ordinariè datur non per Enthuſiaſmum, ſed per verbi auditum, Art. 124. ex Rom.10. & Sacramentorum uſum, Johan.3. & Matth. 26.

Nota 7. *Fides* datur in homine & homini DEO non reſiſtenti, Actor. 7. ſed obedienti, & auditum verbi admittenti, Rom.1,5.

Nota 8. *Fundamentum* fidei eſt promiſſio Evangelica univerſalis, vid. Artic.77.38.39. in univerſali merito Salvatoris fundata, Art.55.

Nota 9. *Appropriatio* fidei eſt individualis, Gal.2. Chriſtus dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me. Confer de mixtura promiſſionis & fidei Heb.4,2. NB. Art.124. §.2. Ex qvibus patet

I. *Uſitata fidei definitio*. Fides juſtificans eſt à Spiritu S. excitata veritatis divinæ agnitio, ita, ut aſſenſum ſeqvatur gratiæ Dei in promiſſionibus Evangelicis propter Chriſtum Redemtorem fiducialis, ad juſtitiam & ſalutem æternam, apprehenſio. Nam fides tres diſtinctas mentis operationes reſpicit, dum

I. *Notitia* terminos ſimplices non ſolùm generaliter & conceptu ex principiis naturalibus poſſibili, ſed etiam rectè, ſufficienter & notitiâ revelatâ ſalutari apprehendit (NB. Matth.16,17. Caro & ſangvis non revelavit tibi, ſed Pater meus cœleſtis.)

II. *Aſſenſus* terminos rectè apprehenſos rectè & ſalutariter connectit, & ex connexione veritatem divinam perſpicit.

III. *Fiducia* ex præmiſſis infallibiliter concludit & univerſales promiſſiones ſibi individualiter applicat. Qvâ de re dictum eſt ſupra p.10. & Art.30. § 6. Can.3.

II. *Indubitata Aſſertio*

I. *Fides eſt notitia, ſed non ſola*. vid. §. 5. Ratio eſt, qvia hæc notitia ſalutaris ſimul conſeqventem aſſenſum & fiduciam reſpicit. vide Luc.1,76. Tit.1,1. Joh.17,3. & ſingularem atqve divinam certitudinem reqvirit, Job. 19. Scio. vide ſupra p.10. 11. 18. & p.185. ex principio credendi certiſſimo. Art.5.

Poriſma: Ergò etiam ſimpliciſſima fides (ſup.p. 193.) non tamen eſt ignorantia, ein Köler-Glaube. vid. D.Calovii Syſtema Tom. I. p.858. & Tract. procem. de Theologia p.10. & *Arriaga* Diſp. 16. Logica p. 274. ubi

Digitized by Google

ubi ait : Scientia accipitur latiſſimè pro qvacunqve cognitione intellectuali , præſertim certa & infallibili. Qvo ſenſu etiam fides divina dicitur ſcientia, propter ſummam ejus certitudinem & infallibilitatem.

Aſſertio II. *Fides eſt aſſenſus; ſed non ſolus*, vid. inf. §. 5. & 1. Joh. 5, 6. 1. Tim 1, 15. Joh. 3, 33. & a rationis ſenſu diſtinctus. NB. ſup. p. 195. ſeq. de fundamento aſſenſus. Ratio enim prius intelligit, deinde credit : Fides verò priùs credit , deinde pleniùs intelligit objectum ex revelatione cognitum.

Aſſertio III. *Fides eſt fiducia*. vid. Hebr. XI, 1. Gal. 2, 20. Rom. 8, 38. NB. infra §. 5.

Nota 1. *Fiducia* dicitur acqvieſcentia voluntatis in bono præſente cognito, tanqvam causâ conſeqvendi alterius boni, qvod expetitur. vid. Tract. de Theologia §. 2. NB. p. 10.

Nota 2. *Fiducia* fidei excludit utrumqve hoſtem, tàm ὀλιγοπιστίας, qvàm ἀπιστίας, vid. Matt 17, 20. Marc. 9, 24. Matt. 14, 31. c. 6, 30. Marc. 16, 14. Cùm enim Deus ſit πιστός , 1. Cor. 10. qvi ſtat promiſſis , ac proinde dignus, cui fidem habeas , qvia minimè ἄπιστος , aut perfidus eſt, ideò Chriſtianus tenetur ei credere & confidere , ut non ſit incredulus , ſed credens, Johan. 20, 27. vid. 1. Johan. 5, 13. & Matt. 9, 2. Confer Tractatum procemialem de Theologia, & Artic. 1. de Theol. Poſit. §. 2.

Nota 3. *Fiducia* vel notat fiducialem CHRISTI *apprehenſionem*, actualem , certiſſimam ; vel confidentiam ex illa ortam , a fidei eſſentia inſeparabilem. Prior eſt ipſe actus & juſtificantis fidei forma ; poſterior verò eſt fidei effectus & conſeqvens fructus. Prior reſpicit Chriſti meritum ut imputabile ; poſterior verò , qvatenus illud ipſum jam actu imputatum eſt credenti & actu juſtificato.

Poriſma 1. Ergò fides non eſt incerta. vid. §. 11.

Poriſma 2. Ergò fiducia excludit incertitudinem, trepidationem & anxietatem conſcientiæ vid. Theol. Exeget. NB. lib. 2. c. 6. Tit. 4.

Poriſma 3. Ergò fiducia fidei non eſt fiducia ſpei. Qvia fides tenet præſentem gratiam; ſpes verò reſpicit futuram gloriam.

Poriſma 4. Ergò Bellarminus impiè fiduciam fidei vocat meram ſtultitiam. NB. ſup. p. 187.

Poriſma 5. Ergò fides non eſt idea , neqve opus intellectus vel voluntatis humanum , neqve deſinit eſſe notitia , qvia eſt fiducia.

Conf.

d by Google

Confer concurſum theoriæ & praxeos, ſupra Tractat. procem. de natura Thelog. §. 2. p. 10.

§. 3. Cauſa efficiens fidei diſtincta eſt. *Nam* I. Cauſa principalis eſt Deus, *1. Petr. 2, 24. Johan. 6, 29. Col. 2, 12. & terminativè Spiritus S. 1. Cor. 12, 3. Fides enim non eſt opus humanarum virium, ſed Dei donum, vid. Matth. 16, 17. Eph. 2, 8. Et Spiritus Sanctus facit, ut Chriſtum poſſimus vocare Dominum, 1. Cor. 12.* II. Cauſa organica realis *ſunt Verbum & Sacramenta.*

Nota 1. Principium fidem generans, conferens & confirmans adultis eſt verbum, Rom. 10, 17. c. 1, 16. auditum, lectum & prædicatum, fidei fundamentum unicum, vid. ſup. p. 223. & Articul. 124. Enthuſiaſmo oppoſitum; Infantibus verò fidem confert Baptiſmus, Joh. 3, 5. Tit. 3, 5. vide Articul. 87.

Nota 2. Univerſalitas fundamenti fidei ex Artic. 3. neminem ex abſoluto aliqvo decreto à fide excludit, vid. Luc. 24, 27. Actor. 17, 30. Rom. 10, 17. c. 1, 16. Marc. 16. Matth. 28. & ſupra Art. 38. & 39. NB.

Nota 3. Collatio fidei diſtincta eſt reſpectu 1. notitiæ, 2. aſſenſus, 3. fiduciæ. NB vid. Artic. 92. §. 7. & ſupra p. 10 & Articul. 30. ubi operationes mentis non ratione principii, ſed ratione ſubjecti ſunt mentales.

Poriſma: Ergò fides nec à ratione, nec rationis, ſed ſolius DEI opus eſt, Johan. 6. neqve bonum hereditarium, ſed beneficium Dei gratuitum.

III. *Cauſa efficiens perſonalis eſt Miniſterium Eccleſiaſticum.* vidè inf. Art. 124. & 1. Cor. 3, 5. c. 4, 15.

§. 4. Materia fidei itidem diſtincta eſt. *Nam* 1. Objectum fidei qvod credit, eſt generale, *in qvod fertur fides, videlicet ipſe Deus (neqvaqvam verò homo ſanctus) & univerſa divina revelatio, ſive omne Dei verbum. vid. Actor. 24, 14. c. 26, 27. adeoqve non τὰ ὁρατὰ, ſed τὰ πιστὰ, ſive res, qvæ non ſubſunt humanis ſenſibus, aut intellectui, ſed eum longiſſimè tranſcendunt. vid. ſup. Articul. 2. & 3.* 2. Objectum ſpeciale *fidei eſt Deus gratiam in Evangelio revelans, & Chriſtus gratiam illam merito ſuo acqvirens*

atqve

Digitized by Google

atqve offerens, & Spiritus Sanctus gratioſè nos vocans, dum promiſſionem Evangelicam, qva meritum Chriſti includit, ſingulis offert, ut credenti oblatum, apprehenſum & applicatum reddatur, Actor. 4, 12. c. 10, 43. per Verbum & Sacramenta, Act. 2, 38. 1. Cor. XI, 25. & Salvator catholicus in promiſſione Evangelica univerſali omnibus datus, Eſa. 9. Luc. 2. & applicabilis, fiat tandem ſingulis credentibus applicatus. vid. ſupra Artic. 3. p. 196. NB. & Rom. 4, 23. de fundamento & objecto eſſentiali, perſonali & doctrinali, & p. 197. de univerſali fundamento fidei omnibus ad ſalutem neceſſario. Et de promiſſionibus univerſalibus Artic. 77. NB.

Nota 1. Credenti nullum verbum revelatum eſt impoſſibile, Luc. 1. aut paradoxon. Confer Selnecceri verba de Ser. Sax. Electore Auguſto: Und wenn mein HErr Chriſtus noch was unmüglichers hätte befohlen/ ſo wolte ichs doch gläuben/ wenn nur ſein Wort da ſtehet. Gedenckkunſt/ p. 223. & ſup. p. 338. NB.

Nota 2. *Objectum* notitiæ & aſſenſus eſt univerſa divina veritas Legalis & Evangelica: ſed fiduciæ objectum eſt univerſalis gratia in Chriſto promiſſa.

Poriſma 1. Ergò proprium & adæqvatum fidei juſtificantis objectum nõ eſt omnis verbi divini hiſtoria, nec canis Tobiæ apocryphꝰ, nec qvælibet divina promiſſio, nec omnia doctrinæ Chriſtianæ capita, verùm promiſſio Evangelii catholica de gratuita remiſſione peccatorum propter Chriſtum, ſive Chriſtus cum omnibus ſuis beneficiis in verbo Evangelii omnibus oblatus, qvæ ſingulis credentibus applicatur & per Sacramenta obſignatur, 1. Cor. 1, 23. 30. Actor. 10, 43. 1. Cor. 1, 6. c. 5, 7. 2. Cor. 5, 20. Galat. 3, 1. Marc. 16. Matt. 26.

Poriſma 2. Ergò fides credentis tentati unicè fundatur in petra Chriſto, Matth. 16. cujus vocem tenetur audire, Matt. 17. non verò vocem carnis trepidantis, aut Satanæ deſperationem ſvadentis. NB. Art. 124. §. 3. Imò in verbo Chriſti ſimul videt Dei bonitatem & potentiam, qvæ fidei fulcra ſunt certiſſima. Nam illa nos de Dei voluntate, hæc de effectus infallibilitate, utraq; verò de promiſſionum divinarũ veritate certos reddit. Illa noſtræ indignitati, hæc naturæ impoſſibilitati opponẽda eſt. Qvod patet ex Art. 77. & ſup. Art. 10. Tit. 17. 20. ſeq. & Tit. 33 & 38. NB.

II. *Subjectum fidei qvod credit, eſt homo renatus*, viribus credendi per gratiam regenerationis inſtructus; (ſive infans, ſive adultus) *ſubjectum verò qvò credens credit, eſt cor*, Rom.10,9. oculi mentis, Eph. 1,18. Coloſſ.1,9. ſive intellectus ratione notitiæ & aſſenſus: voluntas verò ratione fiduciæ. Spectatur autem hoc ſubjectum vel ratione divinæ intentionis, vel ratione actualis collationis, vel ratione finalis continuationis. Nam.

I. *Ratione divinæ intentionis fidei ſubjectum eſſe debet omnis homo.* Qvia fides non tantùm eſt qvorundam abſolutè electorum, vid. 1. Tim. 2,4. Matth.XI, 28. etiamſi fides dicatur eſſe electorum, ſcilicet non excluſivè, ſed eminenter, ratione perſeverantiæ.

II. *Ratione actualis collationis* ſubjectum fidei ſunt omnes non qvidem in gentiliſmo perſeverantes, ſed qvi mediis, per qvæ Deus fidem dare decrevit, legitimè utuntur, ſine diſcrimine ætatis aut conditionis, Rom.1,16. Act.10.

Poriſma: Ergò Subjectum fidei ſunt etiam infantes, qvibus illa per parentum preces impetratur, & per Baptiſmum confertur. vide Articul. 87. qvod Salvator aſſerit Matth.18,6. Luc.18,16. Unde benedicti, Marc.10,16. ſalvantur c.16. ut Dei filii, Johan. 1,12. Gal. 3,26. Confer Luc. 1, 41. Nec obſtat, qvod *fides non ſit omnium*, 2.Theſſ. 2. Qvia 1. omnes verbum non audiunt, 2. nec obtemperant, ſed media ſalutis negligunt, 3. nec ulla hîc penes Deum culpa, ſed penes ſolum hominem, illud donum negligentem & organa fidei contemnentem, eſt.

III. *Ratione continuationis finalis ſubjectum fidei ſunt perſeverantes electi*, Matt.24. Art.109. & 110.

Poriſma: Ergò abſurda eſt definitio Concilii Tridentini ſeſſ.6.c.15. Qvolibet mortali peccato amitti gratiam, ſed non fidem. Unde *fideles nominat fornicarios, adulteros, molles, maſculorum concubitores, fures, avaros, ebrioſos, maledicos, rapaces*, cæteroſqve omnes, qvi lethalia committunt peccata. Non enim qværitur, an in cœtu Eccleſiæ viſibilis dentur peccatores mortales, qvi anteà fuerant fideles? Sed de eo qværitur, an in flagranti ſcelere deprehenſus adhuc ſit fidelis dicendus, & qvidem reſpectu fidei non Hiſtoricæ, ſed ſalvificæ? Qvod omninò falſum eſt. Qvi enim credit, ſalvatur, Marc.16. Johan.3. Adeoqve fides non conſiſtit cum peccato proæretico mortali.

§.5. For-

§. 5. Forma fidei eſt certa & fiducialis apprehenſio remiſſionis peccatorum & æternæ ſalutis propter Chriſti meritum, *ejusqve applicatio, vid. ſupra Artic. 77. ſive Salvatoris velut unici objecti juſtificantis individualis applicatio & receptio, Job. 1, 11. Confer de illatione & concluſione fidei ex præmiſſis ſupra p. 10. Tractat. de Theologia §. 2. NB. & infra §. 11. nec non verba Arriagæ ſupra §. 3. fidem eſſe ſcientiam; cum dubitatione Breſſeri, infra §. 11. & judicio Bellarmini, cui fiducia eſt ſtultitia, ſupra p. 187.*

Nota 1. Præſupponitur hôc locô 1. *notitia* ſive cognitio, & intellectualis apprehenſio promiſſionis de gratuita peccatorum remiſſione per Chriſtum. 2. *Aſſenſus*, ſive judicium intellectus approprians, qvo peccator credit promiſſioni de gratuita juſtificatione, & in ea ſimpliciter acqvieſcit. 3. *Fiducia* verò non eſt *παῤῥησία* & confidentia ex meriti Chriſti receptione orta, (juſtificationem conſeqvens) ſed *actus fidei juſtificantis*, qvatenus talis eſt; ſive acceptio & apprehenſio meriti Chriſti *appropriativa*. vid. Gal. 2, 20. Job. 19, 25. Joh. 20, 28. vide infra §. 11. Aſſertione 3. NB. Qvæ apprehenſio *non eſt theoretica*, & nudè aſſenſitiva, cum qvis in intellectu ſuo pro indubitato habet, Chriſtum non ſolùm pro omnibus, ſed etiam pro ſe in individuo eſſe mortuum (qvalis opinio etiam datur in hypocritis atqve impiis) *ſed practica*, qvæ totum cordis & voluntatis in merito Chriſti recumbentis deſiderium, cum actuali appropriatione conjunctum complectitur. Ita ut concurrat receptio Chriſti 1. cognoſcitiva, reſpectu notitiæ, 2. approbativa, reſpectu aſſenſus, 3. appropriativa, reſpectu fiduciæ.

Nota 2. Applicatio, qvâ novi Deum eſſe meum Patrem, Redemtorem & Sanctificatorem, eſt qvaſi anima fidei. vid. infra §. 11. NB. & Artic. 3. Nam unusqvisqve ſibi applicare debet meritum CHRISTI, ac ſi pro ſe ſolo fuerit præſtitum, ſupra §. 2. vid. Galat. 2. Chriſtus tradidit ſemetipſum pro me.

Poriſma: Horrendum ergò eſt anathema Concilii Tridentini, Seſſione ſextâ, de juſtificatione, canone 12. 13. 14. ubi ait:

I. Si qvis dixerit, fidem juſtificantem nihil aliud eſſe, qvàm fidu-

Digitized by Google

ciam divinæ miſericordiæ peccata remittentis propter Chriſtum, vel eam fiduciam ſolam eſſe, qvâ juſtificamur, anathema ſit.

II. Si qvis dixerit, omni homini ad remiſſionem peccatorum aſſeqvendam neceſſarium eſſe, ut credat certò, & absqve ulla hæſitatione propriæ infirmitatis & indiſpoſitionis, peccata ſibi eſſe remiſſa, anathema ſit.

III. Si qvis dixerit, hominem à peccatis abſolvi, ac juſtificari ex eo, qvod ſe abſolvi ac juſtificari certò credat; aut neminem eſſe verè juſtificatum, niſi, qvi credat, ſe eſſe juſtificatum, & hâc ſolâ fide abſolutionem & juſtificationem perfici, anathema ſit. Qvæ directè contradicunt Paulo Gal. 2. & Dei Filio, Matt. 9. Confide, remiſſa ſunt tibi peccata tua. vid. Chemnicii Examen NB. & infra §. 11. NB. & Art. 94. §. 8.

§. 6. Ex forma vita & actus fidei cognoſcitur. *Confer de actibus fidei ſalvificæ Diſſertationem Höpfneri ſub finem Comm. in Pſalm. 91.*

Obſerv. 1. *Fides viva eſt non ſolùm ratione ſigni*, & qvatenus viva ab hypocritarum fide diſtincta agnoſcitur ex operibus, Jac. 2. *ſed etiam inprimis ratione ſuæ formæ*, qvatenus Chriſtum veram vitam, apprehendit, & vitæ ſpiritualis cauſa eſt, Galat. 2, 19. vide infra §. 11. NB.

Obſerv. 2. *Fidei operatio duplex eſt: Una* qvæ exerit ſe *ſurſum ad Deum*, cum qvo immediatè agit in Articulo Juſtificationis, apprehendens Filii meritum & applicans homini promiſſiones gratiæ, qvatenus remiſſionem peccatorum in Chriſto accipit, Act. 10, 43. dum eundem recipit, Johan. 1, 12. & juſtitiam fide habet credens, Phil. 3, 9. *Altera tendit deorſum ad proximum*, cum qvo mediante charitate agit in Articulo Sanctificationis, & univerſam Chriſtianiſmi praxin dirigit, Artic. 100. vid. de Theologiæ natura §. 2. NB.

Obſerv. 3. Fides per charitatem efficax neqvaqvam operatur juſtitiam atqve ſalutem, ſed miſericordiam & alias virtutes. vid. Gal. 5, 6. ἐνεργουμένη NB. activè. Sic 2. Cor. 1, 6. Eph 3, 20. Nam ἐνεργὴς eſt efficax, ad ἔργον & opus producendum, qvæ eſt πολύκαρπος. vid. Gal. 5, 22. cujus fructus l. d. enumerantur. Sicut ipſum Evangelium eſt fructiferum. καρποφορούμενον, Coloſſ. 1, 6. in toto mundo.

Obſerv. 4. Charitas non eſt fidei forma movens & agens, ſed ſignum & effectus vitam fidei indicans: ita, ut impoſſibile ſit, fidem ſalvi-

ſalvificam conſiſtere cum peccatis proæreticis, aut cum propoſito peccandi. Qvâ de re agit Lutheri præfatio in Epiſtolam ad Romanos, vide ſupra §. 4.

Obſerv. 5. Fides aliter conſideratur in juſtificato, aliter in juſtificando: ibi enim eſt radix cæterarum virtutum, hîc verò inſtrumentum & manus, gratiam apprehendens.

§. 7. *Finis fidei eſt Dei gloria, juſtitia, ſalus & vita æterna, 1.Pet.1,9. vid. Joh.3,33. Rom. 4, 20.*

Canon 1. Salus absqve fide nulla eſt. Joh. 3.

Canon 2. Salus tribuitur fidei, ut organo apprehendenti, Confeſſioni verò non niſi ut ſigno declaranti, Rom.10.

Canon 3. Fides ſalvifica cum ſuo correlato Chriſti merito, cujus ſolius reſpectu ſalvat, intelligenda eſt. vid. Apolog. Aug. Conf. Artic. de fid. & juſtif. p. 69. Qvoties nos de fide loqvimur, intelligi volumus objectum, ſcilicet miſericordiam promiſſam (in Chriſto.) vide ſupra Artic. 76. de Evangelio, NB.

Poriſma: Ergò nemo alienâ fide ſalvatur.

§. 8. Effectus fidei diſtinctus eſt. *Nam*

I. *Effectus fidei immediatus eſt juſtificatio*, Rom. 3. adoptio infra Art. 94. unio cum Chriſto Art. 96. & Spir. Sancti obſignatio, Rom. 8,15.

Canon: Sóla fides juſtificat, vid. Rom. 3, 28. Gal. 2,16. Rom 4,5. qva de re agit Art. 94. Qvæ in juſtificationem & ſalutem noſtram influit non meritoriè ut opus, (opera enim ſunt fidei effectus) ſed reſpectu objecti apprehenſi, qvod ipſa per modum organi tenet. Unde per emanationem ſeqvuntur juſtificati hominis fructus, Bona opera, Art. 100. fidei propria.

II. *Mediatus* fidei effectus eſt renovatio, de qva Artic. 97. cujus fructus itidem ſunt B. opera, Artic. 100.

§. 9. Fructus fidei, *ſive fructus Spiritus enumerantur novem c. 5. Gal. inter qvos eminet Pax Dei, in tranqvillitate conſcientiæ, gaudio cordis, favore & gratia Dei conſiſtens, cujus à pace mundi differentia eſt planè ineffabilis.*

§. 10. Signa veræ fidei, *ex qvibus arbor bona ex bonis*

 fru-

fructibus proximo innoteſcit , Matth. 7. ſunt : Charitas, ſive fidei per charitatem operatio , pœnitentia, preces , verbi auditus , lucta carnis & ſpiritus , vid. infra Articul. 99. & vitæ æternæ deſiderium &c. Confer verba Formulæ Concordiæ de juſtitia fidei: Jedoch ſoll nicht ein ſolcher Glaube getichtet werden/ der bey und neben einem böſen Vorſatz zu ſündigen und wider das Gewiſſen zu handeln / ſeyn und bleiben könte / ſondern nach dem der Menſch durch den Glauben gerechtfertiget worden / alsdann iſt ein warhafftiger lebendiger Glaube durch die Liebe thätig / *Gal. 5.* alſo / daß die guten Wercke dem gerechtmachenden Glauben allzeit folgen/und bey demſelben / do er rechtſchaffen und lebendig / gewißlich erfunden werden/ wie er dann nimmer allein iſt / ſondern allzeit Lieb und Hofnung bey ſich hat.

Obſervatio : Qvia judicium hoc nube tentationum obſcurari & planè extingvi poteſt , ideo in luctâ fidei ſimul gratuita noſtra vocatio, promiſſione divinæ , Baptiſmi fœdus , Cœna Dominica & Spir. S. obſignatio reſpicienda eſt. vid. Art. 109. NB.

§. 11. Attributa fidei diſtincta ſunt , ejusqve proprietates memorabiles.

Aſſertio I. *Fides eſt una*, Eph. 4. ejusqve in V. & N. Teſtamento in omnibus credentibus datur identitas.

Nota : *Fides eſt una*, Eph. 4. ſcilicet non ratione ſubjectorum & graduum, ſed ratione objecti & formæ. vid. Art. 80. Gen 3, 15. Actor. 15. Unus enim idemqve fiduciali apprehenſione tenendus eſt Salvator in V.T. venturus Matt. XI. & in N.T. præſens exhibitus, 1. Tim. 2.

Aſſertio II. *Fides ſalvifica eſt vera & viva* , vide infra art. 94. §. 6. NB. & Theol. Aſcetica, adeoqve non mortua, Jac. 2, 14. nec ficta, 1. Tim. 1, 5. hypocritica, aut verbalis, ſed ſincera & talis , qvalem Deus in verbo reqvirit vid ſup. §. 2. NB.

Nota : Qvemadmodum omne ens verum tale eſt, qvale Deus reqvirit, ita & vera fides, non alia datur, qvàm illa, qvæ veræ fidei reqviſita verè habet. Et proinde viva eſt *formaliter*, qvatenus Chriſtum, qvi eſt vita fidei , tenet , Gal. 2. & *conſeqventer* qvatenus vita ejus ex fru-

fructibus oſtenditur, Jac. 2. cujus veritas ex veritate objecti, ejusq; & verâ apprehenſione certa eſt, vid. §. 6. Non obſtante vel perſeverantiâ, vel apoſtaſiâ. Nam tempus durationis ſive perpetuæ, ſive deſinentis, veritatem durationis non tollit. (etiamſi vera fides, qvæ terminum ſalutis aſſeqvitur, vocari poſſit perſeverans & viva.)

Poriſma: Ergò & πρόσκαιροι habent veram fidem, & qvi ad tempus credunt, verè credunt. vid. Luc. 8, 13.

Ratio eſt, qvia Diabolus tollit ſermonem de corde eorum, ne credentes ſalventur, v. 12. Ergò habuerunt illud verbum, cui credentes ſalvari poterant baptizati, Marc. 16. Confer de Apoſtatis & peccantibus in Spiritum S. Art. 35. §. 4. Et qvia habebant talem fidem, cujus reqviſita ratione notitiæ, aſſenſus & fiduciæ poterant terminare verum & veræ fidei ſalvificæ conceptum.

Canon: Vera fides neqve cum peccatis proæreticis, neqve cum peccandi propoſito conſiſtere poteſt, qvia vera fides affert propoſitum abſtinendi à peccatis, & continuandi ſtudium B. operum, Jerem. 31, 18. vid. Art. 100. & Lutheri præfationem in Epiſt. Roman. & ſup. §. 4. Imò & ſolum peccandi propoſitum fidem & Spir. Sanctum excutit. vide de peccato mortali ſup. Art. 34.

Aſſertio III. *Fides eſt certiſſima*, & qvi credit, ſcit ſe credere, dum ſe probat, & fidei reqviſita accuratiùs examinat. vide 2. Cor. 13. id qvod patet

1. ex variis fidei nominibus, ſupra §. 1. & 3.
2. ex fidei exemplis, Rom. 4. Pſal. 32.
3. ex certitudine promiſſionum divinarum, &c. vid. ſupr. Art. 77.

Canon: Unusqvisqve de fide ſua poteſt & debet eſſe qvàm certiſſimus. vid. ſeq. Art. 104. Non obſtante tentationum varietate. Qvarum antidotum oſtendit Articulus 109. & ſeqvens Concluſio infallibilis: Qvicunqve meritum Chriſti fiducialiter apprehendit, deſiderans illud ſibi imputari, & per ac propter illud à peccatorum agnito reatu abſolvi ac juſtificari, ille veram fidem habet. At ego apprehendo. E. habeo veram fidem. Confer ſup. §. 5. & Art. 77. & ſup. §. 3. Teſtimonium Arriagæ, fidem eſſe ſcientiam. NB.

Poriſma 1. Ergò ſtolida eſt Bellarmini aſſertio, ſtolidam eſſe doctrinam de certitudine remiſſionis peccatorum. vid. Theol. Poſit. Art. 1. p. 187. & ſup. §. 5. ex Concilio Tridentino. Po-

Digitized by Google

Poriſma 2. Ergò acatholica eſt aſſertio Breſſeri lib.2. de Conſcientia c.13.§. 125. p. 199. citra ſpecialem revelationem nemo poteſt eſſe certus certitudine fidei, de ſtatu præſentis gratiæ. Eſt omnium Catholicorum.

Aſſertio IV. *Fides eſt firmiſſima*, ita tamen, ut diſtinctos firmitatis & infirmitatis gradus non excludat. Conf. Eſa 28, 16.

Poriſma: Ergò infirmitas non eſt de natura fidei.

Ratio eſt, qvia fidei defectus ſolùm accidunt fidei, ratione ſubjecti, qvorum alii reſpiciunt materiam & qvantitatem, alii verò formam & qvalitatem fidei. Qvamobrem etiamſi infirma fides etiam ſit fides, tamen infirmitas iſta non eſt laudabilis, ſed opus carnis, cui reſiſtendum eſt precibus & aliis pietatis exercitiis. Precibus enim & mediis augendi fidem, verbo ſcilicet & Sacramento, ſemper opus eſt.

Canon 1. Fides etiam minima magnos dubitationum & tentationum montes transfert. Et langvida qvoqve fidei ſcintillula in tentatis reſidua remiſſionem peccatorum apprehendit, qvia non innititur meritis aut ſanctitati noſtræ, ſed perfectiſſimo CHRISTI merito. vide ſupra Artic. 77.

Canon 2. Ὀλιγοπιςία ſæpè fit ἀπιςία & diffidentia de divina veritate, potentia, & promiſſionum infallibilitate, Articul. 77. vide ſupra pag. 17. NB.

Aſſertio V. *Lucta fidei eſt graviſſima.* Qvæ tàm in carnis debellatione, qvàm in crucis probatione, & tentationum lucta animadvertitur. vid. Art. 98. 99. 108 & ſup. 53.

Obſerv. 1. Lucta & dubitatio alia fidem vincit, qvæ infidelitatis eſt, alia verò impugnat eandem, qvæ infirmitatis eſt.

Obſerv. 2. Lucta infirmitatis non eſt opus Spir. S. ſed carnis, qvod minimè laudem meretur, ſed cui precibus meritò reſiſtitur.

Obſerv. 3. Fides vera, licet infirma, tamen πληροφορίας habet & abſqve hæſitatione eſt, tali ſcilicet, qvæ meritum CHRISTI gratiamqve Dei acceptam penitùs evertat, ſibiqve prorſus inutilem reddat & inanem.

Aſſertio VI. *Fides eſt conſtantiſſima.* Qvamvis fidei perennitas non abſoluta, ſed in mediis ordinariis fundata, Luc 8, 15. Col. 2, 5. & ad regnum gratiæ reſtricta ſit, 2. Cor. 5, 7. 1. Cor. 3, 8.

Obſerv. 1.

Digitized by Google

Obſerv. 1. Fides poteſt moveri, turbari & amitti. vid. ſup. Art. 92.

Obſerv. 2. Etiam vera fides poteſt eſſe ὀλιγόπιςος. vid. ſupra numero 2. NB.

Obſerv. 3. Perſeverantia in fide ſemper à Deo petenda eſt. vide infra Artic. 109. & 1. Pet. 5, 9.

Obſerv. 4. De perſeverantia fidei neqvaqvam dubitandum eſt, vid. ſup. Art. 77. & infra Art. 109. & 110.

Aſſertio VII. *Senſus fidei eſt ſingulariſſimus, non tamen eodem tempore æqvalis, nec perpetuus.*

Canon: In tentationibus qvando vel nullus vel exiguus datur fidei ſenſus, omnium tutiſſimum eſt inniti divinis promiſſionibus. Confer Articul. 77.

Aſſertio IIX. Fides eſt efficaciſſima. Nam efficacia fidei exerit ſe non ſolùm in univerſa vita, potiſſimùm in precibus, Jac. 1, 5. ſed etiam in ipſa morte, Johan. 8. infra Articul. 132. uti patet ex Simeonis exemplo, Luc. 2.

§. 12. Oppoſita fidei varia ſunt. *Videlicet dubitatio, falſa perſvaſio, formido, diffidentia, an Deus ſit πιςὸς, 1. Cor. 10. vid. ſupra p. 17. NB. incertitudo, opinio, vid. Theolog. Exeget. lib. 3. c. 6. Tit. 4. §. 9. & ſupr. p. 45. & inprimis incredulitas ſive infidelitas, & ἀπιςία, in qvam non rarò degenerat ὀλιγοπιςία, ſupra §. 11. Aſſert. 4. can. 2. & dubitatio, etiam de fide Hiſtorica. vide ſupra pag. 201.*

Canon 1. Sicut ſola fides juſtificat, ita etiam ſola incredulitas formaliter damnat, Joh. 3. Marc. 16.

Canon 2. *Credentes probatio decet & aſſidua fidei confirmatio.*

Nam 1. *probationem* reqvirit Apoſtolus, ut Chriſtiani ſeipſos probent, an ſint in fide, 2. Cor. 13, 5. vid. ſup. § 11. num. 3. hoc eſt,

1. an fides, qvam profitentur, vera ſit, non hypocritica.
2. an ſit ſatis firma.
3. an ſit ſatis conſtans. Probatio enim fidei eſt judicium & examen, juxta normam verbi, ad rem actu exiſtentem applicatum, verum à falſo, in qvæſtione, an qvis ſit in fide, ſecernens. vide ſupra de Tentatione p. 53.

2. *Con-*

Digitized by Google

2. *Confirmationem* fidei oſtendunt Verbum & Sacramenta, & Articul. 109.

§. 11. *Uſum hujus Articuli & pleniorem explicationem, atqve autorum catalogum offert Commentarius in Formul. Concord. Articul. 3. & Manuale Artic. 93. Inprimis verò egregius D. Höpfneri Tractatus de Juſtificatione.*

ARTICULUS XCIV.
De Juſtificatione per Fidem.

DEUS juſtificat eum, qvi eſt ex fide JESU, Rom. 3, 26.

§. 1.

IMmediatus fidei effectus eſt juſtificatio. *Qvod conſtat ex Artic. præcedente & ex Rom. 3. & Hebr. XI. Qvia Deus eâ intentione vocat & convertit homines, ut juſtificentur, ſive à peccatis abſolvantur, Actor. 26, 18.*

Canon: Articulus de juſtificatione eſt fundamentum fidei, in qvo cardo ſalutis noſtræ vertitur; Ideoqve nuſpiam periculoſius eſt ἐπέχειν, qvàm in hoc Articulo.

Ratio eſt, qvia hic ipſe Articulus adducit hominem ad agnitionem ſui, & agnitionem Chriſti: & eripit peccatorem ex inferno, & ex filio iræ facit filium Dei in regno gratiæ & gloriæ. Qvamobrem ingentes debemus gratias Luthero, qvi hunc articulum fundamentalem, horrendis erroribus deformatum, priſtino nitori Apoſtolico, qvoad terminos, enunciationes & concluſiones evidentiſſimas feliciter reſtituit, & ex infallibili Logica Spiritus Sancti NB. ſup. p. 10. oſtendit I. *Horologiam Sacram* ſive terminos, v. g. Qvid ſit juſtitia, qvid juſtificatio, qvid gratia &c. vid. ejus præfatio in Epiſt. Rom. NB. II. *Hermeneuticam S.* qvod juſtificatio gratuita in ſolo Chriſti merito fundata, excludat univerſa peccatoris juſtificandi opera. III. *Syllogiſticam Sacram*, qvod juſtificatio, ideo, qvia gratuita eſt, omninò ſit certiſſima & perfectiſſima, Rom. 5, 1. & c. 8, 1. ita ut jam ſimus non modò juſti, ſed etiam ipſa juſtitia in

Chri-

Digitized by Google

Chriſto, 2. Cor. 5. Qvæ veritas ſola univerſos hoſtes noſtros, qvorum antesignani ſunt Mundus, Peccatum, Mors, Diabolus & Infernus, proſternit feliciter. Qvia hoc verbum eſt ipſa veritas, Johan. 17, 17. qvæ docet & rectè credere, & piè vivere, & beatè ex hac vita decedere. Confer Artic. 117. NB. & ſup. p. 10. ſeq.

Nota 1. *Jus* dicitur à jubendo. Qvæ enim Lex jubet, illa ſunt jus, cui, qvi paret, juſtus eſt, qvia juxta regulam incedens juſtitiam habet. Et *δίκαιος* vocatur gerecht / ἀπὸ δίχα, qvi in duas portiones rem ſcindit, ut neutri parti aut perſonæ plus minusve juſto tribuat. Qvi verò juſtificatur, is pro juſto habetur, & abſolvitur.

Nota 2. *Juſtificare*, gerecht ſprechen / rechtfertigen / הצדיק, *δικαιοῦν* eſt vox judicialis, qvæ notat abſolvere, Prov. 17. juſtum pronunciare, 1. Tim. 3. ex injuſto juſtum facere, non inhæſivè, ſed imputativè, adeoq; non per juſtitiæ infuſionem, aut qvalitatum novarum introductionem, ſed per forenſem ab intentato crimine abſolutionem. Confer Prov. 17, 15. Rom. 8, 33.

Ratio eſt, qvia totum juſtificationis negotium conſiſtit non in alteratione qvalitatum in nobis, ſed in abſolutione noſtri à maledicto.

Poriſma: Ergò non qværitur hoc loco ſolùm de profana, ſed inprimis de ſacra hujus vocis ſignificatione, non qvalibet, ſed de determinata, in juſtificationis negotio, & qvidem coram DEO peracto, Roman. 3. non verò de juſtificationis peractæ coram hominibus declaratione, Jacob. c. 2.

Nota 3. *Juſtitia* h. l. conſideratur non qvatenus attributum divinum eſt, de qva agit Articulus 10. Tit. 32. ſed qvatenus tribuitur juſtificato, qvi per Chriſti juſtitiam juſtus eſt, Rom. 3. Neqve h. l. juſtitia inhæſiva ex ſanctificatione, ſed imputativa ex juſtificatione, Rom. 3. conſideratur, adeoqve non Legalis, ſed Evangelica. Confer Lutheri diſtinctionem Artic. 10. Tit. 32. §. 2. inter juſtitiam Dei activam, punientis, & paſſivam, juſtificantis, der den Sünder fromm macht. Unde vita & gaudium cœleſte. NB.

Nota 4. *Gratia* h. l. omne meritum humanum excludit à juſtificatione, non verò opera à juſtificatis. Conf. ſup. Art. 90.

Nota 5. *Gratis* juſtificatur homo, Rom. 3. cujus receptio in grati-

Digitized by Google

am non ſolùm fit ex gratia, ſed etiam eſt gratuita. Confer ſupra Art.10. de gratia divina, & Art.90.

Nota 6. *Juſtificatio*, die Rechtfertigung / da der Sünder gerecht wird / h. l. non humana, ſed divina, non ficta Pontificiorum prima, vel ſecunda, ſed vera conſideratur & unica, ex Rom. 3. & 4. qvæ eſt gratuita.

Nota 7. *Imputare*, zurechnen / ſicut & Hebr. חשב & Græcum λογίζομαι, notat alicui rem certam aſſignare, communicare, NB. §.8.& attribuere. De cujus fundamento agit §.2. & 8. NB. Conf. Epiſt. Philem. v.18.& Höpfnerum in Pſal.32. NB.

Nota 8. Imputatio eſt realis communicatio. Cujus natura explicatur infra § 8. Aſſertione 2. NB.

Nota 9. *Univerſa Synonyma* juſtificationis, qvæ ſunt: Beatitudo, imputatio juſtitiæ fidei, & peccatorum obtectio, inf. §.8. remiſſio, deletio, oblivio &c. omnia & ſingula ſimpliciter excludunt omnia noſtra opera, ex Rom.3.

Nota 10. *Oblviſci* peccatorum, eorumqve non recordari, nicht gedencken / οὐ μὴ μνησθῶ, Hebr. 8, 12. eſt tegere peccata, ea non obſervare, vel in ea non animadvertere. Confer Pſalm.25, 6.7. de reminiſcentia divina זכר.

Nota 11. *Peccata dicuntur tecta* ratione materialis, qvando non imputantur, deleta verò ex rationali Dei, qvando remittuntur, & ſublato formali non puniuntur.

Nota 12. *Terminus acceptilationis* gratuitæ, ut & qvietationis, quittieren / & ſimiles, ratione applicationis ad peccatoris juſtificationem, accuratam reqvirunt prudentiam. Qva de re dictum eſt in Repertorio 2. Theologico, & Conſilio de Clavis Flaccianæ uſu, infra libro 3. NB.

§. 2. Juſtificatio eſt actio Dei ſupremi judicis Evangelica, *qvà ex mera gratia propter meritum Filii ſolâ fide apprehenſum & credenti imputatum, peccator à culpa abſolvitur, juſtusqve pronunciatur, ad Dei gloriam & juſtificati ſalutem æternam. Confer antitheſin Concilii Tridentini ſupra Art 93. §.5. NB.*

Poriſma 1. Ergò juſtificatio noſtra gratuita, omnia tàm renatorum, qvàm non renatorum opera ſimpliciter excludit.

Poriſma

Poriſma 2. Ergò juſtificatio non eſt nova juſtitiæ infuſio, ſed à peccatis gratuita abſolutio judicialis.

§. 3. Cauſa efficiens *principalis eſt SS. Trinitas in judicio ſuo non ſecundum juſtitiam, ſed juxta miſericordiam agens, æternus Pater Filium gratis mittens, Joh. 3, 16. Filius ſponte ſuâ pro hominibus ſatisfaciens, Galat. 2, 20. Spiritus S. in cordibus hominum fidem juſtificantem accedens, 1. Cor. 6, 11.*

Canon: Juſtitia, qvâ coram Deo conſiſtere poſſumus, non noſtra, ſed Dei eſt, non eſſentialis aut infuſa, ſed in Chriſto ab ipſo acqviſita & nobis oblata atqve applicata. vid. Comm. in Form. Conc. Art. 3. NB. & ſup. Art. 10. §. 1. & 2. & Tit. 32. & Art. 90.

§. 4. Cauſa impulſiva interna *eſt Dei gratia & miſericordia in Chriſto fundata, ſive benevolentia & φιλανθρωπία gratuita, omnibus meritis & operibus noſtris oppoſita, Rom. 3, 24. Tit. 3, 4. Qvâ de re agit Articulus 10. NB. vid. Apolog. Auguſt. Confeſſ. de juſtificatione p. 80: Si fides accipit remiſſionem peccatorum propter dilectionem, ſemper erit incerta remiſſio peccatorum, qvia nunqvam diligimus tantum, qvantum debemus. vid. ſup. Art. 93. NB.*

§. 5. Cauſa impulſiva externa *eſt obedientia Chriſti activa & paſſiva fide apprehenſa, vid. ſup. Art. 55. §. 6. & 12. ſive Chriſtus cum univerſo ſuo merito fide apprehenſus.*

Canon 1. Chriſtus eſt cauſa efficiens juſtificationis 1. merito, 2. efficacia, 3. applicatione.

Canon 2. Obedientia Chriſti activa & paſſiva ad cauſam meritoriam juſtificationis pertinet, contra Piſcatorem; & ſimul eſt id, qvod imputatur, 2. Cor. 5, 21. Eph. 2, 8. Phil. 3, 9. Nam illâ ſatisfit obedientiæ legi debitæ, hâc verò pœnis inobedientiâ noſtrâ promeritis.

§. 6. Cauſa inſtrumentalis *juſtificationis, ſeu medium & organum juſtitiam Chriſti apprehendens datur aliud reſpectu DEI juſtitiam offerentis, aliud verò reſpectu hominis juſtitiam apprehendentis.*

Aſſertio I. *Cauſa inſtrumentalis realis ex parte Dei* juſtitiam Chriſti

 juſti-

juſtificantem gratis peccatori *offerens* & applicans eſt Verbum & Sacramenta, Luc. 24, 47. 2. Cor. 3, 9. c. 5, 18.

Nota: Qvomodo Verbum dici poſſit & medium & organum, patet ex Artic. 5. & 124. NB.

Aſſertio II. *Cauſa Inſtrumentalis reſpectu hominis accipientis eſt ſola fides*, qvatenus juſtitiam Chriſti fiduciali apprehenſione accipit, habet & tenet. vid. Rom. 3, 28. 22. 25. Col. 1, 23. c. 2, 7. Gal. 3, 7. c. 2, 16. Eph. 2, 8 NB. Philip. 3. verſ. 9. per qvam, non verò propter qvam juſtificamur. De qva vide præcedent. Articul. 93. Cui tribuitur Juſtificatio, qvia eſt organum

1. Propinqvum, cum juſtitia Chriſti proximè cohærens.
2. ad ſalutem ſimpliciter neceſſarium, Joh. 3. Marc. 16.
3. ex parte hominum in juſtificatione reqviſitum. Confer de natura reqviſiti ſupra Artic. 40. §. 4. neqvaqvam verò opus humanum, ſed ab ipſo Deo gratis donatum beneficium.

Canon 1. *Fides eſt manus recipiens* ex ſe nihil faciens ad doni collationem, qvæ nihil meretur, nihil diſponit ad gratiam, ſed ſimpliciter donum gratuitum accipit, aliunde & propter alienum meritum. vide ſup. Art. 77. & Rom. 3, 25.

Canon 2. *Fides juſtificans eſt vera & viva formaliter*, qvatenus Chriſtum tenet, qvi eſt Veritas & Vita, Gal. 2. Joh. 14. vid. ſup. Art. 93. §. 11. NB. non verò ſolùm conſeqventer, qvatenus ex fructibus Bon. O. viva agnoſcitur ab aliis Jac. 2. Qvâ de re agit Theol. Aſcetica NB.

Canon 3. *Fidei tribuitur juſtificatio non ratione meriti, ſed ratione medii* & inſtrumenti, inſtar ſitulæ aqvam continentis, aut manus donum oblatum accipientis, non efficientis, ſed afficientis & applicantis juſtitiam, non abſolutè prout opus eſt in nobis, ſed relatè extra nos, in apprehenſione Chriſti.

Canon 4. *Fides juſtificat, non qvatenus in prædicamento qvalitatis vel actionis eſt, ſed qvatenus in relatione conſideratur*, non reſpectu ſuæ actionis, ſed reſpectu correlati Chriſti. Adeoqve h. l. non conſideratur legaliter, ut virtus & opus cum ſuis fructibus, ſpe & charitate; ſed Evangelicè, qvatenus eſt organum Chriſtum recipiens, Joh. 1.

Canon 5. *Sola fides juſtificat*, vid. Gal. 2, 16. Rom. 3, 28.

Nota 1. *Vox ſolus* non excludit juſtificationis principium, aut præ-

præſentem credentis ſtatum, ſed operum effectum. Sic Abraham in medio bonorum operum curſu conſtitutus, non obſtante operum præſentiâ, ſine operibus juſtificatus eſt, Rom. 4. Particulæ enim excluſivæ non excludunt juſtificationis cauſas ſubordinatas aut connexas, ſed tantùm oppoſitas & alienas, adeoqve non DEI gratiam, Chriſti meritum, Verbum & Sacramenta, tanqvam media δεκτικά & exhibitiva, per qvæ DEUS juſtitiam nobis applicat, ſed tantùm opera humana.

Nota 2. Contritio, pavores conſcientiæ, & ſimilia, qvæ juſtificationem antecedunt, non ex libertate noſtrarum virium, ſed ex operatione Spiritus S. oriuntur. Qvamobrem tam antecedentes, qvam conſeqventes bonos motus & gratuita Dei dona in credentibus agnoſcimus, non verò ad juſtificationem, ſed ad ſanctificationem referimus. Quâ de re pleniùs agit infra Theol. Aſcetica.

Poriſma: Ergò motus juſtificationem antecedentes non ſuâ dignitate cooperantur, nec ad mutationem phyſicam ſubjectum præparant, ſed antecedunt, ut removens prohibens obſtaculum, ideoqve neqvaqvam ad juſtificationis naturam pertinent, ſed ad ejus ordinem, & ſubjectum juſtificandum deſcribunt.

Ratio eſt, qvia gratia divina omnem præparationem & diſpoſitionem à juſtificatione excludit. Unde & omnia opera, etiam illa, qvæ præparantia à Pontificiis vocantur, ſunt opera Legis, ideoqve gratiæ opponuntur & à juſtificatione excluduntur.

§. 7. Subjectum juſtificationis conſideratur vel in genere, ratione divinæ benevolentiæ, & juſtitiæ Chriſti acqviſitionis, *ſic nemini gratia juſtificans abſolutè denegata eſt, qvia Chriſti ſatisfactio NB. Articul. 55. §. 14. ejusqve juſtitia ad omnes peccatores ſpectat, Rom. 3, 23. vide ſupra Articul. 38. & 90.* vel in ſpecie & ratione executionis, & ſic ſubjectum juſtificationis ſunt homines in Chriſtum credentes, *Rom. 4, 5. qvicunqve & qvandocunqve vixerint, vide ſupra Articul. 80. & 76.* Objectum verò, qvod credenti imputatur, eſt Chriſti meritum, *ſatisfactio & obedientia, Eſa. 53, 11. 2. Cor. 5, 21. Galat. 3, 13. fide apprehenſa. vid. Art. 55. ſ. 6. NB. & 14. 17.*

Canon

Digitized by Google

Canon 1. *Una eademqve eſt ſalutis ratio* omnium hominum in Vet. & Novi Teſt. licèt patefactionis modus variet. vid. Actor.15. & ſupra Articul. 80.

Poriſma : Ergò vera juſtificandi ratio Patribus in V.T. licèt typorum involucris tecta, neqvaqvam tamen ignota fuit, ex Rom.4. ubi tàm Abrahami, qvam Davidis juſtificatio adducitur. Confer Pſal.51,2.

Canon 2. *In cauſa gratiæ* nullum eſt inter infimæ ſortis Chriſtianum & maximum Apoſtolum diſcrimen. vid. Act.10.

Canon 3. Homo fidelis in ſua juſtificatione non tàm agere, qvàm pati dicitur, dum juſtitiam à DEO collatam recipiendo juſtus declaratur.

§. 8. Forma juſtificationis eſt judicialis à peccatis abſolutio, per remiſſionem; & per imputationem juſti declaratio. *Ubi concurrit 1. imputatio, 2. remiſſio, 3. juſti conſtitutio.*

Nota : *Forma juſtificationis deſcribitur vel negativè, vel affirmativè*, & reſpicit vel mali ablationem, atqve vocatur culpæ obtectio, Pſ.32. NB. Art.55. §. 6. *plena peccatorum remiſſio*, Rom.3,25. ſive à peccatis liberatio aut mundatio, 1. Joh.1,7. vel boni donationem, atqve ſic appellatur *juſtitiæ Chriſti imputatio*, ſive, qvod coincidit, fidei in Chriſtum imputatio, vide Rom. 4, 6. 2. Cor. 5, 19. Ex qva imputatione fit juſti conſtitutio, Phil.3, 10.

Concluſio I. *Imputatio* eſt actus *complicatus*, θετικὸς, & στερητικός, conſiſtens in imputatione juſtitiæ alienæ & non-imputatione iniqvitatis propriæ, qvæ eſt ipſa juſti conſtitutio.

Concluſio II. *Remiſſio peccatorum* conſiſtit in radicis & maculæ obtectione perſonæ à reatu liberatione, & pœnæ perfectâ dimiſſione.

Concluſio III. *Juſti conſtitutio* conſiſtit in imputatæ juſtitiæ relatione ad ipſum hominem, ut eam habeat, & inde reverà juſtus ſit, uti patet ex ſeqventibus.

Aſſertio I. *Remiſſio peccatorum dicitur relaxatio* ſive πάρεσις, Rom. 3. & eſt Metaphora à vinculorum remiſſione. Unde peccata relaxari dicuntur, qvando ea hominem non amplius gravant, licèt adhuc adſint qvoad materiale. Confer de peccatorum deletione, tectione, oblivione, ſup. §. 1.

Obſerv. 1.

Digitized by Google

Obſerv. 1. In peccato eſt vitium & ſupplicium, illud tollitur juſtitiæ Chriſti imputatione, hoc verò pœnæ remiſſione. vid. Art 36.

Obſerv. 2. *Remiſſio* propriè dicta non culpam, ſed pœnam reſpicit, qvando culpa non imputatur: Culpa enim remitti, hoc eſt, infecta fieri propriè non poteſt.

Obſerv. 3. *Remiſſio peccatorum in Chriſto eſt certiſſima*, vid. Art. 55. ex fidei ſenſu & præſentia, ſupra Art. 93. §. 11. & Spiritus S. teſtimonio, & qvidem certitudine fidei divinâ, cui falſum ſubeſſe neqvit. vid. Rom. 5, 1. c. 8, 16. 1. Joh. 5, 10.

Ratio eſt, qvia Remiſſio peccatorum eſt gratuita, & gratuita ignoſcentia, conſiſtens in maculæ obtectione, Pſal. 32, 1. peccatoris à reatu liberatione, Eſa. 43, 24. & pœnæ perfectâ dimiſſione, Eſa. 53, 11.

Poriſma: Ergò falſa eſt deciſio Concilii Tridentini de fidei dubitatione, vid. ſup. Art. 93. § 5. & aſſertio Bellarmini, ſtolidam eſſe doctrinam de certitudine remiſſionis peccatorum. vid. ſup. art. 1. & Breſſeri de incertitudine gratiæ, ibidem §. 11. NB.

Aſſertio II. *Imputatio in Articulo Juſtificationis eſt realis aſſignatio, attributio*, ſup. §. 1. *& veriſſima juſtitiæ Chriſti communicatio; Et imputare fidem ad juſtitiam eſt juſtitiam Chriſti fide apprehenſam homini nil tale merenti acceptam ferre, tanqvam ab ipſo præſtitam.* Ubi *Judex* imputans eſt Deus, ſecundum gratiam gratioſam & gratuitam agens, Rom. 4, 5. c. XI, 6. *Subjectum* imputatione gaudens eſt peccator antea impius, Rom. 4, 5. reſpectu ſtatus præſentis credens. *Objectum* non imputatum eſt iniqvitas, tam originalis, qvàm actualis, Tit. 2, 14. 1. Joh. 1, 7. ſed imputatum objectum eſt Chriſti meritum fide apprehenſum, Rom. 4, 5. 6. *Forma* imputationis conſiſtit in gratioſa Dei æſtimatione, qva peccator reſipiſcens ob obedientiam alienam, fide apprehenſam, per *ὑπακοὴν* Evangelicam, coràm tribunali divino, juſtus reputatur, haud ſecùs, ac ſi ab ipſomet homine juſtificato illa fuiſſet præſtita. *Fundamentum* hujus imputationis eſt in ipſo Deo imputante. Unde oritur denominatio juſti extrinſeca veriſſima, etiamſi juſtitia juſtificans non ſit inhæſiva. *Finis* eſt Dei gloria & juſtificati ſalus.

Obſerv. 1. Imputatio in genere non eſt opinio aut figmentum, aut realis infuſio vel inſitio, ſed realis applicatio, neqve eſt eſſentialis, ſed cogitationis & decreti, qvâ rei alienæ realis fit ad alium applica-

plicatio, ab arte Logiſtica deſumta; eſtqve vel rei, vel pretii ſive dignitatis.

Obſerv. 2. Imputatio fidei & juſtitiæ non eſt inanis phantaſia, ſed reale qvid, ubi tollitur iniqvitas, & donatur juſtitia. Et conſiſtit h.l. in non-imputatione iniqvitatis propriæ, & in imputatione alienæ juſtitiæ, 2. Cor.5, 21. Philip.3,9. Rom.4,5.

Obſerv. 3. Fides imputari dicitur ad juſtitiam, hoc eſt, juſtitia Chriſti fide apprehenſa & credenti donata tanti eſt pretii, valoris ac dignitatis, ut per illam ipſe credens verè ſit juſtus.

Poriſma: Ergò idem eſt, ſive dicam, Chriſti juſtitiam imputari credenti, ſive fidem in Chriſtum apprehenſum, imputari ad juſtitiam. Juſtitia enim Chriſti imputatur materialiter, ſive illa eſt unicum illud objectum, qvod fides juſtificans organicè apprehendit. Qvæ proinde in juſtificatione nunqvam ſine ſuo correlato conſiderari poteſt.

Ratio eſt, qvia omnis imputabilitas fidei ad juſtitiam unicè pendet ex objecto juſtificante imputabili, ſolâ fide apprehenſo. Sicut mendicus apprehendens manu divitias regias ſibi gratis donatas, dives dicitur, non propter manum, citra apprehenſionem conſideratam, ſed propter donum regium manu apprehenſum, qvod ſolum transferre poteſt mendicum ex ſtatu egeſtatis, & transponere in ſtatum hominis verè divitis.

Obſerv. 4. *Imputatio alia eſt gratuita*, ubi nulla datur proportio meriti inter rem imputatam, & perſonam, cui imputatur, cujus fundamentum eſt extra eum, cui imputatur; alia ex debito ſive meritoria, ubi fundamentum eſt in ipſa perſona, cui fit imputatio.

Obſerv. 5. Imputatio alia eſt meritorum, alia fidei; illa ex debito fit, hæc ex gratia.

Obſerv. 6. Imputatio fidei complectitur & privationem mali, ſcilicet peccati, & poſitionem boni, ſcilicet juſtitiæ Chriſti. Poſitô enim unô ſub intelligitur alterum. Sublatô peccatô ſeqvitur juſtitia: Poſitâ juſtitiâ cedit peccatum.

Obſerv. 7. Præclara eſt permutatio Dei, qvi, qvod noſtrum eſt malum, Filio imputat; qvod Filii eſt bonum, nobis donat, ita, ut non ſubjectivè, ſed imputativè noſtrum fiat, vid. 2 Cor.5,21.

Aſſertio III. *Juſti Conſtitutio & univerſa noſtra juſtitia in permutatio-*

tatione illa conſiſtit, qvod Chriſtus pro nobis ſit maledictum, Gal. 3. *recipiens in ſe, qvod noſtrum erat veriſſimè*, Eſa. 53, 4. *ut nobis donaret, qvod ſuum erat, benedictionem ſcilicet cæleſtem.* vid. Art. 62. & 55. Adeoqve pacem, gratiam, juſtitiam & gloriam nobis meritoriè acqviſitam.

Nota: Juſtitia credenti juſtificato imputata excludit juſtitiam inhærentem & credenti eſſentialem. Fides enim credenti imputatur ad juſtitiam, non ratione ſui operis, ſed ratione ſui correlati Chriſti (NB. ſine qvo nunqvam h. l. attenditur, vid. Phil. 3, 9.) qvi, fideli corde apprehenſus, nos coram Deo juſtos conſtituit.

§. 9. Finis juſtificationis eſt Dei gloria, *ſcilicet juſtitia, miſericordia & ſapientia, Rom. 3, 26. c. 5, 8. Epheſ. 1, 6. c. 3, 10.* & hominis ſalus æterna.

Canon: Juſtitiæ divinæ oſtenſio eſt gloriationis humanæ excluſio.

§. 10. Effectus juſtificationis eſt amor complacentiæ, *qvi reſpectu æterni Patris eſt* adoptio, *ſive credentis ex aliena peccatorum in DEI familiam translati per, & in Filio Unigenito in Dei Filium receptio. Nam propter Chriſti meritum in verbo oblatum & fide receptum oritur credentis filiatio in Chriſto, credenti novum dignitatis gradum ſuperaddens, qvâ juſtificatus in Filium DEI per imputationem & æſtimationem divinam acceptatur. vide Gal. 4, 5. Eph. 1, 5.* qvam ſeqvitur Filii deſponſatio, *Ezech. 16, 8. qvæ in pacto jurato arctiſſimæ unionis & conjunctionis conſiſtit. Cujus finis eſt ad cæleſtes nuptias præparatio & conſeqvens introductio, Apoc. 22. & Spiritus Sancti in templum & gratiæ vaſculum adornatio, Rom. 8, 9. 1. Cor. 3. Cujus cauſa* meritoria *eſt Chriſtus.* Subjectum *ratione termini à qvo, homo in carne; ratione termini ad qvem, homo in ſpiritu exiſtens.* Forma *in Spiritus S. inhabitantis gratioſâ Chriſti & beneficiorum ejus applicatione conſiſtit.* Finis *verò eſt vivificatio.*

Obſerv. 1. *Adoptio* eſt ſummum Dei beneficium, & Spir. Sancti donum, ſummaqve Chriſtianorum gloria, ex Chriſti merito orta & credentibus communicata ἐξουσία, Joh. 1, 12. licentia, poteſtas, autoritas, &

& cœleſtis dignitas, ut liceat gaudere hôc privilegiô (ab ἔξεστι, licet) & poteſtatem exercere, velut ἐξουσίαι, ſive Superiores & Magiſtratus, Rom.13,1. Qvæ dignitas verè eſt inexplicabilis. 1. Joh 3,1: Videte ποταπὴν ἀγάπην, qvæ, qvalis, qvanta ſit illa dilectio, ut non ſolùm nominemur, v. 1. ſed etiam ſimus filii Dei, v. 2. & qvidem tales futuri, qvi ipſi ſint ſimiles, & ſummi Regis filii, & ipſi Reges corám Deo, Apoc. 1, 6.

Obſerv. 2. Adoptio fit per fidem, Johan. 1,12.

Obſerv. 3. Pii expectant adoptionem Filiorum Dei reſpectu poſſeſſionis plenariæ, Rom.8.

Obſerv. 4. Adoptio jubet nos plenâ fiduciâ ad Deum Patrem noſtrum accedere, ſimulqve monet nos de filiali obedientia & concordiâ fraternâ.

Obſerv. 5. Finis adoptionis eſt hæreditas cœleſtis. Effectus verò filialis erga Deum affectio.

§. 11. Fructus Juſtificationis *ſunt* 1. *Pax & gaudium conſcientiæ, vide Articul. 93. Rom. 5, 1. c. 8, 16. ex juſtificationis certitudine*, §. 13.

2. *Acceſſus ad DEUM, Rom. 8, 33. & unio cum DEO, Johan. 15. 2. ex adoptione*, §. 10.

3. *Spes hæreditatis cœleſtis, Rom 5, 2.*

4. *Exauditio precum, Rom. 8, 32.*

5. *Gloriatio in adverſis.*

6. *Sanctificatio, 1. Cor. 6, 11.*

7. *Salus æterna, Rom. 4, 7.*

Ratio eſt, qvia juſtificatio & ſanctificatio ſunt beneficia perpetuò & indiſſolubili nexu conjuncta. vid. art. 97.

Nota 1. Pax conſcientiæ opponitur tentationi de ira Dei.

Nota 2. Acceſſus ad DEUM opponitur tentationi de mutabilitate gratiæ.

Nota 3. Spes hæreditatis cœleſtis opponitur tentationi de exilio mundano.

Nota 4. Gloriatio in adverſis opponitur tentationi de cruce.

Nota 5. Sanctificationis Articul. 97. fructus eſt nova obedientia, Rom. 6, 1. 2. 4.

§. 12. Si-

§. 12. Signa hominis juſtificati & *γνωρίσματα ſunt Bona Opera, Jac.2,17. vid. Artic. 100.*

Canon 1. Juſtitia fidei ſtudium bonorum operum non tollit, ſed potiùs extollit.

Canon 2. Juſtificatio gratuita opera à juſtificatione, non verò à juſtificatis excludit.

Canon 3. Fides juſtificatorum non eſt otioſa, ſed operoſa.

§. 13. Adjuncta juſtificationis *ſunt ſingulariſſima* 1. perfectio *in inſtanti ob perfectam peccatorum remiſſionem, qvæ univerſæ ſatisfactionis noſtræ neceſſitatem excludit, 1. Joh. 1,7. Rom.8, 1. Hebr. 10, 14.* 2. identitas *modi in Vet. & N. Teſt. Actor. 15, 11. c.4,12. Rom. 3, 22. c. 4. & Pſal. 32.* 3. Continuatio, *Apocal. 22, 11.* 4. Amiſſibilitas, *Ezech.18,24. Hebr.6,5. Joh.15, 2.* 5. Reiterabilitas, *Joh.6,37. Rom. 5,20.* 6. Certitudo *& divina infallibilitas, Rom.8,15.39. ex gratiæ juſtificantis veritate & infallibilitate, qvæ omnem dubitationem atqve trepidationem excludit. vid. Theol. Exeget. l.2.c.6.Tit.4. de certitudine NB. & de infallibilitate Titulo 5. nec non de trepidatione Pōtificia ex Johāne Climaco, & art.109. §.12.*

Atqve huc ſpectant I. Fundamenta, *qvæ ſunt 1. divina revelatio, 2. promiſſio, 3. Juramentum, 4. Sacramenta, 5. piorum exempla, 6. internum Spiritus S. teſtimonium, 7. finis miniſterii verbi & abſolutionis à peccato, Joh. 20,31. Matth.9. artic.124. NB. qvæ omnia & ſingula omnem dubitationem ſimpliciter excludunt, Jac.1,6. Confer infra Artic. 96. certitudinem ſalutis ex unione membrorum cum Chriſto capite arctiſſimâ, nec non de certitudine perſeverantiæ Art. 109. §.12.*

II. Indicia & ſigna. *Confer de ſignis fidei juſtificantis Articul. præced. 93.*

III. Perſeverantia *credentis, usqve ad ultimum vitæ terminum, de qva agit Artic.109.*

Obſerv. 1. Certitudo juſtificationis excludit & dubitationem, qvam tollit promiſſio, potentia & miſericordia DEI catholica; & præ-

præſumptionem, cui ardens precatio, mediorum uſurpatio, & veræ pietatis continuatio mederi poteſt.

Obſerv. 2. In certitudine gratiæ non reſpiciendum eſt ad peccata priſtina; nec ad firmitatem fidei; ſed ad Verbum & Sacramenta, in qvibus Chriſtus proponitur, qvi vel langvidiſſimè apprehenſus (etiam à ſummis peccatoribus) gratiâ ſuâ præſens eſt, & vitam atqve ſalutem confert Salvatorem fide apprehendentibus.

Obſerv. 3. *Timor* credentes decet non ſervilis, ſed filialis, ſive reverentia ſecuritati oppoſita, de favore tamen Dei paterno neqvaqvam dubia, ſed propter Chriſtum certiſſima.

Obſerv. 4. Ex eventu rerum externarum gratiæ divinæ certitudo fruſtrà colligitur.

Obſerv. 5. Certitudo gratiæ juſtificantis non demùm in extremo die cognoſci poterit.

§. 14. Oppoſita juſtificationi *per fidem meritum Chriſti apprehendentem* eſt juſtificatio per opera & *humana merita.*

Canon 1. Scriptura in univerſum omnibus omninò hominum operibus ſive ante gratiam, ſive poſt gratiam factis, ſive præparatoria, ſive meritoria dicantur, juſtificationem coram DEO ſimpliciter derogat, Rom. 3.

Canon 2. In negotio juſtificationis fides & opera, Lex & Gratia ſemper opponuntur. Qvamobrem & operarii benedictionem ex Lege qværentes in maledictionem incidunt. Nam operariis CHRISTUS nihil prodeſt.

§. 15. *Uſus hujus articuli ampliſſimus cum Commentario, & Autorum catalogo, atqve adverſariorum refutatione, oſtenditur in Manuali Artic. 94. Inprimis verò in accuratiſſimo D. Höpfneri tractatu de Juſtificatione. Conferatur Commentarius in Form. Concordiæ Articul. 3. nec non Carpzoviana Iſagoge in Libros Symbolicos, & Diſpp. D. Jacobi Martini in Auguſt. Confeſſ. contra Becanum.*

Digitized by Google

ARTICULUS XCV.

De Converſionis Continuatione, ſive Pœnitentia.

JESUS venit vocare peccatores ad pœnitentiam, Matth. 9, 13. Et DEUS annunciat hominibus, ut omnes ubiqve reſipiſcant πανταχοῦ, Actor. 17, 30.

§. 1.

OB hominis converſi reſiduas infirmitates Deus etiam converſis atqve renatis poſt lapſum denuò concedit pœnitentiam, qvæ eſt converſionis continuatio, ſive converſio paſſiva, ob peccatoris ad amiſſam Dei gratiam rêditus, vid. Act. 26, 18.

Canon 1. *Pœnitentia omnibus omni tempore ſummè neceſſaria eſt*, Luc. 13, 3. ob mandatum, Matth. 3, 2. periculum, Rom. 2, 5. & emolumentum, 2. Tim. 2, 25. Eſa. 1, 15. vide inſ. §. 10. NB.

Can. 2. *Pœnitentia nemini denegata eſt*, contra Novatianos; neq; baptiſatis, neq; peccatoribus proæreticis, contra Photinianos. Qvod patet ex Ezech. 18. & 33. vid. c. 18, 10. 5. ad 17. ubi etiam horrendis & ſceleratis peccatoribus non denegatur pœnitentia v. 21. ad 28. Qvia Deus non vult mortem morientis, ſed ut convertatur & vivat, ita, ut ne ullus pereat, 2. Pet. 3, 9. ſed omnes ubiqve agant pœnitentiam, Act. 17, 30. Nec obſtat irremiſſibilitas peccati in Sp. S. ſup. Art. 35. cujus cauſa eſt ipſius peccatoris pertinacia.

Nota 1. *Pœnitentia* dicitur à pœnitendo, dum qvaſi ſeipſum puniendo pœnitens dolet ob peccata. Ubi pigere, pudere, & dolore affici concurrit.

Nota 2. Pœnitentiæ acceptio datur varia. Tribuitur enim 1. Hominibus, 2. Deo ἀνθρωποπαθῶς, 1. Sam. 15, 29. ſup Art. 10. Tit. 28.

Nota 3. Humana Pœnitentia interdum notat ipſam converſionem tranſitivè acceptam, de qva agit Articulus 92. interdum verò reſipiſcentiam, converſionis effectum, qvæ converſio tranſitivè ſeu activè vocari ſolet. Et notat vel pœnitentiæ motus internos, vel actus exter-

Digitized by Google

externos, ſive ſigna & indicia pœnitentis, 1. Chron. 33, 12. Priori modò innuit totum reſipiſcentiæ actum fide & contritione conſtantem, cui ſalus tribuitur, Matth. 9, 13. Interdum tantùm primam ejus partem, ſive contritionem, qvoties fides pœnitentiæ adjungitur, Marc. 1. verſ. 15. Actor. 20, 21.

Nota 4. Pœnitentia alia vocatur ſolennis, alia ordinaria, alia qvotidiana renatorum ſtantium, alia lapſorum.

Nota 5. Pœnitentia humana eſt dolor de factis, vel ex errore mentis, vel ex infirmitate judicii, vel ex inconſtantia voluntatis & affectuum, vid. ſup. p. 316. Es mangelt an wiſſen/wollen und können. Ideoqve Deo propriè convenire non poteſt. vid. 1. Sam. 15, 29. ob infinitam ſcientiam, perfectionem voluntatis & immenſam potentiam. vid. Art. 10. Tit. 28. p. 316.

Nota 6. Pœnitentia notat 1. ipſam converſionem, 2. continuum revocationis actum, 3. renatorum lapſorum ad gratiam reditum.

Nota 7. Pœnitentia dicitur μετάνοια mutatio mentis, cui reſpondet Hebr. שוב reverti ad locum vel terminum, unde qvis egreſſus erat; & μεταμέλεια, mutatio voluntatis, cui reſpondet Hebr. נחם pœnituit, Gen 6, 6. Qvorum verborum ſignificatus generalis tollit vulgatam differentiam, qvaſi illa de piorum, hæc verò de impiorum contritione tantum accipiatur. Non obſtante, qvod μετάνοια freqventius de piorum pœnitentia uſurpetur, qvæ verè eſt μετάνοια. Nam μετανοεῖν eſt poſt factum ſapere: Cui opponitur προνοεῖν animo providere, & mente aliqvid ante factum percipere. vid. Art. 23 §. 1.

§. 2. Pœnitentia *reſpicit* I. Principium. *Et ita* pœnitentia eſt *converſio continuata, ſive* mutatio peccatoris divinitus excitata, *conſiſtens in ſeriò dolore cordis ob admiſſa peccata, & in fide vera in Mediatorem CHRISTUM, qvi conſternatos peccatores erigit.*

II. Subjectum pœnitens. *Et ſic* Pœnitentia *hominis renati* eſt actus peccatoris poſt peccatum reſipiſcentis, *qvi per vires ſupernaturales ex gratia converſionis acceptas, de peccatis ex lege agnitis ſeriò dolet, unicam Chriſti ſatisfactionem verâ fide &*

Spiri-

Spiritu S. per promiſſiones Evangelicas accenſâ apprehendit, ut impetratâ gratuitâ peccatorum remiſſione juſtificatus & æternum ſalvus exiſtat. ...

Poriſma: Ergò pœnitentia non eſt ipſa renovatio, Artic. 97. nec Sacramentum, Art. 82. & 86. ſed reditus ad fœdus Baptiſmale, Artic. 87. peccatori impoſſibilis, qvam ſola gratia divina gratis concedit & per verbum oſtendit.

§. 3. Efficiens eſt Deus, *per verbi Miniſterium, Art. 124. Confer Actor. 26, 18. 20. Qvi dat pœnitentiam, 2. Tim. 2, 25. 2. Cor. 3, 5. 1. Cor. 6, 11. c. 12, 3. qvæ appropriativè tribuitur Spiritui Sancto, à qvo peccatori conceditur gratia tàm convertens, Actor. 92. qvàm pœnitentiam excitans, ſup. §. 2.*

§. 4. Media divina pœnitentiam excitantia *offert verbum Legis & Evangelii per varias promiſſiones & comminationes NB. Artic. 77. & exempla innumera.*

Canon: Pœnitentiam ratione contritionis efficit verbum Legis, Rom. 7, 7. Evangelium verò excitat fidem, Rom. 10, 8. 9. 17. 1. Johan 1, 17. vide Artic. 71. 72. 76. 77. dum comminatio terret, & promiſſio trepidantem erigit.

Nota: Præter directam invitationem ad pœnitentiam per verbum, etiam indirectè invitatur peccator, per pœnæ dilationem, Rom. 2, 4. vid. Art. 10. Tit. 36.

§. 5. Subjectum pœnitens eſt homo *peccator, ſine ulla exceptione. vid. ſupra §. 1. Matth. XI, 28. Luc. 15, 1. c. 24, 47. Act. 10, 43. c. 17, 30. Jerem. 3, 1. in qvo Deus pœnitentiam efficit. Cujus* objectum *eſt peccatum tàm originale, qvàm actuale, ejusqve reatus, ex Artic. 31. ad 36. atqve utriusqve antidotum Chriſtus, Artic. 37. ſeq. ubi concurrit reqviſitum antecedens, contritio, & eſſentiale conſtituens, fides, atqve neceſſarium conſeqvens, nova obedientia. §. 6. 7. 8.* das Erkennen/Ergreiffen und Erweiſen.

§. 6. Forma pœnitentiæ *eſt perceptio excitati doloris, & fidei. Unde partes pœnitentiæ ſunt Contritio & Fides, Marc. 1, 15.*

2. Cor. 7, 9. qvarum illa averſionem à malo, hæc verò **Converſionem** *ad Deum reſpicit.*

Aſſertio I. *Contritio omninò eſt genuina pars pœnitentiæ,* **in dolore à** *Lege excitato conſiſtens:* qvæ etiam vocatur triſtitia, 2. Cor. 7, 9. & eſt actus pœnitentialis prior, ſive reqviſitum antecedens, qvo peccator legis fulmine perculſus & ſenſu iræ divinæ conſternatus, ob admiſſa peccata expaveſcit, ſimulqve illa ſerio deteſtatur & odit Pſal. 51, 5. Jer. 3, 13. Pſal. 61. & 38, 2 4. Levit. 26, 41.

Nota 1. *Contritio* pœnitentis conſideratur vel activè, prout à Deo excitatur; vel paſſive, prout ab homine contrito dolor ſentitur: Item vel in ſe & ſua natura, vel qvatenus cum fide conjungitur. Ideoqve pro diſtincta ſubjecti pœnitentis conditione appellatur vel triſtitia ſecundum Deum, vel triſtitia ſeculi.

Nota 3. *Triſtitia ſecundum Deum,* ipſum Deum autorem habet, à Deo mandata eſt, Joel. 2, 12, 13. & ad Deum tanqvam finem ſuum redundat, 2. Cor. 7, 10.

Ratio eſt, qvia I. *Triſtitia ſecundum Deum* ſive ſecundum Dei voluntatem, nihil aliud eſt qvam dolor ob admiſſa peccata, excitatus à ſpiritu Dei, qvi cor contritum afficit, & ſalutaris pœnitentiæ unus ac unicus autor eſt, ad Deum etiam dirigitur, cui cor contritum gratum eſt ſacrificium, Pſal. 51, 10.

II. Qvia *Triſtitia ſecundum Deum* conſiſtit in eo, 1. ut homo agnoſcat vitam ſuam legi Dei adverſari, 2. ſe iram Dei promereri, 3. ſi qvid hoc nomine patitur, juſte ſe plecti; unde & 4. non deſperat de Miſericordia Dei, ſed per fidem, qvæ hanc triſtitiam ſalutarem ſeqvitur, remiſſionem peccatorum in Chriſto invenit, adeoqve evadit pœnitentia non pœnitenda.

III. Qvia *Triſtitia ſeculi* oritur ab acrimonia Legis, qvæ peccata arguit, unde & contra Deum murmurat, cujus voluntatem agnoſcit, nec media emergendi videt. Ideoqve hæc ipſa fidem ignorans triſtitia ſeculi operatur mortem.

Nota 3. *Contritio* conſpicitur in dolore à lege excitato, ita ut vel fidem antecedat in filiis iræ, vel fidem conſeqvatur in renatis: unde illa paſſiva, hæc verò activa dicitur.

Poriſma I. Ergò *Contritio non eſt meritoria*, ſive ex congruo, ſive ex

Digitized by Google

ex condigno, nec eſt medium propriè dictum, ſed eſt pars ordinis, qvem Deus in converſione obſervari voluit, Eſa. 66, 2. Matth. 9, 12.

Poriſma II. Ergo *Contritio neceſſaria eſt pœnitenti*, qvia fides non poteſt deſiderare & apprehendere rem promiſſam, propter qvam juſtificatur, niſi prius agnoſcat peccatoris indigentiam.

Poriſma III. Ergò Contritio includit 1. peccati ejusqve pœnæ agnitionem, 2. ſeriam illius deteſtationem & mali hujus abominationem. vid. Lutheri Gloſſ. ad Lev. 26: Sie werden Gefallen haben an der Straffe/und ſagen: Ach wie recht iſt uns geſchehen! Und das ſind Gedancken und Wort einer ernſten Reue und Buſſe/ die ſich ſelbſt aus Hertzen-Grund haſſen und anſpeyen lehret/pfuy dich/was habe ich gethan! Das gefällt denn GOTT/daß er wieder gnädig wird.

Poriſma IV. Ergò peccati abominatio & deteſtatio fidem antecedens, non eſt ipſum pœnitentiæ conſeqvens, ſive nova obedientia, qvæ fidem non antecedit, ſed fidei fructus eſt, fidem conſeqvens. vid. Artic. 100. & inf. Aſſert. 2.

Nota 4. Contritio, ſive triſtitia ex lege orta, conſideratur interdum non ut cauſa doloris efficiens ſolum, ſed etiam ut cauſa ipſius pœnitentiæ (contra Bellarm.) qvæ antecedit tanqvam cauſa removens prohibens, ideoqve dicitur operari pœnitentiam ſalutarem ut cauſa per accidens.

Nota 5. Contritio ſalutaris conſiſtit in agnitione peccati & ſenſu iræ divinæ, in dolore ac angore conſcientiæ, in deteſtatione & fuga peccati, & deniqve in ingenua coram Deo confeſſione, ut homo non deſperet de miſericordia Dei propter Chriſtum.

Nota 6. Contritio in ſe & abſolutè conſiderata non oritur ex Evangelio, ſed ex Lege; ſalutaris verò efficitur ex Evangelio, qvod Chriſti meritum contritis offert.

Poriſma: Ergò contritio & pavores conſcientiæ non ex libertate noſtrarum virium ſunt, ſed ex operatione Spiritus S. per Legem, Rom. 3, 20. Eſa. 38, 13.

Aſſertio II. *Fides eſt ſalutaris pœnitentiæ cauſa formalis & conſtituens*, qvæ remedia ab Evangelio oblata apprehendit, & conſcientiæ vulneribus vulnera Jeſu Chriſti per fiducialem & individualem appropriationem opponit. Sine qva medicinâ omninò noxia & mortifera

eſt pœnitentia. vide ſupra Articul. 93. Confer Actor. 26. verſ. 18. & Articul. 94. NB.

Canon: Contritio & fides vera ſimpliciter excludit peccandi propoſitum, & omne peccatum proæreticum. vide Lutheri præfationem in Epiſt. Roman. NB.

Aſſertio III. *Nova obedientia* eſt pœnitentiæ neceſſarium conſeqvens. vid ſupra § 5. & 6. Aſſert. 1. Poriſma 4. non verò pars eſſentialis conſtituens.

§. 7. Finis pœnitentiæ eſt DEI gloria & hominis emolumentum, *imprimis vero à peccatis liberatio gratuita & peccatorum remiſſio, Pſal. 32,5. Luc. 18,14. qvam ſeqvitur Spiritus Sancti inhabitatio, Eſa. 57,15. Actor. 2,38. pœna temporalis averſio vel mitigatio, Jerem. 17,7. Jonæ 3, 10. vid. Artic. 108. condemnationis excluſio, Rom. 8, 1. adeoqve ſalus tàm gratiæ qvàm gloriæ, Rom. 4, 7. 8.*

§. 8. Fructus pœnitentiæ *ſunt Dei gratia, & juſtificatio, Pſal. 51, 19. qvam ſeqvitur adoptio, unio cum Chriſto, & nova obedientia, Artic. 100. qvæ juſtificationis & fidei fructus oſtendit, & cum gaudio producit B. opera.*

Nota: *Fructus pœnitentiæ ſalutaris, ex qvibus ejus veritas patet, ſunt ſtudium ſeriò emendandi vitam cum lucta carnis & ſpiritus perpetua,* Art. 98. & 99. Accedit & indignatio adverſus inordinatè viventes, odium peccati, timor Dei, deſiderium obediendi Deo in omni virtutum genere, zelus pro gloria Dei & vindicta in eos, qvi eam impediunt, aut illum contumeliâ afficiunt. Confer Eſa. 1, 16. 1. Pet. 3, 11. Pſal. 34, 15. Galat. 5, 24. vid. Matth. 5, 16. Luceat lux veſtra coram hominibus, λαμψάτω τὸ φῶς (λάμπω eſt luceo, ſplendeo, qvaſi λίαν φῶ, ſive φάω, appareo, conf. Matth. 25, 1. Lampas:) ut videant opera veſtra bona. Et Jacob. 2. oſtende mihi fidem tuam ex operibus. Ubi enim iſta exulant, ibi pœnitentia ſimulata & neqvaqvam vera eſt. vid. 2. Petr. 2, 20. 22.

Ratio eſt, qvia nota verorum Chriſtianorum eſt diſcedere à malo, & facere bonum, NB. vid. ſup. §. 6. Aſſert. 1. Poriſm. 4. de peccati deteſtatione fidem antecedente, & propoſito novæ obedientiæ, qvod fidem ſeqvitur, qvæ omninò diſtincta ſunt. סור diſcedere & עשׂה perficere.

Digitized by Google

ficere. ἔκκλινον ἀπὸ κακοῦ, καὶ ποίησον ἀγαθόν. Laß vom Böſen und thue guts/Pſal.34,15.

§. 9. Adjuncta pœnitentiæ ſunt 1. Confeſſio peccatorum, 2. pœnitentiæ continuatio & iteratio. Confer ſigna pœnitentiæ, *qvæ ſunt jejunium, infra Artic. 106. fletus, cilicium & humicubatio, Joel.2,12. 2.Sam.12. qvæ tamen ſine ulla meriti opinione prudenter adhibenda ſunt.*

Aſſertio I. *Confeſſio peccatorum omninò neceſſaria eſt*, ex mandato divino, Jerem. 3. & exemplo Danielis c. 9. & Davidis Pſalmo 32. & 51.

Obſerv. 1. Confeſſio peccatorum datur triplex: Fit enim 1. Deo, 2. Proximo, 3. Eccleſiæ Miniſtro.

Obſerv. 2. Confeſſio Eccleſiæ miniſtro facta uſitata fuit in primitiva Eccleſia, vid. Num.5,7.

Obſerv. 3. Confeſſionis veræ & Deo gratæ reqviſita ſunt

1. triplicis confeſſionis conjunctio, ex obſ.1.
2. pœnæ ſimul & amiſſi favoris divini conſideratio.
3. excuſationis peccati excluſio & ejuſdem exaggeratio.

Obſerv. 4. Confeſſio delictorum non eſt ignominioſa, ſed neceſſaria ratione contritionis & abſolutionis, Matt.9.

Obſerv. 5. Erubeſcentia, agnitionem & confeſſionem delicti præſupponens, ſeriæ pœnitentiæ indicium eſt.

Obſerv. 6. Confeſſio auricularis omnium & ſingulorum peccatorum nec neceſſaria, nec poſſibilis, ſed mera conſcientiarum carnificina eſt. vid. Pſal.19,13.Act.2,37.

Obſerv. 7. Abſolutio privata eſt promiſſionis Evangelicæ individualis applicatio ad ſingulos, Matt.9. Joh. 20. vid.Art. 124. NB. & 77. Et verba Lutheri notatu digniſſima, qvæ offert Bet-Schul NB.

Aſſertio II. *Tàm Pœnitentia, qvàm ſeria pœnitentiæ iteratio eſt certiſſima*, ex Matt. 18. & Jerem.3. Ezech. 18.

Poriſma I. Ergò non unica ſolùm lapſis conceditur pœnitentia, contra Novatianos, vid. ſup. §.1.

Poriſma II. Ergò venia pœnitenti nunqvam, etiamſi ſæpius petenti, deneganda eſt. vid. Matt.18.

Poriſma III. Ergò receptio pœnitentium in Eccleſiam non poſt multos annos, nec ad ipſum mortis articulum differenda eſt. Confer illu-

illuſtre exemplum pœnitentiæ ex Hiſtor. Eccleſ. in Auguſtino, & Latrone per Johannem Evang. revocato, in libro cui Tit. Wunderliche Güte, & Chriſtiani Gerſonis ſup. Art. 5. NB. p. 223.

§. 10. Attributa pœnitentiæ *ſunt tùm utilitas, tùm neceſſitas, ſupra §. 1. ex DEI mandato, Matth. 3. peccatoris periculo, Ezech. 18. & peccati damno atqve fœditate conſpicua, qvæ hominem beſtiis ſimilem, & diabolo deteriorem facit. vide ex Chryſoſtomo Theologiam Exeget. lib. 3. c. 3. ſect. 6. §. 4. NB.*

§. 11. Oppoſita pœnitentiæ *ſunt 1. Impœnitentia, 2. Satisfactiones Pontificiæ, 3. pœnitentia hypocritica & ſimulata.*

Nota 1. *Impœnitentia* vel denotat ſimplicem perſeverantiam in malo, qvæ eſt vel temporaria, vel perpetua, induratione latior, non tàm peccatum in ſe, qvàm peccati adjunctum; vel perſeverandi in malitia propoſitum.

Nota 2. *Satisfactiones Pontificiæ ſunt figmentum humanum.* vide Chemnicii Examen Concil. Trident. & Höpfneri Diſp. de Satisfactionibus, & de voce Satisfactionis ſup. Art. 55. NB.

Canon 1. Remiſſâ culpa etiam remittitur pœna.

Canon 2. Redemtio Chriſti & peccatorum remiſſio gratuita ſatisfactiones humanas ſimpliciter excludit. vid. Eſa. 53, 4.

Poriſma 1. Ergò flagellationes Pontificiæ non ſunt ſingulare pœnitentiæ genus, contra Gretſerum. vid. ſup. Art. 63.

Poriſma 2. Ergò ſublatis ſatisfactionibus nullæ ſunt indulgentiæ, vid. Rom. 3, 25. Meiſnerus de Indulgentiis & Thummius. Qvod patet ex Art. 109. NB. & ex purgatorii nullitate, Art. 134. Confer de SS. reliqviis Theol. Exeget lib. 3. c. 3. ſect. 10. qvæſt. 2. NB.

Nota 3. *Pœnitentia hypocritica* & ſimulata non tàm ex inconſtantia, qvam ex defectu reqviſitorum æſtimanda eſt, de qvibus agit *§. 6.* Ubi enim nec contritio ſeria, nec fides vera, nec emendatio vitæ neceſſaria deprehenditur, ibi de veritate pœnitentiæ meritò dubitatur.

Poriſma: Ergò falſò accuſantur Eccleſiæ noſtræ à Pontificiis, qvaſi per Lutherum exterminata ſit vera pœnitentia. Qvia aliud oſtendit *exercitium clavis tam ſolventis qvàm ligantis publicum*, confeſſioni poſt concionem prælectæ annexum, ubi verba Agendis Eccleſiaſticis A. Magdeb. inſerta ita habent:

I. Auf

I. Auf ſolch eure Bekäntnis verkündige ich euch allen I. Die ihr eure Sünde hertzlich bereuet / II. Und euch des Verdienſts JEſu Chriſti mit wahrem Glauben tröſtet / Auch III. euer Leben zu beſſern gedencket / Krafft meines Amts / als ein beruffener und verordneter Diener des Worts / die Gnade Gottes / und vergebe euch an ſtatt und aus Befehlich meines HERRN JEſu Chriſti alle eure Sünde / im Nahmen des Vaters / des Sohnes / und des H. Geiſtes Amen!

II. Den andern aber / ſichern / unbußfertigen / muthwilligen Verächtern / Ungläubigen / verkündiget der Heilige Geiſt / daß ihnen ihre Sünde gebunden und behalten ſeyn / wo ſie nicht Buſſe thun. Und daſſelbe zeige ich ihnen hiermit Amts halber öffentlich an / zum Zeugnis über ſie. Der liebe GOTT gebe ihnen ſeine Gnade zur Beſſerung / Amen!

Articulus XCVI.
De Fidelium cum Chriſto Unione.

CHRISTUS cum Patre & Spiritu S. manſionem apud nos facit, Johan. 14, 23. & per fidem inhabitat in cordibus noſtris, Eph. 3, 17. Κοινωνία (confer Art. 82. §. 11.) communicatio & ſocietas noſtra eſt cum Patre & cum Filio ejus Jeſu Chriſto, 1. Joh. 1, 3. Conf. Joh. 14, 23. c. 17, 20.

§. 1.

Effectus fidei ſalvificæ & juſtificationis per fidem eſt unio fidelium cum Chriſto, ex Artic. 93. & cum DEO Patre, & Spir. Sancto, qvæ filiationem ſeqvitur, & adoptioni atqve juſtificationi, de qva Artic. 94. inhabitationem DEI, Joh. 14. atqve arctiſſimam conjunctionem cum SS. Trinitate ſuperaddit, Joh. 14. Eph. 3, 17.

Nota 1. Unio eſt ſeparatorum in unum conjunctio, vid. 1. Cor. 6, 19. qvæ hoc loco non phyſica eſt, ſive naturalis, ſed Myſtica, & aliàs dicitu

citur adhæſio, inhabitatio, manſio, Epheſ. 2,23. & implantatio, Johan. 15,4. Conf. Rom. 6,5. Pſal. 63,9.

Nota 2. Unio h. l. attenditur non generalis cum creatore, qvæ omnibus hominibus communis eſt, Actor. 17,28. ſed ſpecialis & propria credentibus. Non glorioſa, qvæ pertinet ad Eccleſiam triumphantem, 1. Cor. 15,28. ſed gratioſa, qva gaudent membra Eccleſiæ militantis, Joh. 17,11. 21. ſive manſio SS. Trinitatis, Joh. 14,23. & inhabitatio Chriſti in cordibus, Eph. 3,17. c. 2,21. unde & deſponſatio, Hoſe. 2,19. & conjugium myſticum, Eph. 5,24. & inſitio in vitem, Joh. 15,4. & conjunctio membrorum cum capite, ejusq; influxus facilè intelligitur, Eph. 1,22.

Nota 3. Unio hæc eſt ſpiritualis, 1. Cor. 6. verſ. 16. & myſtica, Eph. 5,32. & objectivè, non verò formaliter, ſubſtantialis, aut perſonarum perſonalis.

Nota 4. Unio hæc inprimis reſpicit *actum unitionis*, ſive conjunctionem, ad conſtituendum unum myſticum. Conſeqventer verò *ſtatum*, ſive relationem permanentem, qvæ ad actum ſe habet inſtar effectus ad ſuam cauſam, qvæ eſt ipſa unio. §. 7.

§. 2. Unio fidelium cum Chriſto eſt conjunctio myſtica vera, *realis & arctiſſima membrorum cum Capite & Salvatore noſtro ad æternæ ſalutis poſſeſſionem.*

§. 3. Efficiens principalis eſt SS. Trinitas, *Pater, Eph. 1,17.23. Filius, Joh. 15,5. & Spiritus S. 1. Cor. 6,19. & per appropriationem ſecunda perſona incarnata, Chriſtus, qvi per miniſterium Verbi & Sacramenta operatur.*

Canon: Unio fidelium cum Salvatore eſt Chriſti beneficium, adeoqve illius cauſa promerens eſt ipſe θεάνθρωπος, 1. Joh. 1,3. ſecundum utramqve naturam, Eph. 2,20. c. 4,15. cujus beneficia fides apprehendit, Johan. 17,21.

§. 4. Cauſa organica perſonalis ſunt miniſtri verbi, *Eph. 4,11. 2. Cor. XI,2.* Realis *verò hanc offerens & conferens ſunt Verbum & Sacramenta, 2. Pet. 1,3. 4. Eph. 5,26. Gal. 3,27. 1. Cor. 10,16. recipiens fides Art. 93. vid. Joh. 14,23. Eph. 3,17.*

Canon: Unio fidelium cum CHRISTO fit in Baptiſmo, vide ſupra Articul. 87. & in juſtificatione Articul. 94. & in S. Cœna, vide Articul. 88.

Ratio

Ratio eſt I. qvia in Baptiſmo regeniti Chriſtum induunt, in communionem corporis Myſtici adſciſcuntur, & Chriſto Eccleſiæ capiti per fidem uniuntur. vid. Gal.3,27.

II. Qvia in S.Cœna præter communicationem Corporis & Sangvinis Chriſti Sacramentalem, credentes etiam ſpiritualem *κοινωνίας* habent, Joh.6. vide infra §.9. NB.

III. Qvia Unio Chriſti & membrorum fit fide, qvæ eſt vinculum capitis & membrorum, Eph.3,17. Unde etiam credentes adhærent Chriſto per fidem, qvæ meritum ejus apprehendit, ſibiqve totum illud applicat, tanqvam ab ipſo credente præſtitum.

§. 5. Unita *ſunt* 1. *CHRISTUS θεάνθρωπος, caput noſtrum, Joh.15,1.2.4. 1.Cor.6,15. Eph.5,30. Gal.2,19. & cum eo ſimul Pater & Spiritus S. Joh.14,23. 2.Pet.1,4. per influxum divinæ gratiæ, ejusqve receptionem. Confer infra Artic.113. 2. Homo fidelis, qvi Chriſti membrum eſt, cujus tàm anima, qvàm corpus hoc loco attenditur, 1.Cor.6,15.19. Eph.5,30.*

Obſervatio: Chriſtus caput noſtrum eſt, non naturaliter ob identitatem naturæ, non ratione naturæ aut perſonæ, ſed ſpiritualiter ſeu reſpectu unionis noſtræ cum ipſo per fidem. vid. inf. Art. 113.

§. 6. Forma hujus Unionis imperſcrutabilis eſt conjunctio myſtica, *arctiſſima & ineffabilis, ubi in medio unionis ſtatu, extrema unita eſſentialiter diſtincta manent, Joh.14,23. 1.Cor.6,15. Eph.5,30. 2.Pet.1,4. Gal.3,27. c.2,19.*

Poriſma I. Ergò Unio Chriſti & fidelium non conſiſtit 1. in harmonia affectuum, 2. nec in gratioſa Spiritus S. operatione, 3. nec in transſubſtantiatione, 4. neqve in conſubſtantiatione, ut ex duabus eſſentiis fiat una, 5. neqve in coalitione unitorum in unam hypoſtaſin, ſeu perſonam. Summa: Unio hæc non eſt imaginaria, nec eſſentialis aut converſiva credentis in Chriſtum Weigeliana, aut perſonalis, ita ut credens & ipſe Chriſtus ſit una perſona & unum cum ipſo conſtituat ὑφιστάμενος, aut unam numero cum illo eſſentiam vel perſonam habeat, ſive divinam & humanam naturam perſonaliter unitam; ſed eſt unio 1. vera & realis, 2. arctiſſima, 3. præſentiam & communionem in-

Iiiii ferens,

ferens, homines Chriſti membra conſtituens, influxum gratiæ vitalis conferens, Joh. 15, 5. & impios excludens.

Poriſma II. Ergò phraſis illa: Ego ſum Chriſtus, cautè explicanda eſt. Qvam ſenſu longè aliô adhibuit Lutherus à Weigelianismo alieniſſimus. vid. Manuale Art. 96. Et qvid opus eſt *αἰχυεγλογία*, ubi omne periculum excludit ipſa Scriptura, qvæ dicit: Chriſtus eſt mea vita, Phil. 2. qvi vivit in me, Gal. 2, 20. & ego vivo per fidem Filii Dei. Chriſtus loqvitur per me, Luc. 10. Perſecutio mea eſt perſecutio ipſius Chriſti, Act. 9. vid. inf. §. 9. NB & §. 10.

Obſerv. 1. Vinculum unionis myſticæ ex parte Chriſti eſt ſpiritus ejus, ſed reſpectu noſtri fides.

Obſerv. 2. Summa illa conjunctio fit reſpectu Dei per gratiæ communicationem, reſpectu hominis per fidelem apprehenſionem.

§. 7. Momentum *noſtræ unionis cum Chriſto coincidit cum momento regenerationis, juſtificationis & renovationis: Salvô tamen diſcrimine 1. reſpectu ordinis, 2. cauſæ. 3. ſigni.*

Ratio eſt, 1. qvia regeneratio & juſtificatio hanc unionem antecedit ordine. 2. qvia hæc unio eſt ex fide & per fidem acceptam. Sive Chriſtus ejusqve juſtitia fide apprehenſa eſt cauſa hujus arctiſſimæ conjunctionis. 3. qvia ejus exiſtentia ex fructibus renovationis, B. operibus, tanqvam à poſteriori cognoſcitur, 1. Joh. 3, 6. c. 4, 12.

§. 8. Finis hujus unionis eſt Dei gloria & credentis ſalus atqve æterna hæreditas, *& certitudo infallibilis, vide ſup. Artic. 94. tùm ipſius ſalutis, qvàm divinæ gratiæ & aſſiſtentiæ, atqve conſervationis, Rom. 8, 10. 35.*

§. 9. Conſeqventia *hujus unionis ſive effectus unitionis eſt unio, qvatenus ſtatum notat, qvi eſt communicatio inter unita reciproca, adeoqve*

1. *Communicatio hominis cum Chriſto, & Deo Patre & Sp. S.*
2. *Communio inter fideles tanqvam membra, Joh. 17, 20.*
3. *Pietatis ſtudium & peccati fuga conſtantiſſima.*

Aſſertio I. *Communicatio credentis cum Chriſto eſt certiſſima.*

Ratio eſt, qvia cōmunicatio membrorū cum capite eſt infallibilis.

Nota 1.

Digitized by Google

Nota 1. *Communicatio* ſive *κοινωνία* CHRISTI ſit vel qvoad ſubſtantiam, vel qvoad beneficia; *κοινωνία* ſubſtantiæ ſit corporali inſtrumentô oris in Cœna; beneficiorum ſit inſtrumento ſpirituali, hoc eſt, fide.

Ratio eſt, qvia Chriſtus geminum habet corpus, naturale & myſticum, qvod eſt Eccleſia, inf. Art. 113.

Poriſma: Ergò Communicatio Chriſti capitis & fidelium datur veriſſima non ſolùm reſpectu miſeriæ, ſed etiam reſpectu gloriæ, adeoqve communicantur in hoc myſterio

I. *Idiomata* 1. *Piorum Chriſto*, ita qvidem, ut perſecutio Chriſtianorum ſit perſecutio ipſius Chriſti, Act. 9, 4. 5. (me perſeqveris) & læſio pupillæ, Zach. 2, 8. vid. ſupra §. 6. Hæc enim caput noſtrum ſibi appropriat, non hypoſtaticè, ſed relativè, ob relationem capitis ad membra, reſpectu unionis arctiſſimæ. vid. Matth. 10, 40. Qvi recipit vos, me recipit, Das habt ihr mir gethan/ c. 25, 35. 42. Qvi vos audit, me audit, Luc. 10, 16. Joh. 13, 20. Col. 1, 24. 1. Theſſ. 4, 8. Qvi rejicit, non rejicit hominem, ſed Deum. 2. *Idiomata Chriſti credentib⁹* per appropriationẽ fidei juſtificantis applicativam & poſſeſſivam, ut Jehova ſit noſtra juſtitia, Jer. 23, 6. vid. 2. Cor. 5, 21. Eſa. 53, 12. Gal. 2, 20. & Thomas dicat, Dominus meus & Deus meus, Joh. 20.

II. *Axiomata* Salvatoris, ita, ut credentes ſint conſortes divinæ naturæ, ratione gratioſæ inhabitationis & operationis, 2. Pet 1, 4. & Reges atqve ſacerdotes facti Apoc. 1.

III. *Apoteleſmata*, ita, ut ipſe Chriſtus Paulum diligens vivat in Paulo, Galat. 2, 20. & credens ſine Chriſto nihil facere poſſit, Johan. 15, 5. Conf. 2. Cor. 1, 5. vid. ſup. §. 6.

Canon: *Fideles per unionem & adhærentiam ſiunt unus cum Chriſto ſpiritus*, hoc eſt, unum ſpirituale corpus, divinæ bonitatis, ſanctitatis ac virtutum omnium particeps. Conf. de naturæ divinæ conſortio, 2. Pet. 1, 4. & Gerhardi Comm. h. l. Unde & per unionem Chriſti fidelibus ſpiritualis datur vigor & motus. vid. Joh. 15, 5.

Nota 2. Unio, qvatenus denotat ſtatum, agnoſcit *fundamentum*, qvod eſt ipſe unitionis actus, in qvo Spir. S. gratia ſe exerit, ut gratioſa Dei gratia credentem per fidem in regeneratione acceptam faciat Deo gratum, cujus relatio ad Deum & Chriſtum unitum infert arctiſſimam

 unito-

unitorum præſentiam & communicationem. Unde *& noſtra ſunt Chriſti beneficia*, inprimis mors, Col. 2,20. c. 3, 3. paſſio, Gal. 2, 19. Phil. 3,10. reſurrectio, Col. 3, 1. Eph. 2,6. Spiritus S. Rom. 8, 10. 1. Cor. 12,13. vita, Gal. 2, 20. juſtitia, 2. Cor. 5, 21. Phil. 3, 9. 1. Cor. 1,30. victoria, Joh. 16,33. jus filiale hæreditarium, Joh. 1, 12. Rom. 8,14. jus regni Regale, Apoc. 1. & Sacerdotii, 1. Pet. 2,9. gloria, Rom. 8,17. Joh. 17,24. & gaudium, 1. Pet. 4, 13. *& paſſiones noſtras ipſe Chriſtus* ſibi *attribuit*, Act. 9.

Aſſertio II. *Communio inter fideles datur veriſſima.* Qvia membra corporis Chriſti myſtici non conſiderantur reſpectu ſtatus, ſed reſpectu unius ſpiritus. Qvâ ratione fideles tantùm ſunt membra Chriſti cum excluſione impiorum.

Nota: *Communio* inter fideles tanqvam membra datur in regno tàm gratiæ, qvàm gloriæ. vid. Art. 113. & 142.

Aſſertio III. *Pietatis ſtudium credentibus eſt continuum.*

Ratio eſt, qvia juſtificatus & ſanctificatus cum Chriſto capite unitus omninò polycarpus eſt. vide Joh. 15. & Art. 97. & 100. & impoſſibile eſt, vivum Chriſti membrum eſſe mortuum & ἄκαρπον. vide Matth. 7 & Jacob. 2.

§. 10. Affectiones *hujus unionis ſunt*

1. *ineffabilis lætitia & jucunditas*, *vid. Eſa. 61, 10. ex ſenſu gratiæ inhabitantis, Hebr. 6,5.*

2. *perennitas in regno gratiæ & gloriæ, 1. Cor. 15. ita tamen, ut interruptio ejus per peccata proæretica poſſibilis, Pſal. 51,3. evitari poſſit per verbi meditationem & S. Cœnæ uſurpationem, & denuò redintegrari qveat per veram pœnitentiam, vide Pſal. 51, 12.13. & Joh. 6,37. Conf. ſup. Art. 93. & 95.*

§. 11. *Uſus hujus Articuli inſignis oſtenditur in Manuali Theolog. Artic. 69. ubi & autores & plenior explicatio adduntur. Confer Artic. 124. ex qvo patet, qvanta afflictis ex hoc articulo reſtent ſolatia, dum certiſſimi ſunt tàm de paſſionibus ad ipſum Salvatorem relatis Actor. 9. qvàm de ſolatiis per ipſum Chriſtum ex ore verbi miniſtri auditis, Luc. 10. vid. ſup. §. 6. & 9. & Lutheri verba Articul. 124. §. 3. NB. Non obſtante abuſu fanaticorum. Conf.*

Bericht

Bericht von Ezechiel Meths Bekehrung / welcher ſagte: Da ſteckt es alles mit einander / daß die Leute ihnen eingebildet haben / ſie ſeyn weſentlich Chriſtus / der Menſch werde alſo wieder gebohren / daß er die Adamiſche Natur weſentlich / mit allem ſündlichen Zuſtande gantz ablege / dagegen eine gantz andere / durch und durch heilige *Subſtanz* und Weſen aus Chriſto bekomme / und alſo mit ihm leibhafftig / perſönlich / weſentlich / vereiniget ſey. So bedarff er dann keines Predigamts / und iſt Gott ſelbſt. *vid. ſup.* §. 5.

ARTICULUS XCVII.

De Sanctificatione, ſeu Renovatione.

DEUS ſanctificet vos totos ὁλοτελεῖς, 1. Theſſ. 5, 23.

§. 1.

F*Ructus & effectus regenerationis eſt ſanctificatio & renovatio regenerationi contradiſtincta, eamqve & juſtificationem conſeqvens, Artic. 92. qvâ Chriſtianus ab extra cognoſcitur, & ab infidelibus diſcernitur.*

Nota: *Sanctificare* eſt ſanctum facere. Qvod, ut rectiùs intelligatur, diſtinctè agendum eſt.

Aſſertio I. *Sanctificatio & renovatio non ſemper ſunt æqvipollentia.*

Qvia I. Renovatio interdum accipitur pro regeneratione, interdum verò pro ejus conſeqvente fructu, ut h. l. ita, ut regeneratio ſit fidei donatio; renovatio verò langvoris reſidui ſanatio, veteris Adami ſucceſſiva ſuffocatio, & virium, intellectus, voluntatis atqve appetitus reſtitutio, ut juſtitiam imputativam ex juſtificatione ortam indies ſeqvatur etiam inhærens juſtitia, ejusqve incrementa & fructus, ex ſanctificatione.

II. Qvia *Renovatio notat tùm actum Dei*, vires homini conferentis, Pſal. 51, 12. & hominis, ductum Spiritus S. in renovatione ſeqventis, & veterem hominem crucifigentis, infra Artic. 98. atqve ſanctimoniam

Digitized by Google

cum timore Dei, ſeipſum ab omni inqvinamento carnis mundando, perficientis, 2. Cor. 7,1. *tùm habitum & ſtatum hominis*, qvi h. l. inſtar ædificii renovati, ſive domûs reſtauratæ, reſpectum habet ad ſtatum, tàm præſentem & præteritum, qvàm futurum & conſummatum. vide ſupra Artic. 30.

Aſſertio II. *Renatus & Renovatus non ſunt ſimpliciter unum & idem.*

Ratio eſt, qvia renovatus & ſanctificatus æqvipollent, qvatenus ſc. renovatio regenerationi contradiſtingvitur. Unde & renatus eſt Dei filius, ſed talis, qvi adhuc habet carnem & ſpiritum, & utriusqve luctam ſentit, Art. 99. adeoqve carnalis vocatur non ſimpliciter, ſed ſecundum qvid. Dum peccatis mortuus Deo vivit.

Aſſertio III. *Sanctificare eſt ad certum uſum ſeparare.*

Obſervatio: Verbum ſanctificandi eſt Leviticum, qvod diverſas ſignificationes habet, & notat 1. rem ab aliis ſeparatam Deo conſecrare, 2. purgare, 3. ſanctè tractare, 4. tempus diſcernere, 5. externè ſanctum facere, 6. idoneum ad licitum uſum reddere.

Aſſertio IV. *Sanctificatio tàm ſanctificans principium divinum, qvàm ſanctificationis ſubjectum humanum reſpicit.*

Obſerv. 1. Sanctificatio tribuitur 1. Deo, ut opus externum; & per appropriationem Spiritui S. 2. Theſſ. 2,13. ſup. Artic. 15. 2. Chriſto, 3. tabernaculo, 4. rebus ſanctis.

Obſerv. 2. Sanctificatio interdum notat juſtificationis effectum ſeu ſanctificationem internam, adumbratam ſanctificatione legali; interdum ſanctificationem externam, qvâ qvid ad certum & peculiarem uſum deſtinatur, ſimulqve ab aliis ſeparatur, qvod anteà commune erat, gemein/ *κοινὸν*, & non-ſanctum. vid. Actor. 10, 14. 15. & Apocal. 21, 27. Confer Marci 7, 2. ubi manus communes vocantur illotæ, & variarum rerum contrectatione contaminatæ. vid. Matt. 15, 11.

Obſerv. 3. Sanctificatio alia eſt paſſiva imputata per Chriſti meritum, 1. Cor. 1,30. Hebr. 10,14. alia inchoata, ſive ſtudium bonorum operum, activa & inhæſiva, Rom. 6,19. 2. Cor. 7, 1. vid. Artic. 113. de Sanctitate Eccleſiæ, & ſup. Art. 15.

Obſerv 4. Sanctificatio hominum in Scriptura datur

1. *Legalis externa* conſiſtens in mundatione veſtium;

2. *Evangelica* conſiſtens in mundatione peccatorum per ſangvinem Chriſti, 1. Joh. 1.

3. *Lega-*

Digitized by Google

3. *Legalis interna*, qvæ eſt juſtificationis effectus, & conſiſtit in ſanctimonia affectuum cordis, vitæ & morum integritate, de qva h.l. Ex qvibus & diſtinctio ſanctitatis ſpiritualis & Eccleſiaſticæ, nec non Legalis & Politicæ facilè intelligitur.

Aſſertio V. *Sanctus appellatur non ſolùm ipſe Deus*, Eſa 6. vide ſup. Artic. 10. Tit. 18. p. 297. *ſed etiam à Deo creatus tam Angelus, qvàm homo*, ſup. Art. 20.

Obſerv. 1. Sancti dicuntur veri Chriſtiani 1. imputativè, 2. inchoativè, videlicet qvi ſangvine Chriſti abluti, a peccatis per fidem in Chriſtum juſtificati & Spiritu S. donati ſpem habent hæreditatis æternæ, cum ſanctis, qvi in cœlo ſunt.

Obſerv 2. Sancti dicuntur irreprehenſibiles non abſolutè & ſimpliciter reſpectu Dei; ſed relatè & reſpectu mundi. Luc 1,6. *ἄμεμπτοι*, untadelich / Ital. Senza riprenſione. ſic Hiſpan. ſin reprehenſion. Gall. Sans reproche, unſträfflich / ohne Verweiß / inculpatus, ſine exprobratione. Vulg. ſine qverela. Μέμφομαι, qveror, expoſtulo, incuſo, vitupero, qvaſi *μῶμον φέω*. Nam *μῶμος* eſt dedecus, probrum macula, labes, infamia. Μωμάομαι, vitupero; & Momus, reprehenſor, irriſor, cavillator.

Obſerv. 3. Sancti dicuntur perfecti non abſolutè, ſed ſecundum qvid. vid. infra §. 9. NB. & ſup. Art. 72. de impletione legis conſummata homini ſimpliciter impoſſibili.

Poriſma: Ergò inanis eſt ſanctorum canoniſatio, & reliqviarum aſſervatio, & per illa indulgentiarum impetratio. vide Theol. Exeget. lib. 3. c. 3. ſub finem, ſectione 10. NB.

Aſſertio VI. *Sanctitas alia divina creatoris eſt, alia verò creata, vel Angelica, vel humana.*

Nota 1. *Sanctitas* creatoris explicata eſt ſupra Artic. 10. NB Tit. 18. p. 297. qvæ totò cœlô differt à ſanctitate creaturarum. Qvia ſanctitas Dei eſt archetypa, eſſentialis, omnis ſanctitatis creatæ fons & origo; ſanctitas verò creaturarum eſt communicata, ectypa, & à Deo in creaturas derivata, tùm Angelica, tùm humana, & hæc vel concreata, jam deperdita; vel reſtituta, imputata ex juſtificatione 2. Cor. 5. inchoata ex ſanctificatione, conſummata ex glorificatione.

Nota 2. Sanctitas alia Chriſti eſt, alia Chriſtianorum, vel imputata, vel inchoata.

Nota 3.

Nota 3. Sanctitas per Chriſtum reparata, Eph. 1,4. conſideratur vel in conſilio & intentione Dei, vel in executione, applicatione & hominum receptione. Qvamobrem ex intentione Dei univerſali non ſeqvitur univerſalis omnium hominum vel electio vel ſanctitas & ſanctificatio actualis catholica. Contra Huberum, vid. Art.110.

Nota 4. Sanctitas inhærens cum ſuis cauſis expoſita eſt Articulo 98. §. 7.

Aſſertio VII. *Sanctificatio ſive renovatio variis abundat nominibus.* Dicitur enim interdum certo reſpectu 1. *Carnis mortificatio*, ſcilicet ratione imperii, Gen. 4,7. & abſtinentiæ 1. Pet. 2,11.

2. *Metamorphoſis*, in qva larvam mundi deponimus.

3. *Crucifixio* veteris hominis, ejusqve captivatio, 2. Cor. 10, 5. Conf. Art.98. & 99.

4. *Deſtructio* corporis peccati, ejusqve truncatio & reſectio, uti cum labore, ita non ſine exqviſitiſſimo dolore perficienda, Matth. 5, 29. c.18,8. vid. Artic. 98.

5. *Depoſitio* hominis veteris, vid. l.d.

6. *Circumciſio* ſpiritualis. vid. ſup. Art.84.

7. *Mors peccati*, & mortificatio veteris Adami, ex Art. 98. & 99. Qvia credentes dicuntur mori peccato partim in regeneratione, qvando reatus peccati beneficio Chriſti tollitur, partim in renovatione, qvando peccato regnum & dominium auferendo vires emergendi non concedimus. Conf. inf. Art.98. & 135.

§. 2. Renovatio *(vel ſanctificatio) eſt actus gratiæ divinæ, qva peccatoris juſtificati intellectum, voluntatem & appetitum immutat, adeoqve cum anima corpus ipſum innovat.* Summa: *Eſt actio divina Spiritus S. qvâ peccatorem gratis juſtificatum per Verbum & Sacramenta inſtaurando ſanctum ſibiqve gratum reddit, dum intellectum illuminando, à tenebris; voluntatem emendando, à rebellione; & appetitum ad prava inclinantem coërcendo; atqve affectus ab inobedientia & repugnantia, totumqve hominem* à peccati dominio ſucceſſivè liberat, *atqve etiam ipſa corporis membra arma juſtitiæ efficit,* ὅπλα, *Rom. 6, 13. & hoſtiam,* θυσίαν, *viventem, ſanctam, DEO acceptam, c.12, 1. & rationalem cul-*

cultum, τὴν λογικὴν λατρείαν, ceu ſacerdotium ſanctum, 1. Pet. 2, 5. NB. Apoc. 1, 6. ad offerendum ſpirituales hoſtias, acceptabiles DEO per Jeſum Chriſtum: ita, ut non modò Deum agnoſcere, eiqve obedire poſſit, ſed etiam in omnibus facultatibus & actionibus ſuis indies majora ſanctitatis incrementa ſentiens *DEO per fidem acceptus maneat, Deiqve gloriam & proximi ſalutem unicè qværat, vid. 1. Theſſ. 5, 23.*

§. 3. Cauſa efficiens principalis eſt Deus Pater, F. & Spir. S. *ob Chriſti meritum fide apprehenſum, Joh. 15, 5. Eph. 2, 10. Tit. 3, 5. in bono nos cuſtodiens, & ad vitæ finem conſervans, & per appropriationem Spiritus S. vid. Artic. 15. πνεῦμα ἁγιωσύνης, Rom. 1, 4. Tit. 3, 5. Galat. 5, 22.*

Nota: Homo renatus & renovatus regitur à Spiritu DEI, qvi omnes ejus affectus & nutus gubernat, & qvaſi animæ anima eſt, eam illuminans, vivificans & informans, dirigens & corpus & lingvam, ut ſit hoſtia Deo grata, Rom. 12, 1.

§. 5. Inſtrumentalis *cauſa reſpectu Dei ſunt Verbum & Sacramenta ex Art. 70. & 124. Evangelium gratiam conferens, & Lex normam vivendi oſtendens. Reſpectu hominis verò fides, Galat. 5, 6. 2. Petr. 1, 5.*

§. 5. Subjectum eſt homo credens, *ejusqve anima & corpus, vid. 1. Theſſ. 5. 23. Ubi terminus à qvo & ad qvem attenditur. vid. infra §. 6. & ſup. §. 2. NB.*

Nota: *Subjectum renovationis, qvod ſanctificatur,* eſt homo renatus & ſanctificatus; *ſubjectum, qvo ſanctificatur, eſt ejus anima* cum intellectu, voluntate & appetitu, atqve corpus, ejusqve membra ſingula, qvatenus animæ ſanctificatæ, ceu inſtrumenta, in perficiendis actionibus ſanctis inſerviunt, vid. Rom 6, 12 13. c. 12, 1. 1. Theſſ. 5, 23. in qvibus omnibus à reatu peccati liberatis Rom. 5, 1. liberatio à dominio peccati indies magis magisqve, & qvidem ſucceſſivè, conſpicitur. Confer. infra Articul. 135.

Porisma 1. Ergò renatus eſt organon & vas gratiæ divinæ, cui

 tribu-

tribuuntur bona opera reſpectu actionis, non verò ratione originis, Articul. 100.

Poriſma 2. Ergò in homine renato datur vetus & novus homo, internus & externus, carnalis & ſpiritualis, vid. Art. 98.

Poriſma 3. Ergò renati certô reſpectu, in ſanctificationis ſcilicet continuatione, ſunt Dei σύνεργοι ex 2. Cor. 6, 1. & c. 7, 1.

§. 6. Forma Renovationis *eſt à peccato repurgatio & cum Lege Dei Conformatio, qva reſpicit* ſucceſſivam à dominio peccati liberationem & imaginis divinæ reſtaurationem *per veteris hominis depoſitionem, & novi induitionem, vid. Eph. 4, 22. Coloſſ. 3, 9.*

Nota 1. Renovatio reſpicit I. *animam*, ejusqve

1. *Intellectum*, ubi occurrit errorum depulſio.
2. *Voluntatem*, ubi conſpicitur correctio & emendatio.
3. *Appetitum*, ubi attenditur pravæ inclinationis cohibitio.

II. *Corpus*. Ubi deprehenditur omnium membrorum ad opera juſtitiæ exercenda adoptatio, vid. Rom. 12, 2. Coloſſ. 3, 10. Eph. 4, 23, 24. Rom. 6, 12. 13.

Nota 2. Renovatio attendit

I. *Terminum à qvo, qvi eſt homo vetus*, & externus, & reſpicit vitam peccatoris & peccatorum deſideria.

II. *Terminum ad qvem, qvi eſt homo novus*, & internus, qvi de die in diem renovatur & corroboratur. vid. Art. 98. & 99. inprimis verò Art. 135. & Eph. 4, 22. & non ratione ſubſtantiæ, ſed ratione qvalitatum diverſarum, vetus & novus appellatur.

Nota 3. Vera corporis & animæ ſanctificatio conſiſtit in depoſitione ſordium peccati & cohibitione cupiditatum inordinatarum, qvibus etiam ſancti in mundo hoc polluuntur. vide de concupiſcentia ſupra Artic. 33. NB. ſive in depoſitione hominis veteris, & indumento hominis novi, Eph. 4. adeoqve neqvaqvam eſſentialis, ſed accidentalis eſt, manente ſubſtantiâ priſtinâ. Conf. Pſal. 51, 7. 1. Tim. 1, 13.

Poriſma: Ergò nec ſancti ſanctos, ſed ob peccatum reſiduum peccatores in peccato conceptos, Pſalm. 51. & carnales generant liberos, Johan. 3. verſ. 5. qvos non qvatenus regenerati, ſed in peccatis nati generant.

§. 7. Finis

Digitized by Google

§. 7. Finis *renovationis eſt Dei gloria, Matt. 5, 16. 1. Pet. 2, 12. & credentis emolumentum, ex §. 2. 3. 4. atqve conſeqvens proximi utilitas, 1. Pet. 3, 15. Matth. 5, 16. qvæ redundat ex bonis operibus, tùm ratione propoſiti, tùm ratione exercitii externi ſpectatis. vid. Rom. 6, 2. 6. Eph. 2, 10. c. 4, 22. Gal. 5, 22. Col. 3, 9.*

§. 8. Effectus *renovationis immediatus eſt ſanctitas inhærens; mediatus verò B. opera, de qvibus Articul. 100. ratione executionis ſpectata, qvæ ratione intentionis ſunt finis.*

§. 9. Adjuncta *renovationis ſunt 1. Neceſſitas, 2. Imperfectio recipientis, 3. Lucta continua cum incremento, decremento & ſpirituali victoria, 4. Succeſſiva continuatio, 5. Manifeſtatio.*

Aſſertio I. *Summa eſt renovationis noſtræ neceſſitas*, qvæ ex innumeris peccati indiciis manifeſta eſt. vid. Rom. 7. & Art. 98. & 99.

Aſſertio II. *Renovationis noſtræ in hac vita imperfectio*, ex ſubjecti recipientis imperfectione eſt evidentiſſima.

Ratio eſt, qvia inchoatum nondum eſt conſummatum: incrementum præſupponit defectum, gradus reſiduus adhuc futurus probat præſentem nondum eſſe ſummum, pars nondum eſt totum, 1. Cor. 13, 9. 10. qvod ἐκ μέρους eſſe dicitur, non eſt τὸ τέλειον: præſens miſeria nondum eſt ἀφθαρσία, 1. Cor. 15, 54. φθαρτὸν non eſt ἄφθαρτον, qvod adhuc expectamus, illud nondum habemus; futurum nondum eſt præſens. Unde & perfectio, de qva vide Theolog. Exeget. lib. 2. c. 6. Tit. 7. comparata neqvaqvam eſt abſoluta. Confer exemplum Noah, Gen. 7, 1. Ich habe dich gerecht erſehen für mir / zu dieſer Zeit. vid. ſup. §. 1. NB.

Poriſma 1. *Ergò homini etiam renovato impoſſibilis eſt perfecta totius legis impletio*, vid. Art. 72. §. 22.

Poriſma 2. *Ergò perfectio renatorum eſt mera imperfectio.* Dicuntur enim perfecti, ſed non ſimpliciter, verùm ſecundum qvid,

1. ratione imputationis & reſpectu perfectæ CHRISTI juſtitiæ, Rom. 3. 2. Cor. 5.

2. ratione ſinceritatis, von gantzem Hertzen / auffrichtig. vid. exemplum Hiskiæ, 2. Chron. 31, 21.

3. Comparatè & reſpectivè ad alios, ut Noah, Gen. 7, 1.

4. Ratione peccati reſidui non imputati, Pſal.32,2.

5. ratione integritatis Chriſtianiſmi. Sic Zacharias & Eliſabeth erant verſantes in omnibus præceptis, Luc. 1,6. Adeoqve neqvaqvam ratione graduum vel partium abſoluta renatis tribuenda eſt perfectio inhæſiva, ſed ſolùm reſpectiva, ſup. §. 1. & particularis. Perfectum enim eſt, cui nihil deeſt, & is demum τέλειος eſt, qvi in nullo deficit, Jac. 2,10. c. 3,2. At hoc ne Paulus qvidem poteſt, qvi ad perfectionem tendens, nihilominus fatetur, ſibi impoſſibilem fuiſſe impletionem præcepti: Ne concupiſces, Rom. 7,8. vid. ſup. Artic. 33. & 34. Idqve non ob defectum Medici, ſed ob morbi gravitatem, & ſubjecti recipientis incapacitatem, qvam Deus, licèt per abſolutam ſuam potentiam poſſet, non tamen vult tollere plenarìè in hac imperfectione, ſed demum in futura vita. vid. Artic. 135.

Poriſma 3. Ergò renatus peccat & non peccat. Dicitur enim operari peccatum, qvemadmodum auris audit, & oculus videt, etiamſi renati, qvà tales, non peccent. vid. ſup. Art. 92.

Poriſma 4. Ergo renati ſunt beati, Pſal 32. Qvibus ob reſiduas peccati reliqvias nulla metuenda eſt condemnatio, Rom. 8,1.

Ratio eſt, qvia fugiunt peccata proæretica, eorumqve vita eſt qvotidiana pœnitentia, ob infirmitates reſiduas (dum in multis labimur omnes, Jac. 3,2.) & involuntarios concupiſcentiæ motus. Qva de re dictum eſt ſup. Art. 72. NB. & Art. 33.

Aſſertio III. *Renovatio in hac vita non eſt ſine incremento, & decremento, & luctâ carnis & ſpiritus perpetuâ*, qvam ſeqvitur ſpiritualis victoria, de qva inf. Art. 99. agitur.

Aſſertio IV. *Renovatio noſtra non momentanea, ſed ſucceſſiva eſt*, ex §. 2. & 6. vid. 2. Cor. 4,16. Eph. 4,16. ideoqve debet eſſe continua & qvotidiana, & nunqvam interrupta, ad perfectionem poſſibilem indeſinenter tendens, 2. Cor. 7,1. Phil. 3. verſ. 12. uſqve ad ultimum vitæ terminum.

Aſſertio V. *Manifeſtatio renovationis vel maximè neceſſaria eſt*, ut illa tanqvam per certum ſignum ex obſervatione mandatorum DEI aliis innoteſcat. vid. Jac. 2. & Matth. 5,16. (Luceat lux veſtra) qva de re agit Artic. 100.

§. 10. Effectus *atqve fructus renovationis & ſanctificationis ſunt bona opera, de qvibus Art. 100. agitur.*

§. 11.

Digitized by Google

§. II. Commentarium *hujus Articuli, ejusqve uſum, atqve autorum catalogum exhibet Manuale Articul. 97. nec non Index Bald. in 4.*

ARTICULUS XCVIII.

De Veteri ac Novo Homine & illius Crucifixione.

Vetus ille noſter homo cum Chriſto crucifixus eſt, ut aboleretur corpus peccati, Rom. 6, 6. Qvi Chriſti ſunt, carnem crucifigunt, Gal. 5, 24. Conf. Art. 62. §. 1. NB.

§. I.

IN homine renato & renovato omninò datur tàm vetus, qvàm novus homo, cum continua veteris Adami crucifixione. vide Articul. 97. & Eph. 4, 22. Coloſſ. 3, 5.

Nota 1. *Homo* ab humo dictus, ſupra Articul. 22. hoc loco appellatur *vetus*, qvaſi ſine vi vivens, aut vix vivus & novus qvaſi nunc factus.

Nota 2. *Crucifixio* eſt certi ſupplicii irrogatio. *Crucifigere* verò eſt in crucem tollere & cruci affigere, ut affixus impediatur, ne vel manus, vel pes, imò nec intellectus, nec voluntas, nec poteſtas officium veteris Adami peragere poſſit. vid. Art. 62.

Nota 3. *Homo vetus*, ejusqve crucifixio hoc loco non Phyſicè aut Politicè, ſed myſticè intelligendus eſt.

Aſſertio I. *Homo vetus eſt vetus Adamus*, Rom. 6, 6.

Nota 1. *Homo vetus* & novus non notat duas ſubſtantias, adeoqve ſic appellatur non phyſicè, ſed myſticè; non ratione ſubſtantiæ, ſed ratione qvalitatum & accidentium vitioſorum, tam in homine ante regenerationem, qvàm reſpectu reliqviarum inveteratarum, qvæ etiam renato adhærent, Rom. c. 7.

Nota 2. *Vetus homo* vocatur corpus peccati, non qvòd peccatum ſit ſubſtantia, ſed qvia corpori arctiſſimè & in hac vita inſeparabiliter adhæ-

Digitized by Google

adhæret. vid. ſup. Artic. 33. adeoqve notat ſubſtantiam peccato infectam, hominis videlicet peccatoris tàm corpus qvàm animam, qvatenus peccato infecta eſt.

Nota 3. *Vetus homo* nuſpiam in Scriptura tantùm de peccatis actualibus excluſivè uſurpatur, ſed ſemper corruptionem nativam mentis & deſideria interiora etiam in actum non erumpentia notat.

Aſſertio II. *Homo novus eſt homo renovatus.*

Nota: Novus homo hoc loco non dicitur phyſicè, ſed myſticè, non ratione ſubſtantiæ, ſed ratione qvalitatum & accidentium, qvatenus homo renatus ex nova nativitate, Joh. 3, 5. habet non ſolùm in intellectu notitiam veri, ſed etiam in voluntate promptitudinem ad bonum, & in omni appetitu deſiderium eorum, qvæ bona & Deo grata ſunt. Conf. ſup. Artic. 92. & 97.

Aſſertio III. *Crucifixio hoc loco* eſt veteris Adami mortificatio.

Obſerv. 1. *Crucifixio* h.l. non eſt ſupplicium Politicum, de qvo Art. 62. ſed exercitium Theologico-Chriſtianum.

Obſerv. 2. Crucifixio veteris Adami myſtica eſt carni moleſtiſſima, & cum lucta perpetua carnis & ſpiritus conjuncta, vid. Art. 99.

Aſſertio IV. *Vetus homo etiam externus, novus verò internus appellatur*, 2. Cor. 4, 16. *& Crucifixio veteris Adami dicitur etiam mortificatio.* Cujus *conſeqvens* eſt ſpiritualis 1. ſepultura, Rom. 6. 2. vivificatio, tandemqve 3. ad novam eamqve ſpiritualem vitam reſuſcitatio, ut vivamus juſtitiæ, vid. §. 2. Conf. de morte peccati ſup. Artic. 97. Unde homo antea in peccatis mortuus, Eph. 2, 1. denuò vivit vitâ gratiæ, Col. 2, 13. dum intellectus anteà cœcus, myſteria divina intelligit, 1. Cor. 2, 15. c. 13, 12. Coloſſ. 3, 10. & voluntas antea rebellis Deo redditur obediens, Ezech. XI, 19. Pſal. 51, 12. Eph. 4, 23. 1. Theſſ. 1, 9. adeoqve totus homo ratione omnium virium & membrorum DEO gratus atqve acceptus, Rom. 12, 1. c. 6, 4. 1. Cor. 5, 8. atqve proximo utilis, impulſu Spiritus S. Rom. 8, 14. imò homo planè alius conſpicitur. Es iſt ein ander Mann/ 1. Sam. 10, 6. ein neuer Menſch/ und ein neues wiſſen/ wollen und können. Cujus membra non ſunt amplius arma peccati & iniqvitatis, ſed juſtitiæ & ſanctitatis, Rom. 6. vid. Art. 97. §. 2.

Nota 1. Homo externus non tantùm notat hominem animalem, ſed

ſed imprimis peccatorem corruptum, cui opponitur internus, ſive renatus.

Nota 2. Internus & externus homo qvoad ſubſtantiam idem eſt, ſed qvoad peccatum inhabitans ante & poſt regenerationem carnalis dicitur: qvoad donum vero renovationis & ex illo oriundam ſanctitatem dicitur internus.

§. 2. Deſcriptio veteris & novi hominis diſtincta eſt. *Nam* I. Homo vetus *eſt peccator ab Adamo ortus, caro de carne natus, Joh. 3. non qvatenus deinceps renatus & renovatus, ſed qvatenus reliqviis peccati inhærentis adbuc contaminatus, porrò indies ſucceſſivè renovandus eſt. Reſtat enim* εὐπερίστατος ἁμαρτία, *Hebr. 12, 1. etiam in renatis & renovatis.* Es iſt lauter Stückwerck / *1. Cor. 13.* es mangelt noch immer an völligen wiſſen / wollen und können / *Rom. 7.*

II. Homo novus *eſt peccator renatus, & renovatus novo intellectu, nova voluntate & poteſtate præditus, non qvatenus peccati reliqviis obnoxius, ſed qvatenus renovatus eſt.*

III. Crucifixio *veteris Adami eſt veteris peccaminoſæ conſvetudinis refrenatio, §. 1.*

IV. Mortificatio *veteris Adami eſt ſucceſſiva pravitatis inhærentis imminutio.*

V. Sepultura *veteris Adami eſt pravæ concupiſcentiæ ſubjugatio.*

VI. Reſurrectio *novi hominis eſt novæ vitæ exercitium, & ex fructibus renovationis demonſtratio.*

VII. Inchoatio & *continuatio hujus proceſſus in regno gratiæ inchoata, tandem per mortem finienda, & finita in regno gloriæ conſummata erit feliciter.*

Huc faciunt obſervationes ſeqventes.

Obſerv. 1. Vetus homo integrè conſideratus eſt ipſa corruptio, ejusqve dominium cum reatu: qvoad reliqvias verò eſt concupiſcentia, cum conatu aberrandi, ſed ſine dominio & reatu.

Obſ. 2.

Obſerv. 2. Novus homo eſt reſtituta ſanctitas, indies ſucceſſivè perficienda.

Obſerv. 3. Vetus homo deponitur domando: Novus induitur novas vires ſucceſſivè recipiendo.

Obſerv. 4. Vetus & novus homo ſunt in eodem ſubjecto, uti patet ex Rom. c. 7.

Obſerv. 5. Crucifixio hominis veteris eſt metaphorica, non verò propriè dicta, aut Monaſtica corporis laceratio & flagellatio, vide ſupra Articul. 63.

Obſerv. 6. Crucifixio veteris hominis eſt deſideriorum carnis refrenatio & reſiſtentia, cum eorundem fractione & extirpatione, non ſine cruciatu graviſſimo peragenda; ſive eſt peccati & vitioſorum affectuum mortificatio, veteris Adami debilitatio, & corporis peccati deſtructio.

Obſerv. 7. Corpus peccati non corpus hominis in ſe, ſed totum hominem peccato pollutum notat.

Obſerv. 8. Deſtructio corporis peccati non ſubſtantialis, ſed accidentalis eſt, & fit non qvando ſubſtantia hominis interimitur, ſed qvando pravitas affectuum exuitur, & corruptio peccati paulatim minuitur & aboletur, Rom. 6, 6.

Obſerv. 9. Ad crucifixionem veteris hominis pertinet 1. ſeria cordis contritio, 2. virium novarum inſtauratio, 3. abrenunciatio Satanæ, peccati, mundi, 4. crucis tolerantia.

Obſerv. 10. Media mortificationis ſunt 1. labores vocationis aſſidui, 2. ſobrietas, 3. precatio, 4. crux, qvibus caro non ratione ſubſtantiæ, ſed ratione dominii & imperii mortificatur.

Obſerv. 11. Homo ſibi ipſi legem imponere poteſt, qvâ caro laſciva coërceatur, modò abſit 1. pugna cum lege charitatis, 2. immutatio regulæ generalis aut adiaphoræ in ſimpliciter neceſſariam, 3. opinio cultus & meriti.

Obſerv. 12. Argumenta hortatoria ad continuam ſubjugationem veteris Adami, & ſervitutem juſtitiæ, offert Apoſtolus in c. 6. Rom.

Obſerv. 13. Renati ſine contradictione dicuntur viventes DEO mortui peccatis, liberi & ſervi, vid. inf. Art. 101.

Obſerv. 14. Ea demum vera vita eſt, qvâ renati peccatis mortui vivunt DEO.

Obſ. 15.

Digitized by Google

Obſerv. 15. In mortificatione veteris hominis conſpicitur vita novi, Eph. 4, 24. Coloſſ. 3, 10. licet non ſine lucta, Art. 99.

Obſerv. 16. Eventus crucifixionis myſticæ eſt excluſio peccati mortalis & proæretici.

§. 3. Cauſæ hujus proceſſus *diſtinctæ ſunt:*

I. Veteris hominis *cauſa deficiens eſt Adam primus.* Subjectum *eſt corpus & anima.* Formalis ratio *integrè eſt ipſa corruptio, dominans cum reatu: ſecundum reliqvias verò concupiſcentia, cum conatu aberrandi ſed ſine dominio & reatu.* Effectus *eſt ulterior corruptio.* Impedimentum *& imminutio fit per continuatam renovationem.*

II. Novi hominis *cauſa efficiens eſt ſecundus Adam, 1. Cor. 15. per recreationem.* Materia *eſt corpus & anima hominis renati.* Formale *eſt ſpiritualitas concreatæ juſtitiæ & ſanctitati ſimilis, indies magis magisqve perficienda.* Effecta *& operationes tendunt ad augmentum renovationis, & decrementum vetuſtatis. vide Eph. 4, 22. 23. 24.*

§. 4. Fructus *crucifixionis veteris Adami eſt* ſanctitas *hominis renovati inhærens NB. Art. 97. Cujus cauſa* Efficiens *qvoad initium eſt ſola gratia inhabitans: qvoad augmentum verò ſimul homo novus, at qvoad complementum ipſe ſolus DEUS, 2. Cor. 7, 1.* Subjectum *eſt corpus & anima.* Forma *eſt remotio impuritatis inhærentis, & ad imaginem divinam amiſſam ſucceſſivè reſtitutam conformatio.* Finis *eſt indies major conſpicua perfectio. Qvæ omnia accuratiſſimò ſtudio egregiè explicavit B. D. W. Lyſerus in Summario.*

§. 5. Continuatio *hujus proceſſus non fit ſine lucta carnis & ſpiritus graviſſima, de qva ſeqvens Art. 99. agit.*

§. 6. Commentarium *hujus Articuli, ejusqve uſum, atqve autorum Catalogum exhibet Manuale Articul. 98. nec non Index Bald. in 4. Inprimis verò infra Theologia Aſcetica. NB.*

Digitized by Google

Articulus XCIX.

De Lucta Carnis & Spiritus.

Caro & ſpiritus pugnant, Galat. 5,17. ἀντίκειται, ſind wider einander / ut adverſarii, ἀντικείμενοι, 1. Cor. 16, 9. (ἀντὶ, contra, κεῖμαι, jaceo.)

§. 1.

In omni renato duo ſunt 1. Spiritus DEO obtemperans, 2. Caro repugnans.

Nota 1. *In homine renato occurrunt mera paradoxa.*

1. *Contraria principia* in eodem ſubjecto.

2. *Contrarius Conatus* 1. Carnis per concupiſcentiam. 2. Spiritus, qvi carni reſiſtit.

3. Actio carnis & ſpiritus oppoſita.

4. Victoria ſpiritus & debellatio carnis. Ubi conſpicitur, 1. carnis refrenatio, 2. carnis mortificatio: cum veteris Adami ſepultura & vita atqve reſurrectione novi hominis, ex præced. Art. 98.

Nota 2. *Caro, ſive corrupta natura & ſpiritus ſunt hoſtes* infenſiſſimi, qvorum uterqve ſibi dominium affectat in ipſo, caro proritat ad peccandum, ſpiritus ad benè operandum, unde eſt, qvòd non ſemper facimus renati, qvæ volumus tàm in bonis, Rom. 7. qvàm in malis. Nam voluntatem bonam impedit caro, malam autem ſpiritus.

§. 2. Lucta in homine renato eſt rationi ignota.

Ratio eſt, qvia non eſt pugna rationis & appetitus, *Ethica*, vitam civiliter bonam reſpiciens, etiam Ethnicis nota, qvemadmodum Ariſtoteles 1. Ethic. 13. deſideria ſenſualitatis freno rationis coërcere docet, ne erumpant in actum: *Sed Theologica*, divinitùs revelata, myſtica, qvæ contraria principia, carnem & ſpiritum, in uno eodemqve homine renato, & utriusqve conatus contrarios, atqve actiones carnis qvidem per concupiſcentiam, ſpiritus verò per niſum contrarium, cum conſeqvente vel carnis, vel ſpiritus victoria, & carnis refrenatione atqve mortificatione reſpicit ex Gal. 5, 16.

§. 3. Pro-

Google

§. 3. Proprietates hujus luctæ ſunt ſingulariſſimæ. *Nam Lucta hæc ſpiritualis eſt 1. perpetua, 2. graviſſima, 3. periculoſiſſima, 4. moleſtiſſima, 5. utiliſſima, 6. feliciſſima.*

Aſſertio I. *Lucta carnis & ſpiritus eſt perpetua.* vide infra Articul. 135. & præcedentem Artic. 98. Inprimis verò hujus Art. §. 1. NB.

Aſſertio II. *Lucta carnis & ſpiritus eſt graviſſima.*

Ratio, qvia eſt inter Spiritum Dei, qvo ducuntur filii Dei, & inter totum hominem corruptum, qvi ratione ſuâ tanto magis reſiſtit dictamini ſpiritus Dei, qvanto ſibi videtur ſapientior, unde Φρόνημα σαρκὸς inimicitia adverſus Deum dicitur, Rom. 8, 7. vide & c. 7, 23. & ſupra Articul. 29. & 30.

Aſſertio III. *Lucta carnis & ſpiritus eſt periculoſiſſima.*

Ratio eſt, 1. qvia ſenſus interiores rationi ſubjacent, qvæ ſecum trahit omnes alios, qvi imperium ſpiritus excutere cupiunt.

2. Qvia non in externa carnis ſenſualitate, ſed intus in ultimo animæ receſſu latet.

3. qvia eſt totius hominis corpore & anima conſtantis, ſecundum eam partem, qva non renatus eſt.

Aſſertio IV. *Lucta carnis & ſpiritus eſt Chriſtiano moleſtiſſima.*

Ratio, qvia eſt inter ſpiritum Dei & rationem hominis obicem ponentis Spiritui S. unde tot ſtrepitus, qverelæ & perpetua oritur turbatio, vide Pſal. 42, 16. 12. Rom. 7, 24. Pſal. 13, 1. Itaqve & robur & vires à Deo petendæ ſunt neceſſariò, ſine cujus auxilio miſeria hæc eſt planè intolerabilis.

Aſſertio V. *Lucta carnis & ſpiritus eſt utiliſſima.*

Ratio, qvia animum in perpetuo timore Dei continet.

Poriſma; Ergò malè agitur cum iis, qvi ejusmodi luctam non amplius ſentiunt, in his enim jam extinctus eſt ſpiritus, & caro dominium obtinuit.

Aſſertio VI. *Lucta carnis & ſpiritus eſt feliciſſima*, & cum ſpirituali victoria atqve excluſione peccati regnantis, 1. Joh. 3, 9. conjuncta. Seriò enim luctantibus tandem victoria conceditur, unde carnis refrenatio & mortificatio oritur, vid. Gal. 5, 16.

§. 4. *Oppoſitum hujus lucta eſt carnis dominium, cum gra-*

tia amiſſione conjunctum. Confer ſupra Articul. 90. & 1. Sam. 16, 14. cum c. 13, 12.

Nota : Pii ſunt qvidem venundati ſub peccato, Rom. 7, 16. non tamen, ut ſceleratus Ahab, peccati mancipium, 1. Reg. 21, 25. ſed ut ſervi emtitii, qvi (inſtar militis generoſi à Turcis capti) intimationem edictorum hujus Tyranni de facto audire coguntur, qvibus tamen non aſſentiuntur, ſed reſiſtunt, & reſiſtere poſſunt.

Ratio eſt, qvia jam liberati ſunt ab ejus reatu & jure per juſtificationem, & ab illius dominio per ſanctificationem, donec ſeqvatur plenaria liberatio a ſenſu & radice, per mortem & cinefactionem, infra Articul. 135. Confer ſupra Articul. 97.

§. 5. *Uſus hujus Articuli ampliſſimus patet ex Manuali Theologico artic. 99. qvem plenius oſtendis infra Theologia Aſcetica NB.*

ARTICULUS C.

De Renovationis Fructibus, Bonis Operibus.

Luceat lux veſtra coram hominibus, λαμψάτω τὸ φῶς, laſſt euer Liecht leuchten / ut videant opera veſtra bona, Matth. 5, 16. & Phil. 2, 15. Lucete, tanqvam Luminaria in mundo, φαίνεσθε ὡς φωστῆρες. φωστὴρ, Lumen, φάω, luceo, & dico, qvia animi ſenſa in oratione lucent; ſcheinet als die Liechter in der Welt.

§. 1.

BOna Opera ſunt fructus & effectus juſtificationis, renovationis & ſanctificationis, *ex Artic. 94. & 97.* qvia fides eſt ἐνεργουμένη *per opera, Gal. 5, 6. Unde & nova obedientia eſt ſervitus verè libera, ingenua & Chriſtiana DEO præſtita.*

Nota 1. *Bonum* dicitur qvaſi beatum, & opus ab operando denominatur. Confer ſup. Art. 10. Tit. 4. de Bonitate Dei, & inprimis Art. 18. §. 1. de bonitate creaturarum.

Nota 2.

Nota 2. *Opera*, qvæ hoc loco attenduntur, *non ſunt bona abſolutè*, ſed ex perfe-
ſed in ſuo genere: neqve ex dignitate operantis intrinſeca, ſed ex perfe-
ctione infinita meriti Chriſti, qvod omnes & ſingulos operum noſtro-
rum reſiduas imperfectiones perfectè tegit, & pœnam huic imperfectio-
ni adhærenti debitam avertit. Nam omnis anomalia & anomia eſt ἁμαρ-
τία. vide Artic. 31.

Nota 3. Bona opera neqvaqvam ſunt κακοζηλίαι, qvæ ſine præ-
cepto divino, nulla cum utilitate proximi, ſed tantùm vel ſuperſtitio-
nis, vel oſtentationis gratiâ ſuſcipiuntur, ſive ἐθελοθρησκείαι & cultus
electitii: neqve opera Ethnicorum, ſed renatorum, & qvidem talia, qvæ
cum lege & voluntate Dei congruunt, qvæ ex fide fiunt, qvæqve gloriæ
Dei & utilitati proximi inſerviunt.

Nota 4. Non attenditur hoc loco triplex humanæ mentis opera-
tio, nec actio hominis phyſica; nec humana, cujus principium eſt ratio,
ubi ad actionem proæreticam concurrit principium dirigens, impe-
rans & exeqvens, ſive intellectus, voluntas & poteſtas; ſed Chriſtiana
hominis renati, cujus principium eſt ſpiritus ſive gratia. vid. ſup. Art. 30.
& infra Articul. 98. & 99. Confer ſeptem diſtinctas actionis humanæ
conſiderationes, ſupra Artic. 22. §. 11. & Theolog. Moralis partem
generalem.

Nota 5. Bona opera dicuntur λογικὴ λατρεία, Rom. 12, 2. virtu-
tes Chriſtianorum, Philip. 4, 8. Chriſti imitatio, Matth. XI. vid. Theolog.
Aſcetica & præfat. in lib. Thomæ de Kempis NB.

Nota 6. Bonorum operum qvidditas attenditur hoc loco. Exer-
citium verò ex decalogo docet Theologia moralis.

§. 2. Bona opera ſunt actiones divinitus mandatæ, à
regeneratis ex fide profectæ ad Dei gloriam, & proximi ædi-
ficationem; *adeoqve qvodvis* bonum opus *eſt 1. actus 2. ho-
minis juſtificati, 3. per gratiam renovationis productus 4. juxta
normam Legis divinæ infallibilem, 5. ad Dei gloriam, 6. operantis
debitam obedientiam declarandam, 7. & proximi ædificationem.
Qvæ reqviſita conjunctim conſiderata univerſam de hoc Articulo
orthodoxiam oſtendunt, ſimulqve omnes corruptelas excludunt.*

§. 3. Efficiens principalis eſt Deus *in homine renato,
&*

& per appropriationem Spiritus S. ejusqve gratia, Eph. 2, 10. Inſtrumentalis *eſt verbum Dei, ut norma, qvam fides unicè ſeqvitur. vide Articul. 83.*

Nota 1. Deus eſt fons ac radix omnium actionum, qvæ à nobis benè fiunt, Jacob. c. 1.

Nota 2. Niſi per fidem Chriſto eſſemus inſiti, neqve peccatis valedicere, neqve piè poſſumus vivere.

Nota 3. Omnis virtus absqve Chriſto in vitio eſt.

Nota 4. Bona opera qvantumvis optima, ſi non à ſpiritu Dei profecta, neqvaqvam bona Deoq; grata ſunt, uti actiones militis præter voluntatem ducis, 1. Sam. 14, 17.

Nota 5. Bona opera non præcedunt juſtificandum, ſed ſeqvuntur juſtificatum.

§. 4. Subjectum ſive principium benè operans per novas vires ſupernaturales in regeneratione acceptas, & per gratiam divinitùs conceſſam, eſt renatus.

Nota 1. Renatus eſt organum Spiritus Sancti, qvatenus renatus eſt, agens per gratiam ſibi divinitus conceſſam, Eph. 2, 10. Rom. 7, 22. c. 8, 14. in qvo Chriſtus vivit, Gal. 2, 20. & vas gratiæ, vide Articul. 98. & 99. NB. cui tribuuntur bona opera reſpectu actionis, non verò reſpectu principii ſummi & originis. Nam in actione bona *cauſa in eſſendo* formaliter eſt, qvæ verè cauſat, adeoqve diſtincta eſt à reliqvis, qvales ſunt.

I. *Cauſa moralis*, ſvadens &c. qvæ vera eſt cauſa. Nam licèt non attingat effectum influxu phyſico, moraliter tamen influit. Ejus enim cauſalitas eſt motio moralis, cauſam liberam ad operandum moyens.

II. *Cauſa ſine qva non*: qvæ non eſt vera cauſa phyſica, nec moralis, qvia non cauſat effectum mediante cauſalitate Phyſicâ, vel morali. Nihilominus tamen ſic ſe habet, ut vera cauſa ſuum effectum ſine ea cauſare non poſſit. Sic remotio puris eſt cauſa ſine qva non curati vulneris. Sic impoſſibilis eſt boni operis effectio, niſi ceſſante peccato proæretico. Sic nulla datur peccatoris præfracti oratio Deo grata, nec ulla exauditio. vide Eſa. 1. c. 59. Johan. 9. Qva de re agit præfatio Lutheri in

Digitized by Google

in Ep. ad Romanos NB. Ad ſalutem verò relatio operum nulla eſt, nec finiti operis ad infinitam gloriam datur proportio, aut dignitas vel condignitas, Rom. 8. qvô reſpectu & σκύβαλα vocantur Phil. 3. & pannus abominabilis Eſa. 64, 6. Qvâ de re agit Manuale Art. 100. p. 1467. (Σκύβαλον eſt τοῖς κυσὶ βαλὸν, ſtercus, qvod à canibus projicitur, vel excernitur. vide infra §. 9. qvaſi κυσίβαλον. Sic Eſa. 64, 6. [illegible] ſunt remotiones, res inqvinatæ & abominabiles, qvæ removentur & abjiciuntur. Et pannus remotionum eſt abjectiſſimus, ut pannus menſtruatus. Juxta Chald. & R. Salom. NB.)

Nota 2. *Principium, qvod benè operatur, eſt credens*, Johan. 15, 8. *qvo operatur, eſt fides*, Rom. 14, 23.

Nota 3. Materia bonorum operum ſunt omnes actiones renati tàm internæ, qvàm externæ.

Nota 4. Si perſona placet, opera qvoqve diſplicere non poſſunt, & ſi perſona nondum reconciliata eſt, illius opera Deo placere neqveunt, Hebr. XI.

Nota 5. In non renatis & gentilibus nulla dantur opera verè bona, qvia principium qvod agit, eſt mortuus in peccatis, Eph. 4, 18. Et principium qvo agit non renatus, eſt caro, Rom. 8, 8.

Canon: In renato bona opera præſtante attendenda eſt tùm agentis intentio, tùm ipſa actio ex fide profecta, tùm actionis norma.

Aſſertio I. *De Intentione. Intentio etiam optima ad normam verbi non reſtricta, non facit opus verè bonum*, Gal. 6, 16.

Nota 1. *Intentio*, de qva ſup. p. 285. eſt actus potentiæ liberæ, qva fertur in aliqvid, vel, ut in objectum, vel, ut in terminum, vel ut in finem. Unde intendere finem, eſt finem cognoſcere, & ad illum acqvirendum prævià cognitione ferri, ſive verè bonus ſit, ſive apparens.

Nota 2. *Intentio finis* actionem bonam reddere neqvit.

Ratio eſt, qvia menſura bonitatis moralis unica eſt Dei mandatum, Devt. 12, 8. vid. Matt. 15, 9. non obſtante intentione humanâ ſive illa actualis, ſive habitualis, ſive virtualis ſit.

Poriſma: Ergò omnis cultus extra verbum etiam optimâ intentione inſtitutus Deo diſplicet, & mera idololatria eſt. vid. Theologia Moralis de primo præcepto & ſupra Articulus 5. de unica norma cul-

cultûs. Inprimis verò Tractat. procemial. de Theologia & Religione. NB. pag. 14.

Aſſertio II. *De ipſa actione ex fide profecta. Fides eſt anima virtutum ſemper actuoſa.* vide Hebr. XI,4 & ſupra Articul.93. Inprimis verò ſeqvens §.5. NB. Unde cor præcepta concipit, conſcientia approbat, fides in actum perducit, & benè operanti cooperatur, dum, qvid agendum ſit, docet, ad agendum incitat, actum moderatur, actionem dirigit, & agentem, ne deficiat, fulcit atqve ſuſtentat.

Aſſertio III. *De Norma.* Omnis actio Deo placens nullam aliam agnoſcit normam, qvàm canonem verbi infallibilem, Galat.6. NB. Matth.15,9. & ſupra Artic.5. & infra §. 6. Confer de norma Ethica, Articul. 31. §. 7.

§. 5. Objectum *bonorum operum ſunt Deus & homo tàm ipſe operans, qvàm proximus, qvod oſtendit Theologia Moralis, ex ſingulis Decalogi objectis, omnibus & ſingulis per amorem DEI & proximi injunctis.*

Nota: Bona opera non ſunt, qvæ qvisqve ſibi excogitat, ſed ad qvæ Deus nos præparavit, Eph.2,10. hoc eſt, qvæ in verbo præſcripſit, qvæ cuiqve in ſua vocatione injunxit, & qvæ dona divinitus conceſſa ab unoqvovis exigunt.

§. 6. Forma bonorum operum diſtinctè attendenda eſt, *qve vel abſoluta, vel relata dicitur.*

Aſſertio I. *Forma bonorum operum abſolutè conſideratorum eſt εὐνομία, & cum lege divina conformitas*, qvæ bonorum operum norma eſt, Devt.4.verſ.2, Non obſtante moralitate Ethica. De qva vide ſupra Articul. 31. §. 7.

Nota 1. Norma bonorum operum ſola & unica eſt verbum Dei legale, tàm intentionem, qvàm judicium humanum excludens, §.3. Exemplar verò eſt perfectiſſima CHRISTI obedientia, ſanctâ *imitatione* exprimenda, Matth. XI. Philip. 2. vid. Artic.63. §.24. & Theol. Aſcetica.

Nota 2. Ad bonum opus non modò reqviritur, ut aliqvid fiat, qvod bonum ſit, ſed etiam, ut benè fiat.

Nota 3. Omnis virtus in judicio divino non tàm ex qvantitate, qvàm ex qvalitate ſua æſtimatur. *Aſſer-*

Digitized by Google

Aſſertio II. *Forma bonorum operum relatè conſideratorum*, ſive relato-
rum ad divinam complacentiam, ut grata ſint, *qvatenus fiunt ab homine*
juſtificato & renato, eſt fides juſtificans, Rom.14. Hebr. XI, 4. ſive placen-
tia in Chriſto ſpecialis, ex §.3. extra qvem nemo, nec ulla humana actio
imperfecta Deo placere poteſt. Qvamobrem & fides hoc ſenſu à non-
nullis *forma aſſiſtens* bonorum operum appellari ſolet.

Nota 1. Bona opera conſiderari poſſunt vel materialiter, vel for-
maliter, vel intrinſecè, vel extrinſecè in judicio Dei, qvod omninò
fidem reqvirit.

Nota 2. Meritum Chriſti fide apprehenſum, faciens perſonam re-
conciliatam & Deo placentem, reddit etiam in ſe imperfecta opera fide-
lium Deo grata & accepta, ut ſint bona, ob ſubjectum Deo gratum, non
qvidem abſolutè ex perfecta ἐννομίᾳ, ſed relatè ad judicium divinum,
reſpectu ſententiæ Evangelicæ, ut ἐννομίας imperfectio tegatur, & ἀνο-
μία reſidua pœnam non incurrat propter Chriſtum, ex Artic.93. & 94.
Qvod ipſe Bellarminus negare neqvit, qvi ait lib.4. Juſtific.c.21.§.Reſp.
non dicit: Peccata etiam venialia, ſi non miſericorditer remittantur,
impediunt ab ingreſſu illius regni, in qvod nihil coinqvinatum ingredi
poteſt, &c. vide ibid. plura. Hoc verò impoſſibile eſt, niſi ſanctitas
Chriſti per fidem noſtra fiat, qvi factus eſt nobis à Deo ſanctificatio ἁγι-
ασμὸς, 1.Cor.1,30. vide infr. §.9. NB. Et Simeon de Muis Comm.in Pſal.
103. p.597. ait: Durum mihi videtur, beneficia divina retributiones
appellari, præſertim, cùm merita noſtra dona ſint miſerentis Dei. Adeo-
qve non obſtat גמל Pſal. 136. qvod ſignificat conferre, tribuere & bene-
facere, wol thun/guts thun/Pſal.103,2.

Nota 3. Fides eſt anima bonorum operum, qvâ deficiente nullum
appellari poteſt opus bonum.

Nota 4. Fides informat bona opera, non verò opera fidem.

Nota 5. Fides non modò applicat meritum Chriſti credenti, ſed
eundem etiam Deo gratum facit & acceptum, omniaq; opera utcunqve
imperfecta, ipſi commendata reddit.

Canon: *Qvicqvid non eſt ex fide, peccatum eſt*, Rom.14,23. Nam
qvæcunqve actio humana fidem in ſubjecto operante præſupponens,
& directè vel indirectè reſpiciens, ſive ratione principii agentis, ſive ra-
tione formæ aſſiſtentis, ſive ratione formæ dirigentis, ſive ratione ſcopi

& finis, non ſit ex fide ſalvifica, ita ut 1. nec *ratione notitiæ* homo ex verbo revelato de actionis bonitate certus, nec 2. *ratione fiduciæ*, ſe vel omittendo, vel committendo contra DEUM non peccare, eumqve omnem imperfectionem propter Chriſtum tegere, planè perſvaſus ſit. 3. nec *ratione normæ* indubius ſit, actionem eſſe à Deo mandatam, ideoqve ipſi minimè ingratam. 4. nec *ratione finis* ſufficienter informatus ſit, hanc actionem facere ad Dei gloriam, & proximi emolumentum: illa actio omnino peccatum eſt. Confer Monita de actione hominis, & humana, atqve aliis huc ſpectantia, ſup. Art. 22. §. 11. NB.

§. 7. Finis bonorum operum *principalis eſt DEI gloria, Matt. 5, 16. 1. Cor. 10, 31. 1. Petr. 2, 9. c. 4, 10. intermedius & ſecundarius proximi commodum & ædificatio, & agentis obedientiæ documentum, 2. Pet. 1, 8. atqve emolumentum, dum rectè agendo pœnas evitat, Jonæ 3, 10.*

Canon: Finis bonorum operum non eſt juſtificatio, nec ſalus æterna: aut merces futura. vid. Theol. Moralis ab initio NB. & infra Articulus 142. Neqve enim ſervi DEI ſunt mercenarii, vide Job. 1. Neqve merces eſt meritum, nec merces in cœlo eſt ipſum cœlum, Matth. 25. qvod ibidem vocatur hæreditas & chariſma, Roman. 6. vide Manuale Artic. 100. NB.

§. 8. Effectus bonorum operum *reſpicit ſervitutem Deo & Proximo debitam.*

Nota 1. Effectus bonorum operum non eſt meritorius.

Nota 2. Omnia bona, qvæ Deus renatis benè agentibus confert, ſunt gratuita.

Nota 3. Operari ſalutem non operibus, ſed fidei in Chriſtum perſeveranti, & per opera ſe exerenti tribuitur. vid. Phil. 2, 12. ubi operari eſt operam dare, ſtudium impendere ſaluti, fugiendo extrema & ſalutis impedimenta.

§. 9. Adjuncta bonorum operum *ſunt 1. dignitas, 2. utilitas, 3. neceſſitas, 4. libertas, 5. imperfectio tàm generalis, qvàm 6. ſpecialis excludens, 1. ſupererogationem, 2. meritum, 3. infinitam proportionem.*

Canon:

Canon: De bonis operibus cautè loqvendum eſt, ne vel in defe-ctu peccetur cum Amſdorfio, vel in exceſſu cum Pontificiis. vide commentarium in Formulam Concordiæ Art. 4. NB.

Aſſertio I. *Dignitas bonorum operum ſumma eſt*, ſcilicet acceſſoria, ex fide, per qvam Deo placent, ſupra §. 6. NB. Confer de promiſſionibus præmiorum gratuitis, 1. Tim. 4, 8. & Art. 77. & 142. NB.

Nota 1. Dignitas bonorum operum non Legalis eſt, ſed Evangelica.

Nota 2. Extra cauſam juſtificationis vel unum Chriſtiani opus precioſius eſt, qvàm cœlum & terra.

Nota 3. Dignitas & gloria bonorum operum in negotio ſalutis planè nulla eſt.

Ratio eſt, qvia 1. ſunt aliena, 2. imperfecta, 3. cum peccatis conjuncta, 4. debita. NB. vid. ſup. §. 4. & infra Aſſert. 4.

Aſſertio II. *Utilitas bonorum operum eſt maxima.*

Nota 1. Extra cauſam juſtificationis vel unius boni operis Chriſtiani fide facti utilitas & fructus ſatis prædicari neqvit.

Nota 2. Utilitas boni operis in negotio ſalutis ſimpliciter nulla eſt. vid. ſup. §. 4. & infra Aſſert. 4.

Aſſertio III. *Neceſſitas bonorum operum eſt planè ſingularis.* vide de neceſſitate Art. 101 §. 1. NB.

Nota 1. Bona opera neceſſaria ſunt neceſſitate non meriti & coactionis, ſed neceſſitate 1. mandati, debiti & obligationis, 2. conſeqventiæ, 3. ordinis, qvia ſeqvuntur fidem, ut effectus ſuam cauſam.

Nota 2. Neceſſitas bonorum operum ad ſalutem nulla eſt, etiamſi neceſſitas non efficientiæ, ſed præſentiæ ſaltem intelligatur, vid. Eph. 2, 8. Rom. 3. Galat. 2. Rom. 4, 16. ſup. Artic. 94. §. 13. Conf. D. Hülſemanni Diſp. de B. O. & D. Calovii Tom. 1. Syſtem. Theolog. ſub finem. Non enim neceſſaria ſunt bona opera ad ſalutem 1. conſeqvendam, 2. promerendam, 3. conſervandam; ſed ſolùm neceſſaria ſunt neceſſitate ejusmodi, qvam exigit 1. mandatum, 2. debitum, 3. præſentia fructûs & teſtimonii, bonitatem bonæ arboris manifeſtans proximo, Matt. 7. & ſimul excludens peccata proæretica. 4. ordo, 5. conſeqventia ad juſtificationem & fidem ab ipſo Spiritu S. monſtrata. Neqve enim qvod juſtificato neceſſarium eſt, ut talis agnoſcatur ex fructibus, Jacob. 2. propterea neceſſarium eſt ad ipſam ſalutem.

Nota 3. Ex neceſſitatis bonorum operum ad ſalutem excluſione, non ſeqvitur, bona opera ad ſalutem eſſe pernicioſa. Non enim ipſum bonum opus, qva tale, ſed fiducia & opinio meriti acceſſoria pernicioſa eſt. vid. Comm. in Form. Conc. Art. 4. NB.

Nota 4. Bona opera non ſunt neceſſaria ad fidem retinendam atqve conſervandam, ſed ad fidei exercitium. Summa: Salus gratiæ & gloriæ ſolius Chriſti merito acqviſita, ſolâ fide apprehenſa, nullam relationem habet ad opera (aliàs non eſſet chariſma, Rom. 6. c. 3. & 4.) qvæ ſalutem coram Deo nec applicant, nec tenent, nec retinent, & fidei veritatem intrinſecam, ſoli DEO notam, qvæ jam actu ſalutem gratiæ tenet, non conſtituunt, ſed extrinſecè coram proximo manifeſtant, & ex fructibus de bonitate arboris teſtantur, Matth. 7. Unde Apoſtolus ait: Oſtende mihi fidem tuam ex operibus, Jacob. 2. vide Articul. 93. 94. & 142.

Aſſertio IV. *Libertas bonorum operum planè peculiaris eſt.*

Nota 1. Libertas bonorum operum non tollit eorundem neceſſitatem.

Nota 2. Obedientia renatorum eſt libera ſervitus, Gal. 5. verſ. 13. Libera, qvia non coacta eſt, ſed ſpontanea; ſervitus autem, qvia non ſecundum hominis placitum, ſed ſecundum Spir. Sancti ductum operatur.

Poriſma: Ergò coactum officium monaſticum neqvaqvam Deo gratum eſt. vid. ſupra Art. 78.

Aſſertio V. *Bona opera ſunt imperfecta.* Confer de perfectione Theol. Exeget. lib. 2. c. 6. Tit. 7. NB.

Nota 1. Hominis etiam juſtiſſimi opera bona imperfectione laborant, qvemadmodum tota ejus renovatio, vid. ſup. Art. 97.

Nota 2. Bona opera ob imperfectionem vocantur pannus rémotionis, Eſa. 64, 4. ſupra §. 4. NB. *σκύβαλα*, Phil. 3. qvisqviliæ & rejectamenta, das man wegwirfft/als unnütz/veracht/ ins Kehricht gehörig; non in ſe, ſed qvatenus opinio & fiducia meriti ad ſalutem pernicioſa accedit. vid. Comm. in Form. Conc. Art. 4. Nam *σκύβαλον* qvaſi *κυσίβαλλον, τὸ τοῖς κυσὶ βαλλόμενον*, notat

I. *Rejectamenta* canibus objecta in convivio, atqve in ſpecie illud, qvod purgantes inteſtina pecudum canibus projicere ſolent,

ſor-

ſordes videlicet mixtas ſtercoribus & membranis, qvod ferculum canibus Phariſaicis dignum exiſtimat Flacius. vide Ann. Matt. 7. & 15.

II. *Extrementa duriora*, feces & craſſamentum, qvod in colo remanet, Dioſcoridi l. 5. c. 77. Unde apud Alexandrum problem. ſect. 1. accipitur de ſenibus tremulis cacantibus, & apud Suidam de Clyſteribus; adeoqve notatur ſtercus durius, & qvaſi in nucleos diviſum, retinenti moleſtum, ejicienti dolorificum, & adſtanti ob fœtorem abominabile. Proinde acri purgatione opus eſt ad expurgandam opinionem meriti tenaciſſime adhærentem.

Nota 3. Imperfectio boni operis in juſtificatis venialis qvidem eſt, extra tamen Dei gratiam conſiderata meretur vindictam.

Nota 4. Bona opera neqvaqvam in ſe, ſed ratione adhærentis imperfectionis & judicii divini meritò peccata appellavit Lutherus, hoc ſenſu: Imperfectio bonis operibus adhærens eſt peccatum, & ipſa opera ob circumſtantem vitioſitatem & defectum reſpectu legis divinæ exactiſſimæ imperfecta ſunt, adeoqve non ſine ἀνομίᾳ. Qvæ imperfectio ex præcedentibus ratione efficientis, materiæ, formæ & finis, ſatis patet, & ex Artic. 72. NB.

Poriſma: Ergò bonorum operum imperfectio excludit 1. ſupererogationem, 2. meritum, 3. infinitam proportionem.

Concluſio I. *Supererogatio bonorum operum eſt abſurdiſſima.*

Ratio, qvia impotentia præſtandi debitum, ſimul excludit ſomnium ſupererogationis, vid. Luc. 17, 10. & ſupra Articul. 72. NB. & hic §. 6. verba Bellarmini.

Concluſio II. *Meritum bonorum operum impoſſibile eſt.*

Ratio eſt, qvia meritum eſt 1. opus perfectè bonum, 2. non debitum, 3. noſtrum, 4. proportionatum. Sed actionis imperfectio & defectus omne meritum propriè dictum ſimpliciter excludit, vid. ſupra §. 1. NB. ſive illud dicatur meritum congrui, ſive condigni. Imò & ipſe DEUS rationem conſeqventiæ negat, qvòd bona opera ſint meritoria beneficiorum, qvia mala opera ſint meritoria ſuppliciorum, vide ex Devter. 9. Articul. 77. §. 13. NB. Et ibidem neqvidem meritum reſpectu beneficii temporalis bonis operibus concedit. Ratio eſt, qvia fundamentum divinæ promiſſionis non eſt humana dignitas, ſed ſola Dei veraciſſimi veritas, Pſal. 89, 3. vide Artic. 77. §. 5. & Artic. 10. Tit. 33. NB. Conf. de præmiis accidentalibus in vita æterna, NB. Artic. 142. §. 2.

 No-

Nota: Ad meritum reqviritur 1. Laboris ad mercedem proportio, 2. Perfectio, 3. Debiti excluſio: qva de re agit Theologia Aſcetica. Vel, ut opus ſit 1. indebitum, 2. proprium, 3. perfectum, 4. mercedi adæqvatum, juxta illud:

Da tua, ſed qvæ non debes, proportio & adſit,
Non aliter meritum dixeris eſſe tuum.

Imperfectioni enim debetur maledictio, Devt. 27. & debito nulla compenſatio, Luc. 17, 10 & alieno non competit gloriatio, 1. Cor. 4, 7. nec datur ulla indigni æſtimatio meritoria, Rom. 8, 18. 2. Cor. 4, 17. nicht werth der Herrligkeit/ οὐκ ἄξια παθήματα. Qvamobrem & bona opera neqvaqvam poſſunt eſſe meritoria, qvia ſunt aliena, & ex gratia divina peracta, præterea ſunt aliàs debita, Luc. 17. & imperfecta, NB. ex præced. Concluſione I. & omni proportione ad æternitatem deſtituta. NB. ſup. § 6. Unde ſolùm manent obedientiæ filialis declaratoria, & credentis per fidem juſtificati nota, Jacob. 2. Conf. Höpfnerum de juſtif. & infra articul. 142.

Neqve obſtat I. *Meritum imaginarium gratuitum.* Qvia meritum propriè dictum ſimpliciter excludit gratiam, Rom. 4. rigidiſſimè enim, & citra gratiam dijudicandum eſt, ut gratia ſit gratia, & meritum ſit meritum Rom. XI, 6. & niſi propriâ virtute, precio, dignitate & perfectione nitatur, non erit meritum.

Nec obſtat II. *Denarius* Matt. 20. qvia ille regnum gratiæ, non verò gloriam reſpicit, & vitæ temporalis terminum, circa veſperam; non verò æternitatis durationem infinitam. Cujus ſolutionis non juxta meritum, ſed ex gratia & bonitate v. 15. factæ momentum eſt finis laborum in morte, Apoc. 14. vid. Theol. Exeget. lib. 2. c. 3. Tit. 3. & Manuale articul. 100.

Nec obſtat III. *Meſſis* Gal. 6, 8. Hæc enim non meritum notat, ſed fructûs eventum & gaudii conſeqventiam, Eſa. 9, 3. Pſal. 126. & nullo modo eſt meritoria.

Nec obſtat IV. *Pietatis utilitas catholica* 1. Tim. 4, 8. qvia habet promiſſiones neqvaqvam mercenarias, ſed gratuitas, qvod patet ex articulo 77. Confer Bellarminum l. 5. juſtif. c. 3. & lib. 3. R. P. c. 23. *Opera B. juſtorum verè & propriè ſunt merita*, & merita non cujuscunqve præmii, ſed *ipſius vitæ æternæ*, cum verbis Lutheri T. 7. Jen. in Johan. c. 16. f. 187. b.

Digitized by Google

f. 187. b. Wiewohl unſer Thun und Wercke/ nach GOttes Geboten ge-
than/ in den Gläubigen Gott wohlgefällt / und auch belohnet wird / beyde
zeitlich und ewig/ doch vermag es das nicht / daß es uns ſolte zu GOTT
bringen/ und ſolche Gerechtigkeit heiſſen / die uns von Sünden und Tode
helffe. Da iſt kein ander Troſt / ohne allein CHRISTI Gang zum
Vater / Johan. 16. davon Rom. 3. c. 4. vid. art. 94. NB. & præfat. in lib.
Kempis German. ex Luthero. Qvod etiam Lutheri examinator *Caje-*
tanus agnovit comm. in Luc. 17. ubi ait: Nota parabolam pro memoriâ,
& concluſionem pro documento. Si ſervando omnia præcepta ſumus
inutiles, nec habemus, unde ſuperbiamus, qvid ſentiendum de nobis
ipſis eſt, qvi non omnia ſervamus, qvi multorum rei ſumus? Sed, qvid
de nobis dico? cum nullus dicere poſſit: qvod debebam feci, niſi exem-
tus ſit à dicendo: dimitte nobis debita noſtra. Confer 1. *Johan.* 1, 8 ſi
dixerimus, peccatum non habemus, nos ipſos fallimus, πλανῶμεν, & ve-
ritas in nobis non eſt. Et *Bellarmini Confeſſionem* lib. 5. juſtif. c. 7. §. ſit tertia:
Propter incertitudinem propriæ juſtitiæ, & periculum inanis gloriæ, *tu-*
tiſſimum eſt, fiduciam totam in ſolâ DEI miſericordiâ & benignitate
reponere. Idem agnovit *Hoſius*, cujus verba videri poſſunt in lib.
Gottſel. Alter.

Concluſio III. *Proportio operis finiti ad infinitum præmium planè nul-*
la eſt. vid. Art. 142. §. 2. NB. & Art. 77. §. 13.

Ratio eſt, qvia certamen militis Chriſtiani eſt debitum, 2. Tim. 4. &
minimè mercenarium, vid. Job. 1, 9. 12. NB. ſub ipſo Duce Jeſu Chriſto,
Hebr. 12, 2. à qvo omnis noſtra fortitudo dependet. NB. Philip. 4, 13.
ἐν τῷ ἐνδυναμοῦντί με ἰσχύω, omnia poſſum per Chriſtum, qvi me corroborat,
δυναμοῦντι. Unde & vita æterna manet chariſma, Rom. 6, 23. omnibus
& ſingulis, qvi adverſus Diabolum, mundum & carnem ſub vexillo cru-
cis militant, Matt. 16, 24. Luc. 14, 27. Conf. arma, Eph. 6, 10.

§. 10. Oppoſita bonorum operum *ſunt peccata ſive ma-*
la opera, tàm interna qvàm externa, ſive cordis, oris & operis ex-
terni motus, adeoqve tàm cogitationum, qvàm dictorum & facto-
rum, de qvibus vid. ſupra Artic. 31. & 34. alles wiſſen / wollen und
können / *ſine fide*, *Rom.* 14.

Canon: Opera hominis carnalis ſunt peccata mortalia & mor-
tifera.

§. 11. Divi-

Digitized by Google

§. 11. Diviſio bonorum operum diſtincta eſt. *Nam,* I. Communis diviſio *opera omnes ſimpliciter homines attinentia oſtendit ex Tabula Decalogi utraqve, qvæ 1. DEUM, 2. Proximum, reſpicit. Qvorum omnium enumerationem unà cum vitiis oppoſitis tradit Theologia Moralis Pars 1.*

II. Diviſio ſpecialis *oſtendit opera peculiaria viventium in ſtatu 1. Eccleſiaſtico, 2. Politico, 3. Oeconomico, de qvibus agit Theologiæ Moralis Pars 2. Qvæ oſtendit univerſum bonorum operum exercitium.*

§. 12. *Uſus Articuli hujus ampliſſimus patet ex Manuali Theolog. Artic. 100. & ex commentario in Formul. Concord. Artic. 4.*

ARTICULUS CI.
De Libertate Chriſtiana.

In libertate, qvâ Chriſtus nos liberavit, ſtate, Galat. 5, 1. ἐλευθερία (ἐλεύθω, venio, qvia liber ire poteſt & liberè venire, non ligatus.)

§. 1.

R*Enati ſunt liberi & ſervi, uti patet ex Artic. 97. & 99. Qvibus libertas Chriſtiana, præclarus ille Eccleſiæ theſaurus, qvem CHRISTUS ſuo in carnem adventu cœlitus attulit, donata eſt. vide Joh. 8, 36.*

Nota 1. Libertas eſt qvaſi libera facultas à coactione, de qva vid. ſup. Artic. 30. qvæ & principium acqvirens eamqve donans, Chriſtum, & ſubjectum recipiens, Chriſtianum reſpicit.

Nota 2. Libertas Chriſtiana per CHRISTUM acqviſita, Chriſtianorum propria, à Libertinorum licentia iniqviſſima, & Anabaptiſtarum legitimo Magiſtratui obedientiam denegantium malitiâ toto cœlo diſtat.

Ratio eſt, qvia Chriſtiana libertas neqvaqvam eſt licentia carnis, nec libertas civilis ſive Politica, ſed myſtica. Unde & omnia qvidem licita munda ſunt mundis, neqvaqvam verò vitia. *Aſſer-*

Aſſertio: Chriſtiana Libertas excludit & neceſſitatem, & coactionem, & ſervitutem.

Nam I. *Libertas* h.l. non intelligitur qvævis, ſed Chriſtiana. Confer ſup. Art. 30. §. 1. ubi explicata eſt natura libertatis 1. ab obligatione ad regulam, qvæ ſolius Dei eſt, 2. à coactione, 3. à miſeria ſive libertas gloriæ, 4. à neceſſitate: nec non libertas contrarietatis & contradictionis.

Canon 1. Voluntas non poteſt cogi, ſcil. qvoad actus elicitos. Licèt detur coactio volentis, qvoad actus imperatos. Libertas enim à coactione eſt exemtio à violentia externa, & æqvipollet ſpontaneitati, qvæ voluntati naturalis atqve eſſentialis eſt, & vocatur etiam libertas interior.

Canon 2. *Libertas à dominio peccati* eſt libertas gratiæ, qvæ ſolùm renatis competit. vid. Rom. 6, 18. Eſt enim exemtio à ſervitute peccati inhærentis.

II. *Neceſſitas eſt* 1. *vel abſoluta* & phyſica determinatio agentis naturalis ad unum ſemper eodem modo agendum, qvalis eſt in motu Solis. Vel *hypothetica*, qvæ non dependet à cauſa neceſſaria, propter conditionem tamen annexam rem neceſſariò facit exiſtere. Talis eſt neceſſitas ſcandali, Matt. 18. Illa vocatur *conſeqventis*, ob neceſſariam connexionem cauſæ & effectus: hæc verò *conſeqventiæ*, ubi poſitâ conditione antecedente neceſſariò ponitur conſeqvens.

2. Neceſſitas 1. eſt *coactionis*, qvæ naturam rationalem ad unum determinat contra ejus voluntatem, per principium externum violentum. 2. *immutabilitatis*, qvæ ab interno principio ad effectum immutabiliter ſe habente oritur. Qvæ eſt vel *contrarietatis* ſive determinatio ad unam ſpeciem actus: ſic voluntas non fertur ad malum, qvà tale; vel *contradictionis*: ſic viſus non poteſt non videre objectum præſens. 3. *obligationis*, qvæ eſt determinatio directiva voluntatis ad bonum amplectendum, & malum fugiendum, ad normam mandati ſuperioris.

III. *Servitus* hoc loco attendenda eſt 1. *Bona*, qvæ jus & debitum piè vivendi notat, Rom. 6, 18. Confer de Titulo ſervi Pſal. 143. verſ. 12.

2. *Mala*, qvæ reſpicit ſervitutem ortam tùm ex peccato *originali*, Rom. 7, 14. ejusqve affectatum dominium etiam in renatis, tùm ex peccatô *actuali* voluntario. Cujus mancipium eſt operarius iniqvitatis. vid. 1. Reg. 21, 25. Joh. 8, 34.

Digitized by Google

§. 2. Libertas Chriſtiana eſt Chriſti meritô nobis acqviſitus gratiæ ſtatus, *qvi gratuitam credentium liberationem 1. à legis maledictione, 2. peccati dominio, 3. ceremoniarum jugo, & 4. rerum indifferentium onere, ad DEI gloriam, renatorum emolumentum & proximi ædificationem complectitur.*

§. 3. Cauſa libertatis Chriſtianæ diſtincta eſt. *Nam* I. Efficiens *eſt Deus, & per appropriationem ſpiritus libertatis & filiationis, ex Rom. 8, 15. eandem obſignans.*

II. Meritoria *eſt CHRISTUS.*

III. Inſtrumentalis *offerens & conferens Verbum & Sacramenta.*

IV. Recipiens *fides, ex Artic. 92. Gal. 3, 26.*

V. Subjectum, *cui hoc beneficium collatum eſt, ſunt renati, ex Artic. 72. & 92. Gal. 3, 26. Joh. 1, 12. licèt ratione acqviſitionis ad omnes pertineat, Tit. 2, 11.*

VI. Objectum, circa qvod verſatur Libertas Chriſtiana, eſt jugum ſervitutis, *& onus complicatum, ſive jugum* Legis, peccati, ceremoniarum & traditionum. *Ne premat Chriſtianos onus ſive* Jugum 1. Legis *moralis, ejusqve maledictionis, Gal. 3, 13. Devt. 27, 26.*

2. Peccati, *ejusqve dominii ad mortem, Rom. 6, 23. c. 8, 16. Joh. 8, 34.*

3. Ceremoniale, *Act. 15, 10.*

4. Traditionum *& neceſſitatis rerum adiaphorarum, Coloſſ. 2, 16.*

VII. Forma *eſt obligationis noſtræ propter Chriſtum abrogatio. Conf. Coloſſ. 2, 14.*

VIII. Finis *eſt conſcientiæ Deo ſponte ſervientis libertas. vide Pſal. 110, 3.*

Canon: Renatus eſt mixtura ſimplex, ubi caro & ſpiritus, libertas & ſervitus, lucta & victoria, gaudium & qverela, fortitudo & impotentia alternare, ſive alternatis vicibus alternatim variare, & ſibi invicem ſuccedere ſolent. Qvod patet ex toto cap. 7. Epiſtol. Rom. exemplo Pauli. & Artic. 98. & 99.

§. 4. Di-

§. 4. Diſtinctio *libertatis Chriſtianæ ex diſtinctione objectorum & graduum innoteſcit, & oſtendit liberationem 1. à Lege Morali, 2. à peccato, 3. à Ceremoniis Moſaicis, 4. ab Adiaphoris.*

Aſſertio I. *Primus Chriſtianæ libertatis gradus eſt liberatio à lege morali, ejusqve maledictione per exactiſſimam Salvatoris implerionem,* de qva agit Articul. 55. & 57. qvæ neqvaqvam excludit liberationem à norma obedientiæ ſpontaneæ, ſed ſolùm à rigida legis exactione & maledictione.

Aſſertio II. *Secundus Chriſtianæ libertatis gradus eſt liberatio à peccato ejusqve dominio*, & ſimul à Diabolo, inferno & morte, qvæ oſtenditur in genere Art. 37. & 52. & in ſpecie à dominio peccati inhabitandis, Artic. 97. 98. & 99.

Canon: Libera eſt Chriſtianorum ſervitus & Chriſtiana libertas, qvâ juxta mandata Chriſti liberô ſpontaneoqve ſpiritu absqve coactione vivunt. vid. Pſal. 110, 3.

Aſſertio III. *Tertius Chriſtianæ libertatis gradus eſt liberatio à jugo Moſaico* ceremoniali, & à conſtitutionibus Moſaicis tàm ceremonialibus, qvàm forenſibus, uti conſtat ex Artic. 73. 74. & 75. vide Galat. 5. verſ. 1. c. 2, 13.

Aſſertio IV. *Qvartus Chriſtianæ libertatis gradus eſt liberatio ab adiaphoris*, traditionibus & ritibus humanis, qvæ oſtenditur Articul. 102. ſeq.

Canon 1. Libertas Chriſtiana, ejusqve exercitium & uſus, ſunt diſtinctiſſima.

Canon 2. Verus libertatis Chriſtianæ uſus eſt, ex rebus adiaphoris non facere res neceſſarias, vid. Art. ſeq. 102.

Canon 3. Uſus Chriſtianæ libertatis ſummoperè cavet infirmiorum ſcandalum, de qvo Art. 107.

§. 5. Oppoſitum *Chriſtianæ libertatis eſt ſervitus Diaboli & peccati, qvæ ex renato facit Satanæ mancipium, Joh. 8, 34. 1. Reg. 21, 25. vid. Artic. 99. Confer ſupra §. 1.*

§. 6. *Uſus hujus Articuli inſignis patet ex Manuali Theologiæ Articul. 101.*

Digitized by Google

ARTICULUS CII.
De Adiaphoris.

Ne qvis vos judicet in cibo aut potu, Coloſſ. 2,16.

§. 1.

Libertas Chriſtiana excludit neceſſitatem rerum adiaphorarum.

Aſſertio I. *Adiaphorum eſt vocabulum Eccleſiaſticum, accuratâ diligentiâ explicandum.*

Nota 1. *Adiaphora* ſunt ἀδιάφορα indifferentia, qvæ in ſe neqve bona, neqve mala ſunt. Nam ἀδιάφορος eſt indifferens, ex διαφέρω differo, qvod eſt ex φέρω, fero.

Nota 2. *Adiaphora generaliter* notant res ſuâ naturâ nec bonas nec malas, ſed indifferentes, qvæ bonæ vel malæ cenſentur, prout illis benè vel malè qvis utitur; *ſpecialiter verò ritus Eccleſiaſticos* ſive ceremonias, qvæ ad ordinem ſpectant, & non rarò ex traditione originem habent, ita, ut *actus indifferens & nondum determinatus reſpiciat libertatem indifferentiæ*, qvæ poſitis omnibus ad agendum reqviſitis tamen agere, vel non agere poteſt, ſalvâ conſcientiâ; per libertatem contradictionis, præſcindendo à libertate contrarietatis, dum actio nondum bona vel mala eſt, ſed adhuc manet indifferens. Aliàs verò etiam ea, qvæ naturâ ſunt adiaphora, fieri poſſunt neceſſaria, ſi conſcientiam vel noſtram vel proximi qvovis modo lædunt, aut infirmioribus offendicula præbent.

Canon 1. *In rebus adiaphoris nihil faciendum eſt hæſitante conſcientiâ.*

Ratio eſt, qvia qvi facit aliqvid hæſitante conſcientiâ, graviſſimè peccat. Qvicqvid enim non eſt ex fide, peccatum eſt, Rom. 14, 23. vid. ſupra Art. 100. §. 5. NB.

Poriſma: Ergò ab adiaphoris excluduntur, qvæcunqve expreſsè vel mandata vel prohibita ſunt.

Canon 2. *κριτήρια adiaphororum ſunt relatio ad ordinem, decorum & ædificationem, cum excluſione ſcandali.*

Aſſer-

Aſſertio II. *Adiaphora non rarò vocantur Ritus.*

Nota 1. *Ritus alii ſunt divinitus præcepti*, ut Sacramenta, qvæ non tàm ritus nudi, qvam pars divini cultûs ſunt & ordinaria ſalutis media, vid. ſup. Artic. 82. *Qvidam verò humanâ autoritate introducti* reſpicientes modum, locum, tempus, & alias circumſtantias exercendo cultui divino deſtinatas. *In illis* nihil immutare licet homini ; *horum* verò diſſonantia non tollit conſonantiam fidei : de qvibus agunt per ſingula ſecula ſingulæ Centuriæ Magdeburgenſes.

Nota 2. *Ritus Eccleſiæ* naturâ ſuâ indifferentes , qvoad genus in Scriptura habentur, 1. Cor. 14, 40. non verò qvoad ſpeciem , qvia abeſt neceſſitas, & obſtat varietas ac mutabilitas.

Poriſma : Ergò conformitas rituum non eſt nota Eccleſiæ, contra Bellarmin.

Canon : Obſervatio rituum ſit cautiſſima & prudentiſſima. Qvorſum ſpectant cautiones ſeqventes, qvæ reſpiciunt

1. *Neceſſitatem*, ne ritus fingantur eſſe neceſſarii, ſed relinqvantur in cenſu rerum indifferentium.

2. *Mutationem*, ne fiat mutatio temeraria, ſed gravibus de cauſis inſtituta.

3. *Mutationis principium*, ne fiat mutatio privatò auſu, ſed cum conſenſu totius Eccleſiæ, & cum excluſione ſcandali.

4. *Mutationis ſcopum*, ne fiat in gratiam adverſariorum, neve vim patiatur libertas Chriſtiana.

5. *Numerum* & copiam , ne nimium accumulentur ritus præter neceſſitatem, aut utilitatem.

6. *Formam*, ne ritus ſint ridiculi, nec ſuperſtitioſi, ſed graves ac utiles ad commonefactionem, & ad rudiorum ædificationem.

Aſſertio III. *Adiaphorum interdum appellatur ceremonia.*

Nota 1. Ceremonia à vocabulo cerus, hoc eſt, ſanctus, deducta nihil aliud eſt, qvàm res & conſvetudo ſancta.

Nota 2. Ceremoniæ aliæ ſunt Dominicæ à Deo ortæ, ut Lex Ceremonialis, ſupra Artic. 73. aliæ Apoſtolicæ, qvoad externas circumſtantias communicantium jejuno ſtomacho, 1. Cor. XI, 21. aliæ Eccleſiaſticæ, ab Eccleſia introductæ.

Canon : Ceremoniæ Eccleſiaſticæ ſint adiaphora, ædificationi, decoro &

Digitized by Google

ro & ordini ſervientes, conſcientiam non onerantes, ſub moderamine charitatis, 1. Cor. 10, 22. infirmis aliqvid condonantes, 1. Cor. 9, 19. falſis tamen fratribus neqvaqvam cedentes, Galat. 2, 5.

Nota 3. Externæ ceremoniæ nihil qvidem faciunt ad fidem aut religionem, easdem tamen obſervantes ejusdem religionis ſe faciunt ſocios.

Nota 4. Diſtingvendum eſt inter ceremonias in ſe & cum conditione conſideratas. In ſe conſideratæ ſunt liberæ qvoad receptionem, ſiqvidem neqve cultus ſunt, neqve pars cultûs divini: Conditio autem mutat naturam adiaphororum, qvando ſcilicet legitimo totius Eccleſiæ mandato præcipiuntur vel prohibentur. Tunc enim ob ſcandali periculum, naturam rerum neceſſariarum induunt.

Poriſma 1. Ergò Eccleſiæ integrum eſt ceremonias recipere ad ordinem utiles, & ad ædificationem idoneas.

Poriſma 2. Ergò Ceremonias communi Eccleſiæ conſenſu introductas nemo privatò auſu corrigere debet. Nam ſicut penes totam Eccleſiam fuit introductio, ita & penes eandem eſt ob ſufficientes cauſas abrogatio.

Poriſma 3. Ergò qvi in ceremoniis ſingulares eſſe volunt, ſe ipſos ſuſpectos reddunt; ſtolidiores verò ſunt, qvi ob ceremoniarum multitudinem religionem præferunt Pontificiam.

Poriſma 4. Ergò qvod neqve contra fidem, neqve contra bonos mores injungitur, pro eorum, inter qvos vivitur, ſocietate eſt ſervandum.

Poriſma 5. Ergò non in cujusvis gratiam qvicqvam in ceremôniis eſt mutandum.

Poriſma 6. Ergò Eccleſia extra ſtatum confeſſionis jure ſuô liberrimè uti poteſt in retinendis vel abrogandis ceremoniis: Sed in ſtatu confeſſionis preſſa ne latum ungvem cedere debet adverſariis qvoad ceremonias.

Poriſma 7. Ergò diſſimilitudo ceremoniarum in diverſis Eccleſiis non impedit unitatem fidei.

Poriſma 8. Ergò Sacramenta non ſunt ceremoniæ propriè ſic dictæ. vid. ſupra Artic. 82.

Aſſertio IV. Adiaphora reſpiciunt ordinem.

Nota 1.

Nota 1. Ordo eſt habitudo prioris ad poſterius, ſive ordinata rerum diſpoſitio, inprimis vero Eccleſiaſtica, de qva hoc loco agitur.

Nota 2. Εὐσχημοσύνη & τάξις Eccleſiaſtica non conſiſtit ſaltem in externa pompa & ſplendore, ſed in concinno ordine & decoro rerum omnium, qvæ aliàs vel ad cultum divinum pertinent, vel illum illuſtrant: ubi omnia ſuo tempore, ſuò modò pro cujusqve Eccleſiæ conditione, ad ædificatìonem hominum fieri convenit, vid. 1.Cor.14,40.

Nota 3. Ordo & decorum in rebus Eccleſiaſticis obſervari debet tùm propter Deum, qvi non confuſionis, ſed ordinis autor, tum propter neceſſitatem.

Nota 4. Ordo, de qvo h.l. agitur, non reſpicit dogmata, ſed dogmatum tractationem & ornatum Eccleſiaſticum, cujus regula eſt ædificatio proximi.

Aſſertio V. *Adiaphorum interdùm eſt Traditio.*

Nota 1. *Traditio* in genere dicitur res tradita, vel enunciatione, vel ſcriptione; ſive vivâ voce, ſive per literas à majoribus accepta, de re vel mala, vel bona, vel tali, qvæ eſt indifferens & adiaphora. Græc. παράδοσις, à παραδίδωμι, 1.Cor.15,3. was man einem giebt.

Nota 2. Traditio bona alia humana, alia verò divina eſt.

Nota 3. Traditio divina eſt vel immediata, & attinet vel dogmata fidei, v.g. de Sacra Cœna, 1.Cor. XI. verſ. 23. vel mediata, Apoſtolica, qvæ itidem vel dogmata, vel ritus reſpicit, vide 1. Cor. 15, 1.

Nota 4. Traditio humana eſt vel Eccleſiaſtica, ut conſvetudines, vel ſuperſtitioſa, qvalis eſt Papiſtica, de jejunio qvadrageſimali, & ſimiles.

Nota 5. Traditio dogmatica ſcripta neceſſaria; ritualis verò libera eſt. *Summa: Omnis humana traditio*, qvæ vult ligare conſcientias, *vel eſt ſecundum Verbum Dei, vel contra verbum, vel neutra*, adeoqve neqve ſecundum, neqve contra Verbum. *Si ſecundum verbum* Dei eſt, ſupervacanea eſt, ob ſcripturæ perfectionem & ſufficientiam. *Si contra verbum* Dei eſt, Diabolica eſt. *Si neutra* eſt, neutra manet & adiaphora, ſive indifferens, qvæ nec ſervata ſalvare, nec non ſervata damnare poteſt. *Medium* hìc fruſtra qværitur, cùm non ſit. Confer egregiam D. Bugenhagii præfationem in Pſal. Davidis.

Po-

Digitized by Google

Poriſma : Ergò Traditio adiaphora eſt res ex ſua natura nec bona, nec mala, & verbo DEI nec præcisè mandata, nec prohibita, ideoqve pro ratione circumſtantiarum liberè vel obſervanda vel omittenda.

§. 2. Res adiaphora eſt ritus Eccleſiaſticus, *adeoqve neqve cultus, neqve pars cultus divini, ſed externa ceremonia; qvæ partim ordinis ac decoris, partim manifeſta utilitatis gratiâ ab Eccleſia legitimè inſtituta eſt.*

Poriſma 1. Ergò adiaphora vel retineri, vel abrogari poſſint, ſi evidens Eccleſiæ utilitas reqvirat.

Poriſma 2. Ergò adiaphora non ſpectant ad ſalutem, ſed ad 1. decorum, 2. ordinem, 3. ædificationem, 1. Cor. 14, 40. qvorum uſum moderatur fides & charitas.

Poriſma 3. Ergò natura adiaphororum excludit opinionem 1. cultûs, 2. meriti, 3. neceſſitatis.

§. 3. Cauſa *adiaphorarum rerum Efficiens eſt Eccleſia; objectum res ſacra; norma fides & charitas; finis Dei gloria & Eccleſiæ ædificatio.*

§. 4. Attributa *adiaphororum ſunt Libertas, & inde dependens mutabilitas, qvam dirigit evidens Eccleſiæ utilitas, qvæ tàm receptionem, qvàm abrogationem, & cauſas utriusqve moderatur.*

Nota 1. Cognitio utilitatis & neceſſitatis adiaphororum non penes adverſarios, ſed penes Eccleſiam eſt, adeoqve non penes ſolum Magiſtratum.

Nota 2. Deficiente utilitate evidentiſſimâ in nullius hominis gratiam, multò minus ob adverſarios ita poſtulantes aliqvid mutandum eſt in adiaphoris.

Ratio eſt, qvia I. in hoc caſu res indifferentes fiunt neceſſariæ, tùm propter nos, tùm propter adverſarios, vide Gal. 5. verſ. 1. Coloſſ. 2, 16.

II. Qvia libertate Chriſtianâ ſublatâ in rebus adiaphoris ipſa veritas Evangelii tollitur.

Nota 3. In uſu adiaphororum infirmi in fide ab infirmis in moribus probè diſtingvendi ſunt.

Nota 4.

Nota 4. In adiaphororum mutatione nihil faciendum eſt titubante conſcientiâ.

Nota 5. Profeſſio rerum adiaphorarum non ſemper utilis eſt, qvia praxis ejus ſæpè nocet infirmis, in qvorum gratiam melius eſt ſcientiam abſcondere, qvàm intempeſtivè profiteri.

Nota 6. Adiaphororum uſus conſcientiam credentis, rectè informati, lædere neqvit, proximi vero conſcientiam nondum rectè inſtructi lædit.

§. 5. Enumeratio Adiaphororum, *qvæ ab adverſariis tàm Calvinianis, qvàm Pontificiis vel maximè oppugnantur, juxta ſeriem Catecheſeos Lutheri, patet ex ſeqventibus. (Qvorum commentarium exhibet Meiſnerus in Collegio Aphoriſtico, & Gaſenii Defenſio Catechiſmi Lutheri. Inprimis verò Fundamentalis Deductio Theologorum Haſſiacorum, & Scripta Wittebergenſium Theologorum oppoſita Anhaltinis.)*

Aſſertio I. *Uſitata Decalogi diſtinctio meritò retinetur*, ob fundamenta ſupra explicata Articulo 72. NB.

Aſſertio II. *Imagines fruſtra oppugnantur*, qvando uſus ab abuſu accuratè ſeparatur. Qvâ de re agit ſeq. Art. 104.

Aſſertio III. *Preces Latinæ*, genuflexio & capitis apertio ad mentionem nominis Jeſu perperam taxatur.

Ratio eſt I. Qvia cultus Deo gratus eſt, in qvacunqve lingva fiat, modò ex animo puro proficiſcatur.

II. Qvia preces & alia divina officia in Eccleſia non lingvâ peregrinâ, ſed vernaculâ peragenda ſunt, ſalvâ tamen libertate Chriſtianâ, qvæ hymnos latinos non ignotos retinere poteſt.

III. Qvia Chriſto θεανθρώπῳ cultus adorationis tàm internus qvàm externus ab omnibus piis meritò exhibetur, ex Articul. 51. vide Philip. 2.

Aſſertio IV. *Jejunium* non eſt neceſſitate mandati divini ſimpliciter neceſſarium, ſed manet adiaphorum. vid. Art. 106. NB.

Aſſertio V. *Ceremoniæ in Baptiſmi* adminiſtratione uſitatæ meritò retinentur. vid. ſup. Art. 87. Nec obſtat Exorciſmus, qvem in Eccleſiis noſtris tanqvam rem minimè ſimpliciter neceſſariam, ſed adiapho-

ram ex Chriſtiana libertate rectè retinemus. Conf.Gal.2,3. vid. Commentar. in Form. Conc. Art.10.

Aſſertio VI. *Privata Confeſſio fruſtrà oppugnatur.*

Ratio eſt, qvia ſicut ſpecialis ſingulorum peccatorum enumeratio non qvidem eſt ſimpliciter neceſſaria; contra Pontif. vid. ſupra Art.88. Ita etiam Confeſſio privata non eſt ſimpliciter rejicienda, ſed ob ſingularem uſum meritò retinenda. Qvod patet ex Articulo 124. §. 3. NB. & Articul. 95.

Aſſertio VII. *Ceremonias in S. Cœnæ adminiſtratione uſitatas* ex libertate Chriſtiana meritò retinemus, nec in gratiam adverſariorum illas ſub neceſſitatis ſingularis prætextu temerè mutamus. Qvales ſunt 1. Veſtes ſacræ, 2. Cerei, 3. Hoſtiæ, ſive placentulæ orbiculares. vid. Articul. 88. 4. Figura crucis in conſecratione Cœnæ Dominicæ & in Baptiſmo. vid ſup. Art.61. 5. Omiſſio fractionis panis, ob jam factam particularum ſeparationem, &c. Art.88.

Aſſertio VIII. *Templa Deo conſecrata* meritò magnifaciunt Chriſtiani. vide inf. Art. 104.

Aſſertio IX. *Feſta* meritò ad Dei gloriam obſervat Chriſtiana devotio. vid. Art.103.

Aſſertio X. *Muſica Eccleſiaſtica* meritò retinetur, vid. Art.105.

§. 6. *Uſus Articuli hujus ampliſſimus patet ex Manuali Theolog. Artic.102. & ex Commentar. in Form. Concord. Art. 10.*

Articulus CIII.
De Feſtis.

Feſtum celebremus in ſinceritate & veritate, 1.Cor.5,8.

§. 1.

I*Nter Adiaphora ab adverſariis impugnata etiam ſunt feſta, ex Articul.102. §.5.*

Nota 1. *Feſtum* dicitur qvaſi feſtivum, gaudio plenum, jucundum; & feſtivitas eſt jucunditas.

Nota 2. Feſta h.l. non conſiderantur ſuperſtitioſa vel Ethnica, ſed Chriſtiana.

Nota 3.

Nota 3. Dies feſti rebus ſacris deſtinati etiam dicuntur Sabbata, feriæ, ἑορτὴ, 1. Cor. 5, 8. ab ἑὰ bona ex ἑὸς ſuus, & ὄρνυμαι, orior, qvia in feſto bona & læta verſantur. Vel ab ἓ & ὄρω, excito, qvia feſtus dies eſt, qvo unusqvisqve ſe ad lætitiam excitat. Aliis vero ἑορτὴ eſt qvaſi ἱερωτὴ, ſanctificata. Unde ἑορτάζω, feſtum celebro, 1. Cor. 5, 8.

§. 2. Feſtum eſt certum tempus *vel à Deo ipſo, vel ab hominibus juſtâ ratione inſtitutum, qvo ſacris vacamus, Deoqve cultum peculiarem exhibemus, ad Dei gloriam & hominum ædificationem.*

§. 3. Efficiens cauſa *feſtorum qvoad genus Deus eſt, ſpecies verò in N. T. interdum ab humana ordinatione fluit.* Materia *ſive objectum eſt tempus.* Forma *reſpicit inſtitutionem ſive divinam, ſive humanam, unde oritur obligatio vel neceſſaria, vel libera.* Finis *eſt Dei gloria & hominis exercitium ratione cultus & obedientiæ.*

§. 4. Dividuntur Feſta *non modò ratione efficientis in divina & humana; ſed etiam ratione temporis in feſta Vet. & N. Teſtamenti, Judaica & Chriſtiana, mobilia & immobilia.*

§. 5. Feſta V. T. Judaica *erant pædagogicæ commonefactiones de cultu, beneficiis ac promiſſionibus divinis, de qvibus populus ſtatis temporum vicibus admonebatur. Erant enim feſtivitates Legales* 1. Hebdomadariæ, *Sabbata.* 2. menſtruæ *Neomeniarum, Pſal. 81, 4. Num. 28, 11.* 3. anniverſariæ, *ut F. Paſchatos, Exod. 12, 34. Pentecoſtes, Lev. 23, 15. Tubarum v. 24. Expiationis, v. 27. Tabernaculorum v. 34. annus Sabbatarius, Exod. 23, 10. & Jubilæus, Lev. 25, 8. Qvorum inprimis notanda eſt 1. Deſcriptio, 2. ratio, 3. duratio, 4. abrogatio.*

Aſſertio I. *Deſcriptio feſtorum Judaicorum conſtat ex Lege Moſaica.*

Nam I. *Paſcha* erat, ubi Agnus Paſchalis mactatus eſt, de qvo Art. 85.

II. *Neomenia*, das Feſt der Neumonden dicitur, ubi revocabantur Judæis in memoriam aſtrorum motus, & temporum vices, ut & beneficia ſingulis menſibus divinitùs accepta.

ram ex Chriſtiana libertate rectè retinemus. Conf. Gal. 2, 3. vid. Commentar. in Form. Conc. Art. 10.

Aſſertio VI. *Privata Confeſſio fruſtrà oppugnatur.*

Ratio eſt, qvia ſicut ſpecialis ſingulorum peccatorum enumeratio non qvidem eſt ſimpliciter neceſſaria; contra Pontif. vid. ſupra Art. 88. Ita etiam Confeſſio privata non eſt ſimpliciter rejicienda, ſed ob ſingularem uſum meritò retinenda. Qvod patet ex Articulo 124. §. 3. NB. & Articul. 95.

Aſſertio VII. *Ceremonias in S. Cœnæ adminiſtratione uſitatas* ex libertate Chriſtiana meritò retinemus, nec in gratiam adverſariorum illas ſub neceſſitatis ſingularis prætextu temerè mutamus. Qvales ſunt 1. Veſtes ſacræ, 2. Cerei, 3. Hoſtiæ, ſive placentulæ orbiculares. vid. Articul. 88. 4. Figura crucis in conſecratione Cœnæ Dominicæ & in Baptiſmo. vid ſup. Art. 62. 5. Omiſſio fractionis panis, ob jam factam particularum ſeparationem, &c. Art. 88.

Aſſertio VIII. *Templa Deo conſecrata* meritò magnifaciunt Chriſtiani. vide inf. Art. 104.

Aſſertio IX. *Feſta* meritò ad Dei gloriam obſervat Chriſtiana devotio. vid. Art. 103.

Aſſertio X. *Muſica Eccleſiaſtica* meritò retinetur, vid. Art. 105.

§. 6. *Uſus Articuli hujus ampliſſimus patet ex Manuali Theolog. Artic. 102. & ex Commentar. in Form. Concord. Art. 10.*

Articulus CIII.
De Feſtis.

Feſtum celebremus in ſinceritate & veritate, 1. Cor. 5, 8.

§. 1.

I*Nter Adiaphora ab adverſariis impugnata etiam ſunt feſta, ex Articul. 102. §. 5.*

Nota 1. *Feſtum* dicitur qvaſi feſtivum, gaudio plenum, jucundum; & feſtivitas eſt jucunditas.

Nota 2. Feſta h. l. non conſiderantur ſuperſtitioſa vel Ethnica, ſed Chriſtiana.

Nota 3.

Nota 3. Dies feſti rebus ſacris deſtinati etiam dicuntur Sabbata, feriæ, ἑορτὴ, 1. Cor. 5, 8. ab ἑα bona ex ἑὸς ſuus, & ὄρνυμαι, orior, qvia in feſto bona & læta verſantur. Vel ab ἓ & ὄρω, excito, qvia feſtus dies eſt, qvo unusqvisqve ſe ad lætitiam excitat. Aliis vero ἑορτὴ eſt qvaſi ἱερωτὴ, ſanctificata. Unde ἑορτάζω, feſtum celebro, 1 Cor. 5, 8.

§. 2. Feſtum eſt certum tempus *vel à Deo ipſo, vel ab hominibus juſtâ ratione inſtitutum, qvo ſacris vacamus, Deoqve cultum peculiarem exbibemus, ad Dei gloriam & hominum ædificationem.*

§. 3. Efficiens cauſa *feſtorum qvoad genus Deus eſt, ſpecies verò in N. T. interdum ab humana ordinatione fluit.* Materia *ſive objectum eſt tempus.* Forma *reſpicit inſtitutionem ſive divinam, ſive humanam, unde oritur obligatio vel neceſſaria, vel libera.* Finis *eſt Dei gloria & hominis exercitium ratione cultus & obedientiæ.*

§. 4. Dividuntur Feſta *non modò ratione efficientis in divina & humana; ſed etiam ratione temporis in feſta Vet. & N. Teſtamenti, Judaica & Chriſtiana, mobilia & immobilia.*

§. 5. Feſta V. T. Judaica *erant pædagogicæ commonefactiones de cultu, beneficiis ac promiſſionibus divinis, de qvibus populus ſtatis temporum vicibus admonebatur. Erant enim feſtivitates Legales* 1. Hebdomadariæ, *Sabbata.* 2. menſtruæ *Neomeniarum, Pſal. 81, 4. Num. 28, 11.* 3. anniverſariæ, *ut F. Paſchatos, Exod. 12, 34. Pentecoſtes, Lev. 23, 15. Tubarum v. 24. Expiationis, v. 27. Tabernaculorum v. 34. annus Sabbatarius, Exod. 23, 10. & Jubileus, Lev. 25, 8. Qvorum imprimis notanda eſt 1. Deſcriptio, 2. ratio, 3. duratio, 4. abrogatio.*

Aſſertio I. *Deſcriptio feſtorum Judaicorum conſtat ex Lege Moſaica.*

Nam I. *Paſcha* erat, ubi Agnus Paſchalis mactatus eſt, de qvo Art. 85.

II. *Neomenia*, das Feſt der Neumonden dicitur, ubi revocabantur Judæis in memoriam aſtrorum motus, & temporum vices, ut & beneficia ſingulis menſibus divinitùs accepta.

Digitized by Google

III. *Sabbatum* erat memoriale creationis & ſuſtentationis rerum omnium, nec non admirandæ liberationis ex ſervitute Ægyptiaca, & ſignificatio Sabbati interni ſive ſpiritualis.

Nota 1. Sabbatum datur diſtinctum 1. Creationis, 2. Sanctificationis, 3. Conſummationis.

Nota 2. Sabbatum etiam ante Decalogi promulgationem fuit obſervatum.

Nota 3. Sabbatum etiam in ſtatu integritatis habuiſſet locum, contra Pererium & Toſtatum.

Nota 4. Sabbatum qvoad morale eſt perpetuum.

IV. *Encænia* dicebantur feſtivitas dedicationis templi, Kirchweyh/ Kirchmeß/ Kirmeß. vid. Joh. 10, 22. & Chemnicii Harmon h. l. Confer 1. Reg. 8, 1.

V. *Feſtum tabernaculorum*, tubarum, Pentecoſtes, Jubileum, & reliqva, ex Conſtitutionibus Moſaicis nota ſunt.

Aſſertio II. *Ratio inſtitutionis horum feſtorum erat commonefactio divinorum beneficiorum & obedientiæ Deo debitæ.*

Canon: Omne Feſtum ſolenne habet ſuas commonefactiones morales: & omnia ceremonialia V. T. ſuum habebant reſpectum ad Chriſtum. vid. ſup. de Lege Ceremoniali, Art. 73.

Aſſertio III. *Duratio feſtorum erat determinata uſqve ad tempora N. T.* vid. ſup. Art. 73.

Ratio eſt, qvia veniente Chriſto ceſſant ceremoniæ & typi. Qvamobrem & ſempiternitas Feſtorum Judaicorum V. T. Levit. c. 23, 21. non intelligitur abſoluta, ſed temporalis, habens periodum divinitùs præfixam, uſqve ad tempus correctionis.

Aſſertio IV. *Abrogatio Feſtorum V. T. eſt certiſſima*, ex Aſſertione 3. Unde obſervatio eorum non obſtringit Chriſtianorum conſcientias, Coloſſ. 2. ſalvâ tamen diſtinctione Sabbati moralis & ceremonialis.

§. 6. *Feſta N. T. ſunt diſtinctiſſima, qvorum inprimis notanda eſt 1. Veritas, 2. Varietas, 3. Neceſſitas, 4. Utilitas.*

Aſſertio I. *Veritas Feſtorum N. T. eſt certiſſima.* Qvamvis enim Deus in ſpecie nullum inſtituit N. T. feſtum, nihilominus tamen Feſta N. T. à Deo ipſo non determinatè hic, & nunc præcepta, ſed ab Eccleſia juſtis de cauſis inſtituta, obſervare licet.

Ratio

Digitized by Google

Ratio eſt, qvia ſunt occaſio cultus & exercitii pietatis, certò ordi-
ne continuandi, ut & debitæ devotionis, obedientiæ atqve gratitudi-
nis erga Deum pro ſingularibus beneficiis, imò & deprecationis cala-
mitatis imminentis (v. g. belli, peſtis &c.) & deniqve rudiorum infor-
matio.

Aſſertio II. *Varietas Feſtorum N. T. eſt omninò memorabilis.*

Ratio eſt, qvia alia reſpiciunt 1. *Sabbatum* Chriſtianum, 2. alia
peculiare Chriſti *beneficium*, 3. alia ſanctorum *memoriam & exemplum.*
Confer de his omnibus Meiſneri Colleg. Adiaph. & Præfat. Meditat. S.
itemqve Bottſacci Moralia. Inprimis vero Hoſpinianum de Feſtis, cu-
jus Epitomen exhibet Thummius.

Concluſio I. *De Sabbato. Sabbatum Chriſtianum à Judaico cautè
diſtingvendum eſt.*

Ratio eſt, qvia in Sabbato duo ſunt: unum eſt morale, nimirum
ſanctificatio nominis divini certo qvodam die ex ſeptem diebus; alte-
rum ceremoniale, ſeptimus dies & non alius. Ubi

1. *Ceremoniale* ad Judæos tantum pertinet.

2. *Morale* verò ad Decalogum propriè pertinens generale eſt, &
omnes homines adeoqve Chriſtianos qvoqve obligat.

Canon: *Certo ſeptimanæ die audire & prædicare verbum, in publico
conventu orare, & ſacra ſimul peragere, non eſt arbitrarium, ſed divinitus
omnibus hominibus injunctum.* Confer Balduini Caſus Conſcientiæ
p. 475. D. Calovium in Annot. Bibl. V. T. ad cap. 20. Exodi, Dannhau-
erum in Collegio Decal. Rivetum ad cap. 20. Exodi, & Theol. Moral.
part. 1. *Dies verò pro libertate Chriſtiana mutatus eſt.* Qvamobrem Sab-
batum noſtrum celebramus die primo, qvi vocatur Dominicus, in me-
moriam reſurrectionis Domini, ex conſvetudine Apoſtolorum. vide
Apocal. 1, 10. 1. Cor. 16, 2.

Nota 1. *Diem Dominicum fluere ex inſtitutione divina,* probat
Dannhauerus 1. ex appellatione, Apoc. 1, 10. 1. Cor. 10, 20. 2. ab exem-
plo Chriſti & Apoſtolorum, Marc. 16, 2. Johan. 20, 19. 26. Actor. 1, 1. c. 20, 7.
1. Cor. 16, 1. 2. 3. ex conſenſu Auguſtini Serm. 251. de tempore, & Luthe-
ri T. 5. W. f. 229. f. 2. & in Catech. maj. 4. ab abſurdo, qvia alias primi-
tiva Eccleſia ex præcepto divino non fuiſſet obligata ad certum diem
cultui divino conſecrandum. 5. ex Tertulliano & Euſebio. 6. ex Con-

 feſſio-

Digitized by Google

feſſione Svarezii & Riberæ, qvi agnoſcunt, non ex Eccleſiæ mandato, ſed ex ipſius ſcriptæ revelationis veritate obſervari diem Dominicum.

Nota 2. *Textus ordinarii Evangelici diebus Dominicis explicandi meritò retinentur.* vid. Meiſnerus præfat. in expiic. Evangel.

Concluſio II. *De Feſtis Chriſti Salvatoris noſtri.* Feſta N. T. qvæ beneficia Salvatoris repetunt, meritò retinemus. Qvalia ſunt Feſtum Conceptionis, Nativitatis, Circumciſionis, Paſſionis, Paſchatos, Pentecoſtes & ſimilia.

Nota 1. *Feſtum Nativitatis* eſt ſumma ſolennitas & cum Feſto Conceptionis omnium feſtorum metropolis. Confer ſupra Artic. 42. de Incarnatione.

Nota 2. *Feſtum Circumciſionis Chriſti* nos de nomine Jeſu, ſublatâ circumciſione & Legis impletione monet. vide ſupra artic. 40. ſeq. & articul. 84. & 55. atqve art. 72.

Nota 3. *Feſtum Baptiſmi Chriſti* de Baptiſmi efficacia nos informat. vid. Art. 87. Feſtum Epiphaniæ de vocatione gentium, Artic. 91. Feſtum Cœnæ Dominicæ de Cœna, Art. 88. Feſtum Paſſionis de Paſſione Chriſti, vid. Art. 60. Feſtum Paſchatos de reſurrectione, Articul. 67. & 138. & de vero Agno Paſchali, Art. 85. Feſtum Aſcenſionis de Aſcenſione Art. 68. Feſtum Pentecoſtes de Spir. S. beneficiis per Chriſti paſſionem impetratis, ex artic. 15.

Nota 4. *Controverſia de die Paſchatis* explicatur à Gerhardo in Harmonia Paſſionis, & Centur. 3. Magdeburg. de qva extat Regula:

Paſcha bis undenam Martis non prævenit unqvam,
Vicenam qvintam poſt nec Aprilis abit.

Nota 5. Feſta hæc licèt ab ipſo Deo præcepta non ſint, tamen in memoriam beneficiorum præcipuorum per Chriſtum nobis partorum rectè obſervantur.

Poriſma I. Ergò Eccleſiæ juſtis de cauſis ſineq; optimô hæc ordinanti merito parendum eſt.

Poriſma II. Ergò feſtos dies Chriſto dicatos perperam tollendos eſſe judicavit Daneus, qvi nec neceſſe, nec operæ pretium hoc eſſe exiſtimavit. Confer ejus Ethicam Chriſtianam.

Concluſio III. *De Feſtis Sanctorum.* *Feſta Sanctorum prudentia Chriſtiana* cautè obſervat. Sunt vero illa, qvæ reſpiciunt memoriam Sanctorum partim Angelorum, partim verò hominum. No-

Nota 1. Feſtum Angelorum, feſta Apoſtolorum, Martyrumqve celebrare licet, modò abſit ſuperſtitio, neq; cultus ad ipſos ſanctos referatur, neq; in ipſorum honorē feſta inſtituantur, qvod ſoli Deo competit.

Nota 2. Finis horum feſtorum eſt, ut hâc occaſione Deus in ſanctis ſuis laudetur, beneficia ejus per hæc organa Eccleſiæ præſtita agnoſcantur, Deoqve gratiæ agantur, ſimul etiam exempla virtutum in ſanctis conſiderentur, & ad imitationem proponantur. Confer de Angelis Artic. 19. & 20. & de Apoſtolis Art. 121.

Aſſertio III. *Neceſſitas feſtorum N. T. diſtincta eſt.* Alia enim datur neceſſitas ratione ſabbati moralis; alia verò ratione reliqvorum feſtorum.

Obſerv. 1. Qvamvis ceremoniæ Leviticæ abrogatæ ſint ex Articul. 73. non tamen propterea omnis temporum obſervatio in N. T. ſimpliciciter eſt prohibita.

Obſerv. 2. Obſervatio temporum in N. T. licita eſt 1. phyſica, 2. civilis, 3. Eccleſiaſtica, à qva diſtincta eſt 4. obſervatio dierum Papiſtica ſuperſtitioſa.

Obſerv. 3. Obſervatio dierum cum opinione meriti etiam rem in ſe bonam vertit in peccatum.

Obſerv. 4. Feſtorum obſervatio in N.T. in ſe libera eſt.

Obſerv. 5. Feſta mutari poſſunt, ſi ita ex uſu Eccleſiæ eſſe videbitur.

Obſerv. 6. Ab uſu & conſvetudine cujusvis Eccleſiæ recepto non facilè recedendum eſt. vid. Art. 102.

Obſerv. 7. Graviter errant Pontificii, qvòd feſta non tantùm in honorem Dei, ſed etiam ſanctorum inſtituunt, & ad ea obſervanda tanqvam ad cultus divini partem conſcientias Chriſtianorum obligant. vid. Hoſpinianus de Feſtis.

Aſſertio IV. *Utilitas ex obſervatione Feſtorum N.T. inſignis eſt*, qvæ ex eorundem fine perſpicitur, uti patet ex præcedentibus.

§. 7. Porrò Feſta etiã dividuntur in mobilia & immobilia.

I. Mobilia *ſunt, qvæ in alium atq; alium Menſis diem mobilem incidunt, qvorum fundamentum eſt Paſcha, ſupra §. 6. Qvâ de re agit Computus Eccleſiaſticus.*

II. Immobilia *feſta ſunt, qvæ in Calendario ad certum ſolis*

ſolis curſum concinnato, in dies menſium certos & immobiles incidunt, ut ſunt feſtum Nativitatis Chriſti die 25. Decembr. Feſtum Johannis Baptiſtæ die 25. Jun. Feſtum Annunciationis Mariæ d. 25. Mart. Feſtum Michaelis d. 29. Septembris; Feſtum Martini 11. Novembris, &c.

§. 8. *Plura, qvæ ſimul uſum hujus Articuli attinent, præter Autores ſupra citatos, exhibet Manuale Theol. Art. 103.*

ARTICULUS CIV.
De Locis DEO conſecratis & Templis.

In omni loco, in qvo fuerit memoria nominis mei, veniam ad te, & benedicam tibi, Exod. 20, 24. Conf. Pſal. 27, 4. & 84, 3. vid. de Dei adventu ſup. p. 343. & benedictione, Art. 54. ſeq.

§. 1.

INter alia Adiaphora, qvæ adverſarii oppugnant, etiam locis Deo conſecratis & templis eorumqve contentis rebus ſacris bellum indicitur, ex Art. 102.

Nota 1. Templum dicitur, qvod ab omni parte contemplari licet.

Nota 2. Templum denotat 1. regionem cœli, 2. Cœlum ipſum, 3. locum ſacrum, eine Kirche / fabricam ſacram.

Nota 3. Templum in populo Dei unicum erat 1. portabile, ſive tabernaculum, 2. fixum, 1. Reg. 8. utriusqve partes explicat Articulus 73. §. 5. NB.

Nota 4. Templum denotat Metaphorice 1. Cœlum, Pſal. XI, 4. Mich. 1, 2. 2. Cœtum Eccleſiaſticum, Pſal. 26, 8. & 27, 4. vide 2. Theſſ. 2, 4.

Nota 5. Templum aliud eſt *myſticum.* Sic corpora piorum ſunt templa Spiritus Sancti, 1. Cor. 3. & credentes ſunt habitacula P. F. & Spirit. S. Johan. 14. aliud verò *perſonale*, Johan. 2, 19. Col. 2, 9. Nam omnis plenitudo Deitatis habitat in CHRISTO corporaliter, veriſſimè, per-

Digitized by Google

perfectiſſimè, & immutabiliter, atqve antitypicè, reſpectu templi Hieroſolymitani.

§. 2. Templum eſt ædificium ſacrum, *religioſis conventibus deſtinatum, ubi poſt preces & cantiones pias verbi prædicatio, & publica Sacramentorum adminiſtratio peragitur, ad DEI gloriam, & hominum ſalutem.*

§. 3. Efficiens *eſt Deus, Exod. 25. 1. Reg. 8.* Organum *homo.* Forma *fabrica.* Finis *DEI gloria & hominum ſalus.*

Nota 1. Templa ædificare Deoqve conſecrare eſt conſvetudo antiqviſſima, vid. Gentur. Magdeb. 4. & 5.

Nota 2. Etſi Deus in templis non habitat, tamen ipſemet tabernaculum & poſtea templum Hieroſolymitanum ſibi exſtrui juſſit.

Canon 1. Nihil eſt in univerſa tabernaculi ſtructura, qvod non ἀλληγορικῶς ad Chriſtum & Eccleſiam ejus accommodari poſſit. Qvod probatur ex enumeratione potiſſimarum partium, earumqve applicatione ad Chriſtum & Eccleſiam, ut ſunt 1. Candelabrum, 2. Menſa, 3. arca fœderis, 4. propitiatorium, 5. velum. vid. Balduini Comm. in Ep. Hebr.

Canon 2. Hieroſolyma typica unà cum templo typico periit.

Poriſma: Irritus ergò & verbo Dei contrarius labor eſt eorum, qvi de recuperanda Hieroſolyma & inſtaurando templo ſunt ſolliciti.

§. 4. Tempus, *qvo templa Chriſtianorum ædificata ſunt, ætas Apoſtolorum ignorat. Nam Chriſtiani in primitiva Eccleſia non in peculiari templo conveniebant, certi, mundum univerſum eſſe templum DEI. Unde & Chriſtiani primis ferè ducentis annis deſtituebantur templis. Poſtea verò publici cœtus locum habebant in cœmiteriis, ubi levia qvædam ædificia tempeſtatis propulſandæ gratià habebant, qvas appellabant Fabricas, qvæ progreſſu temporis magis fuere exornata, & ſub Conſtantini M. Baſilicæ, ac deinceps Templa appellata ſunt. Confer Centur. 4. M. & Hoſpiniani librum primum de Templis.*

Canon: Nihil refert, qvando aut qvomodo templa extructa fuerint.

Digitized by Google

§. 5. Uſum templi genuinum tollit abuſus idololatricus.

Canon 1. Templa DEO cultuiqve divino ædificari & conſecrari debent.

Poriſma 1. Ergò templa ſanctis conſecrare non licet. vid. Luth. Tom. 7. Witt. G. f. 567. & Centur. 4. Magdeb. c. 6. col. 408.

Poriſma 2. Ergò templorum exſtructionem conſtituere medium ad promerendam remiſſionem peccatorum & vitam æternam, idololatria & impietas Ethnica eſt.

Poriſma 3. Ergò templa ſacrificio Miſſatico neqvaqvam deſtinata ſunt.

Canon 2. *Templa Chriſtianorum ſunt oratoria.*

Nota: Preces piorum in templo efficaciores ſunt non propter loci ſanctitatem, ſed propter devotionis, orationis, & animorum conjunctionem, & multorum ſuſpiriorum in unum qvaſi ſpirituale ſacrificium coalitionem.

Canon 3. Templorum uſus non tollitur per orationem in omni loco, 1. Tim. 2.

Canon 4. Eccleſiæ miniſtro templum ſibi concreditum hæreticis tradere non licet.

§. 6. Dedicatio Templorum ſoli Deo debetur.

Canon: Dedicatio Templorum Chriſtianorum ſit Chriſtiana.

Poriſma: Ergò dedicatio non Chriſtiana, ſed Ethnica & ſuperſtitioſa eſt Papiſtica dedicatio, qvæ fit per Epiſcopum, qvi alphabetum diverſarum lingvarum pavimento inſcribit, multas cruces conſignat, aqvam aſpergit, ſuffitum facit, cereos accendit, lapides oleo imbuit, aqvam luſtralem conficit, campanas baptizat, oſſa & reliqvias ſanctorum recondit, de qvibus vide Durandi Rationale, & Hoſpinianum libro 4. de Templis; Cum potius dedicatio DEO grata inſtituenda ſit per preces, verbi prædicationem, & Sacramentorum adminiſtrationem.

§. 7. In templis liberè adhibentur rerum ſacrarum imagines, *Muſica, de qva ſeq. Art. 105. itemqve altaria ſupra Art. 88. nec non Baptiſteria, &c. De qvibus omnibus videri poteſt Hoſpinianus loco dicto.*

Canon

Canon 1. Imaginem non Dei, ſed apparitionis divinæ expingere licet & habere, ut Daniel. 7. & Matt. 3.

Canon 2. Imago & Idolum differunt.

Poriſma: Ergò imagines abolere & deſtruere ſine diſcrimine non licet. vid. Theol. Moral. de Idololatria ad 1. præceptum.

§. 8. A Templo dicti ſunt Templarii, die Tempel-Herren / *ſcilicet à Templo Hieroſolymitano. Cujus aditum contra latrones Saracenos tutum præſtabant. Origo refertur ad annum Chriſti 1110. Leges referuntur ex Bernhardo, (ut & vitia, & laniena horribilis poſt annos 200. tempore Henrici 7. & R. P. Clementis V. nec non provocatio ad tribunal Chriſti) ab Hoſpiniano cap. 20. de origine Monachatus p. 168. ſeq.*

§. 9. *Reliqua cum uſu offert Manuale Art. 104. NB.*

ARTICULUS CV.

De Muſica in Templis uſitata.

Omnis ſpiritus laudet Dominum, Pſal. 150, 6.

§. 1.

INter alia adiaphora etiam Muſica tàm figuralis, qvàm inſtrumentalis, Coloſſ. 3, 16. & Pſalmo 150. commendata & uſitata, ſuos habet adverſarios, ex Art. 102. cum organis pnevmaticis.

Nota 1. *Muſica* deducitur à voce Muſa, qvæ notat canticum, ein Geſang / qvaſi μέλουσα, ob μέλος harmonicum.

Nota 2. *Muſica* eſt vel theoretica, vel practica, qvæ exercitium reſpicit & actum, qvi vel vocalis eſt, vel inſtrumentalis. Et dirigitur vel digitis, qvæ vocatur chirurgica, vel ore, & dicitur orgiaſtica. vid. lib. 3. Repertor. Muſicum.

Nota 3. *Organum Muſicum* dicitur vel generaliter, allerhand Saiten-Spiel; Vel κατ᾽ ἐξοχὴν organon penevmaticum eine Orgel. De qvo agit Manuale Germ. Art. 105. NB.

§. 2. Cauſæ *diſtinctæ ſunt. Nam* Efficiens *Muſicæ ſacræ*

eſt Deus, Pſal. 90. *Coloſſ.* 3. Subjectum *homo pius.* Materia *devota Cantionis eſt res ſacra.* Forma *Cantionis ſacræ vocatur Melodia, qvæ pro conditione Muſicæ vel figuralis vel inſtrumentalis diſtincta eſt.* Finis *Cantionum ſacrarum eſt DEI gloria & devotionis excitatio, facit enim ad movendos affectus & compunctionem cordis, qvod patet ex Auguſtini exemplo. vid. Manuale Art.* 105. *NB.*

§. 3. Varietas *cantionum ſacrarum & Muſicæ Eccleſiaſticæ inſignis eſt. Nam*

I. Cantio, *ex obſervatione Apoſtolica, Coloſſ.* 3, 16. *eſt*

1. Pſalmus, *qvi eſt oratio Muſica, qvæ concinnè juxta rationes metricas ad inſtrumentum pulſatur.*

2. Hymnus, *qvi eſt canticum laudes DEI complectens.*

3. Ode, *qvæ eſt vox concinna ad numeros edita absqve inſtrumenti concentu. Confer Baſilium M. in Pſal.* 29.

II. Muſica Eccleſiaſtica *eſt vel* 1. *vocalis,* 2. *vel inſtrumentalis,* 3. *vel conjuncta. vid. ſup.* §. 1. *inprimis verò cum organis pnevmaticis. De qvibus vid. Manuale Art.* 105. *Meiſneri Colleg. Adiaphor. & Hoſpiniani lib.* 2. *de Templis.*

§. 4. *Uſus Muſicæ ſacræ antiqviſſimus ex Pſalmo* 150. *patet, qvi ab abuſu prudenter ſeparandus eſt, ita, ut omnia ſiant graviter & decorè cum pio cordis affectu ad laudem DEI & cantantis ædificationem.*

§. 5. *Reliqva huc ſpectantia exhibet Manuale Art.* 105. *unà cum inſigni hujus Articuli uſu.*

ARTICULUS CVI.
De Jejunio & Abſtinentia à Cibis.

Hoc eſt jejunium, qvod elegi, diſſolve cogitationes impietatis, *Eſa.* 58, 6.

§. 1. Ex

Digitized by Google

§ 1.

EX *Adiaphororum genere etiam ſunt cibi & abſtinentia à cibo, ſive jejunium.*

Nota: *Jejunium eſt nihil & omnia. Nihil*, cum intentione meriti: *Omnia*, ſi conjuncta ſit Fides, Spes, Charitas, & oratio aſſidua. §. 2. uti patet ex ſeqventibus Aſſertionibus.

Aſſertio I. de Cibis. Cibi, qvà tales, nec boni, nec mali ſunt. vid. Articul. 18.

Ratio eſt, qvia omnis creatura Dei bona eſt: Cibus verò eſt alimentum, inprimis aridum, nec non ſucculentum, qvo animal ſuſtentatur, ſine ullo ad moralitatem reſpectu. *Abuſus* verò hominis cibo accidentalis eſt. Qvemadmodum & ciborum 1. obſervatio, 2. abſtinentia, 3. prohibitio, 4. conſecratio.

Nam 1. *Obſervatio* ciborum alia eſt Levitica per Chriſti adventum ſublata, alia Ethnica, alia Hæretica.

2. *Abſtinentia* à cibis non ſimpliciter eſt prohibita, ſi fiat liberè ſine opinione meriti 1. valetudinis gratiâ, 2. publicæ utilitatis causâ, 3. pietatis ergò, ut rectiùs vacare precibus liceat. *Superſtitioſa* verò à certis cibis abſtinentia Chriſto & Apoſtolis ignota eſt. Inprimis verò *carnis privium*, ſine excluſione piſcium. Cùm tamen & *piſces carnem habeant*, 1. Cor. 15. 39. adeoqve piſcium comeſtio non ſit carnis excluſio, ſed omninò carnis comeſtio.

3. *Prohibitio* ciborum eſt 1. Phyſica, 2. Politica, 3. Hypocritica. Ad qvam ſpectat prohibitio certorum ciborum Papiſtica, qvæ eſt doctrina Dæmoniorum, omni fundamentô deſtituta, vid. 1. Tim. 4, 1. ſeq.

4. *Conſecratio* ciborum Chriſtiana fit per preces & gratiarum actionem 1. Tim. 4, 3. exemplo Salvatoris, Johan. 6. Marc. 8. Cui opponitur *conſecratio ſuperſtitioſa* Papiſtica, qvæ poteſtatem Satanæ à creaturis excludere conatur, & non ad Dei gloriam dirigitur, ſed ad commodum peculiare, qvia eſt modus acqvirendi. Vid. Agenda Eccleſ. edit. Magdeburg. Anno 1497. ubi XXV. conſecrationes aqvæ, panis, raphani &c. enumerantur v.g. exorciſo te, creatura Salis, ut ſis omnibus ſumentibus ſanitas animæ & corporis, &c.

Canon: Omnis creatura Dei bona eſt, ex 1. Tim. 4.

Poriſma: Ergò vana eſt & ſuperſtitioſa exorciſatio panis qvotidiani,

Digitized by Google

qvem à Patre noſtro cœleſti accipimus, Matt. 6. Ad qvem & caro & piſces & reliqva ſpectant, l. d. enumerata.

Aſſertio II. De Jejunio in genere. Jejunium eſt omnimoda à cibo abſtinentia. Nam jejunus eſt exilis, tenuis, minutus, non plenus, ſicut jejunum inteſtinum dicitur alterum tenuium inteſtinorum, ob vacuitatem, ex celeriore in illo ipſo chyli deſcenſu, der nüchterne Darm. Confer צום jejunare, cujus cognatum eſt מוץ & מצה emulſit, Prov. 30, 33. qvia jejunium emulget venas, & exhaurit vires corporis; & νηστεύω, jejuno, Matth. 6, 16. νῆστις, jejunus, qvi non edit νη & ἐσθίω ab ἔδω edo, cui non eſt σῖτος, frumentum, & focus, ἑστία, ἕω, colloco. Germ. Faſten / daß man vor Hunger faſt matt wird / und faſt nicht kan ſtehen oder feſt ſtehen. Et jejunus dicitur, qvaſi nondum jentatus, qvi nondum paſtus jentaculum differt & prandium, vel etiam ipſam cœnam usqve ad diem ſeqventem.

Nota 1. Jejunium dicitur afflictio animæ, ſcil. concupiſcentis cibum & potum, kaſteyen/ ענה, Levit. 16, 29. Confer Lutherum Pſal. 69, 11. bitterlich faſten צום.

Nota 2. Jejunium eſt abſtinentia à cibo & potu vel ad luctum & dolorem cordis internum indicandum, Joel. 2. vel ob animum ad preces & devotionem debitam præparandum NB. Hebr. Zum: Das Faſten macht zahm und hält den alten Adam im Zaum.

Nota 3. Jejunium aliud licitum eſt, aliud illicitum.

Nota 4. *Jejunium licitum eſt vel allegoricum*, abſtinentia à vitiis, Eſa 58. verſ. 6. *vel propriè dictum*, ſive miraculoſum, Matth. 4. ſive religioſum, publicum aut privatum, à jejunio Politico & Medico diſtinctum, adeoqve eſt vel neceſſitatis egenorum, vel voluntatis, reſpiciens tam corpus propriè, qvàm animam à peccatis vacuam Metaphoricè, Eſa. l. c.

Poriſma: Ergò licitum eſt & libertati Chriſtianæ non adverſum

I. *Jejunium Politicum*, qvod Magiſtratus, imminente aliqvô communi periculo, indicit.

II. *Jejunium Medicum*, qvando Medicus diætam præſcribens ægrotis certorum generum cibos ſanitati minùs conducentes prohibet.

III. *Jejunium religioſum Chriſtianorum ſpontaneum*, qvando qvis abſtinet ad tempus ab uſu carnium, vini & aliarum delitiarum; ut expo-

Digitized by Google

expeditiùs vacare poſſit precibus, meditationi verbi, uſui Sacramentorum, aliisqve exercitiis ſacris, qvod, ut creberrimè inſtituatur, optandum eſt.

IV. *Jejunium privatum & domeſticum*, cum qvis ſibi ſuisqve certas ciborum leges præſcribit, ut temperantiùs vivat, morborum fomina minuat, & ad preces ac ſacras meditationes aptior eſſe poſſit.

Aſſertio III. *De Jejunio illicito in ſpecie. Jejunium illicitum eſt* 1. *hypocriticum*, 2. *immoderatum*, & 3. *meritorium.*

Concluſio I. *Jejunium hypocriticum eſt Papiſticum*, qvod ſub ſplendido legum Eccleſiaſticarum titulo obtruditur in Papatu, ubi cibi qvidam, puta carnes, ova, caſei, butyrum, vel certo hominum ordini ſemper, vel omnibus omninò certô qvodam tempore interdicuntur, ita ut qvi huic interdicto parent, iis ſingulare aliqvod meritum, ſanctitas, ut & perfectio præ cæteris tribuatur. Huc ſpectat & *Jejunium qvadrageſimale*, qvod vanum, ſtolidum & impoſſibile eſt. Confer Chemnic. Harmon. ad Matt. c. 4.

Ratio, qvia miraculoſum eſt.

Concluſio II. *Jejunium immoderatum valetudini adverſatur.*

Poriſma: Ergò immoderata jejunia & macerationes corporis, qvibus optima qvoqve perditur valetudo, damnatur. Confer Bernhardi exemplum Centur. 12. Magdeb. col. 1638.

Concluſio III. *Jejunium meritorium eſt abſurdum*, ſive illud fiat ſemper, aut ſtatis diebus, ex ſuperſtitione cultus, atqve meriti gratiâ, ex voto aut ſatisfactionis opinione.

Ratio eſt, 1. qvia ſatisfactio pro peccatis datur non niſi unica, qvæ eſt ſolius Salvatoris, ex Articulo 55.

2. Qvia meritum humanum eſt merum & inane ſomnium, ex Articulo 72. & 100.

3. Qvia jejunium meritorium tollit libertatem Chriſtianam, uſum ciborum, vulnerat conſcientias, & cultum Deo obtrudit non mandatum, generat ſuperbiam & aliorum contemtum.

4. Qvia jejunium meritorium ab ipſo Deo eſt rejectum, Eſa. 58. 6.

§. 2. Jejunium ſpontaneum Chriſtianum eſt libera à cibo abſtinentia, ut jejunus ad devotionem ſit expeditior. *Nam Efficiens hujus jejunii non eſt ſuperſtitio, ſed devotio. Objectum eſt*

Digitized by Google

eſt cibus. Forma eſt abſtinentia. Finis eſt devotio, Joël. 2. Judic. 20. vel teſtimonium luctus, 2. Sam. 12, 21.

Canon 1. *Jejunium per ſe neqvaqvam eſt cultus divinitùs mandatus, ſimpliciter omnibus neceſſarius*, Confer Matth. 6, 10. Chemnic. Harmon, *ſed eſt actio indifferens* & γυμνασία corporalis, 1. Tim. 4, 8. *& pietatis adminiculum* ex modo, fine & ſcopo æſtimanda. vid. ſupra §. 1. & Manuale Art. 106. NB. Nam eſca nos non commendat Deo, 1. Cor. 8, 8.

Canon 2. *Lutherus neqvaqvam omne jejunium ſimpliciter improbavit*, ſed ſuperſtitionem Pontificiam taxavit meritò, ex 1. Tim. 4, 1. vid. Mülleri Lutherus Defenſus c. 12. & c. 17. qvæ externum pietatis adminiculum in cultum propriè dictum convertit, & ex re adiaphora opus facit meritorium. vid. ſeq. §. 3. NB. Nam fides ejusqve exercitium per preces aſſiduas eſt anima jejunii, qvâ ſublatâ factum adiaphorum fit cadaver abominandum.

§. 3. Adjunctum jejunii *eſt 1. ſacci induitio, Eph. 4, 1. 2. fletus, 3. cilicium, 4. Humi cubatio. vide D. Geierum de Luctu Hebræorum.*

Canon: Tàm jejunium ipſum, qvàm adjuncta jejunii, ſummam reqvirunt prudentiam. Ita ut 1. excludatur omne meritum, 2. triumphet fidei directorium, 3. attendatur Eccleſiæ emolumentum, 4. obſervetur medium, 5. exploretur temperamentum & virium ſufficientia, 6. externis præferatur devotio interna, 7. ne jejunium degeneret in hypocriſin, humiliatio in ſuperbiam, & corporis afflictio in αὐτοχειρίαν.

§. 4. *Reliqva offert Manuale NB. Art. 106. & 78. nec non egregia B. Höpfneri diſputatio de Jejunio, & Giſenii Papiſmus.*

ARTICULUS CVII. De Scandalo.

Væ mundo à ſcandalis, Matth. 18, 7.

§. 1.

U*Sus rerum adiaphorarum illicitus eſt occaſio & cauſa ſcandali, ex Art. 102. Rom. 14, 15. 1. Cor. 8, 11. qvod ſummoperè cavendum eſt. vid. Matth. 18, 7.*

Nota

Nota 1. *Scandalum* eſt offendiculum, ein Aergerniß / das ärger macht / σκάνδαλον, in qvod ita impingimus, ut claudicemus. Nam σκάζω eſt claudico.

Nota 2. *Scandalum* notat non modò propriè laqveum abſconditum, vel offendiculum in via poſitum, in qvod ambulans impingit, ut corruat. Conf. Exod. 10, 7. Pſal. 119, 165. ſed etiam Metaphoricè lapſus occaſionem. vid. Rom. 9, 33. Conf. Hebr. מכשול offendiculum & כשל impegit, offendit, lapſus eſt, Pſal. 9, 4. Pſal. 27. 2. Prov. 24, 16. 1. Sam. 2, 4.

Nota 3. Scandalum etiam appellatur πρόσκομμα, Rom. 9, 32. ἐγκοπὴ, 1. Cor. 9, 12. & offendiculum. Nam προσκόπτω eſt offendo, impingo, à κόπτω, ſcindo, ferio.

Nota 4. *Offendiculum ponere* fratri eſt turbare ipſum in conſcientia, dubium in religione reddere, animum ejus ita implicare, ut neſciat, num rectè credat, faciatve.

Nota 5. *Offendiculum & ſcandalum aliqvando differunt*, ſcilicet qvando offendiculum tribuitur ei, qvi impingit, nondum autem labitur: ſcandalum verò ei, qvi non ſaltem impingit, ſed & omninò corruit.

§. 2. Scandalum eſt, *qvicqvid hominem per occaſionem ad peccandum vel datam, vel acceptam offendit.*

Nota: Qvod per ſe malum non eſt, malum fieri poteſt per accidens, ſi per illud alii offendantur.

§. 3. *Cauſa efficiens non eſt Deus, ſed Satan, vid. Matth. 13, 25. 38. 41. & homo ejusqve malitia, vel objicientis, vel recipientis ſcandala. Ubi plerunqve cum malitia ſeductio, ignorantia, ambitio, zelus intempeſtivus & ſimilia concurrunt.*

Canon 1. Deus neqvaqvam eſt cauſa offendiculorum in Eccleſia ob neceſſitatis prædictionem, qvia neceſſitas ſcandali non abſoluta eſt, ſed hypothetica, Matth. 18, 7. Confer. ſup. Artic. 26.

Canon 2. Homo, dum libertate Chriſtianâ abutitur, ſcandala excitat graviſſima, ex Art. 101.

§. 4. Materia ſive objectum ſcandali, *per qvod illud excitatur, eſt non ſolùm res per ſe illicita, ſed etiam in ſe bona, qvæ per*

 acci-

Digitized by Google

accidens alios offendit, ſive etiam adiaphora, & in ſe neqve bona, neqve mala, qva vel doctrinam vel vitam reſpicit. Subjectum *verò, qvod ſcandalizatur, eſt homo, cujusqve ætatis & conditionis, etiam puer, vid. Matth. 18, 6.*

§. 5. Forma *reſpicit occaſionem ad peccandum vel datam, vel acceptam. Unde occaſionis illius cauta remotio eſt* remedium *ſcandali præſentiſſimum.*

§. 6. Finis *ſive terminus τὸ πέρας per ſe eſt lapſus, per accidens verò probatio & manifeſtatio.*

§. 7. Eventus *ſcandalorum eſt accipientis damnum, qvod per occaſionis remotionem præcaveri poteſt.*

§. 8. Dividitur ſcandalum *1. in datum & acceptum, 2. in ſcandalum malitiæ & infirmitatis, 3. in ſcandalum publicum & privatum.*

Aſſertio I. De Scandalo dato. Scandalum datum eſt vel dictum, vel factum malum, qvo qvis alium reddit deteriorem, qvod damnatur ſimpliciter ex ſeq.

Nota 1. In ſcandalo aliud eſt materiale, ſive res ipſa aut factum, qvo alius offenditur; aliud verò formale, ſive offenſionis occaſio, qvatenus illa ab aliis data hominem vel per ſe offendit, vel per accidens.

Nota 2. Scandalum datum neqvaqvam in benè factis, ſed tùm demum locum habet, qvando aliqvid fit contra mandatum vel interdictum divinum.

Nota 3. *Scandala & ſeductiones non ſemper æſtimantur ex effectu, ſed ex naturâ & conditione propria,* qvalia per ſe ſint, & qvid efficere posſint, niſi impediantur. Sic Petrus pasſionem diſſvadens à Chriſto vocatur Satan ſcandalum offerens, & rem ex natura ſua malam & ſcandaloſam, non obſtante eventu in hoc ſubjecto imposſibili, Matth. 16, 23. NB. Mentzk Articul. 107.

Canon: *Scandalum omninò fugere decet Chriſtianos.*

Ratio 1. *qvia ſcandalum eſt iniqvum*, & peccat contra legem.

2. *qvia eſt periculoſisſimum*, & cum interitu infirmi conjunctum, Rom. 14.

3. *qvia*

3. *qvia eſt inhoneſtum*, & libertati Chriſtianæ contrarium. Conf. Bald. in Rom. c. 14.

Aſſertio II. de Scandalo accepto. Scandalum acceptum eſt vel dictum vel factum indifferens, qvo alius deterior redditur ſuo vitio, & damnatur ſolùm in accipientibus.

Nota: Hoc ſcandalum vocari ſolet Phariſaicum, nec non dicti aut facti prava interpretatio, qvando qvis virtuti & veritati iraſcitur, eamq; ſupprimere conatur.

Aſſertio III. de Scandalo malitiæ & infirmitatis. Scandalum malitiæ eſt impactarum, ideoq; contemnendum; Scandalum verò infirmitatis ſedulò cavendum eſt. Nam charitas Chriſtiana meritò rationem habet conſcientiæ infirmorum.

Aſſertio IV. de Scandalo publico. Scandalum publicum eſt, qvod publicè; privatum verò, qvod privatim offendit: Illud plerumqve plures, hoc verò pauciores reſpicit.

§. 9. *Pleniorem hujus Articuli exegeſin præter Feurbornium offert Manuale Germ. Art. 107.*

ARTICULUS CVIII.

De Renatorum Probatione per Crucem.

In mundo afflictionem habetis, Joh. 16, 33. Angſt / θλίψιν, Act. 14, 22. (θλίβω, premo) Apoc. 7, 14. Conf. Hebr. צרר & צר Pſal. 3, 2. Hoſtis angens & arctator, Aengſtiger / obſidens, 1. Sam. 23, 8.

§. 1.

Qvia in renatis adhuc reſtant reliqviæ veteris Adami, uti conſtat ex Art. 97. ſeq. ideò probatione opus habent & exercitio crucis perpetuo, vid. 2. Cor. 4, 16.*

Nota 1. *Crux* Chriſtianorum reſpicit crucem & crucifixionem Chriſti, de qva ſup. Art. 62. dictum eſt.

Nota 2. Crux eſt Chriſtiani afflictio, Matt. 10, 38. qvæ crucem cruci-

ciſixi reſpicit, qvem imitatur, & per cujus crucem illa ſanctificatur, & ad patientis emolumentum dirigitur, Rom. 8.

Nota 3. *Crux Chriſtianorum vocatur afflictio*, qvæ h. l. conſideratur non *generalis* ſive pœna peccati debita, de qva ſup. Art. 36. ſed *ſingularis* renatorum, adeoqve non communis tàm impiorum qvàm piorum, ſed peculiaris credentium & Deo reconciliatorum. vid. §. 2. Confer Harmoniam crucis & paſſionis Chriſti ſup. explicatam Art. 60. & 62.

Nota 4. Crux piorum dicitur *calamitas*, qvaſi calami adverſitas, ſive damnum à tempeſtate grandinoſa factum, der Wetter-Schade/ qvia grando comminuit calamum, culmum ac ſegetem. Confer Eſa. 54, 11. Du Elende/ über die alle Wetter gehen/ ἀκαταστατος, in turbine verſans. סער vid. Jonæ 1, 4. 11. Groß Ungewitter und Ungeſtümm/ Matth. 8. vide Pſalm. 83, 16. & 58, 10. da alles unbeſtändig und unruhig durch einander gehet/ uti in ſeditione ἀκαταστασία. καθίστημι colloco, ἵστημι, ſto.

Nota 5. Calamitates piorum dicuntur

1. *Mortificatio.*

2. *Paſſiones Chriſti*, qvi ipſe qvoad formale illas pertulit. vide Eſa. 53. & ſup. Artic. 60.

3. Πειρασμὸς, tentatio & probatio. vid. ſup. p. 52. 1. Cor. 10, 13. non ad malum, ſed ad bonum, Jac. 1, 13.

4. *Ira*, Mich. 7, 9. non ratione *principii* immittentis, qvod eſt manus benevola, non irati judicis, ſed per Chriſtum reconciliati Parentis, vid. §. 2. verùm ratione ſimilitudinis & ſtatus externi apparentis, qvi ſimilis videtur pœnæ ſeveriſſimæ, vid. Job. 1. & 2. Afflictus enim *portat iram* DEI non meritoriè illam auferendo, qvod fecit ſolus Salvator, Eſa. 53. ſed patientiam Ducis imitando.

5. *Paſſio* pro regno DEI: non ſatisfactoria, qvæ ſolius Redemtoris eſt, ſed martyrologica teſtium veritatis.

6. *Pœna* non formaliter, ſed materialiter ob pœnæ ſimilitudinem. Nam pœna propriè dicta eſt læſio, qvæ punit & vindicat, qvod qvisqve commiſit, vel ſupplicium à Deo irato inflictum ad ulciſcendam legis ſuæ transgreſſionem, vid. ſup. Art. 36. in boni privatione & mali inflictione conſiſtens. Qvæ vocatur *pœna ſupplicii*: alia verò eſt pœna caſtigationis ſive probationis impropriè dicta.

Canon:

Canon: *Crux piorum neqvaqvam eſt τιμωρία.*

Ratio eſt, qvia ſupplicium ſive *pœna propriè dicta dicit ordinem ad culpam non remiſſam*, cum intentione inferendi damnum promeritum: *Crux verò credentium ſeqvitur culpam jam remiſſam*, non, ut τιμωρία, qvæ proficiſcitur à judice irato, ſed ut pædia, vel dokimaſia impoſita à Patre benevolo, Hebr. 12,5. 1. Pet. 1,7. ut correctio ad patientis ſalutem directa.

§. 2. Crux piorum eſt paterna adverſitatis immiſſio ſive paſſio à Patre benevolo immiſſa, *qva credens renatus neqvaqvam pœnâ propriè dictâ afficitur, ſed reatu per CHRISTI λύτρον ſublato, ſolùm ad certum tempus, de gratia & aſſiſtentia divina certus, vel probatur (etiam Martyrio) vel etiam caſtigatur ad DEI affligentis gloriam & afflictorum emolumentum.*

§. 3. Efficiens eſt Deus, *vid. Eſa 54,7. Job.1,21. Pſal 64,10. non judex iratus, ſed reconciliatus Pater propter Chriſtum afflictis, etiam dum cadit ac ferit, benè cupiens Hebr.12,6. renatorum calamitates vel immittendo vel permittendo caſtigans & probans. Ubi impellens remota eſt peccatum: proxima, qvoad pios, ipſis cognita DEI ordinatio.* Cauſa verò miniſterialis *interdum Deo permittente eſt Satan, Job. 1. Apoc.12,13. Eph.6,11. 2.Cor.12,7. ejusqve organa Mundus, Job.15,19. Gal.4,29. Tyranni, Hæretici, falſi fratres &c. Imò & ipſa caro renatorum hoſtis eſt infenſiſſimus, Rom.7,23. Jac.1,14. 1.Pet.2,11.*

Nota 1. Afflictiones piorum non ſunt fortuitæ, ſed à Deo immiſſæ: Solet enim fidem & patientiam eorum probare in terris, qvorum gloriam amplificaturus eſt in cœlis.

Nota 2. Calamitates piorum non pugnant cum divina juſtitia. vide Artic.10. Tit 32. & 35.

Nota 3. Calamitates piorum non pugnant cum divina veritate & promiſſione. vid. Art 77.

§. 4. Subjectum patiens *ſunt renati, Hebr.12,6. conſiderati*

1. ratione ætatis. *Sic ſunt tàm infantes & pueri, qvàm*

viri & ſeniores, imò utriusqve ſexus homines qvicunqve & ubicunqve in Eccleſia viventes.

2. ratione temporis, *qvoad vitæ ingreſſum, progreſſum & egreſſum.*

3. ratione ordinis, *viventes in ſtatu tàm Eccleſiaſtico, qvàm Politico & Oeconomico.*

4. ratione bonorum *animi, corporis & fortunæ, qva de re agit Theologia Paracletica, & Gymnaſium Patientiæ. Ex qvibus patet* varia illa & innumerabilis materia crucis *& afflictionum, qvæ modò animam, Pſal. 18, 5. 2. Cor. 12, 7. modò corpus, Job. 2, 7. modò facultates, c. 1, 14. 15. 16. 17. modò familiam piorum v. 18. 19. afficere ſolent.*

Nota: Calamitates nunqvam piis deſunt.

Ratio eſt, qvia piorum hæc eſt conditio, ut per multas tribulationes ingrediantur regnum cœlorum. Act. 1, 14. Unde & à ſanctis ſæpius tribulatio incipit in impiorum terrorem & cæterorum exemplum.

Poriſma 1. Ergò pii ad utramqve fortunam parati ſunt, & nullas calamitates extimeſcunt, ſed de iis ſibi gratulantur, easqve honori ſibi ducunt ob conformationem cum capite Rom. 8.

Poriſma 2. Ergò pii nunqvam ſibi ipſis afflictiones imponunt, ſed divinitus immiſſas patienter ferunt. Conf. ſup. Art. 63. & 78.

§. 5. *Forma crucis eſt paſſio dolorifica, temporaria & ſalutaris, qvæ ſimul reſpicit proportionem, viribus humanis divinitus commenſuratam, 1. Cor. 10, 13. vid. 2. Cor. 4, 16. 17. Ex qva de crucis qvantitate, qvalitate & duratione judicandum eſt, NB. infra §. 6. ut qverelam de qvantitate humanam tollat puſillum divinum. vide Pſal. 13, 1.* HERR/ wie lange? *& μικρὸν Joh. 16, 16.* Uber ein kleines/ eine kleine Weile und kurtze Zeit. *NB. Manuale Art. 132. pag. 1804. Unde Hutteri verſio Novi Teſtamenti Hebr. adhibet vocem* שצף *pauculum, momentum; & B. Ital. vocant un poco di tempo; & Gall. un petit de temps; & Angl.* a litle While; *& Danica,* em en liden ſtund.

Nota 1. *Forma crucis* alia caſtigationem, alia probationem, alia vero martyrium reſpicit. vid. infra §. 9. NB.

Nota 2.

Nota 2. Crux piorum non ſolùm ratione materialis ſive afflictionis cum dolore conjunctæ, ſed imprimis ratione formalis, ſive reſpectus ſalutaris conſideranda eſt, qvâ ratione omnem pœnam propriè dictam excludit. Qvod probatur ex abundantisſima Chriſti pro omni culpa & pœna ſatisfactione & credentium liberatione, Artic. 55. & Eſa. 53. vid. ſup. §. 1. & 2.

§. 6. Finis *afflictionis piorum eſt DEI gloria, Joh. 9, 1. 2. 3. & afflictorum emolumentum, 2. Cor. 4, 16. qvod non per modum meriti, ſed ratione ordinis in ſubjecto ſalvando conſtituti, reſpicit vitam æternam, Actor. 14, 22. 2. Cor. 4, 18. Confer de excluſione meriti reſpectu tàm actionum, qvàm paſſionum, Art. 72. & 100.*

Nota 1. Crux piorum facit ad illuſtrandam & celebrandam gloriam divinæ potentiæ, juſtitiæ, bonitatis & ſapientiæ. Conf. ſup. Articul. 10.

Nota 2. Afflictorum emolumentum in genere patet ex Rom. 8, 17. qvia piis omnia cedunt in bonum. Conf. ſup. Art. 26. NB. 2. Cor. 4, 17. Heb. 6, 12. Jac. 1, 12. 2. Tim. 2, 21.

Nota 3. Afflictorum emolumentum in ſpecie patet inde, qvòd finis crucis ſit vel privativus, peccati excluſio, Jer. 10, 11. c. 46, 28. 1. Pet. 4, 17. & inhibitio; vel poſitivus fidei & patientiæ probatio, Gen. 22, 1. Devt. 8, 2. Pſal. 66, 20. 1. Pet. 1, 6. Jac. 1, 12. nec non precum, ſpei, modeſtiæ & gratitudinis excitatio, ex ſeq. §. 7. & carnis mortificatio, Jer. 31, 18. 1. Pet. 4, 1. Rom. 6, 6. Pſal. 119, 71. 2. Cor. 4, 16.

Canon 1. *Utilitas Crucis eſt innumera.* Nam crux eſt

1. Signum & memoriale peccati reſidui, Jerem. 2, 19. Eſa. 38, 15.
2. Remedium peccati, 1. Pet. 4, 1.
3. Pœnitentiæ occaſio, Luc. 15.
4. Fidei probatio, Rom. 5, 8.
5. Exercitium precum, Eſa. 26, 16.
6. Occaſio divinorum beneficiorum, Pſal. 50.
7. Anſa benefaciendi aliis, Job. 42.
8. Excitatorium, ut deſideremus ſolatia verbi divini, Pſal. 119.
9. Indicium conformationis cum imagine Filii Dei, Rom. 8.
10. Monitoriū, ſupereſſe paratam nobis vitam æternam, Phil. 3. & 1.

11. Me-

by Google

11. Medicina adverſus ſuperbiam, Pſal. 119.
12. Teſtimonium futuræ gloriæ, Rom. 8.
13. Inſtructio malorum, 1. Pet. 4, 1.

Canon 2. *Schola crucis eſt ſchola lucis.* Non caro, ſed ſpiritus intelligit phraſin Salvatoris: *Expedit vobis*, es iſt euch gut / Johan. 16, 7. συμφέρει, (φέρω) es bringt euch alles Guts. Confer. Pſal. 119. Bonum eſt mihi, qvod humiliaſti me. LXX. ἀγαθόν טוב לי Qvamobrem & Hutterus in verſ. N. T. verba Chriſti exprimere voluit per יועיל profuit, *profectus*, utile fuit, & qvod Italus per *bene*, illud Hiſpanica translatio per *neceſſarium*, & Gallica per *expediens* reddidit. Qvam dictionem etiam Anglica verſio repetit. Confer. examen qvantitatis ex §. 5. Qvam ſola fides & collatio temporalis miſeriæ & infinitæ gloriæ intelligit. Et qvid ſibi velit illud 2. Cor. 4, 17. τὸ παραυτίκα ἐλαφρὸν τῆς θλίψεως, & ὑπερβολὴ δόξης, die Trübſal / die zeitlich und leicht iſt / und die überall maß wichtige Herrligkeit. Qvæ ſtatim deſinit (ut momentanea voluptas) & leviſſima eſt atqve celerrima inſtar cervi, ἔλαφος, der in den dicken Wäldern kaum erblickt wird (φάω) und in dem Augenblick / da man ihn ſiehet / alſo fort ſchnell durchgehet / ja faſt in demſelben Augenblick plötzlich verſchwindet.

Canon 3. *Effectus crucis piorum eſt ineffabilis.* Cujus teſtes ſunt 1. Patientia, 2. Spes, & 3. Probatio, Rom. 8. Neqvaqvam verò eſt cruci Salvatoris ſimilis, qvæ ſola eſt meritoria atqve ſatisfactoria. vid. Art. 55. & 62.

Ratio eſt, qvia crux piorum neqvaqvam eſt meritum, ſed medium à Deo uſurpatum in excitandis piis, non per ſe, qvatenus lædit, ſed per accidens, qvatenus ut concio realis credentem informat & perficit, ſimulqve fidei exploratio eſt & carnis mortificatio. Qvamobrem non crux ipſa in ſe, nec noſtra patientia, ſed ipſe Deus per crucem operatur præparationem ad gloriam, tanqvam, per medium occaſionale, vid. 2. Cor. 4, 17.

§. 7. Varietas crucis *tàm ratione ſubjecti qvàm ratione formæ & finis eſt diſtinctiſſima.*

Concluſio 1. *Varietas crucis eſt innumerabilis*, cujus veritatem probat præcedens §. 4. & Gymnaſium Patientiæ.

Concluſio 2. *Forma crucis extra Scripturam eſt inexplicabilis.* Sine qva

qva nemo intelligit, qvid ſit 1. Pædia, 2. Doc[illegible] 3. [illegible] 4. Timoria, 5. Lytron. Et ipſa crux piorum neq[illegible] pro- priè dicta, neqve Lytron, ſed vel dokimaſia, vel pædia [illegible]um, uti conſtat ex ſeqventibus.

Aſſertio I. *de Timoria.* Τιμωρία *propriè di[illegible] ſupplicium* a Deo irato judice cum maledictione adverſus peccatores non reconciliatos conjunctum, ad ulciſcendam legis ſuæ transgresſionem & vindicationem peccati antegreſſi, non remiſſi, profecta.

Poriſma 1. *Ergò crux piorum non eſt pœna*, ex negatis pœnæ propriè dictæ cauſis atqve reqviſitis. vid. ſup. §. 1. & 2. & Art. 36. NB. qvia nulla credentibus ſupereſt condemnatio. Rom. 8, 1. ob peccati remisſionem 1. Joh. 2, 1. & ſpem liberationis, Joel. 2, 13. 2. Sam. 15, 25.

Poriſma 2. Poſt remiſſam culpam non reſtat pœna aut ſatisfactio propriè dicta. vid. ſup. Art. 95.

Aſſertio II. *de Lytro.* Λύτρον eſt *pretium redemtionis debitum*, ab alio ſolutum, ut λύσις & ſolutio captivi ſeqvatur, & perfecta ἀπολύτρωσις ſive redemtio, Rom. 3, 20. Hebr. 9, 12.

Canon: Solius Chriſti paſſio eſt λύτρον perfectiſſimum, omnem ſatisfactionem humanam ſimpliciter excludens, qvia ipſe ſolus Eſa 63, 3. & unus Rom. 8, 18. pro nobis ſatisfecit, cujus lytron ab omnibus aliis humanis afflictionibus qvoad omnes cauſas eſt diſtinctiſſimum. Qvâ de re dictum eſt Articulo 55. NB.

Poriſma: Ergò lytron neqve pædia eſt, neqve dokimaſia.

Ratio eſt, qvia pœna alia eſt ſupplicii propriè dicta pro peccatis admiſſis debita, qvæ credentibus unà cum peccatis remittitur; alia caſtigationis impropriè dicta, qvæ etiam in verè pœnitentibus locum habere poteſt, etiam perſoluto pro peccatis lytro, & ſublatâ τιμωρία ob pleniſſimam Mediatoris ſatisfactionem. Qvando enim peccatum propter Chriſti lytron, ex gratia remiſſum & perſona Deo reconciliata eſt, tunc ex τιμωρία fit δοκιμασία, qvæ itidem à τιμωρία & λύτρῳ manet diſtinctiſſima.

Aſſertio III. *de Pædia.* Παιδεία ſive paterna caſtigatio eſt afflictio renatorum profecta à Deo reconciliato, conjuncta cum paterna benevolentia & dilectione, Hebr. 12, 5. 6. immiſſa pœnitentibus ob antegreſſa commiſſa, ſed remiſſa peccata, ad odii adverſus peccata declarationem,

tionem,ut vetus Adam reprimatur,homo in officio contineatur,& peccata impoſterum majore ſtudio cavere diſcat. Qvod oſtendit exemplum Davidis. vid. Gymnaſium Patientiæ ab initio, & 2. Sam.12,13. Confer 1.Pet.4,1. 1. Cor. XI, 31.

Canon: Deus peccata piis remittens reſervat ſibi jus & diſpoſitionem de immittenda temporali caſtigatione, Matt.20,15. ejusqve qvantitate & qvalitate divinæ majeſtati non indigna, qvæ tamen ſimul homini ſalutaris eſt, Hebr.12,11. Confer de morte Art.132.

Nota 1. Qvæ ante remiſſionem peccatorum ſupplicia, illa poſt remiſſionem exercitationes juſtorum vocantur & certamina, unde & ipſi dicuntur γεγυμνασμένοι, Hebr. 12,11.

Nota 2. Finis caſtigationis eſt non ſupplicium de peccatis,ſed correctio,atqve piorum exercitium,&ut alii deterreantur,item,ut pietas in illa humilitate exerceatur atqve probetur. Confer Luc. 23,31. 1.Pet.4,17. & imprimis de ſenſu peccati Jerem. 2,19. Eſa. 38,15. unde preces oriuntur, Eſa 26,16. cum cautione & interitus averſione,1.Cor.XI,31.

Aſſertio IV. *de Docimaſia*. Δοκιμασία eſt probatio Dei propitii, ſive exploratio piorum per afflictiones,non qvia, ſed qvi non absq; peccatis ſunt, commonefactoria infirmitatum, & exemplaris ratione fidei, patientiæ & ſpei. vid. Job. c. 1. & 2. Jac. 5, 10. Rom. 5,3. Tob. 2,12. etiam reſpectu aliorum, qvi ex piorum exemplis ædificantur. NB Jac. 5, 10. Ita qvilibet pius eſt imitator Jacobi, qvi variis adverſitatibus exercitatus tandem vincit & vocatur Iſrael, major mundo, carne, peccato, morte & inferno. Videatur infra Theol. Paracleticæ appendix ſive Panoplia ſacra NB.

Nota 1. Probatio piorum non eſt reprobatio, ſed virtutum in corde latentium examen,exploratio & manifeſtatio, non tam reſpectu Dei omniſcii, qvam reſpectu proximi & ipſius patientis. vid. Gen. 22, 12. Conf. 1. Cor. 10,12. c. XI, 28. Confer de Abrahami Tentatione Theologiam Exegeticam lib. 2. c. 3. Tit.5. NB. & Jobi exemplum memorabile cap.1. & 2. Qvod Lutherus in præfatione ſingulari ſtudiô & accuratâ diligentiâ illuſtravit. Confer Theol. Exeget. lib. 2. c. 3. NB.

Nota 2. Probatio Dei uti juſtiſſima, ita liberrima eſt, Joh. 21, 22. homini nunqvam ſine peccato originali & actuali, licet occulto & ignoto Pſalm. 19. & 90. viventi, omniaqve à Deo unice accipienti, Job. 1, 21. neqva-

neqvaqvam, & nulla prorſus ratione faciens injuriam. Conf. Joh. 9, 3. Matth. 20, 13.

Aſſertio V. *de Martyrio*. Μαρτύριον eſt afflictio Chriſtianorum, qvi teſtes ſunt doctrinæ cœleſtis conſtantisſimi, propter Chriſtum, qvæ ipſis à Deo propitio liberè immiſſa eſt, Act. 9, 16. Matt. 10, 16. ad perhibendum veritati teſtimonium, & aſſerendam Chriſti gloriam, Act. 22, 20. Apoc. 1, 9. Conf. Pſalm. 44, 23. & illuſtre Pauli Martyrium ex 2. Cor. XI. & 12. NB. Bald. Comm. h. l.

Nota 1. Chriſtus vocatur Martyr modô eminentisſimô *ὁ μαρτυρῶν* Apoc. 22, 20. ut principium & autor omnis veritatis, Joh. 14. de qva ipſe cum Patre & Spiritu Sancto teſtatur, Joh. 3. & ut ſummus Propheta, Devt. 18. hoc teſtimonium perhibet per Apoſtolos, ut credamus Joh. 20. cujus etiam mors dicitur martyrium, ſed ſenſu à martyrio humano diſtinctiſſimo. vid. ſup. Art. 63.

Nota 2. Martyres dicuntur *κατ' ἐξοχὴν*, qvi doctrinam Chriſti ſangvine ſuô obſignarunt. Aliàs enim etiam omnes tàm docentes, qvàm credentes Dei teſtes dicuntur.

Nota 3. Martyrum mors appellatur *σπονδὴ* libamen & ſacrificium, vid. Philip. 2, 17. 2. Tim. 4, 6. non propriè, ſed Metaphoricè ſic dictum. Hoc enim ſolùm competit morti ſolius ſummi Sacerdotis NB Artic. 55. Aliàs verò *σπονδὴ* eſt libatio, à *σπένδω*, libo, fœdus ineo, qvaſi *ἀσπάω*, traho, haurio. Qvæ enim ſacrificantur, conſumuntur, & ab igne hauriuntur. Qvæ ſignificatio ad corpora Sanctorum in cineres redacta per vivicomburium applicatur. Qvia *σπονδαὶ* dicuntur libationes, qvæ in ſanciendis fœderibus adhibentur: imò & interdum ipſa fœdera. (unde *ἄσπονδος* dicitur implacabilis, Rom. 1, 31. qvi inducias facere, multò magis verò fœdus ferire recuſat) Libantur autem liqvida, ut vinum &c. qvæ qvis deguſtare aut delibare poteſt. Unde libare dicitur, qvaſi labiare: vel ex Græco *λείβω*, fundo, libo, ſtilio. Qvemadmodum itaqve Ethnici ante accubitum, & cum diſcederent, Diis ſuis libabant, & aliqvid vini in ignem projiciebant (ſicut Achilles, anteqvam libaret, precatus eſt, & cœlum ſuſpexit, uti ex Homero conſtat:) ita & Martyrum ſangvis effuſus multò rectiùs libamen appellari poteſt.

Nota 4. Martyrum ſangvis eſt ſemen Chriſtianorum.

Nota 5. Martyrium ſanctorum non eſt ſatisfactorium, ſed teſtimonium reſurrectionis mortuorum.

Nota 6. *In Martyrio piorum notanda eſt inprimis 1. cauſa*, qvæ ipſius Dei eſt. Ad qvam accedit 2. *innocentia martyris*, 3. *Confeſſio* veritatis legitima, 4. in confeſſione ad finem usqve perſeverantia, 5. ſuppliciorum tolerantia. Non enim ex pœnis, ſed ex martyrii cauſis æſtimandus eſt martyr.

Nota 7. *Martyres Chriſti & Diaboli ſunt diverſiſſimi.* Illi enim patiuntur propter Evangelium, hi propter hæreſes; Illi cum gaudio Spiritus Sancti, hi vel tormentis opprimuntur, vel deſperant, vel gaudium ſimulant, ut laudem conſtantiæ & fortitudinis ab hominibus reportent.

Nota 8. Tàm cruentum qvàm incruentũ Martyrium Deo gratum eſt.

Nam I. *Cruentum martyrium* eſt ſangvis & vitæ propter Chriſti veritatem profuſio, Hebr. 12, 4. interdum cum tormentis exqviſitiſſimis. Qvorum deſcriptio longâ ſerie enumeratur in Gymnaſio Patientiæ.

II. Incruentum Martyrium complectitur omnes afflictiones veritatis causâ toleratas, qvales ſunt in genere perſecutio violenta, fraudulenta, mixta; in ſpecie calumniæ, vincula, captivitas, carcer, exilium, &c. vid. Hebr. XI, 36. Qvibus omnibus efficaciſſima Spiritus S. opponenda ſunt ſolatia.

Nam I. *Perſecutio*, de qva agit Gymnaſium Patientiæ, ipſum Salvatorem tangit, qvi illam ad ſeipſum refert Actor. 9. Confer de utilitate Rom. 8. & ſupra §. 6. NB. Non obſtante, qvòd hoſtes non intendant hoc, ut noſtra peccata puniantur, ſed ut regni Dei civem perſeqvantur. vid. Eſa. 10, 7. 5. vid. ſupra Art. 26. DEUS enim in perſecutionibus ſemper animoſos viros excitat, qvi veritati intrepidè teſtimonium perhibent. vid. Catalogus Teſtium veritatis & Memorabilia Wolffii.

II. *Calumniæ* ſuperantur patientiâ. De qvibus agit Gymnaſium Patientiæ.

III. *Vincula ornat vinctorum innocentia*, qvia vincula piorum non ſunt delictorum ſupplicia, ſed doctrinæ teſtimonia.

IV. *Captivitas & carcer* tollitur Chriſti præſentiâ & ſolatii ſuperabundantiâ. vid. Hebr. XI, 36. Confer Dan. 6.

V. *Exi-*

V. *Exilium* lenit cœleſte auxilium. vide Hebr. 12, 27. Add. Gymnaſium Patientiæ.

§. 8. *Antidota crucis ſunt ſolatia 1. generalia, 2. ſpecialia, 3. ſpecialiſſima. Qvæ in Gymnaſio Patientiæ oſtendit 1. Herologia, qvid ſit crux. NB. ſupra §.1. 2. Hermenevtica, qvid ſit pedia & docimaſia, ſupra §.7. 3. Analytica Sacra, & Evporia, ſive inventio medii termini paracletici, ex seqventibus.*

Aſſertio I. Solatia afflictorum generalia ſunt certiſſima, qvoniam ſummam exhibet Patientiæ Gymnaſium, & præcedens §.6. Et *Optica ſacra*, qvæ docet, qvòd crux ſit Perſpectiva Spiritus Sancti ducens à bono in bonum, Rom. 8, 28. Et *Arithmetica ſacra*, qvæ puſillum crucis, Joh. 16. non ex ſenſu carnis, ſed ex proportione ad gloriæ futuræ æternitatem æſtimare jubet, ein kleines / ein wenig; nicht werth der Herrligkeit / οὐκ ἄξια Rom. 8, 18. vid. ſupra Articul. 100. NB. & Articul. 142.

Summa Summarum: Omnis conſolatio Chriſtiana conſtare debet Syllogiſmo, cujus Major continet promiſſionem; Minor verò applicationem per fidem, unde Concluſio ſeqvitur, malum eſſe patienter ferendum, conf. Pſal. 23. 27. & 73. Qvicunqve enim certus eſt de promiſſione divina infallibili: cum ipſo ſum in tribulatione, ego eripiam &c. Pſal. 91. Ille patienter ferre debet, qvod ſibi à Deo benigniſſimo, manu paternâ immiſſum novit, ut ſit vel caſtigatio, vel probatio, vel conformatio cum Chriſto capite, vel emendatio vitæ antecedentis, & avocatio à mundanis illecebris. At tu, qvi hæc ſuſtines adverſa, certus es. E. patienter feras crucem divinitùs impoſitam. Eſt manus paterna omnia mutans Pſal. 77. & tangens נגע Jobum c. 19, 25. & ſanans leproſum, Matt. 8, 3. Die uns rühret und wieder anrühret / verwundet und heilet / tödtet und lebendig macht / 1. Sam. 2. Luc. 7, 14. Confer ἅπτω, necto, ἁφὴ, connexio, vinculum, συνάπτω, colligo. Etiamſi itaqve occiderit afflictum, nihilominus tamen ſperandum eſt, Job. 13, 15. qvia vivit Redemtor c. 19. etiam ex morte eripiens, Pſal. 68. Qvamobrem fundamentum hujus concluſionis eſt infallibile, 2. Pet. 1, 19. qvia DEUS fidelis eſt, & promittens & reipſa exhibens ſuam aſſiſtentiam. Er hindert / lindert / mindert und ändert. vid. infra §. 9. & 1. Cor. 10. & ſupra Artic. 10. Tit. 34. Manet enim fidelis 1. vires explorando, 2. non plus qvàm qvilibet feren-

ferendo eſt, imponendo, 3. mitigationem vel liberationem à malo largiendo, 4. vires neceſſarias ſubminiſtrando, ut tandem etiam per mortem pateat aditus ad vitam. Ex qvo fonte etiam fluunt Argumenta conſolatoria, qvæ Apoſtolus Rom. 8. ſuppeditat XI. qvorum 1. ducit à pari, 2. ex conſeqventibus, 3. ex comparatione impari, 4. à cæterarum creaturarum *συμπαθείᾳ*, 5. à liberationis maturitate, 6. ab aliorum hominum exemplo, 7. à rerum ſperandarum natura, 8. à Spiritus Sancti auxilio, 9. à tribulationum exitu, 10. ab æterna DEI prædeſtinatione atqve præſcientia, qvibus omnibus tandem 11. qvaſi congeriem multiplicium conſolationum ſubjungit. Confer Balduin. Comm. h. l. Qvas omnes egregiè illuſtrat univerſus Articulus 10. de Attributis divinis, & Articulus 9. nec non Articulus 26. de providentia circa mala.

Nec obſtat 1. *Impiorum felicitas*, Pſalm. 73. Qvia bonis temporalibus nec bonus extollitur, nec malus frangitur, qvi infelicitate punitur, qvia felicitate corrumpitur. Si enim nunc omne peccatum manifeſtâ plecteretur pœnâ, nihil ultimo judicio reſervari putaretur. Rurſus, ſi nullum peccatum nunc puniret apertè divinitas, nulla eſſe providentia divina crederetur, juxta Auguſtinum lib. 1. C. D. c. 8. p. 16.

Nec obſtat 2. *Afflictionis externa conformitas.* Cujus formale internum totò cœlo differt, uti patet ex præced. §. 9. NB. & ex Auguſtino, qvi l. d. ait: Manet diſſimilitudo paſſorum etiam in ſimilitudine paſſionum. Sicut ſub uno igne aurum rutilat, palea fumat: & ſub eadem tribula ſtipulæ comminuuntur, frumenta purgantur: nec ideò cum oleo amurca confunditur, qvia eodem præli pondere exprimitur: ita una eademqve vis irruens bonos probat, purificat, eliqvat; malos damnat, vaſtat, exterminat. Unde in eadem afflictione mali Deum deteſtantur atqve blaſphemant: boni autem precantur & laudant. Tantùm intereſt, non qvalia, ſed qvalis qvisqve patiatur. Nam pari modò exagitatum & exhalat horribiliter cœnum, & ſvaviter fragrat ungventum.

Aſſertio II. *Solatia afflictorum ſpecialia ſunt diſtinctiſſima.* Alia enim reſpiciunt 1. *παιδείας*, 2. *δοκιμασίας*, 3. alia *μαρτύριον* ex §. 5. De qvibus omnibus agit Gymnaſium Patientiæ. Conf. ibid. de iis, qvi *πειρασίας* ſentiunt.

Nota 1.

Digitized by Google

Nota 1. *Pædia credenti eſt utiliſſima.* Nam beatus eſt, qvi caſtigatur, Job. 5,17.

Nota 2. *Docimaſia piis eſt feliciſſima.* vid. Job. c.1.2 & 42.& Jac.5,10.

Nota 3. Martyrii paſſio eſt honorifica, & mors martyrum precioſa in conſpectu Dei, Pſal. 116. inſtar victimæ. vid. ſup. §. 9. Aſſert 5. NB. & de Martyrum innocentia non abſoluta in rigoroſo Dei judicio, Pſal.143. ſed reſpectiva in relatione ad perſecutores iniqviſſimos, Theolog. Exeget. lib.2.c.3.Tit.7. de Textu Epænetico. Martyres enim ſunt Athletæ Chriſti fortiſſimi, ſolius Chriſti innocentiâ Deo grati, Philip.3. bonum certamen certantes, curſores curſum conſummantes, Depoſitarii, depoſitum fideliter aſſervantes. Qvi tandem ex gratia à Deo accipiunt coronam vitæ æternæ. vid.2. Tim.4. & Art.142. & 100.

Aſſertio III. *Solatia afflictorum ſpecialiſſima ſunt efficaciſſima.* Qvod patet ex ſingulis objectis ſingulorum piorum, qvæ bona animi, corporis & fortunæ attinent, de qvibus agit Theologia Paracletica, & Gymnaſium Patientiæ Libro 3. Confer verba Lutheri ſolatio pleniſſima, infra Art.124 §.3. Aſſert.1. NB.& ſup. Aſſert. 4.

§. 9. Conſeqventia afflictionis ſunt tùm mitigatio, tùm liberatio.

Aſſertio I. *Mitigatio crucis eſt certiſſima.* Eaqve vel interna per ſolatia ſup. §. 10. vel externa per crucis intervalla.

Aſſertio II. *Liberatio piorum ab afflictione eſt lætiſſima*, eaqve vel inchoata, vel conſummata: vel temporaria, vel finalis. vid. Pſal. 34, 20. & Pſal.91.& Art.142.

Canon: Liberatio piorum maximè verò ex periculis publicis ſæpius recolenda eſt, ut aliorum commodis & ſolatiis inſervire poſſit. vid. Wunderliche Güte. NB.

Nota: *Liberatio inchoata datur in hac vita, conſummata verò ſeqvitur in futura gloria.* vid. Höpfn. Comm. in Pſal.91. & Art.142.

Canon: *Deus poſt moleſtias crucis tandem pacem ac tranqvillitatem largitur.* Neqve enim dat juſto fluctuationem in æternum; ſed poſt tempeſtatem ſeqvitur tranqvillitas, & poſt fletum exultatio, Tob. 3. & certamina hujus vitæ ſeqvitur victoria & gloriæ corona, 2. Tim. 4.

§. 10. Officia afflictorum ſunt diſtinctiſſima. *Inprimis verò*

I. *Fidei*

Digitized by Google

I. *Fidei confirmatio* per Verbum & Sacramenta, ut poſſint remiſſionem peccatorum propter Chriſtum certam credere etiam in graviſſimis adverſitatibus, qvæ ſola omnes dolores mitigat & formale τιμωρίας excludit. vid. ſup. § 5. & Art. 94.

II. *Aſſidua meditatio*, ut liceat perpetuò acerbiſſimam Chriſti pro nobis paſſionem conſiderare, atqve pleniſſimam ejus ſatisfactionem afflicto per fidem applicare ex Artic. 61. & communionem paſſionum Chriſti ac noſtrarum meditari 2. Cor. 1, 5. Conf. ſup. Art. 69.

III. *Grata acceptatio ſolatii divini* præced. §. 8. ex verbo oblati, qvod omninò admittere decet, velut ab ipſo Deo cœlitùs delapſum. vide Gymnaſium Patientiæ, p. 70. ubi Lutheri verba ex Tom. 8. Jenenſ. f. 376. repetuntur: Da unſer Pfarrer diß Wort mit Ernſt zu mir ſagte/ (Bugenhagius, qvi dicebatur Pomeranus) ihr ſolt unſern Troſt nicht verachten. Welches ich nicht anders annahm / als redete es GOTT ſelbſt vom Himmel zu mir. Confer Luc. 10. & ibid. p. 241. 742. 401. 272. NB. vid. infra Art. 124.

IV. *Creberrima uſurpatio Cœnæ Dominicæ*, ut promiſſiones divinas afflictus ſibi applicare poſſit ex Art. 77. & 88. earumqve certitudinem perpendere, vid. Art. 109.

V. *Oratio*. vid. Appendix hujus Articuli NB. Qvia afflicti aſſiduè & indeſinenter orare debent, ut Deus vel crucem tollat, vel mitiget, vel patientiam largiatur, & in æternum tandem ſalvet.

VI. *Patiens toleratio*. vide Gymnaſium Patientiæ.

VII. *Reſignatio voluntatis humanæ*, ut eam diſcat divinæ voluntati ſubjicere, vid. 2. Sam, 26. & Gymnaſ. Pat. Lib. 3. part. 2. c. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. In tribulationibus enim neqvaqvã eſt murmurandum adverſus Deum.

Wir machen mit unſer Ungedult
Nur immer gröſſer unſre Schuld/
Daß ſich die Straffen mehren.

IIX. *Auxilii divini expectatio*. vid. de Spe Theol. Moral. part. 1. præcept. 1. & Gymnaſium Patientiæ. Ubi enim deſinit auxilium humanum, ibi incipit auxilium divinum.

IX. *Eradicatio omnis dubii* de ſalutari eventu, qvia diligentibus Deum omnia diriguntur in bonum. vid. Rom. 8. & Art. 26. NB.

X. *Fidei continuatio* cum devotis ſuſpiriis, ut liceat per Dei gratiam perſeverare. Conf. Art. ſeq. 109.

XI *Gra-*

XI. *Gratiarum actio*, etiam in mediis afflictionibus, exemplo Jobi c. 1, 21. & ſociorum Danielis c. 3. vide Theolog. Moral. ad 2. præcept. Decal.

§. II. *Reliqva huc ſpectantia offert Manuale Articulo 108.*

APPENDIX
Articuli CVIII.
De Precibus & Afflictorum oratione.

§. I.

ORatio eſt filialis boni promiſſi à Domino propter Dominum facta petitio.

Nota: *Oratio* eſt 1. *petitio*, qvia Salvator petere jubet Matth. 7. & hunc actum religioſum præcipit.

2. *filialis* eſt, qvia ad patrem cœleſtem directa eſt, Matt. 6. & filialem fiduciam reqvirit, NB. Art. 93.

3. *Boni* petitio eſt, qvia ex fonte & datore omnis boni omne bonum deſiderat, Jacob. 1. & cum bono ſimul omnis mali averſionem & liberationem ab omni malo animæ, corporis & fortunæ qværit, ex Matt. 6. vide Theologiam Catecheticam.

4. *Boni promiſſi* petitio eſt, qvia in divina promiſſione gratuita unicè fundatur fiducia, Jacob. 1, 6. Gott hats verheiſſen / und uns ſelbſt alſo zu beten befohlen / Pſal. 50. Matt. 6. NB. Art. 77. §. 2. qvia noſtra indigentia hoc reqvirit.

5. *A Domino* univerſa petit oratio, qvi ſolus ab omnibus colendus Matt. 4. & omnium Dominus eſt, ſibi & univerſæ creaturæ ſufficientiſſimus. El Schaddai. vid. ſup. Art. 9. NB.

6. *Propter Dominum* & Mediatorem unicum ejusqve meritum & interceſſionem fit noſtra oratio (exemplo Danielis c. 9.) qvi in Nomine Salvatoris Jeſu Chriſti nos ad Patrem vid. Art. 13. NB. preces noſtras dirigere juſſit, Joh. 16. vid. Art. 56. NB.

Canon: Oratio non ſolùm eſt fidei erga Deum exercitium, ſed etiam ſummum patientis ſolatium.

Digitized by Google

§. 2. Cauſa precationis efficiens eſt Deus creator, *cultum reqvirens, Malach. 1. orationem præcipiens, & oranti exauditionem promittens, Pſal. 50.*

Qvia I. *Pater*, curator & omnis boni dator eſt omniſcius, benigniſſimus, præſentiſſimus atqve potentiſſimus, Matt. 6. vid. Art. 13.

II. *Et Filius Redemtor*, in nomine Mediatoris nos orare jubens, formulam præſcribens Matth. 6. & exauditionem certiſſimam promittens, Joh. 16. vi interceſſionis, NB. Art. 56.

III. *Et Spiritus S. Sanctificator* & Paracletus noſter, preces ad DEUM dirigens, & ſuſpiria cordibus noſtris excitans, Rom. 8. vide ſupra Artic. . NB.

§. 3. Orator *eſt homo renatus & juſtificatus de gratia DEI certus in Chriſto, Art. 94. NB. per gratiam Spiritus S. ad preces excitatus, ex Art. 15. Zach. 12, 10. Rom. 8, 15. Gal. 4, 6.*

§. 4. Bonum *deſideratum eſt, qvicqvid ad DEI gloriam ſpectat & ad noſtrum emolumentum in regno potentiæ, gratiæ & gloriæ. Cujus compendium offert oratio Dominica, de qva videri poteſt Theologia Catechetica.*

§. 5. Fundamentum *eſt divina promiſſio, qvæ in Chriſto eſt certiſſima, 2. Cor. 1. NB. Art. 77.*

§. 6. Forma *orationis eſt relatio cordis & deſiderii noſtri 1. ad ſolum Deum, 2. per Chriſtum, 3. circa bonum promiſſum. vide Theol. Catech.*

§. 7. Finis *eſt DEI gloria & noſtra ſalus, Matt. 6.*

§. 8. Locus eſt omnis, & tempus omne, *inprimis verò tempus afflictionis, Pſalm. 50. vide Manuale Articul. 108. & Theolog. Moralis.*

§. 9. Oratio *eſt vel petitoria, vel Eucharistica, vel ex utraqve conjuncta.*

ARTICULUS CIX.
De Credentium conſervatione eorumqve perſeverantia.

Qvi

Digitized by Google

Qvi perſeveraverit uſqve ad finem, ſalvus erit, Matt. 24, 13. ὁ ὑπομείνας, wer beharret/ εἰς τέλος, reportans finem fidei, 1. Pet. 1, 9. Neceſſaria enim eſt ὑπομονὴ, Hebr. 10, 36. perſeverantia fidei, cujus fructus eſt patientia, tolerantia, ſpes & expectatio (ὑπομένω, permaneo, ſuſtineo. Μένω, maneo, & non nuto, μὴ νεύω. Qvi enim manet, locum ita ſervat, ut nec mutet, nec nutet.)

§. 1.

DEUS credentes per Chriſtum juſtificatos & per crucem probatos ad finem uſqve conſervat, & victoriam perſeverantibus largitur. *vid. 1. Pet. 5, 9. Rom. 8, 38. 1. Cor. 1, 8. Philip. 1, 6. Unde credentes Chriſto per fidem uniti in eo manere poſſunt inſeparabiliter, modò iis utantur mediis, qvibus fidem augere & conſervare poſſunt. vide Art. 96.*

Nota 1. Perſeverantia eſt conſtantia à perſeverando appellata. Nam perſeverus eſt admodum ſeverus, qvi conſtans eſt, nolens de ſententia decedere, ſed cum ſingulari animi conſtantia & qvaſi cum qvadam ſeveritate, qvod decet, continuat. Qvâ ratione à pertinacia, qvæ continuat illud, qvod non decebat, diſtingvi ſolet.

Nota 2. Perſeverantia hoc loco attenditur non humana, qvæ ex humanis viribus orta, ſed divina, qvæ divinitùs conceſſa eſt, & non objecta mundana, vel actus humanos, ſed unicum objectum myſticum, fidem ſcilicet divinitùs donatam conſtantisſimè ſervandam attinet: & qvidem non in abſolutè electis, ſed in credentibus & renatis. Qvamobrem & illa non fatalis aut Stoica, ſed in certis mediis fundata eſt perſeverantia.

§. 2. Perſeverantia eſt opus ſolius DEI ſalutem noſtram per media ordinaria inchoantis & perficientis ad ſuam gloriam & hominum ſalutem. *Non obſtante lapſu v. g. Davidis, Petri &c. Qvia & in reſurgentibus & per pœnitentiam reſtitutis datur perſeverantia finalis. vid. Rom. XI, 21. Qvæ hoc loco totius vitæ non curriculum, ſed terminum reſpicit, Matth. 24.*

§. 3. Efficiens perſeverantiæ cauſa principalis Deus eſt,

eſt, *fidelis 1. Cor. 10,13. & omniſcius, Luc. 15, 20. c. 22,32. virtute ſuâ infinitâ credentes cuſtodiens 1. Pet. 1,5. 1. Cor. 1, 8. ut nemo illos à charitate DEI ſeparare, Rom. 8. aut oviculas ex manu CHRISTI rapere poſſit, Joh. 10. NB. Art. 131. & 132 qvi nemini gratiam ſuam abſolutè ſubtrahit ex Art. 90. ſed eandem omnibus credentibus infallibiliter promittit, vid. ſupra Art. 77.*

§. 4. Cauſa meritoria *& unicum perſeverantiæ fulcrum eſt Chriſtus ex Art. 70. 90. NB. & 93. 94. vide infra §. 7.*

§. 5. Cauſa inſtrumentalis offerens, conferens & obſignans eſt *Verbum & Sacramenta, vide Pſal. 1, 2. 1. Pet. 1,23. qvæ cum precibus indefeſſis perpetuò conjungenda ſunt, ex Pſal. 51,12.*

Canon 1. Promiſſio conſervationis divinæ contra omnes ſalutis hoſtes eſt certiſſima. vid. Rom. 8. 28. vid. Artic. 77. & 131.

Canon 2. Deus per easdem cauſas gratiam & ſalutem confert, offert & conſervat, ex Art. 70. & 90. vid. fundamenta Art. 3. & 38.

Canon 3. Perſeverantiam nemini abſolutè negat Deus, nec abſolute dare decrevit, ſed iis dare vult, qvi ſe à ſancto propoſito non avertunt, & precibus ardentiſſimis donum illud à Deo petunt, Pſal. 51. & 12.

Canon 4. Perſeverant ſolâ gratiâ, Art. 90. & promiſſione divinâ, non verò ſuis viribus, aut firmo propoſito, qvia ſciunt hoc valdè eſſe langvidum. vid. Art. 77.

Poriſma: Ergo perſeverantia non eſt opus virium humanarum, ſed ſolius Dei, ideoqve à Deo petenda eſt, & verbum atqve ſacramenta tanqvam media adhibenda ſunt, per qvæ Deus nobiſcum ordinariè agere vult, 1. Pet. 1. Johan. 3. Matt. 26. & vigore promiſſionis Evangelicæ infallibiliter agit. vid. Artic. 77. & 124.

§. 6. Subjectum perſeverans eſt homo in Chriſtum credens, *juſtificatus & ſanctificatus, non obſtante lapſu antecedente per pœnitentiam emendato, §. 2. & Art. 95.*

§. 7. Fundamentum perſeverantiæ eſt Chriſtus, *ejusqve meritum & beneficia atqve interceſſio, in qvo omnes DEI promiſſiones, adeoqve & hæc de finali perſeverantia ſunt certæ & Amen, 2. Cor. 1, 20. Confer ſupra Art. 3. & 77. vide infra §. 12. NB.*

§. 8. Ob-

Digitized by Google

§. 8. Objectum *ſive res ipſa, cujus continuatio deſideratur, eſt fides hominis juſtificati, à DEO per Verbum & Sacramenta credenti donata, & per hæc ipſa media alenda atqve conſervanda, ut ſit fides perſeverans usqve ad ultimum vitæ terminum. vid. Articulus 77.*

§. 9. Notæ perſeverantiæ præſentis *ſunt continua fidei exercitia: adeoqve vita non ſecundum carnem Rom. 8, 13. ſed ſecundum ſpiritum continuata, cum lucta perpetua, vide Art. 98. & 99. Unde conſeqvitur legitimus talenti divinitus conceſſi uſus Luc. 19, 26. Confer Hebr. 3, 6. excluſio peccati proæretici, & perpetua non reſiſtentia, Act. 7, 51.*

§. 10. Forma perſeverantiæ eſt accurata fidei & gratiæ præſentis cuſtodia, ejusqve continuatio per Verbum & Sacramenta, *ita ut in credente conſtans permanſio in gratia vocationis, juſtificationis & ſanctificationis cum firmo animi propoſito & ſerio pietatis ſtudio atqve precibus indefeſſis ſit continua, Act. XI, 23. Pſal. 51, 12. 1. Petr. 2, 5. cum certamine perpetuo contra adverſitates Hebr. 12, 4. & fidei hoſtes, mundum, peccatum, mortem & Diabolum.*

Nota: *Certificatio & obſignatio gratiæ reſpicit momentum præſens & futurum.*

Aſſertio I. *Certitudo gratiæ præſentis eſt certiſſima.*

Ratio eſt, qvia ejus *cauſa efficiens* eſt Spiritus S. *organica* verò miniſterium verbi & ſacramentorum. *Forma* ex parte objecti eſt veritas gratiæ præſentis: & ex parte ſubjecti, firma apprehenſio, à Spiritu S. excitata, in certitudine non conjecturali, ſed evidente, illáqve divinâ & infallibili conſiſtens. Cujus *Finis* eſt certitudo hypothetica de futura beatitudine. Confer monita de certitudine explicata in Theol. Exegetica lib. 2. c. 6. Tit. 4. NB.

Aſſertio II. *Certitudo gratiæ futuræ hypothetica in ultimo vitæ termino fit abſoluta & infallibilis.* Confer de infallibilitate Theolog. Exeget. l. d. Tit. 5. NB.

Ratio eſt, qvia ſublatâ conditione per illius impletionem, certitudo hy-

do hypothetica ejusqve promiſſio tranſit in abſolutam. Cujus efficiens eſt Dei gratia, à Chriſto promerita, per verbum operans. Subjectum eſt homo juſtificatus fide firmus. Forma eſt tùm cuſtodia ejusdem ſtatus, per easdem cauſas accuratiſſima, tùm contrariorum corrumpentium remotio. Finis eſt æterna gloria. vide hac de re plura ſupra Artic. 77. NB. & h.l. §. 12.

§. 11. Finis *perſeverantiæ finalis eſt DEI gloria & perſeverantis ſalus æterna*, *Eph. 1, 14. Matt. 24. 1. Pet. 1, 9.*

§. 12. Adjuncta *conſervationis divinæ & perſeverantiæ finalis oſtendunt, qvòd utraqve ſit 1. neceſſaria, 2. certa, 3. gratuita.*

Aſſertio I. *Conſervatio divina & perſeverantia finalis eſt ad ſalutem ſimpliciter neceſſaria*, Matt. 24, 13. ita ut ſine ea ſalutem nemo adipiſcatur. vid. Art. 131. 90. & 132.

Aſſertio II. *Perſeverantia finalis ex divina conſervatione ſive cuſtodia depoſiti credentis eſt certiſſima*, vid. ſup. §. 7. & 10. NB.

Nota: *Certitudo* h.l. non reqviritur talis, qvæ ſit ex ipſis Electis. Nam & illi peccare & Spiritum S. amittere poſſunt; ſed qvæ à DEO ortum habet, per media ordinaria fidem donatam conſervante. Qvapropter certitudo hæc reſpicit non lapſum posſibilem totalem, qvem ſeqvitur pœnitentia; ſed finalem & ſalutis excluſionem perpetuam, adeoqve hæc ipſa finalis perſeverantia non ſolùm ſalutem futuram hypotheticè, ſed etiam jam præſentem in ultimo mortis articulo abſolutè & infallibiliter reſpicit, ex præcedente §. 10. NB. Qvod ipſum probant fundamenta ſalutis certisſima, vid. Art. 131. qvæ ſunt

1. Univerſalis Dei voluntas & promisſio, vid. Ezech. 33. & Art. 77. & Art. 10. Tit. 17. qvi ad ſalutis collationem per fidem, verbo & Sacramentis conſervatam, ſe obligavit, vid. Art. 93. §. 2. & Art. 39. & 70. Cujus veracitas atqve fidelitas & poteſtas eſt planè infallibilis. Vid. Art. 10. Tit. 33. 34. & 38. NB ſup. 216. Cujus veritas & verbum etiam ruente cœlo & terra perſtat infallibile & perpetuum, Eſa. 40. & portis inferni inſuperabile, Matt. 16. der feſte Grund Gottes beſtehet στερεὸς θεμέλιος 2. Tim. 2, 19. Habens hoc ſignaculum σφραγίδα. Novit Dominus, qvi ſint ſui. Scilicet, oves vocem Chriſti conſtanter audientes, Joh.

Johan. 10. Paſtori fideliſſimo, Pſal. 23. adhærentes. Qvas teſtis ille fidelis 1. dilexit, 2. lavit à peccatis per ſangvinem, 3. fecit Reges, 4. & Sacerdotes Deo ac Patri ſuo, Apoc. 1, 5. 6. qvas nemo eripiet huic cuſtodi, Johan. 10. Pſal. 121.

2. Conſtans Dei gratia & dilectio, Johan. 3. vid. Art. 38. & 10. Tit. 20. 21. 22. 23.

3. Perpetua Chriſti interceſſio, 1. Johan. 2. vid. Art. 56.

4. Internum Spiritus S. teſtimonium, Rom. 8. obſignatio, Eph. 4, 30. & gubernatio, Joh. 16, 13. c. 14, 16. vid. Art. 15.

5. Crucis & tentationis divina immiſſio. vid. Art. 108. & in bonum finem directio, Pſalm. 119, 71. vid. Art. 26.

6. Diabolicæ potentiæ limitatio. vid. Art. 21. Luc. 22, 31.

7. Seria nominis divini invocatio, cujus exauditio eſt certiſſima Joh. 16. vid. Pſal. 50 & 91. & Art. 108 appendix.

8. Perpetua fœderis baptiſmalis duratio. vid. Art. 87.

9. Mediorum divinorum verbi & abſolutionis inprimis ſupra Art. 95. & Articul. 124. NB. §. 3. & S. Cœnæ creberrima uſurpatio, vide Art. 88. ut mixtura verbi & fidei maneat continua, Hebr. 4, 2. & ſaluberrima, NB. Art. 124. § 2.

10. Sanctorum credentium conſervatio exemplaris ſolatio pleniſſima, 1. Pet. 1, 5. propter omnes ſcripta, Rom. 15. & c. 4.

11. Seria & conſtans propoſiti peccandi excluſio, qvod ſolum excludit fidem & Spiritum Sanctum. vid. ſup. Art. 90. 93. 98. 99.

12. Dei aſſiſtentis præſentia, Pſal. 91. & confortatio, 1. Cor. XI. vid. ſup. Art. 10. Tit. 39. & auxiliatoris omnipotentiſſimi, Tit. 38. in infirmitate operatio. Meine Krafft iſt in den Schwachen mächtig / 2. Cor. 12. δύναμις ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται, ut Paulus infirmus ſit robuſtus, v. 10.

13. Arctiſſima cum Chriſto capite unio, Joh. 15. ſup. Art. 96.

14. Victoriæ promiſſio infallibilis, Joh. 16, 33. vid. Art. 77.

15. Certiſſima liberatio, 2. Tim. 4, 18. vid. Art. 108.

16. Ultimi momenti τῦ, & beatæ analyſeos paterna directio, Luc. 2. NB. Art. 132. & promiſſa ſalutis conſummatio, 1. Pet. 1, 9.

Concluſio: Atqve hæc fundamenta ſatis ſufficientia ſunt ad roborandam in nobis fidem, qvod Deus etiam in mediis infirmitatibus noſtris etiam deficiente ſenſu & intellectu non detracturus ſit nobis manum

num ſuam, ſed nos, Deo ſuſtentante, contra portas inferni conſtanter in bono perſtituros ac ſic finem fidei ſalutem animarum conſecuturos eſſe, ita, ut fide tenens verbum Chriſti, & Salvatorem in verbo loqventem, non videat mortem in æternum, Joh. 8.

Nota : Fundamenta perſeverantiæ præcipua nobis qvidem cum proximo communia ſunt : ſed ita, ut omninò majorem de nobis ipſis, qvam de proximo faciant certitudinem. Nihilominus tamen ad illa itidem remittenda eſt afflicta proximi conſcientia, atqve, ut illis firmiter innitatur, urgenda. Qvo facto optima qvæqve ſperare, imò & credere jubet charitas de proximo, licèt hoſtium furor & indefeſſum ſtudium nos de ſtatu noſtro deturbandi, & carnis noſtræ imbecillitas non obſcura ſuperſit. Confer de Spe, Rom. 5, 5.

Poriſma 1. Ergò abſoluta Calvinianorum certitudo de perſeverantia vana eſt. Negantes enim promiſſionum divinarum & meriti Chriſti univerſalitatem, nullum tentato certum ſuppeditare poſſunt ſolatium ; Et ubi nulla datur fidei firma ſubſumtio, ibi nec eſt certa perſeverantiæ in fide perſvaſio. vid. ſup. Artic. 3. & Theologiam Exegeticam NB. lib. 2. c. 5. Titulo 3. inprimis verò ſupra 197. NB. & Articul. 77. *Nec obſtat univerſalitas certæ omni credenti.* Hæc enim, qvia actualem fidem reſpicit, neqvaqvam ſufficere poteſt dubitanti, an tentatus actu credens ſit, dum in tentatione nullum fidei ſenſum deprehendit. Qvamobrem & Wendelinus digitum & tractum Dei extraordinarium expectare potius, qvam divinam per verbum & Sacramenta operationem gratioſam agnoſcere maluit.

Poriſma 2. Ergò dubitatio Pontificiorum de perſeverantia, impia, horrenda & periculoſiſſima eſt.

Ratio eſt, qvia aperit viam ad deſperationem : ſicut doctrina Calvinianorum ad ſecuritatem, imò ad utramqve viam monſtrat. Inter hos ergò ſcopulos, dubitationem ſcil. Pontificiam & præſumtionem Calvinianam, cautè verſandum eſt, ne fidei ſeqvatur naufragium. Confer Johannis Climaci ſcalam Paradiſi, cujus horrenda verba repetit Theologia Exegetica lib. 2. c. 6. Tit. 5. §. 12. NB. add. & alia ex Manual. Theol. Art. 110. ſeq.

Aſſertio III. *Perſeverantia finalis eſt gratuita, omnem humanam dignitatem & univerſa merita ſimpliciter excludens*, ex Art. 90. & 110 93. 94. §. 13. Con-

§. 13. Conſeqvens *divinæ conſervationis & perſeverantiæ finalis eſt ſalus conſummata, Art. 131 & 142.*

§. 14. *Uſus hujus Articuli ampliſſimus oſtenditur in Gymnaſio Patientiæ, & in Manuali Theolog. Art. 109. nec non in Commentario in Formulam Concordiæ Articulo XI. NB. Addatur Mülleri abſolutum decretum, & Theolog. Haſſiac.* Gründliche Außführung/ *& ſeqvens Articulus 110.*

ARTICULUS CX.

De Æterna perſeverantium Electione.

DEUS elegit nos per fidem, 2. Theſſ. 2, 3.

§. 1.

HOmines perſeveranter in Chriſtum credentes Deus ab æterno elegit, *Epheſ. 1, 4.*

Canone: Gradus, qvibus Deus ſalutem noſtram procurat, ſunt electio, miſſio Filii, juſtificatio, prædicatio Evangelii, vocatio, Spiritus S. obſignatio & ſalvatio. Ubi ſemper poſteriora præſupponunt priora, ſalus nimirùm æterna, tanqvam ultimus finis electionis noſtræ, præcedentia omnia, tanqvam media, per qvæ Deus hominem ſalvare ab æterno conſtituit. Itaqve poſt mediorum & ſubjecti eligendi cognitionem æterna perſeverantium electio convenientiſſimè conſideratur, qvia Deus ab æterno hominem prius in tempore per media ordinaria vocare, convertere, juſtificare & ſanctificare, qvàm finaliter ſalvare decrevit, Rom 8, 30. Conf. ſup. Art. 38. 70. & 90.

Nota 1. *Electio* vi nominis eſt lectio è multis, atqve ab aliis ſeparatio, & è multitudine unius vel plurium à reliqvis ſegregatio, vel ad eligentis gloriam, vel ad electi dignitatem aut emolumentum.

Poriſma: Ergò electio univerſalis eſt contradictio in adjecto. Neqve etiam unqvam Scriptura dicit: DEUM voluiſſe omnes eſſe electos. Etiamſi dicat: Deum omnes velle ſalvos, 2. Pet. 3. vid. ſup. p. 883. NB.

Qvia hoc ad antecedentem univerſalem; illud verò ad conſeqventem determinatam voluntatem ſpectat. vid. Comm. in F. Conc. Artic. XI. NB. & ſup. Art. 10. Tit. 17.

Canon 1. Electionis æternæ cauſa, ordo & modus neqvaqvam ex Lege, ſed ſolùm ex Evangelio petendus eſt. vide Eph. 1, 3. Confer Devt. 27, 27.

Canon 2. *Vocabula* 1. Electionis, 2. Electorum, 3. Prædeſtinationis, 4. Propoſiti, 5. Ordinationis, 6. Inſcriptionis in librum vitæ, cautè diſtingvenda & explicanda ſunt.

Aſſertio I. *Electio eſt hominis finaliter credentis ad ſalutem ordinatio.*

Nota 1. Electio h. l. non intelligitur qvælibet, ſive ipſius Mediatoris, 1. Pet. 1, 20. æterna conſtitutio, ſive Angelorum in bono confirmatio, 1. Tim. 5, 21. ſed hominum, & qvidem non qvorumvis vel ad populum, vel ad officium ſeu Politicum ſeu Eccleſiaſticum, ſed Filiorum Dei ad ſalutem. vid. Eph. 1, 4.

Nota 2. *Electionis vocabulum* tribuitur propriiſſimè perſeverantibus; impropriè verò & generaliter charitas hoc encomium tribuit credentibus, qvamdiu fidem habent, & in numero vocatorum ſive electorum ad gratiam inveniuntur. Confer 1. Cor. 1, 26. 27. 28.

Poriſma: Ergò Lutherus & alii voluntatem Dei univerſalem impropriè electionem vocantes, (reſpiciendo ad fontem, unde credentium electio propriè dicta fluit,) neqvaqvam electionem propriè ita dictam conſtituunt univerſalem.

Aſſertio II. *Electi propriè ita dicti ſunt ſoli credentes finaliter.*

Nota 1. Electi dicuntur vel propriiſſimè in fide perſeverantes, vel fidem habentes & regeniti, licèt poſtea per peccata contra conſcientiam fidem & electorum titulum, ex judicio charitatis aſſignatum, ſimpliciter amittant.

Nota 2. Electi dicuntur 1. vaſa gratiæ, 2. ordinati ad vitam æternam, 3. inſcripti in librum vitæ. vide Aſſert. 6.

Aſſertio III. *Prædeſtinatio eſt directio per media, & ordinatio ad finem*, qvi perfectio rei & ſemper bonus eſt, adeoqve non niſi de bonis, in bonis, & ad bona eſt.

Poriſma: Ergò non datur in ſcriptura Prædeſtinatio ad interitum. vide Epheſ. 1, 4. 5.

Nota 2.

Nota 1. *Prædeſtinatio* apud Auguſtinum aliqvando accipitur καταχρηστικῶς, in laxiore ſignificatione de tali ordinatione, qvâ Deus in voluntate conſeqvente tanqvam juſtus judex ſceleratos dignis ſupplicijs deſtinat; minimè verò de tali, qva impios ad damnationem præparat ac ordinat abſqve ullo reſpectu infidelitatis ipſorum: Abſoluta enim electio cum Dei miſericordiâ Ezech. 33. univerſali Salvatoris merito, Epheſ. 1, 3. 2. Tim. 1, 9. & Spir. Sancti gratiâ atqve univerſali vocatione pugnat, Marc. 16. vid. ſup. Art. 38. Confer Mulleri Abſolutum Decretum.

Nota 2. Inter electionem & prædeſtinationem nulla datur realis differentia, ut hæc ab æterno, illa in tempore fiat.

Nota 3. Electio habet reſpectum ad reprobos; Prædeſtinatio verò ad finem ſeu terminum electionis, qvi eſt vita æterna. Ibi ſeparatio datur, hîc verò ordinatio.

Nota 4. *Prædeſtinatio* differt à præſcientia, ſine qva illa non datur, non qvidem ratione temporis vel objectorum, ſed ratione actus in Deo & ratione ordinis. vid. ſup. Art. 10. Tit. 15. & 17. NB.

Aſſertio IV. *Propoſitum Dei ordinatum eſt.* NB. infra §. 2.

Nota 1. Εὐδοκία neqvaqvam h. l. abſoluta aut humana intelligitur, ſed divina, in Chriſto fundata, Eph. 1, 5. Matt. 3, 17. nihilominus tamen gratuita, miſericors, bona, libera & ſpontanea. Confer 2. Petr. 3, 9. 1. Cor. 1, 21.

Nota 2. Εὐδοκία Dei neqvaqvam mediis ſalutis opponenda, ſed potius cum illis conjungenda eſt. vid. ſup. Art 38.

Aſſertio V. *Ordinatio Dei neqvaqvam abſoluta eſt, ſed ordinem ſalutis divinitus conſtitutum in Chriſto reſpicit.* vid. §. 2. NB. De qvo agit Art. 37. 38. 39. 70. & 90. Unde ſalvandi vocantur τεταγμένοι ordinati Act. 13, 48. ordinem divinitus conſtitutum obſervantes, v. 38 39. Luc. 14, 22, 23. NB. Comm. in Form. Conc. Art. XI. ſicut milites in acie conſtituti. Conf. Gal. 6, 16. & infr. §. 2.

Aſſertio VI. *Electio vocatur inſcriptio in librum vitæ*, Philip. 4. vid. Exod. 32, 32. & 1. Theſſ. 5, 9.

Nota 1. *Liber tribuitur Deo* in ſacris ἀνθρωποπαθῶς ad exprimendam ſummam ejus ſcientiam, & rerum omnium curam, qvemadmodum Reges & Principes mundi ſuos habent annales, & commentaria pri-

Digitized by Google

privilegiorum atqve jurium, eorumqve qvæ vel agenda vel acta ſunt memorabilia in ipſorum imperio, Eſther 2, 23. c. 6, 1. Eſdra 4, 15. Qvo ſenſu liber iſte nihil aliud eſt, qvàm Dei ſcientia; Inſcriptio verò cura rerum & perſonarum, perpetuaqve earundem memoria. vid. ſup. de Attributis divinis Artic. 10. Tit. 15. & Commentarium in Form. Conc. Articul. XI. NB.

Nota 2. *Liber tribuitur Deo Metaphoricè.* Ipſe enim neqve libro, neqve ſcripturâ opus habet, cum omnia ei ſint præſentiſſima; ſed qvemadmodum homines, qvæ meminiſſe volunt, libro inſcribunt: Ita Deus libro vitæ inſcribere dicitur eos, qvos ipſe infallibiliter æternæ vitæ candidatos eſſe novit.

Nota 3. Liber tribuitur Deo 1. Scripturæ, 2. Providentiæ, 3. Vitæ.

Nota 4. *Liber vitæ eſt Catalogus* eorum hominum, qvos Deus ante conſtitutionem mundi in Chriſto elegit ad vitam æternam, qvos in fide perſeveraturos vidit, & æternâ gloriâ ornare decrevit.

Nota 5. *Liber vitæ propriè unus eſt ſolum electorum.* Ideoqve liber vitæ propriè dictus, videlicet electorum ad vitam æternam, non datur duplex, qvorum alius ſit præſentis juſtitiæ & gratiæ, alius verò ſempiternæ prædeſtinationis: vel unus temporalis, alter verò æternus: aut unus communis, qvem habet Eccleſia, ſcilicet vocatorum; alter verò ſingularis, qvem habet Deus, ſcilicet Electorum, ſed unus & unicus, in qvo non niſi æternum ſalvandi ſunt inſcripti tùm ab æterno, tùm in tempore in Baptiſmo. *Confer de Scriptura Domus Iſrael*, Ezech. 13, 9. & conſignatione eorum 1. qvi exierunt ex Ægypto, Num. 1, 2. 2. ex Babel Eſdra 2, 1. cui viventes inſerti, deletis demortuis. Unde inſcriptio in librum vitæ, reſpectu vitæ naturæ, gratiæ & gloriæ intelligi poteſt. Ita, ut aliud ſit *non eſſe* inter vivos, in regno potentiæ, Pſal. 39, 14. 3. *non ſcribi* in catalogo civium Eccleſiæ, qvi vivunt in regno gratiæ, Pſal. 69, 29. 4. *non venire* ad viventes in regno gloriæ, Pſal. 95.

Nota 6. *Paginæ libri vitæ*, qvæ de ejus inſcriptione benevola nemini ex abſoluto odio denegata nos certiores reddunt, ſunt

1. univerſalis Dei voluntatis, ſupr. Art. 38.
2. gratiæ & bonitatis, ſupr. de attributis divinis, Art. 10. Tit. 21, 22.
3. univerſalis redemtionis, ſupr. Art. 37. 39. 55.
4. univerſalis vocationis, ſup. Art. 91.

5. divi-

5 divinæ patientiæ. vid. de attributis Art.10. Tit. 36.
6. conſummationis ſalutis, inf. Art.131.
7. divinæ proteſtationis. vid. Eſa.5, 4. Confer ſup. Art.38.

Nota 7. *Scriptio* eſt rei per literas conſignatio. vid. ſup.p. 208. & h. l. Electorum inſcriptio in librum vitæ eſt immutabilis & infallibilis finaliter credentium determinatio.

Nota 8. *Fundamentum* Inſcriptionis eſt Chriſtus Agnus Dei, habens librum vitæ cum P. & Spir. S. unde & ipſe à nonnullis interdum liber vitæ appellari ſolet populariter, accipiendo librum non pro catalogo, ſed pro libri & inſcriptionis fundamento.

Nota 9. Inſcripti in librum vitæ ſunt fideles omnes & ſinguli, qvi ad finem uſqve conſtanter perſeverant. §. 2.

Nota 10. *Deleri* de libro vitæ idem eſt ac non inſcribi. vid. Pſal. 69,29. & præced. not. 5. Confer Geſneri Comm. h.l. & hæc omnia plenius expoſita Comm. in Form. Concord. Art. XI. NB.

§. 2. Electio eſt actio Dei gratuita, *qvâ juxta æternum propoſitum & decretum de ſalvandis in tempore omnibus in Chriſtum perſeveranter credentibus ordine ſapientiſſimo conſtituit.*

Nota I. *Commentarium* hujus definitionis exhibet Apoſtolus cap. 1. Eph. ubi docet, qvòd electio ſit propoſitum voluntatis divinæ, v.3. qvo ab omni æternitate v.4. prædeſtinavit ut filios, eos, qvi ſunt in Chriſto Jeſu, v. 5. in qvo ipſos ſingulariter & præ cæteris ſibi gratos & acceptos reddidit, v.6. qvos ſangvine Chriſti redemit, eisqve peccata remiſit, v.7. qvibus myſterium hujus ſuæ voluntatis per Evangelium revelavit v. 9. qvos propterea ad hæreditatem vitæ vocavit v. 11. & per Spiritum S. non tantùm de acceptis beneficiis, verùm etiam de futuræ hæreditatis plenaria acqviſitione certos reddidit, v. 14. ad propriam ipſorum ſalutem, v.4. & nominis ſui ſempiternam gloriam v.5. Confer Tit. 1.2.

Nota II. *Summarium* univerſi hujus Articuli exhibet ſeqvens plenaria definitio: *Electio eſt actio Dei liberrima, qva ante jacta mundi fundamenta non ſecundum opera, ſed ex mera & merè gratuita ſua gratia & miſericordia in Chriſto, juxta propoſitum & prænotionem præſcientiæ ſuæ ad vitam æternam ordinavit homines, virtute Spiritus S. per Evangelii*

prædicationem perſeveranter in Chriſtum credituros, ***in laudem glorioſæ ſuæ gratiæ.***

Obſerv. 1. Reqviſita electionis dantur octo ex Formula Concordiæ, videlicet 1. Redemtio, 2. Vocatio, 3. Fides, 4. Juſtificatio, 5. Sanctificatio, 6. Defenſio, 7. Perſeverantia, 8. Glorificatio; De qvibus omnibus vide Artic. 39. 91. 93. 94. 97. 109. 141. & Comm. in Form. Conc. Art. XI. NB.

Obſerv. 2. In electis occurrit certa *τάξις* à DEO ipſo revelata, Eph. 1. & qvidem

I. *ab æterno*,

1. *πρόθεσις DEI includens non tantùm voluntatem, ſed & conſilium ac decretum de ſalute noſtra.* vid. ſup. Art. 10. Tit. 17. NB. Hæc itaqve ſalutem noſtram

1. ſimpliciter ad divinam providentiam refert.
2. in revelato Evangelii verbo unicè qværere jubet.
3. ex noſtra parte merè gratuitam facit.
4. neminem ex abſoluto odio excludit, ſed fidem reſpicit, qvæ Chriſtum ſalutis fundamentum tenet.
5. omnem ſimulationem tollit.
6. geminam tamen conſiderationem admittit, univerſalem reſpectu voluntatis antecedentis omnium ſalutem reſpicientis, & particularem reſpectu voluntatis conſeqventis credentium ſalutem decernentis, incredulos vero non abſolutè, ſed ob remedii rejectionem juſtè excludentis, Joh. 3, 36. ſup. Art. 38.

2. *Πρόγνωσις*, ordinem in Chriſto ejusqve merito & mediorum ſalutis applicatione conſtitutum reſpiciens.

3. *Προορισμὸς*, non ſimpliciter conſilium DEI, ſed determinationem divinæ voluntatis per certa media ad *ὅρον* ſive terminum determinanti præfixum notans: Unde & electi dicuntur *τεταγμένοι*, ordinati ad vitam æternam, Actor. 13, 48. vid. Art 10. Tit. 17.

Nota: *Media*, qvæ h. l. conſiderantur, reſpiciunt ſucceſſive 1. *terminum à qvo*, ſive corruptionem, cui opponitur vocatio; 2. *terminum per qvem*, ſive reparationem, qvam oſtendit juſtificatio; 3. *terminum ad qvem*, ſive ſalvationem, qvam ratione conſummationis exhibet glorificatio, vid. Rom. 8, 29.

II. *in*

II. *in tempore*, 1. Vocatio, 2. Juſtificatio, 3. Glorificatio.

Canon: *Electio ordinata neqvaqvam abſoluta eſt.*

Ratio eſt, qvia electio divina non immediatè ſed reſpectu mediorum ſalutis, eorumqve applicationis atqve præviſionis individuorum finaliter credentium facta eſt, 1. Pet. 1, 2. 2. Theſſ. 2, 13. ita, ut προορισμὸς attendat executionem κατὰ πρόθεσιν Eph. 1, 11. Rom. 8, 28. 2. Tim. 1, 9. Proinde principium dirigens eſt πρόθεσις. Per qvam non intelligitur 1. propoſitum primæ commiſerationis, 2. nec propoſitum miſericordiæ univerſalis; ſed 3. propoſitum ſalvandi homines per Mediatorem Deo reconcilatos, in Chriſtum credentes finaliter Matt. 24. Joh. 3, 16. qvod ad voluntatem conſeqventem ſpectat, Marc. 16. Ex qvibus patet.

I. Πρόθεσις, qvæ *ponit Majorem*, inqve illa electorum ſpeciem conſtituit & ſiſtit: Qvicunqve per gratiam oblatam finaliter in Chriſtum credituri ſunt, illi ſunt electi, & non pereuntes cum incredulis ob incredulitatem finalem. NB. Johan. 3. ſed credendo accipientes vitam æternam, c. 20.

II. Πρόγνωσις, qvæ hanc theſin finaliter credentium *ad individua applicat* hoc modô: Abraham, *Iſaac*, Jacob & ſinguli perſeveraturi ad finem, ſunt per gratiam oblatam finaliter credituri in Chriſtum. (μέλλοντας πιστεύειν 1. Tim. 1, 16.)

III. *Concluſio* & ipſa electio ex individuali ſubſumtione nata: Ergò Abraham &c. & ſinguli perſeveraturi ſunto electi, cum incredulis non pereuntes, ſed credendo accipientes vitam æternam. vide infra §. 3. & 5. Ubi principium dirigens, imperans & exeqvens, ad ſingula perſeverantium individua, in hoc ordine divinitùs conſtituto finaliter permanentia applicatur, cum excluſione fatalitatis abſolutæ, meriti humani, ſynergiſmi, Epicureiſmi, dubitationis, incertitudinis, metùs atqve deſperationis. Adde Comm. in Formul. Concord. Artic. XI. & ſupra §. 1. Aſſert. 5. de ordinatis ad vitam æternam, Actor. 13, 48. qvi vocantur τεταγμένοι.

Nota 1. DEUS uti ab æterno ſalvare decrevit, ita, & non aliter, ſalvat in tempore.

Nota 2. Cauſæ electionis conſiderantur vel in Dei præviſione, vel qvatenus ſunt in actu poſitæ.

Nota 3. Deus novit electos κατὰ πρόγνωσιν, Rom. 8. 1. Tim. 1, 16.

§. 3. Cau-

§. 3. Cauſa Efficiens, *ſumma atqve principalis eſt gratia & miſericordia DEI, Rom. 8,28. 2.Tim.1,9.*

Nota 1. Non qværitur hoc loco de cauſa à ſubjecto realiter diſtincta, vid. ſup. Art.37.§.5. ſed de fundamento & ratione eſſendi à priori: (Sicut æternitas Deo tribuitur ob immutabilitatem, non verò ob realem differentiam, qvemadmodum in homine rationalitas eſt cauſa riſibilitatis) qvæ, ſi illud, cujus cauſa dicitur, cauſaretur, ſufficiens in ſuo ordine cauſa illius eſſet. In Deo verò non datur actus productus, nec ſecundum rem ab eſſentia divina differens. Eſſet enim vel ſubſtantia, vel accidens, qvod utrumqve abſurdum eſt. Sufficit proinde ratio à priori, *qvæ noſtro concipiendi modo ſe per modum cauſæ virtualiter cauſantis habet, & actioni abſolutæ*, qvæ omne fundamentum excludit, verè *opponitur*. vid. ſup. Art.10. Tit.17.

Nota 2. *Actus immanentes hoc loco non dicuntur humani ſed divini.* Ratio eſt, qvia actus humani ſunt actus à potentiis animæ, intellectu & voluntate, in ſemetipſis producti & ab iiſdem realiter diſtincti, ita, ut qvilibet actus habeat entitatem, ab entitate intellectus & voluntatis diſtinctam. Divini verò actus ex parte rei non dantur immanentes, ex Dei intellectu & voluntate eliciti, neqve accidentia. Qvod enim in DEO eſt, illud ex parte rei eſt ipſa Dei eſſentia immutabilis. Adeoqve Deo hæc competunt modo eminentiſſimo, per ipſam meam ſuam eſſentiam, per modum actuum immanentium, pro diverſitate objectorum diverſimodè conceptam. vid. l. d. NB. Theſin D. W. Lyſeri de voluntate Dei ad intra & ad extra p. 278. NB. & p. 283.

Canon 1. Electio divina gratuita, non tamen ideò abſoluta, ſed ordinata eſt, adeoqve ſolum excludit opera, meritum humanum atqve liberum arbitrium, neqvaqvam verò gratiam & Chriſti meritum fide apprehenſum, vid. Eph.1,3. c.2,8. Tit.3,4. 2.Tim.1,9. Rom.XI,6. vid. ſup. §.2. Art.38. 90. & 94.

Canon 2. Electionis ordo includit Chriſtum ceu fundamentum, fidem ceu organum, Verbum & Sacramenta ceu media offerentia & conferentia, Art.38. & 70. NB. Rom.8,29.

Summa: Electionis æternæ in Deo reſpiciendum eſt *principium* 1. *dirigens in intellectu divino*, ubi prævіſio 1. miſeriæ iram excitantis ob æternam juſtitiam, 2. meriti CHRISTI juſtitiæ ſatisfacien-

facientis, 3. fidei meritum CHRISTI apprehendentis. vid. Rom. 8, 29. vid. ſupra §. 2. NB.

2. *Imperans, in voluntate*, ubi *εὐδοκία*, juxta prævisionem determinata, gratuita, non tamen abſoluta. vid. 2. Tim. 1, 9.

3. *Exeqvens, in poteſtate.* Ubi 1. intentio Dei & apparatus mediorum ſalutiferorum univerſalis manet 1. Tim. 2, 4. ſupra Articul. 38. 2. Eventualis verò uſus, ob eorum neglectum, reſpectu finalis fidei & incredulitatis diſcretionem facit, ut ira Dei maneat ſuper incredulos, Johan. 3, 36. 17.

§. 4. Cauſa Electionis movens ſive impellens & ſalutis fundamentum eſt Chriſtus ex gratia Patris æterni nobis donatus, *Johan.* 3. & fide apprehenſus. *vid. Eph.* 1, 3. *c.* 2, 6. 17. 2. *Tim.* 1, 9. *Tit.* 1, 9. 1. *Petr.* 1, 2. Cauſa verò applicans eſt Spiritus Sanctus, per media *ſalutem offerentia & conferentia, Verbum & Sacramenta*, 2. *Theſſ.* 2, 13. *Ubi* 1. *Meritum Chriſti*, 2. *Meriti hujus apprehenſio diſtinctè attendenda eſt.*

Aſſertio I. *De Chriſti merito.* Meritum Chriſti conſideratur h. l. non reſpectu divinæ voluntatis antecedentis, qvæ univerſum genus humanum ejusqve univerſalem reſtaurationem per hoc meritum reſpicit ex Art. 38. & ſupra p. 282. NB. nec reſpectu acqviſitionis, qvæ itidem univerſalis eſt ex Art. 52. & 55. nec reſpectu oblationis in verbo & Sacramentis, qvæ & ipſa univerſalis eſt, ex Art. 39. nec reſpectu applicationis poſſibilis, qvæ non minus omnibus contingere poſſet, ex eod. Art. 39. *ſed reſpectu actualis per fidem apprehenſionis* à DEO ab æterno prævifæ & in tempore à credentibus factæ ex Articul. 93. & qvidem finaliter atqve perſeveranter, 1. Tim. 1, 16. Matth. 10, 22. Epheſ. 1, 11. c. 3, 17. Johan. 3, 16.

Aſſertio II. *De meriti Chriſti apprehenſione.* Apprehenſio meriti Chriſti reſpicit fidem tanqvam inſtrumentum, qvod credenti hoc beneficium applicat, ex Art. 93. finaliter 1. Pet. 1, 4.

Canon: Vis motiva voluntatis, in aliqva ſua bonitate, dignitate, pretio, aut valore poſita, fidei in ordine ad electionis decretum nullatenus convenit.

Obſerv. 1. Decretum electionis fidem neqvaqvam excludit, ſed includit, Epheſ. 1.

Obſerv. 2. Qvemadmodum Deus non elegit homines ab æterno actu jam exiſtentes, ſed futuros; ita & fidem in homine reſpexit non actu jam exiſtentem, ſed in electis ſuo tempore futuram, 1. Tim. 1, 16. ita qvidem, ut fides non vi propriâ Deum moveat, ſed qvatenus Chriſti meritum apprehendit & cum credentibus eligendis virtute divinâ unit, ut fiat noſtrum, & in conſpectu DEI habeatur, ac ſi à nobis ipſis eſſet præſtitum.

Obſerv. 3. *Fides in electione conſideratur non ut meritum, ſed ut medium & inſtrumentum ἀντιληπτικὸν* reſpectu noſtri, & qvidem non decreti totius, ſed ejus tantùm partis, ſcilicet meriti Chriſti; nec ut cauſa ab eo ſeparata, ſed cum eodem conjuncta. vid. ſup. Art. 77. & 94. neqve ut conditio ab homine implenda, ſed ut organum ab ipſo Deo gratis donatum, ex Art. 77. & 93. NB.

Obſerv. 4. Fides in Chriſtum ideò vocatur, qvia ejus natura eſt, ut feratur in Chriſtum, ejusqve meritum, velut ſuum proprium objectum, idqve apprehendat & nobis appropriet: cujus officium eſt Chriſtum apprehendere, absqve qva apprehenſione nulla datur ratio vel juſtificationis in tempore vel prædeſtinationis ab æterno, qvæ vim uniendi Chriſti cum eligendis oſtendit.

Aſſertio III. *De apprehenſionis continuatione.* Qvemadmodum ipſa Chriſti per fidem apprehenſio, ita & apprehenſio finalis perſeverantium, neqvaqvam viribus humanis, ſed gratiæ divinæ unicè tribuenda eſt. vide ſup. Art. 109. NB.

Poriſma: Ergò hæc doctrina, qvæ principium, medium & finem gratiæ tribuit, neq; plenè, neq; ſemiplenè Pelagianiſmo favet.

§. 5. Objectum ſive ſubjectum electionis ſunt homines non in ſe, *qva tales, nec qvatenus creandi, nec integri, ſed qvatenus lapſi in prænotione divina, adeoqve Redemtoris indigi: nec ſimpliciter qvatenus miſeri*, ſed reſpectu fidei *Chriſtum apprehendentes conſiderati, μέλλοντας πιστεύειν 1. Tim. 1, 16. Deo ab omni æternitate exactiſſimè noti. vid. ſupra §. 2. NB. & qvidem hôc reſpectu, qvatenus virtute Spiritus S. per verbi miniſterium efficaciſſimâ, Sacramentis obſignati, perſeveranter, usqve ad finem vitæ, in Chriſtum credituri ſunt, Eph. 1, 4. Jac. 2, 5. Apoc. 2, 10. Matt. 24.*

Pori-

Digitized by Google

Poriſma 1. Ergò objectum electionis ſtrictiſſimè & propriè dictæ non ſunt Chriſtus, aut Angeli, ex negata definitionis applicatione, licèt hi certo reſpectu, 1. Tim. 5, 21. appellentur electi ſive confirmati, vid. ſup. Artic. 20.

Poriſma 2. Ergò objectum electionis non ſunt omnes ſimpliciter boni & mali; vid. ſup. §. 1. NB. ſed homines lapſi, credentes & qvidem finaliter Matth. 24. 1. Pet. 1, 4. pauci reſpectu reproborum. vid. Apoc. 14, 12. Matth. 20, 16.

Poriſma 3. Ergò numerus electorum certus, ſed non fatalis eſt, vid. Apoc. 13, 8.

§. 6. Forma electionis *eſt ipſa individuorum ſingulorum, ſecundùm præviſam mediorum applicationem ad finem ordinatio, Eph. 1, 11. Rom. 8, 1.*

Canon: Forma electionis hominis per fidem in Chriſto & non aliter, niſi qvatenus in eo per & propter meritum ejus perſeverantes, 1. Pet. 1, 4. inveniuntur, attendit. vid. ſup. §. 2. NB.

Poriſma: Ergò eligi in Chriſto non eſt idem, qvod eligi ad hoc, ut per Chriſtum ſanctificemur, contra Piſcatorem.

§. 7. Finis Electionis *conſideratur vel reſpectu DEI, vel reſpectu noſtri.*

Aſſertio I. *Reſpectu DEI* finis Electionis eſt Nominis Divini celebratio, & laus glorioſæ gratiæ, ſapientiæ atqve veritatis, 2. Tim. 1, 9. Eph. 1, 4. 6. c. 2, 7.

Aſſertio II. *Reſpectu noſtri* finis electionis eſt hominis perſeveranter crediturí ſalus, ita, ut præcedat 1. adoptio Eph. 1, 4. Rom. 8, 21. 2. juſtificatio, 3. ſanctificatio & tandem ſeqvatur ſalus conſummata & æterna, 1. Theſſ. 5, 9. 2. Theſſ. 2, 13.

Nota: Salus hoc loco non attenditur, prout in cauſis adhuc eſt, ſed, ut certò præſcita, & juxta illam præſcientiam ab æterno præparata hæreditas gratuita, Matt. 25, 34. Act. 13, 48.

§. 8. Proprietates & attributa *electionis ſunt* 1. æternitas *ex Eph. 1, 4. Matth. 25, 34.* 2. particularitas, *ex Matth. 20, 16. Electorum enim numerus licèt in ſe magnus, reſpectu tamen repro-*

 borum

Digitized by Google

borum valdè exiguus eſt. 3. immutabilitas, *2. Tim. 2, 19.* 4. infallibilitas *ex Chriſti 1. Verbo, 2. Baptiſmo, 3. Cœna.* Non obſtante, *qvod electi ſint pauci, Matth. 20 & labiles, Pſalm. 51, 13. 1. Cor. 10, 12. Eriguntur enim 1. certitudine electionis, Phil. 2, 12. ordinatâ, & perſeverantiâ finali, Apoc. 2, 10. qvam ex gratia per media ſalutis ordinaria habere & retinere poſſunt, Art. 109.*

Canon: De electionis noſtræ certitudine non eſt dubitandum. Confer ſupra Articul. 109. fundamenta judicii de electione noſtra & aliorum, § 12. NB.

Poriſma: Ergò fidelis absqve ſingulari revelatione certus eſſe poteſt de ſua electione, non ſolùm hypotheticè, dum vivit, ſi ſcilicet perſeveret usqve ad finem Matth. 24. ſed etiam abſolutè, in ultimo mortis articulo, dum electus actu finaliter credit. vid. ſupra Artic. 109. §. 10. NB. & §. 12. & Art. 77. NB.

§. 9. Ex infallibilitate Electionis oriuntur electorum privilegia. *Videlicet*

1. *cuſtodia* divina & finalis perſeverantia Joh. 10. vid. ſupra Articul. 109. §. 12. 1. Pet. 1.

2. ad ſalutem æternam *reſuſcitatio*, Dan. 12. vid. inf. Art. 138.

3. *glorificatio*, Rom 8.

Poriſma 1. Ergò electi excidere poſſunt totaliter, non verò finaliter.

Poriſma 2. Ergò electi neceſſariò ſalvantur, ſcil. non neceſſitate cauſæ ſimplicis, ſed infallibilitatis. Confer de neceſſitate ſupra Articul. 101. §. 1. NB.

Poriſma 3. Ergò electi non poſſunt perire, Joh. 10. ſupra §. 9. & Articul. 109. §. 12.

§. 10. Oppoſitum *Electionis eſt incredulorum reprobatio, de qva agit ſeqvens Artic. 111.*

§. 11. *Uſum bujus Articuli oſtendit Gymnaſium Patientiæ & Manuale Theol. Germ. Artic. 110. Ubi plenior illius explicatio habetur. Inprimis verò in Comm. F. Conc. Art. XI. & Luth. Tom. 4. Jen. G. f. 486. Add.* Gründliche Außführung der Heſſiſchen *Theologen* ; & *Mülleri Abſolutum Decretum.*

ARTIC.

Digitized by Google

ARTICULUS CXI.

De Oppoſita Incredulorum Reprobatione.

Qvi non credit, jam judicatus eſt, qvia non credit, Joh. 3,18. Ideoqve Paulus Rom. c. 9. 10. 11. nec de abſoluto æternæ reprobationis decreto ſimpliciter, nec de æterna Judæorum rejectione immutabili præciſè agit.

Qvia I. Impoſſibile eſt Paulum contradicere Chriſto.

II. Qvia electio non eſt populorum, ſed individuorum. Paulus verò loqvitur de populis, & non de individuis.

III. Qvia loqvitur non de gloriâ æternâ, ſed ſolùm de prærogativis temporalibus, ubi tamen Judæis reſtat ſpes reditus ad gratiam & ſalutem. Qva de re agit, Theologia Exegetica lib. 2. c. 5. ubi ſimul de capite 18. Jeremiæ agitur. NB. vid. inf. §. 6.

§. 1.

REprobatio *incredulorum electioni oppoſita eſt certiſſima ex præced. Art. 90.*

Nota 1. *Reprobatio* eſt improbi & ob incredulitatem reprobi, poſt antecedentem probationem juſtè reprobati, merita rejectio. Qvi enim non crediderit, condemnatur. Marc. 16. Joh. 3.

Nota 2. *Reprobatio* hoc loco attenditur non humana in tempore facta, ſed divina & æterna; non abſoluta, ſed qvæ reſpectum habet ad finalem incredulitatem. vid. Rom. 14, 16. 2. Pet. 3, 19. Joh. 3, 36. Alias vocatur ἀποδοκιμασία. Conferatur προγεγραφὴ εἰς τὸ κρίμα, Ep. Jud. v. 4. & θέσις εἰς ὀργὴν, judiciaria, neqvaqvam abſoluta, 1. Theſſ. 5, 9. vid. Manuale Art. 111. NB.

§. 1. Reprobatio eſt actus Dei judiciarius ad voluntatem Dei conſeqventem pertinens, *qvo finaliter incredulis juſta decernitur pœna, ob Chriſti rejectionem, Joh. 3,18. vel, eſt actio judicis juſtiſſima, qva ex juſto judicio vindicativo, ob prævisum me-*

riti Chriſti repudium finale, æternùm damnare conſtituit incredulos, in laudem glorioſæ ſuæ juſtitiæ.

Canon 1. Reprobatio neqvaqvam facta eſt ex abſoluto aliqvo Dei odio aut decreto, qvod ipſe Calvinus vocat horribile. vid. ſupra Art. 38. §. 2. & horribilem deſcriptionem Johannis Prideaux, Theol. Exeget. l. 2. c. 5. §. 14. ubi abſolutum vocat à cauſa, qvoad præteritionem & actum negativum, licet diſcretio fiat poſtea actu, qvoad actum affirmativum in maſſa peccati. Obſtat n. univerſalis Dei gratia 2. Pet. 3, 9. univerſale Chriſti meritum, Eſa. 53, 6. & univerſalis Spiritus Sancti vocatio, Marc. 16, 15. vid. ſup. Artic. 38. & 39. 55. 90. & 91. Sed ob rejecta ſalutis media omnibus acqviſita & cum intentione communicandi oblata. vid. ſup. Artic. 110. §. 2.

Poriſma: Ergò falſum eſt I. Deum ſalutem reproborum nunqvam voluiſſe. vid. Art. 10. Tit. 17. NB.

II. Chriſtum non mortuum eſſe pro reprobis.

Qvia obſtat aſſertio Apoſtolica 2. Pet. 2, 1. ubi dicitur, qvosdam negare Dominum Redemtorem ἀγοράσαντα αὐτούς. vid. art. 55. §. 14. NB.

III. Hominum rejectionem ſoli voluntati & beneplacito Dei adſcribendā eſſe. Qvia obſtat revelatio infallibilis, qvæ ſoli incredulitati damnationem tribuit, vid. ſup. Art. 38. & 39. & ex Johan. 3. Theol. Exeget. lib. 2. c. 5. Tit. 3. §. 13. & §. 14. de capite 9. Rom. & Jer. 18. & lib. 3. c. 1, Tit. 8. de Exodi c. 9. 16. & Epiſt. Judæ v. 4. NB.

IV. Deum qvosdam tantùm è miſeria ſua liberare voluiſſe. vid. Theol. Exeget. lib. 2. c. 5. NB.

§. 5. Cauſa reprobationis *eſt incredulitas, Johan. 3. adeoq; neqvaqvam peccatum in ſe ſive originale, ſive actuale; ſed remedii per Chriſtum acqviſiti rejectio, ſive infidelitas ex Rom. XI, 20. 31. & incredulitas, & qvidem non ſimpliciter, ſed perſeverans atqve finalis. vid. Joh. 3, 36. 19. qvia reprobi noluerunt credere, Rom. XI, 31. 20.*

Canon: Cauſa reprobationis movens eſt juſtitia Dei vindicativa contemtus gratiæ per Chriſtum omnibus acqviſitæ. Decrevit enim damnare incredulos, Marc. 16. qvorum finalem impœnitentiam infallibiliter præſcivit. Qvæ omnia rectius intelliguntur, ſi 1, notetur *diſtinctio* voluntatis antecedentis & conſeqventis, ex Art. 38. 2. *Collatio* decreti

creti electionis gratuitæ, cum decreto reprobationis juſtisſimæ. vid. ſup. Art. 110. §. 2. NB.

Poriſma 1. Ergò neminem Deus reprobavit, absqve præviſione Infidelitatis & impœnitentiæ.

Poriſma 2. Ergò cauſa reprobationis non in abſoluta Dei εὐδοκίᾳ qværenda eſt, ſed in hominis malitia & infidelitate. vid. Art. 110.

Poriſma 3. Ergò Deus omniſcientisſimus impium vas iræ non fecit, ſed invenit, vid. Rom. 9.

Poriſma 4. Ergò in conſideratione Dei circa damnationem hominum nulla regnat abſoluta necesſitas, ſed ſolùm hypothetica: poſitâ ſcilicet reproborum incredulitate. Qvi enim non credit, damnatur, ideo, qvia non credit, Joh. 3, 18.

Poriſma 5. Ergò dominium tàm gratiæ in electione, qvàm juſtitiæ in reprobatione Dei ſanctitatem evidentisſimè demonſtrat, & ab exitii cauſâ abſolutâ liberat. vide Hoſe. 13. Perditio tua ex te, Salus ex me. NB. vid. Manuale Artic. 111.

§. 4. Subjectum *reprobationis ſunt finaliter increduli. Adeoq; homo non qvatenus creandus aut lapſus, ſed qvatenus imperſvaſibilis manet & non vult credere, Rom. XI, 31. 20.*

Poriſma 1. Ergò reprobi ſunt qvi vaſa iræ dicuntur, non qvos Deus ab omni æternitate ex abſoluto qvodam odio reprobavit & ſalvare noluit, ſed infideles, qvos judex juſtiſſimus & omniſcius in ſuâ præviſione tales invenit, qvi ſuâ culpâ & voluntaria atqve evitabili malitiâ ad interitum, impulſu Satanæ à ſeipſis aptati ſunt, Rom. 9, 22.

Poriſma 2. Ergò malitia & incredulitas hominum reprobationis cauſa, neqvaqvam verò illius effectus eſt.

Poriſma 3. Ergò falſum eſt, Lutherum fuiſſe Patronum abſoluti decreti. vid. Mülleri Abſolut. Decret. in fine, & Commentarium in Formul. Conc. Art. XI. de præfatione Lutheri in Epiſtolam ad Romanos, ubi omnia operibus noſtris adimit, & ſalutem noſtram unicè tribuit gratiæ & miſericordiæ divinæ. Qvamobrem & ex manu omnipotentiſſima nemo nos eripere poteſt, Joh. 10. Rom. 8. vid. Art. 109.

§. 5. Forma *reprobationis eſt 1. reſpectu objecti, reprobi, repudiatio τάξεως electionis gratuitæ, Art. 110. 2. reſpectu ipſius decre-*

decreti divini, adjudicatio increduli ad pœnam privativam & poſitivam, Job.3,36. vid. Art 36. & 141.

§. 6. Finis *eſt gloria juſtitiæ & majeſtatis divinæ, confer Rom. 9, 22. ad qvam non facit abſoluta hominum rejectio, qvam Paulus ignorat.*

Nota: In cap. 9. 10. XI. Rom. non directè agitur de æterna reprobatione, (ob expreſſam ſpem reſtitutionis conceſſam Judæis c. 9,27. c. 10,1. c. XI,16. 23-31.) ſed de rejectione operariorum, ſive de decreto juſtificandi fideles & rejiciendi infideles atqve operarios à gratia, & conſeqventer in infidelitate perſeverantes à gloria. vide D. Calovii Diſp. in Epiſt. Rom. Qva de re ſupra dictum eſt ab initio hujus Articuli NB. & in Theol. Exeget. l. 2. c. 5. NB.

§. 7. Attributa Reprobationis *ſunt 1. æternitas, Matt. 25, 41. Ep. Jud. v. 4. 2. Immutabilitas, Num. 23,19. 1. Sam. 15,29. Mal. 3,6. Reprobis verò competit 1. pluralitas, Matth. 7,13. 2. poſſibilitas credendi, Hebr. 6,4. c. 10,26. Luc. 8,13. 3. Perſeverantia finalis in incredulitate.*

§. 8. Conſeqvens & *indicia reprobationis ſunt finalis induratorum deſertio, excæcatio, traditio, de qva ſeq. Art. 112. tandemqve æterna miſeria, Art. 141.*

Canon: Indurationem, Deſertionem & Traditionem aut Damnationem reproborum abſolutam Deo, ut cauſæ efficienti, tribuere impium eſt. vid. Art. 26. & 36.

§. 9. *Reliqva huc ſpectantia, una cum uſu, & dubiorum explicatione offert Manuale Theolog. Art. 111. nec non Commentarius in Formul. Concord. Art. XI. NB.*

ARTICULUS CXII.

De Finali Reproborum Deſcriptione, Rejectione, Excœcatione & Traditione.

Excœ-

Excœcavit oculos eorum, & induravit cor eorum, Joh. 6, 40.

§. 1.

DEUS *peccatores reprobos & induratos ex juſto judicio tandem deſerere, rejicere, excœcare & tradere ſolet.*

§. 2. Concurſus *divinus ad hæc ſingula conſtat ex Art. 26.*

§. 3. *Plenior verò hujus doctrinæ cognitio patet ex ſeqventibus:*

Aſſertio I. *De Induratione. Induratio DEO ſolùm tribuitur, qvatenus pœna ſeveriſſimi Judicis eſt juſtiſſima.*

Nota 1. Induratio alia eſt naturalis, alia verò acqviſita. Et conſiderari poteſt, vel, ut culpa, vel ut peccati pœna; & qvidem omnium graviſſima, qvæ qvévis peccati & iræ divinæ ſenſum excludit, ex Art. 26. Priori modo homini contradicenti & veritatē blaſphemanti Act. 13, 45. Poſteriori verò modo Deo juſto judici, *non effectivè, ſed judicialiter permittenti* & peccatorem tradenti competit, cujus cauſa eſt Chriſti rejectio; effectus verò eſt dedolentia.

Nota 2. *Induratio eſt actus judiciarius voluntatis divinæ conſeqventis*, qvo, ob antegreſſam voluntariam & evitabilem malitiam, Deus hominem habitualiter malum juſtè permittit ruere in ſcelera graviora, eidemqve gratiam ſuam ſubtrahit, & deniqve Satanæ poteſtati eum tradit, à qvo in majora ſubinde peccata propellitur, donec jure hæreditatis cœleſtis finaliter excidat. vide ſup. Art. 26. NB.

Canon: *Nemo à Deo induratur, niſi ſeipſum induret*, dum duritiem cordis habitualem & in peccatis perſeverantiam amat, eáqve delectatur. vid. Pſal. 69, 28. Rom. XI, 8.

Aſſertio II. *De Deſertione*. Deſertio peccatoris obſtinati eſt juſtiſſima.

Nota 1. *Deſertio divina* non eſt abſoluta gratiæ denegatio, ſed ejuſdem gratiæ oblationem repudiatam, vel prævиſam, vel actualem, conſeqvens ſubtractio, qvam pœna temporalis & æterna ſeqvitur. De qva dictum eſt ſup. Art. 90.

Nota 2. Deſertio divina alia eſt imaginaria tentatorum & afflictorum, Pſal. 13, 1. qvos erigit Chriſti deſertio ſatisfactoria in cruce, ab æterna Dei deſertione & rejectione nos liberans, Pſal. 22, 1. vid. ſupra Articul. 63. alia verò obſtinati peccatoris, de qva h. l. qvæ eſt vera & realis deſertio,

Digitized by Google

Nota 3. *Derelictio divina* h. l. non conſideratur exploratoria, paterna, particularis in piorum caſtigatione, ad agnoſcendam infirmitatem, qvalis erat Hiskiæ 2. Par. 32, 31. qvæ ad pædiam ſpectat, & non eſt ſine ſolatio: ſed derelictio vindicativa juſti judicis, punientis peccata præterita, qvæ τιμωρία eſt, & voluntatis non antecedentis, ſed conſeqventis Pſalm. 69, 28. ob peccata antecedentia & peccatoris obſtinati pertinaciam.

Canon: Nunqvam deſerit Deus hominem, niſi prius ab homine peccatis indulgente deſeratur.

Ratio eſt, qvia deſertus à Deo ob peccata, libidini Satanæ exponitur, cupiditatibus ſuis relinqvitur, & cœcus atqve furens in ſcelera ruere permittitur.

Aſſertio III. *De Rejectione. Rejectio divina nunqvam eſt abſoluta.*

Nota: Rejectio, abjectio, & projectio peccatoris eſt vel à gratia ob antecedentia peccata. Confer Pſal. 51, 13. vel ſi vocatio divina negligatur, a gloria, vid. 2. Theſſ. 2,10. non de hac, ſed de illa agitur Rom. 9. qvod oſtendit oppoſita vocatio verſ. 24. vid. ſup. Art. 111.

Aſſertio IV. *De Excæcatione. Excæcatio divina eſt pœna juſtiſſima.*

Nota 1. Excæcatio h. l. non conſideratur abſoluta aliqva, omne peccatum antecedens; nec activa, qvæ hominis, impedimentum divinæ illuminationi opponentis, peccatum eſt; ſed paſſiva *Dei* juſto judicio illuminari nolentem deſerentis: qvæ non eſt actus poſitivus aut tenebrarum immiſſio, ſed negativus, & ab obſtinati illuminatione ceſſatio, adeoq; peccati pœna juſtiſſima.

Nota 2. *Cæcitas ſpiritualis conſideratur*

1. *ut peccatum eſt*, ſic notat ignorantiam vel affectatam vel craſſam negligentiam, qvæ ſuo modo voluntaria eſt, dum homo ſeipſum excæcat, & animum in peccatis adverſus Deum obdurat.

2. *ut pœna eſt*, ſic notat Dei non actionem, ſed permiſſionem, ut homo cœcus peccata voluntariè, vel etiam ex ſupina negligentia continuans magis induretur. Confer Pſal. 69,24. & 2. Theſſ. 2,10. pro eo, qvod dilectionem veritatis non receperunt in hoc, ut ſalvi fierent. (Ergò excæcati ex intentione divina ſalvari poterant.) Ideò διὰ τοῦτο propterea mittit illis Deus ἐνέργειαν πλάνης, ſeductionem efficaciſſimam, ut credant mendacio. vid. inf. Art. 116.

Nota

Nota 3. Excæcatio impiorum ad DEUM refertur in Scripturis non αἰτιολογικῶς, ſed διαγνωστικῶς tanqvam ad juſtum judicem ob peccata antecedentia, qvo manum ſubtrahente hominem & cæcutire & claudicare, tandemqve omninò cadere neceſſe eſt.

Nota 4. Licet excæcatio à juſto Dei judicio proveniat, Deus tamen non eſt cauſa illius per ſe efficiens, nec ejus verbum, ſed Satan Deus hujus ſeculi.

Nota 5. Non omnes reprobi, ſed ſolùm in peſſimo ſuo gradu conſiderati excæcati ſunt, qvi Deo pertinaciter ſe opponunt, & cæco qvodam impetu in ſuam perniciem ruunt.

Aſſertio V. De Traditione. Traditio peccatoris eſt pœna juſtiſſima.

Nota 1. Traditio peccatoris h. l. non attenditur activa ab ipſo peccatore profecta, qvæ peccatum eſt; nec abſoluta; ſed judiciaria, qvæ pœna eſt juſtiſſima, delicta peccatoris puniens, & poteſtatem tùm Satanæ, tùm ipſi tradito concedens. vid. Rom. 1, 24.

Nota 2. Homines ſeipſos tradere dicuntur ratione culpæ, qvos juſtus Judex tradit ratione pœnæ.

Nota 3. Traditio peccatoris, qvatenus ipſi tribuitur, includit deſtinatum peccandi propoſitum, reclamante conſcientiâ, & vocatur venditio ſub peccatum, 1. Reg. 21, 20. & captivitas Diaboli, 2. Tim 2, 26. Tit. 3, 3. unde tales DEUM nec curant, nec pœnas metuunt, nec homines reverentur, ſed furentes in ſcelera ruunt. Confer ſupra Articul. 99. & 26. NB.

Nota 4. Qvando Deus à peccatoribus irritatus in peccata & reprobum ſenſum tradit homines, ratione pœnæ, dum juſto judicio peccata peccatis punit, tunc in hac traditione judiciariâ ſuâ poteſtate utitur, adeoqve nec otioſus eſt peccati ſpectator, nec peccatorum autor, vel approbator. Qvin potius,

1. peccatorem ſæpius jam monitum & caſtigatum, ſed præfractum & contumacem gratiâ ſuâ deſerit.

2. Non tamen nudè permittit aliqvid, ſed cum cooperatione, & non qvidem reſpectu peccati ad illud impellendo, inſtigando aut inclinando, ſed reſpectu finis & determinationis peccati per metas præfixas. vid. ſupr. Art. 26.

Poriſma: Ergò longè aliter peccator traditur Satanæ à ſeipſo,

 pec-

Digitized by Google

peccando; aliter à DEO puniente puniendo; aliter verò ab Eccleſia excommunicante ab Eccleſiæ communione ſeparando. infra Articul. 126.

§. 4. *Reliqva huc ſpectantia oſtendit Manuale Art. 112.*

ARTICULUS CXIII.
De Officina Salutis, Eccleſia.

Eccleſia eſt domus DEI, 1. Tim. 3, 15.

§. 1.

U*Niverſalem generis humani reparationem per CHRISTUM factam DEUS offert & applicat hominibus per certa media ex Art. 70. ſeqq. in Eccleſia 1. Tim. 3. vid. 1. Pet. 2, 9. ſeq. ad qvam omnes peccato oneratos vocat ipſe Salvator, Matt. XI. ut per ipſum reficiantur. vid. Art. 91. Nam ordinaria officina & domus DEI, ubi beneficia DEI per Chriſtum parta in Verbo & Sacramentis diſtribuuntur, eſt Eccleſia, in qva Deo ſerviunt credentes, donec ex regno gratiæ transferantur ad gloriam æternam, Art. 142.*

Nota 1. Ἐκκλησία dicitur ἀπὸ τοῦ ἐκκαλεῖν ab evocando & evocatione voce præconis facta. Gottes-Hauß/1. Tim. 3. die Gemeine Gottes/Actor. 20, 28. Eccleſia Dei, die Kirche/κυριακὴ domus, ein herrliches Hauß oder Wohnung des HERRN.

Nota 2. Eccleſia accipitur

1. *generaliter*, pro qvovis cœtu convocato qvocunqve modo, Actor. 19, 40. 32. 39.

2. *propriè* verò pro congregatione verè credentium. Et ſic eſt cœtus convocatus, ex mundi multitudine evocatus, ſeparatus, Deo gratus, in Chriſto dilectus &c. qvi per gratiam tendit ad gloriam. Nam Eccleſia in his terris militans ideò colligitur, ut tandem in cœlis exiſtat triumphans.

Poriſma: Ergò abſurdum eſt, & contradictio in adjecto, nomen, qvod multorum convocatorum notat cœtum, notare unicum individuum, ſive Pontificem Romanum.

Nota 3.

Digitized by Google

Nota 3. Eccleſia ſignificat totum illud aggregatum, qvod conſtituunt ſtatus hierarchici, Eccleſ. Polit. & Oeconomicus.

Nota 4. Eccleſia dicitur vel Synthetica Matth. 16,18. 1. Tim. 3,15. qvæ omnes ſtatus complectitur, vel repræſentativa in Concilio. vid. Art. 114. Synthetica vel notat cœlum ſanctorum, vel vocatorum. Sanctorum Eccleſia eſt vel triumphans in cœlis, Hebr. 12, 22. vel militans in terris, ſub duce Chriſto, & crucis vexillo.

Nota 5. Eccleſia dicitur vel particularis vel univerſalis 1. *abſolutè* omnium vocatorum, ab Adamo, usqve ad mundi finem. 2. *ſecundum qvid*, eorum, qvi uno tempore in univerſo mundo vivunt vocati.

Nota 6. Eccleſia notat vel locum conventus cum ipſis conveniéntibus, 1. Cor. XI, 18. vel partem, videlicet vel presbyterium Matth. 18, 17. vel auditores 1. Pet. 5, 2. Act. 20, 28. Hoc verò loco notat cœtum vocatorum, externum, atqve publicum.

Nota 7. Eccleſia appellatur סגלה das Eigenthum / rarum Dei peculium, Exod. 19, 5. Pſal. 135, 4. qvod in deliciis habetur & tanqvam ſingulare aſſervatur. Unde & Paulus vocat *λαὸν περιούσιον*, populum peculiarem, Tit. 2. 14. à verbo *περίειμι*, excello, ein Eigenthum und vortrefliches eigenthümliches Volck.

Nota 8. *Eccleſia eſt domus DEI*, ædificata ſuper Petram, Matth. 16. 1. Tim. 3, 15. cujus Architectus eſt ipſe Dei Filius & ſimul fundamentum, Eph. 2. vid. Art. 3. & Art. 14. §. 4. NB. p. 372. ubi præſens habitat P. F. & Spir. S. Joh 14. Eſa. 45, 15. Pſal. 46. ubi domeſticis familiariter notum eſt Nomen DEI, der gnädige und barmhertzige HErr / Pſal. 111. vid. ſup. Art. 9. ex attributis & operibus Artic. 10. & 16. ubi aſſervantur theſauri Verbum & Sacramenta. Ubi defenſio & protectio, Pſal. 27, 1. & 96. & 143. Prov. 18. ubi eſt cathedra docentis, Armatura & Panoplia defenſoris, informatio rudiorum, Pſal. 49. & refectio ægrorum, Matth. XI. Confer lib. 3. Repertorium Architectonicum, & de Fundamento hujus ſtructuræ Art. 3. ex Matth. 16. & de Oeconomia hujus Patrisfamilias, Matt. 20, 1. ſupra Art. 39. §. 1. NB.

Nota 9. *Eccleſia eſt ſedes, Regia & domus Dei vivi*, qvi Autor vitæ eſt, & in qvo omnium noſtrorum vita ſuſtentatur, in regno potentiæ: qvi & ſpiritualem in nobis vitam operatur per Verbum & Sacramenta in regno gratiæ: qvi & nos ad æternam vitam cuſtodit, ut perpetuò vivamus in regno gloriæ, Joh. 10.

Digitized by Google

Nota 10. Eccleſia eſt inſtar columnæ ædificii ornamentum, non verò lapis angularis, aut fundamentum. Qva de re agit §.6. de autoritate Eccleſiæ. NB.

Nota 11. Eccleſia eſt *congregatio* diſcipulorum Chriſti, Matth. 18. habens unicum fidei Magiſtrum Chriſtum c. 23. qvem audit & imitatur c. XI. vid. Theol. Aſcetica.

Nota 12. Eccleſia eſt *Corpus* myſticum, unicum agnoſcens caput Chriſtum, Eph. 5, 23. In qvo attenditur principium 1. dignitatis, 2. donorum, 3. motus & influxus, 4. defenſionis, 5. præſentiſſimæ unionis. vid. Manuale pag. 1621. Hoc caput eſt membris conforme, Eph. 5, 30. (qvia eſt homo) habens ſingulas capitis prærogativas. Qvæ ſunt

1. Perfectio & vires ad totius corporis conſervationem.
2. Vita & motus ſpiritualis omnium membrorum.
3. directio & regimen omnium membrorum cum influxu naturali, ut ſpiritus vitalis per arterias (verbum & Sacramenta) diffundatur in univerſum corpus myſticum. Caput verò viſibile humanum neqve ex neceſſitate, neq; ex Chriſti voluntate reqviritur. Qvia ipſe Salvator præſens eſt, Matt. 28. Imò & homini hoc eſt ſimpliciter impoſſibile. vid. Danh. Hodom. Pap. T. 1. p. 565. & Chriſteis p. 841. & Zeæmanni uncatholiſch Pabſtthum Tom. 1. ob negatam tàm omniſcientiam, qvàm omnipotentem omnipræſentiam.

Nota 13. Eccleſia eſt *Sponſa* habens Sponſum, Hoſe. 2. cujus amore, detentione, protectione & omnium bonorum communicatione gaudet, Apoc. 22.

Nota 14. Eccleſia eſt *regnum* myſticum ſub unico Rege Chriſto, vid. ſup. Art. 57. Confer cum his xx. Encomia & xv. appellationes typicas, qvas habet Manuale Art. 113. & Gerhardi L. de Eccleſia.

Nota 15. *Eccleſia eſt Nihil & Omnia*. Nihil naturâ, Omnia ex gratia Sponſi. Cui data eſt omnis poteſtas, Matt. 28. Cui pater dedit omnia in manus, Joh. 13, 3. & Nomen ſupra omne Nomen omnium creaturarum, Phil. 2. Pſal. 8. Unde nobis eſt denominabilis. Qvod ſit noſter Jeſus, Matt. 1. & Meſſias unctus Rex, Propheta & Sacerdos. Antitypus omnium Patriarcharum, Regum, Sacerdotum & Prophetarum. Unde & Eccleſia eſt ſuper omnia conſilia & hoſtium molimina, Matt. 16. Rom. 16,

20. in-

20. inprimis verò, qvæ tentat Mundus, Peccatum, Mors, Diabolus & Infernus. vid. præfat. Glaubens-Sieg. *Et nihil metuit, omnia* adverſa ſuperans, qvia Dominus eſt Lux noſtra & ipſe Salus noſtra, Pſal. 27,1. Fortitudo & ſufficientia noſtra, Pſal. 46, & 73.

§. 2. Eccleſia eſt cœtus à Deo ex genere humano per miniſterium verbi collectorum & vocatorum, qvi puram verbi divini prædicationem & legitimum Sacramentorum uſum retinentes Chriſto capiti præſentisſimo Matt. 18,20. per fidem uniti Joh. 15. & charitate inter ſe devincti ſunt, ad Dei gloriam æternamqve ſalutem.

Ex qvibus patet, qvod hoc loco attendatur

1. Eccleſia Synthetica, ſive multitudo hominum congregata.

2. qvòd collectio fiat mediante verbi miniſterio & vocatione ordinariâ.

3. qvòd cœtus ille ſit conſentiens in externa veræ doctrinæ profesſione.

4. qvòd convocatio fiat ad regnum Dei & participationem bonorum ſpiritualium atqve cœleſtium.

Nota 1. *Cauſa efficiens principalis* eſt Deus civitatis ſuæ Dominus,

I. *Pater*, Eph. 1,3. ex gratia vocans, Rom. 8, 30. Coloſſ. 1, 12. ſup. Art. 90. & 91. & per verbum generans, vid. Art. 92. adoptans & in domum ſuam vocatos recipiens ex mera bonitate & miſericordia 2. Tim. 1,9. qvæ extremæ peccatoris miſeriæ infinitum Chriſti meritum opponit, 1. Cor. 1, 4. 1. Tim. 2, 6.

II. *Filius* per modum capitis influens, & fideles tanqvam Sponſam ſuô ſangvine acqviſitam Act. 20,28. per fidem ſibi uniens, Art. 96. Conf. Matt. 16,18.

III. *Spiritus S.* regenerando fidem donans Art. 93. Joh. 3, 5. c. 14, 16. 1. Pet. 1, 12. vaſa gratiæ & habitacula efficiens atqve conſervans, Art. 109. vid. 1. Cor. 3.

Nota 2. *Inſtrumentum* perſonale & vocationis atqve eductionis ad Eccleſiam eſt verbi miniſterium, Art. 124. vid. Act. 20,28. Eph. 4, 11. vid. Matt. 22, 1. Luc. 14,17. 1. Cor. 3, 9. 2. Cor. 5, 20. Medium verò ſive inſtrumentum reale verbum & Sacramenta, Matt. 28,19.20. Eph. 2,20.21.

Nam

Nam modus Eccleſiæ colligendæ, conſervandæ & propagandæ unus & idem eſt in Vet. & N. T. ſup. Artic. 80. Modus vero influendi eſt per operationem divinam, qvam fides recipit, Eph. 4, 4. Art. 93.

Nota 3. *Materia Eccleſiæ* ratione termini a qvo ſunt peccatores perditi, vocati, Matt. 9, 13. Eph. 2, 3. ratione termini ad qvem generaliter in cœtu vocatorum viventes (Multi enim ſunt in Eccleſia, ſed non de Eccleſia. vid. Johan. 15, 19. Matt. 13, 25. 47. c. 22, 11. 12. c. 10, 16. & 1. Joh. 2, 19.) Specialiter verò Sancti per fidem cum Chriſto uniti & membra unius corporis myſtici, 1. Cor. 12, 11.

Nota 4. *Forma Eccleſiæ interna* conſiſtit in unione & communione Chriſti capitis & membrorum ſup. Art. 96. vid. Eph. 5, 30. c. 4. 15. & de *κοινωνίᾳ* cum Deo per Spiritum S. 1. Joh. 1, 3. *Externa* verò Eccleſiæ forma conſiſtit in unitate externæ profeſſionis doctrinæ veræ, ſeu in publica ſocietate profeſſionis ejusdem fidei, ejusqve exercitii publici & communione externa ejusqve ſignis, amplexu Evangelii & uſu Sacramentorum legitimo. vid. 1. Cor. 14, 9. 23. 24. 32. 33. cap. 10, 18. 20. 21.

Nota 5. *Finis* Eccleſiæ ſummus eſt Dei gloria & hominum ſalus vid. Eph. 1, 6. 1. Pet. 2, 6. c. 5, 10. 1. Theſſ. 5, 9. ſive vita æterna, Eph. 4, 4. 1. Pet. 5, 10. Johan. 3, 10.

§. 3. Naturam Eccleſiæ manifeſtant Eccleſiæ reqviſita *tam interna qvam externa, ejusq; proprietates.*

Nota 1. Qvid ſit reqviſitum, patet ex Art. 40. NB.

Nota 2. *Interna* Eccleſiæ reqviſita ſunt

I. *Corporis caput* præſentiſſimum ex §. 2. Matt. 28. & 18. Art. 50. 57. & 96. excludens Vicarium Art. 116.

II. *Sponſæ Sponſus*, Hoſe 2. Apoc. 22, 20. cujus dilectio, protectio & bonorum communicatio eſt ineffabilis. vid. Art. 96.

III. *Regni Rex* præſentiſſimus & omnipotentiſſimus. Art. 57.

IV. *Ædificii fundamentum* immobile & perpetuum, Matt. 16. vide ſup. §. 2. & lib. 3. Repertorium Architectonicum, cujus Architectus eſt Salvator. NB. ſup. 272.

Poriſma. Ergò nec Eccleſia, nec Petrus nec Pontifex R. nec Concilia, nec Patres, nec Traditiones poſſunt eſſe fundamentum Eccleſiæ. Conf. infra Artic. 114. & Artic. 102. Becani exceptiones ſolidè refutavit D. Jacobus Martini Diſpp. in Aug. Confeſſionem. Conf. Heil-

brun-

Digitized by Google

brunneri & Zeemanni uncatholiſch Pabſtthum. Inprimis verò Chemnicii Examen Conc. Tridentini, & Panſtratiam Chamieri.

Nec obſtat 1. *Præſcriptio*. Vid. Theol. Exeget. lib. 2. c. 6. Tit. 5. §. 13.

Nec 2. *Ficta infallibilitas* R. P. vid. ibid. cap. 6. §. 2. NB.

Nota 3. *Externa Eccleſiæ reqviſita aliàs vocantur notæ*, per qvas Eccleſia aliis innoteſcit §. 5. ejusqve proprietates, de qvibus agit §. 4. ſeqvens.

§. 4. Proprietates *Eccleſiæ nobiliores ſunt qvatuor: Appellatur enim Eccleſia* 1. Una, 2. Sancta, 3. Catholica, 4. Apoſtolica.

Aſſertio I. *Eccleſia vera eſt una*, & unum corpus myſticum. Eph. 2, 16. adeoqve Eccleſiæ veræ unitas ſumma eſt, non reſpectu loci, ſed convenientiæ omnium Eccleſiarum particularium, qvoad unum patrem & principium Deum, unum finem, ſalutem æternam, eadem media verbum & Sacramenta, unum Mediatorem, 1. Tim. 2. qvem una fides apprehendit, Act. 15. unum Spiritum regentem, unum caput Chriſtum, unum fidei vinculum, ejusqve fundamentalem conformitatem in V. & N. T. reſpectu Judæorum ac gentium, & unius fidei atqve doctrinæ Apoſtolicæ conſervationem, qvam uno conſenſu prædicat, docet ac tradit, ac ſi uno ore prædita eſſet. Conf. Art. 96.

Nota: Unitatem Eccleſiæ Lutheranæ fruſtra oppugnat Laurentius Forerus in bello Ubiqvitiſtico. Cui ſolidam reſponſionem oppoſuit D. Keslerus An. 1629. ubi oſtendit I. *Non obſtare antiqvum certamen* de Chriſti præſentia, ex actis, qvæ conjunctim repetit Concordia Concors Hutteri oppoſita Hoſpiniano. II. *Nec novam controverſiam* Tübingenſium. Qvam exhibet Deciſio Theol. Saxonicorum, ejusqve Apologia. Confer ſup. Art. 50. & addit, longè plures & graviores reſtare controverſias Jeſuitarum inter ſe, ut & cum Dominicanis: I. An prædeſtinatio ad gloriam facta ſit ex prævisis meritis? p. 743. qvod affirmat Becanus, negat Bellarminus. II. Dominicanorum cum Franciſcanis, de immaculata conceptione B. Virginis, qvam Pontifex non auſus eſt decidere, ſed reſpondit: Cum nondum æterna ſapientia Eccleſiæ ſuæ tanti myſterii penetralia patefecerit, in DEI Romanorumqve Pontificum autoritate debent fideles populi conqvieſcere. vid. ibid. p. 812. &

Bottſacc. de Eccleſia Rom. non unâ. Add. Gerhard. L. de Eccleſ. & Theolog. Exeg. lib. 2. c. 6. §. 2. NB.

Aſſertio II. *Eccleſia vera eſt ſancta*, Eph. 2, 18. Sancta enim eſt Eccleſia non ſolùm *militans*, ſanctitate tùm imputatâ, 1. Cor. 1, 30. ex juſtificatione, Articul. 94. tùm inchoatâ, ex renovatione Artic. 97. verùm etiam Eccleſia *triumphans*, ſanctitate ſcilicet coſummatâ ex glorificatione Artic. 142.

Canon: Sanctitas Chriſtianorum eſt à Chriſto. Videlicet ex Chriſti ſangvine emundante, à Spiritu S. ſanctificante & renovante, ut ſanctificatus intellectus, ſancta voluntas & ſancta poteſtas bonum efficiendi concurrat. Qvam ſanctitatem Chriſtus efficit Eph. 5, 26. per Verbum & Sacramenta 2. Tim. 1, 9. Joh. 17, 17. dum bona oblata fides recipit, ut ſanctitas Chriſti imputata, 1. Cor. 1, 30. ſanctos fructus doctrinæ & vitæ producat, donec ſanctitatem inchoatam ſeqvatur conſummata & perfecta ſanctitas in regno gloriæ.

Aſſertio III. *Eccleſia vera eſt Catholica* ratione loci, temporis & doctrinæ, adeoqve

1. *ratione qvidditatis*, qvemadmodum omnes particulares Eccleſiæ ſunt unum Chriſti templum Catholicum.

2. *ratione qvantitatis*, qvæ omnes Judæos & gentes reſpicit.

3. *ratione qvalitatis*, qvæ Vet. & N. T. Eccleſiam comprehendit ex Articul. 80.

4. *ratione fundamenti* ſalutis catholici, qvod eſt receptio peccatorum in gratiam per CHRISTUM Salvatorem Catholicum una & catholica.

Poriſma 1. Ergò Eccleſia dicitur catholica non tantùm à loco & tempore, ſed inprimis à doctrina Evangelii univerſali, qvæ ſine diſcrimine loci, temporis aut perſonarum ubiqve prædicatur Johan. 4, 21. Matth. 28, 19. Marc. 16, 15. Pſalm. 19, 9. Eſa. XI, 10. & ratione Catholicæ fidei.

Poriſma 2. Ergò Eccleſiæ particulares orthodoxæ ſunt Eccleſiæ catholicæ partes.

Poriſma 3. Ergò Eccleſia Evangelica eſt Catholica.

Poriſma 4. Ergò Eccleſia Romana hodierna non eſt catholica, tùm ob defectionem à doctrina catholica, vid. Nic. Hunnius de Apo-

ſtaſia

ſtaſia R. Eccleſiæ, & ejusdem Pellis Ovina NB. tùm ob Pleonaſmum Traditionum, & ob novorum atqve particularium dogmatum copiam, vid. infra Theol. Polemicam, de Papiſmo. Unde & Evangelici in conventu Auguſtano An. 1555. apud Sleidanum Lib. 26. Pontificios vocant eos, *qvi veteris & catholicæ religionis titulum ſibi ſumunt*, & de facto uſurpant.

Aſſertio IV. *Eccleſia vera eſt Apoſtolica*, qvæ ab Apoſtolis non ratione localis ſucceſſionis, ſed ratione doctrinæ, fidei & profeſſionis appellata eſt.

Canon: Pura verbi prædicatio & legitimus Sacramentorum uſus faciunt Eccleſiam Apoſtolicam.

§. 5. Notæ Eccleſiæ, *per qvas aliis illa innoteſcit, ſive reqviſita externa, ſunt Verbum & Sacramenta, ſive 1. pura verbi prædicatio, 2. Legitima Sacramentorum adminiſtratio. vid. Johan. 10,28. Matth. 28,19. 1. Cor. XI,26. Job. 15,13. Gal. 6,26. 1. Cor. 10, 21. & Actor. 2,42. Qvarum attendenda eſt 1. Natura, 2. Neceſſitas, 3. Sufficientia, excludens Pleonaſmum notarum Papiſticarum.*

Aſſertio I. *Natura notarum reqvirit, ut exactè notent & notificent rem ignotam.* Videatur ſeqvens Aſſertio 3. NB.

Nota 1. Notæ Eccleſiæ habent ſe ad Eccleſiam partim ut cauſa & principium, partim ut effectus diverſo reſpectu: Cauſa formalis, per qvam Eccleſia eſt Eccleſia Chriſti, eſt Verbum Chriſti & ſimul organum colligendi Eccleſiam, cujus membra conſtituit Baptiſmus: adeoqve verbum & conſtituit & conſervat cum Sacramentis Eccleſiam, ex qvo ſolo ipſa adhuc veritatem diſcit: Effectus autem Eccleſiæ jam conſtitutæ eſt verbi prædicatio, qvatenus ipſa per verbum alios docet & informat, & per Sacramenta membra Eccleſiæ multiplicat & confirmat.

Nota 2. Notæ Eccleſiæ in ſtatu Eccleſiæ proprio & florente clariùs perſpiciuntur; in ſtatu verò Eccleſiæ obfuſcatæ & ſervitute preſſæ, ipſæ qvoqve obfuſcantur.

Nota 3. Qvemadmodum civitas ab hoſte obſeſſa nihilominus manet civitas Imperatoris, licèt ſileant leges inter arma, modò ab hoſte liberata publica legum exercitia repetat: Ita Eccleſia manet civitas Dei, licèt tempore perſecutionis publicum miniſterium ſileat; modò in li-

Digitized by Google

bertatem reducta illud non negligat. Qvamobrem & obſcurata Evangelii doctrina ante Lutherum Eccleſiæ Evangelicæ exiſtentiam ſub Papatu non tollit. Confer egregiam Höpfneri diſputationem de Eccleſia vera ſub Papatu, ante Lutherum, nec non ejuſdem Saxoniam Evangelicam.

Aſſertio II. *Neceſſitas Notarum Eccleſiæ diſtincta eſt* ex diſtincta neceſſitate Verbi & Sacramentorum, qvorum illud ſimpliciter neceſſarium eſt omni tempore, tanqvam unicum & perpetuum fidei principium, ex Art. 4. & 5. Hæc verò ſingularem divinitùs determinatæ neceſſitatis gradum admittunt, ex Art. 82. majorem qvidem ratione ordinarii ſalutis medii & Sacramenti initiationis, Art. 87. Minorem verò ratione Sacramenti Confirmationis Art. 88.

Canon: Verbô nunqvam carere poteſt, ſive publicè, ſive privatim prædicato: At Sacramentorum adminiſtratione interdum carere poteſt, in caſu neceſſitatis, (exempló Iſraëlitarum in deſerto) & qvando eſt Tyrannide oppreſſa Eccleſia.

Aſſertio III. *Sufficientia notarum Eccleſiæ Pleonaſmum notarum Papiſticarum ſimpliciter excludit.* Qvod patet ex verarum notarum reqviſitis. Hæ enim notæ (Verbum & Sacramenta)

1. pertinent ad Eccleſiæ officium.
2. Soli Eccleſiæ conveniunt.
3. Notiores ſunt ipsâ re notatâ, ſive Eccleſiâ.
4. reciprocantur cum Eccleſia, ut ubicunqve illa datur, ibi etiam hæ notæ inveniantur, & vice versâ, qvæ ſimul ſunt Eccleſiæ 1. plantandæ media, Eſa. 55, 10. Johan. 3, 5. 2. Eccleſiæ plantatæ privilegia, Johan. 10, 27. 3. Eccleſiæ membrorum γνωρίσματα, Joh. 8, 31. c. 10, 27. Matt. 7, 15. videatur præcedens Aſſertio 1.

Poriſma 1. Ergò *Miracula* non ſunt notæ veræ Eccleſiæ, qvia hodie non ſunt neceſſaria, nec utilia, nec tuta. vide Gerh. de Eccleſ. & Hunnius de Miniſter. Luther. Confer ſup. Art. 25.

2. *Antiqvitas* non eſt nota veræ Eccleſiæ, qvia verbi divini veritate nihil dari poteſt antiqvius. vide ſupra Tractatum proœmialem, de Theol. & Art. 4. & 5.

3. *Rituum conformitas* non eſt vera Eccleſiæ nota, vid. ſupra Articul. 102.

4. No-

4. *Nomen Catholici* non eſt nota Eccleſiæ, ex præced. §.3. qvia non de nominis inani jactatione, ſed de reipſa ex verbo & Sacramentis probandâ h. l. qværitur.

5. *Diuturna duratio* non eſt nota Eccleſiæ, qvia etiam Synagogæ Judaicæ, imò & Diaboli civitati competit. Cujus ſeductio ipſam veritatis divinæ ſcriptionem antecedit, Art. 4. & 5.

6. *Amplitudo* non eſt nota Eccleſiæ, qvia & Gentiliſmo & Turciſmo competit.

7. *Succeſſio continua* localis non eſt nota Eccleſiæ, qvia illa non probat ſucceſſionem doctrinalem, vid. Matt. 23.

8. *Unio externa* etiam regno Satanæ competens Luc. XI. non eſt nota Eccleſiæ, qvia h. l. de interna unione qværitur. vid. Art. 96.

9. *Sanctitas doctrinæ* fruſtra jactatur, ubi doctrina impia & perverſa defenditur. vid. Art. 89. & Hunnii Pellis Ovina.

10. *Sanctitas vitæ* Monaſticæ inanis eſt, dum vita voluntati divinæ adverſa laudatur, vid. ſup. Art. 78.

11. *Efficacia doctrinæ* non traditionum pleonaſmo, ſed veritatis repetitioni tribuenda eſt. vid. Art. 124. ſic Converſio Americanorum per ſymboli Apoſtolici repetitionem facta neqvaqvam additamentis humanis, ſed unicè veritati Evangelicæ aſſignanda eſt. vide Gerhard. de Eccleſ.

12. *Lumen Propheticum* hodie jactare eſt periculoſiſſimum. vid. infra Art. 121.

13. *Confeſſio adverſariorum* eſt inſufficiens, qvam longè rectius urgere poſſunt Evangelici, qvod oſtendit Gerhardi Confeſſio Catholica, & Catalogus teſtium veritatis.

14. *Infelix exitus adverſariorum* eſt nota inſufficiens, qvæ per ſe nihil probat, teſte experientiâ. Niſi forte ex eodem principio veritas Religionis Mahometanæ probanda foret.

15. *Nec felicitas temporalis*, ſed crux & tribulatio Eccleſiæ comes perpetuus eſt, ex Actor. 14. & Johan. 16, 33. In der Welt habt ihr Angſt/ θλίψιν, ita, ut per multas tribulationes pergendum ſit ad regnum cœlorum, Act. 14, 22. durch viel Trübſal/ vid. 1. Theſſal. 3, 3. 1. Pet. 2, 21. vid. ſup. Art. 108. Confer de ſingulis hiſce notis Pontificiis Gerh. Tom. 5. LL. & Confeſſ. Cathol. itemq; Hunnii Pellem Ovinam.

§. 6. Qvia verò Eccleſia porrò certis gaudet privilegiis, ideò & illa accuratiùs attendere decet.

Nota: Privilegia Eccleſiæ patent tùm ex Chriſti beneficiis in genere, ſup. Art. 52. tùm ex ſponſi erga Eccleſiam ſuam amore in ſpecie, ejusq; gratioſâ præſentiâ ſup. Art. 50. & donis variis, conf. Pſal. 68, 17. tùm ex immunitatibus civium Eccleſiæ ſpecialiſſimè, qvę per Verbum & Sacramenta ſingulis offeruntur, conferuntur & applicantur. vid. ſupra Artic. 77. 80. 90 ſeq. Inprimis verò ex ſanctorum Eccleſiæ civium communione, Eph. 4. & unione cum capite atqve univerſo corpore arctiſſima. De qva agit Art. 96.

§. 7. Ad privilegia Eccleſiæ inprimis ſpectat ſingularis poteſtas, *de qva Art.* 115. *agitur*, & inſignis autoritas.

Canon: *Autoritas Eccleſiæ magna qvidem, non tamen major, nec alia, qvàm humana eſt, aut eſſe poteſt.*

Ratio eſt, qvia velut Luna univerſum ſplendorem à Sole, ſic Eccleſia omnem autoritatem à ſole juſtitiæ, ejusqve verbo habet. Cujus autoritatem Eccleſia non efficit, ſed aliis teſtimonio Hiſtorico manifeſtat atq; notificat. Neq; enim domus Dei eſt ipſe Dominus, 1. Tim. 3. nec ſponſa ſponſus, ſed uxor coruſcat radiis Mariti.

Nota 1. *De autoritate* tùm in genere, tùm Scripturæ S. & Eccleſiæ in ſpecie dictum eſt ſupra Articul. 5. & de fundamento fidei, Articul. 3.

Nota 2. *Eccleſia eſt Columna* non Architectonicè, ſed Politicè inprimis, στῦλος, ein Pfeiler/ ornamentum, non fundamentum templi, 2. Reg. 7, 21. columna, qvæ ſtat erecta, à στάω, unico fidei fundamento, 1. Cor. 3, 9. Eph. 2, 20. & petræ ſalutis Jeſu Chriſto ſuperſtructa, Matth. 16. tabulas publicas cuſtodiens & lectorum oculis exponens. Ubi conſpicitur ſimul graphium γραφεῖον. Conf. Job. 19, 24. Pſal. 45, 2. ſive ſtylus ferreus, qvô veteres in cereis pugillaribus ſcribere ſolebant (ein Griffel) ſenſum divinum ex Prophetarum & Apoſtolorum ſcriptis lectori exhibens: & ſtylus curſum ſolis juſtitiæ in ſolario ſive horologio ſolari oſtendens. (an der Sonnen-Uhr.) Sic ſolarium eſt Horologium multò omnium optimum & veriſſimum, die allerbeſte und gewiſſeſte Uhr. *Et ſtabilimentum veritatis* (ab ἑδραιόω, ſtabilio, dicitur, ἑδραίωμα, eine

Grund-

Grundfeſte/ab ἑδραῖος, ſtabilis, firmus, 1.Cor.15, 58. ἕδρα enim eſt ſella & baſis, ab ἕζομαι ſedeo, hoc verò ab ἕω pono. Nam in cathedra ordinaria, cui concredita ſunt λόγια τῦ θεῦ, Rom.3. & oracula veritatis infallibilis, uti olim in cathedra Moſis, Matth.23. de jure aſſervatur orthodoxia: Labia Sacerdotis debent cuſtodire ſcientiam, Mal.2, 7. דעת. Sed de facto ſæpiſſimè fit contrarium. Et ſtylò labefactatò, atqve neglecto ſolis curſu, ſimul errat, & alios errare facit corruptum Horologium.

Nota 3. *Autoritas totius Ecclesiæ viſibilis*, adeoqve & Patrum & Conciliorum (de qvibus agit Articul. 114.) ad normam verbi revelati reſtricta eſt, Eſa. 8, 20. Gal. 6. Hanc enim qvamdiu retinet, tamdiu manet infallibilis, dum à Spiritu S. deducitur in omnem veritatem, Johan. 16, 13.

Nota 4. *Reſtrictio* & obligatio Eccleſiæ ad ſummi Paſtoris vocem infallibilem Johan. 10. eo ipſo poſſibilitatem erroris in illo cœtu, qvi vocem Paſtoris per oſcitantiam negligit, evidentiſſimè oſtendit.

Nota 5. *Prædicata Apoſtolica* 1. Tim. 3. qvæ competunt Eccleſiæ Catholicæ, tamdiu verificantur de qvavis Eccleſia particulari, qvamdiu illa vocem ſummi Paſtoris ſeqvitur.

Nota 6. *Privilegium non errandi* competit

I. *Eccleſiæ univerſali propriè & determinatè*, ratione fundamenti fidei. vid. ſup. Art. 3. ubi nec portæ inferorum, πύλαι ᾅδυ, Die Pforten der Höllen/prævalent, Matt.16,18. & qvicqvid vel conſilio, vel viribus tentare poteſt regnum Satanæ, ejusqve propugnaculum & palatium, Luc. XI. & univerſa ὀχυρώματα 2. Cor. 10, 4. מבצרות (ὀχυρὸς, munitus, firmus, tutus, ab ἔχω, firmiter teneo) NB. die Befeſtungen und Anſchläge/ v.5. Nam κατισχύω eſt invaleſco & prævaleo, überwältigen und gewaltiger ſeyn/ ex ἰσχὺς robur, ab ἴς, fibra, robur, vis, & ἔχω. Unde ἰσχυρὸς, qvem vincit ἰσχυρότερος, der Stärckere/ der noch weit mehr Stärcke hat/ Luc. XI,22.

II. *Eccleſiæ particulari infallibilitas tribuitur conditionatè*, ſcilicet qvatenus illa verbum Chriſti audit & cuſtodit, Johan. 10. *Neqvaqvam verò abſolutè* & ſimpliciter, 1. qvia cuſtodia veritatis commendatur Eccleſiæ cum comminatione ablationis, niſi vigilaverit, vide Apoc.

Digitized by Google

Apoc. 2. Matt. 25, 5. 2. Aliàs ſeductio per Antichriſtum eſſet impoſſibilis, vid. 2. Theſſ. 2, 10. & infra Art. 116. 3. Contrarium oſtendit experientia Eccleſiæ Epheſinæ, Antiochenæ &c. 4. Unde & Eccleſia Romana nullum infallibilitatis habet præ aliis Eccleſiis particularibus privilegium.

Nota 7. *Autoritas Eccleſiæ*, qvam urgebat Auguſtinus adhuc Manichæus (dicens: Evangelio non crederem, niſi Eccleſiæ Catholicæ me *commoveret* autoritas) reſpicit 1. non Eccleſiam Romanam, ſed univerſam; 2. non credendi principium, ſed anſam & occaſionem, 3. non id, qvod movet ſimpliciter, ſed qvod aliqvo modo *commovet*. *Motivum* enim eſt illud, qvod immediatè ſvadet intellectui veritatem objecti. vid. Lugo, de virtute fidei div. diſp. 1. Sect. 3. §. 32. qvod verò commovet, illud per ſe non movet, ſed cum alio conjunctum movet. Sic mulier Samaritana, ejusqve teſtimonium & narratio Hiſtorica atqve invitatio, erat *credendi occaſio*, ad fidem 1. humanam & hiſtoricam civibus Samaritanis, 2. deinceps verò ad ſalvificam fidem, ſcilicet verbum Chriſti per mulierem repetitum. Verbum verò ab ipſo Salvatore auditum erat principium credendi ſalvificum, ex qvo demum orta fuit ſcientia ſalutaris. vid. Joh. 4. Ubi oſtenditur

1. *Relatio Hiſtorica*, cum invitatione v. 29. venite, videte hominem. Num hic eſt ille Chriſtus?
2. *Fides Hiſtorica*, cujus fructus eſt abitus ad Chriſtum, v. 30.
3. *Fides ſalvifica*, crediderunt in eum, v. 39.
4. *Occaſio credendi*, mulieris teſtimonium, μαρτυρούσης, v. 39.
5. *Credendi principium*, vox Salvatoris, qvod dixiſſet omnia v. 39.
6. *Credentium exemplum*. Multò plures crediderunt διὰ τὸν λόγον αὐτοῦ, propter ſermonem ipſius, v. 41.
7. *Fidei incrementum*, v. 42. dicebant mulieri: *Jam non propter tuam orationem credimus.* Ipſi enim audivimus, *&* *ſcimus* (NB. ſalvificè Job. 19. certiſſimè, non ex teſtimonio humano, ſed ex principio fidei divino, & prorſus infallibili) qvod hic eſt verè Salvator mundi Chriſtus. Cujus verbum eſt verè verbum DEI, NB. 1. Theſſ. 2, 13. Confer de gradibus certitudinis Theol. Exegeticam NB. Idem fatetur Jacobus Reihing in Laqveis Pontif. contritis, ubi ait: Ego celebratiſſimæ vigilantiſſimæq; inter Pontificios ſectæ *Jeſuiticæ* ſectator fui. *In hanc Evangelicorum*

rum de Scripturæ ſententiam ipſius Scripturæ claritas, plenitudo & majeſtas, luculentiſſimis ſuis ac ipſo meridie lucidioribus teſtimoniis me pertraxit. Confer Hiſtoriam hujus converſionis memorabilis, nec non Principis Georgii Anhaltini, Petri Pauli Vergerii, Franciſci Albani, Antonii de Sandoval, & ipſius Imp. Caroli V. Confeſſionem repetitam in libello, cui Tit. Wunderliche Güte/ part. 2. & Converſionem Chriſtiani Gerſonis à Judaiſmo. ſup. Art. 5. §. 17. NB. pag. 223. nec non converſionem Philoſophi in Concilio Niceno Theol. Polem. Tract. 3. §. 5. NB.

§. 8. Qvæ verò hactenus de Eccleſia dicta ſunt, illa etiam Eccleſiæ membra certo reſpectu attinent. *Nam* membra Eccleſiæ dantur diſtincta. Externa *ſunt boni & mali, Matth. 22. & c. 13.* Interna *verò fideles, genuini ejusdem cives, viventes vel in ordine Eccleſiaſtico, de qvo Art. 118. vel Politico, de qvo Artic. 127. vel Oeconomico, Art. 128. ratione ipſius fidei inviſibiles.*

Nota 1. Peccatores ſunt qvidem in Eccleſia, non verò de Eccleſia, licèt verbum audiant & Sacramentis utantur. Proinde, qvando Patres negant, peccatores eſſe in Eccleſia, tunc reſpiciunt viva Chriſti membra ab ipſo tanqvam à capite ſuo dependentia, & de influxu ſalutari participantia.

Nota 2. Eccleſiæ cives decet conſenſus ſanctitatis & fidei. Nam ſanctitas ſine fide facit hypocritas, & fides imaginaria, qvæ eſt ſine ſanctitate, Epicureos efficit, Jacob 2.

Nota 3. Reqviſita civis Eccleſiæ & τεκμήρια ſunt ſanctitas & Fides, qvorum illa reſpicit vitam, hæc religionem.

Nota 4. Ad civem Eccleſiæ plura & majora pertinent, qvam aditus ad Eccleſiam, videlicet fides in Chriſtum, gratia Dei, adoptio & Spiritus Sancti inhabitatio.

Nota 5. Membrorum Eccleſiæ diſtinctæ dantur claſſes, infra Articul. 118.

§. 9. Membra Eccleſiæ, cum univerſo corpore myſtico, variis mutationibus obnoxia ſunt in hoc mundo. *Qvod oſtendunt Eccleſiæ 1. diſtinctio, 2. repræſentatio, 3. duratio, 4. ſtatus, 5. ſeminaria, 6. Hoſtes.*

§. 10. Diſtinctio Eccleſiæ partim univerſum corpus, partim diſtincta ejus membra attinet. *Eſt enim Eccleſia*

I. *vel univerſalis*, ſive Catholica: *vel particularis:* ſive illa ſit Orientalis, ſive Occidentalis; ſive Septentrionalis, ſive Meridionalis.

II. *vel viſibilis vel inviſibilis. Viſibilis* eſt Eccleſia vocatorum in oculos incurrens, in qva electis multi admixti ſunt hypocritæ, Matt. 22. c. 13. vid. Luc. 18, 8. 2. Tim. 2, 20. *Inviſibilis eſt cœtus electorum*, cujus ſplendor ab intus eſt, nec tam facile in oculos cujusvis incurrit, cum fides ipſa ſit inviſibilis, Pſal. 45. etiamſi homines ipſi & externus cultus in oculos incurrant, Matth. 18, 17. Rom. 16, 1. una cum Sacramentorum diſpenſatione, & miniſtris verbum annunciantibus. Confer 2. Tim. 2, 20. & 1. Reg. 19, 10. 19.

III. *Eccleſia alia eſt Veteris, alia N. Teſtamenti*, Judæorum & Gentilium, ſupra Articul. 80.

IV. *Eccleſia alia eſt militans* in his terris, alia *triumphans* in cœlis: Illa hic præparatur, ut illic glorioſa exhibeatur, vid. infra Artic. 142. & 2. Cor. 5, 6.

§. 11. Repræſentatio *Eccleſiæ conſpicitur tùm in conciliis, de qvibus ſeq. Artic. 114. tùm in regimine Eccleſiæ, 1. Tim. 4, 14. Articul. 115.*

§. 12. Duratio *& perpetuitas Eccleſiæ, usqve ad mundi finem & Chriſti adventum, 1. Cor. XI, 26.*

1. non eſt peculiare alicujus Eccleſiæ particularis privilegium certo loco alligatum; (ſolet enim removere Candelabrum verbi ab ingratis judex ſeveriſſimus, Apoc. 2, 5.) ſed commune Eccleſiæ V. & N. T. ſive Eccleſiæ Catholicæ attributum.

2. non abſoluta ſed reſtricta ad ordinem credentium, qvi Chriſto per fidem adhærent.

3. ideoqve non tam ratione membrorum viſibilium, qvàm inviſibilium Eccleſiæ competit, Matt. 16, 18. c. 28, 20. 1. Reg. 19, 18.

4. Proinde ruinam Eccleſiæ viſibilis, Joh. 3, 2. c. 19, 38. tempore Anti-Chriſti Apoc. 12, 6. 2. Theſſ. 2. Eliæ 1. Reg. 19, 14. & paſſionis Chriſti, Matt. 26. adeoqve errandi poſſibilitatem & deformationem atqve apoſtaſiam Eccleſiæ particularis non negat, vid. Art. 116.

§. 13. Sta-

Digitized by Google

§. 13. Status Eccleſiæ *conſideratur reſpectu vel diſtinctæ ætatis, vel vigoris & externæ tranqvillitatis.*

Nota 1. *Reſpectu ætatis diſtinctæ* Eccleſia ſuam habet infantiam in Vet. T. adoleſcentiam tempore Chriſti & Apoſtolorum, adultiorem ætatem hodie. Unde conditio Eccleſiæ N. Teſtam. melior qvàm V.T. apparet, ſup. Art.80.

Nota 2. *Reſpectu vigoris* & externæ tranqvillitatis ſtatus Eccleſiæ alius datur florens, cujus reſpectu vocatur civitas in monte conſtituta, Matt.5,14. alius preſſus, vid. Apoc.12,6. & Art.116.

Nota 3. *Status Eccleſiæ florens gaudet ordine & regimine externo* ad normam verbi divini reſtricto. Qvi conſpicitur extraordinariè in conciliis Art.114. ordinariè in Presbyteriis & Conſiſtoriis, Art.115.

Nota 4. *Status Eccleſiæ preſſus* reſpicit ejus 1. perſecutionem, 2. deformationem, 3. reformationem.

Nota 5. *Perſecutio* Eccleſiæ alia datur violenta Tyrannorum, vid. ſup. Art.108. alia fraudulenta Hæreticorum, Matt.7. vid. Theol. Polemica; alia mixta Anti-Chriſti, inf. Art.116.

Canon: Perſecutio eſt nota falſæ Eccleſiæ, qvæ veram Eccleſiam à falſa diſtingvit. NB. Joh.16,1.

Nota 6. *Deformatio* Eccleſiæ reſpicit tàm doctrinam, qvàm vitam, de qva Art. 116.

Nota 7. *Reformatio* oſtendit deformationis remedia & mutationem, de qva Art.117.

§. 14. Seminaria Eccleſiæ ſunt ſcholæ *tàm particulares, qvàm univerſales ſive Academiæ, in qvibus id, qvod in Eccleſia publicè docetur, & privatim à parentibus repetitur, Deut. 6. exactiùs proponitur & addiſcitur. vid. Gieſenium de Academiis.*

§. 15. Hoſtis Eccleſiæ ejusqve Capitis eſt caput ſerpentis infernalis, *Geneſ.3. & ſemen ſerpentinum, civitas Diaboli & Synagoga Satanæ, cujus incolæ ſunt tyranni, hæretici & omnes adverſarii veritatis. Qva de re agit Articulus 116. & Auguſtinus in libris de Civitate DEI NB. Confer infra Theolog. Polemicam & Lutherum in cap.3.4. & XI. Geneſeos, nec non Höpfneri Diſputatio-*

Digitized by Google

tationem de Eccleſiæ veræ in Papatu conſervatione. I
antitheſin mundi & diſcipulorum Chriſti, Joh. 15,
Non enim omnes & ſinguli de mundo ſunt, qvi in m
Johan. 17, 11.16.

§. 16. Pleniorem hujus Articuli exegeſin,
atqve autorum catalogum exhibet Gerhardus in Loc.
nec non Manuale Theolog. German. Articul. 113. & S
log. Bald. in 4.

ARTICULUS CXIV.
De Regimine Eccleſiaſtico,
Eccleſia Repræſentata in Conciliis, ub
de Colloqviis Theologicis agitu

Si frater tuus non audierit te & teſtes, dic Eccleſiæ
Confer Actor. 15, 6.

§. 1.

QVia *Eccleſiam conſtituunt homines viſibiles, ide*
qviritur ordo & externum regimen, non Monar
Ariſtocraticum, tùm ordinarium per Presbyterium, vi
tùm extraordinarium, per concilia, juxta normam ve
fallibilis, ad DEI gloriam, εὐταξίαν publicam, 1. Co
dali excluſionem Rom. 16, 17. & Eccleſiæ incrementu
Actor. 9, 31. Cujus objecta *ſunt 1. exercitium ve*
2. conſervatio diſciplinæ, 3. adminiſtratio bonorum
rum. Unde Eccleſia repræſentativa *vocatur congr*
rum, & eorum, qvi Eccleſiam ſyntheticam in ſolenni
Concilio repræſentant.

§. 2. Concilium *à conciliando deductum, ho*
mè convocatorum Chriſtianam conciliationem reſpic
fidem, ſive qvoad mores aut ceremonias excitata fueri

Nota 1. Ut fiat conciliatio, reqviritur convocatio

Digitized by Google

tio: Calator enim dicebatur κλητὴς vocatus, ἀπὸ τοῦ καλεῖν, & ſervus, qvi ob neceſſitatem ſervitutis ſemper vocari poterat.

Nota 2. *Concilium* etiam vocatur *Congregatio*, ſive multorum & diverſorum virorum in unum gregem coactio: & *Synodus*, ſive conventus, ubi ὁδὸς via diſtinctorum ad unum terminum dirigitur. Qvemadmodum & conjunctio Lunæ & Solis ſive novilunium vocatur Synodus.

Nota 3. *Concilium* h. l. non impiorum aut hæreticorum, ſed orthodoxorum inprimis attenditur. vid. Pſal. 1, 1. 2.

§. 3. Concilium Eccleſiaſticum *eſt totius Eccleſiæ in membris ſuis præcipuis repræſentatæ cœtus, à DEO, per ſuperiores congregatus*, ſive eſt conventus publicus, communi Eccleſiæ conſenſu à Magiſtratu extraordinariè indictus, *ut nomine omnium Eccleſiæ membrorum, juxta infallibilem Scripturæ normam tam errores in doctrinâ, qvàm abuſus atq; ſcandala vitæ cum diſſenſu de ceremoniis, examinentur & dijudicentur ad DEI gloriam, veritatis confirmationem atqve Eccleſiæ ædificationem.*

§. 4. Cauſa efficiens eſt Deus, *Act. 15, 28. per homines agens & per Magiſtratum convocans, Pſal. 2, 10. & 24, 7. Eſa. 49, 23. Devt. 17, 18. Rom. 13. 1. 1. Pet. 2, 13. 2. Chron. 29, 5. 21. 27. 30. c. 30, 1. 6. 12. ſi detur orthodoxus, 1. Cor. 6, 1. 2. cujus defectum ſupplet Eccleſia Act. 15, 2. c. 20, 28.*

§. 5. Convocati & Convocandi *ad Concilium de jure ſunt omnes Eccleſiæ ordines, nullo excepto. vid. §. 7. NB. Inprimis verò perſonæ idoneæ concilium conſtituentes, videlicet Præſes atq; Aſſeſſores §. 7.*

Obſervatio 1. Eccleſia eſt multitudo fidelium, qvi reguntur verbo, ejusqve ductum in dijudicandis fidei controverſiis unicè ſeqvuntur.

Obſ. 2. Epiſcopi & Prælati non conſtituunt totam Eccleſiam, ſed ejus tantùm aliqva pars ſunt. Proinde opiniones & facta eorum toti Eccleſiæ nihil præjudicare poſſunt.

§. 6. Objectum *tractandum in Conciliis ſunt res non Politicæ,*

Digitized by

cæ, ſed Eccleſiaſticæ attinentes 1. doctrinam, 2. mores, 3. Ceremonias Eccleſiaſticas, ſive adiaphora, Act. 15, 19. 20.

§. 7. Forma eſt ordo & legitimus Concilii proceſſus, *ubi tàm loqventes, qvàm auditores, qværendo, reſpondendo, deliberando, decidendo, diſputando, concludendo & promulgando decenter faciunt qvisq; ſuum officium. Confer Actor. 15. qvod oſtendit* I. Præſidem *non tantùm* 1. ſummum, *qvi eſt Chriſtus; ſed etiam* 2. inferiorem, *qvi eſt Magiſtratus orthodoxus aut ipſius delegatus, in ſtatu videlicet Eccleſiæ florente: ſi verò is ſit perturbatus, hoc officio fungitur unus, vel plures, qvibus Eccleſia hoc munus commiſit. Nec non* 3. directivum, *videlicet Doctores præ cæteris donis eminentes;* II. Aſſeſſores, *qvi non tantùm Epiſcopi, ſed etiam omnes fideles in religione ſufficienter inſtructi ſunt, vid. Act. 15, 6. & literarum S. periti, ſive clerici dicantur, ſive laici, ad Concilium miſſi ab Eccleſiis particularibus, Rom. 14, 12. 1. Johan. 4, 1. 1. Cor. 2, 15. c. 10, 15.*

Canon 1. In omni Concilio Chriſtiano invitandus eſt per preces Chriſtus, Judex atqve Præſes ſummus, qvi gratioſam Eccleſiæ præſentiam promiſit Matt. 18. c. 28. atqve Spiritus Sancti aſſiſtentiam, qvi nos deducit in omnem veritatem, Johan. 14. c. 16.

Canon 2. Spiritus S. controverſiarum Judex infallibilis adhuc loqvitur in Conciliis, non qvidem immediatè, ſed per verbum revelatum. vid. 1. Cor. 2, 13. & ſupra Artic. 5.

Canon 3. Definitio ſententiarum non ad Epiſcopos ſolos, nec ad miniſterium ſolùm, ſed ad totam Eccleſiam pertinet, Matt. 18.

Poriſma 1. Ergò ad Eccleſiæ Apoſtolicæ exemplum in Conciliis legitimè convocatis non tantùm Epiſcoporum, ſed & Imperatorum ac qvorumvis Laicorum vota ſunt admittenda.

Poriſma 2. Ergò neqvaqvam ſoli prælati in Conciliis habent jus ſuffragii deciſivi ordinariè, neqve eorum proprium munus eſt definire credenda & agenda.

§. 8. Norma decidendi *eſt Scriptura Sacra Canonica, vid. 2. Pet. 1, 19. Eſa. 8, 20. Gal. 6, 16. qvæ ſola eſt unicum univerſæ reli-*

religionis Chriſtianæ principium infallibile & perfectiſſimum. vid. tract. procœmial. de Theologia §. 5. & ſupra Artic. 3. & 5 & de judice controverſiarum ibidem. Contra abſurdam Gretſeri provocationem.

Poriſma 1. Ergò judicium Scripturæ neqvaqvam dependet à judicio Eccleſiæ, multò minus à judicio R. Pontificis. vid. ſupra Artic. 113. §. 4. NB. & §. 7.

Poriſma 2. Ergò Concilii etiam ex ipſa Scriptura S. definientis autoritas neqvaqvam avthentica, ſed ſolùm miniſterialis eſt, ideoqve nec Conciliorum deciſio aut confeſſio, ſed ſola Scriptura S. facit, ut Articulus fidei aut doctrinæ, qvi in Concilio definitur, credendus ſit. vid. ſup. Art. 3.

Poriſma 3. Ergò & Confirmatio R. Pontificis nullam Conciliis infallibilitatem conciliare poteſt. Conf. ſup. Art. 113. §. 4. NB. & §. 7.

§. 9. Finis *Conciliorum ſummus eſt Dei gloria; proximus verò veritatis confirmatio & Eccleſiæ ædificatio.*

§. 10. Diſtinctio Conciliorum *varia eſt. Dantur enim Concilia*

I. Provincialia unius regionis ſive certæ provinciæ.

II. Diœceſana, unius diœceſeos, etiamſi plures dentur unius provinciæ Diœceſes. Nam διοικέω eſt adminiſtro (& ſeorſim habito) ex οἶκος domus, ab ἔχω habeo & habito, unde διοίκησις adminiſtratio, 2. Cor. 5, 1.

III. Nationalia diverſarum regionum unius Nationis.

IV. Oecumenica ſecundum qvid. Reqviſita verò Concilii Oecumenici ſunt, ut illud ſit generale, liberum & Chriſtianum, frey/ Chriſtlich/ Deutſch. vid. Luth. Tom. 8. Jen. G. f. 209. qvale non fuit Tridentinum. vid. Cauſas recuſati Concil. Trident. item, Stattliche Außführung Proteſtantium, Hülſemanni Anti-Hagerus. Conf. Hiſtoriam Conc. Trid. Petri Svavis & Examen Chemnicii. (Nec non de Synodo Dordracena Hunnium de fundamentali Diſſenſu.)

Nota : Ex Tomis Conciliorum ſummam exhibent Centuriæ Magdeburgenſes. Confer ſummam Geſneri & Caranzæ. Et Canones Conciliorum, Scholiis, Notis ac Hiſtoricâ Actorum diſſertatione illuſtra-

ſtratos, per Chriſtianum Lupum, Iprenſem, Profeſſ. Lovan. Lovanii in 4. Anno 1665.

§. 11. *Affectiones Conciliorum ſunt 1. Neceſſitas, 2. Utilitas, 3. Autoritas.*

Aſſertio I. *Neceſſitas Conciliorum non eſt abſoluta*, ita ut ſine illis non poſſint convinci aut damnari Hæretici, vel etiam Reformatio Eccleſiarum inſtitui, contra Pontif. & Calvin. vid. Balduini Præfat. Comment. in 1. Epiſt. ad Corinth. & infra Art. 117. qvod patet ex Scripturæ perfectione, 2. Tim. 3, 15. perſpicuitate Act. 17, 11. judicandi munere & poteſtate 1. Theſſ. 5, 20. & exemplis contrariis, vid. Act. 8, 9. 1. Tim. 2, 20. 2. Tim. 1, 15. & ſupr. Artic. 5. Imò nec ad finiendas Controverſias ſufficiunt Concilia. vid. Hunnii Conſultatio de Disſidio Religionis, & infra Proceſſum Diſputandi de Convictione Adverſariorum.

Aſſertio II. *Utilitas Conciliorum* magna, non tamen ſimpliciter qvovis tempore æqvalis eſt. vide Aſſertionem I.

Aſſertio III. *Autoritas conciliorum ingens, non tamen niſi humana eſt.* NB ſupra Artic. 113. §. 6.

Nota 1. Autoritas Conciliorum non eſt infallibilis. Qvod probatur ex negata infallibilitate Eccleſiæ ſup. Art. 113.

Nota 2. Autoritas Conciliorum non eſt divina, ſed humana, & miniſterialis Scripturæ ſubjecta.

Nota 3. Concilia errant ſæpisſimè. Conf. Art. 113.

Nota 4. Papæ autoritas Conciliis infallibilitatem, qvam ipſe non habet, dare non poteſt.

Nota 5. Multa Concilia à Papa confirmata graviter errarunt, ut Baſileenſe, Conſtantienſe, Tridentinum, &c.

Nota 6. Totum Concilium Oecumenicum Nicenum erravit, cui rectè ſe oppoſuit unicus Paphnutius. vid. Centur. Magdeb.

§. 12. Cognata Conciliis ſunt Colloqvia Theologica, *qvæ ſunt velut epitome, ſumma & Conciliorum, idea, umbra & compendia. De qvibus vid. Förſterus & Hutterus in Irenico, & Manuale Theol. Art. 114. NB. qvæ vel cum manifeſtis veritatis adverſariis, vel etiam inter veræ religionis ſocios inſtituuntur, qvorum cauſæ & attributa ex natura Conciliorum patent. Confer de pro-*

ceſſu

Digitized by Google

ceſſu Colloqviorum infra Theol. Polemicam Tract. de Proceſſu diſputandi, ubi abſurda Gretſeriana examinantur.

Obſerv. 1. Colloqvia amica de rebus divinis in primitiva Eccleſia inſtituebantur in publico conventu. vid. 1. Cor. 14. qvorum certas regulas præſcribit Apoſtolus.

Obſerv. 2. Colloqvia Theologica interdum etiam ad audiendos & convincendos Hæreticos inſtituta ſunt, teſte Hiſtoria Eccleſiaſticâ.

Obſerv. 3. Norma Colloqviorum Theologicorum unica eſt Scriptura Sacra, ex Art. 5.

Obſerv. 4. Placidorum Colloqviorum hæc conſvetudo eſt, ut non unus duntaxat loqvatur, ſed & alii, qvibus Deus dedit facultatem, qvæ ſana & recta ſunt dextè proponendi, audiantur, idqve

1. propter utilitatem, 2. neceſſitatem, 3. periculum.

Obſerv. 5. Colloqvia Theologica non ſufficiunt ad tollendas controverſias. vid. Hunnii conſultatio de Religionis diſſidio.

§. 13. *Reliqva huc ſpectantia, nec non Hiſtoriam Colloqviorum offert Manuale Theol. Art. 114.*

ARTICULUS CXV.

De Eccleſiæ Poteſtate, ejusqve Exercitio in Conſiſtoriis, nec non de Jure Epiſcopali & Patronatus.

Poteſtatem mihi dedit Dominus, 2. Cor. 13, 10. ἐξουσίαν. NB. vid. ſupra p. 335. NB.

§. 1.

E*ccleſiæ conceſſa eſt à DEO poteſtas Eccleſiaſtica. Qvænam ergò illa ſit, qvalis & qvanta, oſtenditur h. l. ubi & poteſtas ipſa Eccleſiaſtica, & ejus exercitium in Conſiſtoriis conſideratur.*

Canon 1. *Poteſtas Eccleſiaſtica & dominatio Politica ſunt diſtinctiſſima:* neqve enim illa coactiva eſt ad fidem cum deſtructione, ſed ad emendationem, vid. 2. Cor. 13, 10. Confer Luc. 9, 55. eſtqve poteſtas

Digitized by Google

ſolùm ordinis atqve jurisdictionis, ab ordine & clavibus Eccleſiæ dependens, non verò ab armis aut gladio.

Canon 2. *Poteſtas Eccleſiaſtica generalis cum jurisdictione Epiſcopi ſpeciali non eſt confundenda.*

Canon 3. *Imperium Politicum non competit miniſtris Eccleſiæ.* vid. Luc. 22, 26. Vos non ſic; & 1. Pet. 5, 3. œconomum 1. Cor. 4, 1. non decet dominium.

§. 2. Poteſtas Eccleſiæ *reſpectu diſtinctorum objectorum diſtincta eſt. Et reſpicit 1. Dogmata, 2. Leges ad εὐταξίαν facientes, 3. Conventus, 4. Claves regni Cœlorum.*

Aſſertio I. De poteſtate dogmatica. Poteſtas attinens dogmata complectitur 1. Verbi divini cuſtodiam, 2. Communicationem, 3. Interpretationem, 4. Applicationem vel ad ignorantes, vel ad errantes ſive in doctrina, ſive in moribus. Hoc reſpectu Eccleſia dicitur columna & firmamentum veritatis, 1. Tim. 3. vid. ſup. Art. 113. §. 6. NB.

Canon 1. Poteſtas Eccleſiæ nova conſtituendi dogmata aut mutandi Sacramenta divinitùs inſtituta nulla eſt ex art. 3. 82. & 88.

Canon 2. Judicium Eccleſiæ qvoad controverſiarum deciſionem non niſi miniſteriale eſt juxta vocem ſcriptam ſummi Judicis præciſè ferendum, ex Art. 5.

Canon 3. *Antidotum Schiſmatis præſentiſſimum eſt creberrima Collegiorum Theologicorum convocatio*, & unanimis deciſio novarum opinionum juxta normam Spiritus S. infallibilem, in libris Symbolicis repetitam. Confer exemplum Elect. Sax. Auguſti, & Johannis Georgii I. ex Formul. Concord. & deciſione controv. Rathmannianæ & Tubingenſis notum, & Formul. Conc. initium: So viel die Trennung in Glaubens Sachen belanget/ halten wir vor den einhelligen Conſenſ unſere Symbola &c. nach dieſer Anleitung ſollen alle Lehren angeſtellet/ und was derſelben zuwider/ als unſers Glaubens einhelliger Erklärung entgegen/ verworffen und verdammet werden. vid. Theol. Polemicam de Form. Conc. & Hutterum in Conc. Conc.

Aſſertio II. De Poteſtate Nomicâ. Poteſtas Eccleſiæ, qvæ leges ad εὐταξίαν Ceremoniarum & adiaphororum ferendam attinet, neqvaqvam eſt Politica, ſed Eccleſiaſtica. vid. art. 102. & Meiſnerum de Legibus. Confer εὐσχημοσύνην, 1. Cor. 14, 40. 26.

Canon:

Canon: Non eſt penes Eccleſiam, vel ullum hominem aut Angelum, Leges de Articulis fidei aut cultu divino interno condere, ſed hoc ſolius Dei eſt. vid. art. 5. & Theol. moral. part. 1. de 1 præcepto.

Nota 1. Magiſtratus habet jus ferendi leges Eccleſiaſticas non pro arbitrio, aut in gratiam adverſariorum Actor. 15, 2. Gal. 5, 2. c. 2, 5. ſed juxta præſcriptum Scripturæ, & rectam rationem.

Nota 2. Leges Eccleſiaſticæ Conſcientias directè non obligant, ſed ſolùm indirectè, qvatenus earum violatio fit cum contemtu Magiſtratus & Miniſtrorum verbi, ſtudio ſingularitatis, non ſine ſcandalo.

Nota 3. Transgreſſores legum Eccleſiaſticarum vel ſchiſma vel offendiculum pariunt, & propterea diſciplinâ Eccleſiaſticâ ſunt coërcendi.

Aſſertio III. De poteſtate convocatoriâ. Poteſtas Eccleſiæ indicendi conventus ſacros tùm ordinarios tùm extraordinarios, videlicet Concilia, ut & Colloqvia Theologica, non abſoluta eſt, ſed limitata, uti patet ex præced. Art. 114.

Aſſertio IV. De poteſtate clavium. Poteſtas Eccleſiæ circa claves eſt ſingulariſſima. vid. art. 125. & 126.

§. 3. Exercitium *poteſtatis Eccleſiaſticæ conſpicitur non modò in objectis ante enumeratis, ſed etiam in Collegio ordinario, qvod vocatur Conſiſtorium.*

Nota: Conſiſtorium vocatur vel ipſe locus, vel aſſeſſorum conventus, à conſiſtendo dictus. Conſiſtere verò eſt permanere, ſubſiſtere, & in judicio ſtare, & JCtis valere, utile & efficax eſſe. Confer Carpzovii Jurisprudentiam Eccleſiaſticam.

§. 4. Conſiſtorium eſt judicium Eccleſiaſticum, *autoritate ſummi Magiſtratus conſtitutum, ubi aſſeſſores tàm Theologi, qvàm Politici cauſas Eccleſiaſticas ſive religionem ſive conſcientiam attinentes juxta normam verbi divini infallibilem ad DEI gloriam, & εὐταξίας decidere & poſſunt & debent. De qvibus vid. Conſtitutiones Eccleſiaſticæ Auguſti, Saxoniæ Electoris verè incomparabilis:* Kirchen und *Conſiſtorial*-Ordnung.

Digitized by Google

Aſſertio I. *Conſiſtorium eſt medium inter duo extrema uti neceſſarium, ita longè utiliſſimum.*

Ratio eſt, qvia duo ſunt monſtra, qvorum unum eſt Papa-Cæſariatus, qvando Eccleſiaſticæ perſonæ poteſtatem ſecularem ſibi arrogant, & Cæſareo-Papatus, qvando ſeculares dominium in Eccleſiaſticas perſonas ſibi rapiunt. Qvibus feliciſſimè occurrit Conſiſtorium. vid. Conſiſtorial-Ordnung A. M. c. 1. Denn ohne Chriſtliche Kirchen-diſciplin kan weder Lehr noch Ceremonien / weder das Miniſterium, noch Zucht und Erbarkeit im gemeinen Leben / wie Chriſtlich und eiferig man es auch meyne unverletzt erhalten / oder die bey den Viſitationibus erkundigte Mängel und Gebrechen an Lehrern und Zuhörern nachdrücklich abgeſchaffet werden / welches denn auch die täglich vorfallenden Sachen / ſo der jährlichen Viſitation nicht erwarten können / und derowegen Noth und Aergerniß halber / ſchleunige Erörterung erfodern / vielfältig weiſen.

Aſſertio II. *Conſiſtorium eſt forum competens clericorum.* Unde & in Conſiſtoriis Eccleſiaſticis perſonæ Eccleſiaſticæ tanqvam coram judice ſuo competente ſtare tenentur: qvarum cauſa ita ibi agitur, ut prima qvidem inſtantia ſit apud Epiſcopum ſeu Antiſtitem Eccleſiæ, qvem vulgo Superintendentem vocant, penes qvem eſt inſpectio, directio & deciſio. Confer inf. Art. 122. §. 3. ſed ordinariè absqve ſumtu vel literis; poſtea verò ſi vel componi ibi neqvit negotium, vel rei gravitas altiorem indaginem reqvirat, ad Conſiſtorium remittatur.

Aſſertio III. *Judicium Conſiſtoriale eſt conjunctum.* Nam in Conſiſtoriis Eccleſiaſticis judices ſunt ex Eccleſiaſticis & Politicis perſonis mixti, ad exemplum veteris Synedrii Hieroſolymitani, Devt. 17, 8. 2. Paralip. 19. & aliorum conventuum, Num. 31, 12.

Poriſma: Ergò Conſiſtoria non ſunt confuſio ordinum, ſed conjunctio judiciorum & conſiliorum, qvæ in uno eodemqve collegio & utilis eſt & neceſſaria.

Aſſertio IV. *Proceſſus Conſiſtorialis eſt legitimus.* Nam in judicio Conſiſtoriali ſolenni proceſſu partes litigantes experiri licet, qvod in Epiſcopali audientia non conceditur. Unde & in Conſiſtoriis hæc adhibetur cautio: qvòd cauſarum qvidem cognitio, præſertim ſpiritualium, ut de hæreſi, de Simoniâ, de uſuris, perjurio, & ſimilibus, ſit penes Con-

Digitized by Google

Conſiſtorium, executio verò penes Magiſtratum. Si verò in crimine civili, puta adulterio, homicidio &c. cauſam cognoſcere recuſat Epiſcopus aut Conſiſtorium, ad Magiſtratum civilem qvidem remittitur clericus, puniri tamen civiliter neqvit, niſi ab Epiſcopo exautoratus.

Nota: *Exautoratio ſive degradatio eſt*, qvâ clericus criminis convictus dignitate Eccleſiaſticâ exuitur, & poſtea ſeculari Magiſtratui, velut membrum reſectum, ejusqve executioni traditur. Idem nonnulli reqvirunt poſt ſententiam de ſuſpenſione ab officio, ubi de corpore delicti capitalis conſtat, & ad confeſſionem delinqventis tortura per ſententiam judicis decreta eſt: Non obſtante, qvod tortura formaliter non ſit pœna delicti, ſed medium inqvirendi in delicti veritatem.

Aſſertio V. *Finis Conſiſtorii eſt ſaluberrimus*, qvia hâc ratione miniſterio ſuus relinqvitur honos, ne cuivis temerè miniſtrum accuſare liceat 1. Tim. 5, 19. nec cauſa miniſtri ad qvemvis referatur judicem politicum, qvæ nihilominus legitimè & coram competente judice cognoſcitur ac deciditur.

Aſſertio VI. *Objecta conſiſtorialia ſunt varia.* Qvia cauſæ miniſtrorum Eccleſiæ aliæ ſunt Eccleſiaſticæ, aliæ verò Politicæ: nec non aliæ reales, aliæ verò perſonales: aliæ civiles, aliæ criminales. Qvamobrem cauſæ Eccleſiaſticæ & perſonales Eccleſiaſtico-civiles pertinent ad Conſiſtorium. Reales verò & criminales ad Magiſtratum Politicum. Confer Conſiſtorial-Ordnung A.M. c. 3. §. 11. alle Sachen/ ſo rechtlicher Verordnung nach/ vor das geiſtliche Gericht gehören/ ſollen daſelbſt geſucht/angenommen und entſcheiden werden. v. g. 1. Negotium religionis, doctrina Verbi, uſus Sacramentorum, ceremoniæ. Und alles was in der Kirchen-Ordnung enthalten von Kirchen und Schul-Dienern &c. 2. Scandala & delicta contra 1. & 2. tabulam Decalogi, non ratione pœnæ ſecularis, ſed ratione diſciplinæ Eccleſiaſticæ. 3. caſus matrimoniales. 4. Viſitationes. 5. legata, ſtipendia &c. NB. ſup. p. 168.

§. 5. In Conſiſtoriis præter alia objecta hactenus enumerata, inprimis *jus Epiſcopale & Jus Patronatg accuratè diſcernen-*

nendum eſt. vid. Gerhard. T. 6. LL. p. 182. Carpzovius, Finckelthaus, Weberus, nec non Matth. Stephani tractatus de jure Patronatus cum augmento editus Gothæ An. 1672. in 4.

Nota I. Jus Patronatus eſt jus nominandi, eligendi & præſentandi: Jus Epiſcopale verò eſt jus vocandi, inſtituendi & confirmandi, adeoqve inprimis Patronus præſentat, Epiſcopus verò vocatum confirmat, & confirmatum per inveſtituram ſolennem publicè introducit. Confer Stephan. de jure Patronatus p. 100. ubi ad jus patronatus refertur 1. Nominatio, 2. Præſentatio, 3. Vocatio: Sed ad jus Epiſcopale 1. ordinatio, 2. Inſtitutio. Et qvidem de jure. De facto autem *jus vocandi* aliqvando eſt reſtrictum ad perſonam vel Patroni, vel Præfecti, vel Senatus, vel conjunctum &c.

Summa: Patronum faciunt dos, ædificatio, fundus,
Patrono debetur honos, onus, emolumentum,
Præſentet, præſit, defendat, alatur egenus.

Nota II. Præſentatio juxta conſvetudinem Eccleſ. in Elect. Saxon. alia eſt Eccleſiæ miniſtri vocandi, qvæ fit Eccleſiæ ad concionem δοκιμαστικὴν, die Præſentation zur Probpredigt/ qvam ſeqvitur vocatio; alia verò Eccleſiæ miniſtri vocati, qvæ fit Conſiſtorio ad examen, ordinationem, confirmationem & inveſtituram.

Nota III. Præſentatio illa, qvæ Conſiſtorio ſiſtit vocatum, ratione juris Epiſcopalis reſpicit officium Superintendentis; ratione verò Juris Patronatûs officium Patroni, vel ipſius Collatoris vicarii, aut miniſtri, vel præfecti, qvi ſummi Collatoris jura exercet: vel etiam ipſius Patroni, qvi Principi ſubjectus eſt. Ex cujus præſentationis vel conjunctione, vel ſeparatione, vel omisſione, non leves interdū oriuntur controverſiæ, qvæ ex diſtincta hujus fundamenti obſervatione & cujusqve loci conſvetudine imprimis, dem Herkommen gemäß/ ubi non ſolùm Epiſcopale, verùm etiam Jus Patronatus cum jure territoriali conjunctum, ad unum idemq; ſubjectū ſpectat, & per unius Principis Superintendentem & Præfectum exercetur (ita, ut Superintendens vel ſolꝰ, vel cum collatore conjunctim faciat, qvod uterqve intendit &c.) facilè decidi poſſunt. vid. Carpzovius de jure Patronatus & Manuale Theol. Art. 115. Non enim, qvod probè notandum eſt, vel Præfectus in hoc negotio conſiderandus eſt, ut ipſe Princeps, ſed ut Principis Vicarius & miniſter, qvi ſuperioris

ris jura exercet. Si ergò Principi placet per conſvetudinem confirmata Præſentatio vel conjuncta, vel diſtincta, vel ſolius Superintendentis, neqvaqvam excluditur jus Collatoris, ſed per Superintendentem præſentatio ſimul, tàm nomine Epiſcopi, qvàm Collatoris exercetur. Denn ſie ſind beyde eines Herrn Diener: neqve præfectus eſt ipſe Collator, ſed nomine Principis jurà Patroni ſive Collatoris exercet. NB. Wie es iedes Orts Herkommens. vid. Churſ. S. Kirchen-Ordnung de Examine Eccl. Miniſtr. f. 95. durch den Superintendenten ſoll mans wiederum zu dem Conſiſtorio berichten/ was zuvor dem Superintendenten und dem Amtmann oder Collatorn, mit Befehl aus dem Conſiſtorio aufgetragen/&c.

§. 6. *Reliqva habet Carpzovius. vid. ſup. p. 168. NB.*

ARTICULUS CXV.

De Eccleſiæ Deformatione in genere, & per Anti-Chriſtum in ſpecie.

Myſterium iniqvitatis, *ἀνομίας*, occulta iniqvitas ſub ſplendidiſſimo Eccleſiæ nomine latet, 2. Theſſ. 2,7. NB. ſupra p. 191. Ὁ ἀντικείμενος ſedet in templo Dei, 2. Theſſ. 2,4. adverſarius, oſtentans ſe ipſum tanqvam Deum.

§. 1.

HOſtis Chriſti & Eccleſiæ antiqviſſimus *& univerſalis eſt ſerpens infernalis Gen. 3. cujus organa ſunt Antichriſti multi, 1. Johan. 2,18. eorumqve tàm violenta, qvàm fraudulenta, & ex utraqve mixta perſecutio, & varia Eccleſiæ deformatio. Inprimis verò per Antichriſtum tùm Orientalem, de qvo agit Manuale art. 116. NB.* Türckenfall/ *tùm Occidentalem.*

§. 2. Deformatio *Eccleſiæ eſt priſtinæ formæ deſtructio, & tàm ratione doctrinæ qvàm morum horrenda corruptio, unde hereſes, ſchiſmata atqve ſcandala paſſim regnant & non ſolùm errores*

doctri-

doctrinam, & ſcelera vitam, ſed etiam novitates & adiaphororum abuſus infirmorum conſcientiam lædunt. Dum enim dormiunt homines, vigilat inimicus & ſeminat zizania, Matth. 13. Ut tandem ſucceſſivè creſcat ipſa apoſtaſia 2. Theſſ. 2, 10. vid. Hunnii Apoſtaſia Eccl. Rom. & infra Theol. Polem. de Papiſmo NB. Confer Balduini præfat. in 1. Corinth.

§. 3. Adventus Anti-Chriſti eſt certiſſimus. *Qvod patet ex Apoſtolicâ prædictione 2. Theſſ. 2. Ubi Anti-Chriſti malitia ideò tam prolixè deſcribitur ab Apoſtolo, ut doctrinam hanc non pro nihilo habeamus, ſed familiarem nobis reddamus, & magnum illum CHRISTI adverſarium agnitum fugiamus, adeoqve ipſius Chriſti cognitio nobis reddatur dulcior.*

Nota 1. Anti-Chriſtus dicitur, qvi eſt Chriſto directè oppoſitus adverſarius, qvi tamen ſimul Salvatoris vult eſſe vicarius, ex ſignificatione præpoſitionis ἀντὶ. Sic Archelaus regnat ἀντὶ, pro Herode, an Herodis ſtatt/ Matt. 2, 22. & oculus pro oculo redditur, c. 5, 38.

Nota 2. *Vox Anti-Chriſti* accipitur 1. in genere de omni eo, qvi Chriſto eſt oppoſitus ſive verbo, ſive facto, vid. 1. Joh. 2, 18. c. 4, 3. & 2. Ep. Joh. v. 7. vel qvi qvalitatem tam perſonæ, qvàm doctrinæ Chriſti ex proæreſi labefactat. 2. in ſpecie de eximio Chriſti adverſario, non ratione individui, ſed ratione ſpeciei tam orientali, qvàm occidentali, ſive tam pagano qvàm Romano.

Nota: De Anti-Chriſto Orientali ſive Turcico. vid. Dan. 7, 23. Brochman. Articul. 28. Geſnerus & D. Geierus in Danielem, Centur. Magdeburg. Cent. 7. Conf. Ezech. 38. & Hoë in Apocal. cap. 20. add. Türckenfall/ NB. & Manuale art. 116. NB.

Nota 3. Anti-Chriſtriſtus vocatur etiam Anti-Chriſtus Magnus, & qvidem occidentalis, Homo ſceleratus, Filius perditionis 2. Theſſ. 2. ἀντικείμενος, ἄνομος & Exlex, omnia pro lubitu faciens, fera arundinis, Pſal. 68, 31.

§. 4. Anti-Chriſtus Magnus occidentalis, *eſt homo peccati, filius perditionis & Chriſti adverſarius, ex juſto DEI judicio contemtum veritatis Evangelicæ vindicante, Eccleſiam ſubdolè invadens,*

vadens, in Templo DEI tanqvam Deus ſedens, animas ſeducens, & ſub Catholicæ antiqvitatis prætextu innumeris novitatibus erroneis involvens. Cujus doctrinæ notanda eſt tùm explicatio, tùm applicatio.

Aſſertio I. Doctrina de Antichriſto ſecundum omnes cauſas ab Apoſtolo expoſita eſt, 2. Theſſ. 2.

Nam I. *Cauſa efficiens eſt Satan* ejusq; furor ſummus ex juſto Dei judicio, 2. Theſſ. 2, 9. 10. aſtutiſſima conſilia & robur Anti-Chriſto ſuggerens.

Nota 1. Seductio Anti-Chriſti non fit caſu, ſed refertur ad Deum juſtè vindicantem hominum impietatem, non ἀπολογικῶς, ſed ἐκβατικῶς, ſive non ut cauſam efficientem, ſed ut juſtum judicem peccata peccatis punientem, qva de re agit art. 26. NB.

Nota 2. Non omne mirum eſt divinum miraculum; vid. art. 25, ſed non raro ludibrium ſubeſt Diabolicum. vid. 2. Theſſ. 2, 9.

II. *Organa Satanæ ſunt Anti-Chriſti partim præcurſores, Heretici; partim Architecti & myſterii iniqvitatis operarii*, ad tempus per Imperii Romani majeſtatem impediti, vide Mornæi Myſterium iniqvitatis. NB.

III. *Subjectum qvod* vocatur Anti-Chriſtus, eſt homo, non ex Judæis, ſed ex Chriſtianorum cœtu ortus 2. Theſſ. 2, 4. 1. Joh. 2, 18. 19. *in Eccleſia;* ſive in templo DEI ſedens, ſive certus ordo ſingularium perſonarum, hanc impietatem & iniqvitatem in Eccleſiâ continuantium.

Nota 1. Anti-Chriſtus non eſt Diabolus ſub ſpecie humanæ naturæ, juxta Hippolytum, nec Nero juxta alios. Confer Hugonis Grotii figmenta refutata in Breviario extenſo Hülſemanni, & in annotat. Bibl. N. T. D. Calovii.

Nota 2. Anti-Chriſtus non eſt unum qvoddam & certum individuum.

Nota 3. Anti-Chriſtus non eſt inſignis qvidam omni iniqvitate excellentiſſimus homo ſub finem ſeculi, contra Zanchium.

IV. *Formam Anti-Chriſtianæ malitiæ* tàm doctrinæ veritatem corrumpentis, qvàm mores peſſimè depravantis & omnem probitatem evertentis, oſtendunt ejus ſtudia, 2. Theſſ. 2.

V. *Finis ſive eventus* ſtudiorum Anti-Chriſti eſt
juſtitiam & errores, qvorum fructus eſt interitus æternus.

Nota: Finis ille reſpicit tum bonorum probatio
torum ſeductionem, tùm ipſius Anti-Chriſti manifeſta
ſolationem.

VI. *Sedes Anti-Chriſti* eſt templum Dei, ſive
2. Theſſ. 2, 4. Confer de Româ Apoc. 17, 1. 5. 6. 16.

VII. *Subditi Anti-Chriſti* ſunt reprobi veritatis co

VIII. *Ruina Anti-Chriſti, ejusqve per Chriſtum* conſum

1. in conſumtione & attritione per Spiritum oris C

2. in plenariâ abolitione per noviſſimum judicis a

Aſſertio II. Applicatio doctrinæ de Anti-Chriſto, ad
ctum, manifeſta eſt ex veritate Hiſtoricâ. Confer Hunn
depulſionem & innocentiam Lutheran. nec non defenſ
Saxonicæ. NB.

Nota 1. *Patres* ante Anti-Chriſti revelationem v
applicationem hujus doctrinæ variis modis erraſſe miru
vaticinia omnia, anteqvam implentur, obſcuriora ſint.

Nota 2. Non pauci, ſuis opinionibus indulgen
Scriptura aliena de hoc Articulo docent, qvod patet ex
& aliorum.

Nota 3. Pontificii errores ſuos palliare volentes u
doctrinam infinitis penè obſcurant fabulis, qvod patet e
rio Cornelii à Lapide in 2 Theſſ. 2. nec non in Danielem
Conferatur Alcaſar in Apocal.

Concluſio I. *Omnis applicatio regulæ divinæ veri*
neceſſariò falſa eſt.

Ratio, qvia Verbum eſt veritas, Johan. 17. & omni
ti contradicens eſt mendax Pſal. 116.

Poriſma I. Ergò Paulus neqve de Nerone, neqve
loqvitur.

Ratio eſt, qvia Paulus non unicum certum individ
qvandam particularem perſonam intelligit, qvæ ſemel
vi tempore extitura ſit, ſed omnes, qvotqvot in regno A
qvam primam occupârunt ſedem, includit. Id qvod e

Digitized by Google

greſſu & ſtudiis Antichriſti, qvæ non annos, ſed ſecula reqvirunt, ad oculum patet, uti hoc oſtendit Mornæi myſterium iniqvitatis. NB.

Concluſio II. *Omnis applicatio regulæ divinæ veritati conſona, neceſſariò vera eſt.* Proinde, qvod omnes & ſingulæ notæ Anti-Chriſti à Paulo enumeratæ nemini aptiùs competant, qvàm Romano Pontifici, facilè patebit ex ſeqventibus. Cuicunqve enim competunt Antichriſti nomina, facta & fata, ille eſt magnus ille Chriſti adverſarius 2. Theſſ. 2. à Paulo delineatus. Sed R. P. Ergò. Minorem non ſolùm probavit B. Balduinus & D. Calovius Comm. in 2. Theſſ. 2. ſed etiam B. Dannhaueri Antichriſtoſophia, & Manuale Theol. art. 116. tàm qvoad nomina, qvàm qvoad ingenium, ſtudia, facta, & fata revelata, ubi eminet oppoſitio Chriſti & Papæ

1. ratione doctrinæ & vitæ. Conf. de his, & Antichriſti ſede D. Hoë in Apocal. c.17.

2. in ſpecie ratione ſuperbiæ.

3. ratione propagationis violentæ & fraudulentæ. vid. Gerh. T. 1. Confeſſ. Cathol. Confer Alſtedii Chronologiam p. 376. ubi refert ab A. C. 1540. usqve ad annum 1580. trucidatos eſſe homines 900000. ſolius religionis cauſâ, in Belgio, Galliâ, Angliâ, Italiâ & Hiſpaniâ; inter qvos Principes 39. Comites 148. & Barones 235.

Inprimis verò attendenda eſt hoc loco

I. *Apoſtaſia* à fide, 2. Theſſ. 2,3.10.11.12. 1. Tim. 4,1. Confer Theol. Polem. de Papiſmo, & de apoſtaſia.

II. *Sanctitas* affectata 2. Theſſ. 2,7.9. vid. Hunnii Pellis ovina.

III. *Miraculorum* jactatio 2. Theſſ. 2,9. Apoc. 13,13. Matt. 24,24. vid. ſupra art. 25. & art. 113.

IV. *Divinæ poteſtatis* arrogatio 2. Theſſ. 2,4. etiam ſupra Scripturam. vid. art. 5. & 114. 115.

V. *Impugnatio* veritatis Evangelicæ, Dan. 12, 36. 2. Theſſ. 2,3. Apoc. 19,20. vid. de religione Lutheranâ lib. 1. & Theolog. Polem. de Papiſmo.

VI. *Perſecutio* piorum, Apoc. 9,11. c. 13, 15. c. 16,6. c. 17,6. c. 18,24. vid. D. Hoë comm. in Apocal.

VII. *Everſio* hierarchiæ Chriſtianæ. vid. 2. Theſſ. 2,4. Dan. 12,36. 1. Tim. 4,3. Conf. Stattliche Außführung.

VIII. *Violatio juris gentium.* vid. Apoc. 13,17. & de charactere Beſtiæ comm. D.Hoë h.l.

IX. *Injuria* in jus naturale, per interdictum ciborum, 1. Tim. 4,3. Confer interdictum conjugii art. 129. Inprimis verò de hac applicatione Haupt-Vertheidigung des Augapffels/ c. 96. p. 964. & c. 102. p. 1040. & Manuale Germ. art. 116. Conf. de affectatâ infallibilitate Theol. Exeg. lib. 2. c. 6. §. 1. NB.

Nota: Per doctrinam de Antichriſto neqvaqvam crimen læſæ Majeſtatis in Rom. Imperatorem committitur.

Ratio eſt, qvia crimen læſæ majeſtatis ſummæ non errorem intellectus, ſed malitiam voluntatis notat: crimen enim non eſt actus intellectualis, ſed moralis, ideoqve voluntatem reſpicit, ipſamqve agentis non fidem, ſed proæreſin. vid. Hunnii neceſſaria Depulſio, & infra Theolog. Polemica de Papiſmo NB. ubi qvidditas injuriæ explicatur. vid. Lutherus de Papatu à Diabolo conſtituto Tom. 8. Jen. f. 209. nec non Haupt-Vertheidigung / cap. 102. p. 1040. & D. Carpzovii Commentar. in articulos Smalcaldicos.

§. 5. Ruina *Antichriſti patet ex art. 117.* Deſtructio *verò totalis connectitur cum ultimo Chriſti adventu, Apoc. 17. c. 18. c. 19, 7.*

§. 6. *Pleniorem hujus articuli explicationem offert Manuale articulo 116. & D. Hoë comm. in Apocal.*

ARTICULUS CXVII.
De Eccleſiæ Reformatione in genere, & per Lutherum facta in ſpecie.

Hujus rei gratia reliqvi te in Cretâ, ut, qvæ deſunt, pergas corrigere, inqvit Apoſtolus Tit. c. 1, 5. vollend anrichten / da ichs gelaſſen habe/ ἐπιδιορθώσῃ, ὀρθόω erigo, ut ſtatus ſit ὀρθὸς rectus; διορθόω, corrigo, emendo, rectè diſpono, curvum erigo, ut rectum dirigatur, ἐπὶ notat continuationem & abſolutionem reformationis. vid. Chemnic. Exam. part. 3. reformiren / in die vorige richtige Form bringen. Vidi Angelum habentem Evangelium æternum Apoc. 14, 6. Confer D. Hoë comment. h.l.

§. 1. De-

Digitized by Google

§. 1.

DEformationem excipit Eccleſiæ reformatio, *ſive ſpeculi reſtitutio, ut ad nitorem reducatur priſtinum, & deformato forma, ſive facies priſtina reddatur. Confer verba Lutheri repetita in Manuali art. 117. §. 2. p. 1678. ex Tomo 7. Jen. Germ. f. 195.* Wir haben dieſe Predigt nicht neu gemacht/ ſondern die alte Apoſtoliſche Lehre wieder herfür bracht etc. und von Menſchen-Lehre/ Staub/Spinnweben und Ungezieſer gereiniget/daß es wieder rein gläntzet/ *&c. Qvâ de re videri poteſt Gerhardus de Miniſterio Eccleſ. & Tom. 1. Confeſſ. Cathol. Hunnius de Reformat. & de Vocat. Lutheri, ejusqve miniſterio, Mülleri Lutherus defenſus, D. Hoë Comment. ad Apocal. 14, 6. & Höpfneri Saxonia Evangelica.*

Nota 1. Qvemadmodum in corpore humano membra, dum adhuc legitimâ ſuâ ſanitate fruuntur, adſveſieri ſolent, ut unumqvodvis ſuum rectè faciat officium, luxata autem in ſuum locum reponuntur, ut priſtinum decus corpori reſtituatur: Ita in corpore Chriſti myſtico dum membra valent, informatione opus habent, ut rectè inſerviant Deo atqve proximo, & ſint vaſa in honorem ſanctificata & utilia Domino, ad omne opus bonum parata: ſi verò humano qvodam lapſu vel per doctrinæ corruptelas, vel per morum pravitatem luxata fuerint, inſtauratione indigent. Confer *καταρτίζειν*, inſtaurare, wieder zu recht helffen/ Gal. 6, 1. & ſarcire. NB. ſup. p. 14. Nec non memorabile exemplum Eccleſiæ Corinthiacæ. vid. Bald. comm.

Nota 2. Qvando Diabolus Eccleſiam qvandam evertere laborat, ibi diligentiſſimâ & accuratiſſimâ reformatione opus eſt.

§. 2. Reformatio Eccleſiaſtica *attendenda eſt* tùm in genere, tùm in ſpecie.

§. 3. Conſideratio generalis *oſtendit reformationis, 1. neceſſitatem, 2. qvalitatem, 3. utilitatem.*

Nota: Reformatio eſt priſtinæ formæ per abuſus & errores deformatæ accurata reſtitutio, atqve cum regulâ verbi divini conformatio, & reſpicit 1. doctrinam, 2. mores, 3. ceremonias: qvæ ſingula uti facilè corrumpuntur, ex Art. 116. ita & reformatione indigent tàm in V.

 qvàm

qvàm in N. Teſtamento. Qvæ vel *ordinaria* eſt per v
mina, inſpectionem & ſimilia adminicula, vel unius,
cleſiarum, tàm generalis, qvàm ſpecialis & localis. vid
Kirchen-Ordnung Elect. Auguſti; vel *extraordinaria* &
ipſius Salvatoris ſub N. T. initium, vid. Malach. 3, 1. ti
mundi per Lutherum facta, Apoc. 14, 6.

Aſſertio I. Reformationis neceſſitas eſt evidentiſſim

Ratio eſt, qvia nulla Eccleſia tàm pura & perfect
ma reſtet labecula. Confer Epiſt. Tit. 1. 5. ſup. ab initio hu
abſolutâ Eccleſiæ triumphantis perfectione, Eph. 5. & ar
Chriſtus ipſe tertiâ vice reformavit templum Hieroſol
ſcipulis ſuis ſatis expurgandum reliqvit. Imò ſemper
qvod diligentia anteceſſorum in univerſum tollere non
rum veſtigia fideliter ſunt premenda, ut Eccleſia ma
perfectionem contendat.

Aſſertio II. *Qvalitas Reformationis Eccleſiaſticæ e*
qvæ pro varietate objectorum ſingularem reqvirit prudent
exemplum Pauli in 1. Corinth. Epiſt. & comm. Baldui
præfationem. Et methodum infallibilem, priſtino n
reſtituendi 1. terminos, 2. enunciationes, 3. con
erroribus deformatas. NB. ſup. art. 94. §. 1.

Nota: *Tria potiſſimum ſunt*, qvæ faciem Eccleſiæ e
mam vel deformant, vel labeculâ aliqvâ aſpergunt, vi
res in doctrinâ, 2. *lapſus in vita*, 3. *novitates in riti*
Ubi *fruſtraneum* eſt 1. urgere Synodum vel Conciliu
vel 2. connivere, ut impii lenitate noſtrâ abutantur;
vaſtare templa, qvæ omnia planè aliena ſunt à mo
cis. Nam Paulus longè alia reformationis media v
oſtendit, dum

I. *Corruptelas doctrinæ* in Eccleſia Corinthiaca
ſuit, & non niſi probè perſpectas ſolidis argumentis r
non opus fuerit Synodi alicujus decreto, ad conſtituer
tales fidei articulos. Confer ſup. art. 114.

II. *Mores corruptos* pro gravitate caſtigavit, in
diſciplinâ Eccleſiaſticâ animadvertit. vid. inf. art. 125.

Digitized by Google

III. *De ceremoniis* verò recte ſuos inſtruxit, & in genere, ut omnia ordine & decenter fiant in Eccleſiâ, præcepit. Conf. art. 102.

Canon: Eccleſiam corruptam reformandi ratio Apoſtolica eſt omnium optima. Qvæ 1. errores per Scripturam tollit. vid. artic. 5. 2. mores per diſciplinam Eccleſiaſticam corrigit. ex art. 125. 3. ritus per charitatem Chriſtianam moderatur. Juxta Auguſtini Regulam, qvæ retinere jubet ea, qvæ neqve contra fidem, neqve contra bonos mores ſunt. vid. art. 102.

Poriſma: Ergò exulat violenta & armata rituum reformatio, & Carolſtadiana imaginum extirpatio, qvæ neqve Apoſtolis, neqve SS. Patribus unqvam placuit. Qvin potius abuſus ex cordibus hominum tollendus eſt per ſedulam verbi inſtitutionem: ſic ea, qvæ ſine ſcandalo retineri non potuerunt, vel ſponte ſuâ concident: Adiaphora verò, qvæ violenter extirpantur, non ſine ſcandalo tolluntur.

Aſſertio III. *Utilitas reformationis Eccleſiaſticæ eſt evidentiſſima.* vid. Ep. Tit. 1. 5. qvæ tam credenda, qvàm facienda attinet, ſimulqve leges charitatis & libertatis Chriſtianæ, qvoad ritus Eccleſiaſticos attendit, uti patet ex aſſertione 2.

§. 4. Conſideratio ſpecialis attendit. *Reformationem Eccleſiaſticam per Lutherum factam in ſpecie. Cujus neceſſitas, qvalitas, atqve utilitas patet ex ſeqq.*

Aſſertio I. Reformatio per Lutherum facta fuit ſummè neceſſaria, qvod ex horrendâ Eccleſiæ deformatione patet. De qva ſup. agit articulus 116. & Gerhardus Tom. 1. Confeſſ. Cathol. vid. infra Theol. Polemicam de Papiſmo NB.

Aſſertio II. *Reformatio Lutheri juxta canonem verbi revelati, peracta fuit accuratiſſima.*

Ratio eſt, qvia Lutherus juxta normam Scripturæ S. infallibilem corruptelas 1. doctrinam, 2. mores, 3. ritus peſſimè deformantes, ſingulari diligentiâ reformando rejecit, inprimis verò articulum fundamentalem, de juſtificatione, horrendis erroribus deformatum, priſtino nitori Apoſtolico reſtituit, tam qvoad terminos, qvàm qvoad enunciationes & concluſiones. Uti patet ex art. 94. §. 1. NB.

Aſſertio III. *Reformatio Lutheri fuit Eccleſiæ utiliſſima.*

Ratio

Ratio eſt, qvia ipſe ſolus, per Dei gratiam veritatem repurgatam priſtino nitori reſtituit, & tàm doctrinæ veritatem, qvàm vitæ probitatem, atqve ſingulis in ſtatu Eccleſ. Politico & Oeconomico viventibus veram pietatem, cum infallibili in vitâ & morte ſolatio ex verbo revelato oſtendit. Qvo ipſo nec Eccleſiam ipſam in Papatu reſiduam, ſed errores membrorum Eccleſiæ ad imitationem ſummi Reformatoris Matt. 23, 2. 3. taxavit: nec ipſos Majores noſtros, ſed errores ſeductorum damnavit. Qva de re Manuale art. 117. & Höpfneri Saxonia Evangelica, inprimis verò ſeqvens agit.

APPENDIX

Diſputationis ante XXXIV. annos habitæ Qverfurti Anno 1642.

QVam olim Servator mundi, velut aurum & argentum filios Levi purgans Malach. 3, 3. à Phariſæis reportavit gratiam, ut velut ipſius Diaboli organon Joh. 8, 48. blaſphemaretur, ejusqve tàm perſona qvàm officium variis convitiis proſcinderetur, vid. Matth. 11, 19. Luc. 23, 2. Eandem planè fidelis ejusdem ſervus ob egregium Reformationis opus à Phariſæorum poſteris [qvales ſunt Monachi fatente Cornel. à Lapide in Philip. 2.] mercedem accepit B. Lutherus: neqve enim diſcipulus eſt ſupra Magiſtrum Joh. 13. qvippe qvi, ut innumerabiles alias Serarii, Stapletoni, Tanneri, Leſſii, Vetteri, aliorumqve à Müllero enumeratas & in Luthero defenſo ſolidè refutatas taceam calumnias, *Satanæ filius* ex incubo ortus Gretſero in Luth. Academ. c. 26. omnium hujus ævi hæreſium *choragus* & anteſignanus Cornelio à Lapide in 2. Petri c. 2. p. 397. importunus & improbus *Apoſtata*, Surio Comment. hiſtor. p. 122. *hæreſiarcha* & pater hæreſiarcharum Eccleſiam (non reformaſſe, ſed) perturbaſſe dicitur Bellarmino in Chronolog. ad Ann. 1517.

Cum verò æqvum ſit meminiſſe Doctorum, qvi nobis locuti ſunt verbum Dei Hebr. 13, 7. & veritatem defendere, atqve ab injuriis benè meritos liberare; lubet hac vice, qvia tempus id poſtulat, eandem B. Lutheri reformationem breviter conſideratam ab adverſariorum injuriis vindicare, remqve univerſam [ne fortè ex Bellarmino Lutherani ſubtilitatem diſputationum contemnere lib. 1, de Euchar. c. 19. §. ad illud.

atqve

Digitized by Google

atqve in rebus etiam philoſophicis delirare dicantur denuo lib. 2. de Juſtif. c. 7. §. 2.] huic unico includere Syllogiſmo:

Qvæcunq; religionis reformatio fuit 1. exigente ſummâ neceſsitate divinitus ordinata. 2. juxta Canonem verbi divini inſtituta. 3. ad DEI gloriam directa. 4. cum ſingulari Eccleſiæ utilitate peracta; illa neqvaqvam vituperanda, ſed potius, velut ingens Dei beneficium gratâ mente agnoſcenda eſt.

Atqvi religionis per B. Lutherum facta reformatio fuit talis. E. illa neqvaqvam vituperanda, ſed gratâ mente agnoſcenda eſt. Adſit veritatis fons, Chriſtus Jeſus! in cujus nomine ſit

Sectio I.
Majoris conſiderationem exhibens.

Major ita habet: Qvæcunqve religionis reformatio fuit 1. exigente ſummâ neceſsitate divinitus ordinata. 2. juxta Canonem verbi divini inſtituta. 3. ad Dei gloriam directa, & 4. cum ſingulari Eccleſiæ utilitate peracta; illa neqvaqvam vituperanda, ſed potius, velut ingens Dei beneficium, gratâ mente agnoſcenda eſt.

Cujus immota veritas patet ex ſeqventibus:

I. *Univerſaliter.* Cujuscunqve actionis moralis bonitas ex cauſæ efficientis, materialis, formalis, & finalis conſideratione manifeſta eſt, de illius bonitate minimè dubitandum. Atqvi Reformationis Lutheri &c. E. [Confer de bonitate morali Theol. Poſit. art. 100. & infra Theologiam Moralem NB.]

II. *Diſtinctè* qvoad ſingula membra in Majore enumerata: Qvæ 1. religionem. 2. reformationem. 3. neceſsitatem. 4. divinam ordinationem. 5. Canonem verbi divini harmonicum. 6. Dei gloriam. 7. Eccleſiæ utilitatem. 8. Vituperii abſentiam. 9. beneficiorum divinorum naturam. 10. gratitudinem humanam attinent.

§. 1. Religio, *(de qva ſupra dictum eſt) hoc loco non peculiarem ſtatum, ſive ſpeciale qvoddam hominum genus, per paupertatis, continentiæ & obedientiæ vota ad perfectionem Chriſtianam tendentium, uti ſomniat Bellarminus lib. 2. de Monach. c. 2. ſed cul-*

tum ſoli DEO notat debitum juxta verum de DEO ſenſum inſtitutum.

§. 2. *Qvi uti ex Satanæ hominumq́; malitiâ* deformationi, *per additionem aut detractionem Devt. 4, 2. ità & ex Dei bonitate* reformationi *obnoxius eſt. Cùm enim Eccleſia militans viſibilis (& qvodlibet membrum Eccleſiæ particularis cujuscunq́;) vocem Chriſti (qvæ, qvatenus obſervatur, ab errore liberat Job. 10, 27.) vel ex humanâ imbecillitate Pſalm. 116, 11. vel ex renovationis imperfectione 1. Cor. 13, 9. vel ex Diaboli deceptione 1. Pet. 5, 8. negligere poſſit; non ſolùm particulariter tàm qvoad fidem, qvàm qvoad mores, ſed etiam totaliter & fundamentaliter eandem errare poſſe, manifeſtum eſt: qvod præter alios prolixè B. Gerhardus Tom. 5. Loc. de Eccleſ. §. 108. & ex ipsâ adverſariorum confeſſione Tom. 1. Confeſſ. Cathol. lib. 1. part. 2. c. 11. p. 523. demonſtravit. (Confer ſup. Theol. Poſ. art. 113.) Ex qvibus reformatione eandem non rarò indigere cuivis eſt perſpicuum.*

§. 3. Neceſſitas reformationis *intelligenda eſt non abſoluta, ſed hypothetica ſive conſeqventiæ, qvâ ratione neceſſarium id dicitur, qvod ſuâ qvidem naturâ erat contingens, ſed ratione alicujus antecedentis, cui neceſſariò cohæret, ſi illud prægreſſum eſt, hoc neceſſariò ſeqvitur, qvemadmodum neceſſariæ ſunt pœnæ & præmia, ob præcedentem culpam & meritum, uti explicat Flacius in Clav. col. 951.*

§. 4. Ordinatio divina *h. l. vocationem reſpicit, ſive generalis illa ſit, ſive ſpecialis. Qvanqvam ad rei aut doctrinæ veritatem vocatio talis ſimpliciter neceſſaria non ſit, cùm & Diabolus, non obſtante vocationis nullitate, veritatem dixerit, Actor. 16, 17. qvod non negat Lorinus Comm. h. l. adeoqve non vocatum invadere certum officium, & non vocatum veritatem dicere, longè ſunt diverſiſſima: qvemadmodum præter alia VIII. fundamenta etiam ex adverſariorum Maldonati, Janſenii &c. conſenſu B. Nicolaus Hunnius*

Digitized by Google

nius in tract. Germ. de Luth. vocat. c. 2. p. 11. contra Tannerum, part. 1. anatom. dem. 5. §. 2. invictè idipſum demonſtravit. Diſcordia enim in Scriptoribus argumentum eſt falſitatis, cum ſit neceſſe, qvòd ſaltem unus diſcordantium falſum dicat, qvia neceſſariò pars altera contradictionis eſt falſa. Uti rectiſſimè Johann Picus Mirandula in apolog. judicat.

§. 5. Canonem *tàm reformationis Eccleſiaſticæ in ſpecie, 2. Reg. 18, 6. c. 22, 2. 8. 13. c. 24, 3. 4. qvàm fidei & morum in genere eſſe verbum DEI ſcriptum, h. l. ex Pſal. 19, 5. Gal. 6, 16. præſupponimus, velut alibi ſufficientiſſimè probatum ab omnibus noſtris, qvicunqve de Scripturà S. vel ſcripſerunt, vel Bellarmini de verbo DEI controverſias refutarunt. Videatur præter incomparabilem Chemnicium part. 1. Exam. Concil. Trid. Chamier. panſtrat. Cathol. B. Gerhardi Exegeſ. de Script. S. Conf. adverſariorum in conſcientià convictorum teſtimonia collecta à B. Gerhardo Tom. 1. Confeſſ. Cathol. lib. 1. cap. 1. & 2. qvi cum Toleto in comm. c. 2. Roman. v. 20. regulam agendorum & credendorum in lege ipsâ & Scripturâ haberi fatentur. (vid. ſup. Theol. Poſit. art. 5.) Qvibus adjungere placet, qvæ Nicolaus Krumpach. SS. Theol. Licentiatus, Paſtor Eccleſiæ Qverfurtenſis, in German. ſuæ verſionis Epiſtolæ utriusqve Petrinæ edit. Lipſiæ An. 1522. per Wolffgang. Stöckel. præfat. ad* Hans von Pagk / Hauptmann der Moritzburg zu Halla / *translationis ſuæ cauſam redditurus ſcripſit:* Wann es ſoll allen Menſchen gemein ſeyn / was GOTT der Allmächtige allen zur Seligkeit hat gegeben. *Qvæ ſanè diverſiſſima ſunt ab illo Cenſuræ Colonienſis dial. 6. p. 221. judicio, cui* peſtilentiſſima hæreſis eſt, nihil eſſe credendum, niſi qvod Sacra Scriptura apertè docet. *Et ab iſto Eccii encomio, qvi Scripturam S. niſi accedat autoritas Eccleſiæ, non plus valituram eſſe, qvàm Æſopi fabulas in Enchirid. c. 1 de Eccleſiâ, p. 28. ſcribere non erubuit. Qvalia Cani, Lindani, Coſteri, Pighii, Bellarmini, aliorumqve dicteria non catholica,*

Digitized by Google

ſed hæretica eſſe ex antiqvitate demonſtravit Hornejus diſp.1. de Script. S. §.16. Ut planè frivola ſit Viti Mileti in diſcuſſ. 600. errorum Pap. Heshuſii exceptio ad infideles hoc reſtringentis reſp. ad err. 25. p.64. Cùm ipſe autoritatem Scripturæ in ſe qvalemcunqve ſaltem non modò tribuat l. d. ſed etiam Lutheranos, autoritatem Scripturæ magnifacientes, & cum Sixtô Senenſi lib. 1. Biblioth. Sanctæ ſect. 1. p. 1. impium judicantes contrarium, hodieq; appellent Pontificii Worts-Diener/ Wort-Knechte / ut Decumanus dial. de Colloqv. Ratisbon. p. 1. 2. 3. Bibliiſtas, Verbi DEIſtas, ut Lancellottus de Pſeudominiſter. Luth. c. 4. p. 107. & Semi-Evangelicos Doctores, velut Lindanus lib. 5. panopl. c. 7.

§. 6. Gloriam DEI actionum noſtrarum eſſe finem ultimum negabit nemo, niſi Spiritui Sancto omnia ad DEI gloriam facere jubenti, 1 Cor. 10, 31. contradicere velit impiiſſimè. vid. B. Gerhard. diſput. 1. de Gloria DEI ab initio. (& Theol. Poſit. art. 10.)

§. 7. Eccleſia h. l. cœtum notat vocatorum, qvi amplectitur puram Evangelii doctrinam, & rectè utitur Sacramentis. Qvia enim vox Eccleſiæ eſt nomen collectivum, non individui ſignificativum, juxta Eiſengrein de Eccleſ. p. 109. b. ideò una perſona non poteſt dici Eccleſia, teſte Bellarmino lib. 3. de Eccleſ. c. 17. §. ultimo. Adeoqve non ſine ſummâ vocis ipſius & rei injuriâ ſcripſit Gregorius de Valentiâ Tom. 3. comment. in Thomam, p. 24. edit. Venet. Nomine Eccleſiæ intelligimus ejus caput Romanum Pontificem; à qvâ ſententiâ qvoad rem ipſam non alienum fuiſſe Stapletonum, Coſterum, Baronium, ipſumqve Bellarminum, oſtendit B. Gerhardus Tom. 5. L. de Eccleſ. §. 105.

§. 8. Utilitas deniqve non qvævis, ſed talis hoc loco intelligenda eſt, qvæ tàm hujus, qvàm futuræ vitæ ſtatum reſpicit, tùm etiam univerſos Eccleſiæ cives attinet, ſive illi Clerici dicantur, ſive laici.

§. 9. Invicta proinde conſiſtit major, qvod religionis refor-

Digitized by Google

formatio conditionibus modò explicatis gaudens neqvaqvam vituperanda, ſed potius velut ingens DEI beneficium gratâ mente ſit agnoſcenda, unde ſeqvitur

PORISMA I.

Ergò ad reformationem non reqviritur deformationis qvoad temporis momentum determinatio.

POſtulat hoc præter alios *Leſſius* conſid. 9. rat. 1. ejusqve defenſor Hermannus Hugo ad loc. dict. Cui, qvia dudum ſatisfecit B. Meiſnerus in Anti-Leſſio, & prolixè in Apologiæ diſp. 9. contra Hugonem art. 3. th. 48. nihil addo, niſi, ſufficere, poſitis in actu cauſis, poſitum oſtendere effectum, licet ſenſim introductum. Qvemadmodum enim Cancer in humanô corpore ſenſim ſerpit, fermentum occultô progreſſu totam maſſam fermentat, arbor exareſcit, pomum putreſcit, homo viribus deficiens contabeſcit, nec tamen qvisqvam ejusmodi variationem aſſerens aſſignare vel poteſt vel debet annum, menſem, diem aut certum temporis momentum, qvô hæc facta ſint: ita etiam Eccleſiæ corruptionem ſucceſſivè factam demonſtrare ſufficit, ideoqve reformationis oſtendere neceſſitatem, nulla facta temporis mentione. vid. Hunnii tract. de Apoſt. Rom. Eccleſ. p. 36. ſeqq. Qvamvis progreſſus myſterii iniqvitatis ex nobiliſſimo Centuriarum Magdeburgenſium opere, & Teſtium veritatis catalogo, maximè verò ex B. Chemnicii Examine Concil. Trident. nec non ex Mornæi iniqvitatis myſteriô, aliiqve ejusmodi ſcriptis non obſcurè colligi poſſit. Conf. B. Gerhard. Loco de Eccleſ. §. 174.

PORISMA II.

Ergò ad reformationem non reqviritur immediata vocatio.

POſtulant hanc Badenſes motivæ rat. 5. p. 292. Leſſius &c. ſed fruſtra, uti ex antec. §. 5. conſtat. Siqvidē ea 1. nuſpiam promiſſa. 2. à tempore Apoſtolorum intermiſſa. 3. non neceſſaria. 4. nec utilis vel ad fidem confirmandam, vid. Gal. 1, 8. vel ad mores informandos, conf. 2. Tim. 3, 16.

rum miracula, Diabolos ejiciendo & mortuos ſuſcitando facere voluiſſe, nec tamen potuiſſe, aſſerere non erubuerunt. Qvæ Cochlæi, Lesſii, Surii aliorumqve mendacia egregiè refutavit B. Gerhard. Tom. 1. Conf. Cathol. append. general. p. 923. Interim, ſi rectè judicavit Maldonatus in comm. c. 7. Matth. longè incredibilius eſſe, tot Philoſophos, tot ſapientes viros, tam paucis Apoſtolis, tam imperitis, tamqve incredibilia humanæ rationi prædicantibus, ſine ullis miraculis credidiſſe, qvàm illa ipſa miracula, qvæ ab ipſis facta narrantur: meritò perpendendum, annon mirabile ſit, qvòd miſellus Monachus, vir ſine vi ferri, vi verbi & inermibus armis, Papam Regum terrorem aggreſſus, contra tot potentisſimos adverſarios conſervatus; ejusqve doctrina celerrimè propagata ſit, & non obſtantibus perſecutionibus crudeliſſimis, in hunc uſqve diem permanſerit adeò, ut ipſe Bellarminus negare id non potuerit in orat. præfix. Tom. 4. controv. ſcribens: Non contenta hæc ſecta occiduis & Aqvilonaribus regnis, ad Orientem qvoqve, ad Meridiem, ad Græcos, ad Indos, ad ipſum novum orbem navigare auſa eſt. Conf. miracula Auguſtanæ Confeſſionis B. Sauberti NB. & Mayeri Jubil. Evang. ſect. 11. & 12.

Sectio II.

Minoris probationem continens.

Membrum I.

Religionis per B. Lutherum facta reformatio fuit Exigente ſumma neceſſitate divinitus ordinata.

§. 1.

Neceſſitas *hæc* I. in genere *patet tùm ex piorum ante reformationis initium* qverelis, *qvòd zizania totum ſacri gregis corpus qvaſi tabe qvâdam interfecerint, uti Lambertus Schaffnaburgenſis, Monachus Hirsfeldenſis circ. An. 1078. in Chronicô ſcribit: qvòd in Curiâ Romanæ Eccleſiæ à plantâ pedis usqve ad verticem non ſit ſanitas, teſte Franciſcô Petrarchâ circa An. 1374. Ep. 18. Unde*

Unde Franciſcus Zabarella Cardinalis circa An. 1417.
Schiſmate Innocentii VII. & Benedicti dixit : Niſi D
ſtatui Eccleſiæ , univerſalis Eccleſia periclitatur. vid.
rima repetita in lectionibus memorab. Wolffii & Tom
thol. l. 1. p. 1. c. 4. B. Gerhardi. Tum ex Confeſſion
ante Lutherum agnoverunt, Eccleſiam Romanam lon
re multipliciter fuiſſe deformatam , indiguiſſeqve &
indigere,ut in fide & moribus REFORMETU
modum loqvitur Petrus de Aliaco, Archi-Epiſcopus C.
Cardinalis , circa An. 1426 in Concilio Conſtantienſi
ob cauſam peculiarem librum de Reformatione Eccle
eidemqve concilio exhibuit. Cum qvò conſentit diſc.
Johannes Gerſon, Cancellarius Pariſienſis circa An. 1
tu,cui titulus : compendioſa declaratio defectuum
ſiaſticorum, aſſerens Eccleſiam indigere correcti
datione. *Et Thomas Rhedonenſis Gallus , Carmeli*
Antonino,inter concionandum perGalliam & Italiam
cere : Eccleſiam magna reformatione indiger
Junterbuck Carthuſianus , circa An. 1466. ſcripſit a
ad Papam , pro reformandâ Eccleſiâ , teſte Poſſevi
Sacro , Tom. 2. lit. I.

§. 2. II. In ſpecie , *ſi, qvalis & doctrina &*
therum in Papatu extiterit, attendamus,idem man
Ut enim taceam,qvæ contra Scripturæ perſpicuitatem
autoritatem &c. publicè fuerunt diſputata , qvorun
videre eſt apud Nigrinum in contemtu Scripturæ Pa
neqvit , qvod Dantes Aligerius de Florentia ſcripſeri
Cantic. 29 intermiſſam eſſe verbi DEI prædicationem
dicatas à Monachis vaniſſimas fabulas. *Unde m*
videri poteſt , qvod Apologia Auguſt. Confeſſ. de Ju
loco Evangeliorum Monachos qvosdam prædicaſſe E

telis, aut illud Lutheri Colloq. Menſ. c.37. Daß ein Münch in einer Paſſion-Predigt habe über 2. Stunden mit der Frage zugebracht: *utrum qvantitas realiter diſtincta ſit à ſubſtantiâ?* Denn mit der Predigt iſts alſo gegangen: Nach dem Text des Evangelii führen ſie dahin ins Schlauraffen-Land / einer predigte aus *Ariſtotele*, und den Heydniſchen Büchern / der ander aus dem *Decret*, ein ander bracht Fragen aus S. Thomas / ein ander predigt von den Heiligen/ein ander von ſeinem heiligen Orden/ ein ander von blau Enten/ ein ander von Hüner-Milch/wer kan es alles erzehlen das Unziefer? *inqvit B. Lutherus Tom.6. Jenenſ. fol.96.a.*

§. 3. *Ex tantâ verò religionis principii perverſione principiatorum ſive fidei* articulorum *neceſſariò orta fuit horrenda* corruptio. *Cujus ſumma extat apud B. Gerhard. L. de Eccleſia §.125. & §.249. & in ſcriptò egregio, cui tit:* Statliche Außführung / *Conf. B. Hunnii* kurtzer und gründlicher Bericht / aus welchem ein gutherziger Leſer von der Römiſchen und Evangeliſchen Kirchen urtheilen kan. *add. Thummii* Bericht / ob ein Chriſt auf Begehren weltlicher Obrigkeit zur Päbſtiſchen Religion ſich begeben könne? *item Binderi Theologia Scholaſtica, & ejusdem Hunnii Pellis ovina Eccleſiæ Romanæ detracta. Unde peſſima morum depravatio ſecuta fuit, qvàm prolixè deſcriptam vid. à B. Gerhardo L. de Eccleſia §. 262. ſeqq. add. qverelas Imperatorum, Regum, Pontificum, Cardinalium, Theologorum, Politicorum & Hiſtoricorum plurimas à B. Gerhardo enumeratas Tom. 1. Confeſſ. Cathol. lib.1. p.1. c.4.*

§. 4. *Sufficiat hôc locô ſeqvens* compendium: *Qvæcunq; Eccleſia ex propria Confeſſione convincitur, qvod I. qvoad fidem omnia repleverit novitatibus, & communicaverit 1. cum Ethnicis, 2. cum Judæis, 3. cum hæreticis (1.) qvoad media ſalutaris doctrinæ. (2.) qvoad media acqvirendæ ſalutis æternæ. (3.) Regimen Eccleſiaſticum. (4.) cultum. (5.) conſvetudines cultui connexas. (6.) mortuorum curam. II. qvoad mores reſpectu tàm doctorum, qvàm audi-*

auditorum fuerit corruptiſſima ; ejus reformationem ſumma omninò exigebat neceſſitas. Atqvi Romana Eccleſia ante Lutherum erat talis. E. Minoris probatio *præter ſuperius adducta conjunctim haberi poteſt* I. qvoad fidem, *ex Tractatu B. Hunnii, cui tit: Apoſtaſia Romanæ Eccleſiæ ab antiqvâ Apoſtolicâ, verèq; Chriſtianâ puritate ſalutaris doctrinæ, fidei, cultus, & religionis, ex propriâ ipſius confeſſione unicè, luculenter tamen demonſtrata. Edit. Lubecæ, An. 1632.* II. Qvoad mores *ex B. Botſacci demonſtratione, qvòd Eccleſia Romana non ſit ſancta, qvæ itidem ex adverſariorum confeſſione adornata eſt.*

§. 5. Divinitùs E. ordinata *fuit tantæ corruptionis reformatio, per B. Lutherum, non qvidem immediatè miſſum (hoc enim ipſe negat, Tom. 2. Jen. fol. 431. a.* Ich kan mich nicht berühmen / daß mich GOTT ohne Mittel vom Himmel geſandt hat / *) ſed ordinariè, mediatè & legitimè ad docendum vocatum, qvatenus erat 1. Eccleſiæ Wittebergenſis miniſter. 2. SS. Theolog. Doctor. 3. in ejusdem Acad. Witteberg. publicus Profeſſor. De qvibus vid. prolixè B. Hunnii tract. German. de Luth. vocat. p. 169. ſeqq.*

§. 6. *Cum itaqve An. 1517. indulgentiæ in his regionibus venderentur turpiſſimo qvæſtu, ego tum eram concionator, inqvit B. Lutherus in præfat. oper. Latin. & juvenis, ut dicitur, Doctor Theologiæ, & cœpi diſſvadere populis, & eos dehortari, ne indulgentiariorum clamoribus aurem præberent, habere eos meliora, qvæ facerent, & in iis* certus mihi videbar, *me* habiturum Patronum Papam, *cujus fiduciâ tùm fortiter nitebar, qvi in ſuis decretis clariſſimè damnat qvæſtorum immodeſtiam. Gloriabantur enim illi, ut refert idem Luth. in Epiſt. ad Electorem Moguntinum, Tom. 1. p. 1. qvòd animæ de purgatorio ſtatim evolent, ſi contributionem in ciſtam qvis conjecerit. Item: tantam eſſe hanc gratiam, ut nullum ſit tam magnum peccatum, qvin poſſit ſolvi: & qvòd homo per indulgentias liber ſit ab omni pœnâ ac culpâ. Confer formulam indul-*

Digitized by Google

dulgentiarum Tezelii ex authentico exemplari deſcriptam ap. B. Höpfnerum in Saxon.Evang. p. 121. & 124. verſiculos,rationes,qvibus indulgentiarii emtores invitabant,continentes; inter qvos eminent ſeqventes:

Hic des devotè, cœleſtibus aſſocio te,
Te precor, accelera, ſpargas hic dum potes, ara,
Et ſic reverà ſecurè cœlica ſpera.
O ſi tu ſcires, qvantum data proſit ibi res,
Tu juxta vires donares, qvod dare qvires,
Hîc datur exponi Paradiſus venditioni,
Cur tardas? tantùm nummi mihi des aliqvantum,
Pro ſolô nummô gaudebis in æthere ſummô.

§. 7. *Certamine verò utrinq; inter Lutherum,Tezelium,Eccium & Sylveſtr. Prierias incaleſcente dimicatio ab indulgentiis ad alia majoris momenti themata divertit, dum ſcilicet Lutherus ab adverſariis laceſſitus totam indulgentiarum materiam ab ipſis fundamentis ac radicibus perſcrutatur. Qvemadmodum veriſſimè loqvitur Petrus Svavis in lectu digniſſima Hiſtoria Concil. Trident. lib.1. p.5.*

§. 8. *Agnovit enim Lutherus ſibi non modò qvatenus Chriſtiano incumbere gloriæ div. aſſertionem, qvemadmodum ad Cardinal. Albertum ſcribit, Tom.1. Jen. f.557. b.* Wo nicht aufhören iſt/ GOTT zu ſchänden / und ſeine Warheit zu unehren / bin ich und alle Chriſten ſchuldig an Gottes Ehre zu halten. *Verùm etiam ut Eccleſiæ miniſtro, SS. Theol. Doctori & Profeſſori Publico, veritatis defenſionem, & errorum, adeoq; Papalium qvoq; confutationem, qvod evidentiſſimè inter alia ex formula juramenti in promotione præſtiti probat B. Hunnius in demonſtrat. miniſterii Luther. p.41. & ſeqq. NB. Tom. 5. Jen. G. f.157. b. in Pſal.82.*

§. 9. *Qvibus* peculiaris divinus acceſſit inſtinctus, *ut præter intentionem in has turbas incidens univerſi Papatus refor-* *ma-*

mationem intrepidè ſuſciperet. Unde fatetur: GOTT ſelbſt habe ihn in diß Werck hinein gebracht / über und wider ſeine Gedancken und Wiſſen / *Tom. 4. Jen. f. 540. b. & Tom. 2. Jen. f. 445. b.* GOtt hat mir den Mund aufgethan / und mich heiſſen reden. Als der ich doch von GOTT erwecket bin / *Tom. 6. Jen. f. 360. b. Qvod etiam ſatis dona illa teſtantur planè extraordinaria, qvibus mirificè electum hoc organon exornavit DEUS: qvalia ſunt ſingularis eruditio, ſumma lingvarum peritia, judicii acrimonia, dexteritas in ſcripturis vertendis planè admiranda, eloqventia divina, latens in ſingulis penè ſententiis, vis ſpiritus peculiaris, qvibus animus ille heroicus, & in periculis etiam maximis imperterritus meritò addendus. vid. Mattheſ. Concion. de Luthero & B. Gerhard L. de miniſter. §. 123. (Confer Tractat. Germ. cui Tit.* Wunderliche Güte.)

§. 10. *Ex qvibus patet concluſio:* Qvodcunqve opus divina eaqve ordinaria & mediata vocatione imperante, & Sancti Spiritus inſtinctu urgente ſuſcipitur, hoc non humanum, ſed divinitus fuit ordinatum. *Atqvi religionis per B. Lutherum facta reformatio fuit talis, ex §. antecedente. E. ea non humana, ſed divinitùs fuit ordinata. Hinc ſeqvitur*

PORISMA I.

E. Reformatio Lutheri non fuit temeraria.

T*Emeritatem*, qvam B. Luthero Ungersdorff. gratulat. part. 2. arg. 1. & alii objiciunt, excludit ſup. §. 1. 2. demonſtrata neceſſitas, qvam ipſe Paulus III. Pontifex in conſcientiâ convictus agnovit, qvi Anno 1538. qvatuor Cardinalibus, duobus Archi-Epiſcopis, Epiſcopo, Abbati, & Aulæ Papalis præfecto hanc impoſuit provinciam, ut Conſilium de Reformatione Eccleſiæ Romanæ unanimi ſuffragio ſcripto complecterentur: qvod extat Tom. 3. Concil. edit. Colon. Anno 1551. ex officinâ Johann Qventel, cum Privilegio S. Cæſar. Majeſtatis. Unde non ſolùm indulgentiarum (qvas teſte Gregorio de Valent. Tom. 4. diſp. 7. q. 20. punct. 1. nullam pœnam remittere, ſed eſſe *piam qvandam fraudem* nonnulli

Digitized by Google

nulli agnoverunt) nomen ex decreto Synodi Trident. in qvibuscunq; religionis Chriſtianæ locis penitus abolitum: Sed etiam nemo audet hodiè prædicare ovibus, avibus & piſcibus, cum Franciſco. vid. ejus legenda c. 8. & Antonio, cujus integram ad piſces habitam concionem vid. apud B. Meiſnerum in primâ fidelis admonit. victoriâ, reportatâ de ineptô Cenſore Johann Paulo Czarnkou Sect. 5. p. 130. nemo audet excommunicare corvos, culices & muſcas, qvod olim factum patet ex legend. S. Bernhardi lit. H. nemo audet pedibus conculcare Imperatorem, qvod Friderico I. feciſſe Alexandrum 3. Papam, teſtatur Nauclerus generat. 40. p. 776. nemo audet Franciſcanos perfectiores dicere Chriſto, qvia non tangant pecuniam, qvod factum conſtat ex Extrav. Joh. 22. tit. 14. c. 5. nemo audet porcum Antonii ſaginare, de qvô vid. Polydor. Virg. lib. 7. de rer. invent. c. 7. qvalia qvadraginta ſeptem abſurda enumerat B. Hunnius, tract. Germ. de Luth. vocat. c. 10. §. 239. qvæ pleraqve deinceps abolendo Papatus Lutheranæ reformationis ſummam neceſſitatem approbavit.

PORISMA II.

E. Reformatio Lutheri non fuit ex ambitione orta.

INitium primum omnium hæreſium hujus temporis conſtat fuiſſe invidentiam & ambitionem Lutheri ægrè ferentis munus promulgandarum indulgentiarum à ſui ordinis monachis (Auguſtinianis) ad monachos ordinis prædicatorum translatum fuiſſe, inqvit Bellarminus lib. 4. de Eccleſ. c. 13. §. eôdem modo. Idem aſſerunt Pazmannus, Cutſemius, Leſſius, Surius, Tannerus & Cornelius a Lapide in Com. 2. Pet. c. 2. qvi tamen addit: NARRARE hoc Cochleum in actis Lutheri An. 1517. Qvibus præter regulam JCtorum: Teſti alteri parti inimico non creditur, oppono 1. *adverſariorum*, qvi cum Lutherô primi decertarunt, *ſilentium*; neqve enim Conradus Wimpina, Sylveſter Prierias, Jacobus Hochſtratus &c. hoc ignorare potuiſſent, qvorum tamen nullus qvicqvam tale Luthero objecit, uti conſtat ex actis Tom. 1. Jenenſ. ab init. conſignatis. 2. *Contrarium Hiſtoricorum Pontif. teſtimonium*. Nam *Gvicciardinus*, qvi, Lipſio judice, in notis ad Politic. lib. 1. p. 371. *verax & ab effectibus immunis* eſt. lib. 13. Hiſtor. ad An. 1520. dicit: Luthero occaſionem

nem dederunt indulgentiæ nimis licenter conceſſæ à Pontificibus. Cum qvô conſentit Laurentius Surius in appendice ad Chronicon Naucleri Tom. 2. col. 566. Thuanus lib. 1. Hiſt. An. 1515. Polydor. Virg. lib. 8. de rer. invent. c. 4. nec diffitetur ipſe Bellarminus, qvando lib. 2. de Indulgent. c. 1. §. 1. aſſerit: Lutherum à reprehenſione indulgentiarum auſpicatum eſſe ſectam ſuam, & notaſſe errorem illorum, qvi usqve adeò indulgentiis confidebant, ut ſecuros ſe de ſalute ſempiternâ eſſe arbitrarentur, ſi nummum argenteum in arcam juxta præſcriptum indulgentiæ conjicerent. Nec obſtant, qvæ Lutheri ambitionem probaturus ex ſcriptis ejusdem conqviſivit Vetterus im Demûthigen Luther p. 38. ſeqq. Nihil enim aliud agit ille, qvàm ut dicta clariſſima contra conſcientiam pervertendo, & hypotheticas locutiones in abſolutas convertendo lectori fucum faciat. Qvemadmodum ex actis Poſt-Colloqvii Ratisbonenſis illud cuivis manifeſtum. Confer Mülleri Luth. defenſ. c. 15.

Porisma III.

E. Reformatio Lutheri non fuit ſine vocatione ſuſcepta.

Aſſerit hoc Scherer. de communic. ſub unâ Conc. 3. p. 387 Leſſius conſultat. conſid. 9. rat. 3. Tanner. part. 1. anat. dem. 5. Ungersdorff, & alii. Sed invitâ veritate, ſicut ex ſup. §. 5. & 10. pateſcit. Nec obſtat 1. qvod omnes hæretici vocationem div. jactare ſoleant. Juxta Leſſium conſid. 9. rat. 3. aliud enim eſt *jactare*, aliud ipſo facto div. vocationem *demonſtrare*, qvod feciſſe Lutherum cuivis ſpiritus probanti, 1. Joh. IV. 1. ex doctrinæ ipſius cum verbô div. conformitate 2. ſucceſſus ſtupendâ felicitate 3. Antichriſti calamitate 4. donorum in ipsô ſingularitate 5. miraculosâ conſervatione 6. adverſariorum confeſſione &c. ſatis conſtat. Conf. miracula Aug. Confeſſ. Sauberti p. 193. & ſeqq. Nec obſtat 2. qvòd Lutherus in diſput. cum Ecciô habitâ Lipſiæ Anno 1519. exclamârit: Hanc cauſam non propter DEUM cœptam eſſe, qvam Cochlei calumniam ab Emſerô mutuatam repetit Bellarminus lib. 4. de Eccleſ. c. 13. 9. eôdem modo. Sufficit enim Lutheri ipſius dudum data reſponſio Tom. 1. Jenenſ. fol. 404. Es iſt geſchehen zu Leipzig auf dem Schloß in der Cantzley / da durch die Eckiſche Practick gehandelt ward von der Diſputation nach ſeinem Vortheil und meinem Nachtheil / und wir

wir ſahen / daß die Ehre ward mehr denn die Warheit geſucht von dem Widerpart / und ich biß zu der Zeit gehofft / ſie hättens in Gottes Nahmen angefangen/wie ich angefangen / da ſprach ich mit kläglichen Worten und betrübtem Gemüth: Das Ding iſt nicht in GOttes Nahmen angefangen / es wird auch nicht in Gottes Nahmen ausgehen/etc. Alſo haben meine Wort nicht auf mich/ſondern auf Ecken/der die Diſputation angefangen/und die Leipziſchen Theologen/gelautet/welche mir Emſer verkehret auf Jüdiſche Art. Ex qvô unicô exemplô, qvâ fide B. Lutheri ſcripta tractare ſoleant adverſarii, & qvantum reliqvis inde collectis objectionibus tribuendum ſit, cuivis cordato patere poteſt.

Porisma IV.

E. Reformatio Lutheri non fuit vocationi ad docendum in Eccleſia Witteberg. contraria.

ORdinatum fuiſſe Lutherum ad docendam Religionem Papiſticam aſſerit Becanus manual.L.1.c.12.E non ad eandem oppugnandam. Sed Reſp. Qvicunq; vi ordinariæ vocationis debet paſcere gregem Domini, 1.Pet.5,5. cumqve ſanâ doctrinâ erudire & contradicentes refutare Tit.1.9. is tenetur etiam errores vel ab ipsô Papâ ortos oppugnare. Atqvi qvivis Eccleſiæ miniſter, adeoqve & Lutherus ad hoc officium legitimè vocatus debet hoc facere. Ergò &c. Unde Tom. 5. Jen.f. 361. Lutherus ſcribit: Wann die Sünde offenbar iſt / und zu weit um ſich greifft/als des Pabſts Lehr Schaden thut / da gilt nicht mehr ſchweigen/ ſondern wehren und ſtraffen / ſonderlich mir und andern / ſo im öffentlichen Amt ſind / denn es gebühret zu lehren und zu warnen iederman. vid. ibid. plura. Nec obſtat, qvòd ipſe Lutherus hanc ſuam vocationem appellârit ein Faſtnachts-Spiel / juxta Motiv.Badens.rat.5.p.331. non enim vocationem ipſam & ordinationem,ſed inutiles ac ſtolidas reprehendiſſe eum ceremonias ex Tom. 2. Jen. Latin. fol. 547. patet. Ut E. olim Zacharias, non obſtante Phariſæorum malitiâ, ritè vocatus fuit Luc.1,5. ita & Lutherus, non impediente Anti-Chriſti neqvitiâ. Hæc enim à Regno CHRISTI ſive templô DEI, in qvô ſedet iſte 2.Theſſ.2, 4. accuratè diſtingvenda eſt.

Pori-

Porisma V.

E. Reformatio Lutheri non fuit juramento in promotione Doct. præſtito adverſa.

ITa colligit Gretſerus in Luth. Acad. c. 26. p. 309. Tannerus &c. ſed ex Formulâ juramenti, qvam ex ſtatutis Facultat. Theol. in Acad. Witteb. recenſet B. Hunn. in demonſtr. miniſtr. Luth. p. 47. patet, qvòd promiſerit Lutherus An. 1512. in promot. Doct. duo: 1. Vanas, peregrinas doctrinas ab Eccleſiâ damnatas & piarum aurium offenſivas non dogmatiſabo. 2. Juro Rom. Eccleſiæ obedientiam, ut habent verba l. d. Cum E. audiret vanas doctrinas publicè proponi, vid. ſup. §. 6. oppugnare eas debuit, non obſtante poſteriore juramenti parte priori contrariâ, ſiqvidem juramentum contra bonos mores factum non obligat judice Papâ 2. Decretal. tit. 2. c. 12. vid. Tom. 5. Jenenſ. fol. 302. ubi dicit Lutherus: Ich habe das Doctorat-Amt müſſen annehmen / und meiner allerliebſten heiligen Schrifft ſchweren und geloben / ſie treulich und lauter zu predigen und zu lehren. Uber ſolchem Lehren iſt mir das Pabſtthum in Weg gefallen / und hat mirs wollen wehren / darüber iſts ihm auch gangen / wie für Augen. Nec obſtant, qvæ ex Lutheri ſcriptis malitioſè corruptis Gretſerus l. d. objicit. ſufficientiſſimè enim ab Hunniô l. d. p. 50. illa eſſe refutata vel ex ejusdem Capiſtro An. 1617. Lancilotto injecto conſtat. Taceo Lutheri verba ſup. ſect. 2. §. 6. repetita: In iis certus mihi videbar, me habiturum patronum Papam, &c.

Porisma VI.

E. Reformatio Lutheri non fuit ab officiô Theologiæ Profeſſoris aliena.

ASſerit hoc Ungersdorff. in gratulat. part. 2. arg. 1. p. 144. qvi ad Scholam hoc docendi officium reſtringere conatur, qvem vel ſola Profeſſorum in Academiis Pontif. praxis contraria refutat, qvi falſam doctrinam qvaliscunqve & ubicunqve illa ſit, oppugnant. Rectè proindè Luth. Tom. 1. Jen. f. 57. taxat, daß man ihm allein nicht wolte gönnen / die Gewalt / Recht und Freyheit zu haben / in einer freyen öffentlichen Univerſität oder hohen Schule / nach Weiſe und Gewonheit aller Univerſi-

verſitäten und der gantzen Chriſtenheit zu diſputiren nicht allein vom Ablaß/ſondern von viel höhern und gröſſern Artickeln. Cum E. vi vocationis An. 1508. factæ Luthero mandata eſſet omnium fidei articulorum confirmatio & errorum refutatio, non potuit non indulgentias, & hâc occaſione reliqvos oppugnare abuſus Papiſticos. Seqvitur.

MEMBRUM II.

Lutheri Reformatio fuit juxta canonem verbi divini inſtituta.

§. 1.

NOn ſunt ſolùm credenda & ſervanda, qvæ expreſſè habentur in divinis literis, aut probantur ex ipſis, verùm etiam ea oportet credere & ſervare, qvæ ſancta Mater Eccleſia credit & obſervat, inqvit Eccius *in Enchirid. L.C. tit. 4. f. 33. qvo ſpecioſo titulo innumera ἄλογα, ἄγραφα, ἀντίγραφα, & ἀντιφατικὰ dogmata eſſe introducta; de qvibus vid. Fidel. Admonit. Witteberg. c. 3. p. 87. mirum non eſt. Qvia enim dilectionem veritatis non recipiebant, ideò miſit DEUS ἐνέργειαν πλάνης 2. Theſſ. 2, 11. ut loco verbi divini nova planè conſtituerentur fidei principia, videlicet traditiones; hominum placita, Pontif. Rom. decreta, legendarum & revelationum figmenta, vid. B. Gerh. Tom. XI. Conf. Cathol. tot.*

§. 2. *Qvemadmodum E. Architecti ſtructuras ad certum perpendiculum examinant, num ſingulæ partes certâ proportione cohæreant: ita etiam B. Lutherus verbi div. Canonem, ſupremi judicis vocem Joh. 12, 48. applicando deprehendit, neqvaqvam eſſe ſalutis media vulgò commendata opera electitia, confeſſionem publicam, jejunium, flagellationem, monachatum, miſſaticum ſacrificium, aqvam luſtralem, orationem pro mortuis, pecunias, indulgentias, & ſexcenta alia. Conf. Hunnii apoſt. Rom. Eccl. p. 73. & acta reformationis Tom. 1. Jen. tot.*

§. 3. *Intelligens itaqve B. Lutherus, qvod cœleſtis Patris cœlitus*

Digitized by Google

litus delatæ voci, hunc audite Matth. 17, 5. ad qvam graviſſima pertinet comminatio Devt. 18, 19. obtemperare non poſſemus, ſi Chriſti verbum ſcripturis amplius non ſonaret, minimè per Pontificem demum animandis, ſed à DEO, qvi ipſa vita, habentibus, ut ſint vivus & efficax ſermo, penetrabilior omni gladio ancipiti Heb. 4, 12. repudiavit ab omnibus hactenus jactatum dogma ſc. Eccleſiam Rom. poſſe condere novos fidei articulos, *& qvicqvid Scripturæ S. deprehendit adverſum, velut noxium & peſtiferum rejecit. Qvod per inductionem qvoad ſingulos fidei articulos facilè probari poſſet, niſi dudum illud à noſtris factum fuiſſet. Videatur D. Hoë comm. in Apocal. c. 14. p. 479. ſeqq. ubi per accuratiſſimam ſcriptorum Lutheri cum canone verbi divini collationem Triboniani Caſſii convitia ſufficientiſſimè refellit, ſimulq; per potiſſimos fidei articulos, qvod hoc loco deſiderari poterat, evincit.*

§. 4. *Jure igitur B. Lutherus in explicatione capitis 5. Matth. in arenam provocat omnes veritatis hoſtes, inqviens: Nos ab adverſariis noſtris audenter poſtulare audemus, ut vel unum locum, vel articulum Scripturæ proferant, qvem irritum feciſſemus, & non rectè doceremus. & Tom. 7. fol. 195.* Wir haben dieſe Predigt nicht neue gemacht / ſondern eben die alte Lehre der Apoſtel wieder herfür bracht / wie wir auch keine neue Tauffe / Sacrament / Vater Unſer / Glauben / gemacht / ja nichts neues in der Chriſtenheit haben wollen / ſondern allein ob dem alten / ſo Chriſtus und die Apoſtel hinter ſich gelaſſen / und uns gegeben / ſtreiten und halten. Aber / das haben wir gethan / da wir ſolches alles gefunden durch den Pabſt mit ſeiner Menſchen-Lehre verdunckelt / ja mit dickem Staub und Spinweben / und allerley Unziefers / Geſchmeis behänget / dazu in Koth geworffen und vertreten / haben wir es durch Gottes Gnade wieder herfür gezogen / von ſolchem Geſchmeis gereiniget / den Staub abgewiſchet / gefeget / und ans Licht bracht / daß es wieder rein glänzet / und iederman ſehen kan / was das Evangelium / Tauffe / Sacra-

crament/Schlüſſel-Gebet/und alles ſey / was uns Chriſtus gegeben hat/und wie man das ſeliglich brauchen ſoll.

§. 5. *Agnovit idem* Paulus Langius, *Citizenſis Monachus, Tritbemii Abbatis diſcipulus, qvi in Chronico Citizenſi, Martinus, inqvit, Theologus conſummatus, profundus, incomparabilis, Sacram Theologiam ad fontalem dignitatem, primævamq; puritatem, nec non Evangelicam ſinceram ſimplicemq; ſuam illam innocentiam, omni prorſus ſeculari Philoſophia exploſa revocare conatur. Et An. 1520. ſcribit idem: Martinus ille Theologorum noſtra ætate omnium facilè ſapientiſſimus Princeps, doctrinam ſuam Evangelicis teſtimoniis & Divi Apoſtoli Pauli, nec non priſcorum orthodoxorum Patrum originalibus dictis roborans & comprobans eatenus perſtitit invictus. (NB. vide hæc teſtimonia integra in editione Piſtorii An. 1613. p. 897. & ſeqq. NB.) Seqvitur hinc*

PORISMA I.

E. Reformatio Lutheri non fuit proceſſu indebito facta.

ITa judicat Tannerus append. p. 245. Lutherum non ſervaſſe ordinarium proceſſum. Cui Reſp. Qvicqvid 1. poſtulat officium hominis Chriſtiani Tit. 3, 10. 2. Eccleſiæ paſtoris Tit. 1, 9. 3. praxis Chriſti Matt. 23. & Apoſtolorum Act. 8, 20. & Patrum; ipſiusqve Romanæ Eccleſiæ exemplum confirmat, id neqve ullus Chriſtianorum, neqve Pontificiorum improbare poteſt. Atqvi contra Scripturas errantem admonitum publicè proclamare hæreticum, non expectato decreto ſummi Pontificis aut Concilii, poſtulat officium Chriſtiani ipſiusqve Eccleſiæ Rom. exemplum confirmat (in Huſſi damnatione) E. nemo hunc proceſſum velut indebitum improbare poteſt in Luthero. Minor ex oraculis Spiritus S. additis conſtat, ejusqve uberior probatio apud Hunnium in innocentia Lutheran. p. 193. videri poteſt. Ubi ſimul ad varias Tanneri exceptiones accuratiſſima oſtenditur reſponſio.

PORISMA II.

E. Reformatio Lutheri non fuit Schiſmatica.

Contra Cutſemium p. 16. Saxon. Cathol. cui B. Höpfnerus in Saxon. Evangel. p. 29. dudum ſatisfecit, demonſtrans B. Lutherum, juxta canonem verbi divini errores publicè taxantem, ſchiſmatis nec fuiſſe autorem, qvia occaſionem non præbuit; nec cauſam, qvia & veritatis amore errores taxavit, & pacis cauſa toties Eccleſiæ ſe ſubmiſit, ſi ex verbo Dei judicium ferret; nec obſtinatum, qvia conſtans, propterea inimicis veritatis exoſus, & ab iis à commercio Eccleſ. Rom. ſeparatus eſt. Nec obſtat 1. Tezelii refutatio. Errores enim ex Scriptura arguere non eſt occaſionem ſchiſmati præbere, ſed conſpirationem in mendacio abolere, & ad veram cum Chriſto unionem viam aperire. Nec obſt. 2. vocis Evangelicorum uſurpatio. Non enim ideò dicimur Evangelici, qvòd non ſimus Catholici, cùm contrarium ſit veriſſimum; ſed ad diſcernendam confeſſionem noſtram à Pontificia, qvæ Evangelium cum Lege turpiſſimè confundendo hominem per opera ſalvari docet. Nec obſtat 3. Lutheranorum appellatio. (Conf. de voce Lutheriſch HB. p. 1676.) Hanc enim à Pontificiis nobis datam admittentes Lutherum non ut fidei Magiſtrum, ſed ut ejusdem ex Scripturis S. aſſertorem & miniſtrum ſeqvimur, ejusqve nos propter miniſterialem inſtructionem diſcipulos profitemur. Qvod diſcrimen ipſe Lutherus Tom. 2. Jen. luculenter tradidit fol. 92. Wahr iſt es/ daß du ja bey Leib und Seel nicht ſageſt / ich bin Lutheriſch/ oder Päbſtiſch/ denn derſelben iſt keiner für dich geſtorben / noch dein Meiſter/ ſondern allein Chriſtus/ und ſolt dich Chriſten bekennen. Aber wenn du es dafür hälteſt/ daß Luthers Lehre Evangeliſch/ und des Pabſts unevangeliſch / ſo muſtu Luthern nicht ſo gar verwerffen / du verwirffſt ſonſt ſeine Lehre auch mit / die du doch für Chriſti Lehr erkenneſt.

Porisma III.

E. Reformatio Lutheri non fuit Apoſtatica.

Apoſtatam vocat B. Luth. Tanner. part. 2, anat. dem. 1. §. 1. Hack. Sartorius, & alii. Verùm, cùm Apoſtata ſit is, qvi Chriſtianam fidem & religionem ab Apoſtolis prædicatam & fundatam integram & inviolatam non retinet, vid. Tuſch. lit. A. conc. 424. Bertachin. Repertor. voc. Apoſtata. Tholoſan. ſyntagm. 2. c. 2. §. 5. Ideò B. Lutherus, qvi eandem

dem doctrinam Chriſtianam aſſeruit , & Eccleſiam Rom. turpiſſimæ apoſtaſias convicit, eadem tribui neqvit. Conf. ſup. §. 4. Nec obſtat 1. *Eccleſiæ Rom. deſertio.* Qvicunqve enim in reformationis opere non fuit novi alicujus dogmatis inventor, ſed antiqvæ fidei aſſertor: nec novæ Eccleſiæ autor, ſed priſtinæ repurgator, is ab Eccleſia Catholica, in medio Papatu cõſervatâ (qvod vid. probatũ à B. Gerh. L. de Eccleſia §. 176.) non diſceſſit, neq; n. Eccleſia Romana depravata cum Eccleſia Catholica eſt unũ & idem. Nec obſt. 2. *Monachatus derelictio.* Deſerens n. ordinationẽ non divinam, ſed humanã, qvalis eſt Monachat9, teſte Bellarmino lib. 2. de Monach. c. 5. minimè eſt apoſtata, qvemadmodum nec Paulus ob Phariſaiſmi deſertionem talis erat. Nec obſt. 3. *apparentis novitatis objectio.* Diſtingvendum enim eſt inter religionis novationem & repurgationem. Conf. ſup. §. 4. inter fidem ipſam, & inter perſonam, cujus recenti miniſterio fides antiqva Eccleſiæ Apoſtolicæ aſſeritur. Facta enim ad canonem verbi div. noſtræ cum Pontif. doctrinæ collatione novitas vera ab apparente facilè diſcerni poterit. Nam qvæcunqve Eccleſia 1. antiqviſſimo & veriſſimo medio ſalutaris doctrinæ (verbo Dei) repudiato alia nova olim incognita (viſiones, apparitiones) Chriſtianis obtrudit. 2. media ſalutis nova (indulgentias, orationes pro mortuis) & primitivæ Eccleſiæ occulta in cœtum fidelium introducit. 3. regimen Eccleſiæ (per Pontificem Roman.) per omnia novum conſtituit. 4. cultum novum & in Eccleſia Chriſtiana inauditum, (qvalis invocatio ſanctorum, cultus imaginum) uſurpat. 5. varias conſvetudines & ceremonias cultui connexas effingit. 6 mortuorum curam (per Miſſam, ſuffragia) agit modo antiqvitati incognito : illa ab Eccleſia antiqva Apoſtolica defecit. Id verò de Eccleſia Romana ex propria ipſius confeſſione ad oculum demonſtravit B. Hunnius in apoſtaſ. Rom. Eccleſ. p. 71. & ſeqq.

PORISMA IV.

E. Reformatio Lutheri non fuit hæretica.

UNo ore hoc aſſerunt Pontificii. Unde nõ modò Gregori9 de Valentia anal. l. 6. c. 11. Coſterus Enchir. c. 2. & Baronius in annalibus paſſim, imprimis verò Tribonianus Caſſius à Seeſtervurt in Pſeudo-Jubilæo Witteb. varias per Reformationem ex orco revocatas Luthero aſ-

 ſignant

ſignant hæreſes: Verum etiam Jeſ. Georg. Schererus emiſit chartam ſub titulo: Der Lutheriſche Bettelmantel/ cui tale argumentum præmiſit:

Hier ſitzt ein Bettler auf dem Stock/
Von vielen Flecken iſt ſein Rock/
Bedeut des Luthers geflickte Lehr/
Von alten Kätzern kommt ſie her.

Sed Reſp. 1. Qvicunqve *veritatem* ab ipſo Spiritu S. in Verbo ſcripto propoſitam, ſine additione vel diminutione evidenter repetit, ille neqvaqvam hæreticus, ſed orthodoxus eſt. Sed Lutherus. Ergo. [Confer Theol. Polemicam de Hæreſi NB.] 2. *Qvi corruptelas ad canonem verbi examinat*, nihilqve extra & præter Scripturam docet, is hæreticus nullô modô vocari poteſt. vid. Gal. VI. 16. atqvi Lutherus. vid. ſup. §. 2. 3. Ergò, &c. 3. Qvicunqve ex unicâ religionis *normâ* Scripturâ S. non potuit convinci hæreſeos, ſed profitetur dogmata eidem Scripturæ analoga, is non eſt hæreticus. Sed Lutherus. &c. Ergò. Minor vel ex ſolius Caſſandri juſſu Impp. Ferdinandi I. & Maximiliani II. conſcriptô judiciô conſtat. vid. Caſſander Evangelicus Sauberti Anno 1631. editus. Taceo XXXV. hæreſes Pontificiis imputatas à B. Gerhardo Loc. de Eccleſiâ §. 230. & B. Hunnii demonſtrationem, qvod Eccleſia Rom. cum plurimis colludat hæreticis tract. de Apoſt. Rom. Eccl. p. 1142. & ea, qvæ Triboniano Caſſio repoſuit D. Hoë lib. 4. com. Apocal. in c. 14. p. 471. Qvia ſufficit Hiſtoria ex Tom. 1. Jen. fol. 3. daß der Legat Cajetanus geſagt/ er halte D. Martin. nicht für einen Kätzer. Unde Lutherus dicit Tom. 5. Jen. fol. 175. b. So wiſſen und bekennen die Papiſten ſelbſt/ und dancke ihnen der Teuffel/ daß ſie anders ſagen ſolten/ daß unſer Lehre wider keinen Artickel deß Glaubens/ noch wider die Heil. Schrifft ſey/ ſondern ſey wider ihrer Kirchen Brauch/ und der Päbſte Geſetzen. Darum ſie uns nicht mögen Kätzer ſchelten/ oder müſſen Lügen ſtraffen ihr eigen Hertz und Maul/ weil keiner kan ein Kätzer geſcholten werden/ der nicht wider die heilige Schrifft oder Artickel deß Glaubens lehret. Confer Acta Comit. Aug. Cœleſtini, & hiſtor. Auguſt. Confeſſ. Chytræi.

Porisma V.

E. Reformatio Lutheri non fuit dubia & incerta.

Fere

Digitized by Google

FEre nullus Papiſtarum eſt, qvi inconſtantiam Luthero non objiciat, unde libri eorum, der Evangeliſche Wetterhan / der Lutheriſche Irrgarten &c. Conf. Vetterum in unſchuldigen Luther / Cochleum, Sartorium &c: Sed qvænam, qvæſo, eſt conſeqventia; Lutherus, qvi nunqvam extra Scripturas, ſed unicè, qvatenus cum illis conſentit, fidem ſibi haberi petit, initio converſionis ſuæ non omnia Papatus βδελύγματα uno qvaſi momento ſimul deprehendere potuit, ſed in agnitione veritatis qvotidiè incrementa ſenſit. E. tota juxta canonem verbi peracta Reformatio & univerſa doctrina fuit dubia & incerta. Opus h. l. eſſet monitore Tanneriano, *ad formam, ad formam*! Minimè enim NB. *nervatim* (uti Magiſter ille Ceremoniarum V. J. ſuâ abundans elegantiâ loqvebatur) concluditur; Qvædam huic actioni & doctrinæ adjacent dubia. E. tota in ſe eſt dubia. Aliud ſanè emendatio eſt, aliud contradictio: prius uti Auguſtino retractationum libros ſcribenti, ita & Luthero licitum fuit omninò, aut culpandus etiam Bellarminus in recognitionibus ſuis dicens: Se in libros controverſiarum ſuarum *pro jure, qvod unusqvisq; in partus ſuos habet*, qvædam in locis nonnullis addidiſſe, pauca qvoqve detraxiſſe vel mutaſſe. Sic Lutheri qvoqve apparentes à veris contradictionibus diſcernendæ, & ex ultimis priora judicanda ſunt, qvod ipſe Tom. 1. Jen. fol. 2. innuit: Für allen Dingen bitte ich den Chriſtlichen Leſer / und bitte Jhn um unſers HErrn JEſu Chriſti willen / daß Er meine erſte Bücher gantz bedächtlich / auch mit groſſem Mittleiden wolle leſen / und wiſſen / daß ich vor dieſer Zeit auch ein Münch / und der rechten unſinnigen / raſenden Papiſten einer geweſen bin / &c. daher wirſtu in meinen erſten Schrifften und Büchern finden / **wie viel Artickel ich dem Pabſt dazumahl mit groſſer Demuth nachgelaſſen und eingeräumet habe / welche ich hernachmahls für die ſchrecklichſten Läſterungen und Greuel gehalten und verdammet habe** / und in Ewigkeit will halten und verdamt haben / Amen. Qvæ verò in ſpecie antilogiæ objiciuntur à D. Heilbrunnero in unſchuldigen Luther / Lælio contra Sartorium p. 171. Zæemanno contra Ungersdorff c. 27. Heerbrando in refutatione deß Wetterhans / aliisqve ſunt ſufficienter enucleata. Conf. Obſervationes X. in hoc negotio utiliſſimas in B. Mülleri Luth. def. c. 21. Exiguam profectò laudem reportavit ob hunc laborem Vetterus, uti acta Poſt-Colloqvii Ratisbon. teſtantur; qvi cum ſocis rectius cogitaret, qvomodo innumeras Canonum, Scho-

laſti-

laſticorum, aliorumqve Doctorum Pont. contradictiones ab Oſiandro in Papâ non Papâ, Flacio in diſſidio Pap. Pappo in contradict. Eccleſ. Rom. Hunnio in Papatu ſeipſum deſtruente, Mortono in Apolog. Cathol. Botſacco in Eccleſ. Rom. non una, noviſſimè autem in Confeſſione Catholicâ B. Gerhardi immenſo labore conglobatas conciliare, & Eccleſiæ Rom. unitatem vindicare poſſet. Qvod impoſſibile eſſe animadvertet, qvi vel Thomiſtarum & Scotiſtarum diſſenſiones conſideraverit, qvas Johannes de Rada Epiſcopus Pactenſis edidit Coloniæ Anno 1620. vel bellum de conceptione B. Mariæ Virginis inter Dominicanos & Franciſcanos ex Lucæ Waddingi legatione prolixè, cum accuratiſſimis obſervationibus deſcriptum à B. Keslero in reſponſ. ad Bellum Ubiqvitiſt. Foreri p. 779. vel ſolùm tabulas illas tres de Pontificum Romanorum ſucceſſione irreconciliabili perluſtraverit, qvas aureo ſuo ſcripto An. 1657. edito, cui tit. Pellis ovina Eccleſiæ Romanæ detracta, ſubjungit celeberrimus Theologus D. Nicol. Hunnius.

MEMBRUM III.

Lutheri Reformatio fuit ad DEI gloriam directa.

§. 1.

Gloria DEI hæc eſt, ut talis agnoſcatur & colatur, qualem ſe in verbo patefecit, Pſal. 48, 11. Qvicunqve ergò doctrinam de DEI eſſentia, voluntate, verbo, cultu & operibus miſerè depravatam juxta præſcriptum verbi canonem, reformat, is rem præſtat, qvæ omninò facit ad DEI gloriam. Fecit hoc Lutherus, ut conſtabit ex ſeqq. E.

§. 2. *Maximè enim labefactatam fuiſſe DEI gloriam in Papatu I. reſpectu eſſentiæ 1. per Mariolatrian. 2. Angelolatrian. 3. Hagiolatrian. 4. Iconolatrian. 5. Artolatrian. 6. Lipſanolatrian &c. divinum Soli DEO debitum honorem ad creaturas transferendo. II. reſpectu Verbi divini, ejus perfectionem, perſpicuitatem &c. negando. III. reſpectu operum divinorum, ſancti-*

ſtita-

ſtitati eorum derogando &c. ad oculum demonſtravit B. Gerhard. Diſp. 1. & 2. de gloria DEI. Idemque factum vitæ impuritate, oſtendit Diſp. 4. de ſtudio pietatis. Conf. L. de Eccl. §. 263.

§. 3. *Sufficiat h. l. ſolùm expendere, gloriam divinæ juſtitiæ, bonitatis & miſericordiæ; gloriam inſuper Jeſu Chriſti, ſangvine ſuo ab omni peccato nos emundantis 1. Joh. 1,7. gloriam Spiritus Sancti, per Verbum & Sacramenta vocantis, regenerantis, peccata remittentis &c. maximè labefactatam fuiſſe per indulgentias, qvæ* medium *dicebantur* liberationis à peccato meritorium *& ſatisfactorium pro vivis pariter ac defunctis. vid. Bellarm. lib. 1. de Indulgent. c. 10. Benzonius de Jubilæo lib. 2. c. 31, 38. & Lancellottus Qvare 66. §. 5. qvibus peccatorum venia per literas data, pecuniis redemta, ad familias extenſa, abſentibus conceſſa, ſine mentione ſatisfactionis & meriti Chriſti tantum ex meritis ſanctorum hauſta, juxta Baronium annal. ad An. 1073. §. 71. An. 1118. §. 18. An. 1127. §. 5.*

§. 4. *Hujus ergò rei indignitate motus Lutherus publicè affixis theſibus huic impietati contradixit An. 1517. vid. ſup. membro 1. §. 6. DEIq; gloriam maſculè vindicavit, ita ut clamante hoc Angelo ex Apocal. 14, 7. Timete DEUM, & date illi honorem, & adorate eum &c. uno impetu impietas tanta fuerit everſa. Qvod qvia ex aureis B. Lutheri ſcriptis evidenter conſtat, & à noſtris An. 1617. & An. 1630. tot concionibus, orationibus & Diſputationibus publicè extantibus, univerſo orbi manifeſtatum eſt, h. l. repetere ſupervacaneum videri poterat. Cujus ſummam exhibet B. Gerhard. Tom. 1. Conf. Cath. p. 182. & Mayerus in Jubil. Evangelico. Addo ſolùm teſtem omni exceptione majorem Imperatorem Ferdinandum I. qvi Auguſtæ dixit: duo ſibi in Lutheranis placere 1. qvod in omnibus ſuis actionibus* gloriam dent DEO. *2. qvòd in Eccleſiis ſuis de Magiſtratu honorificè ſentiant, referente B. Gerhardo l. d. A qvò non alienum eſt illud Staupitii, Ord. Auguſt. Vicarii Generalis, ad*

 Luthe-

Lutherum dicentis : Hoc mihi valdè placet, qvod doctrina, qvam prædicas, gloriam & omnia Soli DEO tribuit, *hominibus autem nihil. Unde ſeqvitur*

Porisma I.

E. Reformatio Lutheri non fuit Diabolica.

QVomodo enim acerrimus gloriæ divinæ hoſtis qvicqvam DEO glorioſum efficeret? Et tamen non pudet Papiſtas toties repetere, Lutherum fidei ſuæ Diabolum habuiſſe Magiſtrum. vide Bozium lib.7. de ſign. Eccl. c.6. Sartorium in motiv. p.320. Cutſem. Tanner. & alios paſſim, ſcil. ideò, qvia Tom. 6. Jen. fol. 82. Tentationem Diabolicam de miſſæ abrogatione recenſet. At nulla eſt conſeqventia: Lutherus audit Diabolum diſputantem, E. illum habet Doctorem. Nam & ipſe Salvator Satanam diſputantem & opponentem audivit, uti conſtat ex Matt. 4, 1. Imò & pueri Logicorum norunt, diſputatoris piraſtici finem non eſſe docere, ſed explorare alicujus profectus, qvemadmodum Philoſophus lib. 1. Sophiſt. Elencht. c.1. expreſſè Syllogismum piraſticum opponit didaſcalico. Confer B. Höpfn. Sax. Evang. p. 95. & vide totius Satanicæ diſputationis proceſſum prolixè & accuratè expoſitum ibid. p. 96. ex qvibus manifeſtum eſt, qvòd is, qvi 1. Satanam expreſſe mendacem vocat 2. ab eòdem tentatum ſe eſſe conqveritur, velut facit B. Lutherus l. d. Diabolum minimè agnoſcat fidei Magiſtrum. Rectius ſanè de Tannero qvis dubitare poſſet, cur ipſe parte 2. anatom. dem. 9. §. 133. probaturus, ad ſepulchrum Chriſti & Sanctorum dæmones pelli & torqveri, ſcripſerit: Si nobis non credimus, credamus ſaltem Diabolo & Angelis ejus. Num ideò, qvia Cacodæmones circa Ætnam montem lamentantes, teſte Polydoro Vergilio lib. 6. de rerum invent. feſti omnium animarum neceſſitatem docuerunt Abbatem Cluniacenſem? aut, qvia Diabolus in ſpecie Angelica cuidam Abbati apparens eundem ad miſſam celebrandam hortatus fuit? referente Delrio lib. 4. diſqviſ. magic. c. 1. q. 3. §. 5. vel qvia uſum Pſalmi 13. contra damnationem ex Dæmone apparente Bernhardus didicit? qvemadmodum narratur in precatiunculis Germanicis S. Brigittæ Auguſtæ Vindelicorum apud David Francken excuſis An. 1619.

Pori-

Digitized by Google

PORISMA II.

E. Reformatio Lutheri non fuit in Chriſtum contumelioſa.

EVidens hoc ex anteced. §. 2.3. contra Vetteri andächtigen Luther. Cui ſatisfactum eſt à B. Müllero in Luth. def. c. 8. Nec obſtat 1. aſſertio, *Chriſtum eſſe peccatorem*, & factum eſſe maledictum. Dixit enim hoc B. Lutherus ex ore Spiritus Sancti reſpectu peccatorum noſtrorum Chriſto imputatorum. vid. 2. Cor. 5, 21. Galat. 3, 13. Eſa. 53, 4. Nec obſtat 2. *reliqviarum crucis occultatio*, qvam objicit Schererus conc. 2. Dom. Judica pag. 316. addit enim Luth. in Poſt. Eccl. de Exalt. crucis: Ich wolte / daß kein heilig Creutz herfür kommen wäre / um des leidigen Mißbrauchs willen. Eandem ob cauſam taxans bella clericorum, qvibus potius orandum, qvàm pugnandum. Tom. 4. Jen. Germ. fol. 433. b. rectè dicit, ſe malle aufugere, qvàm ſub ſigno Pontificis, etiamſi crux foret, contra Turcam in aciem exire. Nec obſtat 3. *Cultus Mariæ abrogatio*, qvam objicit Bozius l. 12. de ſignis Eccleſiæ c. 13. fuiſſe enim hunc in meritum Salvatoris injurium, ex Mariali, Brunio, Oſorio aliisqve demonſtrat B. Gerhardus L. de morte §. 387. Solum proinde DEUM colendum eſſe ex Matth. 4, 10. Lutherus rectè docuit.

PORISMA III.

E. Reformatio Lutheri non fuit tragica morte punita.

COntemtum nominis & gloriæ divinæ vindicaſſe Deum morte Lutheri tragicâ, mentiuntur Bozius lib. 23. de ſign. Eccl. c. 3. Cochleus in Act. Luth. p. 309. & alii. Verùm tantus gloriæ divinæ vindex tam beatè obdormivit, ut longè rectius de eo repetere liceat, qvæ ob pulverariam conjurationem ultimò per carnificem ſupplicio affectorum fata deſcribens addit Card. Baronius in martyrol. p. 793. ad d. 29. Decembris, velut alter Bileamus exclamans: Moriatur anima mea morte juſtorum, & fiant noviſſima mea horum ſimilia ex Num. 23, 10. qvemadmodum non modò ex Thuani & Sleidani, verùm etiam D. Juſti Jonæ, Cœlii, Matheſii aliorumqve conſtat teſtimoniis, qvæ omnia collegit, & nugas contrarias ſolidè confutavit B. Gerhard. Tom. 1. Conf. Cathol. p. 926. & Müllerus Luth. def. c. 29. Ut planè non ſit opus qvicqvam

qvam addere præter illud, qvod, qvia Pontificii vivo adhuc Luthero ſimilia de ipſius morte ſpargentes in mendacio deprehenſi, uti patet ex Tomo 8. fol. 207. meritò h. l. obſervanda ſit illa Bellarmini regula, qvam in cauſa Veneta adverſus Paulum Servitam & Johan. Marſilium, ſub finem reſp. ad tractatum 7. Theologorum &c. Venetorum ſuper interdicto Pauli V. urget: *Ferendum iis æqvo eſſe animo, ſi in falſitate deprehenſis de cætero nullatenus credatur.*

Membrum IV.

Lutheri Reformatio cum ſingulari Eccleſiæ utilitate fuit peracta.

§. 1.

UTilitatem *hanc probant* I. Beneficia generalia *ad univerſam Eccleſiam pertinentia, qvorum B. Parens D. Joh. Olearius in præfat. 200. error. Calvin. 10. potiora enumerat. Sunt enim 1. German. Bibliorum translatio. 2. Catechiſmi promulgatio. 3. hymnorum compoſitio. 4. articulorum Auguſt. Confeſſ. & dictorum Scripturæ explicatio. 5. Doctrinæ de Juſtificatione declaratio. 6. diſcriminis Legis & Evangelii elucidatio. 7. Anti-Chriſti revelatio. 8. monaſteriorum in Scholas transmutatio. 9. veræ Eccleſiæ demonſtratio. 10. ſectarum & hæreticorum refutatio. De qvibus & aliis vid. Mathesii Conciones de Luthero. B. Gerhard. L. de miniſter. §. 103. & inprimis Mayerus in Jubil. Evang. ſect. 16. & 17. (Confer* Wunderliche Suite. *NB. & Manuale p. 1682)*

§. 2. II. Beneficia ſpecialia *attinent* I. Statum Eccleſiaſticum, *cui ſublatis Scholaſticorum tricis & Monachorum fabulis, vid. ſup. membr. 1. §. 2. nec non cœlibatu impuriſſimo (qvem S. Scripturæ, rectæ rationi, legi naturæ & Eccleſiaſticæ antiqvitati prorſus adverſari invictè demonſtrarunt noſtri) profligato, loco vitioſiſſimæ vulgatæ verſionis, in qvâ Iſidorus Clarius Papiſta 8000. errores annotaſſe ſe fatetur, pretioſiſſimum verbi divini theſaurum reſti-*

reſtituit. Qvod beneficium nunqvam ſatis laudandum omnes pii gratâ mente agnoſcunt meritò, qvoties exemplar antiqvæ verſionis Germanicæ & V. Gr. in Pſal. 79. ſeqventia legunt: Die Heyden vermaßgeten deinen heiligen Tempel/ und ſatzten Jeruſalem in die Hut der öpfel / ſie ſatzten die tödliche Dinge deiner Knechte / die eſſen den Vögeln des Himmels etc. Wir ſind worden eine Naſen-Krümmung und Verſpottung denen die da ſind in unſerm Umſchweiff. Qvæ, ut taceam das Grißgrammen der Völcker Pſ. 2. Das Gerecht-Machen des Unmilden Rom. 4. & ſexcenta alia, qvi cum verſione B. Lutheri confert, qvantum nunc habeamus in templis noſtris theſaurum facilè intelligit. Confer Mayer. Jubil. Evang. ſect. 17.

§. 3. II. Beneficia ſpecialia ſtatum Politicum ejusq; autoritatem, libertatem, poteſtatem & ſecuritatem attinentia ex Fideli admonit. Witteb. c. 3. rat 8. p. 200. colligi poſſunt. Unde Fridericus Sapiens Dux Saxon El. cum legeret Scriptum Lutheri de Magiſtratu Politico, qvod extat Tom. 2. Jen. lætus exultavit, ac ſublatis in cœlum manibus DEO gratias egit, qvod ex ſacris literis jam cognitum atq; exploratum teneret, ſe in ejusmodi ordine conſtitutum eſſe, qvi DEUM autorem habeat, & in qvo bona conſcientia verſari DEOq; placere poſſit, vid. Gerb. L. de Magiſtr. §. 3. Veriſſimè ergò ſcripſit Luth. Tom. 2. Witt. f. 445. Die Allergelehrteſten hielten die Weltliche Obrigkeit für ein heydniſch / menſchlich/ ungöttlich Ding/ als wäre es ein fährlicher Stand zur Seligkeit etc. Et Tom. 6. op. Germ. ab init. gloriatur: Daß ſeynt der Apoſtel Zeit kein Doctor noch Scribent / kein Theologus noch Juriſt, ſo herrlich und klärlich die Gewiſſen der weltlichen Stände befeſtiget/unterrichtet und getröſtet habe/ als er gethan.

§. 4. III. Beneficia ſpecialia ad Statum Oeconomicum pertinentia ſunt libertatis legendi Scripturas, inqvirendi in religionem, utendi benedicto calice, firmiter credendi peccatorum veniam &c. reſtitutio; Confer Mayer. Jubil. ſect. 17. Unde ſeqvitur

Digitized by Google

Porisma I.

E. Reformatio Lutheri non fuit Eccleſiæ peſtifera.

QVod qvia planum ex §. anteced. 1. 2. 3. ſeqvitur falſum eſſe qvod ſcripſit Bellarm. Orat. præfat. Tom. 4. Controv. dicens: Lutheranorum ſecta inſtar *peſtiferæ tabis* ſeſe per varias regiones diffudit. Conf. præf. Tom. 1. Controv. §. atqve utinam. ubi religionem noſtram vocat *peſtem* Lutheranam.

Porisma II.

E. Reformatio Lutheri non fuit ordini Eccleſtiaſtico inimica.

ABrogaſſe hunc Lutherum exiſtimat Scherer. in Feſto Laurentii conc. 2. p. 275. ſed invita veritate, qvemadmodum demonſtravit B. Müllerus Luth. defenſ. c. 13.

Porisma III.

E. Reformatio Lutheri non fuit in Magiſtratum injuria.

PRobare hoc conatur cum aliis Tannerus in append. paſſim ex eô, qvod B. Lutherus Papam vocarit Antichriſtum. Verùm qvia omnia ibi adducta ſufficientisſimè refutavit B. Hunnius in innocentiâ Luth. Anno 1631. edita, ubi ad Imperatorem Romanum minimè hoc pertinere demonſtrat, ideò nihil hic addo, ſed ſolùm repeto D. Hülſemanni verba ex Breviario Theol. c. 22. §. 23. ubi ait: Tametſi Rom. Imperator qvædam dogmata amplectatur, qvæ Anti-Chriſtus cum aliis ſeductoribus communia habet, nulla tamen injuria infertur Imperatori, qvando Romanus Epiſcopus Anti-Chriſtus, vel Imperator doctrinæ Anti-Chriſti dicitur adhærere. Qvia hæc adhæſio in Imperatore eſt error intellectus, circa ejusmodi objectum, qvod ex ſingulari revelatione & gratiâ divinâ, non autem natura notum eſt. Et cujus cognitio adeò præſumi non poteſt de Imperatore citra divinam illuſtrationem: ac proinde nec ignorantia melioris in cenſu vitiorum moralium, nedum in crimine collocari. (Confer inſignem tractatum B. Nicolai Hunnii de Crimine læſæ majeſtatis.)

Pori-

Digitized by Google

PORISMA IV.

E. Reformatio Lutheri non fuit tranqvillitati publicæ adverſa.

CONtra Ederum in Inqviſit. fol. 65. & ſimiles, qvibus ſatisfecit B. Müllerus in Luther. defenſ. c. 23. qvi hanc objectionem meritò retorqvet ibid. p. 626.

SECTIO III.

Concluſionem inferens:

E. Religionis per B. Luth. facta Reformatio neqvaqvam vituperanda, ſed potius velut ingens DEI beneficium grata mente agnoſcenda eſt.

Stante ex antecedentibus hâc concluſione ſeqvitur

PORISMA I.

E. malè hanc Reformationem culpant Pontificii.

T*Um in genere, tùm in ſpecie reformationis* 1. *actum*, uti vidimus. Qvibus elogium veritatis Confeſſioni Eccleſiæ noſtræ Evangelicæ attributum meritò opponimus, de qvo vid. B. Gerhard. Conf. Cathol. T. 1. c. 8. Hum. de Luth. vocat. c. 4.

2. *Reformationis organum* ejusqve tam doctrinam, qvàm vitam, qvibus omnibus præter Heilbrunnerum, Lælium, Zæemannum, Heerbrandum, Garthium, Balduinum, Keslerum & alios compendioſè reſpondit B. Müllerus in Luthero defenſo Anno 1635. Confer. append. general. Tom. 1. Conf. Cathol. B. Gerhardi. (NB. & defenſionem defenſionis ejusdem Mülleri.)

3. *Reformationis memoriam*. Sic Leſſius in Conſult. conſid. p. 89. ait: Lutherani in qvibusdam Germaniæ oppidis cum prægrandibus literis in frontiſpiciis domorum ſcribunt in hæc vel ſimilia verba: Anno tali illuxit huic urbi lumen verum Evangelii Chriſti, ſuperſtitione depulſa. Perperam enim hoc culpari oſtendunt præcedentia. Unde meritò pii majores parieti templi hujus parochialis (Qverfurtenſis) adſcri-

ſcribi curarunt ſeqventia: Anno. 1542. Sontag nach Martini iſt zu Qverfurt das Licht deß Evangelii angefangen und die erſte Evangeliſche Predigt geſchehen.

PORISMA II.

E. meritò hanc reformationem gratâ mente prædicant Lutherani.

HInc Sereniſſ. Saxoniæ Elector in honorem DEI benignisſimi A. C. 1617. Jubilæum Evangelicum primum, & An. 1630. Jubilæum Evangelicum alterum, eumqve magnum, non in ſuô tantùm Electoratu ſolenniſſimè, interqve media tonitrua tormentorum hoſtilium celebravit, ſed & omnibus aliis Evangelicis Imperii ſtatibus, exemplo ſuo laudatisſimo calcar addidit, ut ipſi qvoqve χαριστήρια publica DEO ſolverint, qvemadmodum loqvitur D. Hoë Præfat. Tom. ult. Apocal. comm. Gratâ proinde mente nos etiam celebramus tantum DEI Ter Opt. Maxim. beneficium, eundem rogantes humillimè, ut veritatem Evangelicam inter tot violentas & fraudulentas perſecutiones hactenus conſervatam nobis etiam atqve univerſæ poſteritati ad finem usqve ſeculi conſervare velit propter filium unigenitum Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Amen!

ARTICULUS CXVIII.

De Diſtinctis Eccleſiæ Hierarchiis ac Membris, & de ordine Eccleſiaſtico in ſpecie.

Titus conſtituit Presbyteros ſicut Paulus ordinarat. Confer διεταξάμην Tit. 1, 5. unusqvisqve ut illum vocavit Dominus; ita ambulet; & ſic in Eccleſiis omnibus ordino, διατάσσομαι, 1. Cor. 7, 17.

§. 1.

ECcleſiæ membra dantur diſtincta, *ex Art. 113.*

Nota: Varia ſunt vitæ genera in mundo à Deo ordinata. Proinde opus

opus eſt, ut qvilibet videat, ut in tali genere vitæ verſetur, qvod Deum Autorem habet, ejusqve verbo contrarium non eſt, adeoqve Deo placet, in qvo & Deo & proximo inſervire poteſt.

Ratio eſt, qvia incertus *de Dei gratia* & Deo grato vitæ genere, nec rectè credere aut piè vivere, vel ex hac vita beatè & ſine metu decedere poteſt.

§. 2. Membra Eccleſiæ diſtincta includuntur certis claſſibus divinitus conſtitutis *1. Cor. 7, 17. conf. c. 14, 33. 40.*

Canon 1. DEUS vitæ genera diſponit ac diſtribuit, prout ipſe vult.

Canon 2. Chriſtianiſmus non tollit externas in communi vita actiones.

Canon 3. In qvâcunqve claſſe Deus aliqvem conſtituit, manendum eſt 1. Cor. 7, 24.

Poriſma 1. Ergò nemo ſub prætextu Chriſtianiſmi ſtatum, conditionem aut vitæ ſuæ genus mutare debet. vid. Art. 78.

Poriſma 2. Ergò vitæ genus Politicum cum Monaſtico neqvaqvam permutandum eſt. *Nec obſtat vocationis mutatio.* Hæc enim, ſi forte functioni alicui ſimus impares, aut ea ad nos alendos non ſufficiens, aut alia idonea ratio eam ſvaſerit, non eſt ſimpliciter prohibita.

Cautela. Omnia tamen fiant ordine ac legitimè, licitis mediis & juſto tempore, non ex ambitione aut πλεονεξία. Confer Paſtorale Portæ, de mutatione officii Eccleſiaſtici.

§. 3. Claſſes hominum divinitus conſtitutæ ſunt tres, qvæ alias Hierarchiæ vocantur, *(non ob perfectionem perſonarum, ſed ob ipſius ordinis à Deo inſtituti ſanctitatem)* ſive ſtatus atqve ordines, videlicet 1. Eccleſiaſticus, 2. Politicus, 3. Oeconomicus, *ubi aut Eccleſiæ, aut Politiæ, aut Oeconomiæ homo inſervit, ſemper tamen cum relatione ad Eccleſiam. vid. Pſalm. 122.*

Canon: *Omnes Chriſtiani ſunt Reges*, βασιλεῖς, Apoc. 1, 6. & ſacerdotes. Von Chriſto zu Königen und Prieſtern gemacht. Salvâ tamen diſtinctione ordinis Eccleſiaſtici, Politici & Oeconomici: & ſalvâ relatione ſuperioris ad inferiorem, qvi honorem Antiſtiti debet, ex qvarto

præcepto. Sic O. Chriſtianus eſt princeps reſpectu Diaboli, mundi, peccati, mortis & inferni, pedibus ſubjecti, Rom. 16. & נדיב Evergeta, Liberalis, beneficus. vid. Pſal. 51, 14. Luc. 22, 25. Pſal. 68, 13. 28. Magnus, qvi magna molitur, exemplo Pauli, Davidis, Abrahami &c. Inprimis verò Magiſtratus, Fürſten haben Fürſtliche Gedancken Eſa. 32, 8. die wol fürſtehen (ſicut etiam Doctores) der Kirchen und dem Regiment. Confer Conſilia Auguſta, inf. Theol. Polem. Tit. Conſtans Concordia Concors, & Tract. Wunderliche Güte / de Conſiliis & factis tàm Electoris Friderici Sapientis, qvàm Lutheri Reformatoris; & præfationem Apologiæ, Haupt-Vertheidigung des Evangeliſchen Augapffels.

Nota 1. DEUS ipſe ordines & ſtatus hujus ſeculi inter homines diſpoſuit.

Nota 2. Inter ordines hujus vitæ divinitùs conſtitutos non habet locum vita Monaſtica & Eremitica, de qvâ Art. 78.

Poriſma: Ergò Maſſonius injuriam facit Luthero, dum ea, qvæ ipſe de clero Papali & Monaſtico habet Tomo 2. Jen. fol. 302. b. ad Hierarchiam S. ſimpliciter refert. (Der Geiſtliche Stand iſt Dreck.) Qvâ de re agit Theologia Polemica Tract. 4. de proc. diſp. ſectione 1. NB.

Nota 3. Evangelium non tollit Politiam aut Oeconomiam.

Nota 4. *Eminentia* in 3. Hierarchiis ſpectatur *vel ratione ipſius ordinis, abſtractè*, ſic ratione objecti, principii & finis præfertur ſtatus Eccleſiaſticus; *vel ratione perſonarum in certo ordine viventium, & concretè*, ſic Magiſtratus eſt ἐξουσία ſupereminens, cui omnes debent obedientiam. vid. Rom. 13, 1.

§. 4. Status hominum in Eccleſia viventium eſt vel Eccleſiaſticus *h. l. usqve ad art. 126.* vel Politicus, *articul. 127.* vel Oeconomicus, *articul. 128. de qvibus agit Theologia Moralis parte 2.*

§. 5. In ordine Eccleſiaſtico eminent Doctores, *de qvibus agitur Art. 119. qvi ad Auditores ſuos relationem habent. Qvorum diſtincta officia explicat Theologia Moralis.*

Nota 1. Non datur generale caput viſibile & Monarcha Eccleſiæ, vid. ſup. Art. 113. & D. Jacob. Martini Diſp. in A. Conf. contra Becanum. Conf. Hutteri LL. Maj. f. 565.

Nota 2.

Digitized by Google

Nota 2. Officium Doctorum & Auditorum diſtinctum eſt, contra Anabaptiſtas.

Nota 3. Sacerdotium ſpirituale Chriſtianorum non confundit actiones docentium & auditorum.

Nota 4. Medium docendi ordinarium hodie eſt verbi miniſterium, contra Enthuſiaſtas, inf. Art. 124. & Art. 121.

§. 6. *Reliqva huc ſpectantia offert B. Gerhardus in LL. de Miniſterio Eccl. & Manuale art. 118.*

ARTICULUS CXIX.

De Eccleſiæ Miniſtris, eorumqve Diſtinctione.

Miniſtri CHRISTI ſunt Diſpenſatores myſteriorum DEI, 1. Cor. 4, 1. Oeconomi ad *νόμον* adſtricti, ad canonem Galat. 6.

§. 1.

ECcleſiæ Miniſtri ſunt membra ſtatus Eccleſiaſtici, *Eph. 4, 11.*

Nota 1. *Miniſtri* vocabulum reſpicit verbum miniſtrare, qvæ ipſa *διακονίαν* includit & dominium excludit. Unde Petrus Presbyteros vult eſſe *ἐπισκοποῦντας*, non verò *κατακυριεύοντας* 1. Pet. 5, 2. 3. Inſpectores, non Dominatores Eccleſiæ aut fidei vel conſcientiæ. Vos non ſic, Luc. 22.

Nota 2. Miniſterium etiam tribuitur fœminis Rom. 16, 1. ſcilicet non prædicandi, ſed Eleemoſynas diſtribuendi. Extraordinariè tamen illis Sacramenti initiationis adminiſtratio in caſu neceſſitatis permittitur. vide ſupra art. 87. 84. & 82.

Nota 3. *Encomia Eccleſiæ miniſtrorum varia occurrunt.* Dicuntur enim 1. *DEI Legati* 2. Cor. 5, 20. & Chriſti. Qvibus proinde expectanda eſt vocatio legitima. Ratio eſt, qvia appellatio Legati tàm vocantis eminentiam, qvàm vocationis præſtantiam, & muneris amplitudinem atqve efficaciam, non ſine variis periculis, oſtendit. 2. Operarii DEI, 3. Agricolæ, 4. Plantatores fidei & cœli.

Ratio eſt, qvia Eccleſiæ miniſtri ſunt DEI cooperarii, qvi DEO ſalutis autori per ipſos agenti os & manum offerunt. vid. ſupra Art. 81. & infra Art. 124. Adeoqve ſunt Dei cooperarii, non verò cauſa efficiens principalis, ſed inſtrumentalis. 5. Dicuntur *Homines DEI.* 6. *Speculatores* & milites. Streiter / Kämpfer / 2. Tim. 4. 7. *Dei organa* & Architecti, inf. Art. 121. 8. Sacerdotes, ſalvo tamen V. & N. Teſt. diſcrimine. 9. *ὑπηρέται* & miniſtri Regii, nec non 10. Oeconomi & Diſpenſatores 1. Cor. 4, 1. 11. *Pracones Verbi & Paſtores* 1. Pet. 5, 2. &c. vid. Manuale art. 119. & Gerh. de Miniſter. Eccleſ.

Nota: Papiſtæ per contemtum nos vocant Prædicantes, cum tamen & ipſe Salvator fuerit prædicans Marc. 1, 14. *κηρύσσων*. Qvamobrem & Nomen hoc honoris Chriſto & Apoſtolis aſſignatum, proprium præcipuumqve officium miniſtrorum Eccleſiæ indigitat. Confer Hiſtoriam Conc. Trident. P. Svavis, ubi p. 293. refert: mirum videri, in conventu 60. Epiſcoporum & 30. Fr. Theologorum, qvi prædicandi officio aſſveverunt, ne unum qvidem potuiſſe reperiri idoneum qvatuor verba fari, etiam qvatuor horarum ſpatio dato.

§. 2. Eccleſiæ Miniſter eſt perſona legitimè vocata, *ut doceat DEI Verbum, & diſpenſet Sacramenta, ad DEI gloriam & hominum ſalutem: De cujus officio vid. infra Art. 124. Unde patet, qvod* miniſterium ſit officium ſacrum publicum divinitus inſtitutum, *& idoneis ac legitimè vocatis perſonis commendatum, ut vigore poteſtatis divinitus conceſſæ, verbum DEI purè ac ſincerè doceant, clavem utramqve decenter exerceant, atqve Sacramenta juxta Chriſti inſtitutionem diſpenſent, ad DEI gloriam & Eccleſiæ ſalutem, ex 1. Cor. 4, 1. vid. inf. Art. 124. NB. ſine ullo reſpectu ad dependentiam ab Epiſcopo. vid. infra art. 122. §. 1.*

Nota 1. *Efficiens principalis eſt Deus* vocans per Eccleſiam 2. Cor. 5, 18. vid. inf. Art. 123. Vocat enim Miniſtros Deus Pater Gal. 1, 16. Filius Eph. 4, 10. & Spiritus S. Act. 20, 28. Matt. 10, 20. 1. Cor. 12, 11. Act. 6, 3. & per Miniſtrum loqvitur, ita ut hanc vocem clamantis Joh. 1, 23. audientes ipſum Chriſtum audiant Luc. 10, 16. vid. art. 124. NB.

Nota 2. *Subjectum* eſt homo idoneus legitimè vocatus. Confer de fœminis ſup. §. 1.

Nota 3.

Nota 3. Objectum *perſonale* eſt grex Domini 1. Pet. 5, 2. Act. 20, 28. 1. Tim. 3, 14. Luc. 12, 42. *Reale* ſunt myſteria divina 1. Cor. 4, 1. Verbum & Sacramenta; nec non diſciplina Eccleſiaſtica, Matt. 18, 15. 1. Tim. 5, 10. 1. Cor. 5, 4.

Nota 4. *Forma* eſt debita officii adminiſtratio, cum autoritate publicâ ſingulari, qvæ reſpicit 1. verbi prædicationem, 2. Sacramentorum diſpenſationem, 3. diſciplinæ Eccleſiaſticæ conſervationem atqve clavium uſurpationem, & exercitium ſingulis objectis conveniens. Qvâ de re agit Theologia Moralis.

Nota 5. *Finis* eſt Dei gloria & Auditorum ſalus. vid. 2. Cor. 2, 14. 1. Tim. 4, 16.

Canon: Fidem & ſalutem Deus non largitur immediatè, ſed mediante verbi miniſterio, contra Schvvenckfeldium. vide infra Articul. 124.

§. 3. Diſtinctio Miniſtrorum Eccleſiæ *datur varia, inprimis verò diſtingvuntur (1.)* reſpectu temporis, *ratione Vet. & Nov. Teſtamenti, (2.)* reſpectu vocationis *ordinariæ & extraordinariæ.*

Nota 1. De Miniſtris Eccleſiæ V. T. ordinariis, Sacerdotibus & Levitis &c. agitur ſup. Art. 74. de extraordinariis verò, qvi erant Prophetæ, ſeqv. art. 120.

Nota 2. De Miniſtris Eccleſiæ V. T. extraordinariis agitur infra Art. 121. de ordinariis verò Art. 122.

Nota 3. De Miniſtris N. T. Extraordinariis art. 121. de Ordinariis verò art. 122.

Nota 4. Vocatio ordinaria interdum conjuncta eſt cum donis extraordinariis. Confer de Luthero ſup. art. 117. append.

§. 4. Proprietates Miniſtrorum Eccleſiæ *& Miniſterii ſunt 1. Dignitas, 2. Neceſſitas, 3. Efficacia, & 4. Utilitas, de qvâ infra Artic. 124. Qvæ omnia patent ex eorum encomiis ſup. §. 1. Confer art. ſeq. de vocatione, ordinatione & gradibus miniſtrorum. NB. art. 123.*

§. 5. Officium *Eccleſiæ Miniſtrorum circa verbi prædicationem,*

Digitized by Google

tionem, Sacramentorum diſpenſationem & clavium poteſtatis exercitium oſtenditur art. 124. 125. & 126. item art. 87. & 88. Quæ una cum reliqvis huc ſpectantibus exhibet Theologia Moralis.

§. 6. Veris & genuinis Eccleſiæ Miniſtris opponuntur Pſeudo-Prophetæ *Matt. 7. vid. Chemnicii Harmon. h. l. Pſeudo-Doctores, Seductores, Schismatici, Hæretici &c. In ſpecie verò in N. T. Anti-Chriſtus Art. 116.*

§. 7. Succeſſio localis Eccleſiæ miniſtrorum ordinaria eſt *ingens DEI beneficium, non tamen perpetuum aut ſimpliciter neceſſarium. vid. Hutterus in LL. Maj. f. 334. & Hunnius de Miniſterio Lutherano.*

§. 8. *Reliqva huc ſpectantia offert Gerhardus in LL. & Manuale art. 119.*

ARTICULUS CXX.

De Miniſtris Eccleſiæ V. T. Extraordinariis, Prophetis.

DEUS locutus eſt per os Prophetarum, Luc. 1, 70.

§. 1.

EXtraordinarii Eccleſiæ miniſtri ſunt prophetæ. *De qvibus videri poteſt Gerhardi Exegeſis; D. Calovius Tom. 1. Syſtem. p. 273. Dannhaueri Hermeneut. ſacra p. 410. Wigandus in Danielem, ab initio; Tarnovius Comm. in Proph. ab init. Hülſemanni Prolegom. in Jeremiam. Confer etiam Corn. à Lapide & Chriſtophori à Caſtro Prolegomena.*

Nota 1. *Propheta* dicitur à verbo Græco προφημι prædico, vaticinor.

Nota 2. Propheta in Scriptura dicitur non ſolum κατ' ἐξοχὴν Meſſias, Deut. 18, 18. de cujus officio Prophetico dictum eſt articulo 53. verùm etiam hoc nomine appellantur.

1. Rerum

Digitized by Google

1. Rerum futurarum ex Divinâ revelatione conſcii, Luc. 1,70. eamqve aliis communicantes vel non Gen. 20,21.
2. Muſici 1. Paral. 25, 1.
3. Gentilium Poëtæ Tit. 1, 12.
4. Arreptitii & furentes 1. Sam. 18,10.
5. Miracula edentes Sirach. 48, 14.
6. Scripturarum interpretes 1. Cor. 14.

Nota 3. *Prophetæ* ſive homines revelationem habent vel ita, ut cum aliis communicent, & vel ſcripto vel vivâ voce publicent, qvæ revelata ſunt: qvales multi fuerunt V. Teſtamenti, & Paulus, per qvem ſpiritus futura prædixit, itemqve D. Johannes, cujus tota Apocalypſis nil niſi Prophetia eſt; vel ita tantùm, ut ipſi ſint arcanorum Dei conſcii, licèt nihil horum aliis enuncient, aut in publicum edant: qvo ſenſu Abraham Propheta appellatur Gen. 20,21.

Nota 4. *Prophetæ vocantur videntes* 1. Sam. 9, 9. ſcilicet aliis incognita; Dei interpretes Exod. 7, 1. Os Dei Jerem. 15, 19.

§. 2. Prophetæ ſunt Doctores V. T. extraordinarii *myſteriorum, arcanorum & rerum futurarum ex ſingulari revelatione divinâ conſcii, adeoq́; ſunt Homines immediatè vocati & illuminati, extraordinariè miſſi, revelationes divinas aliis tam enunciatione qvàm ſcriptione Canonicâ communicantes ad Dei gloriam & Eccleſiæ ſalutem. Confer ſupra Art. 4. De divinâ revelatione.*

Nota 1. Prophetarum propriè dictorum officium eſt extraordinariũ, cujus deſcriptionem offert inſignis præfatio Lutheri in Eſaiam. NB.

Nota 2. Officium Prophetarum ejusqve dona planè ſingularia ad Vetus Teſtamentum, & N. Teſtamenti initium ſpectat. vid. ſeq. Art. 121.

Nota 3. Prophetia propriè dicta ad dona extraordinaria paucis conceſſa ſpectans, neqve voluntatem Dei, ut petatur, neqve promisſionem exauditionis habet. vid. Art. 77.

§. 3. Efficiens eſt Deus *Luc. 1, 70. omniſcius 2. Pet. 1, 21.*

Canon. Prophetarum vocatio extraordinaria eſt & immediata; neqve enim creatæ, ſed Divinæ virtutis eſt, futura certò prædicere. vid. Amos. 3, 7. Eſa. 41, 23.

§. 4. Sub-

§. 4. Subjectum in qvo ſunt homines videntes *aliis incognita, ſive præſentia ſive futura.*

Nota 1. Prophetarum magnus olim erat numerus in V. T.

Nota 2. Prophetiæ donum in V. T. non fuit univerſale.

Nota 3. Prophetæ donum prædicendi futura à Deo non petierunt, ſed ipſi nil tale cogitantes divinitus hoc acceperunt.

Nota 4. Prophetia non pendet à perſonæ dignitate, vel pietate. Qvemadmodum enim ſolaris radius fœtore loci, per qvē tranſit, neqvaqvam inficitur, ita nec Prophetiæ lumen per ſubjecti malitiā impeditur. Qvod probatur exemplo Bileami & Caiphæ. Confer diſtinctionem inter verba Prophetæ, & inter verba Prophetica, ſup. 210. & ſeq.

Nota 5. Prophetiæ veritas non dependet ex miraculis, qvæ non ab omnibus Prophetis edita, & Pſeudoprophetis interdum communia ſunt. Conf. ſup. art. 25.

Nota 6. Prophetia æſtimanda eſt 1. ex rerum prædictarum genere, 2, ex eventu.

§. 5. Objectum *Prophetarum ſunt res revelatæ, omnium temporum, non ſolum myſteria ſalutis, ſed etiam mutationes Politicas attinentes. vid. Luc. 1,70. Amos. 3,7. Dan. 2. ſive futuræ, ſive præſentes, ſive præterita.*

§, 6. Forma *eſt varia ex Hebr. 1. qvæ explicatur ſupra Art. 4. de Revelatione Divinâ* πολυτρόπως καὶ πολυμερῶς *factâ, cujus attributa ex attributis Scripturæ S. patent, Art. 5.*

Nota: Revelatio Prophetis facta non fuit univerſalis, ſed cum multarum rerum ignorantiā conjuncta.

§. 7. Finis eſt Dei gloria & hominum emolumentum.

Nota 1. *Finis ultimus* eſt gloria Divinæ veracitatis & omniſcientiæ, qvâ ab omnibus deaſtris diſtingvitur, Eſa. 41, 23. nec non ſapientiæ & miſericordiæ in Salvatore noſtro Chriſto Jeſu manifeſtatæ, de qvo omnes Prophetæ teſtantur Act. 10,43. Apoc. 19, 10. NB. vid. ſup. art. 10, *Finis intermedius* eſt Eccleſiæ illuminatio, ædificatio, informatio, conſolatio, Eſa. 40, 1. & gentilium converſio. vid. Art. 91.

Nota 2. Prophetiæ etiam gentilium vitia perſtrinxerunt ex lege mo-

go morali, & Converſionis anſam illis dederunt. Confer ſupra articul. 91.

Nota 3. Prophetæ ſunt interpretes myſterii de Chriſto. Conf. de Prophetiæ intelligendæ adminiculis Theologiam Exegeticam, & de ejus impletione ſup. Art. 77.

§. 8. *Reliqva huc facientia offert Manuale art. 120.*

ARTICULUS CXXI.

De Miniſtris Eccleſiæ Novi Teſtamenti Extraordinariis, Evangeliſtis, Apoſtolis & Prophetis.

§. 1.

ECcleſiæ N. Teſt. Miniſtri extraordinarii ſunt diſtincti *ex Eph. 4. verſ. 11. ſeq. videlicet 1. Apoſtoli, 2. Evangeliſtæ, 3. Prophetæ.*

SECTIO I.

De Apoſtolis.

Qvi vocantur duodecim Matth. 10, 1.

§. 1.

APoſtoli ſunt Eccleſiæ miniſtri N. T. extraordinarii. *Vid. Chemnicii Harmon. Evang. c. 50. col. 660. Centur. 1. Magdeburg. Chytræum in Matth. p. 217. Conf. Corn. à Lap. ad c. 10. Matth. Baronii Martyrologium, & Lopez Epitom. lib. 1. c. 33.*

Nota 1. Ἀπόστολος ſive Apoſtolus, eſt miſſus à mittente Joh. 13, 10. qvod nomen à verbo ἀποστέλλειν mittere & ablegare originem habet, ex Marc. 3, 14.

Nota 2. Apoſtoli vocantur,

1. *generaliter*, qvicunqve legati à Deo vel hominibus miſſi Joh. 13, 16. qvâ ratione hæc vox etiam Chriſto Hebr. 3, 1. & aliis competit.

Hhhhhh 2. ſpeci-

2. *ſpecialiter* & κατ' ἐξοχὴν tribuitur hoc nomen immediatè vocatis Evangelii Doctoribus univerſalibus, Matt. 10,1. Marc. 3,14. Tit. 1,1.

Poriſma 1. Ergò non plures qvam duodecim dantur Apoſtoli propriè dicti.

Poriſma 2. Ergò nulli hodiè dantur Apoſtoli propriè dicti NB. §. 2.

Poriſma 3. Ergò neqve Apoſtolatus in Pontificatu, neqve Pontificatus in Apoſtolatu qværendus eſt.

Poriſma 4. Ergò novas Inſulas peragrare & Evangelium in illis prædicare, ordinariis N. T. miniſtris nuſpiam eſt mandatum. Vid. Saravia, & Gerhardi L. de Miniſterio.

Nota 3. *Encomia* Apoſtolorum dantur varia. Dicuntur enim.

1. *Teſtes* præordinati à Deo, Act. 10, 41.

2. *Diſcipuli* Chriſti, qvorum pedes ſunt *Pedes Evangelizantium*, & nuncii Dei, nuncii boni, prædicantes pacem, qvorum doctrina non fuit Lex propriè, ſed Evangelium pacis.

3. *Fundamentum fidei*, ſup. articul. 3. ſive miniſtri ponentes fidei fundamentum unicum, qvod eſt Chriſtus 1. Cor. 3. Matt. 16.

4. *Architecti* ratione poſiti fundamenti 1. Cor. 3, 10. doctrinalis & normæ dogmatum, Eph. 2, 20. cui reliqvi Eccleſiæ miniſtri ſuperædificant 1. Cor. 3, 10. Vide infra Repertorium Architectonicum NB.

§. 2. Apoſtoli ſunt Doctores Eccleſiarum univerſales, à Deo immediatè vocati & illuminati, *doctrinæ infallibilitate, & miraculorum majeſtate inſignes, qvi veritatem ſalvificam divinitus revelatam aliis tàm enunciatione qvàm ſcriptione Canonicâ communicant, ad DEI gloriam & Eccleſiæ ſalutem, Matth. 28, 19. Marc. 16. Unde* Apoſtolatus eſt prædicatio Evangelii divinitus revelati univerſalis *ſingularia planè habens reqviſita, ex definitione præced.*

Nota 1. *Apoſtolatus* fuit functio perſonalis & extraordinaria.

Poriſma: Ergò hodiè nulli reſtant Apoſtoli propriè dicti, nec Apoſtolici ſucceſſores in Apoſtolatu.

Nota 2. Apoſtolatus reqviſita ſunt: habere immediatam vocationem, ideoq; immunitatem ab errore in doctrina, privilegium miraculorum & liberam prædicandi Evangeli poteſtatem in univerſo mundo. Conf. Luc. 1, 1.

§. 3. Cau-

Digitized by Google

§. 3. Cauſæ Apoſtolorum *ſunt inſignes. Nam*.

I. *Efficiens* Apoſtolorum eſt Deus, per immediatam & extraordinariam Chriſti vocationem. Confer de vocatione Matthiæ per ſortem Actor. 1.

II. *Subjectum* ſunt homines.

III. *Forma* patet ex miſſione in univerſum orbem, & univerſali atqve infallibili prædicatione ſive hominum inſtitutione, tàm enunciatione qvàm ſcriptione Canonicâ. vid. Matt. 28, 19.

IV. *Finis* eſt Dei gloria & ſalus Eccleſiæ, ad qvam inprimis facit univerſalis gentium vocatio Matt. 28, 19.

§. 4. Diſtinctio *Apoſtolorum datur non reſpectu alicujus primatus, ſed reſpectu viſionis Chriſti & cum eodem in carne converſationis.*

Obſerv. 1. Petrus, Jacobus & Johannes dicuntur Apoſtoli excellentes & columnæ, Gal. 2.

Obſerv. 2. Petrus neqvaqvam fuit omnium Apoſtolorum, ne qvidem Paulo excepto, ſuperior. Vid. D. Jacobi Martini Diſp. contra Becanum, in A. Confeſſionem NB.

§. 5. Officium *Apoſtolicum eſt extraordinarium, & conſiſtit in annunciatione voluntatis DEI in univerſo orbe. Cujus officii finis eſt vocatio Gentium, art. 91.*

Nota: Apoſtoli miſſi ſunt ad docendum principaliter, ſimul tamen ad baptizandum. vid. Matt. 28. & Marc. 16.

§. 6. Doctrina Apoſtolica *inprimis eſt Evangelica, ſine omnimodâ Legis excluſione.*

Obſerv. 1. Apoſtoli & Legem & Evangelium docuerunt, primarium tamen eorum officium fuit docere Evangelium.

Obſerv. 2. Ordo doctrinæ Apoſtolicæ eſt primùm informare fidem, deinde gubernare vitam.

Obſerv. 3. Apoſtolorum & Chriſti præceptum eſt diſtinctum, non contrarium aut diverſum, 1. Cor. 7.

§. 7. Autoritas Apoſtolorum eſt maxima.

Ratio, qvia eſt ſacroſancta & Canonica. vid. ſup. art. 5. cum pecu-

Digitized by Google

præcepto. Sic O. Chriſtianus eſt princeps reſpectu Diaboli, mundi, peccati, mortis & inferni, pedibus ſubjecti, Rom. 16. & נדיב Evergeta, Liberalis, beneficus. vid. Pſal. 51, 14. Luc. 22, 25. Pſal. 68, 13. 28. Magnus, qvi magna molitur, exemplo Pauli, Davidis, Abrahami &c. Inprimis verò Magiſtratus, Fürſten haben Fürſtliche Gedancken Eſa. 32, 8. die wol fürſtehen (ſicut etiam Doctores) der Kirchen und dem Regiment. Confer Conſilia Auguſta, inf. Theol. Polem. Tit. Conſtans Concordia Concors, & Tract. Wunderliche Güte / de Conſiliis & factis tàm Electoris Friderici Sapientis, qvàm Lutheri Reformatoris; & præfationem Apologiæ, Haupt-Vertheidigung des Evangeliſchen Augapffels.

Nota 1. DEUS ipſe ordines & ſtatus hujus ſeculi inter homines diſpoſuit.

Nota 2. Inter ordines hujus vitæ divinitùs conſtitutos non habet locum vita Monaſtica & Eremitica, de qvâ Art. 78.

Poriſma: Ergò Maſſonius injuriam facit Luthero, dum ea, qvæ ipſe de clero Papali & Monaſtico habet Tomo 2. Jen. fol. 302. b. ad Hierarchiam S. ſimpliciter refert. (der Geiſtliche Stand iſt Dreck.) Qvâ de re agit Theologia Polemica Tract. 4. de proc. diſp. ſectione 1. NB.

Nota 3. Evangelium non tollit Politiam aut Oeconomiam.

Nota 4. *Eminentia* in 3. Hierarchiis ſpectatur *vel ratione ipſius ordinis, abſtractè*, ſic ratione objecti, principii & finis præfertur ſtatus Eccleſiaſticus; *vel ratione perſonarum in certo ordine viventium, & concretè*, ſic Magiſtratus eſt *ἐξουσία* ſupereminens, cui omnes debent obedientiam. vid. Rom. 13, 1.

§. 4. Status hominum in Eccleſia viventium eſt vel Eccleſiaſticus *h. l. usqve ad art. 126.* vel Politicus, *articul. 127.* vel Oeconomicus, *articul. 128. de qvibus agit Theologia Moralis parte 2.*

§. 5. In ordine Eccleſiaſtico eminent Doctores, *de qvibus agitur Art. 119. qvi ad Auditores ſuos relationem habent. Qvorum diſtincta officia explicat Theologia Moralis.*

Nota 1. Non datur generale caput viſibile & Monarcha Eccleſiæ, vid. ſup. Art. 113. & D. Jacob. Martini Diſp. in A. Conf. contra Becanum. Conf. Hutteri LL. Maj. f. 565.

Nota 2.

Digitized by Google

Nota 2. Officium Doctorum & Auditorum diſtinctum eſt, contra Anabaptiſtas.

Nota 3. Sacerdotium ſpirituale Chriſtianorum non confundit actiones docentium & auditorum.

Nota 4. Medium docendi ordinarium hodie eſt verbi miniſterium, contra Enthuſiaſtas, inf. Art. 124. & Art. 121.

§. 6. *Reliqva huc ſpectantia offert B. Gerhardus in LL. de Miniſterio Eccl. & Manuale art. 118.*

ARTICULUS CXIX.

De Eccleſiæ Miniſtris, eorumqve Diſtinctione.

Miniſtri CHRISTI ſunt Diſpenſatores myſteriorum DEI, 1. Cor. 4, 1. Oeconomi ad *νόμον* adſtricti, ad canonem Galat. 6.

§. 1.

ECcleſiæ Miniſtri ſunt membra ſtatus Eccleſiaſtici, *Eph. 4, 11.*

Nota 1. *Miniſtri* vocabulum reſpicit verbum miniſtrare, qvæ ipſa *διακονίας* includit & dominium excludit. Unde Petrus Presbyteros vult eſſe *ἐπισκοποῦντας*, non verò *κατακυριεύοντας* 1. Pet. 5, 2. 3. Inſpectores, non Dominatores Eccleſiæ aut fidei vel conſcientiæ. Vos non ſic, Luc. 22.

Nota 2. Miniſterium etiam tribuitur fœminis Rom. 16, 1. ſcilicet non prædicandi, ſed Eleemoſynas diſtribuendi. Extraordinariè tamen illis Sacramenti initiationis adminiſtratio in caſu neceſſitatis permittitur. vide ſupra art. 87. 84. & 82.

Nota 3. *Encomia Eccleſiæ miniſtrorum varia occurrunt.* Dicuntur enim 1. *DEI Legati* 2. Cor. 5, 20. & Chriſti. Qvibus proinde expectanda eſt vocatio legitima. Ratio eſt, qvia appellatio Legati tàm vocantis eminentiam, qvàm vocationis præſtantiam, & muneris amplitudinem atqve efficaciam, non ſine variis periculis, oſtendit. 2. Operarii DEI, 3. Agricolæ, 4. Plantatores fidei & cœli.

Ratio eſt, qvia Eccleſiæ miniſtri ſunt DEI cooperarii, qvi DEO ſalutis autori per ipſos agenti os & manum offerunt. vid. ſupra Art. 82. & infra Art. 124. Adeoqve ſunt Dei cooperarii, non verò cauſa efficiens principalis, ſed inſtrumentalis. 5. Dicuntur *Homines DEI.* 6. *Speculatores* & milites. Streiter / Kämpfer / 2. Tim.4. 7. *Dei organa* & Architecti, inf. Art. 121. 8. Sacerdotes, ſalvo tamen V. & N. Teſt. diſcrimine. 9. ὑπηρέται & miniſtri Regii, nec non 10. Oeconomi & Diſpenſatores 1. Cor.4,1. 11. *Præcones Verbi & Paſtores* 1. Pet.5,2.&c. vid. Manuale art. 119. & Gerh. de Miniſter. Eccleſ.

Nota: Papiſtæ per contemtum nos vocant Prædicantes, cum tamen & ipſe Salvator fuerit prædicans Marc. 1, 14. κηρύσσων. Qvamobrem & Nomen hoc honoris Chriſto & Apoſtolis aſſignatum, proprium præcipuumqve officium miniſtrorum Eccleſiæ indigitat. Confer Hiſtoriam Conc. Trident. P. Svavis, ubi p. 293. refert: mirum videri, in conventu 60. Epiſcoporum & 30. Fr. Theologorum, qvi prædicandi officio aſſveverunt, ne unum qvidem potuiſſe reperiri idoneum qvatuor verba fari, etiam qvatuor horarum ſpatio dato.

§. 2. Eccleſiæ Miniſter eſt perſona legitimè vocata, *ut doceat DEI Verbum, & diſpenſet Sacramenta, ad DEI gloriam & hominum ſalutem: De cujus officio vid. infra Art. 124. Unde patet, qvod* miniſterium ſit officium ſacrum publicum divinitus inſtitutum, *& idoneis ac legitimè vocatis perſonis commendatum, ut vigore poteſtatis divinitus conceſſæ, verbum DEI purè ac ſincerè doceant, clavem utramqve decenter exerceant, atqve Sacramenta juxta Chriſti inſtitutionem diſpenſent, ad DEI gloriam & Eccleſiæ ſalutem, ex 1. Cor.4,1. vid. inf. Art. 124. NB. ſine ullo reſpectu ad dependentiam ab Epiſcopo. vid. infra art. 122. §. 1.*

Nota 1. *Efficiens principalis eſt Deus* vocans per Eccleſiam 2. Cor. 5,18. vid. inf. Art. 123. Vocat enim Miniſtros Deus Pater Gal.1,16. Filius Eph. 4, 10. & Spiritus S. Act. 20,28. Matt. 10, 20. 1. Cor. 12, 11. Act.6,3. & per Miniſtrum loqvitur, ita ut hanc vocem clamantis Joh.1, 23. audientes ipſum Chriſtum audiant Luc. 10, 16. vid. art. 124. NB.

Nota 2. *Subjectum* eſt homo idoneus legitimè vocatus. Confer de fœminis ſup. §. 1.

Nota 3.

Nota 3. Objectum *perſonale* eſt grex Domini 1.Pet.5,2. Act.20,28. 1.Tim.3,14. Luc.12,42. *Reale* ſunt myſteria divina 1.Cor.4,1. Verbum & Sacramenta; nec non diſciplina Eccleſiaſtica, Matt.18,15.1.Tim.5,10. 1.Cor.5,4.

Nota 4. *Forma* eſt debita officii adminiſtratio, cum autoritate publicâ ſingulari, qvæ reſpicit 1. verbi prædicationem, 2. Sacramentorum diſpenſationem, 3. diſciplinæ Eccleſiaſticæ conſervationem atqve clavium uſurpationem, & exercitium ſingulis objectis conveniens. Qvâ de re agit Theologia Moralis.

Nota 5. *Finis* eſt Dei gloria & Auditorum ſalus. vid. 2.Cor.2,14. 1.Tim.4,16.

Canon: Fidem & ſalutem Deus non largitur immediatè, ſed mediante verbi miniſterio, contra Schvvenckfeldium. vide infra Articul. 124.

§. 3. Diſtinctio Miniſtrorum Eccleſiæ *datur varia, inprimis verò diſtingvuntur (1.)* reſpectu temporis, *ratione Vet. & Nov. Teſtamenti, (2.)* reſpectu vocationis *ordinariæ & extraordinariæ.*

Nota 1. De Miniſtris Eccleſiæ V.T. ordinariis, Sacerdotibus & Levitis &c. agitur ſup. Art.74. de extraordinariis verò, qvi erant Prophetæ, ſeqv. art. 120.

Nota 2. De Miniſtris Eccleſiæ V.T. extraordinariis agitur infra Art.121. de ordinariis verò Art.122.

Nota 3. De Miniſtris N.T. Extraordinariis art.121. de Ordinariis verò art. 122.

Nota 4. Vocatio ordinaria interdum conjuncta eſt cum donis extraordinariis. Confer de Luthero ſup. art. 117. append.

§. 4. Proprietates Miniſtrorum Eccleſiæ *& Miniſterii ſunt 1. Dignitas, 2. Neceſſitas, 3. Efficacia, & 4. Utilitas, de qvâ infra Artic. 124. Qvæ omnia patent ex eorum encomiis ſup. §.1. Confer art. ſeq. de vocatione, ordinatione & gradibus miniſtrorum. NB. Art. 123.*

§. 5. Officium *Eccleſiæ Miniſtrorum circa verbi prædicationem,*

tionem, Sacramentorum diſpenſationem & clavium poteſtatis exercitium oſtenditur art. 124.125. & 126. item art. 87. & 88. Quæ una cum reliqvis huc ſpectantibus exhibet Theologia Moralis.

§. 6. Veris & genuinis Eccleſiæ Miniſtris opponuntur Pſeudo-Prophetæ *Matt. 7. vid. Chemnicii Harmon. h. l. Pſeudo-Doctores, Seductores, Schismatici, Hæretici &c. In ſpecie verò in N. T. Anti-Chriſtus Art. 116.*

§. 7. Succeſſio localis Eccleſiæ miniſtrorum ordinaria eſt *ingens DEI beneficium, non tamen perpetuum aut ſimpliciter neceſſarium. vid. Hutterus in LL. Maj. f. 334. & Hunnius de Miniſterio Lutherano.*

§. 8. *Reliqva huc ſpectantia offert Gerhardus in LL. & Manuale art. 119.*

ARTICULUS CXX.

De Miniſtris Eccleſiæ V.T. Extraordinariis, Prophetis.

DEUS locutus eſt per os Prophetarum, Luc. 1, 70.

§. 1.

EXtraordinarii Eccleſiæ miniſtri ſunt prophetæ. *De qvibus videri poteſt Gerhardi Exegeſis; D. Calovius Tom. 1. Syſtem. p. 273. Dannhaueri Hermeneut. ſacra p. 410. Wigandus in Danielem, ab initio; Tarnovius Comm. in Proph. ab init. Hülſemanni Prolegom. in Jeremiam. Confer etiam Corn. à Lapide & Chriſtophori à Caſtro Prolegomena.*

Nota 1. *Propheta* dicitur à verbo Græco προφημι prædico, vaticinor.

Nota 2. Propheta in Scriptura dicitur non ſolum κατ' ἐξοχὴν Meſſias, Deut. 18, 18. de cujus officio Prophetico dictum eſt articulo 53. verùm etiam hoc nomine appellantur

1. Rerum

1. Rerum futurarum ex Divinâ revelatione conſcii, Luc. 1,70. eamqve aliis communicantes vel non Gen. 20,21.

2. Muſici 1. Paral. 25,1.

3. Gentilium Poëtæ Tit. 1, 12.

4. Arreptitii & furentes 1. Sam. 18,10.

5. Miracula edentes Sirach. 48,14.

6. Scripturarum interpretes 1. Cor. 14.

Nota 3. *Prophetæ* ſive homines revelationem habent vel ita, ut cum aliis communicent, & vel ſcripto vel vivâ voce publicent, qvæ revelata ſunt: qvales multi fuerunt V. Teſtamenti, & Paulus, per qvem ſpiritus futura prædixit, itemqve D. Johannes, cujus tota Apocalypſis nil niſi Prophetia eſt; vel ita tantùm, ut ipſi ſint arcanorum Dei conſcii, licèt nihil horum aliis enuncient, aut in publicum edant: qvo ſenſu Abraham Propheta appellatur Gen. 20,21.

Nota 4. *Prophetæ vocantur videntes* 1. Sam. 9,9. ſcilicet aliis incognita; Dei interpretes Exod. 7,1. Os Dei Jerem. 15,19.

§. 2. Prophetæ ſunt Doctores V. T. extraordinarii *myſteriorum, arcanorum & rerum futurarum ex ſingulari revelatione divinâ conſcii, adeoq; ſunt Homines immediatè vocati & illuminati, extraordinariè miſſi, revelationes divinas aliis tam enunciatione qvàm ſcriptione Canonicâ communicantes ad Dei gloriam & Eccleſiæ ſalutem. Confer ſupra Art. 4. De divinâ revelatione.*

Nota 1. Prophetarum propriè dictorum officium eſt extraordinariū, cujus deſcriptionem offert inſignis præfatio Lutheri in Eſaiam. NB.

Nota 2. Officium Prophetarum ejusqve dona planè ſingularia ad Vetus Teſtamentum, & N. Teſtamenti initium ſpectat. vid. ſeq. Art. 121.

Nota 3. Prophetia propriè dicta ad dona extraordinaria paucis conceſſa ſpectans, neqve voluntatem Dei, ut petatur, neqve promisſionem exauditionis habet. vid. Art. 77.

§. 3. Efficiens eſt Deus *Luc. 1,70. omniſcius 2. Pet. 1,21.*

Canon. Prophetarum vocatio extraordinaria eſt & immediata; neqve enim creatæ, ſed Divinæ virtutis eſt, futura certò prædicere. vid. Amos. 3, 7. Eſa. 41,23.

§. 4. Sub-

Digitized by Google

§. 4. Subjectum in qvo ſunt homines videntes *aliis incognita, ſive præſentia ſive futura.*

Nota 1. Prophetarum magnus olim erat numerus in V. T.

Nota 2. Prophetiæ donum in V. T. non fuit univerſale.

Nota 3. Prophetæ donum prædicendi futura à Deo non petierunt, ſed ipſi nil tale cogitantes divinitus hoc acceperunt.

Nota 4. Prophetia non pendet à perſonæ dignitate, vel pietate. Qvemadmodum enim ſolaris radius fœtore loci, per qvē tranſit, neqvaqvam inficitur, ita nec Prophetiæ lumen per ſubjecti malitiā impeditur. Qvod probatur exemplo Bileami & Caiphæ. Confer diſtinctionem inter verba Prophetæ, & inter verba Prophetica, ſup. 210. & ſeq.

Nota 5. Prophetiæ veritas non dependet ex miraculis, qvæ non ab omnibus Prophetis edita, & Pſeudoprophetis interdum communia ſunt. Conf. ſup. art. 25.

Nota 6. Prophetia æſtimanda eſt 1. ex rerum prædictarum genere, 2. ex eventu.

§. 5. Objectum *Prophetarum ſunt res revelatæ, omnium temporum, non ſolùm myſteria ſalutis, ſed etiam mutationes Politicas attinentes. vid. Luc. 1, 70. Amos. 3, 7. Dan. 2. ſive futuræ, ſive præſentes, ſive præterita.*

§. 6. Forma *eſt varia ex Hebr. 1. qvæ explicatur ſupra Art. 4. de Revelatione Divinâ* πολυτρόπως καὶ πολυμερῶς *factâ, cujus attributa ex attributis Scripturæ S. patent, Art. 5.*

Nota: Revelatio Prophetis facta non fuit univerſalis, ſed cum multarum rerum ignorantiâ conjuncta.

§. 7. Finis eſt Dei gloria & hominum emolumentum.

Nota 1. *Finis ultimus* eſt gloria Divinæ veracitatis & omniſcientiæ, qvâ ab omnibus deaſtris diſtingvitur, Eſa. 41, 23. nec non ſapientiæ & miſericordiæ in Salvatore noſtro Chriſto Jeſu manifeſtatæ, de qvo omnes Prophetæ teſtantur Act. 10, 43. Apoc. 19, 10. NB. vid. ſup. art. 10. *Finis intermedius* eſt Eccleſiæ illuminatio, ædificatio, informatio, conſolatio, Eſa. 40, 1. & gentilium converſio. vid. Art. 91.

Nota 2. Prophetiæ etiam gentilium vitia perſtrinxerunt ex lege mo-

go morali, & Converſionis anſam illis dederunt. Confer ſupra articul. 91.

Nota 3. Prophetæ ſunt interpretes myſterii de Chriſto. Conf. de Prophetiæ intelligendæ adminiculis Theologiam Exegeticam, & de ejus impletione ſup. Art. 77.

§. 8. *Reliqva huc facientia offert Manuale art. 120.*

ARTICULUS CXXI.

De Miniſtris Eccleſiæ Novi Teſtamenti Extraordinariis, Evangeliſtis, Apoſtolis & Prophetis.

§. 1.

ECcleſiæ N. Teſt. Miniſtri extraordinarii ſunt diſtincti *ex Eph. 4. verſ. 11. ſeq. videlicet 1. Apoſtoli, 2. Evangeliſtæ, 3. Prophetæ.*

SECTIO I.

De Apoſtolis.

Qvi vocantur duodecim Matth. 10, 1.

§. 1.

APoſtoli ſunt Eccleſiæ miniſtri N. T. extraordinarii. *Vid. Chemnicii Harmon. Evang. c. 50. col. 660. Centur. 1. Magdeburg. Chytræum in Matth. p. 217. Conf. Corn. à Lap. ad c. 10. Matth. Baronii Martyrologium, & Lopez Epitom. lib. 1. c. 33.*

Nota 1. Ἀπόστολος ſive Apoſtolus, eſt miſſus à mittente Joh. 13, 10. qvod nomen à verbo ἀποστέλλειν mittere & ablegare originem habet, ex Marc. 3, 14.

Nota 2. Apoſtoli vocantur,

1. *generaliter*, qvicunqve legati à Deo vel hominibus miſſi Joh. 13, 16. qvâ ratione hæc vox etiam Chriſto Hebr. 3, 1. & aliis competit.

2. *ſpecialiter* & κατ' ἐξοχὴν tribuitur hoc nomen immediatè vocatis Evangelii Doctoribus univerſalibus, Matt. 10,1. Marc.3,14. Tit.1,1.

Poriſma 1. Ergò non plures qvam duodecim dantur Apoſtoli propriè dicti.

Poriſma 2. Ergò nulli hodiè dantur Apoſtoli propriè dicti. NB. §.2.

Poriſma 3. Ergò neqve Apoſtolatus in Pontificatu, neqve Pontificatus in Apoſtolatu qværendus eſt.

Poriſma 4. Ergò novas Inſulas peragrare & Evangelium in illis prædicare, ordinariis N.T. miniſtris nuſpiam eſt mandatum. Vid. Saravia, & Gerhardi L. de Miniſterio.

Nota 3. *Encomia* Apoſtolorum dantur varia. Dicuntur enim

1. *Teſtes* præordinati à Deo, Act.10,41.

2. *Diſcipuli* Chriſti, qvorum pedes ſunt *Pedes Evangelizantium*, & nuncii Dei, nuncii boni, prædicantes pacem, qvorum doctrina non fuit Lex propriè, ſed Evangelium pacis.

3. *Fundamentum fidei*, ſup. articul. 3. ſive miniſtri ponentes fidei fundamentum unicum, qvod eſt Chriſtus 1. Cor.3. Matt. 16.

4. *Architecti* ratione poſiti fundamenti 1. Cor. 3,10. doctrinalis & normæ dogmatum, Eph. 2,20. cui reliqvi Eccleſiæ miniſtri ſuperædificant 1. Cor. 3,10. Vide infra Repertorium Architectonicum NB.

§. 2. Apoſtoli ſunt Doctores Eccleſiarum univerſales, à Deo immediatè vocati & illuminati, *doctrinæ infallibilitate, & miraculorum majeſtate inſignes, qvi veritatem ſalvificam divinitus revelatam aliis tàm enunciatione qvàm ſcriptione Canonicâ communicant, ad DEI gloriam & Eccleſiæ ſalutem, Matth. 28,19. Marc. 16. Unde* Apoſtolatus eſt prædicatio Evangelii divinitus revelati univerſalis, *ſingularia planè habens reqviſita, ex definitione præced.*

Nota 1. *Apoſtolatus* fuit functio perſonalis & extraordinaria.

Poriſma: Ergò hodiè nulli reſtant Apoſtoli propriè dicti, nec Apoſtolici ſucceſſores in Apoſtolatu.

Nota 2. Apoſtolatus reqviſita ſunt: habere immediatam vocationem, ideoq; immunitatem ab errore in doctrina, privilegium miraculorum & liberam prædicandi Evangeli poteſtatem in univerſo mundo. Conf. Luc.1,1.

§. 3. Cau-

Digitized by Google

§. 3. Cauſæ Apoſtolorum *ſunt inſignes. Nam*

I. *Efficiens* Apoſtolorum eſt Deus, per immediatam & extraordinariam Chriſti vocationem. Confer de vocatione Matthiæ per ſortem Actor. 1.

II. *Subjectum* ſunt homines.

III. *Forma* patet ex miſſione in univerſum orbem, & univerſali atqve infallibili prædicatione ſive hominum inſtitutione, tàm enunciatione qvàm ſcriptione Canonicâ. vid. Matt. 28, 19.

IV. *Finis* eſt Dei gloria & ſalus Eccleſiæ, ad qvam inprimis facit univerſalis gentium vocatio Matt. 28, 19.

§. 4. Diſtinctio *Apoſtolorum datur non reſpectu alicujus primatus, ſed reſpectu viſionis Chriſti & cum eodem in carne converſationis.*

Obſerv. 1. Petrus, Jacobus & Johannes dicuntur Apoſtoli excellentes & columnæ, Gal. 2.

Obſerv. 2. Petrus neqvaqvam fuit omnium Apoſtolorum, ne qvidem Paulo excepto, ſuperior. Vid. D. Jacobi Martini Diſp. contra Becanum, in A. Confeſſionem NB.

§. 5. Officium *Apoſtolicum eſt extraordinarium, & conſiſtit in annunciatione voluntatis DEI in univerſo orbe. Cujus officii finis eſt vocatio Gentium, art. 91.*

Nota: Apoſtoli miſſi ſunt ad docendum principaliter, ſimul tamen ad baptizandum. vid. Matt. 28. & Marc. 16.

§. 6. Doctrina Apoſtolica *inprimis eſt Evangelica, ſine omnimodâ Legis excluſione.*

Obſerv. 1. Apoſtoli & Legem & Evangelium docuerunt, primarium tamen eorum officium fuit docere Evangelium.

Obſerv. 2. Ordo doctrinæ Apoſtolicæ eſt primùm informare fidem, deinde gubernare vitam.

Obſerv. 3. Apoſtolorum & Chriſti præceptum eſt diſtinctum, non contrarium aut diverſum, 1. Cor. 7.

§. 7. Autoritas Apoſtolorum eſt maxima.

Ratio, qvia eſt ſacroſancta & Canonica. vid. ſup. art. 5. cum peculiari

liari gratiâ & poteſtate præcipiendi & conſulendi omnibus ſuæ fidei & inſtitutioni commiſſis. Qvæ dependet ab immediata tùm vocatione, tùm Inſtitutione.

Nec obſtat 1. *Pauli locutio per inſipientiam.* Hæc enim non reſpicit rei veritatem, ſed adverſariorum opinionem 2. Cor. XI,17. vid. ſupra p. 211.

Nec 2. *Verbum Petri Satanicum* Chriſto adverſum Matth. 16, 23. Hoc enim ab homine ex judicio humano, non verò ab Apoſtolo immediatâ inſpiratione illuminato, qvà tali, profectum eſt. vid. ſupra pag. 211.

§. 8. Privilegia *Apoſtolatus ſunt infallibilitas, ab errore immunitas, prædicationis univerſalis poteſtas, & miraculorum autoritas, ſup. §. 2.*

Canon 1. Nullus Apoſtolorum poſt Chriſti aſcenſionem erravit in Articulis fidei. vid. Bald. comm. Gal. 2.

Canon 2. Vicariatus Chriſti & Monarchia Eccleſiaſtica non pertinet ad privilegia Apoſtolica.

Canon 3. Apoſtoli non ſunt in vita ἀναμάρτητοι ſimpliciter. vid. Balduin. in c. 2. Galat.

§. 9. Actiones *Apoſtolorum reſpiciunt 1. Dicta, 2. Facta tùm Naturalia tùm præternaturalia, ſigna, prodigia & virtutes, ex §. 2.*

§. 10. Differentia *Apoſtolorum ab aliis eſt conſpicua, reſpectu Prophetarum, 70. diſcipulorum, & aliorum Eccleſiæ Doctorum, inprimis verò Epiſcoporum.*

Aſſertio I. Apoſtoli differunt à Prophetis 1. ratione temporis, 2. loci, 3. perſpicuitatis.

Poriſma: Ergò Apoſtoli ſunt præſtantiores Prophetis, ratione doctrinæ univerſalis, & qvia ipſi ſunt Prophetarum interpretes, qvorum Scriptura eſt clarior Scriptura Propheticâ, qvia non teſtantur de Chriſto venturo, ut Prophetæ Actor. 10, 43. ſed ſunt Salvatoris præſentis αὐτόπται, Luc. 1, 1. ſeq. vid. 1. Joh. 1, 1.

Aſſertio II. Apoſtoli differunt à LXX. Diſcipulis. Uti conſtat ex definitione §. 2.

Digitized by Google

Aſſertio III. Apoſtoli differunt ab aliis Eccleſiæ Doctoribus, uti conſtat ex definitione §. 2. NB.

Aſſertio IV. Apoſtoli differunt ab Epiſcopis in ſpecie, qvia illi in univerſum mundum miſſi, hi verò certis locis dati ſunt.

Canon: Falſum eſt, Petrum fuiſſe Romanorum Epiſcopum. vid. Jac. Martini in Aug. Confeſſ. de Eccleſia, contra Becanum.

§. 11. Duratio Apoſtolatus *oſtendit officium hoc extraordinarium ſaltem fuiſſe ad certum tempus determinatum, ideoqve ſucceſſionem excludit.*

Canon: Nulli dantur hodie nec Apoſtoli, nec in Apoſtolatu ſucceſſores.

Poriſma: Ergò Pontifex Romanus fruſtrà jactat ſucceſſionem Apoſtolicam.

§. 12. Oppoſita *Apoſtolatus & Apoſtolorum ſunt Pſeudo-Apoſtoli. vid. Galat. 2,4. add. Manuale, art. 121. ſect. 1.*

SECTIO II.
De Evangeliſtis.

Chriſtus aſcendens dedit Eccleſiæ Evangeliſtas, Eph.5.c. 4,11.

§. 1.

EVangeliſtæ ſunt miniſtri N. T. Extraordinarii. *De qvibus vid. Chemnic. Harmon. ejusqve Prolegomena, Gerhardi Exegeſis; D. Calovii annot. in N. T. & D. J. E. Gerhardi Prolegomena in Matthæum. Conf. Corn. à Lap. Prolegom. in Matth.*

Nota: *Evangeliſta* dicitur ab Evangelio. vid. art. 76. §. 1. Εὐαγγε-λιστὴς, Luc. d.

§. 2. Evangeliſtæ ſunt Qvatuor-Viri miniſtri Eccleſiæ N. T. extraordinarii immediatè illuminati, *veritatem divinitus revelatam aliis tùm enunciatione, tùm ſcriptione Canonicâ communicantes ad DEI gloriam & Eccleſiæ ſalutem. vid. Joh. 20, 31. Luc. 1, 1. Conf. 1. Joh. 1, 1.*

Digitized by Google

§. 3. Cauſæ *Evangeliſtarum patent ex ſectione 1. praced. §. 3. NB.*

§. 4. Autoritas *Evangeliſtarum divina eſt, qvæ patet ex Articul. 5.*

Nota 1. Cujuslibet Evangeliſtæ Scriptura eſt verbum DEI, cui etiam absqve alterius conſenſu fides eſt habenda, cui cæteri non contradicunt.

Nota 2. Qvæ unus Evangeliſta non habet, illa reperiuntur in aliis.

Nota 3. Qvæ unus Evangeliſtarum dicit, æqvè credimus ac ſi dixiſſent omnes. Conf. ſup. art. 5.

Nota 4. Harmonia Evangeliſtarum perpetua eſt certiſſimum divinæ veritatis indicium. vid. Chemnicius l. d. & Harmonia Evangel. D. Calovii in annot. N. T. Conf. Manuale art. 121. ſect. 2.

SECTIO III.
De Prophetis Novi Teſtamenti.

CHRISTUS dedit Eccleſiæ Prophetas, Eph. 4, 11.

§. 1.

PRophetæ ſunt extraordinarii N. T. Miniſtri, *ex Joel. 2, 28. qvorum nomen patet ex artic. 120. qvod hoc loco non notat Scripturæ Interpretes, ſed futurorum nuncios extraordinarios, ad initium N. T. potiſſimum reſtrictos.*

§. 2. Prophetæ N. T. erant viri ſancti, extraordinariè divinitus illuminati Spiritu Prophetico, qvi ſub initium N. T. & deinceps, qvoties Deo ſapientiſſimo placuit, futura prædixerunt, ad DEI gloriam & Eccleſiæ emolumentum.

Nota 1. N. Teſtamento Prophetas promiſit Dominus Joel. 2, 28.

Nota 2. Hanc promiſſionem primis temporibus potiſſimum implevit Deus, ubi donum Prophetiæ non fuit infreqvens in utroqve ſexu,

qvod

qvod teſtantur exempla Simeonis & Annæ Prophetiſſæ Luc. 2, 34. 36. Zachariæ Luc. 1, 67. Johannis Baptiſtæ Luc. 1, 76. Agabi & filiarum Philippi Evangeliſtæ, Act. XI, 28.

Nota 3. Poſt tempora Apoſtolorum etiam aliqvandiu adhuc donum hujus Prophetiæ viguit.

Nota 4. Noſtris qvoqve temporibus hujuſmodi ſpiritum Propheticum in Johanne Huſſo, Johanne Hiltenio, Martino Luthero, & qvibuſdam aliis fuiſſe eventus docuit. Conf. Mülleri Luth. defenſum.

Nota 5. Temeritas tamen eſt, ſibi facilè hoc arrogare donum; neqve etiam hoc ipſum, qvia eſt extraordinarium, à DEO petere licet. vid. art. 77.

Nota 6. Deum adhuc revelare poſſe futura Hiſtorica, non negatur, ſed id neqve novos fidei articulos attinet, neqve in fanaticorum confictâ Spiritus S. ſcholâ, neqve omnibus fidelibus datur, neqve ab omnibus reqviri debet.

Ratio eſt, qvia obſtat doni extraordinarii particularitas, abeſt neceſſitas, & adeſt certiſſima præſentiſſimi periculi gravitas. vid. ſupra Art. 4. Qvâ de re agit Theol. Polem. de novis Prophetis NB.

§. 3. Duratio Prophetiæ in N. Teſt. determinata eſt, *ex §. 1. & 2. vid. Theol. Polem. & Luth. T. 8. Witteberg. in c. 2. Joel. f. 388. & Dannbaueri Hermen. S. p. 413. nec non Fabricii & Stolterfoth ſcripta de viſionibus.*

Nota 1. Donum Prophetiæ propriè dictum in N.T. non eſt ratione temporis, locorum aut perſonarum Catholicum.

Nota 2. Donum Prophetiæ affectantes accurato ſtudio probandi ſunt. vid. ſup. art. 4.

Nota 3. Prophetæ, qvi ſunt ſcripturæ interpretes, in Eccleſia Novi Teſt. ſunt perpetui, ex 1. Cor. 13, 4. Rom. 12, 7. Confer Theologiam Exegeticam.

§. 4. Oppoſitum Prophetarum *N. T. ſunt Enthuſiaſtæ, Weigeliani & Theophraſtiſtæ. De qvibus agit Theologia Polemica. Confer reliqva huc ſpectantia in Manuali art. 121. ſect. 3.*

ARTIC.

ARTICULUS CXXII.

De Miniſtris Eccleſiæ Novi Teſtamenti Ordinariis, eorumq; diſtinctione.

Epiſcopus ſit aptus ad docendum: Diaconus teneat myſterium fidei cum purâ conſcientia 1.Tim. 3,2.8.9.

§. 1.

ECcleſia N. T. habet miniſtros ordinarios, *qvorum nomina b. l. repetenda ſunt ex articulo 119. §.1. unà cum definitione, cauſis, atqve aliis huc ſpectantibus. Confer Nomina officii infra §. 3. NB.*

§. 2. Ordo Miniſtrorum Eccleſiæ N. T. ordinariorum datur diſtinctus.

Nota 1. Inter omnes Eccleſiæ N. T. miniſtros eſt paritas ratione officii docendi & Sacramenta adminiſtrandi. vid. Art. 125. & 1. Cor. 3,8. non tamen ratione gradus, & reſpectu ordinis atqve dignitatis, ubi ex diverſitate donorum, officiorum & exemplorum occurrit diverſitas 1. Cor. 12, 4. 8. Eph. 4,11. Tit. 1,5. 1. Tim. 5,17. Unde alii dicuntur *Epiſcopi* ratione inſpectionis; alii *Presbyteri* ratione ætatis; alii *Diaconi*, reſpectu adminiſtrationis, inf. §. 3.

Canon: Miniſterium Eccleſiæ in ſe & ſuâ inſtitutione diſcrimen Miniſtrorum non admittit: ſed ſolùm reſpectu conditionis ſuæ extrinſecæ ordinem & qvosdam qvaſi gradus miniſtrorum reqvirit. Conf. Regulam generalem 1. Cor. 14. ut omnia fiant ordine & decenter.

Poriſma 1. Ergo *præminentia* inter Eccleſiæ miniſtros non datur dignitatis intrinſecæ aut poteſtatis, ſed tantùm reſpectu ordinis.

Poriſma 2. Ergo abſurda eſt antitheſis Paſtorum & Diaconorum excluſiva, qvaſi ad hos ſolos, non verò etiam ad illos, ſpectet vel infantum baptiſatio, vel etiam deſponſatorum copulatio. vid. Conſtit. Eccleſ. Elect. Auguſti.

Nota 2. Apoſtoli certum ordinum numerum non conſtituerunt, nec

nec ut ſimpliciter certo nomine appellarentur Miniſtri diſtincti, voluerunt, ſed hoc totum in liberâ poteſtate Eccleſiæ reliqverunt.

Nota 3. Hanc libertatem etiam proxima ab Apoſtolorum tempore obſervavit Eccleſia, ubi plerumqve ſemper tres fuêre Miniſtrorum ordines, *Paſtorum nimirùm, Presbyterorum & Diaconorum*, inter qvos cùm communis eſſet & par autoritas, idcirco omnes dicuntur ἐπισκοποῦντες, & gregis Domini curam gerentes, vid. 1. Pet. 5, 2.

Nota 4. Septem ordines Eccleſiaſtici & caput Eccleſiæ viſibile ſunt figmentum Pontificium. vid. Hunnius de Miniſterio Lutheran. p. 275. Et proinde vana eſt Pontificiorum objectio, Lutheranos non habere genuinos Eccleſiæ Miniſtros, ſed ſolùm laicos, qvia non ſint ordinati ab Epiſcopo. Hoc enim diſcrimen Scriptura ignorat, qvæ legitimam veri Paſtoris vocationem, Act. 20. nullibi verò Epiſcopalem ordinationem à P. R. dependentem reqvirit. vid. ſup. art. 119. §. 2. & Hunnium l. d.

Nota 5. *Ordo Eccleſiaſticus non eſt Sacramentum* N. T. propriè dictum, qvod probatur Art. 86.

§. 3. Indicia diſtincti ordinis *& gradus externi Miniſtrorum Eccleſiæ N. T. ſunt Nomina.*

I. *Epiſcopi* non Titularis, ſed veri, Conf. 1. Tim. 5, 17. & Tit. c. 1. Actor. 20, 28. Phillp. 1, 1. 1. Pet. 5, 2. Confer. M. A. de Dominis de Rep. Eccleſiaſticâ.

II. *Prebyteri*; Unde dicitur Presbyterium non locus, ſed collegium, vid. 1. Tim. 5, 17. c. 3, 6. Tit. 1, 5.

III. Superintendentis.

IV. Diaconi.

V. *Sacerdotis*. Confer. artic. 89.

Canon. Nomina diſtincta non faciunt diſtinctos Miniſtrorum Eccleſiæ ordines, reſpectu ipſius officii Eccleſiaſtici communis.

Ratio eſt I. Generalis. Qvia Epiſcoporum, Paſtorum & Diaconorum munera dignitate & gradibus tantum diſtincta ſunt, non verò poteſtate.

Poriſma: Cadunt E. Pontificiorum Archi-Epiſcopi, Chor-Epiſcopi & ordines reliqvi. vid. Gerh. de miniſt.

Ratio II. eſt Specialis. Qvia I. *Epiſcopi à Presbyteris* non ſunt

 diſtin-

diſtincti jure divino. Nam *Presbyter* dicitur vel reſpectu ætatis, vel ordinis & officii, qvâ ratione ſenſu Pontificio Epiſcopo contradiſtingvitur, ſenſu verò Apoſtolico notat qvemvis Eccleſiæ miniſtrum, inter qvem & Epiſcopum ferè nihil intereſt, juxta Chryſoſtomum.

II. Qvia *Superintendentis* nomen olim ſpecialiter asſignabatur ordine primo, non qvi dominium haberet in reliqvos, ſed qvi Conventum Eccleſiaſticum, & qvæ inibi agitabantur, negotia dirigeret, & præ reliqvis ſummam Eccleſiæ inſpectionem haberet, vid. ſup. Art. 115. §. 4. Conf. Luth. Tom. 7. Jen. Germ. f. 19. a.

III. Qvia *Diaconi* vox generaliter tribuitur omnibus Eccleſiæ miniſtris, etiam Apoſtolis 2. Cor. 3, 6. ſpecialiter verò certo miniſtrorum Eccleſiæ ordini. Conf. de Diaconorum officio & reqviſitis 1. Tim. 3. 13. Act. 6, 2.

IV. Qvia *Sacerdotes* propriè dicti in N. T. dantur nulli. vid. ſup. art. 74. & 89.

§. 4. Officia Miniſtrorum Eccleſiæ *N. T. ordinariorum ad verbi tractationem & Sacramentorum diſpenſationem ſpectantia explicat Theologia Moralis parte. 2.*

§. 5. Efficacia Officii Eccleſiaſtici *oſtenditur infra Art. 124. Confer. reliqva huc facientia ex Manuali artic. 122.*

Articulus CXXIII.

De Miniſtrorum Eccleſiæ Vocatione & Ordinatione.

Spiritus S. vos poſuit Epiſcopos ad regendum Eccleſiam, Actor. 20, 28. NB. etiam illos, qvi mediatè per homines conſtituti, & ordinariè vocati erant.

§. 1.

Miniſtros Eccleſiæ conſtituit Vocatio, *qvam ſeqvitur ordinatio. vid. Tit. c. 1, 5. Confer Hunnium de Miniſterio Lutherano. NB.*

Canon 1.

Canon 1. Miniſterium docendi in Eccleſia abſqve legitimâ vocatione nemini concedendum eſt, contra Anabaptiſtas, qvæ tam reſpectu Eccleſiæ neceſſaria eſt, ut conſtet, qvisnam loco Dei audiendus ſit; qvàm reſpectu ipſius vocati, ut certus ſit de Sp. Sancti aſſiſtentiâ & officii Eccleſiaſtici efficaciâ, Heb. 5, 4. vid. art. 124.

Canon 2. Communio juris prædicandi non tollit vocationem ordinariam.

Canon 3. Sacerdotium Chriſtianorum ſpirituale non eſt ipſa ad Miniſterium vocatio.

Canon 4. Qvi jure aliqvo in caſu neceſſitatis utitur, non propterea publicè illud exeqvi poteſt.

Nota 1. *Vocatio* dicitur à vocando, & intelligitur hoc loco neqvaqvam de vocatione hominum ad Eccleſiam in genere, ex Art. 91. ſed ad certum officium Eccleſiaſticum.

Nota 2. Vocatio futuri Eccleſiæ miniſtri divina eſt vel mediata & ordinaria Act. 20, 28. immediata & extraordinaria, diciturqve ſeparatio à reliqvis. vid. Jerem. 1, 4. Act. 13., 2. Rom. 1, 1. videlicet Eccleſiæ membris.

§. 2. Vocatio Eccleſiæ miniſtri eſt certæ perſonæ divina ſeparatio *ad officium Eccleſiaſticum, ut Verbum publicè prædicet auditoribus & Sacramenta diſpenſet, ad Dei gloriam & Eccleſiæ ſalutem.*

Nota: Vocatio h. l. inprimis attenditur ordinaria. vid. Gerh. L. de miniſt.

§. 3. Cauſæ vocationis ſunt inſignes. *Nam*

I. *Efficiens* eſt Deus. vid. Rom. 10, 13. Act. 20, 28. cujus voluntas in vocatione legitima ſemper primas tenet. Non enim eſt in hominis arbitrio hunc vel vocare, vel repudiare, ſed Deus extrudit operarios, & animos gubernat.

Poriſma: Ergo veri Eccleſiæ Miniſtri per voluntatem Dei ſunt, qvod ſunt.

Nota 1. Deſiderium Epiſcopatus legitimum non eſt Divinæ vocationi contrarium.

Nota 2. Nemo ſe ipſum ingerat, ſed voluntatem Dei vocantis expectet. Conf. de literis expectativis Gerh. Tom. 6. p. 197.

Digitized by Google

Nota 3. Miſſio privata in concionibus exercitii gratia habitis diſtincta eſt à miſſione publica.

II. *Subjectum eſt homo.* De excluſione mulierum,& de neceſſitatis caſu in Sacramento initiationis, vid. art. 87.

III. *Forma* vocationis reſpicit legitimam ſeparationem à reliqvis ad ſacrum officium.

IV. *Finis* vocationis Eccleſiæ miniſtri eſt Dei gloria & auditorum ſalus.

§. 4. Diviſio vocationis *oſtendit aliam eſſe immediatam & extraordinariam, qvalis erat Prophetarum & Apoſtolorum ſup. art. 120. & 121. aliam verò mediatam & ordinariam.*

Obſervatio : Lutherus ejusqve ſucceſſores vocatione mediatâ gaudent legitimâ. vid. articul. 117. & Hunnius de Miniſt. Lutherano. Confer Anti-Becanum Crocii Tom.2. ſect. 12. p. 573. & Lutheri verba T. 2. Jen. Germ f. 451. Epiſt. ad Senat. Mülhuſinum: Jch habe noch nie geprediget / noch predigen wollen/ wo ich nicht durch Menſchen bin gebeten und beruffen. Denn ich mich nicht berühmen kan / daß mich GOTT ohne Mittel vom Himmel geſandt hätte. NB. vid. ſupra appendix articul. 117.

§. 5. Vocatio mediata reſpicit media legitima.

Aſſertio I. *Mediata vocatio eſt, qvando Miniſter Eccleſiæ à Deo per ordinaria media ad officium Eccleſiæ vocatur,* vid. Act.20,28. ab iis, qvibus poteſtas vocandi conceſſa eſt.

Canon: Mediata vocatio eſt verè divina, ex Act.20, 28. vid. ſupra initium hujus articuli.

Aſſertio II. *Inſtrumentum mediatæ vocationis eſt Eccleſia*, & qvidem tota, qvæ perſonam aliqvam in verbo à Præceptoribus fideliter eruditam eligit & miniſterio præficit, ita,ut ad *presbyterium* ſpectet perſonarum δοκιμασία, ordinatio & inauguratio Tit.1, 5. 2.Tim.2,2. *ad Magiſtratum* verò præſentatio, confirmatio, & ſalarii conſtitutio; ad *plebem* deniq; conſenſus & ſuffragium.

Canon: Mediata vocatio fit per omnes Eccleſiæ ordines. Qvod enim omnes tangit, ab omnibus curari debet.

Aſſertio III. *Actus vocationis hodie conſtat præſentatione, examine, electione, ordinatione & confirmatione.* Conf. art. 115. Con-

Digitized by

Concluſio I. Præſentatio eſt Candidato miniſterii omninò neceſſaria.

Nota: *Præſentatio fit ab Eccleſia,* ſalvo jure Patronatus. vid. art. 115. Præſentatio enim præſupponit reqviſita Miniſtri Eccleſiæ futuri neceſſaria, ratione doctrinæ & vitæ, & præſentatum certiorem reddit, qvod non ſit inter currentes. vid. Jerem. 23. aut intruſos.

Concluſio II. Examinis neceſſitas eſt maxima.

Ratio, qvia examen eſt diligens inqviſitio & probatio tùm doctrinæ, tùm vitæ vocandorum.

Canon: Examen electionem & ordinationem neceſſariò præcedit: reqvirit enim ad miniſterium idoneos & ſufficienter probatos, contra Anabaptiſtas. vid. Tit. 1, 9. Philip. 3, 2. Confer de Examine ordinandorum Conſtitutiones Eccleſ. Elect. Sax. D. Auguſti.

Concluſio III. Electio reqvirit prudentiam. Qvi electio eſt perſona legitimè examinata ad munus Eccleſiaſticum ritè obeundum receptio.

Nota 1. In eligendo juſta reqviritur ætas.

Nota 2. Electionem probatio præcedere debet.

Nota 3. Electio non eſt penes ſolos Epiſcopos, contra Pontif.

Concluſio IV. Ordinatio eſt vocati & vocationis confirmatio, ut cum gaudio poſſit fungi officio ſibi ritè demandato.

Ratio eſt. Qvia ordinatio eſt ritus Apoſtolicus ſolennis, precibus & manuum impoſitione peractus, à confirmatione per literas facta diſtinctus, qvam ſeqvitur inveſtitura ſeu introductio. De qva vid. Conſtit. Eccleſ. Elect. Sax. Auguſti.

Canon 1. Ordinatio non eſt Sacramentum, contra Pontif. vid. ſupra art. 86.

Canon 2. Ordinatio non eſt medium conferendi gratiam.

Canon 3. Ordinatio non competit ſolis Epiſcopis.

Poriſma 1. Ergò ordinandi poteſtas fruſtra denegatur Luthero & ab eodem ordinatis. vid. Hunnium de Miniſterio Lutherano. NB.

Poriſma 2. Ergò ordinatio in Eccleſiis Evangelicis datur legitima.

Poriſma 3. Ergò ordinatio omninò magnifacienda eſt propter preces Eccleſiæ publicas & πληροφορίαν conſcientiæ.

Poriſma 4. Ergò ordinatio non datur, ut characterem imprimat indelebilem.

Summa: Ordinatio N. T. Eccleſiaſtica eſt ritus Apoſtolicus, qvo legitimè

timè electus & vocatus per verbi miniſtros, nomine Eccleſiæ, ab aliis publicè ſeparatur, & auditoribus ſiſtitur, ita ut per preces & manuum impoſitionem oves verbo & Sacramentis paſcendæ fidei ipſius committantur, ad Dei gloriam & auditorum ſalutem.

Poriſma 1. Ergò ordinatio neqvaqvam ad vocationis eſſentiam, ſed ad capacitatem ſubjecti vocati publicè declarandam pertinet, adeoqve miniſtrum Eccleſiæ non conſtituit, (uti vocatio) ſed legitimè conſtitutum eſſe aliis oſtendit.

Poriſma 2. Ergò, qvi mentitur ſe eſſe ordinatum, in mendacio deprehenſo meritò vel ſuſpenſione vel remotione punitur.

§. 6. *Reliqva huc ſpectantia offert Manuale art. 123.*

ARTICULUS CXXIV.

De Miniſtrorum Eccleſiæ Officio, ejusqve efficacia.

Salvabis te ipſum & auditores tuos, 1. Tim. 4, 16.

§. 1.

Eccleſiæ Miniſter ad certum officium vocatus certa poteſtate gaudet, & ſingulari ſacræ functionis efficaciâ.

Nota 1. De officio & vocatione agit præcedens articulus 123. & 119.

Nota 2. Poteſtas Eccleſiæ miniſtri eſt poteſtas 1. prædicandi, 2. Sacramenta adminiſtrandi, 3. Diſciplinam Eccleſiaſticam conſervandi. Nam prædicatio verbi potior eſt adminiſtratione Sacramentorum 1. ratione neceſſitatis, 2. ratione difficultatis, 3. ratione uſus.

Nota 3. Officii Eccleſiaſtici partes oſtendit Theologia moralis.

Nota 4. Hoc loco inprimis attenditur *efficacia* tam ipſius officii, qvàm Verbi & Sacramentorum. vid. art. 82. & 90.

§. 2. Tam Verbum & Sacramenta ſunt media ſalutis efficaciſſima, *qvàm ipſa actualis verbi prædicatio & Sacramentorum adminiſtratio ab Eccleſiæ miniſtro peracta.*

Nota: *Efficacia attenditur* 1. *in actu primo.* Sic eſt facultas rei eſſentiam

Digitized by Google

tiam conſeqvens. 2. *in actu ſecundo.* Sic eſt efficientia ſive cauſatio alicujus effectus: dum efficaciam habens efficacem operationem actu ipſo exercet; & efficaciam per effectum demonſtrat.

Aſſertio I. Verbum Dei non ſolùm eſt efficax, ratione ſuæ proprietatis, habens vim convertendi, unde potentia Dei vocatur, Rom. 1, 16. *ſed etiam ratione effectus*, qvia actu concurrit, & à Deo adhibetur ad converſionem, ceu medium divinum, per qvod Deus agit.

Aſſertio II. Miniſterium Eccleſiaſticum eſt ordinarium inſtrumentum & medium, per qvod Deus homines in Eccleſia convertit, baptizat, abſolvit, & ad ſalutẽm perducit. vid. 2. Cor. 5, 20. dum qvod promiſſio offert, aſſenſus recipit & fiducia applicat, qvæ eſt mixtura ſalutaris, Hebr. 4, 2.

Aſſertio III. Verbum & Sacramenta ſunt media, & nobiliſſimi antidoti vehicula, qvibus ordinarie *accenditur, ſervatur & augetur in nobis fides*, ita ut in corde per Legem contrito Evangelium excitet fidem ad ſalutem æternam, Rom. 1, 16. vid. ſup. art. 76. Qvamobrem & Apoſtolus Hebr. 4, 2. neqvaqvam verbi effectum negat, ſed fidei defectum indicat, qvando dicit: Non profuit illis ſermo auditus ὁ λόγος τῆς ἀκοῆς, ſolùm ad aures perlatus Jer. 10, 22. ſine fide, μὴ συγκεκραμένος τῇ πίστει τοῖς ἀκούσασιν, Das Wort der Predigt halff jene nichts / da nicht glaubeten die / ſo es höreten. Nam ſermo Dei manet λόγος vivus & efficax, & penetrantior qvovis gladio Hebr. 4, 12. & gratiam omnibus offert, ut fides ſit ex auditu, Rom. 10 Qvando verò obſtat reſiſtentia Act. 7. & incredulitas Joh. 3. tunc nulla ſeqvitur fides & fiducialis applicatio, qvæ ſola mixtura κρᾶσις (ex κεράω, miſceo) facit, ut credens ἀκέραιος ſincerus, purus, & ἄκρατος habeat cor fide purificatum, Actor. 15, 9. cujus εὐκρασία & bona temperies Deo grata eſt: dum granum verbi agro cordis conjungitur Luc. 8. & pharmacum verbi ita recipitur, ut ægro per fidem applicetur. Qvemadmodum enim ad ægri reſtitutionem reqviritur 1. Medicamenti præparatio, 2. præparati aſſumtio, 3. aſſumti applicatio, ut δυσκρασία tollatur, & εὐκρασία amiſſa corpori reddatur: Ita & peccatori ægro neceſſaria eſt 1. antidoti per Chriſtum Medicum Exod. 15. præparatio. 2. per vehiculum verbi receptio. 3. per fidem applicatio. Ne vomitus effectum impediat.

Poriſma 1. Ergò fidei temperamentum excitat Medicamentum in

in verbo oblatum, cujus effectum impedit ægri pertinacia; vid. Matth. 23. noluiſtis; & vomitus reluctantis.

Poriſma 2. Ergò *effectus ſalutares* miniſterio verbi neqvaqvam ſolùm cohoneſtandi gratiâ tribuuntur, qvia miniſtri ſunt Dei συνεργοὶ, per qvos ipſe agit 1. Cor. 3, 9. ejusqve legati 2. Cor. 5, 20. ſup. art. 119. & per qvos credimus 1. Cor. 3, 5. qvi ſe ipſos & auditores ſuos ſalvant 1. Tim. 4, 16. qvorum verbum eſt ἀληθῶς verè verbum Dei, 1. Theſſ. 2, 13. ut exiſtat mixtura ſimplex Heb. 4, 2. cujus ingredientia ſunt 1. Verbum, 2. fides, cujus effectus eſt: ſanitatis reſtitutio.

Poriſma 3. Ergò abſolutionis & conſolationis verba ab Eccleſiæ miniſtro afflictis applicata non ſunt humana & inanis repetitio, aut probabilis conjectura vel nuda perſvaſio, ſed efficaciſſima nobiliſſimi antidoti per verbum oblatio, & divinæ veritatis inſtillatio, qvæ intellectum illuminare & voluntatem flectere, atqve filialem fiduciam excitare poteſt Rom. 1, 16. vid. infra §. 3. & Theolog. Paracleticam, ab initio. NB.

§. 3. Efficacia officii Eccleſiaſtici *inprimis deprehenditur & maximè conſpicua eſt 1. in ipſa verbi prædicatione, 2. in Sacramentorum adminiſtratione, 3. in exercitio clavium, eorumqve effectu, tam in abſolutione, qvàm in excommunicatione.*

Aſſertio I. De efficacia verbi prædicati: Verbum Dei à Chriſto & Apoſtolis annunciatum, & hodieqve ſecundum Scripturam Propheticam atqve Apoſtolicam voce vel ſcripto prædicatum, atqve vel audiendo, vel legendo repetitum, (Legale & Evangelicum) eſt ordinarium illud organum, per qvod Deus revelat juſtitiam, & gratiam offert omnibus ac ſingulis peccatoribus ut credant, & credentes vitam habeant per Chriſtum Johan. 20. Jerem. 23, 28. 1. Cor. 1, 18. 1. Tim. 4, 16. 1. Theſ. 2, 1. Conf. Rom. 1, 16. Verbum eſt potentia Dei δύναμις ſalutaris. vid. artic. 5. NB.

Ratio eſt, qvia Modus non variat rem.

Poriſma 1. Ergò eadem manet Verbi divini efficacia, ſive illud in fontibus, ſive in alias Lingvas translatum; vel legendo, vel audiendo, ſive cum manuductione Eccleſiæ, ſive ſine aliorum manuductione; ſive cum intentione qværendi veritatem, ſive ſine intentione legatur. Qvod pro-

probat exemplum Chriſtiani Gerſonis, ex Judaiſmo converſi. De qvo ſupra artic. 5. §. 17. NB. pag. 223. & Auguſtini, Reihingii, atqve aliorum vid. ſupra artic. 113. §. 6. NB.

Poriſma 2. Ergò diſtinctio Verbi interni & externi Svvencfeldiana eſt horrenda blaſphemia: Cui affinis eſt Calviniana efficaciæ divinæ à verbo prædicato ſeparatio. Qvam oſtendit Welleri Anti-Maſſonius de Calvino-Svvencfeldianiſmo & Piſcatoris figmentum ſup. p. 218. refutatum.

Poriſma 3. Ergò Verbum prædicatum non eſt hominum, ſed Dei, & qvi illud contemnit, non homines, ſed Deum contemnit. Luc. 10, 16. 1. Theſ. 4, 8.

Poriſma 4. Ergò opera Miniſtri & operatio Spiritus S. ſunt qvidem diſtinctiſſima, non verò ſeparata, qvia Deus cum miniſterio & miniſtro verbi operatur, συνεργῶν Marc. 16, 20. ut auditores per verbi miniſtros credant, 1. Cor. 3, 5. Act. 26, 16. Conf. Rom. 1, 16. c. 10, 17. Eſa. 51, 16. & afflicti erigantur. vid. Eſa. 40. & Mat. 9. dum audientes vocem clamantis Joh. 1, 13. ipſum Chriſtum audiunt, Luc. 10, 16. Confer præcedentem §. 2. NB. & ſup. art. 96. §. 9. & 7. & Gymnaſ. Pat. p. 70. ubi repetuntur verba Lutheri ex T. 8. Jen. f. 376. Qvi dicit: adigendos eſſe afflictos, ut credant verba miniſtri Eccleſiæ eſſe verba Dei. Daß wenn ſie ein Troſt-Wort aus der Schrifft hören / und mit Glauben annehmen / es eben ſo viel iſt und gilt / als höreten ſie GOttes Stimme von Himmel. Et addit monitum D. Pomerani: Ihr ſollet unſern Troſt nicht verachten. Welches ich nicht anders annahm / als redete es GOtt ſelbſt vom Himmel zu mir. vid. ibid. p. 241. 401. & 272.

Aſſertio II. *De Efficacia Sacramentorum.* Deus ipſe per verbi miniſtrum Sacramenta diſpenſat & gratiam iisdem ritè utentibus offert, confert & applicat. vid. Art. 82. ſeq. Conf. Joh. 1, 26.

Aſſertio III. *De Exercitio clavium*; Chriſtus ipſe in Eccleſia præſens exercitium utriusqve clavis dirigit, dum per Miniſtrum pœnitentes à peccatis abſolvit, & impœnitentibus peccata retinet, ex Art. 125. & art. 126. vid. Joh. 20. Mat. 9. 2. Sam. 12, 13. Qvod agnovit Chriſtianus 3. Rex Daniæ, de qvo ex Sim. Pauli refert D. König in Caſ. Conſc. p. 781. qvod in genua procidens confeſſionem recitarit, & M. And. Martini Paſt. Roſtoch. dixerit: Hie ſitze ich nicht als ein König / ſondern als ein

armer Sünder / und heiſſe nicht Gn. Herr / ſondern Chriſtianus. Ihr aber ſitzt da an GOttes ſtadt / und handelt mit mir nicht als ein Menſch / ſondern als ein Diener Chriſti. Und die abſolution, welche ihr mir ſprecht / nehme ich an / als wenn ich ſie aus Chriſti Munde hörete. Unde ſoluta in terris ſoluta ſunt in cœlis, & qvisqvis in Eccleſia ejus dimitti peccata ſi non crederet, non ei dimitterentur. Qvisqvis enim non credit, dimitti ſibi poſſe peccata, fit deterior deſperando, qvaſi nihil illi melius qvàm malum eſſe remaneat, ait Auguſtinus lib. 1. de doct. Chriſt. c. 18.

Poriſma: Ergo exercitium clavium eſt theſaurus Eccleſiæ incomparabilis, ex qvo ſumma oritur afflictæ conſcientiæ certitudo & firmisſimum ſolatium. Qvod oſtendit

1. *Clavium natura* ex art. 125. §. 1. & 2. NB.

2. *Clavium efficacia*. Qvia Verbum non ſolùm in actu primo efficaciam habet, qvæ ejus eſſentiam conſeqvitur, ſed etiam efficientiam in actu ſecundo velut medium divinum, per qvod Deus agit. vid. ſup. §. 2. & art. 5. §. 18. NB. Unde ſeqvitur: Qvicqvid in Nomine Jeſu Chriſti per media divinitus ordinata ſingulis offertur, applicatur & obſignatur, id certitudine divinâ ſinguli cognoſcunt ad ſe pertinere. Atqvi per Verbum abſolutionis, Matth. 9. Confide, tibi remiſſa ſunt peccata; & Eſa. 43. Ego deleo iniqvitates tuas; & per Sacramentum Cœnæ, Mat. 26. accipe: in remisſionem peccatorum &c. ſingulis offertur, applicatur & obſignatur gratia. Ergò certitudine divinâ ſinguli hoc ad ſe pertinere cognoſcunt. *Ratio* eſt, qvia credunt. Johan. 3. Qvicunqve verò in Chriſtum credit, huic miniſter Chriſti dicit; Ego te abſolvo. Tu Petre credis. Ergo & tibi dicit Verbi miniſter, Ego te abſolvo. Item: Ego credo, & me credere ex fidei reqviſitis ſcio. Ergò & mihi dicit: Confide, remiſſa ſunt tibi peccata tua. Matt. 9. NB. vid Art. 77. de promiſſ. Div. & art. 93. de fide, & inf. Art. 125. Dumqve audio hanc vocem miniſtri clamantis Joh. 1, 23. ipſum Chriſtum mihi loqventem audio Luc. 10, 16. vid. ex Luthero præcedentem aſſert. 1. NB. Confer. qvæ hanc materiam illuſtrant, de autoritate Scripturæ ex articulo 5. §. 12. NB. & de certitudine divina ex Theol. Exegeticâ libro 2. cap. 6. Tit. 4. nec non Titulo 5. de ſenſus divini infallibilitate.

§. 4. *Reliqva huc ſpectantia, cum uſu, & autorum Catalogo,*

go, offert Manuale art. 124. & Tract. Germ. Theologorum Saxonicorum, de Scriptura S. contra Rathmannum.

ARTICULUS CXXV.

De Miniſterii Eccleſiaſtici Poteſtate circa claves.

Dabo tibi claves regni cœlorum, Matt. 16,19. Videatur egregia Diſputatio D. Schmidii ex h.l. Faſcic. Diſput. 12. p. 676. & Theol. Exegetica l. 2. c. 5. de reqviſitis Philol. & Rhetor.

§. 1.

POteſtas Eccleſiaſtica Miniſtris Eccleſiæ omninò conceſſa eſt, *qvod patet ex artic 124. & ex conceſſa Eccleſiæ poteſtate art. 113. qvæ præter Verbum & Sacramenta ex art. 123. etiam claves reſpicit, de qvibus h. l. agitur.*

Nota 1. *Clavis* h. l. eſt poteſtas dependens à Chriſto clavigero organica, qva in peccato deprehenſus, ac propriâ conſcientia convictus & convinctus, judicio Dei expoſitus, aut pœnitens vinculo ſolvitur, ac cœli aperti jus aſſeqvitur: vel impœnitens carcere, compedibus, catenis arctius ligatur, adqve clauſi cœli jacturam, & extremum damnationis judicium ac ſupplicium aſſervatur. Confer Dannhauer. Chriſteis, pag. 751.

Nota 2. Chriſtus voce clavium dignitatem & utilitatem theſauri Eccleſiæ Miniſtris concrediti, ſive ipſam rem ſubſtratam innuit. Unde ab Apoſtolo vocatur poteſtas 1. Cor. 10, 8. c. 13, 10. ſcilicet & aperiendi & claudendi januam regni cœlorum. Conf. Eſa 22,22.

Ratio eſt, qvia *Clavis* eſt qvaſi claudendi vis Græc. κλεὶς, ex κλείω claudo, מפתח Eſa. 22, 22. פתח aperuit, ein Schlüſſel/ ideoqve notat

I. *Formaliter* claudendi & reſerandi organum, qvod conclavia, ſeras & compedes reſpicit. vid. Matt. 22,13. Actor. 16, 24.26.

II. *Materialiter* verò pro ratione ſubjecti variat, ut clavis ſit vel *Politica* regia, portarum, victoris; vel *Oeconomica*, ſervo concredita. Confer Eſa.22,22.

III. *Conſeqventer* clavis eſt ſignum collatæ poteſtatis, ἐξουσίας σύμβολον. Conf. Apoc. 3, 7. qvæ vel Politica eſt (qvando Victori claves portarum à devictis offeruntur) vel œconomica.

IV. *Metaphoricè* transfertur ad poteſtatem, qvam traditio clavis innuit, vel ſummam, vel ſubordinatam, pro ratione ſubjecti. Sic v. g. miniſtro non competit poteſtas abſoluta, ſed ſubordinata.

V. *Claves habere*, dicitur

I. *DEUS* 1. in regno Potentiæ, ubi 1. clavis cœli & pluviæ Devt. 28, 12. 2. cibi Pſal. 145, 6. 3. ſepulcri Ezech. 37, 12. 4. uteri Geneſ. 30, 22. c. 20, 10.

2. in regno gratiæ, ubi oſtendit 1. clavem Scripturæ Eſa. 29, 11. 2. Cordis humani Actor. 16, 14. 3. peccati remittendi Matth. 16. verſ. 19. ſive regni cœlorum. 4. mortis, inferni & liberationis, Apoc. 1, 18.

II. *Chriſtus* θεάνθρωπος l. d. ex communicata omni poteſtate, Mat. 28. unde claves regni cœlorum dat Apoſtolis Mat. 16.

III. *Eccleſiæ miniſter* Mat. 16, 19. vid. infra §. 4. NB.

VI. *Claves traduntur* vel ſuperiori à ſubdito claves portarum, cujus dominium victus ſupplex agnoſcit: vel inferiori à Domino. Sic Chriſtus Homo Dominus factus Pſal. 8. accepit claves omnis poteſtatis Mat. 28. etiam mortis & inferni Apoc. 1. Unde habet

1. *Clavem ſcientiæ Propheticam*, Mat. 23. Luc. XI, 52. c. 24.

2. *Clavem ſanctuarii ſacerdotalem*, Heb. 9.

3. *Clavem dominii Regiam*. Miniſtris verò tradidit claves miniſteriales Mat. 16. 19.

VII. *Exercitium* clavium hoc loco non eſt herile, ſed miniſteriale.

Canon: Poteſtas Miniſtrorum non eſt abſoluta, ſed Chriſti & Apoſtolorum præceptis atqve exemplis limitata, vid. Joh. 20, 21. ſupra Art. 125.

§. 2. Poteſtas Clavium eſt Eccleſiæ à Chriſto conceſſa, qva pœnitentibus peccata remittit, *impœnitentibus verò illa retinet. vid. ſup. §. 1. NB.* Efficiens *eſt Chriſtus. Organum miniſter. Objectum peccata. Forma eſt ſolutio vel ligatio. Finis Dei gloria, & peccatoris ſalus.*

Canon 1. *Poteſtas clavium* neqvaqvam eſt dominium in conſcienti-

Digitized by

entias, 1. Pet. 5, 2. adeoqve non eſt tyrannis Pontificia. Ratio eſt qvia Poteſtas clavium Eccleſiæ conceſſa eſt non ad ſubvertendam, ſed ad ædificandam Eccleſiam.

Canon 2. Chriſtus ipſe in Eccleſia præſentisſimus Mat. 28. per Miniſtros Eccleſiæ hanc poteſtatem exercet, ex Art. 124. Confer de hoc exercitio publico. ſup. art. 95. §. 11. NB.

§. 3. Poteſtas clavium reſpicit clavem tùm ſolventem, tùm ligantem: Illa Evangelii, hæc legis vocem repetit. *vid. ſupra §. 1. NB.*

§. 4. Clavis ſolventis poteſtatem *oſtendit abſolutio pœnitentis gratuita, ſive publica generalis, de qva art. 95. §. 11. ſive privata ſpecialis: vid. Art. 124. & infra Canonem 4. NB.*

Nota: Poteſtas hæc non eſt αὐτοκρατορικὴ Mat. 9, 3. qvæ ſolius Dei; nec eſt Politica, Magiſtratui competens Luc. 22, 25. ſed miniſterialis, reſpectu ipſius miniſtri, nihilominus tamen in ſe ipſa verè divina, tùm originaliter, tùm formaliter, licèt Eccleſiæ miniſtro non principaliter, ſed organicè agenti, ut poteſtas miniſterialis, delegata & ſubordinata competat: non tamen pèr modum locum tenentis aut commiſſarii, ſed per modum organi, per qvod ipſe Deus operatur Marc. 16, 20. & per qvod ipſe Chriſtus, qvem ſibi loqventem audit peccator, qvi miniſterium audit Luc. 10, 16. & qvidem per hanc vocem miniſtri loqventis Joh. 1, 23. abſolvit, baptizat, & peccatorum remiſſionem confert, vid. 2. Sam. 12, 13. & ſup. Art. 124.

Poriſma: Ergò vana eſt poteſtas delegata, qvam Pontificii miniſterio affingunt, qvæ maneat penes principalem habitualiter & radicaliter, ita tamen ut exercitium ſit penes ſolum delegatum, ut principalis & delegans ad illum actum non concurrat. Qvemadmodum Pro-Rex Neapolitanus, aut Commiſſarius Principis ſine concurſu Superioris aliqvid peragit. *Scriptum* verò nobis oſtendit poteſtatem qvidem delegatam Mat. 16. ſed talem, *ubi delegans ſibi non modò poteſtatem reſervat, ſed etiam ipſum exercitium & ſententiam per delegatum pronunciat. NB. Qvi vos audit, me audit.* Luc. 10, 16. ſic Qvæſtor, aut Judex inferior, ſententiam promulgat non ſuo, ſed Principis nomine, ita ut ipſa ſententia à ſummo Magiſtratu dependeat, & ipſe Princeps ad ſententiæ conſtitu-

tionem concurrat eo ipſo momento, qvando ſententia facinoroſis, præſcio & executionem mandante Magiſtratu publicatur & publicè recitatur. Qvâ de re agit B. Carpzovius im Löſe-Schlüſſel/ contra Mülmannum,& Iſag. in lib. Symbol. p. 867.

Canon 1. Abſolutio gratuita excludit ſatisfactiones & indulgentias Pontificias. vid. ſup. art. 95.

Canon 2. Abſolutio privata in Eccleſiis Evangelicis rectè retinetur. vid. art. 102. qvia eſt applicatio promiſſionis Evangelicæ generalis Marc. 16. ad ſingulos: Confide, tibi remiſſa ſunt peccata, Matt. 9. vid. art. 124. §. 3. NB.

Canon 3. Abſolutio privata ad probationem dignorum S. Cœnæ convivarum ſummè neceſſaria eſt. vid. art. 88.

Canon 4. Abſolutio privata eſt ſolatio pleniſſima ex art. 124. §. 3. Ratio eſt NB. Qvia *clavis ſolvens ratione ſui exercitii eſt actio ipſius DEI gratioſa, qvâ pœnitenti per Eccleſiæ miniſtri vocem remiſſionem peccatorum donat, & per hoc organum credentem à peccatis ipſe abſolvit*, Matth. 9. Johan. 20.

Poriſma: Qvia clavis ſolvens peccata remittit, ideò pœnitenti peccatori delicta priora, qvorum veniam conſecutus eſt, non ſunt objicienda, ſed potius ſolatiis animus ejus eſt erigendus.

Canon 5. *Solutio & ligatio eſt certiſſima.*

Ratio eſt, qvia 1. non eſt obligatio ad obedientiam, 2. nec judiciaria juſtitiæ adminiſtratio, 3. nec nuda gratiæ divinæ annunciatio, & nocentis, vel innocentis declaratio. Sed 4. actualis gratiæ divinæ confirmatio. Ubi non votum, ſed effatum: non Optativus, ſed Indicativus reqviritur. vid. 2. Sam. 12. tranſtulit Dominus peccatum; remiſſa ſunt tibi peccata tua, Matt. 9. ubi vinctus ad pœnam jam tenetur, ſi verò à pœna ſolvitur, jam liber eſt per Chriſtum, qvi ipſe ligat & ſolvit. vid. Eſa. 42, 7. c. 49, 8. c. 61, 1. Chemnic. Harmon. c. 85. p. 1624. Dannh. Chriſteis, p. 750.

§. 5. Clavis ligantis poteſtas *impœnitentibus peccata retinens reſpicit Diſciplinam Eccleſiaſticam, de qva ſupra art. 95. §. 11. NB. & excommunicationem.*

§. 6. Excommunicatio *alia minor eſt, alia major. vid. Artic. ſeq. §. 1.*

Canon

Canon 1. Diſciplina Eccleſiaſtica non privato hominum arbitrio exercetur, ſed publicâ autoritate Chriſti, qvi clavem utramqve Eccleſiæ dedit & exercet, Art. 124. cum promisſione, ratum fore in cœlo, Joh. 20. Mat. 16. qvod in terra peragitur. vid. ſup. §. 4. NB.

Canon 2. Severitas Diſciplinæ Eccleſiaſticæ neceſſaria eſt propter contumaces, qvi manſvetudine ſuorum Doctorum deteriores fiunt. Confer. de execratione 1. Cor. 15. 16. 22. infra Repertorium Rhetoricum. NB.

Canon 3. Caſtigatio Eccleſiæ eſt paterna, qværens hominis ſalutem, non exitium. Conf. ſup. §. 3. & articulum 95. §. 11. NB.

§. 7. *Uſus hujus Articuli eximius patet ex præcedente articulo 124. & ex Manuali artic. 125. & 124. nec non ex tract. Capzovii, qvem Mülmanno oppoſuit. Conf. Saubertum de diſciplina Eccleſiaſtica.*

ARTICULUS CXXVI.

De Excommunicatione.

Excommunicatio eſt Satanæ traditio 1. Cor. 5, 5. 1. Tim. 1, 20.

§. I.

EXcommunicatio *omninò competit Eccleſiæ, qvod patet ex Art. 124. & Matth. 18, 15.*

Nota 1. Ab excommunicatione Eccleſiaſtica toto cœlo diſtat I. *Excluſio ſtudioſorum Academica*, qvæ eſt pœna civilis Magiſtratus ordinarii. Cujus ſeverisſimum exemplum non ita pridem exhibuit Acad. Lipſienſis d. 1. Febr. A. 1674. publicè, ubi oſtendit *I. De ictum.* Qvod dux & Magiſter qvidam neqvitiarum, optimæ Nationis degener fœtus, ſepulcro dealbato ſimilis Mat. 23. nihil non abominandorum ſcelerum deſignaverit, inprimis verò 6. 7. & 8. præceptum &c. *II. Supplicium*, dum ex Helicone tam putidum & cadaveroſum membrum præcipitare jus fasque jubet, cujus ſententia ita habet: Nos te tanqvam profligatisſimum trifurciferum, *cum infamia*, qvantâ fieri poteſt, maxima, excludimus, & ad Corvos abire te tuos jubemus (cujus prædictionis eventus

fuit;

fuit ſuſpendium) etiam nomen tuum ex memoria non minus qvàm ex matricula ipſa deleturi. *III. Scopum*, ut & tu facinorum tuorum pœnam, tametſi malitia tua multò minorem, ſubeas, & alii tui furfuris homines exemplum habeant, parem aut majorem etiam animadverſionem in conſimilibus delictis expectandi. Qvæ vel ideo notanda ſunt, ut conſtet veritas legis Regiæ Prov. 30, 17. Ein Auge / das den Vater verſpottet/ das müſſen die Raben am Bach außhacken. Ubi Lutherus addit: das heiſt an den Galgen kommen.

II. Pœna Imperialis Politica. Die Erklärung in die Acht und Oberacht/ ob crimen læſæ majeſtatis, cujus exemplum extat Theatr. Europ. Tom. 1. p. 475. Wir ſetzen ihn (den Verächter und Verletzer als Verbrecher des Land-Friedens) als unſern und des Reichs Widerſacher und Feind/ **aus unſern und des H. Reichs Frieden in den Unfrieden/etc.** Conf. de confuſione excommunicationis Politicæ & Eccleſiaſticæ egregium tractatum, cui Titulus: Brutum Fulmen.

Nota 2. Excommunicatio Eccleſiaſtica eſt 1. *minor*, ſuſpenſio à cœna. 2. *major*, ſeparatio ab Eccleſia.

Nota 3. Excommunicatio legitima eſt pœna graviſſima, qvam Eccleſia infligere poteſt, qvæ tamen non niſi ſumma cum prudentia exercenda, & à nemine contemnenda eſt. Omnia enim prius tentanda ſunt, qvàm ad ſeveritatem iſtam perveniatur, ut peccatores pœnitere diſcant.

Nota 4. *Excommunicatio* oppoſita eſt communioni Eccleſiaſticæ, de qvâ vid. art. 113. excommunicatio eſt qvaſi ex communione SS. ejectio ſeu excluſio. Conf. German. Bann / à binden / Band/ item Acht / qvaſi nicht achten / verachten / und deßwegen ſtraffen/ daß es niemand achtet. Wie man den flüchtigen Ubelthäter Vogel-frey macht/ an dem ſich iederman vergreiffen und ihn erwürgen mag / wie einen Vogel. Confer Bullam P. R. contra Hæret. Wunderliche Güte/ p. 495. ſeq. & p. 497. Claſſicum belli ſacri Caſp. Scioppii.

Nota 5. Excommunicatio alia juſta, alia injuſta eſt, qvæ fit non cognitâ cauſâ, ex affectu privato, aut præconceptâ opinione, qvales ſunt plerumqve Papales.

Nota 6. Excommunicatio reſpicit communionem Eccleſiæ vel viſibilem & externam, vel inviſibilem & internam, qvæ priorem ſeqvitur, ſi non ſeqvatur pœnitentia.

§. 2. Ex-

§. 2. Excommunicatio major, *eſt utiliſſima Eccleſiæ diſciplina, qvâ ſubditi Eccleſiæ propter notiora ſcelera cum impœnitentia conjuncta privantur beneficiis Eccleſiæ propriis, non ex privata autoritate, ſed in nomine JESU CHRISTI in publico cœtu, conſciis & ſuffragantibus omnibus Eccleſiæ ordinibus. Adeoqve Excommunicatio eſt*

I. *Declaratio ſententiæ divinæ* in foro Poli, qvod facinoroſus, qvamdiu manet impœnitens, excluſus ſit à gratia Dei.

II. *Eſt Satanæ traditio*, qvâ ſceleratus à corpore Eccleſiæ tanqvam membrum putidum rejectus ad Satanam remittitur.

§. 3. Efficiens *eſt Deus per miniſtros agens, vid. Geneſ. 4, 11. Matth. 18, 17. in Eccleſia, & qvidem tota, qvæ jus ſuum per miniſterium exeqvitur.*

Nota: Excommunicatio fieri debet cum conſenſu totius Eccleſiæ.

Poriſma I. Ergò nec privatus, nec publicus unus hanc poteſtatem ſibi arrogare poteſt.

II. Nec Papæ competere poteſt poteſtas excommunicandi, qvia eſt poteſtas Chriſti, 1. Cor. 5, 5.

§. 4. Objectum *excommunicandum eſt vel perſonale, vel reale.*

I. *Objectum perſonale* non ſunt Turcæ & Judæi, qvi communionis Chriſtianæ participes nunqvam facti ſunt, ſed impœnitentes & ſcelerati.

II. *Objectum reale* non ſunt qvælibet delicta, ſed atrocia & notiora ſcelera.

§. 5. Forma *excommunicationis eſt ejectio ex Eccleſia, vide proceſſum & modum excommunicationis explicatum* in Handbuch / *art. 126. &* C.S. Kirchen-Ordnung *NB. Confer Bullam Cœnæ Dominicæ à Luthero repetitam & examinatam Tomo 2. Jenenſi German. fol. 50. NB. & excommunicationem Reginæ Angliæ tract.* Wunderliche Güte / *p. 415. & 410. Inprimis verò Bullam excommunicationis hæreticorum ibid. pag. 495. NB. ejusqve fructus pag. 497.*

Digitized by Google

Nota 1. Si admonitionibus & excommunicatione minore emendatio peccatoris obtineri poteſt, non opus eſt extremo illo remedio.

Nota 2. Diſciplina Eccleſiaſtica neqvaqvam leges civiles cum divinis conſentientes tollit.

Nota 3. Excommunicatio facinoroſum à pœna Politica non eximit, qvia excommunicatio eſt declaratio ſententiæ divinæ in foro Poli; Pœna verò civilis eſt declaratio ſententiæ divinæ in foro Soli, tollens ſcandalum. Illâ ſatisfit Eccleſiæ, ut ſeqvatur pœnitentia; Hâc verò Reipublicæ, licet ſecuta fuerit pœnitentia.

Nota 4. Excommunicatio inprimis locum habet, ubi vel Magiſtratus non eſt Chriſtianus, vel in juſtitiæ adminiſtratione negligens eſt.

§. 6. Finis *excommunicationis non eſt animæ perditio, ſed ſalus, adeoqve non hoc intenditur, ut excommunicatus damnetur, & omnium piorum favore excidat, & ex Eccleſia ejectus perpetuò maneat; ſed potius, ut ad pœnitentiam ſeriam adductus preces piorum expetat, ſuas cum Eccleſia conjungat, & æternùm ſalvetur. vid. 1. Cor. 5, 3. ſeq. 1. Tim. 1, 20.*

Nota 1. Excommunicatus ab Eccleſiæ orationibus ſimpliciter excluſus non eſt. vid. 1. Cor. 5, 6.

Nota 2. Eccleſiæ communio alia eſt interior fidem & charitatem; alia exterior externam converſationem & ſacrorum uſurpationem reſpiciens. Ab illâ excludit unumqvemqve peccatum: ab hâc verò excommunicatio, qvæ peccati pœna eſt.

Nota 3. Excommunicatio qvatenus pœna eſt, qværit hominis ſalutem, non interitum.

Nota 4. Non omnia converſionis media excommunicato eripienda ſunt: ideoqve & excommunicati ex Eccleſia non omninò ejiciendi ſunt. Qvin potius iis, qvi non planè Empæctæ ſunt, auditus verbi divini permitti poteſt.

Ratio eſt, qvia excommunicatio non fit ab omni, ſed ab aliqvâ ſolùm communione viſibili.

Cautela: Satius tamen eſt propter aliorum offenſiones, ſi id non fiat in ea Eccleſia, à qva excluſi ſunt, ſed alibi.

Canon:

Digitized by Google

Canon: Excommunicatio non debet ſe latius extendere, qvàm permittit Chriſtiana charitas. Itaqve

1. Interdicta familiaris converſatio non tollit animum erga excommunicatum benevolum & ſalutis cupidum.

2. Nec tollit converſationem Politicam, qvam poſtulat neceſſitas.

3. Excommunicati pœnitentes recipiendi ſunt.

4. De nullo excommunicato deſperandum eſt.

§. 7. Effectus *excommunicationis eſt excluſio à regno Chriſti, retinet enim peccata ſine ſpe remiſſionis, ſi non accedat pœnitentia.*

Obſervatio: Excommunicati juſtè vel ſimpliciter ab interna communione fidei excluſi ſunt, fide & reſipiſcendi propoſito carentes, vel ad tempus: injuſtè autem excommunicati ſolùm à communione externa ſive ab Eccleſia viſibili, non autem ab Eccleſia inviſibili excluduntur.

§. 8. Remedium *excommunicationis eſt pœnitentia. vid. art. 95. Cujus* Eventus *eſt ſolennis in Eccleſiam receptio, ſine tamen indulgentiis & ſatisfactione Papiſticâ.*

Canon: Peccata fateri publicè, ſi ita opus fuerit, & deplorare ſeriò, neminem pudere debet, ob fructum inexplicabilem. De qvo vide Pſal. 32. & Balduini comm. in 2. Cor. 2.

§. 9. *Reliqva huc ſpectantia exhibet Manuale art. 126. & Elect. Sax. Auguſti* Kirchen-Ordnung.

ARTICULUS CXXVII.

De Ordine Politico, Magiſtratu & ſubditis.

Magiſtratus eſt poteſtas à DEO ordinata Rom. 13, 1. Confer 1. Tim. 2. & Pſal. 82.

§. 1.

PRæter Eccleſiæ membra, qvæ vivunt in ſtatu Eccleſiaſtico, dantur etiam auditores, qvi vivunt in ſtatu Politico h. l. & Oeconomico, *de qvo art. 128.*

Canon: Doctrina Evangelii non tollit Politias & poteſtates ſeculares, nec i. fert vivendi licentiam. vid. Eſa. 49,23. 1. Tim. 2, 1. Matt. 22, 21. 1. Pet. 2,13.17. Proinde datur & in terris Magiſtratus ſupremus, Elohim, Pſal. 82. ſed ſub ſummo ſummus. Souuerain. Solus verò Deus manet ſine ſummo abſolute ſummus, ὕψιστος, atqve ſolus in ſolo & polo Altiſſimus, Eljon, ſup. art 9 ante omnes, ſine principio primus, & poſt omnes abolitos ſine termino ultimus.

Nota 1. *Magiſtratus* dicitur à magiſtro, unde adhuc conſules vocantur Magiſtri Civium, Bürgemeiſter/ qvi aliis præſunt, eosqve regunt, & Ariſtocraticum regimen dirigunt.

Nota 2. Magiſtratus conſideratur vel in abſtracto, & ſic notat ipſum ordinem; vel in concreto, & ſic notat perſonas. Nam ordo in abſtracto, & officium in ſe bonum, adeoqve honore & obedientiâ dignum eſt, licèt in perſonis multa ſæpè vitioſa concurrant accidentia.

Nota 3. Magiſtratus vocantur

I. *Dii* Pſal. 82. & *Elohim*. NB. artic. 9. ut imitentur Deum, & non perſonæ dignitatem, ſed cauſæ merita attendant, Pſal. 82. & manus Dei NB. infra §. 4. & Reges ſub Rege ſummo & ab illo dependentes. NB. art. 57. §. 1.

II. *Patriæ Patres*, ob amorem, curam, & paternam defenſionem. Conf. Geneſ. 41, 43. Landes-Vater. אברך Pater benedictus, cui flectenda genua (Chriſti enim typus erat Joſephus. Conf. Phil. 2.) Nam Pater dicitur 1. creatione, 2. generatione, 3. ætate, 4. honore.

III. *Miniſtri DEI*, non ut Eccleſiæ Doctores, reſpectu informationis, ſed ratione gubernationis, iræ, ultionis ac defenſionis, Roman. 13.

IV. *Poteſtates*, Rom. 13. qvia eminentiâ, autoritate, viribus & majeſtate pollent. Confer de nomine Elohim, Pſalm. 82. ſupra artic. 9. NB.

Obſerv.

Digitized by

Obſerv. 1. Deus eſt, qvi per Magiſtratum Rempublicam gubernat, leges ac jura ſancit, rebelles punit, & probos protegit.

Obſerv. 2. Summa Magiſtratus autoritas omnem injuſtitiæ ſpeciem ab hoc officio excludendam eſſe monet.

V. *Scuta terræ* Pſal. 47. vid. Geſnerum h.l.

VI. *Montes* ob eminentiam, Pſal. 65,7.

Nota 1. *Mons* eſt excelſior ac prominentior terræ pars, ab ipſo Deo fundata. l. d. & Pſal. 90,2. Pſal. 104, 6. cujus *finis eſt Dei gloria* Pſal. 104, 32. *& hominum commoditas*, dum ventos & aqvas avertit, fines gentium diſtingvit, fructus multiplicat, etiam per valles, Pſal. 65,13.14. ſecuritatem præſtat 1. Sam. 23, 14. c. 26, 1. Pſal. XI, 1. & 104. 18. *Nec non terræ ornamentum*.

Nota 2. *Magiſtratus* ſubditis oſtendit montem *Sion*, ubi defenditur vera religio Pſal. 2. & montem *Sinai*, ubi cuſtoditur diſciplina, & lex moralis, & montem *Libanon*, nam ſub regimine pio floret abundantia benedictionis.

VII. *Nutritii Eccleſiæ* Eſa. 49, 23. vide plura Encomia ap. Gerh. L. de Magiſtratu, & Manuale art. 127. NB. & de unctione Regum ſupra art. 47. §. 1.

§. 2. Magiſtratus definitio diſtincta eſt. *Nam*

I. Abſtractè conſideratus Magiſtratus eſt poteſtas à Deo ordinata, certis hominibus delegata, & gladio armata, ac legibus munita, ut ſit utriusqve tabulæ decalogi, adeoqve pietatis & honeſtatis cuſtos, ad communem tranqvillitatem ex Rom. 13. & 1. Tim. 2. ſive ad conſervationem pietatis & honeſtatis in ſocietate humana, adeoqve ad Dei gloriam & ſubditorum emolumentum. Vel: *Magiſtratus eſt officium civile publicum* divinitus inſtitutum, per certas perſonas adminiſtrandum, juxta poteſtatis conceſſæ menſuram, & Legum præſcriptum &c.

II. Concretè conſideratus Magiſtratus eſt perſona divinitus ordinata ad boni defenſionem & mali prohibitionem, ex Rom. 13.

§. 3. Cauſæ Magiſtratus notatu dignæ ſunt. *Nam*

I. Efficiens Magiſtratus, & conſtituens atqve conſervans, ſive ordinariè, ſive extraordinariè conſtituti, eſt Deus hujus ordinis Autor, per certam ordinationem, Prov. 8, 15. Rom. 13, 1. 2. Par. 19, 6. Devt. 16, 18. Joh. 19, 11. Dan. 2, 21.

Digitized by Google

1. in genere, qvatenus eſt ordo imperantium aliis.
2. in ſpecie reſpectu graduum & ſpecierum.
3. reſpectu bonitatis.

Nota: *Medium* legitimè perveniendi ad officium Magiſtratus, eſt vel electio, vel ſucceſſio, vel juſta occupatio. Confer Gerhardi L. de Magiſtr.

Canon 1. *Magiſtratus* eſt ſtatus in ſe bonus, legitimus, honeſtus, imò neceſſarius, & inter præcipua dona Dei referendus, adeoqve omninò licitus Chriſtiano. Conf. Eſa. 49, 23.

Canon 2. *Poteſtas* in ſe ſimpliciter conſiderata non niſi à Deo eſt, licèt non ſemper reſpectu acqviſitionis & uſurpationis. Multi enim malis artibus Magiſtratum invadunt, multi etiam poteſtate legitimè acceptâ illegitimè abutuntur. Exemplo Jeroboami.

Canon 3. *Magiſtratus à Deo eſt non* per accidens, ut morbi; aut ex permiſſione, *ſed ex ſingulari ordinatione*, Rom. 13. 1. Joh. 1, 9. 11. Prov. 8, 15.

Canon 4. *Magiſtratus* dicitur creatura humana ἀνθρωπίνη κτίσις 1. Pet. 2, 13. *non efficienter & conſtitutivè*, ratione primæ originis, *ſed materialiter & ſubjectivè*, adeoqve non ipſa poteſtas, ſed perſona poteſtatem habens, qvæ ipſi qvidem per homines, non tamen ab hominibus, ſed à Deo per illa organa confertur. Confer Gerhardi commentar. h. l.

II. *Subjectum eſt homo* divinâ autoritate inſtructus, ad hoc officium idoneus, ſive fidelis Rom. 13. ſive infidelis & extra Eccleſiam Luc. 2.

Canon: Ordinariè in N. T. non datur perſona utriusqve poteſtatis Politicæ & Eccleſiaſticæ ſimul capax. vid. Luc. 22. 26. Conf. Meiſnerum de Legibus, & Thummii diſſertat. peculiarem.

III. *Objectum perſonale* ſunt ſubditi omnes Rom. 13, 1. tam laici, qvàm clerici; *Reale* ſunt religio, & regimē Eccleſiæ, nec non bona & actiones ſubditorum.

IV. *Forma Magiſtratus* eſt poteſtatis divinitus conceſſæ exercitium legitimum, ſive debita officii adminiſtratio, juxta poteſtatis conceſſæ menſuram & legum præſcriptum.

Poriſma: Ergò neqve ſummus Magiſtratus ſimpliciter Exlex, ſed legibus licèt poſitivis ſolutus, divinis tamen ex naturæ legibus devinctus

Digitized by Google

ctus eſt. vid. Pſal. 2, 10. Deut. 17, 19. ſecus judicio divino ſubjiciendus, Pſal. 75, 3.

V. *Finis Magiſtratus* ſummus eſt Dei gloria 2. Par. 19, 6. proximus verò eſt bonum publicum, inprimis verò religio, atqve pax & tranqvillitas publica ejusmodi, ut conſervetur

1. Εὐσέβεια, pietas & cultus divini exercitium. vid. §. 4.

2. Σεμνότης & honeſtas in omni officiorum genere, qvibus proximo inſervimus 1. Tim. 2. adeoqve utraqve decalogi tabula, cum pace & tranqvillitate publica. Unde omnium Hierarchiarum oritur nutrimentum, velut ex qvodam Cornu copiæ ſvaviſſimo. Confer Pſal. 65, 10.

§. 4. Officium Magiſtratus *reſpicit vel religionem, vel Rempublicam, juxta normam legis divinæ & humanæ adminiſtrandam.*

Ratio eſt, qvia I. Magiſtratus *eſt cuſtos* utriusqve tabulæ Decalogi. vid. Deut. 17, 18. & II. *Dei vicarius*. Pſal. 82. & proinde eſt 1. terror malorum, 2. tutor bonorum, 3. miniſter Dei & executor ſententiæ divinæ. Rom. 13. adeoqve III. eſt *manus Dei*. Unde, qvod ipſe facit ratione officii, Deum ipſum feciſſe credendum eſt. Confer ſupra §. 1. Nota 3.

§. 5. Religionem *curat Magiſtratus tùm in ſe, tum reſpectu rerum externarum ad Religionem ſpectantium.*

Aſſertio I. *Religionem in ſe omninò tenetur curare Magiſtratus*, 1. ratione conſervationis, 2. ratione reſtaurationis. vid. Deut. 17, 18.

Nota: Religionis cura 1. excludit confuſionem, 2. reqvirit Doctorum neceſſariam ſuſtentationem, 3. falſæ religionis rejectionem, 4. morum gubernationem, 5. bonorum Eccleſiæ adminiſtrationem. Conf. 2. Paral. 24, 9. Huc pertinet inprimis

1. Conciliorum convocatio, & Colloqviorum Theologicorum inſtitutio, ex Art. 114.

2. Conſiſtoriorum conſtitutio ex Art. 115.

3. Miniſterii & ſcholarum defenſio atqve conſervatio, ex Art. eod. & 118.

4. Eccleſiæ reformatio ex Art. 117.

5. Animadverſio in Schiſmaticos, Hæreticos, Judæos &c. Conf. Mat. 13, 28. Apoc. 2, 14. vid. Gerh. de Magiſtratu. Aſ-

Aſſertio II. *Externas res ad religionem pertinentes neqvaqvam negligere debet Magiſtratus.* Cujusmodi ſunt templa, qvorum conſervatio itidem Magiſtratui incumbit, de qvibus Art. 105. item Scholæ, Ritus, de qvibus Art. 102. ſeq. & Diſciplina externa. Conf. Art. 126. & ſuſtentatio exulum &c.

Canon: Cuſtodia regiminis Eccleſiaſtici omninò ad Magiſtratum pertinet. Ratio eſt, qvia Magiſtratus conſideratur vel qva talis, vel qva Chriſtianus eſt, hoc modo eſt regiminis Eccleſiaſtici non cauſa efficiens, ſed impedimenta removens.

§. 6. Rempublicam curare tenetur Magiſtratus, *ita ut ſit cuſtos bonarum legum, qvæ cum Decalogo & æqvitate naturali congruunt.*

Nota 1. Magiſtratus eſt propter ſubditos, non verò ſubditi propter Magiſtratum, vid. 1. Reg. 3, 8. c. 10, 9. c. 5, 7. Itaqve gloria Dei & ſalus populi ſuprema lex eſto.

Nota 2. Leges civiles, qvibus parendum eſt, tales ſint oportet, qvæ conſcientiam non lædant, adeoqve non ſint contra charitatem proximi, aut contra publicam honeſtatem. conf. §. 9.

§. 7. In cura Reipublicæ juſtitia conſpicitur Magiſtratus tùm togata, tùm ſagata.

Canon 1. *Gladius* Magiſtratui ejusqve uſus conceſſus eſt. vid. Rom. 13. Jerem. 48, 10.

1. reſpectu bonorum, qvos defendit.

2. reſpectu malorum, qvos coërcet, vel in judicio, vel in bello. vid. Rom. 13, 4. 6. ἔκδικος.

Canon 2. Non ad eum, qvi gerit, ſed ad Deum, qvi gladium gerendum dedit, reſpiciendum eſt.

Canon 3. Reges Iſraël vocantur Reges clementiæ 1. Reg. 20, 31. Conf. Luc. 22, 26. ita tamen, ut ejus norma perpetua ſit neqvaqvam opinio humana, ſed lex divina, vid. 1. Reg. 20, 42. Prov. 17, 16. Confer Gerhardi LL.

Aſſertio I. Togata juſtitia tuetur leges, conſervat pacem, promovet jus & æqvum, & moderatur vectigalia ex Rom. 13. & 1. Tim. 2. vid. 2. Paral. 19, 6.

Canon:

Canon: Leges civiles obligant conſcientiam, eamqve vulnerant, qvia transgreſſor earum ordinationi divinæ reſiſtit, detrectando imperium ejus, cui divinitus ſubjectus eſt. Rom. 13.

Aſſertio II. Sagam ſive bellica juſtitia Magiſtratus occupatur in defendendis ſubditis & vindicandis hoſtibus. Unde belli defenſivè & offenſivè conſiderati orta eſt diſtinctio. Vid. prolixè Gerhardum de Magiſtratu.

Nota: Bellum vel notat actum, vel ſtatum per vim certantium, cujus unica cauſa & ſufficiens eſt adverſarii injuſtitia.

Canon: Bella Chriſtiano Magiſtratui in caſu neceſſitatis gerere licet. vid. Luc. 3,14. Pſal. 18,35. Prov. 21,31. Judic. 20,12. ſed non temerè aliis inferre. Multa enim licita ſunt juſto defenſori, qvæ neqvaqvam licita ſunt temerario invaſori. Confer Chytræi comment. in lib. Joſua & lib. Judicum, & Balduini Caſ. Conſc. de bello NB. nec non Tract. Thummii de bello An. 1668.

§. 8. Attributa Magiſtratus ſunt 1. Neceſſitas, 2. Autoritas & dignitas, 3. Bonitas & utilitas.

Aſſertio I. Magiſtratus eſt ſummè neceſſarius, qvod patet ex Rom. 13. vid. Bald. comm. h.l.

Aſſertio II. Magiſtratus autoritate gaudet divinâ. Confer de natura & fundamento autoritatis ſup. art. 5. NB.

Nota: Deus Magiſtratum iſta armavit Majeſtate, ut ſubditis ingenuis & Deum timentibus metum incutiat, etiam tùm, qvando nihil mali à Magiſtratu metuendum eſt.

Ratio eſt, qvia Magiſtratus divinitùs ornatur autoritate, in defenſionem bonorum, & coërcitionem malorum. Unde omninò verè admirandum eſt, qvod uni homini tot alii parent, interdum etiam inviti, cùm ad tollendum illum unus etiam ſufficit, aut ſaltem alter. Imò admirandum etiam eſt, qvod unus tot hominum ingenia, tanta diverſitate invicem diſcrepantia, regere, & ſub unum idemqve jugum cogere poteſt.

Canon: DEUS & conſilia illorum dirigit, ſucceſſum largitur, & contra vim injuſtam defendit, qvos ipſe in iſtam ſublimitatem evexit.

Concluſio: Autoritas Magiſtratus & ſubordinata, & determinata eſt.

Digitized by Google

Poriſma I. Ergò autoritas Magiſtratus ſubordinata excludit mandata divinæ voluntati contraria.

Poriſma II. Ergò autoritas Magiſtratus determinata reſtringit ejus imperium ad hominem non niſi vivum & animatum, Rom. 13.

Ratio eſt, qvia imperium Magiſtratus durat, donec anima eſt in homine. Unde Barbarum eſt, cadavera defunctorum effodere & cremare.

Aſſertio III. Magiſtratus officium & bonum & utiliſſimum eſt. vid. Roman. 13.

Poriſma: Ergò Magiſtratus officium non pugnat cum Chriſtianiſmo, contra Anabaptiſtas.

§. 9. Diſtinctio Magiſtratus datur varia. *Alius enim eſt ſuperior, alius inferior, unde dantur præfecti. vid. Gerh. L. de Magiſtratu. Confer Helvici Synopſin Hiſtoriæ Univerſ. p. 18. de Dynaſtiis Populi Dei, qvarum 1. Patria ſub Patriarchis, 2. Heroica Ducum & Judicum, 3. Regia ſub Regibus, 4. Ducum poſt captivitatem Babylonicam, 5. Pontificalis tempore Antiochi.*

§. 10. Oppoſitum Magiſtratus boni & legitimi eſt Tyrannus. *Confer Matt. 26, 52.*

Nota 1. Tyranni à Deo, qva tales, non creantur, ſed excitantur, ut ejus potentia, juſtitia & ſapientia agnoſcatur.

Nota 2. Etiam Tyrannus poteſtatem ſuam habet à Deo, vel puniente, vel ad pœnitentiam invitante.

Nota 3. Multa concedit Deus Tyrannis iratus, qvæ negaret ipſis propitius.

Nota 4. Magiſtratus Tyrannicus eſt, qvi contra æqvum, bonum ac leges imperat, vel injuſtè invadendo, vel malè adminiſtrando principatum.

Nota 5. Etiam Tyranno obtemperandum à merè ſubditis, qvantum bonâ conſcientia licet. vid. Gerh. de Magiſtratu.

§. 11. Inferiores, qvi Magiſtratui parent, vocantur ſubditi, *Rom. 13.*

Concluſio I. Subditi vocantur omnis anima, hoc eſt, omnis homo, uſitatâ

tatâ Scripturæ *συνεκδοχῇ* cujuscunqve ſexus, ætatis aut conditionis, ſive ſeculares, ſive Eccleſiaſtici. vid. Rom. 13, 5.

Canon: Ab obedientia Magiſtratui Politico debita nemo hominum eſt exemtus: neqve enim ſuperiorem agnoſcere nullatenus cujusqvam pietati aut eminentiæ qvicqvam adimit.

Poriſma: Ergò objectum ſubjectionis ſunt etiam Clerici, (vid. infra appendix. NB.) qvi non minùs qvàm alii cives etiam pars ſocietatis humanæ ſunt, adeoqve ſub imperio & tutelâ Magiſtratus continentur. Conf. Matt. 17, 24. ſalvâ tamen diſtinctione qvoad realia & perſonalia, nec non inter jus ipſum & exeqvendi modum. Conf. ſup. art. 115. de Conſiſtoriis.

Concluſio II. Officia ſubditorum ſunt 1. Reverentia, 2. Obedientia, ejusq; ſigna & indicia.

Aſſertio I. Reverentia & obedientia ſubditorum obligat omnes & ſingulos. vid. Rom. 13.

Nota: Obligatio JCtis eſt vinculum juris, qvo qvis alteri neceſſitate qvadam, ad aliqvid dandum, vel faciendum tenetur. Unde obligatio vel naturalis datur, vel civilis, cum relatione vel ad pactum, vel ad contractum. Conf. ſup. art. 10. Et *Briſſonio* obligare ſe eſt aliqvo juris vinculo ſe obſtringere. *Obligatio* verò eſt vinculum juris, qvo qvis adſtringitur ad ſolvendum id, qvod debet, juxta Johan. Calvinum in Lex. Qvam ibidem dividit in ſimplicem & mixtam: illam verò, ſimplicem, in naturalem tantùm, & civilem tantùm: Hanc verò, mixtam, in naturalem & civilem ſimul.

Canon 1. Obedientia non tam perſonam, qvàm officium Magiſtratus attendere jubet. vid. 1. Pet. 2, 17. Matt. 22, 21. Luc. 22, 25.

Canon 2. Reverentia exhibetur Magiſtratui ceu Patri, Defenſori & Conſervatori, 1. Tim. 2. & Rom. 13. adeoqve Magiſtratui vi qvarti præcepti debetur.

Canon 3. *Reverentia ſubditorum exhibetur Magiſtratui verbis & geſtibus*, & ſimul reqvirit preces pro Magiſtratu 1. Tim. 2. vid. Balduini comm. h. l. & Gerh. L.

Aſſertio II. Obedientia ſubditorum jubet 1. exeqvi mandata cum timore & honore, 2. ſolvere tributa & vectigalia.

Poriſma: Ergò Tyrannis non abſolvit ſubditum ab obedientiâ. Nam Obedientia etiam debetur Magiſtratui Ethnico. vid. Rom. 13.

Nota 1. Executio mandatorum Magiſtratus reſpicit vel pietatem, vel honeſtatem,

Canon: Oportet plus Deo obedire qvàm hominibus. vid. Act. 5, 29.

Nota 2. Solutio tributorum & vectigalium mandatur Rom. 13.

Nam I. *Tributum* Paulus vocat φόρον, & notat penſiones, qvæ vel ordinariè à ſingulis civibus pro modo facultatum, vel etiam extraordinariè in caſu neceſſitatis exiguntur.

II. *Vectigal* nominat τέλος, & intelligit, qvod pro mercibus vel venum expoſitis, vel alias importatis aut exportatis penditur.

Canon: Præſtatio horum officiorum ad juſtitiam pertinet, negatio ad injuſtitiã. *Ratio eſt*, qvia Tributum & honor debetur Magiſtratui pro laboribus ac vigiliis illi, qvas in bonum publicum impendunt. Ideò jubemur *reddere* tributum ac honorem, tanqvam exiguam qvandam gratiam & compenſationem pro magno beneficio.

Concluſio III. Obedientia ſubditorum opponitur inobedientia & ſeditio ſubditorum. Confer ſpecialiora Magiſtratus & ſubditorum officia in Theol. Morali.

§. 12. *Reliqva huc ſpectantia offert Gerhardus in L. de Magiſtratu, & Manuale art. 127.*

APPENDIX
De Clericorum Subjectione.
ex Diſputatione Anno 1636. Wittebergæ ante XLI. annos habitâ.

QVanqvam virtus adeò ſuos cultores ſibi devinciat, ut etiam in hoſte laudem pariter & amorem mereatur: Ideò & laudes ſuas, qvibus tum à domeſticis, tum ab aliis ornatus fuit Robertus Bellarminus, ei haud eqvidem invidemus [qvando v.g. præter ea, qvæ ex *Pappo, Junio, Wittakero, Danæo* &c. collegit *Gretſerus in Epiſt. de ſectariis, qvi adverſus primam Bellarmini controverſiam aliqvid tentarunt, Cornelius à Lapide in encomio Scripturæ comment. n. 38. ait: Ex Scripturâ omnes hæreſes revicit & ju-*

& jugulavit ſolidè & exactè illuſtris Bellarminus, fidei hyperaſpiſtes & hæreſium ſtrator in ſuis controverſiis, quod opus proinde impenetrabile eſt & incomparabile, nec à Chriſti temporibus hucusq; ſimile in hoc genere vidit Eccleſia, ut meritò veritatis Catholicæ murus & antemurale vocari poſſit. Nam juxta *Baron. tom. 1. annal. ex Cantic. 4, 4. eſt inſtar turris David cum propugnaculis, ex quâ mille pendent clypei, & omnis armatura fortium.*)

Nihilominus tamen, cùm non modò ejus ſocii paſſim Lutheranos vocent cereviſiarios, *ut Gretſerus l. d.* (*genus ſcribendi ingreſſus fuerat Hunnius planè Lutheranum, h. e. thraſonicum, jactabundum, furioſum, fermè dixeram Cereviſiarium*) Zeloſos ex ignorantiâ, *Becanus in prælud. manual. §. 3.* cæcos & duces cæcorum, *Tanner. in Antimylio*; verùm ipſe etiam Bellarminus Lutheranis controverſias tractantibus ebrietatem tribuat: ut *Chemnicio 2. V. D. c. 12. §. Septimus eſt: & Magdeburgenſibus l. 4. R. Pont. c. 8. §. Nonus.* (*Confer l. 5. de gratia c. 29. §. 3. ubi Lutheri argumenta ſatis inepta ac pinguia eſſe dicit. & l. 2. de B. O. in partic. c. 6. §. 5. quod Phil. Melanchth. de jejunio dixerat, totum ineptum & vanum appellat;*) qvippe qvi ſubtilitatem diſputationum contemnant *l. 1. de Evchar. c. 9. §. Nec habent.* atqve in rebus philoſophicis & ab ipſis Ethnicis luculenter expoſitis delirent *2. de juſtif. 7. §. 2.* regulas Ariſtotelis non intelligant (*de Chemnicio*) *3. Evchar. 19. §. ad illud.* Ideo æqvum eſt, præter ea, qvæ refellit Theologia Polemica, etiam errata Philoſophica obſervare, ut ab eo, qvod ipſe aliis imputat, neqvaqvam alienus eſſe oſtendatur. Id qvod vel maximè in Politicis patet, qvando *cap. 28. libri de Clericis*, de illorum ſubjectione ſine ratione, & contra rationem ſimul & revelationem diſſerit. Qvod probat ſeqvens

ASSERTIO I.

Omne membrum Reipubl. ſubeſt Magiſtratui Politico, eidemq; debet obedientiam.

Ratio eſt, qvia omne membrum caput ſuum reſpicit. *Qvamobrem & ob membri cum capite ſuo connexionem juxta Bellarm. lib. de Monachis c. 19. §. ult. Omne membrum ſubjectum eſſe debet capiti.*

Ἔκθεσις.

§. 1. Membrum *vocatur pars corporis, phyſici propriè, ubi eſt caro artus tegens: Politici verò metaphoricè.*

§. 2. Membrum *connectitur cum corpore phyſico, vinculo phyſico; cum Politico verò vinculo civili.*

§. 3. Membra *Reipublicæ vocantur etiam impropriè, non ſolùm peregrini, olim hoſtes Feſto, ſive hoſpites, qvi in aliena verſantur Republ. ubi nec domicilium habent, nec ejus pars ſunt: verum etiam incolæ* (qvos Pomponius vocat παροίκους, *qvaſi juxta habitantes, &* Camerarius in 5. Polit. c. 3. συνοίκους, *qvaſi cohabitantes, qvales in Ægypto fuiſſe Judæos, teſtatur* Philo lib. 1. de vita Moſis) *qvi nondum omni civitatis gaudent jure, nec politevma poſſident, nec Reipublicæ participes, nec ad publicas deliberationes admittuntur, ſed tantùm civilia munera ſubire tenentur. Qvi enim à Republ. ſentit lucrum, æqvum eſt, ut pro eâdem ferat incommodum.*

§. 4. Membra Reip. propriè dicuntur veri & proprii ſubditi, *qvi ſunt partes Reipubl. qvæ ſummæ poteſtati qvoad omnia ſua obligantur, & pro eo omnibus juribus & privilegiis Reip. viciſſim fruuntur. Qvo titulo neqvaqvam gaudent,* Cives, *qvos vocant* honorarios, *qvibus præter nomen civitatis nihil communicatur, qvomodo à Romanis civitas oblata cenſetur Gallis,* ex Tacito lib. 11. annal. *Alexandro M. à Corinthiis, ex* Senec. 1. de benefic. c. 13. *& Demetrio ab Atheinenſibus* ex Plutarcho in Demet.

§. 5. Magiſtratus *h. l. notat perſonam in ordinario officio conſtitutam, & poteſtate in ſubditos inſtructam, Rom. 13.*

§. 6. Subeſſe *autem Magiſtratui membra Reipubl. propriè dicta, patet* ex Ariſtotele 3. Polit. c. 15. *qvia poteſtas maximè in Magiſtratu reqviritur, cujus exercitium dari neqvit, niſi detur ſubditus, qvi præcipienti paret & ſubeſt.*

§. 7. Obedientia *verò ſubditorum ejusq; neceſſitas ex mandati*

Digitized by Google

dati divini ſeveritate , Magiſtratus ipſius dignitate , eximiâ utilitate , extremâ neceſſitate ; pœnarumqve gravitate ſatis conſtat. Ad qvam promtitudinem voluntatis interiorem, ſincerum amorem, filialem timorem, itemqve fidelitatem, officiorum externorum boneſtati conformitatem, πολυπραγμοσύνης evitationem, & alia ſpectare notum eſt.

§. 8. Licèt verò neqvaqvam bruta & abſoluta aſſeratur obedientia , *ſed certo modo, videl. ex lege divina, pietate & conſcientiæ libertate limitata & determinata , conſentiente* Thoma in 2.2. q. 104. art. 5. *ubi concludit :* Subditi in iis tantummodò ſuperioribus ſuis obedire tenentur, in qvibus ipſi ſuis ſuperioribus ſubjiciuntur, & in qvibus ipſi ſuperiores ſublimioris poteſtatis præcepto non adverſantur (*cum qvo qvomodo* Tanneri *aſſertio in* Colloq. Ratisb. ſeſſ. 9. qvod in dubio ſeqvi teneatur ſubditus ſententiam, licèt erroneam, ſui Magiſtratus, *conciliandа ſit, ipſe viderit.) Prout hoc ipſum 1. ex Scriptura interdictis, 2. piorum exemplis, 3. divinis præmiis, 4. & reprehenſionibus , 5. ex inconvenientia , 6. ex parentum analogiâ, 7. Hiſtoriâ Eccleſiaſticâ & Patrum ſuffragio probat* Gerhardus de Magiſtratu §. 474. & ſeq. *Nihilominus tamen ea pro ſubditorum diverſitate adeò non coarctanda eſt , ut omnimoda tandem exemtio vel verbalis tantùm ſubjectio exinde inferatur. Qvod inprimis luculenter oſtendit* Barclajus in lib. de poteſtate Pontificis, *& alii infra citati aſſertione 2.*

Nec obſtat. I. ſtatus Eccleſiaſticus. Qvia peculiare, qvod ſubditus aliqvis gerit, officium, non tollit vinculum univerſale, qvo idem ipſe civili ſocietati obſtrictus eſt, Politicum. *vid. Barclajus in lib. de poteſt. Pontif. c. 2. & 3. ubi ex Bernhardo l. 1 conſider. ad Eugen. & Driedone. 2. de libert. Chriſt. c. 2. atq; Hoſio*, & aliis probat duas illas poteſtates, qvibus mundus in officio continetur, Eccleſiaſticam ſcil. & Politicam, ita jure divino diſtinctas & ſeparatas eſſe , ut qvamvis ambæ à Deo ſint, utraq; tamen, ſuis terminis concluſa, alterius fines invadere ſuo jure neqvėat, neutriqve in alteram imperium ſit. *Nec*

Digitized by Google

Nec obſtat II. Particulare quorundam privilegium. Qvia privilegium eſt peculiare beneficium, & legis univerſalis non abrogatio, ſed obligationis privatio, & immunitas aliqva ſpecialis ſive partialis certo modo limitata & reſtricta, qvæ pro generali, totali & indeterminatâ neqvaqvam habenda eſt. Imò privilegium privans legem obligatione reſpectu certi ſubjecti, & determinans certam privatorum legem, hac ipſa exemtione communem obligationem præſuppoſitam confirmat.

ASSERTIO II.

Omnis Clericus eſt membrum Reipublicæ.

Ratio eſt, qvia omnis clericus, qva talis, neqvaqvam habet poteſtatem Politicam, ſed ipſe eſt ſub poteſtate Politicâ, & ſub capite.

ἔκθεσις.

§. 1.

CLericus *h. l. accipitur pro perſona Eccleſiaſticâ. Confer de hoc nomine omnibus Chriſtianis communi ex 1. Pet. 5,3. collato cum Eph. 1,11. & Coloſſ. 1,12.* Bellarminum lib. de Cleric. c. 1. & Meiſnerum p. 2. Phil. Sob. ſect. 1. c. 2. q. 10. Gerhardum de Miniſt. §. 37. 38. Alſtedii ſupplementum Panſtratiæ Chamieri lib. 1. c. 2. & Gerh. comm. in 1. Pet. 5,3. NB.

§. 2. Eſſe autem Clericum membrum Reip. *concedit ipſe* Bellarminus lib. de Cleric. c. 28. *Ubi hanc format propoſitionem ſecundam:* Non ſunt exemti Clerici ab obligatione legum civilium, qvæ non repugnant ſacris Canonibus, vel officio clericali, & addit: Loqvimur hîc potiſſimùm de legibus Politicis, qvæ dirigunt actiones humanas in commerciis temporalibus &c. Nam Clerici, præterqvàm qvod clerici ſunt, ſunt etiam cives & partes qvædam Reip. Politicæ, (E. & membra vid. ſup. aſſert. 1. §. 1. ſeqq.) igitur ut tales vivere debent civilibus legibus. Non ſunt autem aliæ, ut nunc ponimus, niſi, qvæ à Politico Magiſtratu ſunt latæ,

igitur

Digitized by Google

igitur illas Clerici ſervare debent: alioqvi magna perturbatio & confuſio Reip. oriretur, ſi Clerici non ſervarent civiles leges in commerciis civilibus & humanis. *Ubi non tantùm id, qvod qværebatur, aſſerit, ſed etiam rationem ab incommodo & periculo addit.*

§. 3. *Nec obſtat diſtinctio Bellarmini inter obligationem coactivam & directivam, qvi priorem removendo hanc ſolùm ponit hoc ſenſu:* niſi eædem leges ab Eccleſia approbatæ fuerint. Qvod ſi de iisdem temporalibus rebus diſpoſuiſſet etiam lex Eccleſiaſtica, eam ſeqvi deberent Clerici, & nunc legem civilem ne directivè qvidem obſervare tenerentur, &c. *Qvia conceſſâ Magiſtratus poteſtate, ſimul conceditur inferioris obligatio talis, qvæ coactionem ſuperioris effugere neqvit. Unde fruſtra addit c. 29. §. ult.* Caro nullum habet imperium in ſpiritum, neqve eum ullâ in re dirigere, vel judicare, vel coërcere poteſt. Sic igitur poteſtas Eccleſiaſtica, qvæ ſpiritualis eſt, ac per hoc naturaliter ſeculari ſuperior, ſecularem poteſtatem, cum opus eſt, dirigere, judicare & coërcere poteſt; ipſam verò à ſeculari dirigi, vel judicari, vel coërceri, nullâ ratione permittitur, &c. *Qvæ omnia omninò ſunt fruſtranea, qvia non de objectis, ſed de perſonis hoc loco qvæſtio eſt, qvibus illa ipſa poteſtas, qvæ Magiſtratui in ſubditos conceſſa, ſimpliciter denegata eſt per regulam Salvatoris Luc. 22.* Vos non ſic. *Confer Bellarminum l. d. cap. 30. qvi ea, qvæ* Didacus Covarruvias & Johannes Medina *in contrarium diſputarunt, ſolvere conatur, ubi* §. ult. *concedit:* qvod lex Evangelica & Baptiſmus non excludant, imò neceſſarium eſſe velint principatum civilem: *Et tamen nihilominus addit:* Sacerdos nullo modo filius vel ovis principis dici poteſt. *(Qvomodo ergò vel directivè, vel coactivè, vel alio modo ſubjectus erit, ſi nullo modo ſubjectus eſt?)*

§. 4. *Probatur autem porrò noſtra aſſertio ex eo, qvia Eccleſia*

ſuo modo eſt pars Reip. & religio debet eſſe in Republ. non contra, *qvam* Optati *ſententiam approbat* Soto 4. diſt. 25. q. 2. art. 2. ubi Clericos, licet ſacrorum miniſterio ſint addicti, veros tamen eſſe cives concedit. *Conſentit* Molina, *qvi* tract. 2. diſp. 32. in fin. Clericos nominat partes Reip. *qvibus ſit idem Rex & rector cum laicis.* Confer Bellarmin. c. 35. contra Barclajum, & ſup. §. 2.

§. 5. *Omnes verò Reip. partes vinculo obedientiæ connecti cum capite, & legibus debere obedientiam, & Reip. fidem, ex* aſſertione I. *patet, qvod ne ipſum qvidem* Jus Canonicum *negare audet, ſed fatetur, qvòd non deceat membra, ut à capite diſcrepent, & contraria gerant.* C. celebritatem diſt. 3 de Conſecrat. *turpis enim eſt omnis pars univerſo (toti) ſuo non congruens.* C. qvæ contra diſt. 8.

§. 6. *Inprimis autem notanda ſunt, qvæ hac de re* Thomas diſputat, qvi in 2. 2. q. 104. art. I. *hanc format concluſionem:* Uti in naturalibus inferiora ſuperiorum motioni ſubjiciuntur, ita in humanis ex ordine naturalis ac divini juris tenentur inferiores ſuis ſuperioribus obedire. *Et art. 6.* Cum per fidem Chriſti firmetur magis qvàm tollatur juſtitiæ ordo, neceſſarium eſt, ut Chriſtiani fideles ſecularibus poteſtatibus ſubjiciantur; *idqve ex Tit. c. 3. & 1. Pet. 2. probat. In explicatione verò addit:* Fides Chriſti eſt juſtitiæ principium & cauſa, & ideò per fidem Chriſti non tollitur ordo juſtitiæ, ſed magis firmatur. Ordo autem juſtitiæ reqvirit, ut inferiores ſuperioribus obediant. Aliter enim non poſſet humanarum rerum ſtatus conſervari. Et ideò per fidem Chriſti non excuſantur fideles, qvin principibus ſecularibus obedire teneantur. *NB. Ergò agnoſcit, qvod aliud ſit Chriſtiani, & Clerici dignitas, aliud verò Magiſtratus Politici poteſtas, qvæ ſalvâ dignitate myſticâ, & jurisdictione Eccleſiaſtica, jure divino manet inviolabilis,*

lis, qvia non minus à Deo immediatè eſt ſtatus Politicus, qvàm Eccleſiaſticus. Deinde in Reſponſione ad rat. 1. contrariam, inter ſervitutem ſpiritualem peccati, & corporalem, qva temporalibus Dominis tenentur adſtricti etiam Chriſtiani, diſtingvit. Tandem in Reſponſione ad object. 3. ex Auguſtino l.4. C. D. c. 4. regna remotâ juſtitiâ non eſſe, niſi magna latrocinia, *dicit:* Principibus ſecularibus in tantum homo obedire tenetur, in qvantum ordo juſtitiæ reqvirit. Et ideò, ſi non habeant juſtum principatum *(qvod tamen cum grano ſalis accipiendum)* ſed uſurpatum, vel ſi injuſta præcipiant, non tenentur eis ſubditi obedire, niſi forte per accidens, propter vitandum ſcandalum vel periculum. *Confer* ſup. aſſert. I.

§. 7. *Eandem veritatem 1. à generali obedientiæ mandato, 2. à ſacerdotum in Vet. T. 3. à Chriſti ipſius in N. T. exemplo, 4. à Pauli Apoſtoli facto, 5. ex rationum momento (ſcil. 1. à Clericorum ſtatu, 2. ab incommodo, 3. à charitatis præſcripto, 4. ab immunitatis conceſſæ variatione, 5. ab Evangelicæ ordinationis conditione) 6. ex Impp. ſtatuto, 7. ex Patrum & Epiſcoporum Roman. ſuffragio. 8. ex adverſariorum calculo fuſiſſimè probat* Gerhardus de Magiſt. §. 441. uſq; §. 452.

§. 8. *Ex qvibus, qvæ in contrarium profert Bellarminus, facilè evaneſcunt. Si enim omnis anima ſubjecta eſt Magiſtratui Politico, omninò & Clericus ſubjectus eſt, vid. Rom. 13, 1. & Chryſoſtomum h. l. Homil. 23. col. 258. ubi ait: Apoſtolus rationes, qvæ ex debito obedire jubent, oſtendit, qvod iſta imperentur omnibus,* & Sacerdotibus, & Monachis, non ſolùm ſecularibus. *Id qvod ſtatim in ipſo Exordio declarat, cum dicit: omnis anima poteſtatibus ſupereminentibus ſubdita ſit,* etiam ſi Apoſtouls ſis, *ſi Evangeliſta, ſi Propheta,* ſive qvisqvis tandem fueris. *Neqve enim pietatem ſubvertit iſta ſubjectio. Et non ſimpliciter dicit, obediat, ſed, ſubdita ſit. Confer qvæ hac de re habet* Gvilielmus Bar-

 cla-

clajus in libro ſæpius laudato de poteſtate Pontificis, & in libris 6. de regno & regali poteſtate, adverſus Buchananum, Brutum, Boucherium, & reliqvos Monarchomachos. *Item* Scriptum Francofurti ad Mœnum editum Anno 1612. ſub titulo: Varia tam Facultatis Theologicæ & Curiæ Pariſienſis, qvàm aliorum Theologorum & JCtorum opuſcula, decreta & cenſuræ: item commonefactiones & poſtulata Regiorum in Gallia cognitorum, qvibus primarium Jeſuit. fidei caput de Rom. Pontif. poteſtate ſuper omnes Reges & Principes, eorumq; ſubditos, regna & principatus, evertitur, & de legitima inſuper judicum ſecularium poteſtate in perſonas Eccleſiaſticas agitur. *Item ſcriptum ibid. editum Anno 1607. ſub titulo:* Pauli V. Papæ excommunicationis ſententia adverſus Sereniſſ. Ducem & Senatum ac univerſum dominium Venetum, ob decreta ſua 1. de non alienandis bonis immobilibus in perſonas Eccleſiaſticas, 2. de non erigendis de novo Monaſteriis &c. 3. de judicandis & puniendis Clericis pro criminibus gravibus & atrocibus. Et pro iisdem diverſorum graviſſimorum Sereniſſ. Reip. Venetæ cum Theologorum tùm JCtorum reſponſiones &c. *Item* Defenſor Pacis Marſilii Patavini, inprimis part. 2. c. 5. Wittakerus adverſus 40. demonſtrationes Nicolai Sanderi. David Pareus in tract. de Jure Regum & Principum. Autor bruti fulminis. Johannes Episc. Roffenſis, & Arniſæus in pecul. tract. & D. Jacob. Martini l. 2. Polit. c. 24. Balduin. in Caſ. Conſc. l. 4. c. 12. caſ. 2. 3. & caſ. 13. 14. Meiſner. l. 4. de LL. & part. 3. Phil. Sobr. Alſted. in ſupplement. Panſtrat. Chamier. l. 4. c. 11. *Qvæ verò* Nicolaus Sanderus l. 2. c. 4. de viſibili Monarchiâ *habet*, *ad qvem Bellarminus provocat*, *non modò* à Wittakero l. d. ſed etiam à Barclajo c. 35. ſufficientiſſimè refutata ſunt.

§. 9. *Suffi-*

§. 9. *Sufficiat nobis vel unicum, qvod Bellarminus, ejusqve defenſor, vi ſuarum hypotheſium negare non poteſt. Dicit ergò ipſe* lib. 5. juſtif. c. 14. §. 3. Omnibus Eccleſiæ filiis ſatis abundè ſufficit Pontificis Maximi autoritas. Et l. 4. Pont. Rom. c. 2. §. videntur. *ait*, ipſam infallibilitatem eſſe in ſolo Pontifice. *addit ſub finem*: Parum prodeſſet, ſcire, Pontificem non erraturum, qvando non temerè definit, niſi etiam ſciremus, non permiſſuram DEI providentiam, ut ille temerè definiat. *Qvod porrò ita declarat* c. 5. §. 1. propoſ. 3. Non ſolùm in decretis fidei errare non poteſt S. Pontifex, ſed neqve in præceptis morum, qvæ toti Eccleſiæ præſcribuntur, & qvæ in rebus neceſſariis ad ſalutem, vel in iis, qvæ per ſe bona vel mala ſunt, verſantur. *Qvod* §. ult. *ita declarat*: Si Papa erraret, præcipiendo vitia, vel prohibendo virtutes, teneretur Eccleſia credere, vitia eſſe bona, & virtutes malas, niſi vellet contra conſcientiam peccare.

Subſumo: Atqvi Pontifex R. aſſerit: Omnem clericum ſubeſſe Magiſtratui Politico, ita, ut ne ſummus qvidem excipiatur Pontifex. Qvod oſtendit Nicolaus 1. C. cum ad verum, diſt. 96. *Confer C.* in Synodo diſt. 63. *ubi Leo Papa dicit: Largimur Domino Ottoni I. Regi Teutonicorum, ejusq; ſucceſſoribus hujus regni Italiæ in perpetuum facultatem eligendi ſucceſſorem, atqve ſummæ ſedis Apoſtolicæ Pontificem ordinandi, &c. & præter alios* Gregorius l. 3. Epiſt. 61. *qvi Imperatorem Dominum ſuum agnoſcit, indignum ejus ſervum ſe vocat, eidemq; obedientiam ſe debere fatetur. Confer* lib. 4. Epiſt. 31. & lib. 2. Epiſt. 65. *ubi fatetur, Principi datam poteſtatem non tantum ſuper milites, ſed etiam ſuper Sacerdotes &c. Ergò*, juxta ipſum Bellarminum, *hoc omnibus Eccleſiæ filiis ſufficere debet, adeoq; & ipſi Bellarmino.*

ASSERTIO III. ſeu Concluſio.

E. omnis Clericus ſubeſt Magiſtratui Politico, eidemq; debet obedientiam.

Id

Id qvod erat probandum. Coronidis loco annectere placet,

I.

Qviſnam fuerit eventus diſputationis Bellarminianæ de hac materia: qvod ex *Guilielmi Barclaji*, teſtis ſatis probati, verbis optimè cognoſcitur. Is ergò *in libro* ſæpius laudato *de poteſtate Papæ c. 13.* ab initio ita habet: *Nemo omnium Pontificiæ partis rationes aut diligentiùs collegit, aut argutiùs propoſuit, aut breviùs & ſubtilius concluſit, qvam inſignis Theologus Bellarminus, qvem honoris cauſa nomino, qvi licet, qvantum honeſtè potuit NB. & plus etiam qvam debuit, Papæ autoritati in temporalibus tribuit, ſatisfacere tamen non potuit ambitioni imperioſisſimi hominis Sixti V. qvi ſe ſupremam in omnes Reges & Principes univerſæ terræ, cunctosq; populos, gentes & nationes, non humanâ, ſed divinâ inſtitutione ſibi traditam poteſtatem obtinere affirmabat.* (in Bulla contra Henric. 3. Franciæ Regem) *Itaq; parum abfuit, qvin omnia Doctoris illius opera, qvæ hæreſin ſummo hodie ſucceſſu oppugnant, Pontificiâ cenſurâ magno cum Eccleſiæ detrimento aboleret, ut illius ordinis Patres, cujus tunc erat Bellarminus, ſeriò mihi narrarunt.* Hæc ille.

II. Qvanta fuerint damna denegatæ ſubjectionis clericorum, qvæ paſſim offert Hiſtoria Anglica, Gallica, & Veneta. Plenius verò Henningus Arniſeus, qvi peculiari tractatu oſtendit 1. diſtinctionem jurisdictionis Eccleſ. & Politicæ. 2. damna innumera, qvæ ſeqvuntur cleri exemtionem, ita, ut etiam impunè graſſari fuerint conati, in ipſam majeſtatem. 3. Clericos, qvoad perſonas, non eſſe exemtos à jurisdictione ſeculari, ex jure divino, vel praxi primitivæ Eccleſiæ, ſed ſecundum qvid, ex privilegiis principum. Sunt enim partes Reipublicæ, qvas vinculum obedientiæ connectit cum capite. vid. ſup. aſſert. 1. & 2. 4. Bona Eccleſiaſtica etiam habere reſpectum ad jurisdictionem Reip. 5. Nullum eſſe jus R. Pontificis in regna & Principatus. 6. Nullam eſſe donationem Conſtantini M. 7. nec Imperium R. nec illius translationem dependere à R.P. poteſtate.

III. Qvam vana fuerint Jacobi Kelleri effugia, regulæ Paulinæ, & explicationi Chryſoſtomi oppoſita: Was Paulus redet/das ſey wahr. Denn auch die Prieſter müſſen unterthan ſeyn/aber ihrer Obrigkeit/die weltlichen Herren ſeyn auch Obrigkeit/aber nicht der rechten Geiſtlichen.

Qvia

igitized by Google

Qvia de Magiſtratu Politico loqvi Paulum, ex ipſo contextu patet, & qvidem ſine omni exceptione, an Magiſtratus Chriſtianus ſit, vel Ethnic9. Conf. Zeæmanni Tom. 2. Gründliche Offenbarung des Uncathoſiſchen Bapſtums p. 743. ſeq. edit. A. 1621.

Articulus CXXVIII.

De Ordine Oeconomico, & in ſpecie de Conjugio.

Suam qvisqve habeat uxorem 1. Cor. 7, 2. Gen. 2, 18. & adjutorium. vid. ſup. art. de Homine.

§. 1.

Etiam ordo Oeconomicus pertinet ad Eccleſiam. *Cujus ordinis membra conſpiciuntur in coordinatione plurium in una familia ceu ſeminario Eccleſiæ. Ubi certus deprehenditur ordo 1. Mariti & Uxoris, 2. Parentum & liberorum, qvi ſunt ædificatio & conſervatio familiæ; qva de re dictum eſt ſupra art. 14. § 4. NB. 3. Dominorum & ſervorum, ſive ſocietas* 1. γαμικὴ, 2. πατρικὴ, 3. δεσποτικὴ. *De qvorum officiis agit Theologia Moralis.* Ipſum verò Conjugium *hoc loco inprimis conſideratur.*

Nota 1. *Conjugium* communem qvaſi ſub uno jugo conjunctionem reſpicit, ſive junctorum ſimultaneum & commune jugum, qvale eſt cauſarum ſociarum, ſimul trahentium. Germanicè dicitur Eheſtand qvaſi der erſte Stand/ ehe noch ein einiger Stand geweſen/ qvia eſt fons & origo reliqvorum. Unde & rectè dicitur Eheſtand qvaſi Ehrenſtand/ der Ehrliche Stand ex Hebr. 13, 4. τίμιος ὁ γάμος, qvem Deus ipſe inſtitutione Gen. 2. & benedictione Pſalm. 128. & Salvator ſuâ præſentiâ Johan. 2. cum Angelis Gen. 24, 7. atqve omnibus piis honorabilem fecit. Confer Hebr. בעל Conjux ein Mann. Maritus ein Herr κύριος ſicut Sara vocabat Abrahamum 1. Pet. 5, 6. Dominus Eſa. 54, 5. qvi in ſuâ poteſtate habet uxorem, poſſeſſiones, negotia, familiam ſive Poſſeſſor, penes qvem eſt uſus, jus, poteſtas, ejusqve exercitium. Sic Gen.

37, 19.

37, 19. Dominus ſomniorum der Träumer / der mit Träumen umgehet. & שֵׁגַל Conjux, Uxor, Sponſa Pſal. 45, 10. cum reſpectu cohabitationis matrimonialis, & cum præciſione adjunctæ turpitudinis. ſic שגל concumbere beyliegen. Nam שכב cubare, occultat illa, qvæ aliàs connexa eſſe ſolent accidentia. Conf. נשים qvæ ſunt dotatæ: פילגש verò Concubina, à ſtatu uxoris diviſa, ſerva, & neqvaqvam dotata eſt. Conf. Germ. Kebsweib NB. art. 130. §. 2.

Nota 2. Conjugium eſt

1. Schola pacis & Concordiæ.
2. Veræ caſtitatis officina, & vitæ humanæ Academia.
3. Imago conjunctionis Chriſti & Eccleſiæ.

Nota 3. Conjugium vocatur 1. *inchoatum* per contrahentium conſenſum in ſponſalibus; 2. *conſummatum* per copulam carnalem in nuptiis.

§. 2. Conjugium eſt ordinatio, vinculum & ſtatus.

Nam I. *Conjugium eſt ordinatio divina*; ſive divinitus inſtituta, unius maris & fœminæ in unam carnem, per debitum conſenſum legitima & indiſſolubilis *conjunctio*.

II. *Conjugium eſt vinculum* indiſſolubile unius Maris & unius Fœminæ, legitimè conſentientium, ad impuritatis evitationem, ſobolis generationem, & mutuum adjutorium.

III. *Conjugium eſt ſtatus divinitus ordinatus, in unius maris & fœminæ legitimâ, ſolenni & indiſſolubili conjunctione conſiſtens, ad Dei gloriam, conjugatorum commoditatem atq; auxilium reciprocum, & ſobolis procreationem.*

Poriſma: Ergò Conjugium non eſt Sacramentum, vid. ſup. Articul. 86.

§. 3. Efficiens Conjugii prima eſt Deus ordinans & volens duos eſſe in carne una, Zwey ein Fleiſch. *Sicut unicus Adam & unica Eva erant duo in carne unâ NB. art. 130. §. 2. ut creſcant & multiplicentur, vid. Gen. 2, 18. c. 1, 27. Mat. 19, 4. 1. Tim. 2, 15.*

Nota 1. Conjugii inſtitutio facta eſt in ſtatu innocentiæ abſqve ullâ conſideratione Chriſti. Qvamobrem Conjugium pertinet non ad ſtatum reparationis, ſed creationis. Unde & per Conjugium Deus etiam-

Digitized by Google

etiamnum qvotidiè operatur, non qvidem novæ ſpeciei, ſed novorum individuorum procreatione, & primævæ benedictionis continuatione, juxta ordinem divinitus conſtitutum. NB. vid. ſup. artic. de Homine.

Nota 2. *Legitimum Conjugium* eſt, qvod legitimè contrahitur, & cum duo in carne unâ vivunt, licet Chriſtum ignorent. Attenditur enim hoc loco in Conjugio, qvatenus tale eſt, id, qvod ſpectat non ad regnum gratiæ, ſed ad regnum potentiæ.

Poriſma I. Ergò & infidelium conjugium benedictione Dei fruitur, qvæ in amplificatione hominum conſiſtit.

Porif. II. Ergò Gentilium conjugium non licet appellare adulterium, contra Hieronymum; qvia etiam ad illud concurrit providentia divina.

§. 4. Efficiens conjugii proxima eſt conſenſus contrahentium legitimus & *conformis legibus 1. Divinis, 2. Eccleſiaſticis, 3. Politicis. De qvo teſtantur Sponſalia & benedictio Eccleſiaſtica.*

Nota 1. Conſenſus facit matrimonium, qvod confirmatur per copulam carnalem. vid. Gen. 24, 57. Deut. 22, 13.

Nota 2. Conſenſus legitimus reſpicit Legem, non verò religionem. vide ſupra §. 3. nec fidem contrahentium.

Nota 3. *Conſenſus legitimus includit etiam conſenſum Parentum.* vid. Exod. 20, 12. Colos. 3, 20. Gen. 24, 50.

Canon: Conſenſus Parentum non tantum eſt de honeſtate, ſed etiam de neceſſitate; cùm liberi non ſui juris, ſed in poteſtate Parentum conſtituti ſint. vid. Num. 30, 4.

§. 5. Materia conjugii *eſt mas & fœmina, contra abuſum* παρὰ φύσιν *abominabilem, de qvo Rom. 1, 26.*

Summa: Materia Conjugii ſunt homines ſociabiles, numero duo, mas & fœmina, puberes, ad obtinendos conjugii fines idonei, & extra probibitos tam conſangvinitatis, qvàm affinitatis gradus conſtituti, ſine ullâ *exceptione ſtatus.* vid. 1. Cor. 7, 2. Hebr. 13, 4. 1. Tim. 2, 4. c. 4, 1. 2. Tim. 3, 15. Qvod patet exemplo Patriarcharum, Prophetarum & Apoſtolorum: (Exceptis ſolùm iis, qvos Deus & natura excipit. De qvibus art. 129.) Nam mutatio vitæ generis non excludit hominem ab uſu conjugii. vid. art. ſeq. 129.

Digitized by Google

§. 6. Materia conjugii *conſideratur ratione 1. qvantitatis, 2. qvalitatis, tùm abſolutæ, tùm relatæ.*

§. 7. Materia conjugii ratione qvantitatis eſt unus Mas & una Fœmina.

Canon: Duo & non plures in carne unâ conjunguntur conjugio legitimo. vid. Gen. 2, 24. Matt. 19, 4.

Ratio eſt, qvia determinatio numeri binarii excludit Polygamiam ſimultaneam. De qvâ art. 130. vid. ſup. §. 3.

Nota: Qvemcunqve conjugatorum numerum ſapientiſſimus conjugii autor in prima ejus inſtitutione determinavit, ille ſolus huic inſtitutioni eſt conveniens. Sed binarium determinavit Gen. 2. Ergò ille ſolus huic inſtitutioni eſt conveniens. vid. inf. art. 130.

§. 8. Materia conjugii ratione qvalitatis abſolutæ *reſpicit integritatem tùm animi, tùm corporis, ejusqve habilitatem, pubertatem &c. ita ut non ſolùm ætas conveniens, verùm etiam generandi facultas reqviratur, Gen. 2, 24.*

Nota 1. Diverſitas Religionis Matrimonium ſimpliciter impedire neqvit, 1. Cor. 7, 12. qvanqvam ſimilem qværere ſit tutiſſimum. vid. D. König Caſus Conſc. p. 852. NB.

Nota 2. Ad conjugium vel naturâ, vel accedente aliqvo vitio ineptis, vel violenter caſtratis matrimonium contrahere non licet. Conf. Matt. 19, 11. ſeq.

§. 9. Materia conjugii ratione qvalitatis relativæ *tam propinqvitatem, qvàm vitæ conditionem attendere jubet, ut conſenſus contrahentium ſit legitimus, qvi neqve conſangvinitatis, neqve affinitatis leges violet.*

Canon: Nubendum eſt in Domino, non propter pecunias, aut alias vanitates.

§. 10. Propinqvitas ſpectatur tùm in conſangvinitate, tum in affinitate, *qvoad diſtinctos gradus lege vel divinâ, vel humanâ prohibitos. vid. Levit. 18, 6.*

Canon: Diſtinctio graduum ex præſcripto legis divinæ obſervanda pertinet ad legem Moralem.

Nota:

Nota: D. Georg. König in Caſ. Conſc. p. 877. exiſtimat, illa conjugia (v. g. Caini & Abelis cum ſororibus. vid. Bellarm. lib. 1. de Matrimon. c. 27.) naturâ non fuiſſe illicita, cùm aliàs ne Deus qvidem in illis diſpenſare potuiſſet, niſi contra ſuam ipſius naturam facere voluiſſet: ſed juri naturæ duntaxat ſubjacere matrimonia aſcendentium & deſcendentium. Reliqva verò collateralium omnium, eſſe juris poſitivi, & idcirco diſpenſationem poſſe admittere qvoties, & ubicunqve ſupremo legislatori ita viſum fuerit neceſſarium. Conf. J.H. Othonis Lex. Talm. p. 676. ubi ait: Talmudhiſtæ plerunqve hîc allegant חסר Benignitatem Dei Pſal. 89, 3. Benignitas ædificavit ſeculum, ex Numinis indulgentia factum eſt conjugium cum ſorore, ut mundus ex eo ædificaretur.

§. 11. Ad indagandam prohibitionem reqviritur accurata ſupputatio.

Nota I. *Supputatio graduum eſt ordinata enumeratio generationum in linea recta, vel collaterali, ſive aqvali, ſive inaeqvali,* de qvâ vid. Gerhardus, Schulzius in Arbore Conſangvin. Carpzovii Jurisprudentia Eccleſiaſtica; inprimis verò Conſtitutiones Matrimoniales Electoral. Saxon.

Nota II. *Gradus jure divino prohibiti* recitantur Levit. 18. & 20. & comprehenduntur verſiculis:

> Nata, Soror, Neptis, Matertera, Fratris & Uxor,
> Et Patrui Conjux, Mater, Privigna, Noverca,
> Uxorisq; Soror, Privigni Nata, Nurusqve,
> Atqve Soror Patris conjungi Lege vetantur.

Qvorum omnium ſumma hæc eſt: Non licet conjungi progenitoribus tuis & illorum fratribus atqve ſororibus, & horum omnium conjugibus.

Nota III. *In gradibus enumeratis obſervanda ſunt Regulæ ſeqq.*

I. Illæ perſonæ non tantùm prohibentur, qvæ nominatim hîc exprimuntur; ſed & omnes, qvi in eodem pari ſeu æqvali gradu ſunt.

II. Prohibitiones intelligendæ ſunt de cognationibus, ſive ex matrimonio, ſive ex fornicatione, ſive ex primo, ſive ex ſecundo aut tertio matrimonio ortæ ſint.

§. 12. Forma conjugii eſt arctiſſima & indiſſolubilis

duorum *in unam carnem, ex mutuo conſenſu & pacto conjunctio legitima, qvæ vocari poteſt συνδύασις (de qva voce dictum eſt ſupra articul. 45. obſerv. 3. qvaqve non niſi per mortem diſſolubilis eſt. Confer Gen. 2, 24. (non obſtante illâ, qvæ interdum de facto accidit, ſeparatione,) verbo προσκολλᾶσθαι indicata Eph. 5. qvod notat tenaciter adhærere & ſibi invicem tanqvam glutine compactum eſſe. confer Hebr.* דבק *qvæ notat adhæſionem arctiſſimam Gen. 2, 24. & affectum ardentiſſimum conjugalem, 1. Reg. XI, 2. ſicut cutis & oſſa cohærent, Pſal. 102, 6. & ſocii, Ruth. 2, 8. 21. & qvæ viſciditate alteri affixa ſunt, qvalis conjunctio non datur inter ferrum & lutum ſive argillam, Dan. 2, 43. (ſic qvando cor mariti eſt ferreum, avarum,* eigennützig/ *crudele,* wie ein Löwe im Hauſe/ *evaneſcit amor conjugalis.) Confer Chemnic. P. 2. Ex. p. 416. Gerhard. T. 7. p. 89. & Tarnovii exercitat. p. 40.*

Nota 1. Uxor & maritus glutine amoris, juris & conſvetudinis conjugalis divinitus conjuncti ſunt, ita ut non niſi morte ſeparari poſſint.

Nota 2. Conjunctio hæc infert communionem 1. animorum, 2. corporum, 3. liberorum, 4. bonorum & malorum.

Nota 3. Duo ſunt in carne unâ propter copulam carnalem legitimè; qvod idem in ſcortatione fit illegitimè. Itaqve convenientia rei non infert convenientiam modi.

Nota 4. Conſvetudo conjugum eſt conjugale debitum, adeoqve nõ eſt opus impurum preces impediens. Unde nec opera conjugalia per ſe impediunt ſalutem, non obſtante, qvod etiam in conjugio ejusqve uſu variis modis peccari posſit.

Nota 5. *Conjugium eſt contractus indisſolubilis. συνάλλαγμα.* Contrahere enim eſt qvaſi contra, vicisſim, & mutuò aliqvid agere, ad obligationem. Et Contractus talis eſt duorum (pluriumve) in idem conventio & conſenſus, ad conſtituendam obligationem, & ut alter alteri fiat obnoxius, ſic Conjugium die ſchuldige Freundſchafft debitam benevolentiam vocat Apoſtolus, τὴν ὀφειλομένην εὔνοιαν ab εὖ & νοῦς, & redditionem 1. Cor. 7, 3. ἀποδιδότω. qvia uxor proprii corporis jus non habet,

bet, ſed maritus: ſimiliter & maritus proprii corporis jus non habet, ſed uxor v. 4. contra Hieronymum, qvi iniqvam abſtinentiam defendit.

§. 13. Finis Conjugii *eſt 1. generalis & ſummus, Dei gloria, 1. Cor. X; 31. 2. ſpecialis, & ſubordinatus tùm proprius, tùm myſticus.* Finis Conjugii ſpecialis & proprius *eſt tùm primarius, tùm ſecundarius.*

Aſſertio I. Primarius Conjugii finis eſt humani generis conſervatio, Gen. 1, 27. 1. Tim. 2, 15. Tob. 8, 9. *ad qvam reqviritur adjutorium mutuum.* Gen. 2, 18. Eccleſ. 4. 9. 10. viro primum deſtinatum, & fœminæ deinceps conſtitutum. vel, qvod eodem recidit, *Primarius conjugii finis eſt ſobolis ſuſceptio,* Gen. 1, 27. *&, ſi detur, educatio* ad Dei gloriam, & Eccleſiæ atqve Reipublicæ incrementum. Unde conſervatio ac propagatio familiæ, Reipubl. & Eccleſiæ oritur, nec non laboris & curarum relevatio per mutuum adjutorium in negotiis œconomicis, nec non in precibus & exercitiis pietatis &c. vid. Gen. 2, 28. & ſup. artic. de Homine NB.

Aſſertio II. Secundarius conjugii finis eſt acceſſorius poſt lapſum, videlicet libidinis excluſio, 1. Cor. 7, 2.

Canon: Conjugium propter *ἀταξίαν* illam, qvæ per lapſum Adami naturam noſtram invaſit, homini eſt remedium libidinis divinitus inſtitutum & incontinentibus mandatum, 1. Cor. 7, 9. 1. Tim. 5, 14.

Aſſertio III. Finis Conjugii myſticus eſt arctiſſimæ conjunctionis Chriſti & Eccleſiæ præfiguratio 1. qvoad vinculum, 2. prolis generationem, 3. bonorum communionem. Confer Ephes. 5, 15.

Poriſma: Ergò falſum eſt 1. Conjugium infidelium eſſe illegitimum, 2. Conjugium eſſe Sacramentum. vid. art. 86. & 82. Ratio eſt, qvia & vinculum, & generatio, & communio etiam apud gentiles inveniuntur.

§. 14. Attributa Conjugii *ſunt 1. Antiqvitas, 2. Sanctitas, 3. libertas, 4. perennitas. 5. utilitas.*

Aſſertio I. Conjugium eſt ſtatus antiqviſſimus, ex Geneſ. 2.

Aſſertio II. Conjugium eſt ſancta Dei ordinatio, & ſtatus honorabilis atq; caſtus. Probatur ex divina inſtitutione Gen. 2. & SS. exemplis. vid. Hebr. 13, 4. 1. Tim. 2, 15. qvod Paulus neqvaqvam taxat Roman. 8,

man. 8, 8. ubi de Carne, non de Conjugio loqvitur. vid. ſupra Articul. 99.

Nota 1. Appetitus ſexus ad ſexum homini naturalis eſt, ac proinde actus ipſe, qvi ex appetitu ſeqvitur, nihil in ſe habuiſſet vitii, abſente peccato.

Nota 2. Αταξία propter lapſum accedens non tollit bonam & ſanctam conjugii inſtitutionem. Ratio eſt, qvia in conjugali concubitu ordinatio Dei & vitioſa concupiſcentia manet diſtinctisſima.

Poriſma I. Ergò Conjugium ſanctitati vitæ nihil derogat. Probatur exemplis Patriarcharum, Prophetarum & Apoſtolorum.

Poriſma II. Ergò Conjugium cum Sanctis operibus Eccleſiæ Miniſtrorum non pugnat. vid. de Cœlibatu Art. 129.

Aſſertio III. Conjugium eſt liberum.

Nota 1. Conjugium obligat omnes ſine reſpectu conditionis aut vitæ generis, qvi ad conjugium apti ſunt.

Nota 2. Ad conjugium non adiguntur habentes donum continentiæ.

Nota 3. Conjugium perſonis Eccleſiaſticis neqvaqvām ſimpliciter mandatur, tanqvam neceſſarium ordinationis reqviſitum, contra Vigilantium.

Aſſertio IV. Conjugium eſt vinculum perpetuum. vid. Mat. 19, 6. Qvamobrem Mulier viro lege matrimoniali obligata eſt, qvamdiu maritus vivit.

Poriſma 1. Ergò Conjugium nullâ humanâ lege aut voto tolli poteſt. vid. ſup. Art. 78. & Art. 129.

Poriſma 2. Ergò Conjugii ſolutio de facto eveniens parti innocenti libertatem reddit, vid. 1. Cor. 7, 15. Matt. 19, 32.

Canon: Matrimonium intra terminos hujus vitæ tantùm continetur. vid. Matt. 22, 30.

Aſſertio V. Conjugium eſt ſtatus utiliſſimus. Cujus utilitas catholica conſpicitur 1. ex univerſi generis humani propagatione 2. ex ſtatus Eccleſiaſtici, Politici & œconomici conſervatione 3. ex mutui adjutorii conſtitutione Gen. 2. Unde non bonum eſt eſſe ſolum, & væ denunciatur ſolitario Eccleſ. 4, 10.

§. 15. Oppoſitum *Conjugii eſt Repudium, Divortium, Adul-*

Adulterium , Deſertio 1. Cor. 7, 15. Concubinatus, Scortatio &c. Cœlibatus impurus art. 129. & Polygamia ſimultanea , artic. 130. Confer Theol. Moral. ad 6. præceptum.

§. 16. *Uſum bujus Articuli oſtendit Gerhardus Tom. 7. & Manuale art. 128. Confer Mülleri Lutherum defenſum cap. 5. 6. 7. & Balduin. in 1. Cor. 7. & 1. Theſſ. 4, 3. nec non Gymnaſium patientiæ de adverſitatibus Oeconomicis.*

ARTICULUS CXXIX.

De Cœlibatu.

Bonum eſt homini uxorem non attingere, 1. Cor. 7, 1. NB. infra §. 5.

§. 1.

CONjugium excludit omnem impuritatem, uti & cœlibatum *ex art. 128. vid. 1. Cor. 7, 8. 35.*

Nota 1. *Cœlebs* κόιλιψ dicitur qvaſi κοιτόλιψ, ut nonnullis videtur, talis, qvi lectum conjugalem linqvit. Nam κόιτη eſt cubile, lectus, & proles, & κόιται libidines. Κεῖμαι cubo, & κοιτίον, dormitorium, cubiculum. Qvi ergò thalamum relinqvit (ex κόιτη lectus, & λείπω, relinqvo) der Frauen Liebe nicht achtet / Daniel. 12, 15. dicitur cœlebs, non verò cœlo dignus. Confer Hieronymum adv. Jovinianum.

Nota 2. Cœlibatus h. l. tam in genere conſideratur, qvàm ratione adjunctæ bonitatis & impuritatis in ſpecie.

§. 2. Cœlibatus alius bonus & licitus, alius verò impurus eſt.

Canon: In Cœlibatu licito ſalvâ conſcientiâ vivunt habentes à Deo peculiare donum continentiæ. Probatur exemplo Johannis, Apoſtolorum, & aliorum.

Nota: *Vera Virginitas non conſiſtit in Cœlibatu*, neqve in externa ſaltem caſtitate corporis, ſed in ſanctitate corporis & ſpiritus.

§. 3. Ad

Digitized by Google

§. 3. Ad cœlibatus puritatem reqviritur donum continentiæ, vel perpetuum, vel certo temporis ſpacio neceſſarium.

§. 4. Continentia eſt peculiare DEI donum *& qvidem extraordinarium, ſpirituale, neqvaqvam omnibus neceſſarium, ſed certis individuis proprium Matth. 19, 11. ad qvod reqviritur probatio accuratiſſima, vid. 1. Cor. 7, 8. 35. aliàs preces fruſtraneæ ſunt, qvia conjunctæ ſunt cum ordinis conjugalis à Deo ipſo inſtituti contemtu hypocritico 1. Cor. 7, 9. & qvia promiſſione, exauditionis fundamento, deſtituuntur, art. 77.*

§. 5. Cœlibatus habet ſua commoda, *& pro conditione certi ſtatus ac temporis interdum expedit, uti patet ex obſerv. ſeqq.*

Obſerv. 1. Cœlibatus nuſpiam eſt ſimpliciter mandatus.

Obſerv. 2. Donum continentiæ qvivis ſine diſcrimine petere neqvit, ratio eſt, qvia deeſt promisſio.

Obſerv. 3. Datur certum tempus & conditio qvorundam, qvæ reqvirit continentiam, qvando ſcilicet qvis vocationem habet à Deo, in qva præſtanda eſt continentia. Qvalem vocationem habent 1. qvi juſtam ætatem ad nuptias nondum ſunt aſſecuti; 2. qvi de neceſſariâ ſui & ſuorum ſuſtentatione ſibi nondum proſpexerunt; 3. qvi ratione officii domo abeſſe coguntur, 4. qvi diuturno conjugis morbo vel abſentiâ qvaſi in viduitate vivunt; 5. qvi obitum conjugis propter honeſtatem & leges publicas ad tempus coguntur lugere.

Obſerv. 4. Viduæ juniores, Eccleſiarum Miniſtri, & puellæ nubiles, non habent vocationem ad donum continentiæ.

Obſerv. 5. *Cœlibatus neqvaqvam eſt ſimpliciter melior & perfectior ſtatus, qvàm conjugium, ſed ſolùm ſecundùm qvid:* Scilicet 1. ſi ſit purus & cum dono continentiæ conjunctus. 2. ſi tempus ſit ob perſecutiones arctum, conjugii moleſtias multiplicans 1. Cor. 7, 39. NB propter præſentem necesſitatem, verſ. 26. vid. Chemnicii Examen Concil. Trident.

Poriſma Ergò 1. Conjugium & Cœlibatus comparantur 1. Cor. 7, 25. 28. neqvaqvam ut licitum & illicitum ratione bonitatis moralis, ſed

ſed ratione externæ commoditatis, ut id, qvod plus vel minùs habet difficultatis & afflictionis.

Poriſma 2. Ergò Conjugium certo reſpectu melius eſt, qvàm cœlibatus, ex Art. præced. 128.

Poriſma 3. Ergò ad cœlibatum nemo eſt cogendus.

Poriſma 4. Ergò Paulus non optat ſimpliciter omnes eſſe cœlibes.

§. 6. Cœlibatui puro opponitur Cœlibatus impurus & illicitus, *qvi contra DEI ordinationem hominibus impulſu Diaboli mandatur, ſub prætextu peculiaris meriti & ſanctitatis, ut patet ex 1. Tim. 4, 1. Geneſ. 1, 28. Hebr. 13, 14. vid. Bald. comm. h. l. & 1. Corinth. 7.*

Canon: Conjugium ſanctam Dei ordinationem nemini ſub impuritatis prætextu prohibere licet.

Poriſma 1. Ergò Conjugii interdictum eſt doctrina Dæmoniorum, 1. Tim. 4, 1.

Poriſma 2. Ergò Cœlibatus non facit hominem ſanctum & conjugatis beatiorem.

Poriſma 3. Ergò Cœlibatus non reddit hominem ad officium ſacrum magis idoneum.

Poriſma 4. Ergò Cœlibatus non eſt neceſſarium ſive de jure divino, ſive de jure humano Eccleſiæ miniſtri reqviſitum, qvia

1. Conjugium eſt commune bonum, Gen. 2, 18.

2. communis medicina 1. Cor. 7, 2. 9.

3 pietati minimè contrarium, Gen. 5, 22.

4. nec in ſpecie officio Eccleſiaſtico, tam in V. T. Levit. 21, 13. qvàm in N. T. 1. Tim. 3, 2. Tit. 1, 6. 1. Cor. 9, 4. Confer Calixt. de conjugio Clericorum.

Poriſma 5. Ad cœlibatum nemo cogendus eſt.

Poriſma 6. Ad cœlibatum nemo per votum ſe obſtringere poteſt. vid. art. 78. & 1. Cor. 7, 3.

Poriſma 7. Votum perpetuæ caſtitatis Manaſticæ impoſſibile eſt & impium.

Poriſma 8. Satius eſt, qvælibet incommoda & qvasvis moleſtias ferre, qvàm perpetuos libidinum æſtus ſentire. vid. 1. Cor. 7, 9: melius eſt nubere.

Digitized by Google

§. 7. *Reliqva huc ſpectantia offert Manuale art. 129. Chemnic. Examen, Gerhardus Tom. 7. Loc. & Conf. Cath. 19. vid. Mülleri Luth. Defenſ. c. 5. & 6.*

ARTICULUS CXXX.

De Polygamia.

Erunt duo in carnem unam, Matt. 19, 5.

§. 1.

HOſtis Conjugii eſt polygamia, *qvæ plures ſimul conjungit de facto.*

Nota 1. Polygamia eſt nuptiarum ſive γάμου multiplicatio.

Nota 2. Polygamia alia eſt ſimultanea, alia ſucceſſiva.

§. 2. Polygamia ſimultanea primæ conjugii inſtitutioni, ejusqve repetitioni repugnat, *uti conſtat ex Geneſ. 2. & Matth. 19.*

Nota 1. Vigore primæ conjugii inſtitutionis duo & non plures in carne unâ conjungi debent. vid. art. 128. §. 7. qvia verò Geneſ. 2, 25. illud שניהם ſie beyde / οἱ δύο, ambo illi, ſcilicet unicus mas, & unica fœmina, Adamus & Eva, poſt multiplicatum genus humanum ratione determinationis unius maſculi ad unicam fœminam, rationi videri poterat paulò obſcurior, & ob conſvetudinem per Lamechum introductam Gen. 4, 19. Polygamia probabilior, ideo Chriſtus Jeſus æterna Patris Sapientia, mentem ſummi Legiſlatoris, & verum hujus legis ſenſum exponit, Matt. 19, 6. qvando ea, qvæ in Geneſi Adamo adſcribuntur ut locutionis organo, ad Deum Patrem refert, qvi erat inſpiratæ locutionis principium infallibile, ſummum & primum. Qvamobrem qvod Lamechus primus omnium ex libidine introduxit, dum duas uxores ſimul ipſe duxit, illud poſterorum imitatio confirmavit: & Deus diſpenſando toleravit (ſicut & mores Iſraëlitarum ἐτροποφόρησε Actor. 13, 18.) ob generis humani & Eccleſiæ inprimis incrementum; Qvod ipſum tamen hodie, ex ore ipſius Salvatoris, ſimpliciter eſt prohibitum Matt. 19. & pœnâ capitali dignum. Confer *Altenſtaig* Lex. f. 58. b. ubi

ubi ait: Non cum omnibus diſpenſabat Deus, ſed ſolùm cum illis, qvi benè ſciebant uti, qvia honeſtè & caſtè utebantur, & etiam, qvando erat neceſſe.

Nota 2. *Polygamia & Concubinatus diſtincta ſunt*. vid. Bruleſer lib. 4. ſent. diſt. 32. q. 8. ubi ait; *Concubina* vocatur 1. *propriè*, ſic eſt mulier, qvæ ad (concubitum) uſum Veneris non legitimè tenetur. Sic O. meretrices dicuntur concubinæ. 2. *communiter*, ſic poteſt dici omnis mulier, qvæ ad uſum Veneris tenetur, ſive legitimè, ſive illegitimè: ſic tamen, qvod non ſit principalis uxor viri. Sic uxores Abrahami & Jacobi vocantur concubinæ, qvia non erant æqvè principales in regimine domus, ut aliæ, ſed ancillæ uxorum principalium. Conf. פִּלֶגֶשׁ Gen. 25, 6. Kebsweib. Uxor, ſed non primaria, nec hera, ſed ſerva, & ſecundaria primariæ adjuncta, eiqve ſubdita, ut Hagar. Unde & liberi ejus non erant hæredes paternorum bonorum, ſed legatis contenti erant, & dono emittebantur. Sed נשים ſunt uxores, qvæ ſcripto ſeu inſtrumento dotati, & ſolennibus ſponſalibus ſolenniter ducuntur. Qvorum neutrum concubinæ competit, ut Kimchi monet. vid. Merceri not. ad Lex Pagnini. Eſt enim פלגש qvaſi uxor diviſa פלג à marito איש, à qvo vera uxor & primaria appellatur אשה.

Nota 3. *Polygamia* ſucceſſiva ſive nuptiæ ſecundæ iteratæ &c. juri divino neqvaqvam ſunt contrariæ. vid. Rom. 7, 2. 1. Cor. 7, 39. Confer de nuptiis deſertorum &c. Mülleri Luth. defenſ. c. 7. Gerh. Tom. 7. L. L. & Confeſſ. Cath. art. 19. append.

§. 3. Reliqva *huc ſpectantia habet Manuale art. 130.*

ARTICULUS CXXXI.

De Scopo totius Theologiæ Salute conſummata, ejusqve certitudine.

Finis fidei eſt ſalus animarum, 1. Pet. 1, 9.

§. 1.

SCopus Theologiæ eſt ſalus conſummata per certa media homini miſero offerenda, conferenda & applicanda, *ut*

 ſit

Digitized by Google

ſit beatus in regno gratiæ & gloriæ, qvod conſtat ex art. 37. 70. & 90. Confer Art. 27. §. 3. & ſupra art. 1. de duplici finis ultimi conſideratione, ratione intentionis, & ratione executionis atqve actualis poſſeſſionis, p. 186. NB. Confer Arriaga Tom. 2. p. 485. Beatitudo *eſt affluentia omnis boni ſpiritualis & æterni, cum excluſione omnis mali, adeoqve eſt collectio omnium perfectionum: eſt bonum, qvod ſatiat animam, redditqve hominem perfectè lætum ac qvietum. vid. infra articul. 142. §. 1. NB. Poſtqvam igitur conſideratum eſt Theologiæ*

1. *Subjectum*, Homo, in ſtatu præterito integritatis, Art. 28. & præſenti, tùm miſeriæ & corruptionis Art. 29. tùm gratiæ & reſtaurationis Art. 37.

2. *Remedium*, Chriſti meritum acqviſitum, oblatum & applicatum ex Art. 38. ſeqq. Reſtat, ut etiam ſtatus hominis plenariæ reſtitutionis & gloriæ futurus explicetur, qvi

3. *Scopum* totius Theologiæ, ſalutem nimirùm conſummatam, oſtendit. Nam Beatitudo à Theologo 1. intenditur ſup. p. 186. 2. acqviritur per fidem in juſtificatione. 3. poſſidetur inchoativè poſt tranſitum ex hac miſeriâ: & plenariè, poſt introitum in gloriam conſummatam.

Canon: Salutis oblationem & collationem ſeqvitur ejusdem conſummatio gratuita. Ratio eſt, qvia Gratia divina ſola ut initium, ſic complementum ſalutis addit: adeoqve ſolus Deus credentibus dat gratiam & gloriam propter Chriſtum, Pſal. 84, 12. vide ſupra art. 90. §. 1.

§. 2. Salus conſummata, eſt abſentia omnis mali & præſentia omnis boni.

Nota 1. *Salus vocatur beatitudo*, de qva vid. art. 1. §. 2. NB. & inf. art. 142. §. 1. vid. ſup. Articul. 52.

Nota 2. *Salus* credenti in hac vita per fidem in ſpeculo verbi oſtenditur 1. Cor. 13. Hebr. XI. atqve vocatur *ſalus gratiæ præſentis*; in alterâ verò vitâ per claram viſionem communicatur, & vocatur *ſalus gloriæ (futuræ)* Conf. Rom. 5, 10. Tit. 3, 6. 7. & inf. Art. 142.

§. 3. Salus conſummata easdem cauſas cum ſalute inchoatâ agnoſcit. *Eſt enim ejus* Efficiens *Deus;* meritoria *Chriſtus*

ſtus Hebr. 2, 10. Inſtrumentalis perſonalis *miniſtri verbi, qvi ſalvatores dicuntur Obad. v. 21.* realis offerens *verbum & ſacramenta;* apprehendens *Fides*; finis *Dei gloria.*

Nota: Salus animarum eſt finis & ſcopus fidei 1. Pet. 1. & conſummatum noſtrum ſolatium.

Ratio eſt, qvia ad ſalutem creati ſumus, & propter ſalutem à Spiritu S. ſanctificati ſumus. Unde & ſalutis cauſâ audimus verbum & utimur ſacramentis, omnesqve hujus mundi calamitates patienter ſuſtinemus.

§. 4. Salus conſummata ex cauſis certisſimis eſt certisſima. *vid. artic. 90. §. 1.*

Ratio eſt, qvia ſalutem gratiæ & gloriæ Deus confirmavit 1. promisſionibus verbi, 2. merito Chriſti, 3. ſacramentis gratiæ ſigillis. Conf. plura hujus certitudinis fundamenta ſup. Art. 109. Ex qvibus infallibiliter conſtat, qvod *ſalus credentis* æterna ejusqve certitudo, qvæ qvamdiu hîc vivit, *hypotheſin* finalis perſeverantiæ includit, *in ultimo mortis articulo abſoluta* ſit, ex finali Salvatoris apprehenſione. vid. ſup. art. 3. & Art. 77. & Marc. 16, 16. ego credo & baptiſatus ſum. E. ſalvus ſum. Confer 2. Tim. 1, 12. *Poſitis E. omnibus ſalutis cauſis actu præſentibus, etiam ſalus ipſa ponitur infallibiliter.* Qvæ veritas infallibilis porrò patet

1. *à priori.* Omnis filius Patris cœleſtis per fidem verus eſt hæres ejusdem Patris. (Si enim filii, ergò & hæredes ſumus Rom. 8, 17.) Sed omnis credens eſt filius Dei Johan. 1, 12. Qvia omnis Chriſtum vera fide recipiens eſt filius Dei. Confer de vera fide artic. 93. §. 2. & 11. & de juſtificationis certitudine art. 94. §. 8.

2. *à poſteriori* in agone. Qvicunqve virtute Dei cuſtoditur & perſeveranter credit usqve ad finem, ille ſalvatur. 1. Pet. 1. Mat. 24. Ego credo &c. ergo ſalvus ſum. Qvia in hoc ultimo νῦν Salvatorem teneo Luc. 2. & verbum infallibile. Johann. 8. ſigillis ſacramentalibus confirmatum Marc. 16. Mat. 26. Ergo non videbo mortem in æternum. Confer Hortulum animæ ex Anshelmo. Cujus verba repetit liber, cui Tit. Das Gottſelige Alter. vid. ſup. art. 77. & 109.

Nota 1. Salus noſtra eſt inſtar depoſiti, qvod Deo commiſimus, qvi eam paravit & cuſtodit in cœlis. vid. 2. Tim. 1, 12. Qvamobrem & ipſe

ipſe, qvi bonum opus in nobis incepit, etiam continuabit illud, in finem usqve, qvod & poteſt præſtare, qvia omnipotens eſt, & vult, qvia verax & miſericors, qvi negare ſe ipſum non poteſt. vid. ſupra articul. 77. NB.

Nota 2. Deus coronam vitæ ab æterno paratam dat electis 1. in hâc vitâ, ſed in ſpe, 2. in morte re ipsâ qvidem, ſed inchoatè, 3. in die extremo perfectusſimè.

§. 5. Ad ſalutis conſummationem pertinet ratione termini ad qvem translatio in gloriam finaliter credentis, *qvi in momento ex mutabilitate tranſit in beatam immutabilitatem, Luc. 2, 29. ratione animæ in ipſa morte; ratione verò corporis & animæ ſimul in extremo die inf. Art. 140. poſt corporis reſuſcitationem, & cum animâ unionem inf. Art. 134.*

§. 6. Translatio hæc attendit diſtincta momenta, qvæ vocantur Novisſima. *vid. artic. 132. & ſunt*

I. *Antecedentia ſalutem conſummatam*, mors & ſtatus animæ atqve corporis, & poſt eandem conſummatio ſeculi, Judicis adventus, reſuſcitatio & judicium.

II. *Oppoſita* ſalutis, damnatio videlicet, & infernalis miſeria.

III. *Ipſa ſalus conſummata*, ſive vita & gloria æterna. De qvibus porrò dicendum erit usqve ad artic. 142.

§. 7. *Pleniorem hujus articuli Exegeſin, inprimis qvoad ſalutis certitudinem & obſtaculorum remotionem, exhibet Manuale Theol. artic. 131.*

Articulus CXXXII.

De Noviſſimis Salutem antecedentibus, & in ſpecie de Morte.

Salus patefiet in tempore noviſſimo, 1. Pet. 1, 5. Ergò memorare noviſſima, Sirac. 7, 40.

§. 1. No-

Digitized by Google

§. 1.

NOviſſima ſunt, qvæ tempore noviſſimo cum fine hujus vitæ & ſeculi univerſi reſtant.

Nota 1. *Noviſſimum* opponitur vetuſtisſimo. (& novare eſt novum ſive recens facere.) qvemadmodum etiam novus veteri & vetuſto opponitur, ideoqve novisſimum eſt nuperrimum, & ultimum, das allerneulichſte/ poſt qvod aliud non reſtat. Sive poſtremum, qvæ enim recenter fiunt, illa ultimum locum obtinent, ſic noviſſima exempla Tacitus appellat, qvæ ſunt recentiſſima. Et dies ultimus vocatur noviſſimus.

Nota 2. *Noviſſimum* dicitur vel de rebus, vel de tempore ultimo, in qvo noviſſima illa eveniunt.

Nota 3. *Tempus noviſſimum* reſpicit

1. *Totum Tempus* à Chriſto nato, uſqve ad conſummationem ſeculi, 1. Joh. 2, 18.

2. *Ultima mundi tempora*, paulo ante extremum diem, qvæ vocantur καιροὶ χαλεποὶ, difficiles & moleſti, ſchwere Zeiten / propter difficiles & importunos homines piis moleſtos, inſtar Dæmoniacorum Matt. 8, 28. qvi ſævi ſupra modum. Ubi incarnati Diaboli, laqveis infernalibus ad ipſius voluntatem capti 2. Tim. 2, 26. alios miſerè torqvent, ut tempora extrema ſint horrenda greuliche Zeiten / Confer 2. Tim. 3, 3. Nam χαλεπὸς eſt pernitioſus, gravis, difficilis, noxius, moleſtus ex χαλέπτω, lædo, damno afficio, everto, labefacto. Unde χαλεπότης difficultas.

Ratio eſt, qvia concurrunt zizania copioſa in omnibus ſtatibus Matt. 13, 39. Satanæ furor Apocal. 12, 12. bella c. 20, 9. Tyrannis, injuſtitia, & charitatis ſuffocatio Matt. 24, 12. Qvibus opponuntur dies boni piis promiſſi Pſal. 34, 13.

Nota 4. τὸ אחרון apud Hebræos, τὸ ἔσχατον apud Græcos, & Noviſſimum apud Latinos, non ſemper præcisè ultimum, ad qvod nihil ſeqvatur aliud, notat, ſed id, qvod ſeqvitur & poſterius eſt, ſive proximè ſeqvatur, ſive remotè, & ſic reſpectum habet, ad id, qvod prius eſt, licèt alia etiam hoc noviſſimum ſeqvantur. Sic Goël noſter reſurgens poſt Jobi tempora Job. 19, 25. etiam ipſum Jobum reſuſcitat in noviſſimo die. Sic Eccleſ. 1, 11. אחרון denotat impoſterum, poſtea, das hernach

nach kompt / bey den Nachkommen. Sic & ἔσχατος eſt extremus, ultimus, poſterior, & ἔσχατον eſt extremitas, ab ἔχω vel ἴσχω inhibeo. Qvi enim ultimi veniunt, obice aliqvo fuere præpediti & inhibiti.

Nota 5. Tempora Apoſtolorum rectè dicuntur *hora noviſſima*; qvæ neqvaqvam unicum temporis punctum reſpicit, ſed ſexaginta minuta habet diſtinctiſſima, ſoli Deo, cui mille anni ſunt dies unus 2. Pet. 3, 8. notiſſima.

§. 2. Noviſſima ſunt diſtinctiſſima. *Nam*

I. alia ſunt *Macrocoſmi*, mundi univerſi finis, alia verò ſunt *Microcoſmi* ſive hominis, ubi dantur noviſſima *Hominum*, qvæ ſunt alia *omnium*, ut Judicium, alia *ſingulorum*, ut mors, pœna, gloria.

II. *Noviſſima* ſunt alia pertinentia ad *tranſitum*, ut mors, reſurrectio, judicium, mundi conflagratio; alia verò pertinentia *ad terminum*, qvi tranſitum conſeqvitur, immutabilem, immediatè oppoſitum, videlicet æterna impiorum *pœna*, & piorum *gloria*. De qvibus omnibus art. ſeqq. agunt.

III. *Noviſſima reſpiciunt regnum*

1. *Potentiæ*, ut finis vitæ mors, ejusqve oppoſita reſuſcitatio.

2. *Gratiæ*, cujus terminus 1. Cor. 15. eſt judicium univerſale juſtiſſimum.

3. *Gloriæ*, ubi remotis damnatis, vita æterna ad ſolos beatos ſpectat.

§. 3. Noviſſimorum primum eſt Mors, *inter illa videlicet, qvæ ſpectant ad tranſitum, ubi concurrit* שׁכב *jacere Jonæ 1, 5. Ruth. 3, 4.* liegen / *dormire* ſchlaffen *1. Sam. 3, 2. mortuum eſſe, 2. Chron. 12, 16. c. 14, 1. 1. Theſſ. 4, 13.* κοιμᾶσθαι *cubare, accumbere, dormire in ſepulcro, tanqvam in lectulo,* καθεύδειν *Luc. 8, 52.*

Canon: Mors, uti certiſſima & univerſaliſſima eſt, Hebr. 9, 27. Rom. 5. *ita ejus momentum omnibus & ſingulis incertiſſimum, ideoqve perpetuò meditandum eſt,* Sirac. 7, 40. in qva conſideratione ἐξαριθμήσασθαι zehlen / & numeratione dierum מנה ſumma latet ſapientia, Pſalm. 90, 13. Ratio eſt, qvia hæc ipſa deducit nos ad primum vitæ principium. Nam ſicut in Hebr. prima radix eſt אב & ultima תותח jaculum lethiferum Job. 41, 20. Luth. Hammer / (der gantzen Welt / NB. Jer. 50, 23.) cui cogna-

gnatum Græcum τιμη Todt/ privatio: Ita privatio vitæ temporalis deducit pios ad Patrem cœleſtem, vitæ principium, & fidei terminum, qvi eſt gloria æterna 1. Pet.1.

Nota 1. *Mors* eſt diſceſſus animi à corpore, qvæ reſpicit morſum mordentis ultimum mortiferum cum vitæ privatione conjunctum, ſive dentium læſionem & apprehenſionem, qvæ eſt ראש caput & principium omnis mali, ut cogitemus, ex primo Evæ & Adami morſu, morſum mortis & conſcientiæ, cum omnibus malis animi, corporis & fortunæ perveniſſe ad homines, qvi ad immortalitatem conditi erant. vid. Gen. 3. Rom. 5. & ſupra art. 28. 29. 32. & 36. A cujus violentia nos liberavit Salvator, noſter vitæ Princeps, dum morſum calcanei à ſerpente infernali ſuperavit, & per Mortem vicariam mortis potentiam devicit. vide ſup. art. 63. & 55. NB.

Nota 2. Mors accipitur I. *Impropriè*, & notat 1. *rem mortiferam* 2. Reg. 4, 40. Ex. 10, 7. 2. *mortem ſpiritualem* (1.) *fidelium*, qvi moriuntur peccato Rom. 6, 2, 11. Col. 1, 33. 1. Pet. 2, 24. & Legi tum morali Rom. 7, 1. 2. 4. Gal. 2, 19. tum ceremoniali Col. 2, 20. atqve mundo Gal. 4, 14. (2.) *Infidelium tum temporalem*, ex gratiæ amiſſione Matt. 8, 22. Luc. 9, 60. c. 15, 24. 1. Tim. 5, 6. Col. 2, 13. Eph. 2, 5. *tum æternam*, qvæ eſt mors ſecunda Apoc. 2, 11. c. 20, 14. c. 21, 8.

II. *Propriè* ex §. 4. NB.

Nota 3. Mors peccatoris ob peccatum alia naturalis, alia verò ſpiritualis eſt.

Nota 4. Mors notat omnis generis calamitates, & maledictionem tam temporalem qvàm æternam, adeoqve complectitur 1. æternum animæ & corporis interitum, 2. temporalem hominis obitum, 3. omnis miſeriæ & adverſitatis abyſſum. vid. ſup. art. 36.

Nota 5. Mors alia prima eſt, alia ſecunda, art. 141.

Nota 6. Mors alia eſt corporis peccati & veteris Adami artic. 98. alia ipſius peccatoris h. l.

Nota 7. Mors eſt privatio vitæ 1. naturæ univerſalis 2. gratiæ peccatoris, 3. gloriæ damnatorum. Sive mors 1. externa, 2. interna, 3. æterna. NB. inf. §. 4. Qvæ omnia includit divina comminatio, Gen. 2, 17. מות תמות θανάτῳ ἀποθανεῖσθε, des Todes ſterben/ NB. art. 36. §. 8. vid. art. 77. §. 17.

Nota 8. *Mors piorum* vocatur

I. *Somnus*, ſcil. non reſpectu animæ, ſed corporis.

II. *Hoſtis ultimus* 1. Cor. 15. qvæ appellatio monet accuratâ præparatione ad hanc pugnam opus eſſe.

III. *Reſolutio* ſive ἀνάλυσις Abſchied/ 2. Tim. 4, 6. & remigratio, poſtqvam λύσις ſolutio facta eſt. Metaphora ſumta *vel à nautis*, qvi naves funibus alligatas littoribus reſolvunt, per mortem enim appellimus à littore hujus ſeculi ad portum cœleſtis patriæ, Confer Philip. 1, 23. cupio diſſolvi ἀναλῦσαι aufgelöſet zu ſeyn / *vel ab artificibus*, qvi res compoſitas in partes ſuas diſſolvunt, qvibus ἀναλύειν eſt reſolvere & reſolvẽdo invenire principia totius compoſiti, per mortem enim corpus in elementa diſſolvitur, animaqve corpore ſoluta in aliam vitam migrat ex hoſpitio corporis Luc. 12, 36. ita, ut in poſterioribus analyticis concurrat ſimul analyſis 1. materiæ, 2. formæ. Qva de re Manuale agit art. 132. Conf. de architecturâ Repertorium Architectonicum, & de tabernaculi deſtructione 2. Cor. 5, 1.

IV. *Lucrum piorum*, Philip. 1, 21. ob permutationem 1. peccati in juſtitiam, 2. luctus cum gaudio, 3. terrenorum cum cœleſtibus. Nam κέρδος à κεαρ, qvaſi cor oblectans dicitur. Ein Gewinn/ der das Hertz erfreuet/ aliàs πορισμός. NB. 1. Tim. 6, 6. Unde Poriſmata. NB. vid. Theol. Exegetica, de obſervationibus Logicis.

V. Felix omnium malorum clauſula, τέλος Matth. 10, 22. à malo liberatio, & veræ lætitiæ atqve omnis boni initium. Confer plura mortis encomia, qvæ offert tum Manuale art. 132. tùm libellus, cui Tit. Sterbe-Schule/ NB.

§. 4. Mors formaliter eſt privatio vitæ, *ex diſſolutione animæ & corporis viventi eveniens: vel* naturaliter, *ob defectum caloris nativi, & humidi radicalis:* vel violenter. *Qvam corporis & animæ ſeqvitur ſeparatio.*

Nota 1. Mors generaliter conſiderata eſt naturæ deſtructio: In ſpecie verò mors piorum, eſt ſupremus malorum omnium terminus & tranſitus ad gloriam. vid. 2. Cor. 5, 6.

Ratio eſt, qvia Mors abſolutè conſiderata eſt affectio hominis lapſi: relatè conſiderata eſt malum pœnæ ſive pœna peccatoris, vid. art. 36. NB. propter Chriſtum verò credenti fit tranſitus ad gloriam.

Nota

Digitized by Google

Nota 2. Mors conſideratur h. l. non ſolùm, qvatenus pœna eſt peccato debita ex Art. 36. & impiis janua ad æternam damnationem; ſed imprimis qvatenus piis janua eſt ad vitam & gloriam æternam Luc. 16, 20. Joh. 5, 24.

Nota 3. Mors habet & portas, & umbram, & pulverem. I. *Portæ Mortis* nominantur Pſalm. 9, 14. Unde David prædicat exaltationem ex portis mortis, ὁ ὑψῶν με ἐκ τῶν πυλῶν τȣ̃ θανάτȣ מרוממי משערי מות der du mich erhöheſt aus den Thoren deß Todes. Kimchi h. l. explicat per imminens mortis periculum. Sicut janua domui eſt proxima, qvando jam imminet ſepulcrum Job. 17, 1. ſepulcra mihi קברים לי ſunt paratisſima. Τάφος (ex θάπτω ſepelio) das Grab iſt da. Alle Gräber ſtehen ſchon offen mich zuverſchlingen. II. *Umbram* צלמות Jerem. 2, 6. Conf. Luc. 1, 79. σκιὰ θανάτȣ der Schatten deß Todes NB. Pſal. 23, 4. vid. Pomerani Comm. in Jer. 2, 6. ubi omnia infauſta, deteriora metuenda, ut ovis in tenebroſa valle aberrans, uti ſedens homicida in carcere nil niſi mortem cogitat, ſomniat & trepidat, vel ſi mus currat, lictorem adeſſe putat, adeoqve totus eſt in morte, etiam anteqvam occidatur: vid. ibid. p. 43. III. *Pulvis mortis* Pſal. 22, 16. עפר εἰς χοῦν in deß Todes Staub legen. Unde peccator revertitur in pulverem Gen. 3.

§. 5. Cauſa efficiens mortis remota *eſt Diaboli ſeducentis*
malitia & invidia; Gen. 3. 1. Johan. 8, 44. Promerens *verò ho-*
minis delinqventis culpa. Rom. 5, 12. & 1. Cor. 15, 22. ſive Protoplaſto-
rum in primam transgresſionem conſenſus. Confer de immortali-
tate concreata artic. 28. Decernens *deniq; & in pœnam peccati*
mortem dirigens vindicis Dei ira ex Art. 36. vid. Pſalm. 90, 7. &
Gen. 3, 19. Qvibus poſitis ſeqvitur cauſa mortis efficiens proxi-
ma interna, *qvæ eſt humidi radicalis & caloris nativi defectus. Hæ*
enim cauſæ internæ intrinſecus operantur vitæ privationem & ani-
mæ à corpore ſeparationem, videlicet humoris nativi defectus, &
calidi innati ſuffocatio, externa verò vel violenta, vel voluntaria
eſt. Confer de αὐτοχειρίᾳ Auguſtinum lib. 1. C. D. c. 26. & imprimis
Gymnaſium Patientiæ p. 1051.

Canon 1. Mors eſt peccati ſtipendium, Rom. 6.

§. 7. *Reliqva huc ſpectantia offert Manuale art. 129. Chemnic. Examen, Gerhardus Tom. 7. Loc. & Conf. Cath. 19. vid. Mülleri Luth. Defenſ. c. 5. & 6.*

ARTICULUS CXXX.

De Polygamia.

Erunt duo in carnem unam, Matt. 19, 5.

§. 1.

HOſtis Conjugii eſt polygamia, *qva plures ſimul conjungit de facto.*

Nota 1. Polygamia eſt nuptiarum ſive γάμου multiplicatio.

Nota 2. Polygamia alia eſt ſimultanea, alia ſucceſſiva.

§. 2. Polygamia ſimultanea primæ conjugii inſtitutioni, ejusqve repetitioni repugnat, *uti conſtat ex Geneſ. 2. & Matth. 19.*

Nota 1. Vigore primæ conjugii inſtitutionis duo & non plures in carne unâ conjungi debent. vid. art. 128. §. 7. qvia verò Geneſ. 2, 25. illud שניהם ſie beyde / οἱ δύο, ambo illi, ſcilicet unicus mas, & unica fœmina, Adamus & Eva, poſt multiplicatum genus humanum ratione determinationis unius maſculi ad unicam fœminam, rationi videri poterat paulò obſcurior, & ob conſvetudinem per Lamechum introductam Gen. 4, 19. Polygamia probabilior, ideo Chriſtus Jeſus æterna Patris Sapientia, mentem ſummi Legislatoris, & verum hujus legis ſenſum exponit, Matt. 19, 6. qvando ea, qvæ in Geneſi Adamo adſcribuntur ut locutionis organo, ad Deum Patrem refert, qvi erat inſpiratæ locutionis principium infallibile, ſummum & primum. Qvamobrem qvod Lamechus primus omnium ex libidine introduxit, dum duas uxores ſimul ipſe duxit, illud poſterorum imitatio confirmavit: & Deus diſpenſando toleravit (ſicut & mores Iſraëlitarum ἐτροποφόρησε Actor. 13, 18.) ob generis humani & Eccleſiæ inprimis incrementum; Qvod ipſum tamen hodie, ex ore ipſius Salvatoris, ſimpliciter eſt prohibitum Matt. 19. & pœnâ capitali dignum. Confer *Altenſtaig* Lex. f. 58. b.

ubi

ubi ait: Non cum omnibus diſpenſabat Deus, ſed ſolùm cum illis, qvi benè ſciebant uti, qvia honeſtè & caſtè utebantur, & etiam, qvando erat neceſſe.

Nota 2. *Polygamia & Concubinatus diſtincta ſunt*, vid. Bruleſer lib. 4. ſent. diſt. 32. q. 8. ubi ait; *Concubina* vocatur 1. *propriè*, ſic eſt mulier, qvæ ad (concubitum) uſum Veneris non legitimè tenetur. Sic O. meretrices dicuntur concubinæ. 2. *communiter*, ſic poteſt dici omnis mulier; qvæ ad uſum Veneris tenetur, ſive legitimè, ſive illegitimè: ſic tamen, qvod non ſit principalis uxor viri. Sic uxores Abrahami & Jacobi vocantur concubinæ, qvia non erant æqvè principales in regimine domus, ut aliæ, ſed ancillæ uxorum principalium. Conf. פלגש Gen. 25, 6. Kebsweib. Uxor, ſed non primaria, nec hera, ſed ſerva, & ſecundaria primariæ adjuncta, eiqve ſubdita, ut Hagar. Unde & liberi ejus non erant hæredes paternorum bonorum, ſed legatis contenti erant, & dono emittebantur. Sed נשים ſunt uxores, qvæ ſcripto ſeu inſtrumento dotati, & ſolennibus ſponſalibus ſolenniter ducuntur. Qvorum neutrum concubinæ competit, ut Kimchi monet. vid. Merceri not. ad Lex Pagnini. Eſt enim פלגש qvaſi uxor diviſa פלג à marito איש, à qvo vera uxor & primaria appellatur אשה.

Nota 3. *Polygamia* ſucceſſiva ſive nuptiæ ſecundæ iteratæ &c. juri divino neqvaqvam ſunt contrariæ. vid. Rom. 7, 2. 1. Cor. 7, 39. Confer de nuptiis deſertorum &c. Mülleri Luth. defenſ. c. 7. Gerh. Tom. 7. L. L. & Confeſſ. Cath. art. 19. append.

§. 3. Reliqva *huc ſpectantia habet Manuale art. 130.*

ARTICULUS CXXXI.

De Scopo totius Theologiæ Salute conſummata, ejusqve certitudine.

Finis fidei eſt ſalus animarum, 1. Pet. 1, 9.

§. 1.

SCopus Theologiæ eſt ſalus conſummata per certa media homini miſero offerenda, conferenda & applicanda, *ut*

Digitized by Google

ſit beatus in regno gratiæ & gloriæ, qvod conſtat ex art. 37. 70. & 90. Confer Art. 27. §. 3. & ſupra art. 1. de duplici finis ultimi conſideratione, ratione intentionis, & ratione executionis atqve actualis poſſeſſionis, p. 186. NB. Confer Arriaga Tom. 2. p. 485. Beatitudo *eſt affluentia omnis boni ſpiritualis & æterni, cum excluſione omnis mali, adeoqve eſt collectio omnium perfectionum: eſt bonum, qvod ſatiat animam, redditqve hominem perfectè lætum ac qvietum. vid. infra articul. 142. §. 1. NB. Poſtqvam igitur conſideratum eſt Theologiæ*

1. *Subjectum*, Homo, in ſtatu præterito integritatis, Art. 28. & præſenti, tùm miſeriæ & corruptionis Art. 29. tùm gratiæ & reſtaurationis Art. 37.

2. *Remedium*, Chriſti meritum acqviſitum, oblatum & applicatum ex Art. 38. ſeqq. Reſtat, ut etiam ſtatus hominis plenariæ reſtitutionis & gloriæ futurus explicetur, qvi

3. *Scopum* totius Theologiæ, ſalutem nimirùm conſummatam, oſtendit. Nam Beatitudo à Theologo 1. intenditur ſup. p. 186. 2. acqviritur per fidem in juſtificatione. 3. poſſidetur inchoativè poſt tranſitum ex hac miſeriâ: & plenariè, poſt introitum in gloriam conſummatam.

Canon: Salutis oblationem & collationem ſeqvitur ejusdem conſummatio gratuita. Ratio eſt, qvia Gratia divina ſola ut initium, ſic complementum ſalutis addit: adeoqve ſolus Deus credentibus dat gratiam & gloriam propter Chriſtum, Pſal. 84, 12. vide ſupra art. 90. §. 1.

§. 2. Salus conſummata, eſt abſentia omnis mali & præſentia omnis boni.

Nota 1. *Salus vocatur beatitudo*, de qva vid. art. 1. §. 2. NB. & inf. art. 142. §. 1. vid. ſup. Articul. 52.

Nota 2. *Salus* credenti in hac vita per fidem in ſpeculo verbi oſtenditur 1. Cor. 13. Hebr. XI. atqve vocatur *ſalus gratiæ præſentis*; in alterâ verò vitâ per claram viſionem communicatur, & vocatur *ſalus gloriæ (futuræ)* Conf. Rom. 5, 10. Tit. 3, 6. 7. & inf. Art. 142.

§. 3. Salus conſummata easdem cauſas cum ſalute inchoatâ agnoſcit. *Eſt enim ejus* Efficiens *Deus*; meritoria *Chriſtus*

Digitized by Google

ſtus Hebr. 2, 10. Inſtrumentalis perſonalis *miniſtri verbi, qvi ſalvatores dicuntur Obad. v. 21.* realis offerens *verbum & ſacramenta;* apprehendens *Fides;* finis *Dei gloria.*

Nota: Salus animarum eſt finis & ſcopus fidei 1. Pet. 1. & conſummatum noſtrum ſolatium.

Ratio eſt, qvia ad ſalutem creati ſumus, & propter ſalutem à Spiritu S. ſanctificati ſumus. Unde & ſalutis causâ audimus verbum & utimur ſacramentis, omnesqve hujus mundi calamitates patienter ſuſtinemus.

§. 4. Salus conſummata ex cauſis certisſimis eſt certisſima. *vid. artic. 90. §. 1.*

Ratio eſt, qvia ſalutem gratiæ & gloriæ Deus confirmavit 1. promisſionibus verbi, 2. merito Chriſti, 3. ſacramentis gratiæ ſigillis. Conf. plura hujus certitudinis fundamenta ſup. Art. 109. Ex qvibus infallibiliter conſtat, qvod *ſalus credentis* æterna ejusqve certitudo, qvæ qvamdiu hîc vivit, *hypotheſin* finalis perſeverantiæ includit, *in ultimo mortis articulo abſoluta* ſit, ex finali Salvatoris apprehenſione. vid. ſup. art. 3. & Art. 77. & Marc. 16, 16. ego credo & baptiſatus ſum. E. ſalvus ſum. Confer 2. Tim. 1, 12. *Poſitis E. omnibus ſalutis cauſis actu præſentibus, etiam ſalus ipſa ponitur infallibiliter.* Qvæ veritas infallibilis porrò patet

1. *à priori.* Omnis filius Patris cœleſtis per fidem verus eſt hæres ejusdem Patris. (Si enim filii, ergò & hæredes ſumus Rom. 8, 17.) Sed omnis credens eſt filius Dei Johan. 1, 12. Qvia omnis Chriſtum vera fide recipiens eſt filius Dei. Confer de vera fide artic. 93. §. 2. & 11. & de juſtificationis certitudine art. 94. §. 8.

2. *à poſteriori* in agone. Qvicunqve virtute Dei cuſtoditur & perſeveranter credit usqve ad finem, ille ſalvatur. 1. Pet. 1. Mat. 24. Ego credo &c. ergo ſalvus ſum. Qvia in hoc ultimo *νῦν* Salvatorem teneo Luc. 2. & verbum infallibile. Johann. 8. ſigillis ſacramentalibus confirmatum Marc. 16. Mat. 26. Ergo non videbo mortem in æternum. Confer Hortulum animæ ex Anshelmo. Cujus verba repetit liber, cui Tit. das Gottſelige Alter. vid. ſup. art. 77. & 109.

Nota 1. Salus noſtra eſt inſtar depoſiti, qvod Deo commiſimus, qvi eam paravit & cuſtodit in cœlis. vid. 2. Tim. 1, 12. Qvamobrem & ipſe

ipſe, qvi bonum opus in nobis incepit, etiam continuabit illud, in finem usqve, qvod & poteſt præſtare, qvia omnipotens eſt, & vult, qvia verax & miſericors, qvi negare ſe ipſum non poteſt. vid. ſupra articul. 77. NB.

Nota 2. Deus coronam vitæ ab æterno paratam dat electis 1. in hâc vitâ, ſed in ſpe, 2. in morte re ipsá qvidem, ſed inchoatè, 3. in die extremo perfectisſimè.

§. 5. Ad ſalutis conſummationem pertinet ratione termini ad qvem translatio in gloriam finaliter credentis, *qvi in momento ex mutabilitate tranſit in beatam immutabilitatem, Luc. 2, 29. ratione animæ in ipſa morte; ratione verò corporis & animæ ſimul in extremo die inf. Art. 140. poſt corporis reſuſcitationem, & cum animâ unionem inf. Art. 134.*

§. 6. Translatio hæc attendit diſtincta momenta, qvæ vocantur Novisſima. *vid. artic. 132. & ſunt*

I. *Antecedentia ſalutem conſummatam*, mors & ſtatus animæ atqve corporis, & poſt eandem conſummatio ſeculi, Judicis adventus, reſuſcitatio & judicium.

II. *Oppoſita* ſalutis, damnatio videlicet, & infernalis miſeria.

III. *Ipſa ſalus conſummata*, ſive vita & gloria æterna. De qvibus porrò dicendum erit usqve ad artic. 142.

§. 7. *Pleniorem bujus articuli Exegeſin, inprimis qvoad ſalutis certitudinem & obſtaculorum remotionem, exhibet Manuale Theol. artic. 131.*

Articulus CXXXII.

De Noviſſimis Salutem antecedentibus, & in ſpecie de Morte.

Salus patefiet in tempore noviſſimo, 1. Pet. 1, 5. Ergò memorare noviſſima, Sirac. 7, 40.

§. 1. No-

Digitized by Google

§. I.

NOviſſima ſunt, qvæ tempore noviſſimo cum fine hujus vitæ & ſeculi univerſi reſtant.

Nota 1. *Novisſimum* opponitur vetuſtisſimo. (& novare eſt novum ſive recens facere.) qvemadmodum etiam novus veteri & vetuſto opponitur, ideoqve novisſimum eſt nuperrimum, & ultimum, das allerneulichſte/ poſt qvod aliud non reſtat. Sive poſtremum, qvæ enim recenter fiunt, illa ultimum locum obtinent, ſic noviſſima exempla Tacitus appellat, qvæ ſunt recentiſſima. Et dies ultimus vocatur noviſſimus.

Nota 2. *Noviſſimum* dicitur vel de rebus, vel de tempore ultimo, in qvo noviſſima illa eveniunt.

Nota 3. *Tempus noviſſimum* reſpicit.

1. *Totum Tempus* à Chriſto nato, uſqve ad conſummationem ſeculi, 1. Joh. 2,18.

2. *Ultima mundi tempora*, paulo ante extremum diem, qvæ vocantur καιροὶ χαλεποὶ, difficiles & moleſti, ſchwere Zeiten / propter difficiles & importunos homines piis moleſtos, inſtar Dæmoniacorum Matt. 8, 28. qvi ſævi ſupra modum. Ubi incarnati Diaboli, laqveis infernalibus ad ipſius voluntatem capti 2. Tim. 2, 26. alios miſerè torqvent, ut tempora extrema ſint horrenda greuliche Zeiten / Confer 2. Tim. 3, 3. Nam χαλεπὸς eſt pernitioſus, gravis, difficilis, noxius, moleſtus ex χαλέπτω, lædo, damno afficio, everto, labefacto. Unde χαλεπότης difficultas.

Ratio eſt, qvia concurrunt zizania copioſa in omnibus ſtatibus Matt. 13,39. Satanæ furor Apocal. 12, 12. bella c. 20, 9. Tyrannis, injuſtitia, & charitatis ſuffocatio Matt. 24, 12. Qvibus opponuntur dies boni piis promiſſi Pſal. 34,13.

Nota 4. τὸ אחרון apud Hebræos, τὸ ἔσχατον apud Græcos, & Noviſſimum apud Latinos, non ſemper præcisè ultimum, ad qvod nihil ſeqvatur aliud, notat, ſed id, qvod ſeqvitur & poſterius eſt, ſive proximè ſeqvatur, ſive remotè, & ſic reſpectum habet, ad id, qvod prius eſt, licèt alia etiam hoc noviſſimum ſeqvantur. Sic Goël noſter reſurgens poſt Jobi tempora Job. 19, 25. etiam ipſum Jobum reſuſcitat in noviſſimo die. Sic Eccleſ. 1, 11. אחרון denotat impoſterum, poſtea, das hernach

nach komt / bey den Nachkommen. Sic & ἔσχατος eſt extremus, ultimus, poſterior, & ἔσχατον eſt extremitas, ab ἔχω vel ἴσχω inhibeo. Qvi enim ultimi veniunt, obice aliqvo fuere præpediti & inhibiti.

Nota 5. Tempora Apoſtolorum rectè dicuntur *hora noviſſima*; qvæ neqvaqvam unicum temporis punctum reſpicit, ſed ſexaginta minuta habet diſtinctiſſima, ſoli Deo, cui mille anni ſunt dies unus 2. Pet. 3, 8. notiſſima.

§. 2. Noviſſima ſunt diſtinctiſſima. *Nam*

I. alia ſunt *Macrocoſmi*, mundi univerſi finis, alia verò ſunt *Microcoſmi* ſive hominis, ubi dantur noviſſima *Hominum*, qvæ ſunt alia *omnium*, ut Judicium, alia *ſingulorum*, ut mors, pœna, gloria.

II. *Noviſſima* ſunt alia pertinentia ad *tranſitum*, ut mors, reſurrectio, judicium, mundi conflagratio; alia verò pertinentia *ad terminum*, qvi tranſitum conſeqvitur, immutabilem, immediatè oppoſitum, videlicet æterna impiorum *pœna*, & piorum *gloria*. De qvibus omnibus art. ſeqq. agunt.

III. *Noviſſima reſpiciunt regnum*

1. *Potentiæ*, ut finis vitæ mors, ejusqve oppoſita reſuſcitatio.

2. *Gratiæ*, cujus terminus 1. Cor. 15. eſt judicium univerſale juſtiſſimum.

3. *Gloriæ*, ubi remotis damnatis, vita æterna ad ſolos beatos ſpectat.

§. 3. Noviſſimorum primum eſt Mors, *inter illa videlicet, qvæ ſpectant ad tranſitum, ubi concurrit* שכב *jacere Jonæ 1, 5. Ruth. 3, 4.* liegen / *dormire* ſchlaffen *1. Sam. 3, 2. mortuum eſſe, 2. Chron. 12, 16. c. 14, 1. 1. Theſſ. 4, 13.* κοιμᾶσϑαι *cubare, accumbere, dormire in ſepulcro, tanqvam in lectulo,* καθεύδειν *Luc. 8, 52.*

Canon: Mors, uti certiſſima & univerſaliſſima eſt, Hebr. 9, 27. Rom. 5. *ita ejus momentum omnibus & ſingulis incertiſſimum, ideoqve perpetuò meditandum eſt,* Sirac. 7, 40. in qva conſideratione ἐξαριθμήσασϑαι zehlen / & numeratione dierum מנה ſumma latet ſapientia, Pſalm. 90, 13. Ratio eſt, qvia hæc ipſa deducit nos ad primum vitæ principium. Nam ſicut in Hebr. prima radix eſt אב & ultima תותח jaculum lethiferum Job. 41, 20. Luth. Hammer / (der gantzen Welt / NB. Jer. 50, 23.) cui cogna-

gnatum Græcum τὴν Todt/ privatio: Ita privatio vitæ temporalis deducit pios ad Patrem cœleſtem, vitæ principium, & fidei terminum, qvi eſt gloria æterna 1. Pet. 1.

Nota 1. *Mors* eſt diſceſſus animi à corpore, qvæ reſpicit morſum mordentis ultimum mortiferum cum vitæ privatione conjunctum, ſive dentium læſionem & apprehenſionem, qvæ eſt ראש caput & principium omnis mali, ut cogitemus, ex primo Evæ & Adami morſu, morſum mortis & conſcientiæ, cum omnibus malis animi, corporis & fortunæ perveniſſe ad homines, qvi ad immortalitatem conditi erant. vid. Gen. 3. Rom. 5. & ſupra art. 28. 29. 32. & 36. A cujus violentia nos liberavit Salvator, noſter vitæ Princeps, dum morſum calcanei à ſerpente infernali ſuperavit, & per Mortem vicariam mortis potentiam devicit. vide ſup. art. 63. & 55. NB.

Nota 2. Mors accipitur I. *Impropriè*, & notat 1. *rem mortiferam* 2. Reg. 4, 40. Ex. 10, 7. 2. *mortem ſpiritualem* (1.) *fidelium*, qvi moriuntur peccato Rom. 6, 2, 11. Col. 1, 33. 1. Pet. 2, 24. & Legi tum morali Rom. 7, 1. 2. 4. Gal. 2, 19. tum ceremoniali Col. 2, 20. atqve mundo Gal. 4, 14. (2.) *Infidelium tum temporalem*, ex gratiæ amiſſione Matt. 8, 22. Luc. 9, 60. c. 15, 24. 1. Tim. 5, 6. Col. 2, 13. Eph. 2, 5. *tum æternam*, qvæ eſt mors ſecunda Apoc. 2, 11. c. 20, 14. c. 21, 8.

II. *Propriè* ex §. 4. NB.

Nota 3. Mors peccatoris ob peccatum alia naturalis, alia verò ſpiritualis eſt.

Nota 4. Mors notat omnis generis calamitates, & maledictionem tam temporalem qvàm æternam, adeoqve complectitur 1. æternum animæ & corporis interitum, 2. temporalem hominis obitum, 3. omnis miſeriæ & adverſitatis abyſſum. vid. ſup. art. 36.

Nota 5. Mors alia prima eſt, alia ſecunda, art. 141.

Nota 6. Mors alia eſt corporis peccati & veteris Adami artic. 98. alia ipſius peccatoris h. l.

Nota 7. Mors eſt privatio vitæ 1. naturæ univerſalis 2. gratiæ peccatoris, 3. gloriæ damnatorum. Sive mors 1. externa, 2. interna, 3. æterna. NB. inf. §. 4. Qvæ omnia includit divina comminatio, Gen. 2, 17. מות תמות θανάτῳ ἀποθανεῖσθε, des Todes ſterben/ NB. art. 36. §. 8. vid. art. 77. §. 17.

Nota 2. Mors conſideratur h. l. non ſolùm, qvatenus pœna eſt peccato debita ex Art. 36. & impiis janua ad æternam damnationem; ſed imprimis qvatenus piis janua eſt ad vitam & gloriam æternam Luc. 16, 20. Joh. 5, 24.

Nota 3. Mors habet & portas, & umbram, & pulverem. I. *Portæ Mortis* nominantur Pſalm. 9, 14. Unde David prædicat exaltationem מרוממי משערי
ex portis mortis, *ὁ ὑψῶν με ἐκ τῶν πυλῶν τοῦ θανάτου*
מות der du mich erhöheſt aus den Thoren deß Todes. Kimchi h. l.
explicat per imminens mortis periculum. Sicut janua domui eſt proxi-
ma, qvando jam imminet ſepulcrum Job. 17, 1. ſepulcra mihi קברים לי
ſunt paratisſima. Τάφος (ex θάπτω ſepelio) das Grab iſt da. Alle Grä-
ber ſtehen ſchon offen mich zuverſchlingen. II. *Umbram* צלמות
Jerem. 2, 6. Conf. Luc. 1, 79. *σκιὰ θανάτου* der Schatten deß Todes NB.
Pſal. 23, 4. vid. Pomerani Comm. in Jer. 2, 6. ubi omnia infauſta, deteriora
metuenda, ut ovis in tenebroſa valle aberrans, uti ſedens homicida in
carcere nil niſi mortem cogitat, ſomniat & trepidat, vel ſi mus currat, li-
ctorem adeſſe putat, adeoqve totus eſt in morte, etiam anteqvam occi-
datur. vid. ibid. p. 43. III. *Pulvis mortis* Pſal. 22, 16. עפר *εἰς χοῦν* in deß
Todes Staub legen. Unde peccator revertitur in pulverem Gen. 3.

§. 5. Cauſa efficiens mortis remota *eſt Diaboli ſeducentis malitia & invidia; Gen. 3. 1. Johan. 8, 44.* Promerens *verò hominis delinqventis culpa. Rom. 5, 12. & 1. Cor. 15, 22. ſive Protoplaſtorum in primam transgresſionem conſenſus. Confer de immortalitate concreata artic. 28.* Decernens *deniq; & in pœnam peccati mortem dirigens vindicis Dei ira ex Art. 36. vid. Pſalm. 90, 7. & Gen. 3, 19. Qvibus poſitis ſeqvitur* cauſa mortis efficiens proxima interna, *qvæ eſt humidi radicalis & caloris nativi defectus. Hæ enim cauſæ internæ intrinſecus operantur vitæ privationem & animæ à corpore ſeparationem, videlicet humoris nativi defectus, & calidi innati ſuffocatio, externa verò vel violenta, vel voluntaria eſt. Confer de αὐτοχειρίᾳ Auguſtinum lib. 1. C. D. c. 26. & imprimis Gymnaſium Patientiæ p. 1051.*

Canon 1. Mors eſt peccati ſtipendium, Rom. 6.

Digitized by Google

Canon 2. Mors non eſt à Deo creatore, ſed à juſto judice; ob antecedens peccatum mortem peccatorum juſto judicio deſtinatam, vid. Heb. 2, 14. ordinante & diſponente, ut credenti ſit tranſitus ad vitam, incredulis verò ad mortem & miſeriam æternam.

§. 6. Subjectum mortis temporalis, *de qva illa prædicatur*, ordinariè eſt homo peccator *Rom. 5, 12.* omnis, ſed non totus, *qvia anima eſt immortalis ex Art. 133. Conf. Eccleſ. 12, 7. Sap. 2, 1 c. 3, 1 Ideoq;* ſubjectum inhæſionis, qvod moritur, *eſt totus homo, ratione totius compoſiti ſpectatus Gen. 5, 8. 11. cujus tam animam, qvàm corpus attinet vinculi naturalis ſolutio, & unitorum vera ſeparatio.* Subjectum verò, qvo moritur; *homo, eſt corpus, qvod aboletur ſolum, dum anima manet ſuperſtes.*

Nota 1. Mors nullam patitur exceptionem, qvia in nullo prorſus eſt exceptio peccati. Er iſt ein unbarmhertziger Schuldheiß / exactor; Und ſtrenger Schuld-einmahner NB. Pſal. 55, 16. vid. 2. Reg. 4, 1. der niemand ſchonet / non obliviſcitur debiti, נשה Er übereylet die Gottloſen / ejicit. Gen. 41, 14. repetit vitam. NB. Luc. 12, 20. 40. repentè Pſal. 73, 19. gantz unvermuthet vid. Dan. 5.

Not. 2. Omnibus moriendum eſt ordinariè, & qvidem ſemel Heb. 9, 27. reſpectu naturalis conditionis, *cui non obſtat myſterium.* 1. *mutationis* eorum, qvos extremus dies vivos deprehendet, qvibus aliqvid mortis analogum tribuitur 1. Cor. 15, 53. 2. *translationis* Enochi & Eliæ extraordinaria Gen. 5. & 2. Reg. 2. 3. *iterationis* in reſuſcitato Lazaro Johan. XI. & aliis.

Nota 3. Chriſtus mortem ſubiit vicariam, non ſibi, ſed noſtris peccatis debitam ſup. Art. 63. mortem noſtram abſorpſit.

Nota 4. Morti competit imperium in homines, qvatenus ſunt extra Chriſtum, in Chriſto verò ſunt mortis Domini. vid. Hebr. 2, 14.

§. 7. Forma mortis abſolutè conſideratæ eſt privatio vitæ *animæ & corporis unionem ſolvens, & ſeparationem veram inferens, adeoq; orta in vivente, ex diſſolutione vinculi naturalis animæ & corporis, unde utriusq; vera oritur* ſeparatio, *& localis. vid. Luc. 12, 20. cap. 23, 43.* relatè *verò ad peccatores incredulos eſt* con-

conjuncta cum τιμωρία ex artic. 36. NB. credentibus autem propter Chriſtum eſt παιδεία & caſtigatio paterna, ob peccata remiſſa, cum benevolâ diſpoſitione, ut fiat ipſis ſomnus Job. XI. & janua ad vitam æternam. vid ſup. Art. 108.

Nota 1. Mors per ſe ſemper eſt pœna peccati: Æterna per Chriſtum ablata eſt credentibus; Temporalis verò manet etiam ſubeunda credentibus, ob materiale peccati reſiduum, pœnæ tamen locum propriè non habet, qvia non à Deo irato infligitur, neqve in malum finem, ſed ut ſit tranſitus ad vitam. vid. Art. 108. & art. 36.

Nota 2. Mors piorum eſt ſomnus ἀνάλυσις, & ad portum deductio ex §. 3.

Nota 3. Mors piorum eſt liberatio ab omni malo, & omnis boni initium. vid. art. 142.

Ratio eſt, qvia in ultimo mortis articulo fides Chriſtum Victorem Mortis, ejusqve Verbum retinet, & mortem non videt ut pœnam, ſed ut vitæ januam. Johan. 8. Confer de ſuſpiriis agonizantium ſup. art. 56. §. 1. NB. Und wenn ich nicht mehr reden kan / So nimm mein letztes Seufftzen an / Durch JEſum CHriſtum / Amen.

Nota 4. Chriſtiani ſuos in morte non amittunt, ſed præmittunt.

Canon: *Chriſtianus conſiderat mortem à priori in cauſis ſuis naturalibus, & ratione formalis inde orti*, qvatenus eſt peccati pœna temporalis, qvam ſeqvitur æterna ex Art. 36. *ſed ratione materialis reſidui*, cui aculeus peccati per Chriſtum remiſſi eſt ablatus ſup. Art. 63, & à poſteriori atqve ratione termini, ad qvem illa credentem deducit Johan. 8. vid. Lutheri com. in Gen. 22. de mortis anima, qvæ eſt terror mortis & mortificat animam.

§. 8. Finis & effectus *mortis reſpectu piorum & impiorum diſtinctus eſt ex §. 7. Nam 1.* in ſe *ſpectata mors eſt pœna peccati ejusqve ſtipendium, Rom. 6. 2.* reſpectu objecti 1. credentis *eſt paterna caſtigatio, & ad meliorem vitam translatio, Luc. 16. 2.* reſpectu increduli *eſt janua mortis & æterna miſeria.*

Nota: In morte hominis credentis plenaria fit liberatio à peccatis & ſervitute peccati. vid. art. 135. Imò pii non vident mortem ratio-

 ne

Digitized by Google

ne formalis, nec guſtant eam ut impii Joh. 8, 51. ſed in pace diſcedunt Luc. 2. & obdormiunt Joh. XI. in Chriſto, licèt videant ejus materiale & externam ſpeciem Luc. 2, 26.

§. 9. Adjuncta mortis *oſtendunt 1. antecedentia, 2. concomitantia, 3. conſeqventia.*

§. 10. Antecedentia mortis ſunt varia mala ex peccato orta, *ex Rom. 8, 35.* nec non piorum ſolatia, *ex meditatione futuræ gloriæ. Unde non rarò concurrunt 1. metus, 2. deſiderium, 3. morbus.*

Aſſertio I. Metus mortis eſt viventi naturalis. Cujus cauſa tollitur per remedia & antidota efficaciſſima.

Nota 1. *Naturale eſt peccatori, formidare mortem*, velut peccati ſtipendium Rom. 6. & ultimum hoſtem 1. Cor. 15. in cauſis ſuis naturalibus, ſiqvidem à peccato ortum habet, in hominibus graſſatur, & naturale vinculum corporis atqve animæ ſolvendo ipſam naturam deſtruit, atqve incredulos in mortem æternam præcipitat, art. 141.

Nota 2. *Metum mortis fides in Chriſtum tollit*, qvæ ex eo, qvod naturâ ſuâ eſt horribiliſſimum malum, dulciſſimum facit ſomnum, Johan. XI. & vera ſuppeditat ſolatia, ut pius moriatur intrepidè, ceu miles ſtrenuus, curſor, & fidelis depoſitarius 2. Tim. 4.

Nota 3. Mors per verbi perſpectivam conſiderata qvies eſt, & dulce refrigerium animæ atqve cordis. Confer collectionem pedum Jacobi Gen. 49. conſummato curſu 2. Tim. 4. tendentis ad metam, & ad qvietem ſe componentis Eſa. 57. Apoc. 14, 13.

Nota 4. Hoc ingenium habet mors non ex cauſis naturalibus, ſed à Chriſto, qvi Mortis imperium deſtruxit, & vitam ac immortalitatem reduxit, Hebr. 2, 14. Conf. art. 63. & ſolatia generalia ex art. 108. & Philip. 1, 23. Qvæ numero plurima offert Gymnaſium Patientiæ, nec non die Sterbe-Schul / das Gottſelige Alter / & Manuale art. 132.

Aſſertio II. Deſiderium mortis ordinatum & Chriſtianum eſt laudabile. vid. Philip. 1.

Nota 1. Deſiderium mortis aliud eſt vitioſum, aliud pium & licitum.

Nota 2. Mortis deſiderium in piis non eſt naturæ, ſed gratiæ. vid. Philip. 1, 23.

Nota

Nota 3. Deſiderium mortis licitum eſt homini ratione ſui Chriſtianiſmi, melius enim eſt eſſe cum Chriſto & vivere æternùm, qvàm vivere & peccare in mundo; non verò ſemper ratione officii & reſpectu proximi mors ſimpliciter præferenda & exoptanda eſt.

Nota 4. Deſiderium mortis cum vitæ tædio conjunctum apud multos eſt in tempeſtivum, cum impatientiâ conjunctum. Confer. Job. 3. Jer. 25. 1 Reg. 19, 4. NB. Gerhardum T. 8. p. 105.

Nota 5. Mortem optare non debent 1. impii & impœnitentes, 2. malorum impatientes, 3. ſub laboribus deficientes.

Nota 6. Rectè mors optatur à piis, voluntatem Dei ſemper includentibus, 1. ex deſiderio perfectæ ſanctitatis & ſcientiæ, 2. videndi Deum, 3. qvietis, 4. liberationis à mundanâ vanitate. Conf. Gymnaſium Patientiæ p. 1031.

Aſſertio III. Morbi ſunt mortis prodromi, piis atq; impiis communes, qvi tamen reſpectu credentis & increduli toto cælo differunt.

Ratio eſt, qvia morbi impiorum ſunt *τιμωρία*; morbi verò piorum vel pædia, vel docimaſia ſunt. vide artic. 108. NB. Adeoqve credentibus ſunt 1. peccati reſidui monitorium, 2. pietatis exercitium, 3. Patientiæ Gymnaſium, 4. pœnitentiæ & humilitatis memoriale perpetuum. vide Solatia Sterb-Schul. NB. Impiis verò morbi manent tortores Pſ. 32, 9. vid. Mat. 8, 6. *βασανιζόμενος*. Hat groſſe Qvaal NB. die Peiniger Mat. 18, 34. ſicut in inferno Luc. 16, 23. Apoc. 14, 11. & prægustus tormentorum infernalium, qvia peccata proæretica multiplicata aculeum mortis acuunt, 1. Cor. 15. & pœnas atqve dolores tam temporales qvàm infernales ſtolidè multiplicant. Unde & morbus vocatur *μάστιξ*, Marc. 3, 10. ſicut tribunus Paulum jubebat flagris examinari Act. 22, 24. *μάστιξιν ἀνετάζεσθαι* (*ἀνετάζω*, inqviro, qvæſtioni ſubjicio. Wie man einen peinlich befraget/ *ἐτάζω* examino.)

Nota 1. Deus lethalibus qvoqve morbis affligit pios, ne reſtitutionem valetudinis Medicorum operæ adſcribant, ſed ſoli Deo. Pſal. 115.

Nota 2. Reſtitutio valetudinis tribuenda eſt divinæ miſericordiæ.

Nota 3. Etiam lethales morbi per preces mutantur Eſa. 38. Conf. ſolatia, de qvibus agit Gymnaſium Patient. p. 959. & Sterb-Schul NB.

Nota 4. Suſpiria ægrotorum moribundorum non ſemper ſunt ſigna impatientiæ, ſed ipſius Chriſti gemitibus ſanctificata.

§. II. Con-

§. II. Concomitantia mortis ſunt 1. Tempus, 2. Genus, 3. Modus.

Aſſertio I. Tempus mortis eſt divinitùs determinatum & terminus vitæ cuivis non abſolutè aut fataliter, ſed certo reſpectu conſtitutus eſt. Conf. ſup. Art. 23. de providentiâ, & Job. 1. 5.

Canon 1. *Terminus vitæ cuivis divinitus conſtitutus eſt certiſſimus.* vid. Job. 14, 5. & Manuale art. 23. NB.

Nota 1. *Terminus vitæ non eſt fatalis*, aut Stoicus, ex abſoluto Dei decreto pendens; nec fortuitus, aut Epicureus, ſed divinitus conſtitutus (nec ſolùm à nuda ſcientia, ſed etiam à ſapientiſſima providentiæ curâ dependens.) ſive qvanti ineſſe debiti determinatio.

Nota 2. *Terminus vitæ pro ratione cauſarum* naturalium, Politicarum, Eccleſiaſticarum, aut Oeconomicarum, qvæ qvantitatem illam determinant, eſt vel longior, vel brevior.

Nota 3. *Terminus vitæ eſt vel phyſicus*, vel hyperphyſicus.

Nota 4. *Terminus phyſicus* reſpicit cauſas naturales, ordinariè agentes, ſpeciales qvidem, qvas tamen generales mutare poſſunt.

Nota 5. *Terminus hyperphyſicus eſt*, qvem Deus extraordinariè, ob aliarum cauſarum interventum conſtituit. Ubi patet exemplo Hiſkiæ, Eſa. 38.

Nota 6. *Terminus vitæ extraordinarius*, eſt vel gratiæ, vel iræ.

Nota 7. *Terminus gratiæ* vitam vel prolongat piis, & impiis (ob converſionem, 2. Pet. 3. Rom. 2.) vel decurtat.

Nota 8. *Terminus iræ* vitam decurtat impiis.

Canon 2. Terminum vitæ ſuæ nemo præciſè ex qvacunqve cauſâ ſcire poteſt.

Canon 3. Terminum vitæ, aut mortis horam à Magis, præſtigiatoribus, aut ex aſtris inqvirere impium eſt. vid. Jer. 10, 2. vide de Aſtrologia. Manuale articul. 23. NB. & infra libro 3. Repertorium Aſtrologicum.

Canon 4. Terminus vitæ non eſt in noſtra poteſtate, ſed à Deo, non ſine reſpectu ad preces Eſa. 38. obedientiam Exod. 20, 12. Pſ. 55, 24. piorum emolumentum Sap. 4, 10. ſapientiſſimè conſtitutus. DEUS enim eſt vita noſtra, & longitudo dierum Devt. 30, 20. Confer de impiis

2. Sam.

Digitized by Google

2.Sam. 18,14. Gen. 38,7. Pſalm. 55, 24. 1. Sam. 31, 4. Sirac. 37,13. vid. Gymnaſ. Patient. p. 1037.

Poriſma : Ergò tempus mortis ſoli Deo unicè notum eſt determinatè, qvod aliis ante nativitatem, aliis ſtatim poſt nativitatem, aliis in primo ætatis flore, aliis in ſera ſenectute demum evenire docet experientia.

Nota 1. Piorum infantes in utero extincti, ratione culpæ originalis æterno ſupplicio digni ex art. 36. propter Chriſtum fiunt vitæ æternæ Candidati. vid. ſupra art. 87. & inf. articul. 134. nec non Gymnaſ. Pat. p. 1160.

Nota 2. Longævitas inſigne Dei donum eſt. vid. Pſal. 91, 15. & Höpfneri Comm. h. l.

Nota 3. *Senectus vel eſt moleſta*, qvam Salomo deſcribit Eccleſ. 12. vid. Gottſelig Alter / ubi & mala & malorum antidota explicantur; *vel jucunda*, cum vigore virium animi & corporis conjuncta. Cujus exemplum exhibet *Moſes*, de qvo Devt. 34, 7. dicitur: Seine Krafft war nicht verfallen. Non aufugit viror ejus: non emarcuerat, vel evanuerat. Senectus nullum ei attulit incommodum, qvæ alias ſolet eſſe ſiccior, valebat adhuc acie oculorum, & facies erat ei ſemper ſucculenta, uti Vatablus ex Gallico explicat: viſage frais. *Et Caleb* Joſua 14. anno ætatis 85. erat ſemper idem. Conf. Devt. 33, 25. Dein Alter ſey wie deine Jugend / דבאך. Talis ſenex, qvalis juvenis. Qvale etiam hoc ſeculo vidimus exemplum Jenæ, ubi B. *D. Johann Major*, poſt exantlatos labores innumeros, annum ſuperavit nonageſimum, ita, ut octogenarius adhuc gauderet felici tam corporis, & oculorum, qvàm animi, memoriæ inprimis atqve judicii, conſtitutione.

Nota 4. Vita noſtra, qvantacunqve etiam ſit, tamen mera peregrinatio eſt, qvotidiè tendens ad terminum ſingulis momentis imminentem, ideoqve monet, ut baculo verbi muniti, & S. Cœnæ viatico inſtructi tanqvam in diverſorio viventes cum gaudio pergamus ad Dominum. Conf. Pſal. 23. & 2. Cor. 5, 1.

Aſſertio II. Genus mortis varium eſt. Alia enim mors eſt naturalis ex §. 4. alia violenta, ut Martyrum ſup. art. 108. & maleficorum, alia qvaſi violenta, ſubitanea, ex Apoplexia, morbis violentis, peſte, &c. de qvibus omnibus vid. Gymnaſium Patientiæ.

Digitized by Google

Canon 1. *Chriſtianus certus eſt, qvod nec genus nec tempus mortis poſſit ſeparare credentem à Chriſto Jeſu,* Rom. 8.

Ratio eſt, qvia neqve in cœlo, neqve in terra, neqve in mari, neqve in inferno eſt qvicqvam tantæ potentiæ, tantæ fraudis ac malitiæ, qvod victoriam nobis eripere, aut à gratia & favore Dei, qvem Chriſtus Jeſus merito ſuo nobis acqviſivit, nos avellere poſſit.

Canon 2. Credentium ſalus certa eſt, qvocunqve tempore moriantur, ſive vigilantes, ſive dormientes vitam finiant. Sunt enim in manu Dei, à qvo ſalvum habent conductum, qvi & vigilantium greſſus dirigit, & dormientium halitum cuſtodit. vid. Pſal. 121. & 31.

Aſſertio III. Modus mortis reſpectu piorum & impiorum eſt diſtinctiſſimus. Illi enim moriuntur beatè, adeoqve intrepidi in fide, in Domino, in pace: Hi verò infeliciſſimè cum gemitu, fremitu & deſperatione. Confer ſup. § 10.

§. 12. Conſeqventia mortis & varia ſunt, & reſpectu tam piorum, qvàm impiorum diſtinctiſſima.

Ratio eſt, qvia conſeqventia mortis reſpiciunt vel mortuum ipſum, ejusqve ſtatum & receptaculum, tùm animæ, de qvo art. 133. tùm corporis, de qvo art. 135. vel ſuperſtites lugentes, ex art. 135.

Nota 1. Ex mortis conditione ſeqvitur *lugendos eſſe defunctos*, qvod probatur dictis & exemplis. vid. Gen. 50, 1. Sirac. 38, 16. c. 7, 37. c. 22, 11. Eccleſ. 7, 3.

Nota 2. Materiam luctus ſuppeditat non tantùm privatio noſtrorum amicorum, ſed & peccatum, qvod corrumpit naturam, & mortem intulit in mundum.

Poriſma: Ergò Epicurei ſunt, qvi iſtâ generis humani calamitate non afficiuntur. Ratio eſt, qvia defunctorum luctus eſt

1. commonefactio miſeriarum, Gen. 3. vid. art. 36.
2. incitamentum ad veram pœnitentiam.
3. teſtimonium charitatis & debitæ æſtimationis donorum divinorum, qvæ in defunctis erant conſpicua. vid. Lutheri comm. in Geneſ. de luctu Abrahami & Saræ obitu &c.

Nota 3. Luctum ſæpe magnum & inutilem parit Chriſtiano indigna ignorantia.

Canon 1. *Defuncti Chriſtianorum lugendi ſunt moderatè*, ne reluctari

ſtari Deo, aut invidere noſtris qvietem, aut etiam de meliori vita deſperare videamur 1. Theſſ.4, 13. ſicut cæteri λοιποὶ, μὴ ἔχοντες ἐλπίδα, die keine Hoffnung haben/ſcil. reſurrectionis v. 14.

Canon 2. Immoderatus defunctorum, tanqvam planè amiſſorum luctus gentilium proprius à Chriſtianis debet eſſe alieniſſim9, cùm ſuos per mortem non amittant, ſed præmittant, & in vita æterna ſibi reddendos eſſe ſciant. Confer reſtitutionem adoleſcentis reſuſcitati, qvem Salvator matri reddidit, Luc.7. & inf. art. 136. §.1. diem reſtitutionis Act. 3,21. & Job. 1,22. לקח eſt verbum prægnans, abſtulit, ut reſtituat. vid. c.42. ſic Pſal.68,19. accepiſti, ut des. ex Eph.4, 8. ſic Exod. 25, 2. accipiant, ſcilicet, ut dent mihi primitias. Conf. Hoſe. 14, 2. & Orator. Eccleſ. p.373. ſic dicitur: Do, ut des. Dedit enim Deus natos parenti, ut reddat depoſitum Creatori, Redemtori & Sanctificatori; aufert ut reſtituat in extremo die. Unde & Jobo redduntur omnia duplicia, exceptis liberis c. 42, 10. qvia præmiſſi in cœlo viventes itidem reſtituendi ſunt in extremo die. vide verba Baſilii M. Auguſtini, Gregorii, & Olympiodori in Catena PP. hoc loco. NB.

§. 13. Diſtinctio mortis varia datur.

1. *ex adjuncto tempore*, & morientium ætate diſtinctâ, mors alia eſt nondum natorum, alia natorum in ætate vel primâ, vel mediâ, vel ultimâ, ſup. §. 11.

2. *ex genere diſtincto* mors alia naturalis eſt, alia violenta ex §.4. & 11.

3. *ex modo & eventu* mors alia eſt beata piorum, alia maledicta & infelix damnatorum ex §.11. & 12.

4. *Ex natura cauſæ* efficientis, ſubjecti, formæ & finis ſimul mors eſt
vel 1. τιμωρία & pœna propriè dicta impiorum, art.35.
vel 2. παιδεία & δοκιμασία piorum.
vel 3. μαρτύριον, martyrum.
vel 4. λύτρον, ſolius Chriſti. vid. ſup. art. 63. & 108.

§. 14. Antidota mortis *ſuppeditant*

1. CHRISTI victoria. vid. art. 63. & vita art. 67.
2. mortis nomina ex §. 3.
3. piorum exempla. vid. Gottſelige Alter.
4. dicta ſelectiſſima. vide loco dicto.
5. Documenta egregia. vide Sterbe-Schule / ubi ex divinis

Digitized by Google

Nominibus & attributis ſolatia efficaciſſima enumerantur. Confer Pſal. 68,21. & Gymnaſium Patientiæ.

§. 15. *Pleniorem hujus articuli exegeſin offert Manuale. Nec non Gymnaſium Patientiæ,* das Gottſelige Alter/Sterbe-Schule/& *inprimis Gerhardi L. de Morte.*

ARTICULUS CXXXIII.

De Statu Animæ poſt Mortem communi, & piorum atqve impiorum diſtincto.

Homicidæ animam occidere non poſſunt, Matth. 10,28. vid. ſup. pag. 270. NB.

§. 1.

Conſeqvens mortis eſt certus mortui hominis ſtatus, ex art. 132. vid. Luc. 16, 22. Eccleſ. XI,3. Confer qvæ de vocabulo ſtatus dicta ſunt ſupra articulo 27.

§. 2. *Status ille vel communis omnium, vel piorum atqve impiorum diſtinctus eſt.*

§. 3. I. Status communis *reſpicit vel animam, vel corpus.*

Aſſertio I. *Anima à corpore ſeparata non evaneſcit, ſed immortalis ſupereſt.* vid. 1. Sam. 25, 29. Eccleſ. 12, 5. Qvia ex peculiari Dei beneficio eſt immortalis, qva de re dictum eſt ſupra p. 270.

Aſſertio II. *Anima humana à corpore ſeparata migrat in certam manſionem, ſive ſedem, ubi manet;* Qvæ non phyſicè, ſed reſpectu habitaculi vocatur τόπος ἴδιος Act. 1,25. ſive πȣ̃ certum. vid. infra art. 141. §. 1. aſſert. 1. & art. 139. §. 4.

Poriſma 1. Ergo Anima ſeparata neqvaqvam incertis vagatur ſedibus, usqve ad diem judicii, contra Gregorium, & varias aliorum Patrum opiniones.

Poriſma 2. Ergò μετεμψύχωσις eſt figmentum Scripturæ contrarium.

Pori-

Digitized by Google

Poriſma 3. Ergò Animæ defunctorum non apparent vivis, ut eos inſtruant de purgatorio & ſimilibus, vid. inf. Art. 134.

Aſſertio III. *Manſionem hanc anima ſeparata cum corpore reſuſcitato unita habet immutabilem & perpetuam.*

Poriſma: Ergo Preces pro mutatione ſtatus animæ ſeparatæ ſunt fruſtraneæ, qvia & promisſione carent, & revelatæ veritati adverſantur. infra §. 4. NB. Nec obſtat votum: GOtt gebe dem abgelebten Cörper eine ſanffte Ruhe / und fröliche Aufferſtehung. &c. Hoc enim beatam analyſin præſupponit, non verò mutationem ſtatus expetit, qvaſi damnatus adhuc fieri posſit beatus.

Aſſertio IV. *Corpus ordinariè per ſepulturam terræ mandatum corrumpitur*, vid. infra Art. 135.

§. 4. II. Status mortui hominis reſpectu piorum atq; impiorum diſtinctus eſt, & reſpicit diſtinctas animæ ſeparatæ manſiones, immediatè oppoſitas.

Aſſertio I. *Manſiones animarum à corpore ſeparatarum non niſi duæ ſunt, Cœlũ & Infernus*, ex Luc. 16, 22. *ſalvatio & damnatio* ex Marc. 16, 16.

Poriſma 1. Ergò Manſio animarum gemina immediatè oppoſita excludit omne habitaculum intermedium in purgatorio &c. Art. 134.

Poriſma 2. Ergò Manſio extraordinaria animæ illorum, qvi miraculosè reſuſcitati ſunt, à ſcripturâ non definita, non poteſt tertium aliqvem locum verbo revelato contrarium conſtituere ordinarium.

Aſſertio II. *Anima ſeparata in certam manſionem perveniens ſtatim vel gaudet, vel dolet.* Probatur ex Luc. 16. Apoc. 14, 12. Joh. 5, 24. Luc. 23, 43. Nihilominus tamen Gaudium & dolor animæ ſeparatæ conſummationem ſuam & perfectionem demùm cum corpore habebit poſt reſurrectionem.

Poriſma 1. Ergò Pſychopannychia & animarum ſomnus eſt Hæreticorum figmentum, & Scripturæ ſimpliciter contrarium, qvia animæ beatorum Deum laudant & orant Apoc. 4, 10. c. 5, 8. c. 6, 9.

Poriſma 2. Ergò Animabus à corpore ſolutis ante novisſimum diem nec benè, nec malè eſſe, falſum eſt, contra Papam Johannem.

Poriſma 3. Ergò Animarum pro viventibus interces ſio ſpecialis ſcripturæ ignota eſt, ideoqve & vana invocatio, contra Mat. 4.

Aſſertio III. *Anima piorum à corpore per beatam mortem ſeparata*

per Angelos deportata Luc. 16. *ad Deum redit*, ejusqve viſione ſtatim fruitur beata ἀπ' ἄρτι Apoc. 14, 13. cum Chriſto in Paradiſo exiſtit Luc. 23, 43.

Canon 1. Animæ perſeverantium in fide aggregantur ad Chriſtum 1. Theſſal. 4, 17. & cum eo ſunt, unde Paulus Phil. 1, 23. cupiebat diſſolvi & eſſe cum Chriſto. [Confer de Lazaro in ſinu Abrahæ Luc. 16. & de Latrone in Paradiſo Luc. 23.] in Solymâ cœleſti Hebr. 12, 22. in Cœlo 2. Cor. 12. ubi ſolatio fruuntur Luc. 16, 25. in manu Dei Pſal. 31. Sap. 3. in faſciculo & terrâ viventium 1. Sam. 25. & in domo Patris Joh. 14. 2. Cor. 5, 1. ubi ſummâ fruuntur lætitiâ in conſpectu Dei. vid. 2. Tim. 4, 8. Apoc. 7, 14. & ſunt ante thronum Dei v. 15.

Poriſma 1. Itaqve nullum patiuntur purgatorii tormentum.

2. Per Magiam inqvietari neqveunt. Conf. de Samuelis apparitione 1. Sam. 28. Manuale Theol. p. 359. NB. & infra artic. 135. §. 5.

3. Nec veritatem ex illis qværere licet, Eſa. 8.

Can. 2. Beatitudo animarum, anteqvam corporibus ſuis iterum jungantur, nondum undiqvaqve perfecta eſt, ſed conſummatio & perfectio deſiderata vid. Apoc. 6, 10. ſeqvetur in die reſtitutionis omnium, Act. 3, 21. vid. Art. 142.

Canon 3. *Scientia præteritorum generalis, & inde orta conjectura poſſibilis de præſenti Eccleſiæ ſtatu, non eſt notitia determinata ſpecialis* animæ ſeparatæ: nec præteritorum recordatio Luc. 16. eſt ordinaria ſingulorum, qvæ fiunt, revelatio. Confer. 2. Reg. 5. & 6. etiam in hac vitâ. NB. c. 4, 27. [Dominus non indicavit Eliſæ ſtatum Sunamitidis. Der HErr hat mirs verborgen/ und nicht angezeiget.] Imò Abraham neſcit poſteros, Eſa. 64, 16. & Joſias non videt miſeriam terrenam. 2. Reg. 22, 10. Conf. Job. 14, 21. Eccleſ. 9, 5. Unde Hieronymus ait: Felix Nepotianus, qvi hæc non videt, qvi hæc non audit. vid. Epiſt. 3. ad Heliodorum. c. 1. item Manuale art. 133. p. 1828. Gerh. de mort. §. 309. Dannhauer Hodom. Pap. T. 1. p. 1091. & 1137.

Aſſertio IV. *Anima impiorum tranſit à corpore ad pœnas infernales.* Probatur ex Luc. 16, 23. ad tenebras 2. Pet. 2, 17. ubi fletus Mat. 22, 13. ignis c. 25, 41. Luc. 16. Marc. 9. & ſulphur Apoc. 21, 8. vid. art. 141.

Canon: Animæ impiorum in reſurrectione mortuorum una cum corporibus ſuis publicè ac ſolenniter igni adjudicabuntur, ubi cruciatuum animæ & corporis ſeqvetur plenaria conſummatio.

§. 5. Re-

Digitized by Google

§. 5. Reliqva huc ſpectantia offert Manuale articulo 133. Inprimis verò Gerhardus de Morte, & Confeſſ. Cathol. art. 19.

ARTICULUS CXXXIV.

De Animæ Statu ficto, in Limbo & Purgatorio.

Animas juſtorum in manu DEI non tangit tormentum, Sap. 3. qvia fruuntur ſolatio Luc. 16, 25. & qvieſcunt Apoc. 14, 13.

§. I.

V*Erum animæ ſeparatæ ſtatum ex immotis Scripturæ fundamentis oſtendit Artic. 133. qvo ſtante cadit fictus Pontificiorum ſtatus in Limbo & Purgatorio.*

§. 2. Pontificii fingunt qvatuor ſinus *ſive cameras animarum.*

1. Damnatarum in Inferno.
2. Purgandarum in Purgatorio.
3. Infantum in Limbo Infantum.
4. Patrum in Limbo Patrum.

§. 3. *Falſitas hujus figmenti probatur tùm in genere, tum in ſpecie.*

Nam. I. *In genere* diſtinctas à cœlo & inferno claſſes intermedias Purgatorii & Limbi gemini, fundamenta Art. 133. explicata evertunt, qvod enim Scriptura ignorat & negat Marc. 16, 16. Luc. 16, 15. illud omninò falſum eſt.

II. *In ſpecie* nullum eſſe 1. Purgatorium, 2. Limbum infantum, 3. Limbum Patrum, patet ex ſeqq.

Aſſertio I. Ignis purgatorius ex variis apparitionibus conflatus planè nullus eſt. Qvibus obſtat Spiritus S. admonitio 2. Cor. XI, 14. Scripturæ negatio Luc. 16, 27. certitudinis excluſio, & indagationis prohibitio Eſa. 8, 19. Deut. 18, 11.

Qvod

Digitized by Google

Qvod probatur 1. ex animæ ſeparatæ conditione & manſione ſup. Art. 133. cujus miſeria finitur in morte, per dimiſſionem in pace Luc. 2. non verò relegationem in purgatorium.

2. ex Chriſti aſſertione Joh. 3, 18. & loci inter cœlum & infernum intermedii excluſione.

3. ex pugna & contradictione purgatorii reſpectu divinæ 1. miſericordiæ, 2. veritatis, 3. juſtitiæ.

4. ex everſione meriti Chriſti, Conf. 1. Joh. 2, 1. Luc. 23, 43.

Poriſma 1. Itaqve vanæ ſunt leges Pontificiæ attinentes Purgatorii incolas.

2. Fruſtra pro purgatorio Auguſtini & Lutheri urgetur Autoritas. Sicut enim Auguſtinus nihil contra ſcripturam definire poteſt, ita Lutheri ſcripta poſteriora priores opiniones ex Papatu reſiduas tollunt.

3. Fruſtra opponitur manſio animæ reſuſcitandorum extraordinaria, vid. Art. 133. & Manuale h. l. & de ſuffragiis Theol. Exeget. l. 3. c. 3. ſub finem q. 8.

4. Fruſtra allegantur fabuloſæ animarum apparitiones. vid. Theol. Exeg. l. d. & lib. 2. c. 6. Tit. 5. §. 14. NB.

Aſſertio II. Limbus infantum eſt fictitius. Conf. ſup. Art. 132. & 87. de ſalute infantum ante Baptiſmum morientium & artic. 36.

Aſſertio III. Limbus Patrum V. T. eſt Scripturæ S. ſimpliciter contrarius.

Qvod probatur 1. ex mortis beatæ deſcriptione ſup. Art. 132.

2. ex animarum fidelium poſt mortem manſione Art. 133.

3. ex cœleſti Patriarchis aſſignata inhabitatione Heb. XI.

4. ex Eliæ & Enochi in cœlum translatione.

5. ex Moſis apparitione Matt. 17, 3. qvi non ex Limbo, ſed ex cœlo prodiit.

6. ex fidelium in V. T. conditione ſup. Art. 80.

7. ex beneficiorum Eccleſiæ reſpectu omnium credentium communione, Art. 113.

§. 4. *Uſus hujus Articuli inſignis & plenior explicatio patet ex Manuali Theol. art. 134. add. Gerhardus de Morte, & Dannhaueri Hodomoria Papiſtica part. 2.*

ARTIC.

Digitized by

ARTICULUS CXXXV.
De Statu Corporis poſt Mortem, ejusqve Sepultura.

Pulvis es & in pulverem reverteris, Gen. 3, 19.

§. 1.

STatus corporis humani poſt mortem communis eſt cineſactio, qvam ordinariè praecedit ſepultura ex art. 133. cum qva pugnat, reliqviarum aſſervatio, & figmentum indulgentiarum infra §. 5. Qvâ de re agit Theol. Exeget. lib. 3. c. 3. ſect. 10. q. 2. NB. vid. Hiſtoria des Heiligthums / ſo zu Wittenberg und Halle geweſen / in 4. *Witteb. edita.*

Canon: Corpora piorum non abjicienda ſunt canibus dilanianda, ſed ſepulchris imponenda. vid. Devt. 34, 5. Gen. 50, 2. Reg. 23, 18. qvia ſunt Dei creatura & fabrica ſapientiſſima Pſal. 139. Chriſti corpore & ſangvine cibata ac potata Matt. 26. Spir. S. templa 1. Cor. 3. SS. Trinitatis habitacula Joh. 14. corpora ſanctorum, qvorum mors precioſa in conſpectu Dei Pſal. 116, 15. qvorum innumera in nos extant beneficia. Conf. Gen. 50, 1. Act. 15, 11.

§. 2. *Qvod ut rectius intelligatur, notanda ſunt ſepulturae 1. Antecedentia, 2. Concomitantia, 3. Conſeqventia, 4. Contraria, 5. Antidota.*

§. 3. I. Antecedentia *ſepulturae varia ſunt. Nam corpora piorum ſtolis albis induuntur, ad ſignificandum, qvòd in Domino mortui verâ fide induti ſpem habeant laetae reſurrectionis ad gloriam, conf. Matt. 16, 5. c. 17, 2. videatur &* de unctione mortuorum *in locis Orientalibus Lutherus in Geneſ. 50. & Gerhardus ibidem. Et* de oſculo Joſephi v. 1. Da fiel Joſeph auf ſeines Vaters Angeſicht / und weinet über ihm / und küſſet ihn / *nec non* de oculorum compreſſione *Tob. 14, 12.* als ſie ſturben / drückte er ihnen auch ihre Augen zu.

§. 4. II. Concomitantia *impoſitionem in ſepulchrum ſunt Cantiones, preces, luctus &c.*

§. 5. Luctus *cauſas & moderationem oſtendit articul. 132. Omninò enim in gentes ſpem reſurrectionis nullam habentes degenerant, qvi ſibi in luctu ſuorum defunctorum temperare non poſſunt. vid. infra §. 9. & 1. Theſſal. 4, 13. & v. 18. παρακαλεῖτε.* So tröſtet euch nun untereinander mit dieſen Worten/ (*παρακαλέω 2. Cor. 5, 20. precor, hortor, conſolor, advoco, ex παρὰ, & καλέω voco. Unde paracletus advocatus Johan. 14, 16. 26.) Conſer Theologiam Paracleticam.*

Nota 1. Sepulchra fidelium ſunt cubilia Eſa. 57. & cubicula Eſa. 26. ideoqve non decet reliqvias aut oſſa eorum in alium locum transferre, aut in altari, vel in pinnaculo templi reponere. vid. Gerh. L. de morte, & Mülleri Luth. defenſ. c. 8. & ſup. §. 1.

Nota 2. Piè defuncti dormiunt non reſpectu animæ, ſed corporum. vid. ſup. art. 133.

Nota 3. Corpora piorum dormire dicuntur in monumentis ſuis, qvia ibi nihil moleſtiarum ſentiunt, à laboribus qvieſcunt, vires ſuas recolligunt & novas acqvirunt, ad meliorem vitam præparantur, & tandem vegetiora & clarificata, excitantur.

Poriſma: Nihil ergò juris habet Satan in piè defunctorum corpora. vide ex 1. Sam. 28. ſupra art. 133. §. 4. aſſert. 3.

Nota 4. Corpus qvieſcit in ſepulchro reformandum aliqvando ad ſimilitudinem glorificati corporis Chriſti, Philip. 3. vid. ſup. artic. 67. & inf. art. 139.

Nota 5. Corpora piorum poſt mortem non malè habent, ſed non ſecus, ac qvi cubitum ſe contulerunt, ad qvietem ſe componunt.

Nota 6. In ſepulchro piorum exuitur mortalitas, & corruptio, inſtar inveterati veſtimenti, & expectatur dies illa Domini, in qva mortale induet immortalitatem, & corruptibile incorruptionem, 1. Cor. 15.

§. 6. III. Conſeqventia *ſepulturam corporis ſunt putrefactio & cinefactio. Conſer de corporis humani corruptibilitate, 2. Cor. 5.*

Canon:

Canon: Deſtructio & cineſactio corporis humani eſt indicium peccati arctiſſimè inhærentis, ex art. 31. Nam *in peccato eſt 1. reatus, 2. dominium, 3. ſenſus, 4. radix.*

1. *Reatus* tollitur per juſtificationem ſupra Articul. 94. Rom. 8, 1. Phil. 3, 9. Rom. 4, 5.

2. Dominium tollitur per Renovationem, ſupra artic. 97. vid. Rom. 6, 6. 14. 2. Cor. 4, 16.

3. *Senſus* per mortem ſup. art. 132.

4. *Radix* per cineſactionem. Conf. art. 36.

Nota: Nobiliſſimæ corporis ſtructuræ per cineſactionem ob peccatum deſtructio, & culpæ fœditatem & pœnæ ejuſdem gravitatem in memoriam nobis revocat, qva de re agit art. 22. art. 31. 33. 34. & 36.

§. 7. Contraria *ſepulturæ ſunt neſanda corporum abjectio, & barbara dudum ſepultorum crematio.*

§. 8. Antidota *ſepulturæ & triſtitiæ ex illa ortæ, tam ex mortis antidotis in genere ſupra art. 132. qvàm ex ſepultura Chriſti in ſpecie ſupra art. 64. & reſurrectionis infallibilitate art. 138. haberi poſſunt. Confer Antidota luctus in Gymnaſio Patientiæ.*

§. 9. *Uſus hujus Articuli eximius patet ex Manuali art 135.*

ARTICULUS CXXXVI.
De Conſummatione Seculi.

Meſſis eſt συντέλεια, conſummatio ſeculi, Matth. 13, 39.

§. 1.

AD noviſſima etiam pertinet conſummatio ſeculi, ex art. 132. vid. 2. Pet. 3, 10. Pſalm. 102, 26. Luc. 21, 33. Hebr. 1, 11. 12. Eſa. 51, 6. Cujus momentum vocatur dies noviſſima, der jüngſte Tag/ *Dies* ἀποκαταστάσεως *& reſtitutionis art. 132. §. 12. Actor. 3, 21. de qva agit Manuale p. 1858. ubi oſtenditur, qvod* ἀποκατάστασις *ſit iterata ſtatio, ut iterum ſtet præſens, qvod antea ablatum in morte ceciderat, Johan. 12, 24.* Die Zeit/ da alles herwieder gebracht werde. *Confer*

Job. 42, 12. 13. NB. Reſpicit enim conſummatam rei perfectionem & τελείωσιν abſolutiſſimam juxta Heſychium. Unde & de reſtitutione vitæ divinæ in reſurrectione accipit Nazianzenus, & de reſtauratione ſanitatis Medicæ adhibet hanc vocem Dioſcorides. Conf. infra artic. 139. Qvam de repoſitione phyſicâ in locum priſtinum Athenæus habet. Et Herodianus καθίστημι de reſtitutione ſtatus priſtini Juridica adhibet. Capella verò ad demonſtrationem Arithmeticam adhibet, qvi numerum qvinarium vocat ἀποκαταστατικόν, qvi aliis ſociatus ſe ſemper oſtendit, & Tranqvillitas Politica reſtituta hoc verbo indicatur à Polybio. Et revolutio Aſtronomica, atqve reditus Solis per eoſdem zodiaci gradus eo ipſo indicatur à Plutarcho & Columella. vid. Manuale p. 1859. NB. Confer Bib. Hiſpan. los tempos de la reſtauracion, de todas las coſas; & Gall. reſtabiliſſement. qvod monſtrat reſtitutio univerſalis vitæ, corporis, imaginis divinæ, & omnium noſtrorum per mortem ablatorum.

Canon 1. Mundus non æternus, ſed certiſſimè interiturus eſt, qvod contra Epicureos, Ariſtotelem & alios docet ſola revelatio.

Canon 2. *Mundus interiturus eſt qvoad ſubſtantiam*, ita ut non amplius ſit Eſa. 65, 17. Apoc. 20, 11. Luc. 21, 33. Pſal. 102, 27. & priori annihilato novum cœlum & nova terra ſuccedat, qvia Judex ſeveriſſimus etiam domicilium peccatorum exurere & abolere decrevit: qvemadmodum illis accidit, qvi criminis læſæ majeſtatis rei ſunt, qvale eſt peccatum פשע Eſa. 1. vide ſup. art. 31. NB. §. 2.

Canon 3. Corruptio creaturarum non eſt eis naturalis, ſed accidentalis.

Canon 4. Creatura expectat gloriam filiorum Dei, Rom. 8. & liberatur à vanitate etiam, qvando ſecundùm ſubſtantiam interit, ubi non entis nullus eſt abuſus, nulla *ἀταξία*, vel corruptio.

Canon 5. Deus certos mundi annos in numerato habet, qvos homini ad certum numerum ſive ſex millium, ſive plurium, ſive pauciorum determinare non licet.

Poriſma: Ergò non ſunt ſeductores, qvi dicunt inſtare diem noviſſimum. vid. 2. Pet. 3. ſi ſcilicet hora ultima, ejusqve qvadrantes & minuta accurate diſtingvantur. vid. art. 132. §. 1.

Ca-

Digitized by Google

Canon 6. Conſummatio ſeculi præmittitur h. l. reſurrectioni, ratione inchoatæ conflagrationis, non verò ratione plenariæ conſummationis, qvam antecedit reſurrectio.

§. 2. Conſummatio eſt mundi annihilatio.

Nota 1. *Conſummatio deducitur à ſummo*, ſive ultimo. Unde h. l. non perfectionem, ſed finem & abolitionem innuit. Dum mundus per creationem perfectus Gen. 2, 1. כלה per ignem conſummatur & conſumitur, 2. Pet. 3. ſicut fumus, qvem diſpellit ventus. Pſalm. 102, 4. Daß alles zu Kohlen/ und endlich Staub und Aſche wird. Ja was aus nichts erſchaffen/ wird zu nicht/ und gantz und gar nichts. vid. §. 4. NB.

Nota 2. *Mundus* nunqvam in ſcripturâ notat ſolos credentes, ſed vel ſolos impios, vel totum hominum cœtum, in qvo maxima eſt pars infidelium: hoc verò loco notat integrum ſyſtema cœli & terræ.

Nota 3. *Finis* ſeculorum interdum non notat temporis qvantitatem præcisè, ſed ſimul connotat ſtatum & conditionem mundi, qvi certum finem & durationis terminum habet divinitus conſtitutum.

§. 3. Conſummatio mundi eſt interitus cœli & terræ eſſentialis, *per Chriſti judicis adventum, in extremo die certò futurus, hodie propinqvus, qvoad momentum tamen ultimum omnibus ignotus vid. 2. Pet. 3, 10. Marc. 13, 32. adeoq; eſt actio Dei, qva ipſe per ignem totum hoc univerſum, & qvicqvid in eo præter Angelos & homines continetur, qvoad ſubſtantiam totaliter annihilabit, in laudem veritatis, potentiæ & juſtitiæ, & piorum liberationem.*

§. 4. Efficiens principalis *eſt Deus*, inſtrumentalis *ignis 2. Pet. 3, 10.* objectum *patiens mundus univerſus, cælum & terra Luc. 21, 33. ſolis Angelis & hominibus exceptis Mat. 25, 41. Confer Rom. 8, 19. Apoc. 20, 11. Eſa. 51, 6.* Forma *eſt totalis & eſſentialis interitus, atq; ipſius ſuſtantiæ totalis abolitio, qvam terminus à qvo & ad qvem ab eſſe ad non eſſe oſtendit. vid. Pſal. 102. 27.* Finis *eſt Dei gloria & piorum liberatio Rom. 8.*

Nota: Solus mundi creator ex nihilo eundem creavit, & in nihilum reducere poteſt. NB. §. 1. Conf. ברא ſup. artic. 17. qvod utrumq; com-

plectitur. vid. Gen. 1, 1. & Joſua 17, 15. 18. (umhauen NB.) & Ez. 23, 47. ſuccidere gladio.

Canon: Ab interitu mundi univerſali excipiuntur tam Angeli boni & mali, ſup. Art. 19. ſeq. qvàm homines pii, æternum glorificandi Art. 142. & impii æternum puniendi Art. 141. Mat. 25, 41.

§. 5. Antecedentia *conſummationis mundi ſunt tempora noviſſima, difficillima, ſup. Art. 132. varia ſigna ſupra, intra & infra nos prorſus ſingularia, nec viſa nec audita, ideoq; ante eventum ineffabilia. vid. Luc. 21, 6. Confer de ſigno filii hominis Mat. 24, 30. & Gerhardi Comm. h. l. item de bello Mat. 24, 6. charitatis defectu, injuſtitiâ vers. 12. ſecuritate Luc. 17, 26. 1. Theſſ. 5, 3. hæreticis Mat. 24, 23. Anti-Chriſti revelatione 2. Theſſ. 2. ſup. Art. 116. apoſtaſiâ, impietate &c. 1. Tim. 4.*

Can. 1. Tempus conſummationis ſeculi inqvirere & exactè determinare non licet. vid. Marc. 13, 32. Act. 1, 7. Mat. 24, 36. contra varios, ultimi temporis curioſos ſcrutatores, qvorum nomina & conatus enumerantur à Gerhardo in L. de conſum. ſeculi.

Can. 2. Aurei ſeculi expectatio ante mundi conſummationem vana eſt. vid. Mat. 13, 39. 49. 2. Tim. 3, 1. ſup. Art. 132. Conf. Türckenfall part. 2. de Chiliaſmo, & Theologiam Exegeticam lib. 3. c. 2. Tit. 12. de textu Apocalyptico. NB.

Can. 3. Judæorum converſio, de qva dictum eſt Theol. Exeget. l. 2. c. 5. Tit. 2. NB. univerſalis incerta eſt, Rom. XI, 25. continuata verò illuſtrior præterita, & aliqva adhuc poſſibilis futura non negatur. vid. prolix. D. Calovii annot. h. l. NB.

Can. 4. Prædicatio Evangelii univerſalis jam facta eſt. vid. Art. 91. & 76. vid. Mat. 24, 14. Marc. 16, 20. Coloſ. 1, 23.

Can. 5. Anti-Chriſti à Pontificiis conficti adventus, nec non Eliæ & Enochi reditus ante conſummationem ſeculi nullus eſt, ex Art. 116.

Can. 6. Signa antecedentia excidium ſolum, & ultimum Chriſti adventum, ſunt diſtinctiſſima, uti patet ex Mat. 24. & Luc. 21. & Harmonia Evang. Gerhardi.

Ratio eſt I. *duplex qvæſtio* 1. de templi deſtructione, 2. de ſigno adventus Chriſti, *παρουσίας*, & *συντελείας τοῦ αἰῶνος*, ſive, conſummatio-

tionis ſeculi. Qvæ ex ſomniis Judaicis neqvaqvam ſufficienter explicari poſſunt. Conf. Ligtfoot in Matt. 24. p. 441. Nec ſufficit, Judæi erunt ſuperſtites, ergò non intelligenda eſt ſeculi conſummatio. vid. Eundem in Luc. 21. p. 878. Nam etiam ultimus Chriſti adventus ſuperſtites Judæos deprehendet. vid. Daniel. 9, 27.

II. *Expreſſa reſtrictio* ad ultimum Chriſti adventum viſibilem. (Tunc videbunt Filium Hominis, Luc. 21, 27. & qvidem venientem in nubibus. Qvod in deſtructione Solymæ neqvaqvam factum eſt.)

III. *Evidentiſſima promiſſio* conſummatæ redemtionis ab omni malo, qvam ſolus Chriſti adventus præſtat, ubi futura eſt illa ἀπολύτρωσις catholica ab Apoſtolo deſcripta Rom. 8, 21. ſeq.

IV. *Perſpicua determinatio* regni gloriæ Luc. 21, 31.

V. *Univerſalis conſummatio* cœli & terræ. v. 33.

VI. *Individualis unius diei noviſſimæ delineatio.* ἡμέρα ἐκείνη. v. 33. qvæ dicitur 1. ratione adventus ſubitanea. 2. ratione periculi laqveo ſimilis. 3. ratione judicandorum univerſalis, veniens in omnes, qvi ſedent ſuper faciem terræ.

VII. *Antidoti infallibilis oppoſitio*, ita, ut per vigilias & preces promittatur liberatio v. 36. ut liceat 1. effugere 2. ſtare ante Filium Hominis. v. 36.

§. 6. Concomitantia & conſeqventia *opera in conſummatione ſeculi futura præcipua ſunt*

1. Ultimus Chriſti Judicis adventus Art. 137.
2. Reſurrectio univerſalis Art. 138.
3. Extremum Judicium Art. 140.
4. Infernalis impiorum pœna Art. 141.
5. Æterna piorum gloria Art. 142.

§. 7. *Uſus hujus Articuli inſignis patet ex Manuali Theologico Articul. 136.*

ARTICULUS CXXXVII.
De Ultimo CHRISTI Judicis Adventu.

Scitis

Scitis ἀκριβῶς accuratè, qvod dies ille Domini ὡς κλέπτης, wie ein Dieb / ut fur in nocte venturus ſit, 1. Theſſ. 5, 2. Cùm venerit Filius hominis in gloria ſua Matt. 25, 31. ſchnell / wie ein Fallſtrick / Luc. 21, 34. αἰφνίδιος, ex improviſo, ἀφανῶς. Confer 1. Theſſ. 5, 3. ſicut peregrinanti Judic. 19, 14. tenebræ ingruunt ſubitò & non cogitanti, & incendium oritur noctu, & opprimit dormientes, & dolor obruit parturientes, 1. Theſſ. 5, 3. Hæc eſt illa hora, qva non putabat ſecurus reditum Domini futurum fore, Luc. 12, 40. Matt. 24, 50. 44. ſicut laqveus aucupis παγίς. vid. Pſal. 69, 23. & παγιδεύειν Matth. 22, 15. Conf. יקש & Eccleſ. 9, 12. 1. Sam. 28, 9. (wilt du meine Seele in das Netz führen?)

§. 1.

INter noviſſima etiam eſt ultimus Chriſti Judicis adventus, *qvod patet ex art. 136. vid. 2. Theſſ. 1. & Matt. 24, 29.*

Canon: Adventus Domini ad judicium certus eſt, licet hora nobis ignota & incerta ſit Marc. 13, 32. Act. 1, 7.

Nota 1. *Adventus* dicitur ab adveniendo non in carnem, ſine judicio, qvalis erat primus, Johan. 3. ſed ad judicium Matt. 25. qvi eſt ultimus judicis antea aſcendentis deſcenſus atqve viſibilis manifeſtatio. Conf. art. 66. & 68. & art. 41. §. 1. NB.

Nota 2. Adventus Chriſti vocatur

1. ἐπιφάνεια, illuſtris apparitio 2. Tim. 4, 8. 2. Theſſ. 2, 8. ſubitanea 1. Theſſ. 5, 2.

2. φανέρωσις, manifeſtatio, &

3. ἀποκάλυψις revelatio neqvaqvam abſentis, ſed præſentis Salvatoris. vid. Art. 50. & 68. & 1. Cor. 1, 17. 2. Theſſ. 1, 7. 1. Pet. 1, 7.

Ratio eſt, qvia redibit ad judicium ὅντως ὃν τρόπον, *eodem modo ſcilicet viſibili*, qvemadmodum viſus fuit aſcendere Act. 1, 11. Conf. Mat. 3, 16. 2. Reg. 6, 16. vid. Danhau. Hodomor. Calvin. Part. 2. p. 1724. ſcilicet ille ipſe Judex præſentiſſimus, qvi ante iſtum adventum corporalibus oculis ordinariè non cernitur, nec judicia ejus ſemper ſunt conſpicua, cum ſæpè malis benè ſit, & bonis malè. *Et Chriſtus veniet de Cœlo*, nō autem de certo loco ſuperno, in partes mundi inferiores, ſed è cœlo,

qvod

Digitized by Google

qvod Scriptura non loco, ſed gloria, beatitudine ac majeſtate Dei & beatorum cum ipſo definit, adeoqve patefiet non locali qvodam deſcenſu è ſuperioribus mundi partibus, aut diſceſſu à gloria, ſed è cœleſti ſua majeſtate prodibit, tanqvam ex luce inacceſſa, & in nubibus cœli apparebit, Mat. 26. Conf. ſup. Art. 68. & inf. Art. 142.

Poriſma: Ergò Chriſti viſibilis ad judicium adventus non tollit veram ejus in terris præſentiam. vid. Art. 50. & 68. & 88.

§. 2. Ultimus Chriſti adventus eſt θεανθρώπου actus majeſtaticus, qvo Judex univerſalis omniſcius & omnipotentiſſimus viſibili ſpecie veniet & ſedens ſuper ſedem gloriæ ſuæ *Mat* 25, 31. exercebit judicium in vivos & mortuos potentiſſimè reſuſcitatos, *& coràm ipſo congregatos Mat. 25, 32.* reddens unicuiqve ſecundum opera ſua. *vid. 2. Theſſ. 1. Conf. Art. 47. & 49.*

§. 3. Cauſa *hujus adventus* efficiens *eſt ad judicium in nubibus veniens θεάνθρωπος, cum Angelis & flamma ignis 2. Theſſ. 1. cujus* Objectum *eſt omnis homo Judicio univerſali ſiſtendus Art. 140.* Forma *hujus adventus eſt majeſtatica & viſibilis, in nubibus conſpicua manifeſtatio, præcedentibus variis ſignis ſupra Art. 136.* Finis *eſt extremum judicium.*

Nota : Adventus Chriſti ad judicium tria præclara ſimul opera affert, 1. Conſummationem ſeculi, 2. Reſurrectionem mortuorum, 3. plenam hoſtium ſubjectionem.

Poriſma: Ergò adventus Chriſti excitat ſingulare piorum deſiderium, cum precibus & accuratâ præparatione. vid. Tit. 2, 13. Apoc. 22. Luc. 21, 28. & excludit metum præpoſterum. vid. Theol. Exeget. lib. 3. c. 3. qvæſt. 14. ſub finem. NB.

§. 4. Tempus *ultimi Chriſti adventus oſtendit mundi conſummatio, qvod patet ex Art. 136. Confer Matt. 24, 36.*

§. 5. *Uſus hujus Articuli eximius oſtenditur in Manuali Articul. 137.*

ARTICULUS CXXXVIII.
De Univerſali Reſurrectione.

Per CHRISTUM eſt reſurrectio mortuorum univerſalis 1.Corinth. 15, 21.22.

§. 1.

I*Nter alia præclara opera noviſſima, adventus Chriſti ad judicium etiam affert univerſalem mortuorum reſurrectionem ex Art. 137. vid. Daniel. 12,2. 2. Cor. 5,10. Job. 19,25.*

Canon: *Articulus de Reſurrectione eſt fundamentalis & primarius, ex ſola revelatione notus* Ezech. 37,3. Matt. 22,29. *qvem certiſſimâ ſcientiâ ex cauſis infallibilibus certiſſimè ſcimus & credimus* Job. 19. ידע vide de hoc verbo tractatum proœmialem de Theologia §. 2. pag. 10. NB. & ſolidam hujus dicti explicationem in Theol. Exeget. lib. 3. c. 2. Tit. 5. NB.

Ratio eſt, qvia reſurrectio univerſalis eſt certiſſima ex 1. Cor. 15, ubi illa probatur 1. ex Reſurrectione Chriſti, 2. ex variis abſurdis, 3. à conſvetudine baptiſandi in ſpem reſurrectionis, 4. à piorum conditione, 5. à periculo, 6. denuò ab abſurdo. vide Bald. Comm. h.l. & Confer de Dei juſtitiâ 2. Cor. 5,10. & de revelantis veritate, ſupra art. 10. ejusqve omnipotentiâ & promiſſionum infallibilitate, artic. 77. NB. Noſtra enim reſurrectio non ſolùm à virtute divina, & ab uno cum reſurrectione Chriſti principio dependet, qvatenus eſt reſurrectio, & mortui vivificatio, ſed etiam meritoriam Salvatoris acqviſitionem reſpicit, ut fiat reſurrectio ſalutaris, ad gloriam æternam, 1. Cor. 15, 21. 22.

Poriſma 1. Ergò de reſurrectione mortuorum dubitare neqvaqvam licet, ob Scripturæ revelationem certiſſimam. vid. Job. 19,25. Dan. 12, 2. Matt. 22,31. Marc. 12, 26. Luc. 20,37. Joh. 5, 28. 1. Cor. 15, 12.

Poriſma 2. Ergò negare reſurrectionem carnis prorſus Atheiſmum ſapit.

Nota 1. *Reſurrectio* h. l. conſideratur I. *non Metaphorica*, qvalis eſt i. liberatio Pſal. 9,14. & 41. 9. 2. converſio Eph. 5, 14. Col. 2, 12. c. 3,1. ſive reſurrectio prima Apoc. 20,6. II. *neqve Metonymica*, ſive reſurrectionis cauſa Chriſtus Joh. XI, 25. III. *ſed propria* à morte natura-

turali;& qvidem *non particularis* paucorum à Chriſto, Prophetis & Apoſtolis reſuſcitatorum : *ſed univerſalis* omnium & ſingulorum in terræ pulvere hærentium, Dan. 12.

Nota 2. *Reſurrectio* eſt ejus, qvod cecidit, iterata ſtatio, ἀνάστασις eſt δευτέρα στάσις, Damaſcen. l. 4. O F. c. 8. adeoqve non niſi id, qvod antea cecidit, reſurgit, 1. Corinth. 15. & idem corpus Jobo reſtituitur cap. 19.

Nota 3. *Significatio reſurrectionis varia eſt. Nam*

I. Reſurrectio alia eſt Chriſti capitis, alia membrorum, 1. Cor. 15. vid. art. 67. qvæ in reſpectu ad cauſam efficientem etiam vocatur reſuſcitatio.

II. Reſurrectio alia eſt communis omnium, alia ſalutaris ad gloriam credentium, & ad ignominiam impiorum, inf. §. 10.

III. Reſurrectio alia eſt metaphorica, creaturarum omnium, annua vernalis, alia myſtica animæ à peccato, alia propriè dicta corporis h. l.

IV. Reſuſcitatio alia eſt corporis propriè dicta, alia animæ myſtica. Utraqve à DEO fit principaliter, ab hominibus miniſterialiter.

V. Reſurgere idem eſt ac ad vitam naturalem ſurgere: ad vitam verò æternam reſurgere eſt ad ſalutem ſurgere.

VI. Reſurrectio conſideratur vel in ſe, præſcindendo à conſeqvente vel præmio, vel ſupplicio, ſic reſuſcitatio mortuorum eſt opus divinæ potentiæ. vid. 2. Reg. 5, 7. nunqvid Deus ego ſum, ut vivificare poſſim? Conf. Matth. 22, 29. & Rom. 4, 17. 2. Cor. 1, 9. vel qvatenus eſt reſuſcitatio mortui peccatoris, cui ob crimen læſæ infinitæ majeſtatis poſt mortem naturæ & gratiæ etiam expectanda eſt mors æterna, cum privatione gloriæ & perpeſſione miſeriæ, ratione durationis infinitæ Gen. 2. ſup. art. 36. à qvâ per mortem & reſurrectionem Salvatoris liberi ſunt omnes & ſinguli reſpectu univerſalis acqviſitionis 1. Cor. 15, 22. Rom. 4, 25. vid. §. 3. Can. 4. NB. credentes verò ratione applicationis. Unde hi reſuſcitantur ad vitam æternam propter Chriſtum, iſti verò à juſto judice ad ignominiam æternam Dan. 12.

§. 2. Reſurrectio univerſalis eſt iterata animæ & corporis per omnipotentiam DEI ad vocem Chriſti judicis in

fine ſeculi futura conjunctio, *ex 1. Cor. 15. ad DEI gloriam, & reſuſcitatorum, poſt promulgatam ſententiam ſummi Judicis, æternam vel gloriam, vel ignominiam. Adeoqve reſurrectio*

I. Eſt actio externa ſolius DEI.

II. Eſt actio virtutis omnipotentis.

III. Eſt actio catholica, corpora omnium omninò defunctorum & in terræ pulvere hærentium attinens.

IV. Eſt actio corpora cum animabus reduniens.

V. Eſt actio terminum reſpiciens æternum, ut piis benè, malis verò malè ſit.

§. 3. Cauſa efficiens *reſurrectionis eſt Deus Pater Johan. 5, 21. 2. Cor. 4, 14. Filius Job. 19, 25. & Spiritus S. Rom. 8, 11. ejusqve infinita potentia Ezech. 37, 12. Joh. 5, 21. 28. & juſtitia decretum. vid. §. 1. not. 3.*

Canon 1. Reſuſcitatio eſt opus ſolius Dei. vid. 2. Reg. 5, 7.

Poriſma: Ergò Satan non poteſt reſuſcitare mortuos. vid. art. 21. & ſup. art. 13. §. 4. aſſert. 3. *Angelorum* verò præſentia nullam Angelo vivificationem tribuit. vid. Matt. 24, 31. c. 13, 41. 49.

Canon 2. Reſuſcitatio eſt opus virtutis & vocis Chriſti omnipotentis, Joh. 5, 28.

Canon 3. Reſurrectio Chriſto θεανθρώπῳ, Vitæ Principi, ſecundum utramqve naturam competit. vid. ſup. Art. 67. Domino vivorum ac mortuorum, Rom. 14, 9. Joh. 5, 26. 28. 29. Job. 19, 25.

Canon 4. Reſurrectio ad vitam beatam uti & ipſa vitæ æternæ gloria, omnibus & ſingulis hominibus, adeoqve à Chriſto acqviſita eſt. vid. 1. Cor. 15, 22. ipſa verò impiorum damnatorum reſurrectio eventualis ad damnationem æternam è numero pœnarum potius, qvàm beneficiorum Chriſti eſt, ob repudiatam acqviſitæ univerſalis à morte æterna liberationis applicationem. vid. Joh. 3, 18. qvi enim non credit, jam condemnatus eſt, ita, ut nihil reſtet, niſi ſententiæ in extremo judicio futura publicatio, ejusqve executio. Qvamobrem illa impiorum reſurrectio nihil aliud eſt, qvam progreſſus ad æternam damnationem & juſtum Dei judicium ob incredulitatem finalem expectandum. Marc. 16.

Canon 5. Fundamentum reſurrectionis noſtræ ad vitam eſt reſurrectio Chriſti, 1. Cor. 15. 22.

Ca-

Digitized by Google

Canon 6. Spiritus S. eſt arrha noſtræ reſurrectionis Eph. 1, 14.

§. 4. Subjectum *reſurrectionis univerſalis ſunt*

I. *Verè mortui*, etiamſi hoc impoſſibile videatur rationi. Confer blaſphemiam Plinii lib. 2. c. 7. Qvi exiſtimat, ne Deum qvidem poſſe omnia: nec mortales æternitate donare, aut revocare defunctos.

II. *Mortui omnes ac ſinguli* tam pii, qvàm impii, vid. Dan. 12, 2. Johan. 5, 28. 29. eorumqve corpora ſpecie & numero eadem, qvoad ſubſtantiam, non qvoad infirmitates accidentales. Conf. Job. 19, 26. 1. Cor. 15, 54. 41.

Canon 1. Reſurrectio eſt univerſalis: Piorum ad vitam, Dei beneficio; impiorum ad pœnam ex Dei juſtitia.

Can. 2. Corpus reſurget idē qvod cecidit. ex §. 1. idemq; individuū ſine ulla ſubſtātiali mutatione. Et corpora humana reſurgēt numero & ſpecie eadē, τῦτο hoc ipſum mortale & corruptibile, qvod per mortem cecidit & in morte corruptibile atq; corruptum erat, induet incorruptibilitatem 1. Cor. 15, 53. hæc ipſa caro ægroti Job. 19, 25. cum eâdem animâ reduniendâ, ita ut idem Lazarus ex ſepulchro redeat Joh. XI. Unde Eccleſia orientalis δεικτικῶς recitabat Articulum tertium: Credo reſurrectionem hujus carnis. (cum corporis ſive pectoris contactu & demonſtratione emphaticâ.)

§. 5. Forma *reſurrectionis eſt corporis vivificati è terrâ reductio, qvæ vel internè vel externè conſiderari poteſt.*

Aſſertio I. Forma reſurrectionis internè conſiderata eſt animæ & corporis iterata unitio, vid. Ezech. 37, 5. 1. Reg. 17, 9. ad qvam pertinet

1 pulviſculorum & oſſium congregatio.

2. nervorum cutis & carnis reformatio atqve reſtitutio.

3. Animæ & corporis unitio (& vivificatio, ſeu vitæ redditio ex 1. Cor. 15.) 1. ad veram naturam humanam conſtituendam, 2. ad perſonam conſtituendam, 3. ad durationem perpetuam.

Aſſertio II. Forma Reſurrectionis externè conſiderata oſtendit 1. Reſurrectionis ordinem & modum, 2. corporum reſuſcitatorum conditionem.

Concluſio I. Reſurrectionis univerſalis ordo & modus eſt ſingulariſſimus. Videatur 1. Theſſ. 4, 15. Mat. 25, 32. 1. Cor. 15, 51.

Digitized by Google

Nota 1. Reſurrectio univerſalis erit ſubitanea, qvando audietur ultima tuba, nihilominus tamen certo ordine conſpicua.

Nota 2. Ordo reſurrectionis non ſolum eſt dignitatis, ſed etiam temporis, præſertim qvoad apparitionẽ corporum reſuſcitatorum. Nam Chriſtum primitias ſeqventur primùm fideles mortui, deinde vivi in ultimo Chriſti adventu immutati, qvibus illa immutatio inſtar mortis & reſurrectionis erit. vid. 1. Theſſ. 4, 16. Tandem verò reſurgent etiam impii, ut occupet extremum ſcabies.

Nota 3. *Ordo temporis* conſiderandus eſt non reſpectu Dei, ſed reſpectu noſtri. Operatio enim divina ab infinita virtute profecta non habet opus ſucceſſione temporis, ſed in momento abſolvi poteſt.

Concluſio II. Conditio corporum reſuſcitatorum eſt memorabilis

I. ob perfectionem generalem. Qvia imprimis piorum corpora erunt perfecta, perfectione integrali & accidentali, omnibus membris absq; nævo & deformitate conſtantia.

II. ob perfectionem ſpecialem reſpectu tum qvantitatis, tum qvalitatis.

Nam I. *Qvalitas corporum reſuſcitatorum erit perfectiſſima.* Qvamvis enim illa in ſcripturis non ſit determinata: nec ad ſtaturam corporis Chriſti reſtricta, qvod Paulus non aſſerit Eph. 4, 13. nihilominus tamen tanta erit, qvantam beatitudo perfectiſſima ex divino beneplacito reqvirit. Non obſtante, qvod tam *magni qvàm puſilli in judicio ſiſtendi* oſtendantur Apocal. 20, 12. confer Luc. 19. verſ. 3. Nam ſtaturæ corporis diverſitas non tollit identitatem corporis numericam, qvia corpus idem numero conſiſtit non in accidentium, ſed in ſubſtantiæ identitate. Qvacunqve E. ſtatura corporis reſurgant pueri, identitati tamen ſubjecti nihil decedit. Sufficit nobis, qvod ſalva perfectione beatitudinis futura ſit aliqva corporum diverſitas, qvæ comparationem corporis majoris & minoris infert. Exactam verò qvantitatem manifeſtabit ipſa dies noviſſima.

Nota: *Corporã gigantum* ad naturalem ſuam qvantitatem reditura eſſe nonnullis videtur veriſimile, cùm ſtatura monſtroſa ſtatum naturæ communem & ordinarium excedat. Verùm Chriſtianus parùm ſolicitus eſt de monſtris, ad monſtroſum inferni theatrum relegandis.

II. *Qvalitas corporum reſuſcitatorum futura eſt perfectiſſima.* Qvæ expli-

Digitized by Google

explicatur Art. ſeq. 139. NB. & meritò colligitur ex perfecta Imaginis divinæ reſtitutione, tam ratione corporis, qvam ratione animæ expectanda. vid. art. 28. NB.

§. 6. Finis reſurrectionis eſt gloria potentiæ & juſtitiæ divinæ & reſuſcitatorum congregatio ad judicium, *qvi eſt finis communis, ſive apparitio coram tribunali Chriſti judicis Hebr. 9, 27. 2. Cor. 5, 10. Apoc. 20, 12. & ſententiæ finalis promulgatio.* Finis verò proprius eſt *diſtincta ad æternitatem tranſitio, videlicet incredulorum in gehennam, credentium verò ad gloriam. vid. art. 141. & 142.*

§. 7. Cognata *reſurrectionis univerſalis ſunt 1. Reſurrectio Chriſti. 2. Reſuſcitatio mortuorum particularis. 3. Immutatio viventium in fine ſeculi, 1. Cor. 15, 51. 52. 1 Theſſ. 4, 15, 17.*

Aſſertio I. Chriſtus eſt reſurrectionis principium Coloſſ. 1. & dormientium primitiæ. vid. art. 67. NB.

Aſſertio II. Reſuſcitatio particularis reſurrectionis univerſalis eſt præludium, & exempla à Chriſto, Prophetis & Apoſtolis reſuſcitatorum particularia ſimul ſunt infallibile Dei de reſurrectione univerſali ſub finem ſeculi futurâ teſtimonium.

Aſſertio III. Immutatio viventium in fine ſeculi eſt ſingulariſſima. vid. 1. Cor. 15, 57. 1. Theſſ. 4, 16.

Nota 1. Immutatio vivorum, ſive καταλλαγή (ex ἀλλάσσω, muto) non fiet mutatione ſubſtantiæ, ſed qvalitatum, qvæ à corporibus glorificatis alienæ ſunt, adeoqve in illis locum porrò habere non poſſunt, in tranſitu ad gloriam conſummatam.

Nota 2. Mutatio illa nihil aliud eſt, qvàm translatio è ſtatu mortalitatis in ſtatum immortalitatis, qvod illuſtrari poteſt exemplo Enochi & Eliæ.

Nota 3. Corpora phyſicis corruptionibus & imperfectionibus obnoxia in cœlum ingredi non poſſunt.

§. 8. Tempus *reſurrectionnis univerſalis eſt ultima hora Johan. 6, 40. c. XI, 25. qvando pii ad DEUM rapientur 1. Theſſal. 4, 16. ſine præcedente millenario Chiliaſtico. vid. Apocal. 20,*

4. &

4. & Comm. h. l. D. Hoë & D. Kromayeri. Confer Türckenfall/ *part. 2.*

§. 9. Conſeqvens reſurrectionis immediatum *eſt reſuſcitatorum judicatio, Art. 140.* Mediatum *verò & ultimum æterna impiorum damnatio Art 141. & piorum gloria Art. 142.*

§. 10. Diſtinctio *reſurrectionis patet ex diſtincto reſuſcitandorum ſtatu vel benedicto, vel maledicto. Mat. 25. Unde vocatur reſurrectio alia ad vitam ſive gloriam, Joh. 6, 39. 40. alia verò ad ſupplicium ſive ignominiam æternam Dan. 12, 2. vid. ſup. §. 1.*

§. 11. Uſus *hujus Articuli ampliſſimus patet ex Manuali art. 138. Inprimis verò ex L. Gerhardi de reſurrectione, & ex collatione cum reſurrectione Chriſti, art. 67. & antidotis contra mortem NB ſupra art. 132. Confer Panopliam ſacram, in fine Theologiæ Paracleticæ. Et Gymnaſium Patientiæ, ubi ſolatia ex PP. Luthero & aliis adducuntur. vid. inprimis* Tertullianum *de Patientia c. 9. & 4.* Cypriani *ſerm. de ſolatio contra mortem.* Ambroſii *lib. de bono mortis Tom 1. c. 12. & Tom 3. de exceſſu fratris Satyri, c. 13. c. 17. & de fide reſurrectionis* Chryſoſtomi *Homil. in 1. Theſſal. & 1. Cor. 15. & Homil. 69. ad populum, & Hom. 31. in Matth. & 21. in Acta Ap.* Hieronymi *Tom. 1. Ep. 3. ad Heliodorum, de Nepotiano, & Epiſt. 21. ad Paulam, in obitu Bleſillæ, & Ep 29. in Epitaphio Lucinii ad Theodoram, illius viduam.* Auguſtini *Tom. 9 de viſitat. ægrot. & Conſol. & Tom. 10. ſerm. 32. de verb. Apoſt. 1. Theſſ. 4. & lib. 9. Confeſſ. c. 10 Manual. c. 17. & 24.* Lutheri *Tom. 5. Jen. Germ. & T. 6. & T. 3. & 8. Mattheſium in Sir. 38. Qvæ pleraqve conjunctim exhibet liber, cui Tit.* Witthen-Troſt/ Sterb-Schul/ Gottſel. Alter / & Gedult-Schul.

ARTICULUS CXXXIX.
De Corporum Reſuſcitatorum Qvalitatibus.

Mor-

Mortale hoc induet immortalitatem. vid. 1. Cor. 15,54.35.42.

§. 1.

Corpora reſuſcitatorum *fore eadem ratione ſubſtantiæ, licet non ratione qvalitatum, dictum eſt art. 139. ex 1. Cor. 15,42. qvæ proinde hoc loco expendenda reſtant.*

Nota: *Qvalitas* eſt, ſecundum qvam aliqvid denominatur qvale. Qvæ hoc loco vel maximè facit ad ornandum ſubjectum convenienter affectum, in ſuo eſſe, & virtute agendi.

§. 2. Qvalitates corporis reſuſcitati conſiderari *poſſunt vel generaliter, qvatenus etiam nonnullæ ſunt communes corporibus impiorum, ut* incorrùptibilitas & duratio *perpetua, ex Art. 141. non tamen ſine nauſeâ & abominatione Eſa. 66, 24.* vel ſpecialiter, *qvatenus reperiuntur in corporibus beatorum glorificatis.*

§. 3. Qvalitates corporis glorioſi reſuſcitati æſtimari poſſunt vel conjunctim *ex natura corporis Chriſti glorificati art. 67. cui conformanda ſunt, Phil. 3,21. nec non ex ſimilitudine cum Angelis Matth. 22, 30. atqve ex beatiſſima perfectione, ſupra art. 138. vel* diſtinctè *ex 1. Cor. 15. & ſeq. §. 5. Nam Corpora piorum reſuſcitata erunt reformata, qvæ Chriſtus transfigurabit μετασχηματίσει. (ut aliud σχῆμα, formam, habitum & geſtum habeant, & aliam σχέσιν, ſive habitudinem: ab inuſitato σχέω habeo, qvod ab ἔχω deducitur. Confer Rom. 12, 2. συσχηματίζεσθε, de qva voce dictum eſt ſupra lib. 1. p. 35. NB.) ſcilicet non novam ſubſtantiam creando, ſed priſtinam ſubſtantiam novis accidentibus ornando, & corpori ſuo glorioſo conformando Philip. 3. qvoad perfectionem virtutis Eſa. 40, 31. & viſionis beaticæ 1. Cor. 13, 12. & abſentiam famis, ſitis atqve univerſæ imperfectionis & corruptibilitatis ex 1. Cor. 5. vid. Eſa. 49, 10. confer Matt. 22, 30.*

§. 4. Qvalitates corporum glorificatorum *potiores ſunt qvatuor: 1. Impaſſibilitas, 2. claritas, 3. agilitas, 4. ſubtilitas, 1. Cor. 15, 43. adeoqve*

1. *negativè* erunt corpora non-animalia, incorruptibilia, impaſſibilia.

2. *affirmativè* ſubtilia, clara, lucida, pellucida, & cum certis gradibus inſigni virtute prædita. De qvibus ſingulis agit Manuale Articul. 139.

Aſſertio I. Ad impaſſibilitatem pertinet immortalitas,& perpetua ſanitas 1. Cor.15,42.53.

Aſſertio II. Ad claritatem refertur pulchritudo,& omnis monſtroſitatis excluſio,Dan. 12,3. Matt.13,43.

Aſſertio III. Ad agilitatem pertinet immobilitas, & localis acceſſus negatio.

Aſſertio IV. Ad ſubtilitatem pertinet ſpiritualitas, ut corpus reſuſcitatum non ſit animale,ſed πνευματικὸν 1. Cor.15,44 & iſangelicum, Matt.22. qvæ tamen ſpiritualitas non notat naturæ corporeæ in ſpiritualem ſubſtantiam converſionem, per corporis abolitionem, ſed 1. ſpirituale corporis regimen, 2. qvalitatum immutationem. Confer Luc.24,39. cum corporeæ imperfectionis remotione,& abſentiâ perpetuâ,qvam omninò reqvirit

1. *conformatio* cum corpore Chriſti glorificato, non deorſum tendente, ſed ſurſum elevato,Marc.16.

2. *ſimilitudo* cum Angelis.

3. *excluſio* perfecta omnis corporeæ atq; animalis imperfectionis.

Aſſertio V. Ex ſpiritualitate ſeqvitur

1. penetratio dimenſionum. conf. Luc.1,29. Joh.20,19.

2. inviſibilitas,vid. Luc.24.37. Mat. 27,53.

3. illocalitas. Ratio eſt,qvia locus eſt affectio corporis naturalis,qvod eſt objectum cognitionis phyſicæ, qvale corpus non eſt corpus glorificatum ſpirituale,cujus naturam ignorat univerſa ratio,qvam explicat ſola revelatio, ex 1. Cor.15. Confer de corpore CHRISTI glorificato, ſup. art.67.

Poriſma: Ergò corpora ſanctorum non erunt loco circumſcripta, & tamen veritatem ſuam, i.e. dimenſiones internas retinebunt, etiam poſt glorificationem. Confer uſitatam Scholaſticorum diſtinctionem, juxta qvam in loco eſſe vel etiam *reſpectum ad locum habere* dicitur

I. *Corpus phyſicum* commenſurativè, dimenſivè, circumſcriptivè,occupativè,qvantitativè,& continuè. II. An-

II. *Angelus*, ſive in certo πȣ̃ conſtitutus definitivè, terminativè, determinatè, præſentialiter & indiſtanter, ſine locali ſpacii occupatione.

III. *DEUS* repletivè Jer. 23. impletivè, ſuperexcedenter, conſervativè, attinctivè ex Sapient. 7. & manifeſtativè. Qvi omnibus adeſt 1. per eſſentiam, dum omnia *pervadit*. 2. per præſentiam, dum omnia *pervidet*. 3. per potentiam, dum omnia *peragit*, bona, & mala vel impedit, vel permittit, vel ad bonum finem dirigit. vid. ſupra art. 26. & art. 10. Tit. 39. §. 2. NB.

§. 5. Claritas *corporum reſuſcitatorum admittit certos gradus*,

1. ex promiſſione, vid. Luc. 14, 14. Confer Eph. 2, 8.

2. ex determinatione 1. Cor. 15, 41. Confer de externa ſtatura ſup. articul. 138. §. 5.

§. 6. *Uſus hujus Articuli inſignis ſimulqve plenior ejus Exegeſis oſtenditur in Manuali articulo 139. NB. Videatur inprimis Gerhardus L. de reſurrectione.*

Articulus CXL.
De Extremo Judicio.

Cùm venerit Filius hominis, congregabuntur ante eum omnes gentes, & ſeparabit oves ab hædis Matt. 25, 31, 32.

§. 1.

Finis ultimi adventus Chriſti eſt univerſale Judicium, *ex Art. 137. & 2. Cor. 5.*

Nota 1. *Judicium* judicis judicantis actum reſpicit.

Nota 2. *Judex* hoc loco non conſideratur humanus, ſed ὁ θεάνθρωπος. Confer varias judicis conſiderationes explicatas in Theologia Exeget. lib. 3. c. 2. Tit. XI. NB.

Nota 3. Aliud eſt *Judicium decreti*, ubi qvis per ſententiam judiciariam abſolvitur vel damnatur, competens ſoli Deo, ejusqve vicariis in Eccleſia & Politia; aliud probationis, ſive Examen defectuum.

Digitized by Google

Nota 4. *Judicium DEI* complectitur omnes hujus & futuri ſeculi pœnas, cujus prodromi ſunt omnis generis calamitates. vid. ſupra Articul. 36.

Nota 5. Judicium h. l. non conſideratur humanum, Eccleſiaſticum aut Politicum, ſed divinum; non particulare in agone, ſed univerſale in mundi fine, qvod impios damnat, credentes verò abſolvit.

Nota 6. *Judicium univerſale dicitur extremum*, qvia præter illud deinceps non reſtat aliud.

Nota 7. *Judicium extremum* vocatur

1. φόβος κυρίου, per Metonymiam, qvia timorem incutit.

2. dies redemtionis Luc. 21. reſtitutionis Actor. 2, 31. & congregationis. Item dies illa, *κατ' ἐξοχὴν*, & dies Domini noſtri JESU CHRISTI.

Poriſma 1. Ergò dies noviſſimus impiis eſt dies iræ, piis verò dies redemtionis; Illis metuendus, his exoptandus; illis exitialis, his ſalutaris.

Poriſma 2. Ergò pii non timent diem Domini noviſſimum, nec opprimentur ab eo, qvia bonâ fruuntur conſcientiâ, qvæ facit eos imperterritos, & operum ejuſmodi ſibi conſcii ſunt, qvorum ipſos non pudere poteſt in die mortis & judicii.

§. 2. Extremum Judicium, eſt actus CHRISTI θεανθρώπου majeſtaticus viſibilis & univerſalis, *qvi omnes omninò homines, non ſolùm bonos eorumqve abſolutionem & ſalutem, ſed etiam malos eorumqve juſtam damnationem reſpicit, ex Art. 137. ſive, eſt actus ſolennis, qvo Deus per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, viſibiliter apparentem, præter Angelos malos, omnes in univerſum homines juſtè judicaturus eſt, piis qvidem, ſecundum Evangelium, cui crediderunt, vitam æternam; infidelibus ve[illegible] & impiis, juxta normam Legis ignominiam æternam decernendo.*

Nota: Judex univerſalis eſt Chriſtus θεάνθρωπος omniſcius & omnipotentisſimus, Mat. 28. qvi in natura ſua viſibili humanâ apparebit in judicio, in conſolationem piorum, & terrorem impiorum.

§. 3. Effi-

§. 3. Efficiens eſt Deus *Pſal. 8, 9. Eſa. 3, 13. Pater, Dan. 7, 9. Filius Actor. 17, 31. & Sp. Sanctus; Ejusq; juſtitia & veritas. Qvia juſtum eſt apud Deum reddere afflictiones 2. Theſſ. 1, 6. & veritas prædictionis reqvirit impletionem. Luc. 21, 33. ut finiatur Satanæ ſævitia Apoc. 12, 12. & hominum malitia. vid. 2. Pet. 3, 4. per appropriationem verò Chriſtus* θεάνθρωπος *Johan. 5, 22. 27. ſup. Art. 47. Judex juſtus omnipotens atq; Catholicus, omnibus expectandus: qvi verbis non fallitur, nec munere decipitur.*

Nota 1. *Judicium univerſale commune* eſt S. S. Trinitati, qvoad autoritatem & ſententiam; qvoad externam verò adminiſtrationem pertinet ad Filium incarnatum, qvi Filius Hominis eſt. Johan. 5, 29. Rom. 14, 10.

Nota 2. *Solus Filius Dei dicitur judex*, ſcilicet viſibilis, reſpectu actus externi viſibilis, qvi omninò etiam ab omnibus viſibilem atqve audibilem reqvirit judicem; qvia ſolus ille naturam talem habet in unitate ſuæ perſonæ, in qva Judex à judicandis omnibus & ſingulis videri poteſt. Act. 17, 31.

Nota 3. Actus judicii externus præſupponit communicatam carni Chriſti majeſtatem, imprimis verò omniſcientiam, omnipræſentiam & omnipotentiam. vid. Art. 48. 49. 50. Confer *Toletum* in Johan. c. 5. qvi hanc poteſtatem Chriſto Homini communicatam eſſe agnoſcit. vid. p. 311. annotatione 19. ubi ait: Præter poteſtatem judicandi communem cum Patre habuit *poteſtatem propriam Humanitati collatam*, qvam utiqve non habuiſſet, niſi Deus eſſet. Qvæ tamen poteſtas non eſt ſecundata & ſubalternata (uti ait ille) divinæ poteſtati, ſed ipſa poteſtas æterna communicata, ſine ullâ multiplicatione. Ibidem verò addit Toletus: *Unum eſt judicium*, qvod reſpectu poteſtatis humanæ Chriſti eſt ejus proprium, reſpectu poteſtatis divinæ eſt commune, cum Patre, qvantum ad ſubſtantiam actus ipſius: *qvantum ad modum verò, qvia per carnem conjunctam ſibi judicat, eſt etiam proprium Chriſti.* Sed Hominem eſſe judicem omniſcium, qvi ſit *καρδιογνώστης*, & omnipotentem, impoſſibile eſt, niſi ipſi communicata ſit omnis divina poteſtas Mat. 28. ut & omnia ſcire Col. 2. & omnibus ſententiam publicare, & incredulos in infernum præcipitare, credentes verò in cœlum introducere poſſit Mat. 25. Cum

 hæc

Digitized by Google

hæc omnia & ſingula neqvaqvam ſint opera potentiæ finitę, ſed infinitæ, divinæ, æternæ, & incomparabilis. vid. plura huc ſpectantia in Manuali NB. art. 49. Tit. 18. p. 768.

Nota 4. Opus hoc Trinitatis ad extra manet indiviſum, ſalvo perſonarum ordine.

§. 4. Inſtrumentum *judicandos congregans ſunt Angeli 1. Theſſ. 4, 16. conf. Mat. 13, 39. c. 24. 31.*

§. 5. Aſſeſſores & teſtes hujus judicii *ſunt Apoſtoli & Sancti reliqvi. vid. 1. Cor. 6, 2. Mat. 19, 28. Act. 13, 46. 51. Luc. 22, 30.*

Obſerv. 1. Judices impiorum ſunt fideles tùm in hâc vitâ, tùm in extremo judicio, ubi ſententiam Chriſti calculo ſuo approbabunt Mat. XI. 1. Cor. 6.

Obſerv. 2. Chriſtus eſt unicus judex univerſalis ordinarius & ſummus, Sancti verò judicant approbando & arguendo, atqve teſtificando de juſta impiorum juxta doctrinam Apoſtolorum & Prophetarum condemnatione.

§. 6. Objectum *hujus judicii eſt vel perſonale vel reale.*

§. 7. Objectum perſonale *præter Diabolos 1. Cor. 6, 3. ſunt omnes homines, tam boni, qvàm mali, cujuscunq; ætatis aut conditionis. vid. Mat. 25, 31. 2. Cor. 5, 10.*

Nota 1. Manifeſtatio hominum in extremo judicio futura reſpectum habet 1. ad Deum revelantem, 2. ad ſanctos, 3. ad impios.

Nota. 2. Infantes judicabuntur non reſpectu fidei alienæ, ſed propriæ.

Nota 3. Fideles ante tribunal Chriſti qvidem manifeſtabuntur, non tamen judicabuntur, ſcilicet 1. ratione ſententiæ damnatoriæ, 2. ratione peccatorum, 3. ratione pœnæ, adeoqve *omnes qvidem venient in judicium diſcretionis, non verò damnationis*, qvia peccatorum credentis non recordabitur Deus, Hebr. 10, 17. Mich. 7, 19. Confer ſup. p. 571. de voto: Am jüngſten Gericht mein Fürſprecher ſey. Qvod non actum, ſed fructum interceſſionis Chriſti reſpicit.

Nota 4. Ratio reddenda eſt cuivis, & qvisqve onus ſuum portabit, Gal. 6. adeoqve

1. *Nemo privatorum* pro altero reſpondebit, aut pœnas luet.

2. Per-

Digitized by Google

2. *Perſonæ verò publicæ*, (Magiſtratus, miniſtri Eccleſiæ, parentes & præceptores) &c. qvibus aliorum cura & educatio commiſſa eſt, qvorum commoda vel promovere vel impedire poſſunt, etiam de illis Deo rationem reddituri ſunt. Unde & ſtatus Evangelici præfat. in F. Conc. provocant ad ſummum Judicem: In welchem Bekäntnis wir durch die Gnade GOttes mit unerſchrockenen Hertzen / für dem Richterſtul JEſu Chriſti erſcheinen / und deßhalben Rechenſchafft geben wollen. Et Sax. Elector Auguſtus Conſiſtoriales monet, ut faciant officium, wie ſie ſolches zuförderſt vor dem Richterſtul JEſu Chriſti verantworten müſſen. NB. vid. ſup. p. 168.

§. 8. Objectum reale *ſunt omnia humana dicta & facta etiam occulta, Eccleſ. 12, 14. 1. Cor. 4, 5.* Formale *verò & principale fides ac incredulitas Marc. 16, 16. Johan. 3, 18. 36. qvatenus illa, ex bonis, hæc verò ex malis operibus omnibus innoteſcit, Matth. 25, 34. adeoqve* 1. Tota hominis vita, & 2. *omnia ejus tam facta externa, qvàm verba & cogitationes interna Matth. 12, 36. 1. Cor. 4, 5. atqve ſecreta hominum Rom. 2, 15. 1. Cor. 4, 5. confer infra §. 10. & 12. & de libro divinæ omniſcientiæ, Scripturæ & conſcientiæ ſupra art. 110.*

§. 9. Forma & proceſſus *poſt congregationem & ſeparationem judicandorum patet*

1. ex objectorum diſtinctione.
2. ex cauſæ cognitione. Matt. 25, 35. 42. 1. Cor. 4, 5.
3. ex cauſæ cognitæ dijudicatione ſive deciſione.
4. ex ſententiæ definitivæ promulgatione, ſive publicatione Matth. 25, 34.
5. ex executione. vid. Matth. 25, 46. & Gerhardi L. de extremo judicio.

Nota: Actus futuri judicii eſt viſibilis, igitur in omnium oculos incurrere debet judicandorum teſtimonium vel fidei, vel infidelitatis, videlicet opera, Matt. 25.

§. 10. Norma *hujus judicii erit vox & ſententia Judicis deciſiva verbo expreſſa: qvi crediderit, &c. ex Johan. 3, 18. confer*

Digitized by Google

fer §. 8. de operibus judicandorum, & Matth. 25, 34. Johan. 12, 48.

Nota: *Norma generalis eſt univerſa doctrina cœleſtis* Johan. 12, 48. Rom. 2, 16. *ſpecialis verò eſt Evangelium* Matt. 25, 34. credentibus exhibens hæreditatem gratuitam, à qva incredulos ſub maledicto conſtitutos excludit ſententia legis ſplendore Evangelico colluſtrata. Qvi enim non credit, ſuper hunc manet ira Dei, Joh. 3.

§. 11. Tribunal *hujus judicii erit nubes; ejusqve* Locus *non vallis Joſaphat, ſed ſoli Deo notus.*

§. 12. Finis eſt DEI gloria, *bonitatis & juſtitiæ, credentiumqve ſalus, qvam præcedet incredulorum ejectio, Articul. 14.: confer 2. Theſſal. 1, 6. ut qvisqve accipiat mercedem juxta opera.*

Nota: Chriſtus non propter, ſed ſecundùm opera judicans, illa in credentibus ut fidei notam, non verò ut ſalutis aut abſolutionis cauſam in judicio examinabit, vid. ſup. §. 10. & art. 100. & de cauſa damnationis incredulitate, art. 93. & 111.

§. 13. Proprietates *hujus judicii ſunt, non ſolùm* incertitudo *ratione momenti, finis ſeculi, & ipſius judici Matth. 13, 40. Marc. 13, 32. ſed etiam* 1. certitudo *ipſius actus*, 2. univerſalitas, 3. majeſtas, 4. juſtitia, 5. immutabilitas.

Nota: Singula hæc attributa excitant in nobis vigilantiam, preces, temperantiam & patientiam. vid. Luc. 21. Confer Matt. 25.

Aſſertio I. Judicium extremum eſt certiſſimum. Qvod probatur ex 2. Cor. 5, 10. vid. Gen. 18, 25. Act. 17, 31. Epiſt. Jud. verſ. 14. confer de antecedentibus ſignis extremi diei ſup. articul. 136. & de Chiliaſtarum ſomniis.

Canon: Tempus extremi judicii CHRISTO in ſtatu exinanitionis non fuit ſimpliciter, ſed ex liberâ evacuatione ignotum. vid. ſupra Articul. 48.

Aſſertio II. Judicium extremum eſt univerſaliſſimum, ex præced. §. 7.

Aſſertio III. Judicium extremum eſt verè majeſtaticum, & omninò ſtupendum, propter judicis dignitatem ac ſententiæ ſeveritatem: Ideoqve impiis terribile, non verò piis.

Poriſma:

Digitized by Google

Poriſma: Ergò Chriſtianos non decet provocatio temeraria ad extremum judicium. vid. Gymnaſ. Patientiæ p. 1012.

Aſſertio IV. Judicium extremum eſt juſtiſſimum. vid. ſupra §. 7. 8. 9. 10.

Aſſertio V. Judicium extremum eſt qvoad ſententiam immutabile ex §. 7. 8. 9. 10.

§. 14. Eventus *Judicii univerſalis generalis eſt ſententiæ executio Mat. 25, 26. ſpecialis verò eſt impiorum in tenebras exteriores ejectio, inſ. Art. 141. & piorum in gloriam receptio, Artic 142.*

§. 15. *Uſus hujus Articuli ampliſſimus patet ex Manuali Theolog. art. 140. add. Gerhard. L. de extr. judicio.*

ARTICULUS CXLI.

De Oppoſita Saluti Æternæ damnatione inferni.

Ibunt in ignem æternum Matth. 25. Damnati bibent de vino iræ Dei, & cruciabuntur igne & ſulphure in ſecula ſeculorum, Apocal. 14, 10. 11.

§. 1.

EVentus judicii univerſalis eſt 1. impiorum in tenebras infernales ejectio, 2. piorum in gloriam receptio, *ex Articul. 140. Hæc oſtenditur Art. 142. Illa verò h. l. conſideranda eſt. Nam ejectio impiorum in infernum præmittitur, ut gaudium piorum augeatur, Matth. 25, 46. confer c. 13, 43. colligite* πρῶτον *prius zizania in meſſe univerſali, ut comburatur, triticum verò, ut ſervetur.*

Aſſertio I. de voce Inferni. Infernus neqvaqvam notat locum phyſicum, ſed πȣ̃ *damnatorum humano ingenio ignotum.* Nec obſtat 1. τόπος *locus tormentorum* Luc. 16, 28. qvia relatio ad locum non infert ſimpliciter locum propriè dictum, ſed manſionem interdum notat, uti pa-

 tet

tet ex artic. 139. §. 4. NB. Nec 2. *abitus Judæ in locum ſuum* Act. 1, 25. εἰς τὸν τόπον τὸν ἴδιον, qvi manſionem animæ ſeparatæ notat, ex articulo 133. §. 3. factis condignam. Luc. 23, 41. vid. 2. Cor. 5, 10.

Nota 1. *Infernus* ab inferioribus terræ partibus nominatur, vid. ſup. art. 66. non propriè & phyſicè, ſed κατ' ἀναλογίαν & ὁμοίωσιν Scripturæ uſitatam.

Nota 2. Infernum Paulus vocat inferiores terræ partes Eph. 4, 9. reſpectu ſupremorum cœlorum; qvæ oppoſitio non phyſica eſt, ſed ſpiritualis, non reſpectu loci, ſed reſpectu ſtatus & conditionis. conf. Mat. XI, 25. Deut. 32, 22. & Art. 66.

Nota 3. De Loco inferni, ubi ſit, non conſtat. In centro autem terræ ideò collocare non poſſumus, qvia ſcimus terram cum univerſa Mundi machina aliqvando interituram, manente inferno una cum damnatis in eodem conſtitutis.

Nota 4. Infernus omnibus ſupremis cœlis opponitur Eph. 4, 9. tanqvam pars terræ infima, non qvod ibi certus inferni locus ſit, ſed qvia Scriptura damnatos in inferno pedibus Chriſti & beatorum omnium in cœleſti luce viventium ſubjicit, Pſalm. 110, 1.

Nota 5. An Infernus ſit vel in valle Joſaphat, vel in centro terræ, Scriptura nuſpiam docet, nec qvisqvam noſtrum locum illum definire debet, in qvâ vel mundi vel terræ parte ſitus ſit, contra Bellarm. & Calvin.

Nota 6. Qvia Scriptura longe freqventius loqvitur de inferno, tanqvam de infernalibus plagis ac tormentis, qvæ experiuntur impii projecti à facie Dei, qvàm de loco, ideo ſolliciti potius vivimus, ut ea evadamus, de loco autem non nimium ſumus curioſi.

Aſſertio II. de voce Scheol. Tam ipſe infernus qvàm Heb. vox שְׁאוֹל vel notat πῦ damnatorum materialiter, vel formaliter infernales cruciatus. vid. ſup. Art. 66. & præced. aſſert. 1. Imò latitudo hujus vocis reſpicit

I. Mortem antecedentia & prægustum dolorum infernalium, atq; pericula ipſa morte graviora. vid. 1. Sam. 2, 6. Pſalm. 18, 5.

II. Mortem concomitantia, eiqve cohærentia, qvæ ſunt animæ & corporis ſolutio, Pſal. 89, 49. ſepulchrum & mutatio vitæ in alium ſtatum, Job. 14, 13. Gen. 37, 35. c. 42. 38. Pſalm. 94, 17.

III. Mor-

III. Mortem conſeqventia hominum non omnium, ſed damnatorum Job. 5, 9. Pſal. 31, 18, Pſal. 49, 15. qvæ omnia pii conſiderantes reſpiciunt 1. *peccatorum meritum*, mortem ſcilicet temporalem & æternam, 2. *eventum*, qvem deprecantur cum Davide Pſal. 6, 6. ſcilicet 1. ut Deus cruciatus morte graviores mitiget atqve tollat, 2. mortem temporalem differat, 3. mortem æternam propter Chriſtum avertat. Vid. Arias Montanus Tom. 7. operis Regii Tractatu Joſeph. p. 35. ubi ait: *Infernus eſt inferius, cum connotatione abſumendi & excipiendi omnia, qvæ viva antea fuerint.* Et ita interitum notat Scheol, qvod ſemper petere & accipere ſoleat, ſponte autem edere qvicqvam, aut accepta reddere non cupiat. *Eſtq; omnium omninò de vita excedentium ſtatus*, qvalis corpori terra, ſine luce ſolis illuſtrata in ſepulchro, Gen. 37. ſic Num. 16. ante ſepulti, qvàm mortui. Qvorſum etiam reſpicit *D. Schmid.* in Job. 7. p. 308. Ubi ait: *Deſcendere ad infernum eſt* communis ſors hominum omnium & ſingulorum, dahin fahren. Eſt ſtatus mortuorum ex peccato, & ſtatus humilitatis, comparatus cum loco infimo, ad qvem deſcenditur ex luce.

Aſſertio III. de voce Gehenna. Gehennæ tormenta, & terra viventium ſunt oppoſita. Confer Matt. 5, 22. projectionem εἰς γέενναν τοῦ πυρός, & Kimchi in Pſal. 27, 13. Nam Gehinnom erat locus vicinus urbi Jeruſalem, ubi ſordes & cadavera & ignis & Molech, Jer. 7, 31. c. 19, 2. 2. Reg. 23, 11. ab horrendis verò cruciatibus & igne perpetuo ſic vocatur infernus, גיא vallis Ben Hinnom, filii Hinnom.

Aſſertio IV. de claſſibus inferni. Diſtinctio inferni in 4. ſinus ſeu cameras, damnatorum, purgandorum, infantum & juſtorum nulla eſt. vid. Artic. 134.

Ratio eſt, qvia infernus vocatur Gehenna, Locus inferior, tartarus & abyſſus, ubi ſunt infernalia ſupplicia à credentibus alieniſſima, qvæ etiam dicuntur ira, indignatio, tribulatio, anguſtia, mors, ſtridor dentium, ignis inextingvibilis, vermis non moriturus. vid. Rom. 2, 5. ſeq.

§. 2. Mors æterna eſt ſtatus damnatorum infeliciſſimus, *in qvo ex juſto Dei judicio homines finaliter increduli, diabolis in carcere infernali aſſociati, qvoad animam, in ipſo ſeparationis à corpore momento; qvoad corpus verò ſimul, poſt promulga-*

tam ſummi Judicis ſententiam, graviſſimis tormentis cruciabuntur, ut juſtitiæ & veritatis divinæ majeſtatem beati ſpectatores hujus executionis ex illius initio ſeveriſſimo plenius cognoſcant & celebrent.

Nota 1. *Infernus materialiter conſideratus eſt locus ſive πȣ̃ tormentorum* Luc. 16. qvo colliguntur animæ damnatorum, ibiqve torqventur.

Nota 2. *Infernus formaliter conſideratus eſt pœna* irati Dei, à judice juſtiſſimo damnatis & incredulis ob meritum Chriſti rejectum inflicta, ex Marc. 16, 16. Joh. 3, 18.

Nota 3. Infernus licet verbis localibus deſcriptus, non tamen eſt locus phyſicus, ex §. 1. aſſert. 1.

§. 3. Cauſa inferni eſt peccatum, qvo excitatur DEI ira, *promerens eſt homo. vid. de cauſa mortis, ſupra art. 132. & 36. vid. art. 10. de Ira & juſtitia Dei Tit. 30. & 32.*

Nota: Prima omnis miſeriæ humanæ cauſa eſt primum peccatum, Gen. 3. unde mors & privatio vitæ temporalis, ſpiritualis & æternæ orta eſt, Gen. 2. vid. art. 36. Rom. 5, 12. Qvam miſeriam *materialiter* augent omnia peccata proæretica, qvæ iram Dei indies accumulant Rom. 2, 5. ſicut theſaurizantes & numerum & cumulum argenti augere ſolent, *formaliter* verò & immediatè infligitur damnatio ob incredulitatem, Joh. 3, 18. Marc. 16, 16.

Canon: Damnatio eſt reprobationis non abſolutæ, ſed ob infidelitatem factæ executio, Johan. 3. Nam damnant qvidem etiam mala opera, ut cauſa efficiens, hoc eſt, damnationem merentur, *ſed ſola incredulitas damnat formaliter*, uti ſola fides juſtificat, Marc. 16, 16. Johan. 3.

§. 4. Cruciandi *in inferno ſunt præter diabolos, Matth. 25, 41. 1. Pet. 3, 19. omnes impii & increduli reſpectu animæ & corporis Matth. 10, 28. vid. art. 140.*

Obſervatio: Duo ſunt genera damnatorum, 1. eorum, qvi non noverunt Deum; 2. eorum, qvi non auſcultant Evangelio 2. Theſſ. 1, 8. Illi ſunt extra Eccleſiam, & dicuntur ἄθεοι ſeu infideles; hi ſunt in Eccleſia, tùm hæretici tùm hypocritæ.

§. 5. For-

§. 5. Forma *cruciatuum infernalium patet*

I. *In genere & conjunctim* ex remotione omnis boni, & privatione horrenda, per qvam excluditur inprimis 1. beata Dei viſio Apoc. 21, 15. Matt. 25, 41. c. 22, 13. c. 8, 12. 2. Theſſ. 1, 9. qvam excluſionem ſeqvitur 2. negatio lucis, 2. Pet. 2, 17. & Matth. 22, 13. & omnis refectionis Luc. 16, 24. Apoc. 14, 11. cum omnis mali & miſeriæ poſitione Rom. 2, 5. Apoc. 14, 11. 3. ſeparatio à beatis Luc. 16, 23. 26. eorumqve beatâ felicitate 2. Theſſal. 1. 6. 4. denegatio miſericordiæ, Luc. 16, 24. 5. deſperatio.

II. *Diſtinctè* ex pœnarum enumeratione tùm generali, tùm ſpeciali.

Aſſertio: Pœna infernalis eſt graviſſima. Qvod patet, qvia

I. In *genere* Scriptura Sacra 1. memorat ignem, Matth. 13, 30. 2. tenebras Matth. 22, 23. 3. Vermes Eſa. 66, 24. 4. ſulphur Apoc. 21, 8. Fletum & ſtridorem dentium Matt. 8, 12. cum extrema ignominia Eſa. 66, 24. deſperatione Apoc. 6, 16. & ululatu Matt. 13, 42. Cujus augmentum mala tam interna, qvàm externa accumulant. Dum cruciatus externos atqve internos Eſa. 66, 24. auget ſocietas dæmonum Matth. 25, 41. nec non carcer & ignis ſine combuſtione intolerabilis Luc. 16, 23. 24.

Nota 1. Pœnæ hæ pleræqve communes ſunt corpori ac animæ, qvæ illuſtrari poſſunt ex gravisſimis hujus vitæ tormentis, imprimis verò ſcaphiſmi. vid. Gymnaſ. Patient. p. 452. 449. & Manuale art. 141. NB.

Nota 2. Corpora damnatorum erunt incorruptibilia, non ad honorem, ſed ad ſupplicii diuturnitatem, cum perpetuo, licet irrito mortis deſiderio Apoc. 9, 6.

II. *Ex diſtinctis tam animæ qvàm corporis paſſionibus horrendis.*

Qvia I. Animæ pœna eſt ineffabilis.

Ratio eſt, qvia animæ tribuuntur peculiariter

I. *Vermes*, qvi indicant 1. morſum conſcientiæ, 2. invidiam, 3. deſperationem, 4. fremitus adverſus Deum perpetuos. vid. Eſa. 66, 24. Marc. 9, 44.

II. *Tenebræ*, qvæ notant

1. Summam mentis ac voluntatis excœcationem.
2. Memoriam tam bonorum, qvàm malorum hujus vitæ.
3. Privationem viſionis Dei & gloriæ cœleſtis.

 4. Hor-

Digitized by Google

4. Horribilem clamorum & ululatuum confuſionem.

5. Extremam triſtitiam & miſeriam incomparabilem, luci æternæ beatorum oppoſitam. Mat. 22.

II. Qvia Corporum pœna eſt exqviſitiſſima. Qvod patet, qvia inferno tribuitur

I. *Ignis infernalis non materialis*, ſed nobis ignotus & inexplicabilis. Nam Scriptura de rebus ſpiritualibus,& ad futurum ſeculum pertinentibus, phraſibus hujus ſeculi loqvitur, & per ignem ſummos cruciatus notat, ac iram Dei innuit. Deut. 32, 22. Eſa. 65, 5. Atqve eadem qvoqve eſt ratio ſulphuris & picis infernalis.conf. Mat. 25, 14. Apoc. 14, 11. c. 21, 8. c. 20, 15.

II. *fletus & ululatus horribilis*, qvi non fiet tàm effuſione lacrymarum, qvàm emisſione vocis lamentantium intolerabilis.

III. *ſtridor dentium ineffabilis*,qvi oriturus eſt partim ex iracundia & rabie adverſus Deum,ejusqve ſanctos; partim ex delictorum contritione; partim ex bonorum amisſione.

IV. *Luctuoſa cum Diabolis converſatio*, qvorum aſpectus ſupra modum terribilis, tormenta ſine fine gravia ſemper augebit.

§. 6. Cruciatuum infernalium certi dantur gradus. *vid. Mat. XI, 22. qvorum & modus & πῶ nos latet. vid. ſup.* §. 1.

Nota: Supplicium æternum damnationis in omnibus erit æqvale, gradus tamen cruciatuum pro inæqvalitate delictorum erunt inæqvales. Conf. Joh. 19, 11. Mat. 5, 22. c. 10, 15. c. XI, 21. Luc. 12, 47. Rom. 2, 12. Nam æqvalis erit pœna omnium damnatorum qvoad extenſionem, inæqvalis tamen qvoad intenſionem & qvantitatem. Gravius enim punientur, qvi Evangelio non auſcultarunt, qvàm qvi Deum planè non noverunt. Mat. XI.

§. 7. Finis *& terminus tormentorum infernalium planè nullus eſt.*

Ratio eſt, qvia *duratio pœnarum infernalium eſt perpetua, infinita & æterna.* vid. Matth. 25, 46. Eſa. 66, 24. Apoc. 14, 11. Cujus initium ſentit anima ſeparata Luc. 16. Complementum verò reſuſcitatus, in judicio damnatus,& ad orcum relegatus, Matt. 25.

Nota 1. Æternitas pœnarum infernalium non eſt juſtitiæ divinæ con-

Digitized by Google

contraria, 1. ob infinitæ juſtitiæ læſionem, 2. ob continuationem voluntatis peccandi, etiamſi perpetuò vixiſſent damnati. Unde ex hoc ipſo ſupplicio patet tam juſtitiæ, qvàm veritatis divinæ à credentibus cum exultatione celebrandæ manifeſtatio 2. Theſſ. 1, 6. 8. 9. dum ante introductionem piorum in vitam æternam ejectio incredulorum in infernum erit conſpicua. Mat. 25.

Nota 2. Ex inferno nulla redemptio eſt, neqve hominum, neqve diabolorum.

§. 8. *Uſus hujus Articuli inſignis ejusq; plenior explicatio patet ex Manuali art. 141. add. Gerhardi L. de inferno.*

ARTICULUS CXLII.

De Salute conſummata, qvæ eſt ipſa Vita Æterna.

Juſti ibunt in vitam æternam, Matt. 25, 46. vid. 1. Joh. 3, 2. 1. Cor. 2, 7. & ſup. art. 131. & 140.

§. 1.

Vita æterna eſt ſalus conſummata, *ex art. 131.*

Canon: Salus æterna credenti eſt certiſſima.

Ratio eſt, qvia certiſſima eſt 1. divina mediorum conſtitutio, Johan. 20.

2. acqviſitio per Chriſtum, Eſa. 53, 1. Joh. 2.
3. oblatio per Verbum & Sacramenta, art. 70.
4. apprehenſio per fidem, Rom. 3.
5. applicatio in juſtificatione Rom. 4.
6. conſervatio divina finalis, 1. Pet. 1.
7. Translatio ex regno gratiæ in regnum gloriæ Luc. 2.

Nota 1. *Vita* eſt vivendi actus continuus. Nam vita vitat mortem & interitum. vid. ſup. art. 10. Tit. XI. NB. Unde & Ariſtoteles l. 14. Metaph. c. 8. agnovit Deum eſſe ſempiternum, optimumqve vivens, ζῶον ἀίδιον, ἄριστον, qvi habet ævum continuum & æternum. Qvem vocat admirabilem & pulcherrimum, θαυμαστὸν & κάλλιστον, qvi eſt ſubſtantia immobilis, οὐσία ἀκίνητος. Principium omnium, ἀρχή.

Nota

Nota 2. *Salus* vocatur, qvæ ſalvum, ſanum, tutum & incolumem præſtat.

Nota 3. Beatitudo dicitur, qvæ beatum præſtat aut reddit; confer de Deo, qvi eſt S. B. & ultimus finis ſup. p. 258. unde *μακάριος* qvaſi *μάλιστα χαίρων* perfecto gaudio repletus non ſolùm privativè & ratione oppoſitæ damnationis evitatæ ex Art. 141. ſed etiam poſitivè ſupra art. 131. & art. 52. qva de re agit Theol. Poſit. art. 1. §. 2. NB. pag. 186. & art. 10. Tit. 41. NB. nec non art. 131. §. 1. ex Arriaga, ubi non regnat fatum, aut mors fatalis, *μακάριος μὴ κηρὸς* non morti obnoxius, *κὴρ, κέω*, ſeco vel *κείρω* depopulor, qvia mors omnia verſat & evertit.

Nota 4. *Salus* h. l. conſideratur non gratiæ, ſed gloriæ.

Nota 5. *Beatitudo* alia externa, alia interna, dicitur: & alia ſpiritualem, alia æternam felicitatem reſpicit.

Nota 6. *Vita* h.l. non conſideratur gratiæ aut naturæ, ſed gloriæ; de æternitate dictum eſt NB. ſup. p. 261. Et vita æterna h.l. non notat vitæ æternæ principium ſive cauſam meritoriam Chriſtum 1. Johan. 5, 20. aut viam ſalutis Joh. 17, 3. aut vivendi actum, ſed beatorum ſtatum, Matth. 25, 46. vid. inf. §. 3.

Nota 7. Vita æterna vocatur finis Theologiæ formalis NB. ſupra pag. 186. (objectivus enim eſt ipſe Deus) & *fruitio Dei.* vid. ſupra artic. 10. Tit. 4. NB. & p. 258. qvæ inchoata eſt per fidem, in regno gratiæ, qvoad prægustum, Johan. 3, 36. c. 5, 24. Hebr. 6, 4. *Conſummata* verò in regno gloriæ, qvæ ſecùndum qvid competit animæ ſeparatæ Luc. 16. abſolutè verò & totaliter beatis reſuſcitatis, qvoad animam & corpus, in regno cœlorum, Matt. 25, 34.

§. 2. Vitæ æternæ varia in Scripturis paſſim occurrunt nomina. *Vocatur enim*

1. *Paradiſus* ſpiritualis, Luc. 23, 43. 2. Cor. 12. cujus figura fuit hortus terreſtris, ſup. Art. 28.

2. *Corona,* qvia datur pugnanti ac vincenti, & corona juſtitiæ ob Chriſti meritum. vid. 2. Tim. 4, 8.

3. *Hæreditas*, excludens omne filiorum meritum. Mat. 25.

4. *Merces*, ſcilicet non meritoria, ſed gratuita, & qvidem merces copioſa in cœlis Mat. 5. Non verò ipſum cœlum, aut ipſa vita æterna merces eſt, ſed chariſma & donum gratuitum Rom. 6.

Canon:

Digitized by Google

Canon: Vita æterna non obtinetur noſtris meritis, qvia 1. deeſt proportio inter laborem & mercedem, 2. qvia omnes labores noſtri imperfecti, & 3. aliàs Deo debiti ſunt. vid. Art. 100.

5. Reqvies Apoc. 14. & fruitio Dei. vid. artic. 10. Tit. 41.

6. Vita Jeſu.

7. Ultimus ſcopus. conf. ſup. Art. 131. §. 1. & Apoc. 22, 17. 20.

8. Thronus Chriſti, à throno dextræ Dei diſtinctus, vid. ſupra articul. 69.

9. *χάρισμα*, cum excluſione meriti Rom. 6, 23. qvia eſt donum gratuitum, Conf. artic. 94. Cui nec pietatis promiſſio 1. Tim. 4. nec denarius Mat. 20. nec meſſis obſtat Gal. 6, 8. vid. ſup. art. 100. & Theol. Exeg. l. 2. c. 3. Tit. 3. nec gradus gloriæ infra §. 10. vid. art. 77. §. 5.

Ratio eſt, qvia, qvando jam in cœlum recepti ſumus per Chriſtum, tunc ſeqvuntur præmia accidentalia, à coronâ 2. Tim. 4, 8. æqvali per fidem *ἰσότιμον* diſtincta 2. Pet. 1, 1. Nam promiſſio 1. Tim. 4. ratione beatitudinis accidentariæ oſtendit differentiam, Apoc. 3, 11. & inæqvalitatem, reſpectu B. operum Dan. 12, 10. juxta laborem proprium. 1. Cor. 3, 8. Ubi tamen non datur meritum, qvod æqvalitatem operum & præmii reqvirit, qvæ hoc loco nulla eſt, qvia non ſunt condignæ paſſiones Rom. 8, 18. nec actiones ſervorum, qvia illi ſunt inutiles Luc. 17, 10. ſcilicet ad promerendum, qvod fatetur Eccleſia triumphans Apoc. 4, 10.

Summa: B. O. imperfectio, de qva art. 72. & 100. ex malo tam originali, qvam actuali reſidua, qvæ perpetuum tegumentum perfectionis Chriſti deſiderat, ſine qvo impoſſibile eſt placere Deo Hebr. XI, 6. Pſ. 32. ſimpliciter excludit actum meritorium. Qva de re agit Theol. Aſcetica.

Nam 1. Defectus perfectæ obedientiæ, qvam promiſſio Legalis reqvirit, excludit actiones vitæ æt. meritorias vid. artic. 77. §. 6.

2. Natura promiſſionis Evangelicæ gratuitæ excludit actus meritorios. Et defectus perfectæ dignitatis B. O. ob peccatum adjacens Rom. 7, 21. inhabitans & circumſtans Heb. 12, 1. excludit merita in eo, qvi 1. per fidem juſtificatur gratis Rom. 3. ita ut 2. deplorare cogatur ſordes peccati reſiduas. c. 7. cùm non niſi placente perſonâ placeat opus Gen. 4, 4.

10. Cœlum, cœlum cœlorum, & cœlum tertium 2. Cor. 12, 2. non ratione loci, ſed ratione præſtantiæ.

Nota 1. Cœlum vocatur 1. aër, 2. firmamentum, 3. ſedes beatorum.

Nota 2. Deus non eſt in locali aliqvo & corporeo cœlo, in ſuperioribus mundi partibus, qvia 1. etiam Angeli, qvando in terris famulantur parvulis, ſemper ſunt in cœlis, & vident faciem Patris cœleſtis in cœlis, Matt. 18. 2. aliàs melioris conditionis eſſent aves, qvarum vita eſſet Deo vicinior.

Nota 3. Cœlum viſibile ſedes Dei appellatur, Eſa. 66. & thronus Matt. 5. metaphoricè, qvia in illius opificio evidentius gloria Dei refulget, qvam in aliis creaturis.

Nota 4. Deus de cœlo deſcendere dicitur non motu locali, in terram veniendo, ſed majeſtatem ſuam manifeſtando. vid. articul. 10. Titul. 5. & 39. NB.

Nota 5. Cœlum, in qvo eſt Chriſtus, eſt domus æterna non manu facta 2. Cor. 5, 1. ideoqve non eſt definiendum loco, ſed majeſtate, gloriâ ac beatitudine. vid. ſup. art. 68.

§. 3. Vita æterna eſt ſalus conſummata, *adeoqve eſt ſtatus electorum glorioſus, perfectiſſimam corporis & animæ ab omni malo immunitatem, & univerſæ beatitudinis perfruitionem cum Dei viſione, amore ac celebratione perpetuâ includens.*

Summa: Vita æterna eſt fruitio beatifica in ſtatu feliciſſimo, qvo Deus ex mera gratiâ, propter Chriſtum Mediatorem unicum fide perſeverante apprehenſum, pios in cœlum receptos, qvoad animam qvidem ſtatim poſt beatam analyſin, at poſt hujus cum corpore redunitionem, qvoad utramq; totius compoſiti partem, ſummâ, eâqve ineffabili, ac nunqvam terminandâ gloria beabit, in nominis ſui laudem, & beatorum refectionem.

Canon: Oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcendit, qvæ Deus præparavit credentibus, ideò cor hominis illud aſcendat, ut tandem hoc bono fruatur æternùm, & illud feliciter obtineat. vid. 1. Cor. 2, 7.

§. 4. Cauſa efficiens *eſt gratuita Dei miſericordia, Eph. 2, 8.*

1. Canon: *Vita æterna non eſt meritum noſtrorum operum, ſed donum Dei gratuitum,* & paterna hæreditas, Matth. 25, 34. Rom. 6. omnia merita noſtra excludens. NB. §. 2.

Ratio

Ratio eſt, qvia univerſa ſalus noſtra eſt mera gratia artic. 90. qvæ ideo operibus noſtris per expreſſam antitheſin derogatur, Eph. 2. vid. articul. 100.

Poriſma: Ergò nemo vitâ æternâ dignus eſt, niſi qvem Deus ipſe dignum facit.

§. 5. Cauſa meritoria *eſt Chriſtus Jeſus, qvi vitam æternam omnibus ſuo merito acqviſivit Johan. 3. Cujus beneficia omnibus per verbum offeruntur, & credentibus obſignantur per Sacramenta. In qvo Mediatore inprimis Deus dilexit eos, qvos finaliter credentes vidit, & æternum ſalvare conſtituit. vid. articul. 110. & 37. 38. 39.*

§. 6. Cauſa inſtrumentalis *eſt fides hoc beneficium apprehendens, Joh. 3. Marc. 16. vid. art. 93.*

§. 7. Subjectum, ſeu candidati vitæ æternæ *ratione divinæ intentionis, & ratione univerſalis acqviſitionis poterant eſſe omnes peccatores, ex art. 37. 38. & 71, ratione verò actualis poſſeſſionis ſunt ſoli electi finaliter credentes, vid. ſupra art. 109. & artic. 110. Angelorum ſocii.* Objectum *verò Deus erit beatis omnia in omnibus, 1. Cor. 15.*

Canon: Vita beata merito Chriſti omnibus ſimpliciter hominibus acqviſita eſt, adeò ut nemo prorſus in toto mundo fuerit præteritus. vid. art. 38.

Canon 2. Qvos Deus ad vitam elegit, redemit, vocavit, juſtificavit, & in fide confirmavit, illos tandem æternùm ſalvat, Rom. 8. vid. articul. 110.

Canon 3. Hæredes vitæ æternæ ſunt juſtificati art. 93. qvorum nota, conditio & à poſteriori deſcriptio eſt dilectio, non verò hæreditatis cauſa, Matt. 25. vid. art. 100.

§. 8. Forma *vitæ æternæ conſiſtit in perfectiſſima omnium bonorum perceptione & fruitione, qvæ intellectui humano in hac vitâ eſt incomprehenſibilis, & ſapientiæ inexplicabilis, & lingvæ ineffabilis, ex 1. Cor. 2, 7. NB. infra canon ſeqvens.*

Digitized by Google

Ratio eſt I. qvia ſalus æterna conſiſtit in Dei viſione radicaliter; in Deo ipſo ſive ſummo bono objectivè; in fruitione Dei hominem beatum Deo ſimilem reddente formaliter; in tranqvillitate, celebratione Dei & exultatione ineffabili conſeqventer. vid. Gerh. Tom. 9. & D. Calovius Tom.3. Syſtem. art. 7. p. 1231. Confer Theol. Poſit. ſup. artic. 1. §. 2. & de ſummi Boni fruitione art. 10. Tit. 4. NB.

II. Qvia vita æterna generaliter conſiderata ſimpliciter excludit iram, & includit univerſam benedictionem ac vitam, Matt. 25. Nam vita æterna non ſolùm includit omnis mali abſentiam, ſed etiam omnis boni præſentiam perfectiſſimam. Ubi concurrit utrumqve 1. non perire 2. habere vitam & abundantiam Joh. 10, 10. c. 3, 16. ſic Pſal. 103, 4. vid. ſup. p. 491. & Repertorium Rhetoricum de Tapinoſi & negatione emphaticâ ex Luthero NB. Ubi Deus erit omnia in omnibus 1. Cor. 15, 28. immediata virtute beatos reficiens, Apoc. 21, 22. vid. D. Hoë h. l. & Auguſtinum l. 22. de Civit. Dei c. 30. cujus verba infra §. 11. repetuntur.

III. Qvia vita æterna ſpecialiter conſiderata negat omne malum, & ſimul ponit omne bonum. Unde deſcribitur

I. Negativè per remotionem omnis mali, videlicet mali tum culpæ, tum pœnæ, ex art. 36. NB. adeoqve mortis, luctus, clamoris, doloris &c. Apoc. 21. conf. ſup. art. 140. ob plenariam victoriam de omnibus hoſtibus, Mundo, peccato, morte, diabolo & inferno reportatam.

II. Poſitivè per poſitionem omnis boni, Sabbati ex Sabbato Eſa. 66. cum Dei viſione, veris divitiis, infinitis præmiis, perfectâ Dei ſimilitudine, æternâ tranqvillitate, Deiqve glorificatione & lætitiâ ineffabili. Confer ſup. art. 28. de Imagine Dei.

Canon: Beati videbunt Deum Matt. 5. ſicuti eſt 1. Joh. 3. à facie ad faciem lumen in lumine impenetrabili 1. Tim. 6. etiamſi viſionis modus ſit inexplicabilis. NB. vide ſup. de attributis divinis art. 10. Tit. 10. ſufficit nobis res ipſa & qvod Chriſtum videns videt Patrem, Joh. 14.

Nota: *Bona vitæ æternæ* vel reſpiciunt 1. *animam,* ubi tam perfecta illuminatio intellectus 1. Cor. 13, 9. 10. qvam conſummata rectitudo voluntatis & appetitus Pſal. 17, 15. Eph. 4, 24. c. 5, 27. cum ſumma ſecuritate durationis perpetuæ occurrit Joh. 16, 22. 2. *vel corpus*, de cujus qva-

qvalitatibus agit articulus 139. NB. 3. *vel totum hominem*, cui poſt reſtitutionem imaginis divinæ competit 1. *viſio* beatifica tam intellectualis, 1. Cor. 3,12. qvàm corporalis θεανθρώπου, Job. 19,27. & divinæ majeſtatis Matt. 5. ſive luminis infiniti in lumine habitantis 1. Tim. 6. non qvidem *comprehenſiva*, qvæ adæqvatam ſummi boni cognitionem ſoli Deo propriam involvit: *ſed intuitiva*, qvæ imperfectæ cognitioni & repræſentationi per ſpeculum opponitur, 1. Cor. 13,12. 1. Joh. 3,2. & corpori ſpirituali 1. Cor. 5, 15. ejusqve oculo Iſangelico Luc. 20,34. Matt. 22, 30. denegari neqvit. Confer Matt. 18, 10. c. 24, 36. Marc. 13, 32. etiamſi modus in hac vitâ nec viſibilis, nec comprehenſibilis 1. Cor. 2. indicari non poſſit. 2. *exultatio* Pſal. 17,15. 3. *celebratio* Apoc. 4,10.

§. 9. Præmia *vitæ æternæ reſpiciunt gloriam corporis & animæ.*

I. Gloria corporis oſtendit, qvod inprimis in corpore beato expectanda ſit 1. ſanitas, 2. claritas, 3. Angelica qvalitas, 4. à corruptione immunitas, 5. notitia ſanctorum, 6. immortalitas. Confer de qvalitatibus corporis glorificati art. 139. & de plenaria imaginis divinæ reſtitutione ſup. art. 28. Nec non de converſatione & colloqviis ſanctorum, Angelorum, Patriarcharum, Regum, Prophetarum, Apoſtolorum & Eccleſiæ Doctorum appendicem libri, cui Titulus Gottſelig Alter/ ex Hebr. 12, 22. 23. NB.

Summa: ibi erit 1. notitia perfectiſſima, 2. amor conſtantiſſimus, 3. gaudium ineffabile, 4. colloqvia amiciſſima, 5. glorificatio DEI perpetua.

II. Gloria animæ & captum & lingvam ſuperat. Qvia in anima beata erit 1. glorificatio, 2. ſapientia plena, 3. juſtitia plena, 4. à peccato immunitas, 5. perfecta lætitia, 6. divinæ majeſtatis cohabitatio & cognitio completa, licet non infinita.

Canon: *Vitæ æternæ gaudium eſt prorſus ineffabile.* vid. Eſa. 35,10. 1. Cor. 2,9. Matt. 17, 4.

Poriſma: Imperfectio itaqve noſtræ ſcientiæ accendat in nobis vitæ æternæ deſiderium, qvod vel ſola attributorum divinorum meditatio præſtat. vide ſupra art. 10. totum.

§. 10. Affectiones gloriæ beatitudinis æternæ ſunt 1. æterna duratio *1. Theſſ. 4, 17.* 2. gradus inæqvales, *ſecundum*

dùm diſtinctos laborum gradus diſtincti, ex promiſſione gratuita, 1. Tim. 4, 8. vid. Höpfnerus de Juſtificatione. Qva de re dictum eſt ſupra §. 2. NB.

Canon 1. *Gradus gloriæ* in vitâ æterna diſtincti ſunt certisſimi ex 1. Cor. 15, 41. conf. Dan. 12, 3.

Canon 2. Gradus promiſſæ gloriæ ardorem in ſtudio pietatis excitare & poſſunt & debent. Neqvaqvam verò ſtudium bonorum operum recordatione præmii gratuiti excitatũ, intuitu æternæ mercedis, more mercenariorũ, cum opinione meriti, continuare licet. vid. ſup. art. 100.

§. 11. Initium *ſtatus beati competit animæ ſeparatæ, Luc. 23, 43. Apoc. 14, 13.* Complementum *verò animæ cum corpore reſuſcitato ſimul poſt unionem. vid. Mat. 25, 34. 46. vid. art. 133.*

§. 12. Finis *vitæ æternæ* ſummus *eſt DEI gloria infinita, ejusqve ſcopus unicus 1. Pet. 5, 10. Eph. 1, 4. 5. 6.* ſed minus principalis *eſt piorum refectio interminabilis 2. Theſſal. 1, 7. 1. Pet. 1, 4. 6. c. 4, 13.* Finem enim beatitudo æterna ratione durationis habet nullum. *vid. Auguſt. L. 22. Civit. Dei c. 30. ubi ait: qvis alius eſt finis noſter, niſi pervenire ad regnum, cujus nullus eſt finis. Ubi DEUS omnia in omnibus, ipſe erit finis deſideriorum noſtrorum, qvi ſine fine videbitur, ſine faſtidio amabitur, ſine fatigatione laudabitur, &c. Ibi vacabimus & videbimus, videbimus & amabimus, amabimus & laudabimus. Ecce, qvod erit in fine, ſine fine!*

§. 13. Commentarium *hujus articuli offert Gerhardus Tomo 9. & Manuale art. 142.*

Concludimus tandem verbis Damaſceni:

Euge, ô Chriſte, qvid tibi pro his omnibus nos miſeri & egeni retribuemus? Tua enim ſunt omnia, & nihil à nobis petis, niſi, ut ſalvemur: at hoc ipſum etiã Tu das: Et qvidẽ accipientib9 gratiam habes, propter ineffabilem tuam bonitatem. Tibi ſit gratia, qvod, cum non eſſemus, dediſti, ut eſſemus: cumq; perditi eſſemus, ex gratia nobis donaſti, ut benè eſſemus: ac, qvi inde prolapſi ſunt, eos rurſus erigis ac reducis eò propter ineffabilem tuam demiſſionem!

Finis Theologiæ Poſitivæ.

DEO GLORIA!

Seqvi-

Digitized by Google

Seqvitur Univerſæ Thologiæ Syſtema II. qvo continetur

THEOLOGIA POLEMICA.

§. 1.

POſt abſolutam Theologiam Poſitivam patet Theologo 1. Panoplia *ſacra contra adverſarios.* 2. Prudentia *ſacra*, 3. Hermenevtica *ſacra*.

§. 2. Theologiæ Polemicæ pars communis monſtrat Polemicam ſacram generalem, propria verò ſpecialem.

§. 3. Pars communis *exhibet I. Summam. II. Reqviſita. III. Normam. IV. Proceſſum diſputandi. V. Methodum proponendi. VI. Objectum. VII. Fructum Theologiæ Polemicæ.*

§. 4. Pars verò propria *attendit controverſias peculiares, qvæ orthodoxiam vel univerſam, vel certa ejus objecta oppugnant. De qvibus ſingulis, cum DEO, dicendum erit. Seqvitur ergò*

I. Pars prima ſive communis Theologiæ Polemicæ.

Tractatus I.

De Natura Theologiæ Polemicæ.

§. 1.

THeologia Polemica eſt habitus ſupernaturalis *animum Theologi perficiens, ut ex principio Verbi revelati poſſit contradicentes ſolidè convincere, & veritatem divinam conſtanter defendere, ad DEI gloriam, ſeductionis excluſionem & auditorum ſalutem. Dicitur etiam* Polemoſophia *ſacra, qvia bella Domini inſtituere docet, contra hoſtes divinæ veritatis. Cujus cauſæ facilè perſpiciuntur ex tractatu proœmiali de Theologia in genere.*

§. 2. Efficiens eſt Deus, *qvi inimicitias inter ſemen mulieris*

lieris & caput ſerpentis in Paradiſo conſtituit, Gen. 3, 15. reconciliationem Chriſti & Belial impoſſibilem oſtendit, à ſeductoribus cavere juſſit, Matt. 7. & non ſolùm in Doctore Eccleſiaſtico reqvirit, ut præter exactam veritatis notitiam poſſit τὺς ἀντιλέγοντας ἐλέγχειν *Tit. c. 1, 9. & ſeductores* ἐπιστομίζειν, *v. 11. verùm etiam* organa ſua *neceſſariis Spiritus S. donis inſtruit, ut adverſarii non poſſint reſiſtere* ἀντιστῆναι *ſapientiæ & Spiritui, qvo loqvuntur Actor. 6, 10. Ipſe dat os & ſapientiam, cui non poſſunt contradicere, neqve reſiſtere omnes, qvi adverſantur ipſis,* ᾗ δυνήσονται ἀντειπεῖν, ὐδὲ ἀντιστῆναι πάντες οἱ ἀντικείμενοι, *Luc. 21, 15.*

§. 3. Principium *Theologiæ Polemicæ unicum eſt Scriptura Sacra. vide ſupra Theol. Poſ. art. 5. & infra tract. 3.*

§. 4. Objectum ſunt controverſiæ ſacræ, *tum non Chriſtianorum, qvæ extra Eccleſiam Judæos, Gentiles, Turcas, & alios attinent: tum Chriſtianorum in Eccleſia viventium, de qvibus infra agit tractatus 6.*

Nota: *Objectum* Theol. Polemicæ eſt generale, ſpeciale & ſingulare.

I. *Generale eſt,* qvod univerſam veritatem religionis Chriſtianæ oppugnat in genere. Huc ſpectat 1. Epicureiſmus, Atheiſmus atqve Puccianiſmus. 2. Hæreſis 3. Schiſma. 4. Apoſtaſia. 5. Pſeudo-Chriſtianiſmus. 6. Scepticiſmus & Probabiliſmus. 7. Syncretiſmus.

II. *Speciale* eſt qvod ſpeciali modo veritatem oppugnat tam extra Eccleſiam, qvam in Eccleſia. Ibi conſpicitur 1. Gentiliſmus. 2. Judaiſmus. 3. Turciſmus. Hic verò 1. Papiſmus. 2. Calviniſmus. 3. Photinianiſmus. 4. Arminianiſmus. 5. Enthuſiaſmus, cum Svencfeldianiſmo, Weigelianiſmo & Qvackeriſmo. 6. Anabaptiſmus.

III. *Singulare* attendit ſingulos fidei-articulos, & ſingulas in ſingulis theſibus occurrentes controverſias.

§. 5. Forma eſt accurata contradictio *(qvam elenchus reqvirit, Tit. 1. 9. ut contradictio fiat convictio v. 11.) ad normam revelatæ veritatis adſtricta, cujus fructus eſt falſitatis everſio, ubi ſimul & diſputandi proceſſus, & methodus proponendi controverſias conveniens attendenda eſt, ex ſeqvente tractatu 3. 4. & 5.*

Nota:

Digitized by

Nota: *Fundamenta* veritatis, & probationes ſolidæ ſunt robur multiplicatum עצמה Eſa. 40, 29. oſſa & nervi, qvibus firmatur ac ſtabilitur cauſa & concluſio, ἀπόδειξις πνεύματος, 1. Cor. 2, 4. captivans omne νόημα, 1. Cor. 12, 4. ut veritas ſit irreſiſtibilis. vid. Tit. 1. 9.

§. 6. Finis *eſt DEI gloria, veritatis defenſio, Theologi certitudo. vid. Theol. Exeget. libro 2. c. 6. Tit. 4. NB. ſeductionis excluſio, & auditorum ſalus. Qvâ de re agit ſeqvens tract. 7.*

§. 7. Diviſio *oſtendit partem communem & propriam, qvarum illa generalia, hæc verò ſpeciales controverſias examinat. vid. ſupra §. 3.*

Tractatus II.

De reqviſitis Theologi Polemici.

§. 1.

QVia Theologia Polemica non ſolùm veritatem cognoſcit & cognitam aliis proponit, verùm etiam contra qvoſcunqve adverſarios defendit: igitur non omnes, ſed ſolùm probè informati & ſufficienter exercitati milites ad hoc negotium reqviruntur. *Nam, ſi unqvam in Theologo, certè in Theologo Polemico hoc reqviritur, ut ipſe ſit* καλῶς γυμνασμένος *benè exercitatus, ſicut de Jobo loqvitur Chryſoſtomus.*

Nota 1. *de reqviſitis* in genere agit Theologia Poſitiva art. 40. §. 4.

2. *de reqviſitis Theologi* in ſpecie dictum eſt in Methodo Studii Theologici.

3. *de reqviſitis Theologi Polemici* agitur hoc loco.

§. 2. Ne verò incautum vel negligentem decipiat adverſarius, & infernalis ſerpens *Geneſ. 3.* qvi bellum hoc ſtrenuè continuat per organa ſua, ideò inprimis reqviritur oratio ardentiſſima, de qva agit Methodus Stud. Theol. & cum meditatione conjuncta tentatio.

Digitized by Google

Nota 1. *Tentatio* Theologi Polemici reqvirit, ut præcedat prælium tam accurata virium exploratio, qvàm neceſſarius armorum apparatus, & univerſi exercitus luſtratio.

Nota 2. *Virium exploratio* reqvirit examen, num adſit ſufficiens eruditio 1. Philologica. 2. Philoſophica. 3. Theologica cum certitudine veritatis infallibili conjuncta. Qva de re agit Theol. Exegetica lib. 2. c. 6. Tit. 4. & ſeq.

Nota 3. *Apparatus armorum* reqvirit accuratam notitiam 1. Scripturæ S. 2. Librorum Symbolicorum. 3. Objectorum Theologicorum, ſive Theologiæ 1. Poſitivæ, 2. Polemicæ, 3. Exegeticæ, 4. Moralis. 4. Actorum ex Hiſtoria Eccleſiaſtica. 5. teſtimoniorum ex Patribus, Conciliis, Luthero, Scholaſticis & adverſariis. 6. proceſſus diſputandi. 7. methodi explicandi controverſias.

Nota 4. *Luſtratio exercitus* reqvirit & hoſtilis potentiæ notitiam, & ſufficientem autorum copiam, & Bibliothecam inſtructisſimam eorum, qvi & veritatem defendunt, & adverſariorum fundamenta evertunt. Qva de re agit Methodus ſtudii Theol. de controverſiis.

§. 3. Ad prælium ritè ſuſcipiendum reqviritur legitima vocatio, non ſolùm generalis, ſed etiam ſpecialis, qvæ excludit temeritatem & audaciam.

Nota: *Omninò peccat infirmior, qvi ambitione excitatus extra neceſſitatis caſum exercitatum temerè aggreditur adverſarium, cujus oppugnatio exercitatisſimos athletas reqvirit.* Confer Gretſeri ſarcaſmos Bellarminianæ editioni controverſiarum Colonienſi A. 1628. in fol. præfixos, qvi ait: Novatores in unum Bellarminum omnes ſuas vires & machinas convertunt: ut vix ullus ſit prædicans, qvi ſuis ſive in lucubrationibus, ſive lucubratiunculis, in hunc non inſiliat, impetumq; faciat: & obſcuritatis ſuæ ex hac tantâ illuſtrisſimi ſcriptoris luce, lucem non conetur accendere. Vide, qvæ ibidem de minutioribus prædicantibus, & de genere ſcribendi thraſonico, jactabundo & furioſo atqve cereviſiario, qvod ſemper temetum & zythum, &, qvæ ex utroqve naſcuntur, convicia maledica & veſaniam halare videatur, evomere non erubuit novus iſte Rabſak. (qvod nomen & Magiſtri oſculum, & magnum, videlicet injuriarum ſaccum innuere videtur.)

§. 4. Ad bellum fortiter continuandum, & feliciter fini-

finiendum reqviritur in Theologo Polemico ſufficienter informato Candor, prudentia, patientia atqve conſtantia. *De qvibus agit proceſſus diſputandi, in ſeqvente tractatu qvarto.*

Nota 1. *Etiam in hoſte laudanda eſt virtus.* Unde non immeritò Gretſerus l. d. laudat Junium, qvi de Bellarmino adverſario ſcripſit: Qvicqvid bonum, verum, ſanctum & juſtum eſt, cùm à Deo ſit, id tanqvam à Deo oportet accipi, neq; averſari ac non ſuperciliosè attendi, per qvos, aut etiam, qvomodo nobis offeratur.

Nota 2. *Qvod tibi vis fieri, alteri, ne feceris.* vid. Matth. 7. Qvamobrem Theologum Polemicum omninò decet veritas, accurata infallibilitatis revelatæ & opinionis humanæ antitheſis, candor, & prudentisſima affectuum gubernatio, ne vel illis qvaſi abreptꝰ talia aliqvando tribuat adverſario, qvæ nunqvam illi in mentem venerunt.

Nota 3. Theologum Polemicum decet cauta bellorum inteſtinorum præoccupatio, & aſſidua bellorum Domini, cum apertis Eccleſiæ hoſtibus continuatio.

§. 5. Poſt prælium finitum Deo ſoli debetur gloria, *ut Theologus Polemicus tribuat Deo omnia, ſibi nihil. Pſalm. 115. Qvi ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. 1. Pet. 5, 5. Confer exemplum in ſeq. Tract. 3. §. 5.*

Tractatus III.

De Normâ Theologiæ Polemicæ.

§. 1.

NOrma univerſæ Theologiæ unica, adeoqve & Polemicæ, eſt Scriptura Sacra. *Qvâ de re agit Theol. Poſit. art. 5. & Theol. Exeget. libro 3. c. 2.*

Nota 1. *Principium* omnis veritatis Theologicæ cognoſcendi, & decidendi eſt Scriptura S. vid. l. d. qvæ eſt principium unicum, verisſimum, optimum, certisſimum, infallibile, perſpicuum atqve perfectisſimum. vidi Theol. Exeg. lib. 2. c. 6.

Nota 2. *Norma* judicandi judicium dirigens, eſt ipſum jus divinum, qvod facit, ut judex delegatus dicatur jus animatum.

Nota 3. *Judex* inferior diſcretivus ad regulam ſupremi judicis adſtrictus, juxta eandem fert ſententiam infallibilem. vid. Theol. Exeg. lib. 3. c. 2.

Nota 4. *Error* judicis inferioris accidentalis, ex perverſa principii applicatione ortus, veritatem ipſam non evertit: vid. Theol. Exeg. lib. 2. c. 6. Tit. 5. §. 1. NB.

§. 2. Normæ hujus notanda eſt tum explicatio, tum applicatio. *De explicatione Scripturæ S. agit Theol. Exegetica: applicationem verò ad ſingula objecta dirigit Theologia Polemica. vid. infra tractatum 4. & 6. NB.*

§. 3. Qvi normam Scripturæ S. fideliter explicando ad ſingulas fidei controverſias applicat, ille fortiter pugnando vincit feliciter.

Ratio eſt: qvia, qvicunqve juxta hanc regulam incedunt, pax ſuper eos, & miſericordia Gal. 6, 16.

Nota: Apoſtolus l. d. non ſolùm nominat Canonem, ſed etiam addit verbum militare, στοιχήσουσιν. Nam στοῖχοι in re militari vocantur ordines certa ratione collocati, & hoſtibus oppoſiti: qvemadmodum hortulani certo ordine, ad certam regulam arbores diſponere ſolent. Unde Chemnicius p. 1. Ex. Conc. Trid. ait: Utraqve ſignificatio hoc loco convenit, ut certo ordine veſtigiis veræ fidei inſiſtamus, ne aberremus: utqve *contra incurſiones hoſtium fidei præmuniti ſimus*, neceſſe eſt, ut ad certum ordinem, certis qvaſi cancellis circumdati, incedamus, *ne lineam illam, qvæ qvaſi norma eſt ordinis, prætergrediamur.* NB. vid. Theol. Exeget. lib. 3. c. 2. Tit. XI.

§. 4. Unicum Scripturæ dictum præſtantius eſt, qvam cœlum & terra, & longe fortius, qvàm univerſa carnis ſapientia, ſtringit adverſarium. *vid. ſupra libro 1. de officio Theologi verba Elect. Auguſti D. Sax.* Wer ohne die heilige Schrifft / oder derſelben zuwider etwas ſtreitet / der kan mit einem ejnigen hellen klaren Spruche der heiligen Schrifft hintertrieben und zu Boden geſchla-

Digitized by Google

geſchlagen werden / daß alle ſein Vorhaben zu Waſſer gemacht/ weder vor GOTT/ noch den Menſchen nicht beſtehen kan.

§. 5. Praxis hujus victoriæ lætiſſima oſtenditur in peculiari tractatu, *cui Titulus:* Wunderliche Güte / *ejusqve parte ſecunda, & ſupra art. 113. §. 6. ubi Jeſuitæ Reybingii ſolius Scripturæ efficacia convicti confeſſio repetitur. Confer Lutheri exemplum ibidem parte 1. & Theol. Poſit. art. 88. & 94. & articul. 5. Inprimis verò Centur. 4. Magdeb. c. 9. col. 631. de actis Synodi Nicenæ, ubi ex Socrate & Sozomeno oſtenditur, confluxiſſe Niceam, Synodi famâ excitos plurimos dialecticis diſputationibus, ſeu rixationibus potius, &* logomachiis exercitatos homines, *(ſerpentinam Angvillarum lubricitatem affectantes)* atq; ita paratos, ut utriusq; cauſæ patrocinari non dubitarent: *adfuiſſe & laicos auditores advenas: ex qvibus ſenex qvidam ſimplex, ac nihil minus, qvàm verborum præſtigias edoctus, cum oſtentabundo qvodam illuſore in certamen publicè ſe commiſerit, qvi philoſophum ſolâ cœleſtis veritatis repetitione ex ſymbolo Apoſtolico conſternatum, vicit, ut victum ſe confeſſus, cæteris, qvi ſuæ profeſſionis erant, ut ſecum ſimul crederent, hortator fuit. Nam rationibus humanis rationes facilè opponuntur, & argutiæ argutiis tolluntur: ſola verò triumphat veritas. Qvamobrem & de eodem ſeniore memoratur Tomo 1. Conciliorum edit. Colon. p. 235,*

I. *qvod orthodoxos*, qvi ſimplicitatem viri & imperitiam in ſermone noverant, (erat enim qvidam ex Confeſſoribus, ſimpliciſſimæ naturæ vir, & nihil aliud ſciens, niſi Chriſtum Jeſum, & hunc crucifixum.) *pavor occupaverit*, ne forte apud callidos homines riſui efficeretur ſancta ſimplicitas.

II. *Qvod ſermonis exordium* fuerit iſtud: In Nomine Jeſu Chriſti, Philoſophe, audi, qvæ vera ſunt. Deus unus eſt, qvi fecit cœlum & terram &c. Cujus ſapientia, qvem nos Filium dicimus, humanos miſeratus errores ex Virgine natus &c. Judex venturus &c. Credis hæc ita eſſe, Philoſophe?

III. *Qvod Philoſophus obſtupefactus* & velut mutus, hoc ſolùm potuerit reſpondere: ita ſibi videri, nec aliud verum eſſe.

IV. Qvod ipſe ad auditores dixerit: audite me, ô eruditi viri: donec verbis mecum geſta res eſt, verba verbis oppoſui, & qvæ dicebantur, dicendi arte confregi. Ubi verò pro verbis virtus proceſſit ex ore dicentis, non potuerunt reſiſtere verba virtuti, nec homo adverſari potuit Deo.

V. Qvod reliqvorum *imitationem* deſiderans juſſerit eos ita ſentire & credere Chriſto.

VI. Qvod voluerit eos *ſeqvi hunc ſenem*, in qvo locutus eſt Deus.

VII. Qvod ita Philoſophus *Chriſtianus effectus* ſit, qvi tandem ſibi gratulatus eſt eſſe victum.

Tractatus IV.

Theologiæ Polemicæ,

De Proceſſu Diſputandi.

§. 1.

QVod olim B. Auguſtinus monuit: Celeritas intelligendi & diſputandi acumen donum eſt DEI, ſed ſi inde Deo ipſi non ſacrificas, non ad uſum, ſed ad perniciem magis valet. *Et lib. 2. de doctrina Chriſtiana c. 31. ubi ait: Diſputationis diſciplina ad omnia genera qvæſtionum, qvæ in literis ſacris ſunt, penetranda & diſſolvenda plurimùm valet, tantùm ibi cavenda eſt libido rixandi & puerilis qvædam oſtentatio decipiendi adverſarium. Ipſa enim* veritas connexionum *non inſtituta, ſed animadverſa eſt ab hominibus, & notata, ut eam poſſint vel diſcere, vel docere. Nam eſt in rerum ratione perpetua, & divinitus inſtituta, l. d. c. 32. & veritas ſententiæ per ſe ipſam valet, veritas autem connexionis ex ejus, cum qvo agitur, opinione vel conceſſione conſiſtit, cap. 33. confer infra §. 7.*

§. 2. Illud

Digitized by Google

§. 2. Illud ipſum aliqvot ſeculis ante Auguſtinum Apoſtolus θεόπνευστος ſerio inculcavit *Tito cap. 3, 9. Timotheo 2. Tim. 2, 23. & omnibus, qvicunqve diſputando veritatem eruere conantur, ita ſcribens:* τὰς μωρὰς καὶ ἀπαιδεύτους ζητήσεις παραιτοῦ, ſtultas qvæſtiones & contentiones devita, *recuſa, noli expetere. (Nam αἰτέω eſt peto.) Sunt enim inutiles & vanæ, ſciens, qvòd generent lites. vid. infra §. 7. not. 4. ſervum autem Domini non oportet litigare, ſed manſvetum eſſe erga omnes, ut cum modeſtia & lenitate erudiat* ἀντιδιατιθεμένους, *eos, qvi contrario animo ſunt affecti, ideoq; veritati conatu pertinaciſſimo ſe opponere ſolent.*

Nota 1. *μωρία* eſt ſtultitia, & *μωρὸς*, ſtultus, fatuus. *μὴ ὁρῶν τὸ δέον.* qvi non videns, qvod decet, ſtultè agit (*μωραίνω*) ſimulqve per ſtultiloqvium ſive *μωρολογίας* ſe ſtultum eſſe oſtendit.

Nota 2. *ἀπαιδευσία* eſt inſcitia & imperitia, qvalem *ἀπαίδευτος* ineruditus & illiteratus oſtendere ſolet, qvi velut puer (*παῖς*) indomitus non informatus eſt. Nam *παιδεύω* eruditionem, doctrinam, inſtitutionem & caſtigationem conjunctam plerumqve attendit.

Nota 3. *qvæſtiones* reſpiciunt ad vetuſtum diſputandi morem Græcum inter Sophiſtas & Philoſophos, qvi cõtinuis interrogatiunculis reſponſiones alterius elicere conabantur, uti patet ex Elenchis ſophiſticis Ariſtotelis, ubi etiam de fallacia plurium interrogationum agitur: nec non ex dialogis Platonicis.

§. 3. Proinde, uti in foro jus ipſum ſæpius amittitur vel planè invertitur, qvando optima cauſa peſſimè agendo perditur, dum ordinarius juris proceſſus vel ex errore, vel ex ignorantia, vel ex malitia negligitur; *(Germani vocant* im Proceß verſtoſſen; *Latini verò proceſſum pervertere, ut non tàm cauſa, qvàm conſilium & urgendi modus improbetur)* ita & in controverſiis Theologicis *idem non rarò accidere ſolet, ſi proceſſus diſputandi legitimus non attendatur.*

§. 4. Qvamvis verò laudanda ſit Auguſtini ſententia: *Mul-*

Digitized by Google

Multum adjuvat cor fidele, noſſe, qvid credendum non ſit, etiamſi diſputandi facultate id refutare non poſſit: Longè tamen plura reqvirit officium Eccleſiæ Doctoris, *cujus eſt veritatem defendere & contradicentes convincere*, τὴς ἀντιλέγοντας ἐλέγχειν καὶ ἐπιστομίζειν *Tit.* 1. idqve beneficio divinæ veritatis, non neglecto legitimo diſputandi proceſſu.

Nota 1. Ἀντιλέγοντες ſunt veritati contradicentes, & ſemper contraria & contradictoria orthodoxias proferentes, ex ἀντὶ & λέγω dico; ex principio infernali mendaciorum Magiſtri Johan. 8. qvi piorum ἀντίδικος eſt, adverſarius juri & veritati contrarius, 1. Pet. 5, 8. ex ἀντὶ contra, & δίκη, jus. Confer Gen. 3, 15.

Nota 2. ἐλέγχειν notat arguere, convincere, argumentis demonſtrare, & conſeqventer redarguere, Johan. 8, 46. Unde ἔλεγχος eſt argumentum, probatio, παρὰ τὸ ἕλην ἔχειν. Nam ἕλη & εἵλη eſt calor Solaris, ab ἕλω capio, qvod à calore ſolari frutices, & omnia vegetativa ſuum incrementum capiant. Aliis vero elencho dicitur ab ἕλω capio, & ἄγχω ſtrangulo, qvi enim refellitur, obmuteſcit, dum ei os obturatur, & ipſe qvaſi ſtrangulatur. Cujus rei exemplum memorabile oſtenditur ſupra Tract. 3. Theol. Polem. §. 5. Qvomodo verò fiat convictio tam interna, qvam externa, patet ex ſeq. appendice Titulo 7. §. 1. ſeq. NB.

§. 5. Proceſſus diſputandi h. l. vocatur Methodus præcepta Logica in ipſo Diſputationis actu dextrè applicandi, ut neqve ad dextram, neqve ad ſiniſtram declinet diſputatator, ſed analyſin tàm formæ, qvàm materiæ attendendo adverſarium convincere, & veritatem, qvæ diſputantium finis eſſe debet, inveſtigare, & inveſtigatam defendere, explicare, atqve aliis oſtendere poſſit. *vid. infra appendicem Titul.* 7.

Obſerv. 1. Qvemadmodum JCti ipſa Juris præcepta, leges atqve regulas non ſolùm theoretice proponunt, verùm etiam in praxi oſtendunt, qvomodo illa ad uſum accommodare liceat, ut obſervato juris proceſſu, officium in judicio faciat debitum tàm Judex qvàm partes; ſive accuſatio, ſive defenſio, ſive etiam teſtium productio occurrat, qvem-

Digitized by Google

qvemadmodum hac de re integri Tractatus Carpzovii, Brunnemanni, Friderici, Fibigii, Königs/ Roßbachs/ & ſimiles teſtantur. (Confer *Calvini* Lexicon, ubi ait: *Proceſſus judicii eſt ordo qvidam legitimus*, ſecundum qvem controverſiæ cauſarum cognitæ ex bono & æqvo celeriter definiuntur. Proinde talis ordo deſervire debet judici, ut is teneat cognitionis ſuæ rationem, non verò litigatorum affectibus obſeqvatur, ad differendam cauſam, prætextu judiciariæ obſervationis) Ita & Logici praxin cum theoriâ conjungere docent, ne ex diſputatione fiat mera altercatio. Confer Eraſmum de Diſputationibus Scholaſticorum in Annotationibus Epiſt. ad Titum cap. 1. & in Moria, nec non Binderi Theologiam Scholaſticam, & Gerhardi Methodum.

Obſerv. 2. Proceſſus generaliter idem notat, qvod progreſſus; procedere verò eſt certa ratione prodire, qvemadmodum v.g. ætas, honores, laudes, oratio & alia ſuum agnoſcunt proceſſum, unde illud Ciceronis: Ut certâ ratione & viâ procedat oratio, qvod aliàs *Methodicè aliqvid dicere* vocari ſolet. Atqve hoc reſpectu *proceſſus ſucceſſum* ſimul includit, juxta illud Terentii: Bene procedit. Qvod Plautus bene proſpereq; vocat procedere. Confer Voſſius in Etymol.

Canon: Proceſſus diſputandi omnes & ſingulos Diſputatores ſine ullâ exceptione loci, objecti, temporum aut perſonarum obligat.

Ratio eſt, qvia diſputare eſt formaliter diſputare, formaliter verò diſputare eſt proceſſum diſputandi obſervare. Qvemadmodum ergò juxta leges Grammaticas Grammaticè loqvi tenetur etiam ipſe ſummus Imperator (niſi cum Sigiſmundo audire velit: Hoc erat contra Grammaticam. Non obſtante, qvod Imperatorem taxanti ipſe reſponderit: Hoc erat contra Ethicam. Adeò ut Marcellus Grammaticus Tiberio Imperatori vocem novam uſurpanti, & in Romanum album relaturo reſtiterit in faciem: Tu eqvidem, inqviens, Cæſar civitatem dare potes hominibus, verbis non potes.) & non aliter, qvàm juxta Canones Arithmeticos computare poteſt tàm Theologus qvàm Jure Conſultus, Medicus & Philoſophus; ita & diſputatoris nomen obtinere neqvit, qvicunqve etiam detur, in qvocunqve vitæ genere exiſtat diſputator, qvi in diſputando regulas Logicorum non accuratè obſervat. Nec obſtat, qvòd *Dialecticam* interdum videntur *improbare* Tertullianus, Euſebius, Epiphanius, Ambroſius, Gregorius Nyſſenus, Hieronymus,

Auguſtinus & alii. Omnes enim illi neqvaqvam uſum, ſed abuſum tantùm improbant, & ſtolidam contradicendi libidinem meritò deteſtantur. Confer de uſu Philoſophiæ ſupra Methodum Studii Theologici NB. p. 67. & p. 143.

§. 6. Diſputare eſt in ipſo diſputandi actu formaliter procedere, adeoqve allatis argumentis veritatem vel ignotam in lucem proferre, vel jam notam confirmare, & adverſus contradicentes convictos aſſerere atq; tueri.

Nota 1. Diſputationem, imprimis qvæ de rebus fidei inſtituitur, nonnulli faciunt duplicem, materialem & formalem, ut Lugo diſp. 22. de virtute fidei divinæ ſect. 4. §. 128. p. 633.

Nota 2. *Diſputatio formalis* ipſi dicitur, qvæ fit ad convincendum adverſarium, & perſvadendum ei, qvod ipſe negat eſſe verum.

Nota 3. *Diſputatio materialis* vocatur, qvando uterqve idem credit, ſed tamen exercendi ingenii cauſa, & ut dici ſolet, diſputationis gratiâ impugnatur concluſio de fide, animo tamen catholico.

Nota 4. De diſputatione formali cum adverſariis, eorumqve convictione, agitur infra in Appendice, Titulo. 7.

§. 7. Diſputator propriè dicitur non Sophiſta, qvi fallere alterum intendit, nec Orator perſvaſionem intendens, nec vanus diſceptator aut rixarum amans, qvi tantùm cum altero altercatur, & captioſè modò hoc, modò illud arripit, & ſtolidè atq; impertinenter immiſcet, ſed qvi in diſputando formaliter & ordine debito progreditur. *Confer Auguſtinum libro 2. de doctr. Chriſti c. 31. qvi Pauli Diſputationem de reſurrectionis veritate, ex abſurdis probatam 1. Cor. 15. adducit, & addit: Iſta falſa veriſſimè connectebantur. Iſtis autem falſis repudiatis, conſeqvens erit reſurrectio mortuorum. Cum ergò ſint* veræ connexiones *non ſolùm verarum, ſed etiam falſarum ſententiarum, facile eſt*, veritatem connexionum *etiam in ſcholis illis diſcere, qvæ præter Eccleſiam ſunt*, ſententiarum autem veritas *in ſanctis libris Eccleſiaſticis inveſtiganda eſt. NB. Confer ſup. §. 1.*

Nota

Digitized by Google

Nota 1. *Sophiſta* eſt, qvi ſimulata ſapientia qvæſtum facit, & affectat opinionem eruditionis, ſeqve in ea oſtentat. Cujus *Sophiſma* eſt ſyllogiſmus contentioſus ἐριστικὸς, ejusqve ſcopus eſt

1. ἔλεγχος redargutio.
2. ψεῦδος falſitatis accuſatio.
3. παράδοξον, abſurdum.
4. σολοικισμὸς, aut Barbariſmus.
5. ἀδολεσχία nugatio & tavtologica prioris repetitio.

Nota 2. *Orator* Ciceroni eſt vir bonus dicendi peritus, qvi in cauſis publicis & privatis plenâ & perfectâ utitur eloqventia. Ein Redner. Qvem ipſe lib. 1. de Orat. depingit hiſce verbis: Is orator erit, & hoc tam gravi nomine dignus, qvi, qvæcunqve res inciderit, qvæ ſit dictione explicāda, prudenter & compoſitè, & ornatè, & memoriter dicat, cum qvadam etiam oratoris dignitate. Huc facit illud Ovveni p. 165.

Rhetorice dicendi ars eſt, Logiceqve docendi:
Illa Sophiſtarum robur, at iſta Sophon.
Illa magis condita, recondita ſed magis hæc eſt:
Illa ſalax magis & falſa; ſed iſta ſal eſt.
Rhetorice verum velat, Logiceqve revelat:
Hæc monet, illa movet: hæc docet, illa nocet.

Nota 3. *Diſceptare* Ciceroni ferè idem eſt, qvod diſputare, qvod ſit vel ritè, juſtè & ſapienter; vel præpoſtere. Duo enim genera ſunt decertandi, unum per diſceptationem, alterum per vim. *Diſceptatio* verò eſt cauſa, lis, contentio & controverſia.

Nota 4. *Rixa*, à ringendo dicta, eſt contentio & pugna, Zanck und Stanck/ der Zäncker und Stäncker/ die Hader und Unwillen anrichten.

Nota 5. *Altercatio* generaliter appellatur jurgatio. Unde Livius ait: altercatio inde non ſermo fuit: altercari enim rixari ſive litigare notat, ſpecialiter verò dicebatur de iis, qvi litigabant in judicio.

Nota 6. *Captioſus* dicitur, qvi eſt captionibus ſive deceptionibus plenus. Verfänglich/ mißlich/ gefährlich durch auf Schrauben geſetzte Wort. Captioſæ verborum ſolennitates. Unde Captio, ſive deceptio, & capiendi actus ſeqvitur.

Nota 7. *Formaliter* procedere eſt ordine procedere ex ſeq. §. 8.

Nota 8. λόγοι ſunt vel πειραστικοὶ vel διαλεκτικοὶ, vel ἐριστικοὶ, ſive vel diſputatorii, vel tentatorii, vel rixoſi. Vel didaſca-

daſcalici, qvando ex domeſticis cujusqve artis fundamentis, non verò ex opinione loqvimur. vid. Ariſtotel. libro 1. Elench. Sophiſt. c. 2.

Poriſma: Ergò neqvaqvam Sophiſta dicendus eſt, qvi alterum exercet, & diſputantis licentiâ utitur, & periculum facit, num alter defectus regulæ obſervare, fallacias cavere, & ſtratagematibus debita remedia opponere didicerit: Unde ſimul tentantis artificium, & tentati judicium patet, non ſine ſingulari emolumento.

§. 8. Formaliter peracta diſputatio eſt debita de aliqvo dubio inſtituta collatio, qvâ argumenta certo ordine propoſita examinantur, ut verum à falſo accuratè diſcernatur.

Obſerv. 1. Diſputatio eſt collatio debita formaliter inſtituta, & juxta certas leges proceſſus diſputandi continuata. Ergò 1. excludit omnem confuſionem, rixas, clamorem, calumnias, obtrectationes & ſtrepitum. 2. reqvirit, ut Oratio diſputantium ſit

1. non Sophiſtica, ſed veritatis gratiâ inſtituta.
2. nec celerior, ſed tardior & moderata.
3. nec obſcura, ſed plana & perſpicua.
4. nec confuſa, ſed diſtincta.
5. nec iracunda, ſed modeſta.
6. nec ignominioſa, ſed cauta & prudens.
7. nec temeraria, ſed accurata, omnibus grata & accepta.

Obſerv. 2. Diſputatio eſt ſententiarum collatio, ſeu diſputantium collocutio, ſive colloqvium inter Opponentem & Reſpondentem inſtitutum, ſive illud coràm inter præſentes fiat enunciatione; ſive inter abſentes ſcriptione inſtituta ſit Diſputatio.

Obſerv. 3. Diſputatio eſt collatio de dubio, qvod aliàs vocatur, Theſis, ſeu poſitio, aut brevis ſententia rem diſputabilem breviter & perſpicuè comprehendens, qvæ ad ventilandum proponitur.

Nota 1. Dubium eſt, de qvo dubitatur, qvia incertum eſt, dum animus dubius huc illuc impellitur, & qvaſi in duas partes dividitur. Nam *dubitatio* mentem ad aſſenſum ſuſpendit, dum intellectus neutram contradictionis partem eſſe ſatis manifeſtam judicat, unde neutri præ altera aſſentitur. Qvamobrem & formido intellectus in aſſenſu vo-

ſu vocatur. Qvam excludit certitudo. De qva vid. Theologia Exeget. libro 2. c. 6. NB.

Nota 2. Theſis eſt poſitio ſive aſſertio Logica. Cui oratores hypotheſin opponunt, qvæ non eſt qvæſtio generalis & indeterminata, ſed per certas loci, perſonarum atqve temporis circumſtantias propoſita.

Nota 3. Diſputabile Objectum dicitur, de qvo diſputari poteſt, uti conſtat ex præcedente §. 6.

Nota 4. Ventilare propriè eſt ventum excitare, lüfften/ ſchwingen/ wehen/bewegen/worffeln. Confer Luc. 22, 31. σινιάσαι, cribrare triticum, ventilando agitare, diſpergere & excutere, Sichten. Sed hoc loco ſignificat qvæſtionem ſive theſin propoſitam opponendo & reſpondendo exanimare, movere, & veritatem exploratam oſtendere. Unde & diſputatio cribrum veritatis appellari ſolet. *Exulant ergò à diſputatione* veritatis gratiâ inſtitutâ

1. *Omnis blaſphemia* & phraſis aurium offenſiva, vel hæreſi proxima, vel bonis moribus contraria. vid. Lugo de Diſput. ſive omnia & ſingula objecta manifeſtè impia, vana & ſimpliciter inutilia. v. g. de mure exenterato, & aſino bibente Baptiſmum, de creatione posſibili per vocem Buf baf. Confer Gerh. method. ſtud. Theol. de diſp. ſcholaſt.

2. *Senſibus & experientia prorſus contraria.* Unde Averroës dixit: Eum, qvi dubitat, an ignis urat, tamdiu igni eſſe admovendum, donec id ſine argumentis fateatur. Qva ratione etiam, vel per plagas continuas alii probandum eſſe exiſtimant commune illud principium: Imposſibile eſt rem ſimul eſſe & non eſſe.

3. *Verba obſcura*, captioſa, & reſervatio mentalis ſophiſtica. Confer exemplum Jeſuitarum in Colloqvio Ratisbon. Seſſ. de judice Controverſiarum.

4. *Objecta*, qvæ ſunt nullius momenti. Huc facit illud Lipſii: Merè curioſa qvædam ſunt, qvæ malo ignorare, qvàm diſcere. Conf. Auguſtin. Enchirid. ad Laurent. ubi qvæſtiones vanas diſtingvit ab iis, qvibus exercentur ingenia, & addit: Qvid enim opus eſt, ut hæc atqve hujusmodi affirmentur vel negentur, vel definiantur cum diſcrimine, qvando ſine crimine neſciuntur?

Obſerv. 4. Diſputatio eſt collatio certa, reqvirens argumenta & pro-

probationes. Certis enim fundamentis adductis, non nudâ aſſertione vel negatione, veritas eruitur.

Obſerv. 5. *Diſputatio eſt collatio certo ordine propoſita*, ita ſcilicet, ut juxta certas leges diſputantium officia non confundantur, ſed partes tàm Opponentis qvàm Reſpondentis accuratè obſerventur.

Obſerv. 6. *Diſputatio eſt collatio argumentorum*, eorumqve examen ſcilicet ad normam veritatis.

Obſerv. 7. *Diſputatio eſt collatio talis, cujus finis eſt veritas*, ejusqve à falſo accurata diſcretio. Qvi finis omninò, etiam in illis diſputationibus, qvæ exercitii gratiâ inſtituuntur, attendendus eſt.

Obſerv. 8. *Eventus* diſputationis eſt adverſarii convictio. De qvo infra dicendum erit, Append. 3.

§. 9. Genuinus itaqve diſputandi proceſſus non niſi ille vocari poteſt, cui reqviſita diſputationis debita hactenus enumerata omnia & ſingula exactè conveniunt.

Nota 1. Genuinum, *γνήσιον*, dicitur qvaſi legitimè genitum, & *γνήσιος*, qvaſi *γονήσιος* vel *γενήσιος*, à *γίγνομαι* naſcor. vid. Tit. 1. 4. 1. Tim. 1, 2. ein rechtſchaffener Sohn.

Nota 2. Reqviſitum eſt, qvod reqviritur, ut res talis ſit, qvalis eſſe debet. vide ſup. Theol. Poſit. art. 40. §. 4.

Nota 3. Convenientia exactè ſive exqviſitè reſpondens eſt, qvæ omnem anomaliam atq; diſcrepantiam excludit.

§. 10. Qvod ut rectius innoteſcat, ordine attendenda ſunt Diſputatorum officia.

Nota 1. Diſputatio h. l. inprimis intelligitur illa, qvæ coràm inter Opponentem & Reſpondentem inſtituitur: ad cujus regulas etiam conformanda eſt diſputatio abſentis per literas.

Nota 2. Diſputatio abſens ſcripto peracta ad eaſdem regulas proceſſus diſputandi alligata eſt.

§. 11. Officia & reqviſita Diſputatorum vel generalia ſunt vel ſpecialia.

§. 12. Officia diſputantium generalia ſunt, qvæ omnes & ſingulos diſputantes attinent.

Nota:

Digitized by Google

Nota : Diſputantes vocantur, qvi ſententias diſputando conferunt. Ubi reqviritur opponens & reſpondens, vel ſolus, vel cum Præſide conjunctus.

§. 13. Officia diſputantium ſpecialia ſunt, qvæ reſpiciunt diſtincta reqviſita & ſingulares actiones 1. Opponentis. 2. Reſpondentis. 3. Præſidis. *(qvod alii ad reſpondentis officium reducere ſolent.)*

Obſerv. 1. Officia boni diſputatoris ſimul diſputatoris mali vitia, nec non Sophiſtarum ſtratagemata, eorumqve antidota attendere jubent.

Obſerv. 2. Ex boni diſputatoris officiô ritè explicato ſimul tam auditoris qvàm Lectoris, qvi aliorum vel enunciatione vel ſcriptione inſtitutas diſputationes attendere & dijudicare conatur, patere poteſt officium.

SECTIO I. GENERALIS exhibens Communia diſputatorum officia.

§. 1.

OFficia diſputantium generalia reſpiciunt tùm certas diſputandi leges, tùm ſtratagemata litigantium, eorundemq; remedia.

§. 2. Leges diſputantium potiores eorumqve reqviſita patent ex ſeqventibus, *qvæ ſunt:*

I. Sufficiens eruditio & notitia

1. *Terminorum Philologicorum*, ex Methodo Studii Theologici.
2. *Terminorum Philoſophicorum*, vid. l. d.
3. *Terminorum ſubordinatorum.* Non enim pugnat Theologia cum ipſa Philoſophia. vid l. d.
4. *Terminorum domeſticorum*, cuivis facultati propriorum. e. g. Medicinæ, Juriſprudentiæ, Theologiæ. Inprimis verò accurata cognitio terminorum Metaphyſicorum, atqve peritia Logica. Ratio eſt, qvia

1. Meta-

1. *Metaphyſica* exhibet terminos generales, eorumqve limitationes, qvibus carere neqvit, qvi accurati Diſputatoris nomen habere deſiderat.

2. *Logica* offert organa, per qvæ veritas methodicè indagari atqve aliis manifeſtari & defendi poteſt, ita ut ſimul falſum deſtruatur & excludatur. Qvod ſine debitâ terminorum apprehenſione, enunciationum connexione, & concluſionum formatione fieri neqvit. Unde & Logica cumprimis contemtores ſuos ulciſcitur, ut, ubi qvàm præclariſſimè ſibi diſputare videntur, plena ſint, qvę dicuntur, contradictionum; imò fit ſæpiùs, ut inſcii & incauti ſuo ipſorum gladio ſe jugulent, & aliis ridendi præbeant materiam. Confer ſupra reqviſita Theologi Polemici.

II. *Debita veritatis propoſitæ cognitio.* Qvi enim theſin ignorat, fruſtra antitheſin urgebit, & ſæpiùs verum pro falſo arripiet.

III. *Accurata ſtatus controverſiæ formatio*, & propter phraſes tàm æqvivocas qvàm æqvipollentes ex ipſis Adverſariis repetita explicatio, qvæ totius diſputationis ab initio usqve ad finem lux atqve dux eſt infallibilis. Cujus rei exempla exhibet Syntagma Theol. Polemicæ. Rem ipſam verò oſtendunt notæ & obſervationes ſeqventes.

Nota 1. *Logica* eſt habitus cum rectâ ratione efficiendi concluſiones, dialecticas ex probabilibus, analyticas verò ex neceſſariis. Qvibus æqvipollent Syllogiſmi didaſcalici, ex propriis cujusvis diſciplinæ principiis nati. De qvibus videri poteſt Neldelius. Confer ſeqventem legem nonam NB.

Nota 2. *Concluſio* itaqve erit vel ſcientifica, vel opinabilis, vel didaſcalica. Logica verò oſtendit modum inveniendi veritatem, ejusqve ſcientiam, imò & opinionem.

Nota 3. *Concludere* eſt efficere concluſiones vel ſcibiles, vel probabiles.

Nota 4. *Efficere* concluſiones ſimul docet *reſpondere* ad qvæſtiones, ſive controverſias propoſitas.

Nota 5. *Controverſia* eſt qvæſtio continens ſubjectum, de qvo qværitur, & prædicatum, qvod de ſubjecto qværitur, ſcilicet reſpectu certi ſtatus controverſiæ.

Nota 6. *Status* eſt permanentia rei, ſub certo termino, ad qvem traducta eſt. (Sicut ſtatus aqvæ eſt calidus, qvamdiu durat calor.)

Nota 7.

Nota 7. *Status controverſiæ* eſt, qvi monſtrat qvæſtionis ſenſum adeoqve oſtendit verum, juſtum ac genuinum qvæſtionis controverſæ medium, ex qvo utrumqve extremum, ſive affirmantis & negantis contradictio judicari debet ac poteſt.

Nota 8. *Formatio* ſtatus controverſiæ eſt, qvæ non ſolùm terminos, verum etiam enunciationes ab ambiguitate liberat, & ſenſum genuinum, conformem, à qværente probè determinatum accuratè obſervat, ut pateat ſufficiens fundamentum vel affirmationis vel negationis.

Nota 9. *Senſus* qvæſtionis uti non niſi unicus eſſe poteſt, ita non niſi unica, vera, conſtans & ſolida ad qvæſtionem propoſitam datur reſponſio. Qvam, qvoties repetit reſpondens, toties rectè reſpondet, ſalvâ tam ſubjecti, qvàm prædicati neceſſaria explicatione.

IV. *Fuga ambiguitatis ἀκυρολογίας, ſuperbiæ, immodeſtiæ, contemtus, iræ, vociferationis, interlocutionis & odioſæ perturbationis.* Unde meritò omnes cordati Tannerianam improbant impotentiam, qvi, uti teſtantur Acta Colloqvii Ratisbonenſis, Hunnio per diſtinctionem reſpondenti dixit: Qværo, diſcas Dialecticam.

V. *Convenientia qvoad principia*, prima ſcilicet & communiſſima, qvæ normam controverſiarum continent. Sic rectè urgemus contra Pontificios principia Ariſtotelica Philoſophica communia, & interpretes Philoſophiæ Ariſtotelicæ Scholaſticos. Rectè itidem urgemus principium infallibile Sacræ Scripturæ: rectè urgemus organa Hermenevtica Logica & Philologica, Critica, Hiſtorica & ſimilia principia univerſalia, qvæ ipſi contra nos urgere ſolent. Urgemus etiam, ſcripta Patrum plurima eſſe dubia & ſuppoſititia, ſimulqve oſtendimus, non poſſe nobis opponi v. g. ſpurios Auguſtini vel Chryſoſtomi ſermones, qvos ipſe Bellarminus cum ſociis adulterinos eſſe agnoſcit. Qva de re videri poteſt Dallæus, Rivetus, & Coci Cenſura Patrum, nec non Bellarminus de ſcriptoribus Eccleſiaſticis. Sic medici medica, JCti juridica, philoſophi philoſophica principia meritò urgent. Confer Mendozam de Principio, & Theol. Poſit. art. 5. 1. & 31. 33. de formali ratione peccati.

VI. *Accurata cognitio*, qvinam ſint gradus veritatis atqve certitudinis tam divinæ qvàm humanæ. De qvibus agit Theol. Exeget. lib. 2. c. 6. Tit. 14.

Nam 1. *Manifeſta Scripturæ dicta* non poſſunt negari. Sicut nec Juridicæ nec Medicæ leges aut aphoriſmi.

Digitized by Google

2. *Natura*, ſenſus & experientia fruſtra oppugnantur.

3. *Confeſſio* adverſariorum merito urgenda & magnifacienda eſt, qvod oſtendit Gerhardi Confeſſio Cathol. Confer Bergii verba de cap. 9. Roman. in Manuali Germ. p. 619. & Spanhemii contra Amyraldum, ibid. p. 611. & Chamieri ex dicto 1. Tim. 2. ibidem p. 605.

VII. *Candor* ſive ſinceritas, als ein hellglänzender Schein und ſchöne weiſſe Farbe/ ſine fuco & decipiendi conatu. Qvemadmodum enim candida veſtis alios colores excludit: ita & ingenium candidum ſplendorem veritatis unicè æſtimat & attendit.

VIII. *Veritatis ſtudium.* Ne qvicqvam affingatur Adverſario, qvod ipſi nunqvam in mentem venit, ſed illud ſolum ei tribuatur, qvod verba ipſa oſtendunt, vel conſeqventia certa & irrefragabilis admittere cogit. v. g. Etiamſi negent Pontificii, ſe idololatriam committere, tamen idololatrias definitione apparet, hanc negationem eſſe fruſtraneam. vid. Theologia Moralis ad præcept. 1. Decalogi.

IX. *Prudentia* tùm circa delectum argumentorum, tùm circa terminos, eorumqve ſuppoſitionem, contradictionem, & probationis vim, ſive conſeqventiam, qvæ vel directa & immediata, vel indirecta & mediata eſſe poteſt, ſive ſit demonſtrativa, aut didaſcalica, ſive opinabilis.

Nota 1. Qvod Thomas *de argumentis ſolidis* habet p. 1. q. 32. artic. 1. Cum qvis ad probandam fidem adducit rationes, qvæ non ſunt cogentes, cedit in irriſionem infidelium. Credunt enim, qvod hujusmodi rationibus innitamur, & propter eas credamus. Idem etiam urget Luth. de erigendis ſcholis, T. 2. Jen. Germ. f. 474. b. Wenn man mit ungewiſſen Gründen und feil Sprüchen den Glauben ſchützet/ iſts nicht eine Schmach und Spott der Chriſten bey den Widerfechtern/ die der Sprachen kundig ſind? Und werden nur halsſtarriger in Irrthum/ und halten unſern Glauben mit gutem Schein vor einen Menſchen-Traum.

Nota 2. *de Conſeqventia* videri poteſt exemplum infra. Ubi Stratagemata Reſpondentis explicantur, & ſententia Wendelini rejicitur, de ſeſſione Chriſti ad dextram Patris.

Nota 3. *Fundamenta diſputatoris accurati reqviruntur Analytica.*

Aſſertio I. Analytica eſt methodus ſyllogiſtica, ex propriis cujusqve diſciplinæ & qvæſtionis principiis procedens, ad acqvirendam ſoli-

ſolidam rerum cognitionem comparata, qvæ appellari ſolet à nonnullis Didaſcalica, à fine interno & Syllogiſmo Didaſcalico: & apodictica, à demonſtratione, qvæ κατ᾽ ἐξοχὴν vocatur analytica.

Aſſertio II. Analyſis eſt revocatio qvæſtionis ad præmiſſas, & vocatur *Logica*, qvæ reſpicit tam ſubjecti, qvam prædicati atqve totius enunciationis ſenſum & connexionem atqve explicationem, unde Hermenevtica: ſicut analyſis *Grammatica* attendit vocum naturam & ſignificationem: & *Rhetorica*, dicitur analyſis qvæ orationis amplificationem obſervat.

Aſſertio III. Didaſcalicus Syllogiſmus eſt argumentatio ex principiis cujusvis diſciplinæ domeſticis, qvæ ἐκ τῶν οἰκείων ἑκάστου μαθήματος συλλογίζεται. vid. Ariſtot. Sophiſt. Elench. c. 2. NB. Theol. Exeget. lib. 2. c. 5. claſſ. 1. Tit. 2. §. 3. & claſſ. 2. Tit. 1. §. 3. unde poteſt διδάσκειν, docere cauſam rei, & ex propria rei natura qvæſtionem explicare & definire. Diciturq; demonſtratio, in theoreticis: in artibus verò & diſciplinis practicis vocatur Syllogiſmus Didaſcalicus, ſive argumentatio ad docendum accommoda. Cujus fructus eſt *Certitudo*, de qva agit Methodus Studii Theologici.

Poriſma 1. Ergo & diſciplinæ practicæ ſuam habent certitudinem. Ratio eſt, qvia habent Syllogiſmos analyticos, ſive Didaſcalicos, ex vernaculis principiis ſive propoſitionibus conflatos ad acqvirendam cognitionem ſolidam. Dum ex neceſſitate ſubjecti animus fit ἀμετάπτωτος, & ex neceſſitate medii, ſive cauſa, qvæ proximè cum ſuo effectu cohæret: ſive ex principio domeſtico.

Poriſma 2. Ergò etiam Theologia habet certitudinem, & qvidem divinam, ex principio divino, qvod omnem humanam demonſtrationem ſuâ certitudine tranſcendit. Qva de re agit ſupra Tractatus proœmialis de Theologia p. 10. NB. & Höpfnerus art. 1. Inprimis verò Neldelius in tract. de uſu organi Ariſtotelici, vid. Theol. Exeget. lib. 2. c. 5. NB.

X. *Modeſtia* omninò decet diſputatorem accuratum, & animus, qvi alienus ab ambitione & omni Φιλαυτίᾳ modeſtè, ferat adverſarii importunitatem. Confer τροποφορίας Actor. 13, 18 qvæ mores moroſorum tolerat, dum prudentia & debita *Moderatio affectuum* perpendit, qvam neceſſaria ſit in certamine diſputatorum.

XI. *Manſvetudo*, qvæ mediocritatem circa iram obſervare, & in-

 jurias

jurias adverſarii generoſo contemtu vincere novit. Nam ira eſt vindictæ cupiditas, qvæ ἀντιλυπήσεως, ſive doloris reponendi ardore flagrat. Unde non ſolùm excandeſcentia ἀκραχολία, & animi incendium ſeqvitur ſubitaneum, verùm etiam acerbitas πικρότης, & iræ gravitas, dum ſæpius læſa furor fit patientia. Imò ipſa tandem χαλεπότης, atrocitas & ſævitia accedit, ut enormiter læſus graviſſimè iraſcatur adverſario, nec niſi per atrocem vindictam reddatur placabilis.

Canon. Qvotiescunqve leges hactenus enumeratas diſputator vel negligere, vel violare deprehenditur, toties ad normam legitimæ diſputationis revocandus eſt.

§. 3. Stratagemata diſputantibus communia, qvibus non raro uti ſolent plurimi, & qvæ etiã licentia de facto uſurpata adhibet, omnino cognoſcenda ſunt, ita ut ſimul conſtet de antidotis. *Qvorſum faciunt monita seqventia.*

Stratagema I. *eſt oratio prolixior atq; celerrima.* Cujus exempla Colloqvium Ratisbonenſe exhibet.

Antidotum eſt excluſio omnis periculi, ſi prudens diſputator reqvirat ab adverſario 1. ut tardè loqvatur. 2. ut rem totam includat Syllogiſmo. Sic enim natura medii termini variis involucris colorata rectius apparet, ut verum à falſo, & neceſſaria à probabilibus rectius diſcernere & antitheſin felicius refellere liceat.

Stratagema II. *eſt declinatio controverſiæ principalis*, ità ut maximè urgeantur ἀλλότρια & argumenta minus principalia. Qvod ex univerſo proceſſu Colloqvii Ratisbonenſis obſervare licet.

Antidotum eſt ſeria admonitio & iterata obteſtatio, qvâ urgendus eſt Adverſarius, ut cæteris ſepoſitis tractet principalia, exemplo Hunnii l. d.

Stratagema III. *eſt operoſa diſtinctio & negatio*, ità ut affirmatio vel nulla ſit, vel rariſſima, ut onus probandi effugere liceat, ſi perpetuò urgeatur negativa. Qvod maximè ſolenne eſt Photinianis. Idem patet ex Actis Colloqvii Ratisbon.

Antidotum eſt tùm inverſio, tùm remotio, videlicet

1. *Si ex Adverſarii negativâ fiat enunciatio affirmativa*, mutatis qvidem verbis, ſed ſenſu manente eodem. Sic qvando negat Photinianus

nus noſtram theſin, qvòd homo ante lapſum fuerit immortalis, rectè qværimus, num etiam homo ante lapſum fuerit mortalis, qvo ipſo adverſarius antea negans jam fit affirmans, cui omninò incumbit probatio. vid. Theol. Poſit. art. 28. & 132.

2. *Si per disjunctionem removetur id, qvod adverſarius affirmat*, & ex ejus remotione colligitur id, qvod ipſe negat, alter verò affirmat. e.g. In Colloqvio Ratisbonenſi nolebant Pontificii ſuum exprimere judicem. Rectè itaqve urgentur h. m. Aut Spiritus Sanctus per Scripturam loqvens eſt judex controverſiarum, aut Papa Romanus; Sed non Spiritus Sanctus, per Scripturam loqvens. Hoc enim negabant Pontificii, uti conſtat ex Actis. E. Papa Romanus. Qvod, ſi concedatur, affirmanti incumbit probatio.

Stratagema IV. *eſt oneris probandi in adverſarium devolutio.* Qvod fit, ſi argumentationis minor fiat negativa, vel infinita, tunc enim adverſarius affirmativam probare cogitur. e.g. Qværitur: An Papa poſſit errare? Hæc theſis negatur h. m. Qvicunqve non habet privilegium abſolutæ conſtantiæ in veritate, & perpetuæ atqve catholicæ immunitatis ab errore tam privato, qvàm publico, ille omninò errare poteſt. Sed Papa non habet. E.

Sic itaqve onus probandi devolvitur in adverſarium, ut hoc privilegium producere aut probare cogatur, & ex Reſpondente fiat opponens.

Antidotum eſt formatio novi argumenti, & qvidem eodem modo, ita, ut minor vel ſit negativa vel infinita, adeoqve probans denuò fiat opponens h. m.

Qvicunqve per multa ſecula nullius erroris in decidendo ex cathedrâ convinci potuit, ille habet privilegium immunitatis ab errore perpetuum. Atqvi Pontifex Romanus. E.

Verùm in hoc caſu minor deſtruenda eſt epr exempla contraria. Confer Marcelli 2. Confeſſionem: Non video, qvomodo, qvi locum hunc altiſſimum tenet, ſalvari poſſit. Et de Pio V. qvi de ſalute deſperabat. Qvæ in Manuali habentur artic. 116. p. 1672. & Hottinger T. 3. ſec. 13. Hiſt. Eccleſ. p. 269. de Paſchali R.P. refert, qvi dixit: Feci, ut homo, qvia pulvis ſum & cinis. Fateor, me malè egiſſe. Cum Bellarminianâ aſſertione; Nullo caſu errare poteſt, l. 4. R. P. c. 3, & qvæ hodie de

Digitized by Google

qvæſtionibus juris & facti diſputantur. Et ſi P. R. ut privatus de ſuâ ſalute dubitat, cur non ex cathedrâ de eâdem infallibiliter pronunciat? Et cur neqve in hoc ſeculo auſus eſt P. R. decidere controverſiam de immaculatâ conceptione B. Virginis? vid. Theolog. Poſit. artic. 11. §. 3. aſſert. 1. NB.

Stratagema V. *eſt commotio adverſarii ad iram* per Sarcaſmos, irriſiones, interruptiones & clamores. Confer mores Tanneri in Colloq. Ratisbon. qvi perpetuò illud ingeminabat: ad formam, ad formam. Non obſtante toties repetitâ formali reſponſione.

Antidotum eſt prudentia, modeſtia & patientia: Nec non crebra adverſarii ad leges diſputandi *revocatio*, tandemqve ad Auditores *provocatio*.

Stratagema VI. *eſt crebra interrogatio*, & Antagoniſtæ per confuſa erotemata vexatio, cum annotatione ſingularum reſponſionum, donec ad contradictionem adactus eſſe videatur adverſarius. Exemplo Tanneri in Colloq. Ratisbon.

Antidotum eſt circumſpecta aſſertio, ita, ut non niſi cautè & prudenter aliqvid affirmetur, & qvidem tardiuſculè ac præmeditate, imò non prius, niſi poſt abſolutum integrum Adverſarii diſcurſum. Vel, ut in caſu dubio aſſertio ſit hypothetica: v.g. poſito, ſed non conceſſo, hoc factum eſſe tale, &c. Vel: ponamus, hanc eſſe Philoſophi mentem. Qvamvis ego hanc litem non facio meam.

Stratagema VII. *eſt repetita provocatio* ad auditorium & ad conſenſum omnium ſapientum, exemplo Hungeri in Colloq. Ratisbon.

Antidotum eſt inverſio & retorſio hujus teli in ipſum adverſarium, ſi ſcilicet ipſe diſputator contra Antagoniſtam autoritates ſapientum pro ſuâ ſententiâ citet; vel etiam cauſas, cur ab aliis ipſe diſſentiat, modeſtè indicet, tandemqve provocationi ad auditorium ſuam qvoq; provocationem, vel aliam longè fortiorem opponat. Confer exemplum Hunnii l.d. qvi provocante adverſario ad auditorium, ad ipſum Chriſtum præſentem provocat.

Stratagema VIII. *eſt inopinata affirmatio* abſurdi vel paradoxi, cum rejectione illius, qvod communiter habetur pro veriſſimo. Qvâ ratione vel animus adverſarii inflammatur, vel novitate rei perturbatur, vel probatione deſtituitur. Sic Gretſerus l. d. audacter negat

Aaro-

Digitized by Google

Aaronem erraſſe ut judicem qvoad vitulum, Exod. 34. & Tannerus ad qvæſtionem iſtam, num ſit articulus fidei: Canem ſecum duxiſſe Tobiam: Reſpondet, maximè, maximè, maximè.

Antidotum eſt cauta deductio adverſarii 1. ad abſurdum, 2. ad contradictionem. Qvod præſtitit Hunnius l. d. qvi contradictionis convicit Gretſerum & Tannerum, qvorum ille negabat Sacerdotium Caiphæ; hic verò aſſerebat: Dari articulum fidei de cane Tobiæ. Nec eſt, qvòd excipiat qvis, Tannerum loqvi de articulo fidei hiſtoricæ. Nam 1. hoc eſt ludere ambiguitate terminorum. 2. Nec ad fidem hiſtoricam ſpectat hic canis; eſt enim Liber Apocryphus. Confer de convictione infra append. Tit. 7.

Stratagema IX. *eſt à ſtatu controverſiæ in curſu diſputationis deviatio*, & adverſarii ad qvæſtiones callidas & captioſas, alteri familiares, abductio. Sic l. d. à Scriptura Sacra tandem deventum eſt ad Eccleſiam, & ad judicium forenſe, & confuſionem legis, normæ atqve judicis. Cui affinis eſt *μετάβασις εἰς ἄλλο γένος*, ubi genus notat objectum diſciplinæ, v. g. ſi tentetur probatio concluſionis merè Theologicæ ex principiis Phyſicis.

Antidotum eſt prudentia, qvæ jubet, ut cautus diſputator omnia, qvæcunqve occaſionem Sophiſtæ poterant præbere, omittat, & anſam ordiendi novam atqve à ſtatu controverſiæ alienam diſputationem præſcindat. Inprimis verò objecta & principia diſtinctarum diſciplinarum accuratè diſtingvat. Ita tamen, ut obſervet, non eſſe tranſitum vitioſum

1. Qvando probatur de parte ſubjecti, qvod de toto ſubjecto probatum fuit, ſcilicet qvatenus tale eſt. v. g. corpus naturale merè tale, qvod tamen de corpore Chriſti, qvatenus in λόγῳ ſubſiſtit, neqvaqvam procedit.

2. Qvoties datur diſciplinarum ſubalternatio. Sic enim lineam tam Opticus qvàm Geometra conſiderat, licet modo diverſo.

3. Qvando repetuntur principia communia, v. g. phyſica, ad probandam Chriſti Humanitatem, & doctrina Metaphyſica de perſona, in myſterio Trinitatis. Scriptura enim multa præſupponit, tanqvam aliunde nota, & ex lumine naturæ petenda.

Stratagema X. *eſt audax ad Autores vel libros*, qvi vel non ſunt in promtu, vel obſcuriores, adeoqve vel nullius aut exiguæ autoritatis *provo-*

provocatio, eorumqve ſententiæ vel falſa vel mutilata citatio. Hujus malitiæ Magiſter fuit Conradus Vetterus in dem heiligen / unſchuldigen und andächtigen Luther. vid. Poſt-Colloq. Ratisb. & ex Calvinianis Maſſonius, imprimis verò ejus Breviarium Ubiqvetiſticum ex Poſtillis A. 1620. editum in 12. per ſtudioſum Apodemicum. Ubi fruſtra proteſtatur, non fieri animo calumniandi. Sic enim ignari, invitâ veritate decipiuntur, dum

1. Componenda dividuntur, & vice verſâ dividenda componuntur.

2. Dicta ſecundum qvid afferuntur qvaſi dicta fuiſſent ſimpliciter.

3. Ex aliorum ſententia recitativè adducta Autori planè aliena, velut ab ipſo ſimpliciter & aſſertivè poſita falſo imputantur.

4. Scripta dubia & incerta pro certis producuntur. Qvod potiſſimum in Patribus citandis & in allegatione Scriptorum, maximè verò Colloqviorum Lutheri facere ſolent Pontificii, eorumqve imitatores. Sic Maſſonius Luthero facit injuriam, dum l. d. citat cap. 44. q. 1. p. 249. velut injuriam in ipſam Hierarchiam Sacram à Luthero, qvi tamen loqvitur de clero Papali, prolatam: der geiſtliche Stand iſt Dreck. Cum tamen verba Lutheri ita habeant T. 2. Jen. f. 302. b. in 1. Cor. 7. Wir ſchlieſſen / daß der Eheſtand Gold / und der geiſtliche Stand Dreck iſt / darum daß jener zum Glauben / dieſer aber zum Unglauben förderlich iſt. Qvod non dicit, nec dicere poteſt de ordine vel ſtatu Eccleſiaſtico ipſo, ſed loqvitur de ſtatu Papiſtico, & addit: Solcher Stand iſt von Arth ein rechter irrdiſcher / weltlicher und heydniſcher Stand. rationem addit f. 301. b. deñ **die geiſtlichen Stände** ſind bemühet geweſen / daß ſie mit Leibes Nothdurfft aufs allerſicherſte verſorget ſind / gewiſſe Zinſe / Eſſen / Kleider / Haus / und allerley aufs überflüſſigſte haben. Soll nun ein Stand geiſtlich heiſſen / ſo muß etwas anders und mehr dazu gehören / denn ſolch euſerlich Weſen / nehmlich der Glaube im Hertzen / welcher iſt Geiſt / und macht alles geiſtlich / was an dem Menſchen iſt. Ejusdem candoris ſunt & alia ibidem repetita: Gute Wercke ſind eitel Unflat und Dreck. & art. 46. q. 1. p. 256. crucis figura eſt ſuperſtitioſa ex Heerbrando f. 199. art. 35. q. 5. Et Art. 26. q. 1. p. 155. & ex Luthero T. 5. W. f. 217. GOttes Wort von Bildern ſeyn ein Gauckelwerck. art. 29. p. 175. q. 2. Item ein Prediger muß nicht das Vater unſer beten T. 7. Jen. p. 417. Art. 45. p. 255. q. 6.

Es

Es iſt kein greulicher Ding auff Erden als der Cœlibat T. 4. Jen. f. 15. a. Item de Deo Diabolo vid. art. 4. q. 8. p. 41. ex T. 5. Jen. f. 135. b. Qvæ tamen ſecundum qvid dicta malitioſè pervertuntur, qvaſi dicta ſint ſimpliciter.

Antidotum eſt convictio adverſarii, ita ut

1. ipſe Autoris textus integer poſtuletur.

2. Si verò ad manus eſt, crimen falſi adverſario oſtendatur.

3. Scripta genuina & ſpuria, itemqve priora & poſteriora probè diſtingvantur. NB. videatur Methodus Studii Theolog. de Patribus. Vide Retractationes Auguſtini & præfationem Lutheri præfixam Tom. 1. Jenenſ. Lat. & Mülleri Lutherum defenſum, ejuſqve Apologiam. Confer Lutheri locum T. 2. Jen. German. f. 303. a. ubi ipſe contextus Maſſonium convincit, qvæſtionem eſſe neqvaqvam de ordine Eccleſiaſtico, qvatenus talis eſt, ſed de ſtatu Monaſtico, qvalis in Papatu eſt. Expreſſè enim dicit: Der geiſtliche Stand nehret ſich ſeiner Arbeit nicht/ es iſt ein fauler Schelm / und übet den Leib gar nichts / ſondern läſt ihm andere vorarbeiten / und weidet ſeinen Wanſt von der andern Schweiß und Blut. Unde planum eſt, qvod verba illa: Wir reden itzt nicht vom Brauch oder Mißbrauch der Stände/ſondern von Art und Natur der Stände an ihnen ſelbſt. Non loqvantur de ipſo ſtatu in abſtracto, ſed de ſtatu clericali & Monaſtico in Papatu, qvalis ille tunc fuit, in concreto. Cui ſoli competunt illa prædicata: Er locket den Menſchen gantz und gar auf zeitliche und euſſerliche Dinge / daß er leiblich gnug habe/und will ſchlecht nicht geiſtlich Stand ſeyn/ er habe denn euſſerlich gnug/und ſey der Sachen gewiß/daß er nicht müſſe Glaubens und Trauens an Gott bedürffen.

Stratagema XI. *eſt Accumulatio terminorum, qvi adverſario planè ignoti ſunt*, cum diſtinctionibus ambiguis ſimul & intricatis, qvæ variis difficultatibus ſunt obnoxiæ. Confer exemplum Tanneri & Gretſeri in Colloqvio Ratisbonenſi, & diſputationem de intentione miniſtri baptizantis habituali, virtuali, actuali, &c. vid. Theolog. Poſit. articul. 100. & 87.

Antidotum eſt fraudis detectio, ſi cujusvis termini & diſtinctionis poſtuletur perſpicua explicatio, ejusqve fundamentum, atqve accurata illius ad ſcopum præſentem applicatio.

Digitized by Google

Stratagema XII. *eſt digreſſio ad obſcura & incerta*, ſive ad illam materiam, qvæ adverſario minus nota videtur. Cujus rei exempla varia exhibet Colloqvium Ratisbonenſe. Inprimis verò qvæſtio de judice Politico viſibili. vid. Theol. Poſit. artic. 5. Sic ſcholaſtici hodierni plerumqve à Scriptura ad ſubtilitates Philoſophicas deflectere ſolent in diſputationibus Theologicis.

Antidotum eſt cauta adverſarii revocatio ad genuina diſputationis inſtitutæ principia, ut omnis evagandi occaſio ipſi præſcindatur, & Antagoniſta in ordinem redigatur.

Stratagema XIII. *eſt extenſio verborum adverſarii ultra ſcopum*. Sic Hungerus in Colloq. Ratisbon. noſtris tribuit conceſſionem, qvòd traditiones tàm conſentaneæ qvàm diſſentaneæ Scripturis addendæ ſint; ſed invita veritate.

Antidotum eſt 1. candida veritatis repetitio, 2. explicatio, 3. modeſta proteſtatio. Confer Manuale Theol. art. 10. Tit. 26. ubi oſtenditur, qvomodo verba Jobi c. 30, 21. & Lutheri, daß GOtt verwandelt ſey in einen grauſamen / contra Maſſonii perverſiones explicanda ſint. NB. pag. 196.

SECTIO II. SPECIALIS

continens

Diſtincta tam Opponentis, qvàm Reſpondentis atqve Præſidis officia.

§. 1.

QVia Proceſſus diſputandi plures invicem diſputantes reqvirit, ideò poſt explicatas regulas univerſales ſpecialiora etiam monita attendere decet.

§. 2. Sunt verò perſonæ diſputantes ordinariè Opponens & Reſpondens, &, qvi non rarò aſſumitur, Præſes ſive Director & Moderator totius certaminis.

§. 3. Qvamobrem reſtat, ut reqviſita 1. Opponentis. 2. Reſpondentis. 3. Præſidis, unà cum diſtinctis atqve

Digitized by Google

qve peculiaribus eorundem ſtratagematibus, horumq; remediis, paſſim obviis, ordine exponantur.

Membrum I.
De Officio Opponentis.

§. I.

Opponens eſt, qvi ſententiæ à Reſpondente propoſitæ contradicendo, ſe tanqvam adverſarium opponit, ut ejus contradictoriæ veritatem obtineat.

§. 2. Opponentis potiſſimùm notanda ſunt I. Reqviſita & officia. 2. Stratagemata, cum remediis ſive methodo illa feliciter eludendi.

Titulus I.
De Reqviſitis & Officio Opponentis.

§. I.

Ut Opponens verè talis ſit, adeoq; non nugator aut Sophiſta, vel intempeſtivus Orator aut inanis declamator, ſed prudens atqve candidus ſcrutator veritatis, reqviritur, ut, qvoties diſputationem aggreditur, certas ſibi leges conſtituat, à qvibus neqve ad dextram, neqve ad ſiniſtram declinare licet.

§. 2. Sunt verò illa veri & candidi opponentis potiora reqviſita, actiones atqve officia, *I. argumenti propoſitio, 2. propoſiti probatio, 3. exceptio ad datam reſponſionem: (Reſpondentem enim decet I. aſſumtio, 2. petitio probationis, 3. reſponſio tam ad probationem, qvàm ad exceptionem;) vel plenius*

I. *Certa theſeos electio.* Qvæ vel manifeſta, vel occulta eſt. Qvæcunqve enim theſis per legitimam conſeqventiam è verbis diſputationis

Digitized by Google

nis educi poteſt, illa eſt implicita, & impugnari poteſt. Attenduntur autem non ſolùm verba, eorumqve obſcuritas, ambiguitas, novitas, &c. & ipſæ phraſes integræ: verum etiam res ipſæ, vel ratione methodi & ordinis tractandi, vel ratione concluſionum & præmiſſarum. Ubi & termini, & connexiones, & illationes examinari poſſunt.

II. *Obſcuritatis remotio per ipſius Reſpondentis verba.* Dum theſis ipſa repetitur.

III. *Accurata contradictio.* Cujus leges, modum atqve fructum oſtendit Theologia Exegetica NB. lib. 2. c. 5. Titulo 2.

Qvæ ſine accurata *formatione ſtatus controverſiæ* fieri neqvit. Qva de re dictum eſt ſupra ſectione 1. generali §. 1. Confer exempla de Scripturæ S. perſpicuitate & perfectione, qvæ habet Theologia Exegetica lib. 2. c. 6. Tit. 6. & 7. NB.

IV. *Brevis, perſpicua & formalis argumentatio*, cujus ſenſus & ſcopus interdum præmittitur: ubi opponens, qvi non utitur licentia ſibi conceſſa, 1. agit explicitè contradicendo, non verò implicitè, per deductionem ad abſurdum. 2. præmiſſas adhibet non otioſas. 3. ſyllogiſmum non hypotheticum, ſed categoricum.

V. *Argumentorū non numero ſed pondere æſtimatorū productio, & directæ contradictionis probatio.* Ita, ut excludatur μετάβασις εἰς ἄλλο γένος ſive trāſitio in aliud genus, qvæ fieri ſolet, dū neglectis principiis genuinis aſſumūtur peregrina & planè aliena. Qvod ſolenne eſt Socinianis, qvi ſępiſſimè ad regulas philoſophicas peſſimè applicatas confugiunt. Cujus rei exemplum oſtenditur in explicatione Controverſiæ Wendelinianæ, de Chriſti ſeſſione ad dextram Patris NB.

VI. *Accurata dijudicatio*, num 1. ſine mutatione facta fuerit aſſumtio. 2. & num vel ad formam, vel ad materiam directa ſit reſponſio. 3. & num vel præmiſſas ipſas, vel præmiſſarum probationem directa contradictione evertat data reſpondentis reſponſio. 4. & num præter datam reſponſionem adhuc alia reſtare poſſit vel reſponſio, vel exceptio. Tela enim prævíſa minus nocent.

VII. *Datæ diſtinctionis deſtructio*, vel aſſumtio, & ſi fieri poteſt, in ipſum Reſpondentem retorſio.

Sic contra theſin Pontificiam: Sancti ſunt invocandi: rectè opponitur: Sanctos non eſſe invocandos, qvia ſolus Deus eſt invocandus. Mat. 4.

Reſpon-

Reſpondetur qvidem ad Majorem, diſtingvendo inter *δυλείας* & *λατρείας*. Sed rectè excipitur 1. *negando diſtinctionē*, qvia utrūq;, tam dulia, qvàm latria, Deo in ſacris tribuitur. 2. *eandem aſſumendo* & contrarium inferendo hoc modo: Omnis Latria eſt cultus ſoli Deo competens,

Cultus imaginis eſt Latria. E. eſt cultus ſoli DEO competens.

At colere cultu divino id, qvod non eſt Deus, omninò eſt Idololatricum. vid. Theol. Moral. ex 1. præcepto Decalogi. 3. *Urgendo naturam cultus divini*, qvi non niſi unus eſt. Nam qvicunqve actus formaliter eſt monadicus, ſoli Deo debitus, ille formaliter non poteſt eſſe varius vel multiplex, qvi tam Deo, qvàm ſanctis rebus, perſonis, reliqviis & imaginibus competat. Sed cultus religioſus eſt talis ex Mat. 4,10. inprimis verò *προσκύνησις* & religioſa adoratio eſt *λατρεία* cultus *μόνῳ* ſoli Deo debitus l. d.

VIII. *Datæ inſtantiæ impertinentis eluſio*, ita, ut illa vel oſtendatur eſſe impertinens, vel per aſſertionis allatæ contradictionem prorſus excludatur. v. g. Rectè opponimus Pontificiis aſſerentibus Traditionum neceſſitatem, Canonem Moſaicum: Non addetis ad verbum, Devt 4. Nam verbo divino nihil, qvod non divinum eſt, addere licet. Additio verò divina ſimpliciter homini eſt impoſſibilis. Proinde cum traditiones humanæ non ſint divinæ, ſeqvitur, qvod & illæ neqvaqvam ſint addendæ.

Si dent inſtantiam, dari traditiones divinas Apoſtolicas ex 1. Theſſ. 2, 5. Tenete traditiones.

Rectè infringitur illa inſtantia oſtendendo 1. exemplum eſſe alienum, cùm illæ traditiones divinæ, qvorum mentionem facit Apoſtolus, neqvaqvam fuerint aliqvid Scripturæ ſuperadditum non-divinum, ſed pars ipſius Scripturæ totius ſucceſſivè ab ipſo Deo per Apoſtolos addita. Vel etiam 2. limitando, & explicando Majorem h. m.

Nihil à Syntagmate totius Scripturæ Canonicæ alienum illi addendum eſt per homines, ita, ut pari pietatis affectu ſuſcipiendum ſit: Qvod tamen de ſuis traditionibus affirmant Pontificii. Vide plura de Traditionibus, earumqve naturâ & diverſitate Theologia Poſitiva Articul. 102.

IX. *Reſponſionis à Reſpondente datæ aſſumtio, illiusqve, ſi aliena fuerit per additam manifeſtam propoſitionem ad abſurdum deductio.* Sic con-

contra Calvinianos rectè urgemus, Deum omnes velle ſalvos, qvia vocatos non veniētes ſeveriſſimè punit, Matt. 22. Si excipiant, diſtingvendum eſſe inter voluntatem ſigni & beneplaciti, & inter vocationem externam & internam, efficacem & inefficacem; jure abſurditatis convincuntur.

I. Ex natura benevolæ & paternæ voluntatis divinæ, qvæ omninò ſeria eſt. vid. Theol. Poſit. art. 38. & art. 10. Tit. 17.

II. Ex natura ſigni & ſignati. Nam ſignum eſt, qvod ſignat ſignatum, non verò ſenſum contradictorium.

III. Ex natura vocationis divinæ, qvæ omninò ſeria eſt & neminem excludit. vid. Theol. Poſit. art. 91.

IV. Ex natura verbi efficaciſſimi, & prædicationis ſcopo. vid. Theol. Poſit. art. 124. & 91. Unde rectè concludimus: Qvi homines extrinſecè venire jubet non alio fine, qvàm ut non veniant, & ut non venientes punire poſſit, qvos tamen non venire vult internè & ſeriò, adeò ut teneantur non credere juxta Wendelinum, qvia univerſalis promiſſio ipſis reverà eſt ſalutis negatio, illi non competit candor veritatis & paterna miſericordia. (Hæc enim cum mendacio, fraudulentiâ & hypocriticâ ſimulatione conſiſtere non poſſunt.) At Deus. E. Nec obſtat Tentatio divina v. g. Abrahami; de qva agit Theolog. Exegetica libro 2. c. 3. Tit. 5. NB.

X. *Reſponſionis datæ pro ſententiâ opponentis aſſumtio.* Qvando ſcilicet theſis falſa per novum figmentum excuſatur. v. g. ſit theſis Pontificia: Imagines ſunt adorandæ.

Nos negamus, qvia, qvi Deos alienos habent, ſunt Idololatræ. At qvi adorant imagines, habent Deos alienos. E.

Si reſpondeant Pontificii ad minorem per diſtinctionem: Eos habere Deos alienos, qvi extra & præter Deum verum imagines tanqvam verum Deum adorant. Se verò ſolùm adorare verum Deum in imagine, non verò ipſam imaginem. Tunc rectè inferimus:

Qvi præter & contra Dei præceptum in imagine & per imaginem verum Deum colunt, illi habent Deos alienos. At Pontificii. E.

Minor certa eſt ex data Reſponſione.

Major patet exemplo Iſraëlitarum, qvi non vitulum, ſed verum Deum in imagine adorantes, tamen erant Idololatræ. vid. Lutheri præ-

Digitized by Google

præfatio in Eſajam. Ubi probat, idololatriam committi non ſolùm ratione objecti, ſed etiam ratione modi, uti patet ex Theol. Morali ad 1. præceptum.

XI. *Debita moderatio*, ubi enim ſatisfactum eſſe argumento animadvertit opponens, nemini amplius urgendo moleſtus eſſe debet, qvod tamen tota die fecit Gretſerus & Tannerus in Colloq. Ratisb. de judice controverſiarum diſputans.

XII. *Repetitio* eorum, qvæ dubia adhuc videri poterant. Si enim ex aliorum diſcurſu præcedente ſupereſſe videantur ſcrupuli, non apparentes, ſed verè tales, omninò illos reaſſumere & decenter urgere licet opponenti ſeqventi, ſcilicet ad exqviſitam veritatis indagationem.

XIII. *Inveſtigatio*, qvænam genuina ſit Reſpondentis ſententia; qværere enim nonnunqvam ex Reſpondente, ejusqve mentem explorare, & num verè ita ſentiat, interrogare licebit opponenti, ne aſſumendo vel urgendo reſponſum, qvod non ſatis intellectum, videri poterat abſurdum, Adverſario faciat injuriam, & potius Sophiſtam callidum, qvàm candidum veritatis indagatorem egiſſe deprehendatur.

XIV. *Accurata conſideratio* 1. an negatio, vel negationis ratio à Reſpondente allata vel ſufficiens ſit, vel novo argumento ſive exceptione peculiari poſſit oppugnari. 2. an liceat retorſionem invertere. 3. an poſſibile ſit inſtantiam labefactare. 4. an fieri poſſit, ut allata diſtinctio vel ipſa oppugnetur, vel applicatio deſtruatur, vel utrumqve faciendo data reſponſio evertatur. Ubi tamen major licentia conceditur exercitiis, qvàm ſeriis diſputationibus.

TITULUS II.

Stratagemata Opponentis exhibens cum remediis.

§. I.

QVia callidi opponentes, præter tumultuariam & variis verborum involucris ornatam, eamqve celerrimam loqvendi rationem, non pauca adhibere ſolent ſtratagemata,

Digitized by Google

mata, ideò & illa breviter conſideranda ſunt, unà cum remediis.

§. 2. Poſſunt verò illæ Sophiſtarum fraudes ad certas reduci claſſes, *uti patet ex ſeqventi Catalogo, qvi ſingula ſtratagemata eludere docet per tutiſſima reſpondentis antidota.*

Stratagema I. *eſt vitii formalis occultatio*, qvod fit, qvoties regulæ vel univerſales vel ſpeciales de ſyllogiſmo ejusqve terminis, propoſitionibus & figuris negliguntur.

Remedium eſt accurata vitii formalis detectio. Qvæ facilior eſt, ſi attendantur obſervationes ſeqventes.

I. In uno ſyllogiſmo ſint ſolùm termini tres.

II. Qvilibet terminus bis ponatur in ſyllogiſmo.

III. Extrema ponantur in concluſione, uti fuerunt in præmiſſis, ubi major terminus primam ſive majorem, minor verò ſecundam ſive minorem propoſitionem cum medio conſtituit.

IV. Medius terminus eſt, ſine qvo nil concluditur; qvi conſentit cum altero extremo; ante concluſionem bis repetitur, ideoqve completè diſtribuendus eſt. Qvorſum faciunt Canones ſeqventes:

Canon I. *Qvicunq; Syllogiſmus non congruit ad dictum de omni & nullo, is in forma vitioſus eſt*, ſive illa congruentia fiat explicitè actu & evidenter, ut in Syllogiſmis primæ figuræ, ſive implicitè potentia & minus evidenter, ut in Syllogiſmis ſecundæ & tertiæ figuræ, qvorum evidentia ex reductione ad primam facilè patet, vel etiam virtualiter potentiâ talis ſit, ut in ſingularibus e. g.

Sophiſma eſt 1. Eſſentia divina eſt Pater.
Filius eſt eſſentia divina.
E. Filius eſt Pater.

Qvia major non accipitur ſingulariter, adeoqve non eſt potentiâ univerſalis. Ratio eſt, qvia non licet dicere: Qvidqvid eſt eſſentia divina, illud eſt Pater, ità ut tota eſſentia divina ſit Pater excluſivè reſpectu Filii & Spiritus Sancti.

2. Sophiſma eſt: Hæc manus eſt palma.
Pugnus eſt hæc manus.
E. Pugnus eſt palma.

Ratio

Ratio eſt, qvia Major neqve actu neqve potentia continet dictum de omni, cum non ſit virtute nec poteſtate univerſalis.

3. Sophiſmata ſunt & ſeqventia, eodem modo ſolvenda:

1. Corpus Chriſti pependit in cruce.
Panis Evchariſticus eſt corpus Chriſti.
E. Panis Evchariſticus pependit in cruce.

2. Caro eſt corruptibilis.
Deus eſt caro.
E. Deus eſt corruptibilis.

3. Diabolus eſt Spiritus inviſibilis.
Serpens in Paradiſo eſt Diabolus.
E. Serpens in Paradiſo eſt Spiritus inviſibilis.
Qvia Major talis eſſe debebat.

I. Omne corpus Chriſti, etiam Sacramentaliter ob unionem Sacramentalem ſic dictum, pependit in cruce.

II. Omnis caro, etiam in hypoſtaſin Filii Dei aſſumta, eſt corruptibilis.

III. Diabolus, etiam qvôcunqve modo viſibili apparens, ſemper eſt inviſibilis, etiam reſpectu formæ apparentis. Unde falſitas evidenter conſtat.

Canon II. A conceptu prædicamentali vel phyſico ad tranſcendentalem & hyperphyſicum nulla valet conſeqventia. Secus enim fiunt Sophiſmata, qvæ facilè deprehenduntur ex majoris limitatione & determinatione ad conceptus phyſicos, unde non niſi limitata emergit concluſio. v. g.

1. Generatio eſt mutatio à non eſſe ad eſſe.
Generatio divina eſt generatio.
E. Generatio divina eſt mutatio à non eſſe ad eſſe.

2. Qvi generat & generatur, eſt mutabilis.
Deus generat & generatur.
E. Deus eſt mutabilis.

3. Generatio fit propter ſpeciei conſervationem.
Generatio divina eſt generatio.
E. Generatio divina fit propter ſpeciei conſervationem.

Cùm itaqve Major in his omnibus ſolùm vera ſit de generatione phy-

phyſicâ, concluſio falſa eſt, qvæ terminum particularem & determinatum ad omnem generationem, etiam hyperphyſicam, malè applicat.

Canon III. de Terminis Syllogiſmi.

Qvoties in Syllogiſmo termini vel plures vel pauciores, vel ambigui vel mutati, vel mutilati vel non diſtributi occurrunt, toties fiunt Sophiſmata. v. g.

1. *Sophiſmata ſunt ob terminorum ambiguitatem*, qvæ terminos multiplicat in ſeqventibus:

1. Qvi credit, ſalvatur.
   Diaboli credunt.
   E. Diaboli ſalvantur.
2. Qvi non generat, nec generatur, nec procedit, ille non eſt DEUS.
   Atqvi Eſſentia divina non generat, nec generatur, nec procedit. E. Eſſentia divina non eſt Deus.
3. Omne verbum eſt vox evaneſcens.
   λόγος eſt verbum.
   E. λόγος eſt vox evaneſcens.

2. *Sophiſmata fiunt ſæpius* 1. ob variatam ſuppoſitionem tam materialem, qvàm formalem. Sic mus eſt animal. ſed vox illa, *mus*, non eſt animal.

2. *Ob ſtatum* & ampliationem. Sic nulla domus eſt combuſta. Sic nullus cœcus videt, qvamdiu talis eſt. Qva de re videri poteſt Horologia infra libro 3. NB.

3. *Ob perverſam concluſionem*. Sic malè concluditur:

Chriſti corpus eſt in cœlo.
Chriſti corpus eſt in Sacramento.
E. Sacramentum eſt cœlum.

Cùm tamen ita concludendum eſſet: Ergo qvoddam corpus, qvod eſt in Sacramento (ſacramentaliter) eſt in cœlo (majeſtaticè.) Confer plura in Horologia de confuſione terminorum abſtractorum & concretorum, de terminorum determinatione & diſtributione &c. qvæ hoc loco repetenda ſunt.

Canon IV. de propoſitionibus Syllogiſmi.

Præmiſſæ non mutent genus prædicationis. Nec utraqve ſit particularis

Digitized by Goo

-*laris vel negans. Nam ex puris particularibus aut negativis nihil ſeqvitur formaliter.* Ubi tamen cavendum eſt, ne propoſitiones negativæ confundantur cum infinitis. Qvandocunqve enim prædicatum minoris transſumtum eſt ex ſubjecto majoris infinito, tunc vitium evaneſcit. Sic: qvicunqve non credit, damnatur. Judas non credit. E. damnatur, id eſt: Judas eſt ex numero eorum, de qvibus verè affirmatur, qvod ſint tales, qvi vocantur non-credentes. Item, *qvando vel propoſitio aliqva, vel ipſa concluſio addendo vel diminuendo mutatur, nihil ſeqvitur.*

Sunt ergò Sophiſmata, 1. Qvi miſeretur, qvorum vult miſereri, ille etiã perdere vult, qvos perdit.
At Deus miſeretur, qvorum vult miſereri.
E. Deus etiam perdere vult, qvos perdit, & per conſeqvens abſolutè perdit.
2. Qvi eminent ſanctitate plurimos & ſapientiâ, illi meritò honorandi ſunt.
At ſancti defuncti plurimos ſanctitate & ſapientiâ eminent.
E. Sancti defuncti meritò ſunt honorandi, & per conſeqvens invocandi.
3. O peccator, ſi agit pœnitentiam, à Deo recipitur. Atqvi Judas eſt peccator.
E. Judas à Deo recipitur, & per conſ. ſalvatur.

Huc ſpectant vitia formalia, qvæ occultantur in Syllogiſmis & propoſitionibus 1. Exceptivis.
2. Excluſivis &c. Confer Theol. Poſit. art. 93. & 94. de ſolâ fide juſtificante, qvæ ſola qvidem juſtificat, non tamen ſola exiſtit, qvamvis arbor illa fructifera in actu juſtificationis à ſuis fructibus per abſtractionem præciſionis omninò diſtingvenda ſit. Qvod Lutherus exemplo manus varia ſemina continentis illuſtrat, ſalvâ diſtinctâ naturâ piperis calidiſſima, & papaveris frigidâ.

Canon V, de Figuris Syllogiſmorum. Qvarum I. reqvirit, ut major ſit univerſalis, minor affirmans. II. Ut major ſit univerſalis, concluſio negans, cum altera præmiſſarum. III. Ut ſit minor affirmans, concluſio particularis. Fundamentum verò eſt: Qvæ conveniunt in uno tertio, illa inter ſe conveniunt, & vice verſâ. Cujus ſenſus eſt: Qvæ de

uno tertio prædicantur in præmiſſis, illa de ſe invicem rectè prædicantur in Concluſione. Unde intelligendus eſt Canon

1. Salvâ diſtinctione inter *tertium ſingulare* incommunicabile & inter tertium univerſale communicabile.

2. Intelligenda eſt *identitas* reſpectu illius tertii, non verò citra illum reſpectum.

3. *Qvale itaqve eſt illud tertium, talis etiam eſt convenientia*, videlicet reſpectu illius tertii, ſecundum qvod convenientiam inter ſe habent. Vide infra Monita de diſtinctione. NB. Sic rectè ſeqvitur:

Judas fuit Apoſtolus.
Judas fuit proditor.
E. qvidam proditor fuit Apoſtolus.

Sic: Petrus eſt Theologus.
Petrus eſt Hiſtoricus.
E. qvidam Hiſtoricus eſt Theologus.

Sive illa ipſa perſona, qvæ eſt Hiſtoricus, etiam eſt Theologus, diverſo reſpectu diſtincti habitus, qvi deprehenditur in eodem ſubjecto: Neqvaqvam verò *formaliter*, ita ut ipſe habitus Hiſtoricus ſit habitus Theologicus.

Secus enim fiunt Sophiſmata. v. g.

1. Eſſentia divina eſt Pater.
Eſſentia divina eſt Filius.
E. Filius eſt Pater.

Nihil enim aliud ſeqvitur, qvàm hoc:

Qvæ eſſentia divina communis eſt Patri & Filio, illam & Pater habet & Filius.

2. Homo eſt doctus.
Homo eſt indoctus.
E. qvidam indoctus eſt doctus.

3. Animal eſt rationale.
Animal eſt irrationale.
E. qvoddam irrationale eſt rationale.

Qvamvis & in his occurrat vitioſa Majoris particularitas. *Huc ſpectat etiam Sophiſtica propoſitionum Syllogiſmi tranſpoſitio, & qvando Concluſio cum additamento contrario reponitur in locum Minoris, & Minor propoſitio fingitur eſſe Concluſio.* e.g.

1. Qvæ-

1. Qvæcunqve Diſputatio continet qvæſtiones Politicas, illa malè omittit Reſponſiones Politicas.

Attua diſputatio non malè omittit reſponſiones Politicas.

E. tua diſputatio non continet qvæſtiones Politicas.

2. Qvicunqve non reſpondet ad id, ad qvod reſpondere debet, is male reſpondet.

Tu non male reſpondes.

E. tu non reſpondes ad id, qvod reſpondere debes. Cum tamen ita procedendum fuiſſet: Tu non reſpondes &c. Ergò tu malè reſpondes. Ubi qvidem & in ſimilibus etiam alia vitia formalia concurrere ſolent.

Canon VI. de Concluſione. Concluſio imitatur partem debiliorem. Eſt enim ipſa qvæſtio, qvæ ſtantibus præmiſſis & ipſa ſtat; falſa verò concluſio falſas præmiſſas præſupponit. Proinde reqvirit, ut non ſit plus nec minus in concluſione qvàm fuit in præmiſſis.

Stratagema II. eſt imperfecta argumentatio, ut Dilemma, Sorites, Enthymema, Inductio, qvod artificium erat Hungeri in Colloqvio Ratisbonenſi.

Remedium eſt circumſpecta reductio ad perfectum Syllogiſmum, qvod primarium inveniendæ veritatis inſtrumentum eſt.

Fruſtrà E. l.d. Gretſerus reſpondit Hunnio: Non poſcimus Majorem propoſitionem, appello ad omnes Logicos, & volo id, qvod latitat, mihi reſervatum.

Peſſimè. Qvia omnis diſputator propriè talis, & non Sophiſta, qvi Enthymema proponit, ſimul obligat ſe ad defenſionem univerſæ illius argumentationis, adeoqve ſingularum partium, qvalis etiam eſt omiſſa vel diſſimulata propoſitio, ſine qva juſtus & integer ſyllogiſmus formaliter perfectus non abſolvitur.

Stratagema III. eſt novi Syllogiſmi productio loco probationis, qvi minimè probat, qvamvis probanda fuiſſet conſeqventia, ut Reſpondens ad novum argumentum incautus deducatur, & prius intactum relinqvat.

Hoc artificium Gretſerus in Colloq. Ratisb. ſubindè adhibuit.

Remedium eſt, ſi Reſpondens urgeat conſeqventiæ probationem, nec patiatur ſe adduci ad Syllogiſmum vel novum vel alienum, donec evi-

denter probatum fuerit, qvod erat probandum, vel ſufficienter remotum ſit illud, qvod reſtabat dubium.

Stratagema IV. eſt Syllogiſmorum hypotheticorum, modalium & exponibilium mixtura creberrima, cum permutatione & confuſione enunciationum comparativarum, &c.

Remedium eſt 1. reductio Syllogiſmorum hypotheticorum, modalium & exponibilium ad Syllogiſmos Categoricos.
2. probatio hypotheſeos.
3. expoſitio exponibilium.
4. collatio enunciationis abſolutæ cum compoſitâ.
5. diſtinctio enunciationis abſolutæ à comparata. Confer ſupra de Comparativis in ſpecie Theologiam Exegeticam lib. 2. c. 5. Tit. 2. Unde patet, qvod Keddii Sophiſmata ex probationibus & qvæſtionibus comparativis deducta facilè refutari poſſint, ſi modò enunciationes comparativæ propriæ, impropriæ & impropriiſſimæ diſtingvantur. In his enim (v. g. ebrietas eſt melior ſcortatione, ſic religio Pontificia melior eſt Photiniana religione &c.) nulla involvitur bonitas, ſed hoc ſolùm aſſeritur, alterum eſſe minus malum altero, non obſtante, qvod neutrum ex comparatis bonum ſit ſimpliciter. Reliqva huc facientia 1. de vocula omnis, 2. ſolus, 3. unus, 4. de enunciatione comparativa, excluſiva, exceptivâ, reduplicativa, modali, contradictoria, 5. de concluſionibus Logicis &c. oſtendit Theologia Exegetica libro 2. c. 5. Titul. 2.

Stratagema V. eſt qvæſtionum variarum multiplicatio & confuſio. Qvod ſolenne eſt Pontificiis de autoritate tam Scripturæ S. qvàm Eccleſiæ diſputantibus. vid. artic. 5. & 113. Theol. Poſ. ubi oſtenditur, qvod diverſiſſimæ ſint qvæſtiones 1. de autoritate Eccleſiæ Catholicæ, & Romanæ particularis. 2. de opinione Auguſtini adhuc Manichæi, & poſtea orthodoxi. 3. de teſtimonio affixo columnæ, & de ipſa columna ſive Eccleſiæ fundamento Architectonico, qvod eſt ſolus Chriſtus Mat. 16.

Remedium eſt 1. Reſponſionis Categoricæ denegatio.
2. Qvæſtionum diſtinctarum diſtinctio.
3. Formatio ſtatus controverſiæ.
4. Poſtulatio, ut fiat Syllogiſmus.
5. Cauta Reſponſionis limitatio, qvod ſano ſenſu acce-

Digitized by Google

accepta hæc diſtinctio admitti poſſit, ſi abſit æqvivocatio, vel ſi juſta interpretatio addatur.

6. Proteſtatio contra ſubdolam veritatis occultationem.

7. Reſervatio neceſſariæ declarationis.

Stratagema VI. eſt concluſionis extenſio per conſeqvens alienum. v. g. ſi qvis ex Pontificiis ita colligeret:

Ubicunqve eſt corpus Chriſti, ibi & ſangvis ejus eſt. Sed ſub pane Evchariſtico eſt corpus Chriſti. Ergò & ſangvis; & per conſeqvens etiam ſub pane accipiuntur: & communio ſub una ex verbis inſtitutionis fruſtra oppugnatur.

Remedium eſt negare mantiſſam concluſionis impertinenter adjectam, qvod ex Syllogiſmo denuò formato, ubi integri repetuntur termini, & excluditur mantiſſa ſpuria, facilè patet.

Sic in Syllogiſmo allato male additur: Chriſti Sangvis ſub pane accipitur. Qvia concluſio ſolùm loqvitur de præſentia & qvidem naturali, non verò de præſentia Sacramentali: qvæ neqvaqvam ex Phyſica ratione, ſed ſolùm ex Sacramenti natura & ſingulari inſtitutione probanda eſt.

Proinde falſiſſimum eſt ſeqvens argumentum:

Ubicunqve eſt corpus Chriſti, ibi & ſangvis ejus eſt, & ſimul Sacramentaliter accipitur.

Sed ſub pane Evchariſtico eſt corpus Chriſti.

E. ſub pane Evchariſtico eſt etiam ſangvis, & ſimul Sacramentaliter accipitur. Fatetur enim ipſe Thomas, qvòd à concomitantia naturali ad concomitantiam Sacramentalem nulla ſit conſeqventia.

Stratagema VII. eſt petitio inſtantiæ ad majorem per diſſimile exemplum vel probationem contrarii. Qva ratione Opponens onus probandi à ſe devolvit, & ex Opponente Reſpondentem facit, dum aſſertionem ſuam tamdiu ſtare dicit, donec probetur contrarium, vel detur inſtantia ad majorem, vel diſſimile exemplum.

Remedium eſt inſtantiæ oppoſitio, vel rationis contrariæ, vel provocatio ad leges diſputandi, qvod affirmanti incumbat probatio.

Stratagema VIII. eſt Argumentatio ex alienorum exemplorum imperfecta inductione. Sic Photiniani probant, Chriſtum hominem ſingularem

rem conſtituere perſonam, qvia omnis homo ſingularis ſingularem perſonam conſtituit, idqve per inductionem catholicam.

Remedium eſt 1. Negatio majoris ob imperfectam inductionem.
2. Ratio, cur in hoc unico exemplo detur exceptio, qvia ſcilicet eſt ſingulare myſterium, ex ſola revelatione notum.

Stratagema IX. eſt Syllogiſmorum multiplicatio, & continua novarum Concluſionum annexio.

v. g. Qvi in & cum Deo in vita æterna vivunt, illi in ſpeculo Trinitatis omnia vident.
Atqvi Sancti in & cum Deo in vita æterna vivunt.
E. Sancti omnia vident.
E. Sancti ſciunt noſtras calamitates.
E. Sancti ſunt invocandi.

Remedium eſt, ſi negatâ majore urgeatur opponens, ut omiſſis illis conſeqventiis ex ſingulis concluſionibus integros faciat Syllogiſmos. Falſum enim eſt:

Qvi in Deo omnia vident, illi ſciunt hominum actiones & calamitates.
Sed ſancti in Deo omnia vident.
E. ſciunt hominum actiones & calamitates.

Et deniqve:
Qvi ſciunt noſtras calamitates, illi ſunt adorandi.
Sed Sancti ſciunt noſtras calamitates.
E. Sancti ſunt adorandi.

Stratagema X. eſt nullius propoſitionis probatio, donec Reſpondens probationem exigat; ita enim fit interdum, ut incautè illud probari petat, cujus probatio eſt facilior.

Remedium eſt 1. Inqviſitio, qvænam præmiſſarum magis manifeſta & veritati ſit conſentanea.
2. Si enim forma bona ſit, & altera manifeſtè vera, neceſſe eſt, alteram eſſe falſam, etiamſi videatur eſſe probabilis.

e. g. Si opponatur: Nullum verum corpus poteſt eſſe omnipræſens.
Corpus Chriſti eſt verum corpus.
E. non poteſt eſſe omnipræſens.

Qvia

Qvia Minor manifeſta eſt, omninò Majoris reqviritur probatio. Neqve enim ſufficit probatio hujus veritatis de omni corpore verè & merè phyſico, ſed etiam reqviritur probatio, de corpore vero, in ipſam Filii Dei hypoſtaſin aſſumto, in qvo tota plenitudo divinitatis inhabitat, qvod vivificum eſt, & ſuper mare ambulare poteſt, Matth. 14, 26. Cujus naturam planè ignorat Phyſicus. vid. Method. Stud. Theolog. de uſu Philoſophiæ.

Stratagema XI. *eſt probatio operoſa illius* propoſitionis, qvæ manifeſtæ veritatis eſt, ita ut planè omittatur κρινόμενον.

Remedium eſt examen utriusqve præmiſſarum, & accurata indagatio, qvodnam ſit verum κρινόμενον.

Stratagema XII. *eſt venditatio propoſitionis dubia pro principio irrefragabili*, qvam ſubinde urgere ſolent Sophiſtæ, & cum tædio repetere velut canonem, ut timidior factus Reſpondens probationem petere non audeat, cùm contra negantem principia non ſit diſputandum.

Artifex hujus rei fuit Tannerus in qvæſtione de judice controverſiarum in Colloq. Ratisbon. ubi urget:

Nullus provocat ad eum judicem, à qvo ſufficienter eſt damnatus. Qvod tamen repugnat 1. *rationi*. Multi enim rei provocant ad Magiſtratum, à qvo tamen per leges ſcriptas ſufficienter ſunt damnati. Confer Phariſæos ad Moſen fruſtra provocantes, Joh. 5.

2. *experientiæ*. 1. Qvia appellare qvis poteſt ad judicem vel ex ignorantiâ, vel ex malitiâ, à qvo tamẽ ſufficienter condemnatus eſt, qvod Replicæ & Triplicæ in judicio forenſi teſtantur.

2. Qvia provocatio interdum fit ad teſtem etiam illum, qvi provocanti contradicit, imò ad conſcientiam & ad Deum non raro provocant impii, licet in utroq; judicio ſint damnati.

Remedium ergò eſt accurata conſideratio, an univerſale ſit illud, & genuinum ſine ullâ limitatione accipiendum principium, qvod pro principio univerſali affertur; pleriqve enim Canones ſuas habent limitationes. Huc ſpectat impudentiſſima provocatio Pontificis Romani in Concilio Niceno ad Canones Concilii Niceni corruptos. vid.

Centur. 4. Magdeb. col. 867. de Bonifacio & Cœleſtino, & Reſp. ad exceptiones Pontific. ap. Chamierum in Panſtratia Tomo 2. lib. 13. cap. 8. p. 852. Inprimis verò libro 14. c. 3. p. 291. ubi oſtendit, *ἀληθέστατα*, veriſſima exemplaria allata eſſe Conſtantinopoli & Alexandriâ. Confer Mornæi Myſter. Iniqvit. p. 119. 122. 124. ubi Baronii exceptiones refutantur, & p. 126. Auguſtini verba repetuntur, qvi ait: hoc eſſe *violenter dominari* inter fratres. add. Catal. Teſt. verit. Tomo I. lib. 5. p. 463. & p. 471. & p. 535. Sic objicienti: *Non entis nulla datur ſcientia, nec ulla affectiones*; rectè Reſp. 1. *Concedendo de ſcientiâ poſitivâ*; ſed negando de ſcientiâ privativâ, ſive de argumentis deſtructivis, qvæ rectè opponimus purgatorio à noſtris negato. 2. *Concedendo* de affectionibus realibus, ſed de intentionalibus negando. Rectè enim nego, corpus Chriſti eſſe corruptibile, ex negatis cauſis corruptibilitatis. Sicut rectè nego, Petrum eſſe Leonem, ex negatis affectionibus & proprietatibus Leonis: & ruſticum eſſe aſinum vel lapidem ex negatis aſini vel lapidis proprietatibus. Sic Lutherani contra neceſſitatem conjunctionis Lutheranorum cum Papatu, qvam Pontificii dicunt ad ſalutem eſſe neceſſariam, & oſtendunt nihilominus, etiamſi illa conjunctio religionis contradictoriæ ſit non ens, qvæ docet (v. g. ſolus Deus eſt adorandus: *non* ſolus Deus eſt adorandus, ſed etiam ſancti,) neceſſitatem tamen dari nullam ejuſmodi conjunctionis, cujus poſſibilis exiſtentia deſtruitur per argumenta deſtructiva.

Stratagema XIII. *eſt diſputatio ex principiis peregrinis ſpecialibus*, & ad forum alienum pertinentibus, qvæ adverſario minùs nota eſſe videntur. Sic Jeſuitæ Ratisbonenſes ad principia Politica provocant, & ex illis declarare conantur controverſiam de Judice Eccleſiaſtico.

Remedium eſt ablegatio principii ad ſuum forum, ejusqve limitatio, ut tollatur univerſalitas & minor poſſit limitari. e.g.

Nullus Judex poteſt abſolvere reum cauſa non cognitâ.

Conceditur in foro ſoli, ſecus eſt in foro poli: ubi judex ſupremus corda ſcrutatur, inferior autem ſeu ſubdelegatus promulgat ſententiam ſummi judicis. vid. 2. Sam. XI. Sic Sociniani urgent principia Phyſica & Metaphyſica contra myſterium SS. Trinitatis. Sic Calviniani progrediuntur ad principia Phyſica, qvoties de Cœnâ diſputant, & de

Digitized by Google

& de CHRISTI præſentia. vid. Sadaël, & Theologia Poſitiva, Articul. 88. NB.

Stratagema XIV. *eſt mutilata vel perverſa principiorum allegatio, ut dubius reddatur opponens, & incautus decipiatur.*

Architectus hujus fraudis eſt diſputator infernalis, mendax & tentator impudentiſſimus:

I. *in Paradiſo*, ubi principium infallibile: Non comedetis,

1. *in dubium vocat:* Num Deus dixiſſet? Hoc ſanè videtur eſſe alienum à divina bonitate, qvia ſapit invidiam, & creatorem benigniſſimum non concedere minus, qvi tamen omnia & qvidem longè majora conceſſit veſtris uſibus in univerſo totius Paradiſi horto.

2. *invertit.* Imò evertit, & contrarium exinde concludit: Neqvaqvam moriemini.

3. *ad omniſcientiam divinam provocat:* Scit DEUS, aperientur oculi.

4. *ludit aeqvivocatione:* aperientur oculi: ſed non cum emolumento, verùm cum damno irreparabili & detrimento perpetuo, ut ſcilicet videatis ignominiam ſcil. contractam ex peccato, & ſciatis bonum & malum ſcil. non theoreticè, ſed practicè cum pœnâ damni & ſenſus. NB. vid. Theol. Poſit. art. 32. & 36.

II. *in deſerto*, ubi Salvatorem aggreditur, citando Pſal. 91. Angelis ſuis mandavit. Sed

1. *perverſè.* Nam qvæſtio hoc loco inſtituta non erat de eo, qvi ambulat in via ordinaria, ubi certiſſimum eſt illud principium; ſed de illo, qvi Deum tentat, & contra interdictum: Non tentabis, ordinaria media negligit.

2. *mutilatè.* Ideò enim Sophiſta omiſit verba illa: In viis tuis: ut evitaret anſam reſpondendi ad principium perverſè applicatum ad illos, qvi Deum tentare conantur auſu planè temerario.

Remedium eſt accurata conſideratio 1. Senſus, 2. Scopi, 3. Singulorum verborum, 4. omnium circumſtantiarum, qva de re agit, Theologia Exegetica, 5. maximè verò applicationis qvoad principia practica. Non enim, qvod certo reſpectu & determinatè verum eſt, & qvod aliqvando, vel etiam in ſummo neceſſitatis caſu licitum eſſe poteſt, ſtatim per ſe licitum eſt etiam hîc & nunc; multò minùs

Digitized by Google

verò apud omnes omni tempore ſimpliciter & indeterminatè verum eſt.

Stratagema XV. *eſt creberrima reſpondentis interpellatio*, ut confundatur, & reſponſionem abſolvere, vel mentem ſuam ſufficienter explicare, aut propoſitam diſtinctionem applicare non poſſit.

Remedium eſt 1. patientia, ne ad talionem provocetur, & uterq; tam opponens qvàm reſpondens prodat animi impotentiam. 2. moderatio affectuum. 3. admonitio prudens & moderata, ut audiat & ipſe, & qvam reſpondens præbuit audientiam interpellanti, eam opponens non deneget reſpondenti qvieto. Confer προσοφορίαν Act. 13, 18.

Stratagema XVI. *eſt accuſatio Reſpondentis* ex ſuâ theſi reſpondentis, aut diſtingventis, qvaſi hæc ſit petitio principii. Vide Colloq. Ratisbon. Sic Calviniani exiſtimant eſſe petitionem principii, qvando Chriſti præſentia probatur ex verbis inſtitutionis Cœnæ Dom.

Remedium eſt Proteſtatio, qvod retinere theſin nondum deſtructam, & ex hac theſi propoſita diſtingvere, non ſit petere principium. Confer Examen Colloq. Ratisbonenſis Zæmanni.

Stratagema XVII. *eſt accumulatio abſurdorum*, qvæ ex ſententia Reſpondentis ſeqvuntur.

Sic Calviniani in articulo de cœna urgent abſurda, qvæ ex Ubiqvitate, creophagia, cibi concoctione, rejectione &c. cibum merè naturalem phyſicè ſeqvuntur.

Remedium eſt 1. *urgere* theſin, & petere argumenta eandem deſtruentia.

2. *oſtendere*, non omne, qvod videtur adverſario, ſed qvod revera eſt tale, abſurdum judicari poſſe.

3. *removere abſurda* imaginaria per diſtinctionem objecti merè phyſici & myſtici: nec non eorum, qvæ ad actum ipſum, & qvæ ad actus conſeqventia reqviruntur. Sic v. g. qværimus non de comeſtione phyſica, ſed ſacramentali, ad qvam conſeqventia comeſtionis phyſicæ non ſpectant. vid. Theol. Poſit. art. 88. ſic verè edunt Angeli in corpore aſſumto apparentes: non verò cibum concoqvunt, digerunt aut ejiciunt Gen. 18.

Strata-

Digitized by Google

Stratagema XVIII. *eſt urgere inutilitatem aſſertionis.*

Sic Calviniani in Diſp. de cœnâ, objiciunt nobis inutilitatem præſentiæ corporis Chriſti & manducationis oralis.

Remedium eſt, petere probationem, argumenta, repetere & ſtatum controverſiæ, qvi non eſt de inutili, ſed de vero, urgere. Natura enim myſteriorum obligat fidem ad credendum, non obſtante rationis judicio, de inutilitate vel utilitate myſterii ex ſola revelatione noti. vid. Theolog. Polemicam Calvin. NB. & Theol. Poſit. art. 2. & 3. & 88. & articul. 93.

Stratagema XIX. *eſt accuſatio*, reſponſionem datam eſſe contradictoriam, & proinde falſam atqve abſurdam.

Remedium eſt diſtinctio inter contradictionem veram & apparentem, & inter illa, qvæ ex aliorum opinione proferuntur *κατ' ἄνθρωπον*, & *κατ' ἀλήθειαν*, ad convincendum adverſarium, & ſæpe non ad probationem, ſed ad illuſtrationem adducuntur.

MEMBRUM II.

De Officio Reſpondentis.

§. 1.

RESpondens eſt, qvi theſin propoſitam contra argumenta opponentis defendit, *ut ejus veritatem, non obſtantibus adverſariorum argumentis, invictam ſtare oſtendat.*

§. 2. Reſpondentis potiſſimùm notanda ſunt 1. Reqviſita & officia. 2. Stratagemata *cum remediis ſeu methodo illa feliciter eludendi.*

TITULUS I.

De Reqviſitis & Officio Reſpondentis.

§. 1.

UT *Reſpondes verè talis ſit, qvi neqve ob ignorantiam tacere, neqve nugatoris titulum reportare cogatur, itidem reqviritur,*

 ut

Digitized by Google

ut certas ſibi leges proponat, ne ab illis deflectendo Sophiſtam potiùs, qvàm verum atqve candidum Diſputatorem egiſſe videatur.

§. 2. Sunt verò illa genuini Reſpondentis potiora reqviſita, virtutes, actiones atq; officia ſeqventia: 1. Aſſumtio, 2. petitio probationis, 3. reſponſio tam ad probationem, qvàm ad exceptionem opponentis. Ubi tamen, ſi opus eſt, aſſumtionem præcedit formatio ſtatus controverſiæ, vel ejuſdem repetitio: imò & exceptio, tam prima, qvam ſecunda & ſeqventes repetenda, & ſolidâ reſponſione refutanda erunt. Vel plenius: Reqviſita Reſpondentis ſunt

I. *Sufficiens notitia & declaratio theſeos* ex accuratâ ſtatus controverſiæ formatione, ut genuina pateat antitheſis, de qvâ diſputandum eſt: & ex fundamentis ſolidis teneat propullulantes ex hiſce radicibus reſponſiones ſolidas in univerſo conflictu neceſſarias.

II. *Argumenti aſſumtio*, & qvidem iisdem verbis, qvibus illud ab opponente prolatum eſt.

III. *Poſtulatio declarationis*, ſi aliqva præmiſſarum videatur obſcurior.

IV. *Conſideratio*, num argumentum allatum theſi directè contradicat.

V. *Accuratum examen* 1. formæ, 2. materiæ.

VI. Si forma bona eſt, reſponſio eſt vel generalis, vel ſpecialis ad præmiſſas.

VII. Reſponſio generalis vel argumenti univerſalitatem tollit indirectè per inſtantiam, vel connexionem infringit per negatam conſeqventiam, additâ negationis ratione.

VIII. Reſponſio ſpecialis reſpicit præmiſſas, ubi ſi opus eſt, præmiſſâ petitione, ut vel major, vel minor, vel utraqve probetur, reſpondendum eſt vel ad majorem, vel ad minorem. Et qvidem vel 1. *negando*, 2. *vel diſtingvendo*, 3. *vel limitando*.

Canon: Univerſus Reſpondentis labor reſpicit reſponſionem tam directam, qvàm indirectam.

I. Reſponſio Indirecta fit per inſtantiam, de qva vid. infra.

II. Reſponſio directa, qvæ eſt vera & ſufficiens argumenti ab adverſario allati ſolutio, fit

1. *per*

Digitized by Google

1. *per Inficiationem*, ſive negationem propoſitionis vel majoris, vel minoris, vel utriusqve: qvæ ſufficiens eſt, ſi adverſario, qvoties opus eſt, oſtendatur ſolidum fundamentum & allatæ negationis ratio.

2. *per diſtinctionem*, ejusqve rationem, & neceſſariam ad argumentum applicationem.

3. *per limitationem*, qvæ vitium vel formale, ob qvatuor terminos, vel materiale, ob præmiſſas ambiguas, oſtendit.

Obſerv. 1. *Negatio* eſt totius aſſertionis remotio ſimplex, qvæ à limitatione, ſive conditionata & limitata negatione & diſtinctione, diſtincta eſt ut & à ſupplemento. Nam ſupplere enunciationem non eſt negare, ſed omiſſa addere, & reſtitutâ integritate aliqvid determinatè ponere & aſſerere, qvod imperfecta, mutila, vel confuſa enunciatio periculoſè implicabat. *Fundamentum* verò negationis ſimplicis vel eſt ratio univerſalis, vel exemplum ſingulare ſive inſtantia. Conditionatæ autem negationis, ſive limitatæ, fundamentum eſt diſtinctio.

Obſerv. 2. *Limitatio* eſt ſenſus indeterminati determinatio, & neceſſaria reſtrictio. v. g. Æthiops eſt albus, ſcil. qvà dentes.

Obſerv. 3. *Diſtinctio* eſt ſenſus multiplicis confuſi reſolutio, explicatio, & veri à falſo ſeparatio.

§. 3. *Porrò ad officium reſpondentis faciunt etiam cautelæ seqventes.*

I. Probatio præmiſſarum accuratè examinanda eſt, num vera vel falſa ſit, & ſi vera ſit, an ex illâ probatione ſeqvatur veritas illius præmiſſæ, cujus deſiderabatur probatio.

II. Major ante omnia conſideranda eſt, qvia illa eſt plerunqve principium totius diſcurſus & conſeqventiæ.

III. Ad limitationem Minoris nunqvam accedendum eſt, niſi Majoris diſtinctio aut limitatio præceſſerit.

IV. Ad reſponſionem facit, ſi Reſpondens limitet majorem propoſitionem, ita, ut Minor tanqvam vera ſubſumi ſub illâ neqveat. Sic ad argumentum:

Qvi vult finem, vult etiam media
Atqvi Deus vult finem providentiæ bonum.
E. etiam vult media, qvæ ſunt peccata.

Rectè reſpondetur ad Majorem: diſtingvendum eſſe inter media vera,

vera,& illa, qvæ eventualiter talia eſſe videntur. Poſteà verò addere licebit 1. negationem: Deus non vult peccata, qvia aliud eſt velle peccatum, aliud verò velle permittere peccatum. 2. Nec peccata ſunt media, per qvæ Deus agit, nec peccatores, Satanæ inſtrumenta, ſunt Dei organa: etiamſi dicantur ſecuris eventualiter, & præter peccantis intentionem. Qvâ de re ex Eſa. 10,7.12. dictum eſt in Theolog. Poſit. art. 26. §.11. NB. Ut taceam, non ſimpliciter valere conſeqventiam à voluntate finis ad voluntatem mediorum, qvocunqve modo acceptam. Nam & negligens agricola vult finem, meſſem, & frumenti copiam, qvia tamen non utitur mediis ad hunc finem ducentibus, patet illum ſimpliciter optare hoc, ſine curâ conſeqvendi, adeoqve velle ſolùm per nudum deſiderium, ita, ut nulla adſit voluntas ſeria.

V. Accuratâ attentione opus eſt, an præmiſſæ plus concludant, qvàm concluſionem à Reſpondente limitatam. Sic v.g. Pontificii negant, ſe invocare Sanctos ut Redemtores, ſed ſolùm ut interceſſores illos invocari concedunt. At contrarium patet inde, qvia concedunt, Sanctos nos juvare, mala avertere, bona impertiri, qvod non ſolius eſt Interceſſoris, ſed redemtoris officium, qvi ſolus & omne malum avertere, & omne bonum conferre, & interceſſione Mediatoriâ ad nos derivare poteſt. NB. Theol. Poſ. art. 56.

VI. Ornamentum Reſpondentis eſt

I. Oſtendere

1. *Se opponenti ſatisfeciſſe.* Si enim ille objectiones ſufficienter urgere non poſſit, ipſe accuſandus eſt, cùm longè plura reſtent, qvæ urgere potuiſſet.

2. *Argumentum facere contra ipſum opponentem.* e.g. Si opponant Calviniani: Surrexit, E. non eſt hîc. Reſpondetur hoc eſſe contra ipſos. Excuſant enim ſe hodierni, non eſſe controverſiam de præſentia ipſa, ſed tantùm de modo præſentiæ.

II. Invertere Argumentum. e.g. Argumentum Calvinianorum:

Qvicunqve aſcendit in cœlum, & ſedet ad dextram Patris, ille non eſt præſens in terris. Atqvi. E.

rectè invertitur h. m.

Qvicunqve aſcendit & ſedet ad dextram Patris, ille eſt præſens.

Ratio eſt, qvia ſeſſio ad dextram infert Domini ſedentis omnipræ-

ſenti-

Digitized by

ſentiam & omnipotentiam ex Pſal. 110. ut hoſtes ſint ſcabellum pedum. vid. Theol. Poſit. art. 50. NB.

Sic editæ ſunt rationes XII. contra veritatem præſentiæ Chriſti in cœna. Qvibus per inverſionem An. 1669. oppoſitum eſt Reſponſum Germanicum, omninò præſentem eſſe Chriſtum. Qvia illud ipſum eædem rationes adverſariorum XII. allatæ confirmant, uti patet ex Theol. Polem. de Calviniſmo NB.

III. Arguere Reſpondentem 1. *contradictionis.* Sic rectè opponitur Calvino contradictio, qvi juſtitiam Dei concedit eſſe talem, qvæ verſatur circa juſta, & tamen aſſerit, juſtitiam Dei velle injuſta & peccata. vid. Theol. Poſit. art. 10. Tit. 32. §. 2.

2. *abſurditatis.* e.g. ſic Jonas Aurelianenſis, cujus libri 3. de cultu imaginum extant Tomo 4. Bibl. PP. edit. Pariſ. An. 1589. p. 687. adverſus Claudium Taurinenſem diſputat, & adducit Majorem, qvam ipſe proceſſus diſputandi ignarus ex allata objectorum diſſimilitudine conatur defendere: Qvicqvid Chriſtus attigit, illius imago adoranda eſt. Unde concludit: Ergò & crucis imago adoranda eſt. Ex qva propoſitione rectè adverſarius colligit, qvod ex illa ſeqvitur: etiam aſinum, vel ejus imaginem, & præſepe, & fœnum, & terram, & puellas, vel imaginem illarum eſſe adorandam, ſi omne illud adorandum fuerit, vel illius imago, qvod Chriſtus corpore ſuo tetigit. Neqve enim hoc loco de objectorum diſſimilitudine, ſed de conſeqventiæ & de inſtantiæ veritate, atqve de majoris univerſalitate qvæſtio eſt. Uti patebit ex ſeqventibus. Confer Canones Synodorum Chriſtiani Lupi Tomo 2. p. 1181. Lovanii An. 1665. in 4. Qvæ omnia, ut rectius intelligi, & ad uſum transferri poſſint, addenda ſunt monita 1. *de inſtantia*, 2. *de diſtinctione*, 3. *de exceptione opponentis.*

I. *Monita de Inſtantia.*

I. *Inſtare* eſt urgere, inſectari, & inſtare alicujus veſtigiis eſt imitari.

II. *Inſtantia* eſt propoſitio propoſitioni contraria, qvæ intelligitur per contradictionem oppoſita. Sic ad theſin: Omnis habitus eſt laudabilis, rectè datur inſtantia: Vitium eſt habitus, non tamen laudabilis. Ergo aliqvis habitus non eſt laudabilis. Ergo neqvaqvam omnis habitus eſt laudabilis.

III. *Fun-*

III. *Fundamentum* inſtantiæ non conſiſtit in ſimilitudine aut diſſimilitudine rerum, ſed in formali oppoſitione propoſitionum. Qvapropter, qvicqvid tale eſt, ut ex eo propoſitio formari poſſit contradictoria, illud inſtantiæ vim habet. Et cujuscunqve modi ſit res, à qva inſtantia petitur, nihil confert, modò conſtet iisdem terminis, qvibus conſtat ipſa propoſitio, qvæ impugnatur.

IV. *Canones* de inſtantiis potiores ſunt: 1. Qvicqvid continet propoſitio vel expreſſe poſita, vel ceu fundamentum conſeqventiæ præſuppoſita, ex omni illo rectè petitur inſtantia.

2. Nulla inſtantia fundatur præciſè ſuper rerum ipſarum ſimilitudine aut convenientiâ totali, *ſed ſuper convenientia formæ aut conſeqventiæ.* Sic ad illud: Eqvus currit. Ergò eſt qvadrupes, rectè datur inſtantia: Homo currit. Ergò eſt qvadrupes. Qvæ infringit illam univerſalem: Omne, qvod currit, eſt qvadrupes; præſcindendo à ſimilitudine hominis & eqvi, & hoc ſolùm oſtendendo, ex eâdem propoſitione, unde illa dependet, ſeqvi etiam concluſionem alteram.

3. In inſtantia diſtincta ſunt illud, qvod affertur, tanqvam abſurdum emergens ex impugnatâ propoſitione, & illud, qvod tanqvam verum ex illa aſſumit, qvi inſtat.

V. *Exemplum* inſigne offert Jonas Aurelianenſis, de qvo jam dictum eſt.

II. *Monita de diſtinctione.*

Univerſum diſtingvendi & adverſario per diſtinctionem accuratè reſpondendi artificium feliciùs procedit, ſi inprimis perpendatur, prudenter attendendum eſſe diſtinctionis 1. Senſum, 2. Actum, 3. Fundamentum, 4. Objectum, 5. Eventum, 6. Fructum, 7. Adminiculum.

I. Senſum. Nam *1. diſtinctio* eſt carentia identitatis inter duo extrema, id eſt, ut hoc non ſit illud, ut monet Arriaga diſputat. Metaphyſ. pag. 953.

2. Diſtingvere nihil aliud eſt, qvàm identitatem apparentem removere: *& diſtinctio* eſt multiplicis ſenſus ſeparati explicatio. Sive, identitatis inter duo extrema negatio. v. g. inter ignem & calorem.

3. Qvandocunqve ergò Reſpondens dicit: *diſtingvo* vel reſpondeo ad Majorem vel Minorem per diſtinctionem, tunc nihil aliud dicit, qvàm hoc: *1. Aſſero,*

Digitized by Google

1. *Aſſero*, propoſitionem hanc eſſe ambiguam.

2. Ideoqve varium illius ſenſum oppoſitum, qvi ſimul qvoad utrumqve membrum affirmativum & negativum ſine contradictione conſiſtere neqvit, ordine propoſitum *oſtendo*.

3. *Sepamnda ſeparo.*

4. *Senſum diſconvenientem rejicio.*

5. *Convenientem verò accepto.*

6. *Conceptum explico.*

7. *Et explicatum* ad præſentem ſcopum hoc vel illo modo *applico:* nempe vel determinatè ad certũ terminum, vel indeterminatè ad totam propoſitionem, ita, ut limitando fiant qvatuor termini ſive vitium formale: aut ipſa materia vitioſa eſſe deprehendatur. Neqve enim ſolum terminum medium diſtingvere & limitare, ſed etiam vel majorem, vel minorem terminum diſtinctione coërcere licet. Sic ſi qvis diceret:

Qvicunqve manifeſtam contradictionem in adjecto ponit, ille omninò falſum dicit.

Atqvi Chriſtianus aſſerens: DEUM eſſe paſſum & mortuum: hoc facit.

E. falſum dicit,

Huic rectè reſpondetur ad Majorem, diſtingvendo inter contradictionem veram & apparentem. Vera eſt contradictio in hac enunciatione tam formaliter qvàm materialiter conſideratâ: Deus impatibilis & immortalis eſt verè patibilis & mortalis; Et: Deus impatibilis & immortalis non eſt verè patibilis & mortalis. Dum n. Deum dico, ſimul dico æternum, immutabilem, impatibilem & immortalem. Qvamprimum ergò Deum dico patibilem & mortalem, ſimul ipſum eſſe Dei æterni, immutabilis, impatibilis & immortalis deſtruo, dum ipſi ſimul eſſe & non eſſe per impotentiam Omnipotenti attributam contradictoriè attribuo.

Verùm qvando Chriſtianus cum Scriptura Sacra dicit: *Deus incarnatus eſt paſſus, ſcil. carne*, 1. Pet. 4. Deus incarnatus eſt mortuus (qvia verè hic fuit Filius Dei, qvi mortuus pendebat in cruce, ἀληθῶς θεῦ ὑὸς ἦν ὗτος Matt. 27,54. qvi tamen in crûce pendens ἀφῆκε τὸ πνεῦμα, &, emiſſo Spiritu, verè mortuus eſt, v. 50. cujus mortem Pilatus ἐθαύμασε,

 ideoq;

ideoqve γνȣ̀ς, re cognita ex centurione, corpus demortui donavit Joſepho, Marc. 15, 44. 45.) ſine ullâ contradictione hoc aſſerit. Neqve enim de Deo ἀσάρκῳ, qvatenus Spiritus eſt, carnem & oſſa non habens Joh. 4. aut *de ipſa Deitate formaliter conſiderata loqvitur*, *ſed de DEO* ἐνσάρκῳ, ſive de Deo *in carne manifeſtato* 1. Tim. 3. vel de λόγῳ Dei Filio, qvi caro factus eſt, qvi neqve Deus neqve Homo excluſivè, ſed utrumqve, videlicet θεάνθρωπος eſt, ideoqve carnem habet aſſumtam, ſibiqve perſonaliter, propriam, qvemadmodum ἴδιον habet αἷμα, ſangvinem ſibi non naturaliter ſed perſonaliter proprium, Actor. 20. Cujus tam incarnatio qvàm conſeqvens paſſio & mors ipſa eſt ὁμολογουμένως μέγα μυςήριον 1. Tim. 3. rationi planè ignotum, qvia hæc tota doctrina eſt ὑπὲρ νȣ̃ν, ὑπὲρ λόγον καὶ ὑπὲρ πᾶσαν κατάληψιν, qvâ de re dictum eſt in Theol. Poſit. artic. 46. 60. & 61. *Monſtratâ itaqve ſenſus varietate & rejecto formali reſpectu, cui h. l. perſonalis opponitur*, facilis eſt reſponſio ad Minorem: qvòd paſſio & mors ſine contradictione tribuatur impatibili, immortali, æterno & omnipotenti, ſcilicet non *formaliter* ratione divinitatis conſiderato, ſed *perſonaliter*, qvatenus hic Deus eſt Deus incarnatus, cui non qvidem formaliter, abſtractè & abſolutè, attamen concretè, perſonaliter & in reſpectu ad carnem hæc attributa ſine contradictione conveniunt. Qvod verò Vigilius, qvem & alii recentiores imitati ſunt, de Deitate in crucis patibulum aſcendente habet, rectius intelligitur, ſi ad phraſes Spiritus S. modo jam explicato, reducatur. Qvæ omnia porrò illuſtrari poſſunt exemplo: v. g. Si qvis dicat: album eſſe dulce, ideoqve dulcedinem eſſe album: Rectè reſpondetur: album eſſe dulce, ſcil. qvatenus accipitur *materialiter* pro re albâ, qvatenus illa dulcis eſt, v. g. pro lacte, qvod ab omnib9 conceditur. Neqvaqvam verò album eſſe dulce, qvatenus illud accipitur *formaliter*: Sic enim omninò diſtat formalis ratio tam albedinis qvàm dulcedinis, qvæ peſſimè confunditur. Sic v. g. qvando Wendelinus nobis objicit, qvòd Chriſtum Hominem faciamus infinitum & æternum; rectè oſtendimus, diſtinctiſſimam eſſe conſiderationem Hominis qvatenus talis eſt, *& qvatenus* præter *actum naturalem* habet *actum perſonalem*, ex infinitæ hypoſtaſeos communicatione, unde Filius Mariæ eſt Filius Altiſſimi Luc. 1. non infinitus & æternus Homo, ſed habens potentiam infinitam & æternam, Dan. 7. vid. Theol. Poſ. art. 46. Inprimis verò art. 43. §. 2. NB.

II. *Actum*

Digitized by Goo

II. *Actum ſive Exercitium diſtingvendi* oſtendit natura contradictionis, qvia diſtingvere non ſolum reqvirit aſſertionem, ſed etiam actuale diſtinctionis exercitium, qvod peragitur varii ſenſus oppoſiti qvi ſimul ſine contradictione ſtare neqvit, enumeratione, oſtenſione, ſeparatione & applicatione &c. uti conſtat ex præcedentibus.

III. *Fundamentum diſtinctionis* patet ex natura rei, qvia omnis diſtinctio formalis ex parte intellectus fundatur

1. in diſtinctione objectivâ.

2. in ſignificatione variâ unius ejusdemqve vocis, qvæ beneficio diſtinctionis evolvenda eſt.

3. in noſtro concipiendi modo, qvi non rarò reqvirit, ut rem numero eandem, cujus ratio formalis unico conceptu exhauriri neqvit, per diſtinctos conceptus exprimere cogamur. Vid. ſupra de attributis divinis Theol. Poſit. art. 10. ubi unica divina eſſentia ſimpliciſſima noſtro concipiendi modo non aliter, qvàm per diſtincta attributa innoteſcere poteſt. Neqve enim DEUS formaliter amare dicitur peccatum, qvod abominatur, & tanqvam juſtiſſimus judex odio proſeqvitur.

Canon 1. Veritas diſtinctionis fundatur in diſtinctione ipſius rei vel in ſe, vel ratione noſtri conceptus diſtincti in re ipſa fundati.

Canon 2. Omnis diſtinctio duo membra ſibi nonnihil oppoſita reqvirit.

IV. *Objectum diſtinctionis.* Qvod in una eademqve propoſitione poteſt eſſe vel ſolum ſubjectum, vel ſolum prædicatum, vel etiam utrumq;, videlicet tam ſubjectum, qvam prædicatum.

V. *Eventum diſtinctionis monſtrat negatio.* Nam omnis propoſitio, qvæ poteſt diſtingvi, eadem & negari poteſt.

Nota: Diſtinctio interdum commodiùs adhibetur, ut evidentior ſit negationis ratio.

VI. *Fructum* diſtinctionis exhibet ipſa veri à falſo ſeparatio.

VII. *Adminiculum* accuratè diſtingvendi offert tum Metaphyſica, tum Autores, qvi aliorum diſtinctiones collegerunt. v. g. Caſtaneus à Mareſio notis illuſtratus, Reeb, Altenſtaig, Angelus de Clavaſio, & ſimiles.

Atqve ex his omnibus patet 1. Qvod diſtinctio formaliter ſit negatio identitatis, & diſtinctorum ſeparatio, atq; ſeparatorum explicatio, qvæ à diviſione diſtincta eſt. Diſtinctio enim etiam ipſas voces reſpicit, ut rerum vocabula eorumq; diſtinctæ ſignificationes accuratè diſcernantur: & hoc loco eſt talis diviſio, qvæ ſeparanda ſeparat, ideoq; ad veritatis indagationem, & obſcuritatis evitationem adhibetur. *Diviſio* verò eſt totius in partes diſtributio. v.g. hominis in corpus & animam. Non obſtante, qvod diviſio etiam detur 1. nominis ambigui in ſua ſignificata. 2. rei totius in ſuas partes. Qvi enim dividit, ille diſtribuenda diſtribuit: Qvi verò diſtingvit, is 1. identitatem negat, 2. diſtincta ſeparat, 3. ſeparata eſſe probat, cum applicatione ad præſentem ſcopum.

2. *Qvod uſus diſtinctionis legitimus* ſit poſitus

1. in proponendo non obſcura, ſed evidentia.

2. in accommodando ad ſcopum.

3. in oſtendendo diſtinctionis fundamentum, unde illa genuina & non aliena eſſe agnoſcitur.

3. *Qvod variis modis peccetur*, ab illis diſputatoribus, qvi 1. vel allatâ diſtinctione, ſine ulla ad argumentum applicatione ſe ſufficienter reſpondiſſe exiſtimant, 2. qvi diſtinctiones afferunt obſcuras, alienas, fundamento deſtitutas, vel etiam abſurdas & contradictionem in adjecto implicantes. Confer Calvini diſtinctionem inter juſtitiam humanam & divinam, cui tribuit poſſe peccata velle & procurare, qvod implicat, qvia juſtitia eſt, per qvam juſta fiunt. Et proinde juſtitia illa, per qvam injuſta fiunt, tam verè eſt juſtitia, qvam vera eſt diſtinctio hominis in rationalem & irrationalem. vid. Theolog. Poſit. articul. 10. Titul. 32. §. 2.

III. Monita de Exceptione.

Exceptio, qvæ ab opponente ad Reſponſionem à Reſpondente allatam proferri ſolet, facilè dijudicari poteſt ex obſervationibus ſeqventibus.

Obſerv. 1. Omnis exceptio reqvirit fundamentum, cur exceptio prolata ſit, unde patet, qvod illa neqvaqvam ſit frivola, ſed bona atqve legitima.

Obſerv. 2. Bonitas exceptionis cognoſcitur ex fundamento vel for-

Digitized by Google

formali vel materiali, ideo omnis exceptio legitima debet eſſe bona vel formaliter vel materialiter.

Obſerv. 3. Exceptio bona formaliter illa demum eſt, qvæ Reſpondentis reſponſioni Logicè contradicit, eamq; non ſimpliciter, ſed ſolùm ſecundum qvid veram fuiſſe oſtendit.

Obſerv. 4. Exceptio bona materialiter illa vocari poteſt, qvæ materiam Reſponſionis vel affirmando vel negando taxat ideò, qvia ipſi contradicit aliqvod principium vel Philologicum vel Philoſophicum vel Theologicum vel Juridicum vel Medicum, vel ipſe ſenſus & experientia irrefragabilis.

TITULUS II.

Stratagemata Reſpondentis exhibens cum remediis.

§. 1.

QVia arguti & callidi Reſpondentes abundare ſolent ſtratagematibus, ideò & illa breviter unà cum remediis conſideranda ſunt.

§. 2. Poſſunt verò illæ Sophiſtarum fraudes redigi ad claſſes ſeqventes.

Stratagema I. eſt Reſponſio per inſtantiam ad propoſitionem Majorem generalem, ita, ut oſtendatur, diverſitatem eſſe in exemplis.

Remedium eſt, ſi opponens urgeat univerſalitatem Majoris in prima figura, & oſtendat, illud exemplum, qvod eſt in Syllogiſmo, & de qvo diſputatur, non pertinere ad Majorem, ſed ad Minorem, & conſeqventer ad concluſionem. vid. Titulus præcedens de Inſtantia. NB.

e. g. Argumentantur Reformati:

Cujuscunqve doctrina juſtè damnari debet publicè, is vigore proceſſus ordinarii priùs in concilio publicè audiri & erroris convinci debet. Sed Reformatorum, &c. Ergo. At verò doctrina Reformatorum publicè (v. g. in Formula Conc.) & tamen in Concilio nondum audita eſt. E. perperam damnatur.

Hujus

Hujus Majoris univerſalitatem rectè infringimus exemplo Ebionis, Cerinthi, Hymenæi & Phileti.

Ad qvæ exempla minùs rectè illi excipiunt, longè aliam fuiſſe rationem illorum. De qvâ tamen ratione particulari in Majore nulla eſt qvæſtio. Sufficit enim infringere Majorem per exempla particularia, & oſtendere falſum eſſe, qvòd nulla doctrina publicè damnata fuerit, niſi præceſſerit Concilium. De qvo videri poteſt Theologia Poſitiva Articul. 114. NB.

Stratagema II. eſt continua probationis poſtulatio, ita ut, dum Reſpondens probationum probationes urget, opponens vel in aliqvem errorem inducatur, vel probationum defectu laboret. Cujus audaciæ exemplum videre eſt in Tannero Colloq. Ratisb. qvi perpetuò dicebat: Nego, nego, fac Syllogiſmum.

Remedium eſt provocatio ad naturam principiorum evidentiſſimorum. Nam contra negantem principia non eſt diſputandum.

Stratagema III. eſt aſſumtio argumenti aliena ab opponentis intentione, dum vel termini inflectuntur, vel mutilatè proponuntur, vel enunciationes convertuntur, vel limitatæ enunciationes univerſaliter accipiuntur & ſimpliciter, vel ultra ſcopum dicentis extenduntur.

Remedium eſt accurata argumenti obſervatio, ita, ut opponens urgeat Reſpondentem, ut nervum argumenti & mentem argumentantis retineat, & Syllogiſmum completè aſſumat, atqve tunc demum reſpondeat. Sic Becanus in Manuali contra Sanctorum invocationem tale format argumentum:

Qvod non eſt divinitùs præceptum, illud non eſt legitimum.
Sed invocatio Sanctorum non eſt divinitus præcepta,
E. non eſt legitima.

Et reſpondet ad Majorem per inſtantiam, qvòd omnia dare pauperibus legitimum ſit & tamen non præceptum.

Verùm mutat ille noſtrum argumentum, qvod ita habet:

Nulla invocatio religioſa carens divino mandato eſt legitima.
At invocatio Sanctorum &c. E.

vel: Nullus cultus divinus carens mandato divino eſt legitimus.
(imò Nullus cultus divinus mandato divino contrarius eſt legitimus.

At

At invocatio Sanctorum, E.

Qvia ſcriptum eſt, DEUM tuum adorabis & illi ſoli ſervies Matth. 4.)

Cujus ratio eſt, qvia Deum aliter colere nec poſſumus nec debemus, qvàm eo modo, qvo ipſe ſe coli præcepit. Uti patet ex Theologia Morali & explicatione primi præcepti Decalogi.

Hæc verò Major longè ſpecialior eſt illa generaliſſimâ, qvam nobis Becanus falſò tribuit.

Stratagema IV. eſt rejectio Syllogiſmi Cryptici vel imperfecti vel impliciti, qvaſi ille ſimpliciter eſſet vitioſus.

Remedium eſt admonitio Reſpondentis, ne rejiciat illud ſimpliciter, qvod integritati ſuæ reſtitui, aut in explicitum mutari poteſt Syllogiſmum.

Itaqve I. hæc conſeqventia ſimpliciter rejici non poteſt à Photinianis:

Ananias mentitus eſt Spiritui Sancto.

E. Spiritus Sanctus eſt Deus.

Qvia Syllogiſmus explicitus ita habet:

Is, cui præter Petrum tanqvam primario objecto mentitus eſt Ananias, non eſt homo, ſed Deus (Actor. 5, 4: Non es mentitus hominibus, ſed Deo, οὐκ ἐψεύσω ἀνθρώποις, ἀλλὰ τῷ Θεῷ.) At Spiritus Sanctus eſt is, cui præter Petrum tanqvam primario objecto mentitus eſt Ananias (v. 3: cur implevit Satanas cor tuum, ut mentireris Spiritui Sancto, ut fallere cogitaveris Spiritum S. ψεύσασθαί σε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον;) E. Spiritus S. non eſt homo, ſed Deus.

Unde & illud mendacium Ananiæ & uxoris vocatur mutua conſpiratio tentandi Spiritum Domini (cur conſpiraſtis inter vos, ut tentaretis Spiritum Domini? contra interdictum Matt. 4. non tentabis Dominum Deum tuum.) Ubi notandum.

1. qvod verbum ψεύδω, ſit fallo, fruſtro, & ψεύδομαι, fallor. Sed Medium ψεύδομαι notat fallo, fruſtro, decipio, ludificor, cum accuſativo perſonæ. Sic hoc loco, (item mentior, & fallendi cauſa falſum dico, Matt. 5, 11.) Qvamvis enim Spir. Sanctum, verum Deum, fallere nemo poteſt actu: intentione tamen, & qvantum in hominibus eſt, decipere conantur & cogitant. v. 4. qvid erat, qvod in cor tuum induceres rem iſtam? vid. annot. Eraſmi Schmidii N. T. NB.

2. Et ſic dubium de perſonalitate Spiritûs Sancti ſimul exſpirat, ſi notetur ex v. 9. concluſio ſeqvens:

Is, contra qvem conſpiravit Ananias & uxor, ut fallendo fruſtra haberent & mentiendo tentarent, non eſt donum aliqvod vel χάρισμα, qvod non poteſt tentari, ſed ipſe Spiritus ſive πνεῦμα κυρίε, vel perſona donans χαρίσματα hominibus.

II. Simili etiam ratione argumentandi Salvator contra Sadducæos reſurrectionem mortuorum aſſerit Luc. 20, 37. & Matth. 22, 32. hâc concluſione:

Qvia DEUS ait: Ego ſum DEUS Abraham, Iſaac & Jacob, Ergò datur reſurrectio, qvia Deus non eſt Deus mortuorum, ſed vivorum, ideoq; omnes illi vivunt Luc. 20, 38.

Qvæ collectio plures continet Syllogiſmos explicitos:

1. Illi, qvorum Deus Deus eſt, vivunt & non ſunt mortui, ita, ut planè in nihilum redacti ſint.

Abraham, Iſaac & Jacob ſunt illi, qvorum Deus Deus eſt.

E. Abraham, Iſaac & Jacob non ſunt mortui, ita, ut planè in nihilum redacti ſint.

Ratio Majoris eſt: Qvia omnes mortui vivunt Deo, Luc. 20, 38.

Unde 2. concluditur: Qvicunq; poſt mortem adhuc Deo vivunt, illi vel ratione corporis vel ratione animæ adhuc ſunt ſuperſtites.

At non ratione corporis, in cinerem redacti.

E. ratione animæ.

3. Qvodcunq; poſt mortem ſuperſtes manet, illud incorruptibile & immortale eſt.

At anima hominis. E.

4. Qvodcunq; etiam in morte ſubeſt divinæ omnipotentiæ & dominio, illi Deus imperare poteſt, ut denuò vivat.

At Abraham &c. E.

Ratio eſt, qvia & mortuis dominatur Deus, Rom. 14, 9. & ex non exiſtentibus facere poteſt, ut exiſtant Rom. 4. ideoq; & mortuis imperare poteſt, ut reviviſcant; unde & qvibuſdam hoc mandavit, (Luc. 7. Adoleſcens dico tibi, ſurge; Lazare egredere Joh. XI. puella ſurge Matth. 9.) idemq; mandabit omnibus & ſingulis ſimul in extremo die & univerſali mortuorum reſurrectione, Joh. 5, 28. 29.

Qvo-

Digitized by Google

Qvorum omnium ſumma huc redit:

De qvibuscunq; etiam poſt mortem Deus teſtificatur, ſe eſſe illorum Deum, illi non ſunt ita mortui, ut nunqvam ſint in vitam redituri, ſed aliqvando reviviſcent & reſurgent.

At de Abrahamo, Iſaaco, &c.

E. reſurgent.

Ideò enim Salvator diſertè ait Luc. 20, 37: Qvòd verò reſurgant mortui, & Moſes oſtendit ad rubum Exod. 3, 6. cùm dicit Dominum Deum Abraham, & Deum Iſaac, & Deum Jacob. Deus autem non eſt Deus mortuorum ſed vivorum. Omnes autem illi vivunt.

III. Huc facit etiam Diſputatio de Chriſti Hominis Seſſione ad dextram Dei, ejusqve omnipræſentiâ, & vindicatio illius à perverſione Wendeliniana, qvam in Theol. Chriſt. habet p. 303. ubi

I. Proponit argumentum: Dextra Dei eſt ubiqve. Chriſtus ſedet ad dextram. Ergo. & explicat: Qvi ſedet ad dextram, eſt ubiqve.

II. Reſpondet 1. per inſtantiam: Qvi ſedet ad dextram Dei, is eſt æternus. Sed Chriſtus Homo. E. eſt æternus.

2. per negationem conſeqventiæ, qvia in majore ubiqvitas affirmatur de perſona, ſed in concluſione reſtringitur ad Humanam naturam.

III. Syllogiſmum rectius informare conatur hoc modo: Secundum qvam naturam Chriſtus ſedet ad dextram Patris, ſecundum eam eſt ubiqve. Atqvi ſecundum Humanam. Ergò. Ubi porrò

IV. Negat majorem. Probationem verò: Dextra Dei eſt ubiqve, non admittit, ſed negat conſeqventiam. Ratio eſt, qvia non ſtatim dici poſſunt de natura humana finita, qvæ dicuntur de dextra Dei infinita. Verùm hæc omnia irrito tentat conatu. Qvia

I. Repetendus eſt genuinus controverſiæ ſtatus, ex Theologia Poſitiva artic. 69. NB.

II. Argumentum noſtrum ita proponendum eſt: Qvicunqve habet Humanam naturam propria perſonalitate deſtitutam, ideoqve in infinitam λόγου hypoſtaſin aſſumtam, ita, ut in illa inhabitet tota plenitudo Deitatis corporaliter, Coloſſ. 2. ſimulqve ipſi data ſit omnis poteſtas in cœlo & in terra Matt. 28. Ille etiam ut Homo habet infinitam majeſtatem omnipræſentiæ, ita, ut jam actu ſedens ad dextram Dei omni-

præſentiſſimam, adſit omnibus creaturis præſentiâ divina omnipotentiſſima. Sed Chriſtus θεάνθρωπος habet ejusmodi Humanam naturam &c. Ergò etiam ut Homo habet infinitam majeſtatem.

III. Communicatio divinæ hypoſtaſeos certa eſt, ex Theologia Poſit. articul. 43. NB.

IV. Communicatio omnis poteſtatis in tempore Chriſto neqvaqvam ut Dei Filio, ſed ut Homini competit, ex art. 46. Theol. Poſ.

V. Dextra Dei omnipræſens Pſal. 139. & omnipotens Pſalm. 77. ignorat dominium ſedentis ad hanc dextram humanum vel intermedium, vel infirmum, abſens & impotens.

VI. Proinde ſecundum qvam naturam Chriſtus dominium divinum ſuper omnia creata loca, absqve ullâ infirmitate, per divinam omnipotentiam omnipræſens exercet, ſecundum illam qvoqve naturam eſt omnipræſens.

At ſecundum Hum. naturam, qvæ ad dextram Patris poſt reſurrectionem ſedet, exerit tale dominium. Ergò ſecundum illam eſt omnipræſens. Nam Major patet ex deſcriptione omnipræſentiæ, qvam continet. Minor verò ex deſcriptione ſeſſionis ad dextram, qvæ nec temporum, nec locorum finibus circumſcripta eſt. *Ex qvibus patet, qvod præſuppoſito ſtatu controverſiæ ex* art. 69. *nihil probaverit Wendelinus*, qvia

I. Argumentum nobis affingit, qvod non agnoſcimus eſſe noſtrum.

II. Subſumtionem de æternitate pervertit, qvæ talis eſt: Chriſtus habet æternam poteſtatem in tempore acceptam Dan. 7. Ergo illam exercet. Qvemadmodum & habet majeſtatem omnipræſentiæ communicatam, ideoqve illam exercet. Non verò eſt ipſa æternitas, vel omnipræſentia.

III. Vocem omnipræſentiæ permutat cum ambiguâ voce *ubiqvitatis*.

IV. Conſeqventiam fruſtra negat. Nam verum eſt, qvod non omnia dici poſſint de Hum. Chriſti natura ſedente ad dextram Dei, qvæ de ipſa dextra Dei dicuntur, ſcilicet *ſimpliciter*: Verè tamen nihilominus dici poſſunt, ſcilicet *ſuo modo*. Sic Humana Chriſti natura ſedens ad dextram non qvidem dici poteſt *æterna & infinita*: rectiſſimè tamen dicitur *habere æternam & infinitam potentiam*. Talis enim eſt omnis illa

Digitized by Google

illa poteſtas, in cœlo & in terra Chriſto Homini in tempore communicata, videlicet gloria & majeſtas infinita, Matt. 28. Dan. 7.

V. *Præſentiam* divinam cum abſentiâ conjunctam fruſtra fingit. Nam divinum dominium illocale, & locum & locatum ſuperat, ſimulq; omnem humanam infirmitatem ſimpliciter excludit. Confer Combachii exceptiones refutatas art. 69. Theol. Poſ. §. 6. NB.

Stratagema V. eſt moroſa adſtrictio ad certum & non uſitatum, adeoq; planè novum reſpondendi modum. Qvâ ratione opponens facilè confunditur. Qvod intendebat Tannerus Colloq. Ratisbon. Seſſ. 4. p. 281. per ſuam formam, qvæ conſiſtit in bipartitâ Majoris & Minoris explicatione & negatione conſeqventiæ.

Remedium eſt admonitio Reſpondentis, ut ſimplex & planus reſpondendi modus retineatur, qvi fit per limitationem Majoris & negationem Minoris ex præſuppoſita limitatione deductam; qvi in hoc caſu meritò urgetur contra Pontificios.

Qvamvis enim Tanneriana illa reſpondendi forma certo reſpectu aliqvid ſani habere videatur, intricatior tamen eſt, & ad Sophiſticationem magis, qvàm ad veritatis manifeſtationem accommodata. Conf. Meiſnerus part. 2. Philoſ. Sect. 7. c. 3. q. 4. Videantur acta Colloq. Ratisbonenſis. Candido verò diſputatori ſufficit modus reſpondendi ſupra enumeratus, *tum generalis* vel per negationem conſeqventiæ, addita negationis ratione, vel per inſtantiam: *tum ſpecialis* vel per negationem, vel per limitationem, vel per diſtinctionem. Reſpondet itaqve vel ad formam, vel ad materiam. Si verò forma legitima eſt, ita, ut adſit debita diſpoſitio termini majoris & minoris, cum medio, in certa figura & modo; tunc rectè illâ relictâ attenditur *materia*, qvæ vel vera, vel falſa, vel ambigua eſſe ſolet. Nam

I. *Si vera eſt materia*, tunc reſpondetur concedendo totum argumentum, qvia illud non eſt directè contra theſin.

II. *Si falſa eſt* materia, tunc reſpondetur *negando, vel directè*, ita, ut qvoad propoſitionem vel majorem, vel minorem, vel utramqve onus probandi redundet in adverſarium, *vel indirectè*, (per inſtantiam.)

III. *Si ambigua eſt* materia, tunc reſpondetur *vel limitando* univerſalem ambiguam & indeterminatam; *vel diſtingvendo* implicitam

propoſitionem, ita, ut verum à falſo ſeparetur, & remoto ſenſu ambiguo atqve alieno, ſola retineatur veritas. Qvem reſpondendi proceſſum ex ipſa diſputationis materia, ejusqve forma & ſcopo petitum, & ad eruendam veritatem accommodatum, nemo ex adverſariis jure taxare poteſt.

Stratagema VI. eſt fuga probationis cum prætenſione, 1. Reſpondentem non poſſe petere principium, exemplo Gretſeri & Tanneri l.d. Seſſ. 1. 2. Poſſe vocabulum in hoc ſenſu accipi, qvem adverſarius intendit.

Remedium eſt 1. retorſio ab Hunnio ibidem adhibita; aliàs verò non negatur, Reſpondentem qva talem, & qvamdiu ex theſi ſua accuratè diſtingvendo reſpondet, non petere principium.

2. Demonſtratio & convictio adverſarii ex ipſo contextu. Confer Enjedinum annot. ad Act. 5,3.4. ubi dicit: Mentiri poſſe accipi 1. pro fingere, & falſò oſtentare, ſe Spiritum S. accepiſſe. 2. pro fallere. Sic ad Act. 20,28. excipit: vocem Sangvinis poni pro filio, poſſe ergò non incommodè dici, Deum ſangvine ſuo proprio, hoc eſt, filio ſuo redemiſſe Eccleſiam.

At non ſufficit dicere, ſed probandum eſt, qvod dicitur, & ratio danda eſt, cur ita intelligantur verba, & cur non ſolùm liceat interdum, ſed etiam vel maximè, cur oporteat hîc & nunc à litera recedere & impropriè accipere v.g. vocabulum mentiri; item nomen ſangvinis pro filio. Confer Anti-Enjedinum D. Feurbornii pag. 131. & p. 132. NB. & Theol. Exegeticam, de unico ſenſu literali, & qvæ ſupra dicta ſunt ſtratagemate qvarto.

Stratagema VII. eſt inverſio muneris, ita ut absqve cauſa legitima ex Reſpondente faciat opponentem. Exemplo Gretſeri l.d. ſeſſ. 2. qvi ad dictum Eſa. 8. reſpondere debebat, & Heilbrunnero reſponſum urgenti dicebat: Explicavi illud teſtimonium, & feci Enthymema, reſponde, tunc ſolvam Syllogiſmum, ſi ipſe priùs reſpondeas.

Cujus remedium eſt poſtulatio, ut Reſpondens faciat officium, & ſolvat propoſitum opponentis argumentum. Sic Gretſerus l.d. meritò admonetur, ut faciat officium; qvia

1. non profert argumentum, ſed ſolùm negat conſeqventiam ſine ratione.

2. In-

2. Invertit proceſſum diſputandi, dum ex Reſpondente facit opponentem.

3. Enthymema allatum nihil probat. Ratio, qvia ejus ſenſus eſt: Conſeqventia diſcurſûs Heilbrunneri infirma eſt. At hoc non eſt probare, ſed negare.

Stratagema VIII. eſt rejectio inſtantiæ opponentis ex eo fundamento, qvòd ultimus loqvendi locus non opponenti debeatur, ſed Reſpondenti. Qvod privilegium urget Hungerus l. d. ſeſſ. 3. & Tannerus ſeſſ. 7.

Cujus Remedium eſt oſtenſio abſurditatis, falſitatis & nullitatis hujus privilegii. Num enim Reſpondens, qvi veritatem defendit, adverſarium opponentem non debet ἐλέγχειν καὶ ἐπιστομίζειν juxta inſtructionem Apoſtolicam? in Ep. Tit. c. 1. Secus verò optimâ conditione frueretur qvivis Reſpondens etiam rudiſſimus, & ſolùm aliqvid reſpondendo vel deblaterando victoriam reportaret, ad exemplum abſurdi illius diſputatoris, qvi ad omnia argumenta nihil aliud reſpondebat, qvàm per diſtinctionem inter *eatenus & qvatenus*, ad nauſeam usqve repetitam. v. g. reſpondeo ad Majorem, concedendo eam, eatenus, qvatenus eſt vera: reſpondeo ad Minorem negando illam, eatenus, qvatenus eſt falſa. Cui non abſimilis fuit alter iſte ad Concluſionem reſpondens (non verò ad præmiſſas) illamqve concedens, ſi intelligatur catapodialiter, non verò reflexivè. Confer infra Tit. 7. de diſputationis eventu. §. 5. NB.

Stratagema IX. Repetitio ejusdem reſponſi, qvoties ab Opponente idem repetitur argumentum. Exemplo Tanneri l. d. ſeſſ. 6.

Cujus Remedium eſt Demonſtratio falſitatis hujus principii Tanneriani univerſaliter intellecti: Si enim Reſponſio data ſit impertinens, abſurda, vel inſufficiens, rectè argumentum ab Opponente repetitur, & Reſpondens urgetur, ut ſufficienter ſolvat argumentum hactenus nondum ſolutum, & qvidem juxta legitimum diſputandi proceſſum præcedente ſtratagemate qvinto explicatum NB.

Stratagema X. eſt allatio diverſæ enunciationis ad Majorem infringendam, qvæ videtur eſſe ejusdem cum illa rationis, cùm reverà non ſit. Exemplo Becani, qvi in Manuali contra Lutheranos Omnipræſentiam Chriſti negat, dum

1. enunciationes tanqvam ejusdem ponderis urget, qvæ præſentiam Chriſti poſſibilem & actualem reſpiciunt.

2. ſta-

2. ſtatum exinanitionis & exaltationis confundit.

3. actum naturalem & perſonalem non diſtingvit. vid. Theol. Poſit. art. 43. & 50.

Cujus Remedium eſt cauta ponderatio tàm ſingulorum terminorum, qvàm enunciationum, qvæ pro iisdem venditantur, & ab adverſario auſu planè temerario confunduntur. Diſtincta enim diſtinctè explicata facilè fraudes adverſarii oſtendunt, & certa ab incertis ſeparare & verum à falſo diſcernere docent.

Sic & Wendelinus, in Theol. Chriſt. Syſtemate & Exercitationibus, magno conatu urget contra Chriſti præſentiam,

I. Non eſſe communicatam carni hypoſtaſin Filii Dei. Cujus fundamenta refutata ſunt in Theol. Poſit. art. 43. NB.

II. Nullam ex ſeſſione Chriſti ad dextram Patris concedendam eſſe omnipræſentiam. Qvod ibidem examinat articulus 69. Idem qvoqve aſſerere audet: Dari in Deo voluntatem ſigni & beneplaciti contradictoriam, ideo, qvia contradictoriam revelationem videtur continere tentatio Abrahami. Cujus naturam ſufficienter explicavit Theologia Exegetica libro 2. c. 3. NB. vid. Theol. Poſit. art. 10. Tit. 17.

MEMBRUM III.
De Officio Præſidis.

§. 1.

PRæſes eſt, qvi actum diſputandi moderatur & dirigit, *atqve intra terminos diſputationis tàm Opponentem qvàm Reſpondentem continet. Confer virtutes cum diſputantium vitiis ſuprà expoſitas.*

Obſervatio: Officium Præſidis eſt honoratisſimum, unde & nonnunqvam ſummis Imperatoribus & Principibus delatum eſt. Conf. Cent. 4. Magd. de Conſtantino M. & Colloq. Ratisbon. Acta.

§. 2. Officium Præſidis *potiſſimùm includit actus ſeqventes, qvi ſunt:*

I. Auſcul-

Digitized by

I. *Auſcultatio.* Neqve enim decet ſtatim diſcurſum interrumpere, ſed tamdiu attendere, donec vel ad ipſum Præſidem fiat provocatio, vel Reſpondens reſponſione deprehendatur deſtitutus, vel nimius diſputantium fervor autoritatem interponentis reqvirat.

II. *Inſtructio Opponentis:* qvomodo argumentum rectius poſſit informari & urgeri.

III. *Excluſio iræ & indignationis:* ne facilè commoveatur, vel auſteritate ſua Opponentis alacritatem reprimat.

IV. *Approbatio datæ Reſponſionis.* Cui addenda, ſi fuerit ſufficiens, explicatio; ſi deficiens, ſuppletio; ſi verò vitioſa, vel excuſatio vel correctio.

V. *Informatio auditorii.* Qvæ commodiſſima erit, ſi proferatur à Præſide.

1. Summaria totiꝰ Diſputationis formaliter continuatæ delineatio.
2. Nervoſa ſtatus controverſiæ determinatio.
3. Diverſarum ſententiarum cum diſſentientium fundamentis enumeratio.
4. Primæ originis ventilatæ controverſiæ repetitio.
5. Occaſionis deflectendi à prima veritate accurata demonſtratio.
6. Locorum parallelorum collatio.
7. Autorum denominatio, qvi propoſitam controverſiam uberiùs explicarunt. Cujus rei exemplum offert Chemnicius in Examine Concilii Tridentini, ubi totam illam controverſiam de Sanctorum invocatione (& ſimiles) accuratè examinando ferè eâdem methodo progreditur, ita, ut non rarò addat adverſariorum confeſſionem & perſpicua veritatis teſtimonia. Qvod exemplum etiam Gerhardus in Confeſſione Catholica, Hülſemannus in Anti-Hagero, Dorſcheus in Thoma Confeſſore, Rivetus in Catholico orthodoxo, Chamierus in Panſtratia Catholica, & alii, feliciter imitati ſunt.

VI. *Additio eorum, qvæ ab Opponente omiſſa erant, vel ulteriùs urgeri poterant*, ut rectiùs inſtantiæ vel exceptiones reſiduæ omnibus innoteſcant.

VII. *Repetitio tam argumentorum ſive objectionum, qvàm Reſponſionum propoſitarum*, ita, ut addatur ἐπίκρισις.

VIII. *Explicatio Reſponſionis probabilis*, qvæ veritati non detrahit, etiamſi dari potuiſſet à Reſpondente alia accuratior.

IX. *Conciliatio diverſarum ſententiarum*, qvæ inter ſe pugnare videntur, reipſa verò pugnantes non ſunt.

X. *Cauta obſervatio eorum, qvæ velut ſtratagemata in caſu neceſſitatis adhibere licet*, qvalia ſunt

1. *Mora* auſcultationis.

2. *Aſſumtio* eorum, qvæ faciliora ſunt, ſepoſitis nonnihil iis, qvæ altioris ſunt indaginis, vel non faciunt directè ad præſentem controverſiam.

3. *Poſtulatio* Syllogiſmi ab Opponente, qvem dum aſſumit Reſpondens, faciliùs ſe recolligere poteſt Præſes.

4. *Provocatio* ad auditorium, ob immodeſtiam turbulenti Opponentis, qvi vel in reſponſione ſufficienter explicatâ acqvieſcere non vult, vel tædioſa priorum repetitione ſupervacaneâ univerſis auditoribus moleſtus eſſe non deſinit.

CONCLUSIO:

Atqve ex his omnibus patet, tum, qvænam ſint malitioſi diſputatoris vitia, tum, qvænam ſint cordati diſputatoris officia: ut & auditoris & Lectoris atqve Judicis reqviſita; nec non, qvanta in deliberationibus, conſultationibus, colloqviis, conciliatione, & adverſariorum refutatione reqviratur prudentia, ut tandem exoptatus ſeqvatur eventus. De qvibus ſingulis nonnullas obſervationes monſtrabit

APPENDIX.

TITULUS I.

De Officio Auditoris.

QVi aliorum diſputationes cum fructu audire & veritatem perſpicere cupit, illum inprimis decet attendere ſeqventia reqviſita, qvæ ſunt:

I. *Cognitio* 1. materiæ ad diſputandum propoſitæ, 2. ſtatus controverſiæ, 3. principiorum. Ut v.g. Theologo ad manus ſit Codex Biblicus, JCto Corpus Juris, Medico Hippocrates, Philoſopho Ariſtoteles, &c.

II. *Obſer-*

ized by Go

II. *Obſervatio* 1. argumentorum, 2. reſponſionum, 3. diſtinctionum, 4. limitationum, 5. canonum, 6. terminorum, 7. rerum inſigniorum.

III. *Repetitio* totius diſcurſus, ut fundamenta neceſſaria felicius memoriæ imprimantur.

IV. *Collatio* Autorum potiſſimorum, cum deſiderio proficiendi, non verò temerè taxandi præceptores. Qvia *μανθάνοντα δεῖ πιστεύειν*, juxta monitum Ariſtotelis.

V. *Suſpenſio* judicii in obſcurioribus, donec probè perſpecta ſint diſputantium ſcopus, eruditio, ingenium, mores, acumen, & adhibita diligentia.

VI. *Æſtimatio* diſputatorum, non ex lingvæ volubilitate, aut verborum numero, ſed ex pondere argumentorum & rerum. Cum ſæpè invitâ veritate ſcientiam vincere conetur eloqventia. Confer exemplum Concilii Niceni, qvod repetit Theologiæ Polemicæ Tractatus 3. §. 5.

VII. *Excluſio* præcipitantiæ & judicii de rebus ignotis, ut & omnis maledicentiæ. Qvi enim hominem eſſe novit illum, qvem diſputantem audivit, is potius perpendet, humani à ſe nihil alienum eſſe. Imò laudabit philoſophum, qvi libros Elench. Sophiſt. ita concludit, ut omiſſorum veniam deprecari non dubitaverit. [*συγγνώμην* ſive ignoſcentiam ab illo, qvem decet *συγγινώσκειν* cognoſcere, ſibi conſcium eſſe, ſimul noſcere & cognoſcere rei circumſtantias & agentis ſtatum, ideoqve imperfectioni ignoſcere, qvæ homini communis eſſe ſolet cum ſociis.]

TITULUS II.

De Officio Lectoris atqve Judicis de aliorum controverſiis.

QVi controverſias aliorum, nec non Hiſtoriam Conciliorum, atqve Colloqviorum Theologicorum acta cum fructu perlegere, & de illis dextrè judicium ferre deſiderat, illum præter enumerata reqviſita ex præcedente Titulo I. vel maximè decet

I. *Prudentia*, ut præter controverſiæ ſtatum attendat ſingulas

Digitized by Google

circumſtantias,& qvidem ſine omni reſpectu perſonarum. Cujus prudentiæ exercitium oſtendunt officia Præſidis ſupra explicata.

II. *Moderatio affectuum.* Ne propter vitia diſputatoris veritatem ipſam negligat. Confer monita de moderatione explicata ſub finem Commentarii in Form.Concordiæ.

III. *Excluſio præcipitantiæ.* Ne vel ignotum ſibi ſtatim exiſtimet eſſe erroneum: vel dubium qvodvis putet eſſe hæreticum. Confer requiſita hæreſeos infra in parte propria Theol. Polemicæ. Huc facit illud, qvod Minutius Felix in Octavio monet: Qvanqvam tibi, de qvo qværimus, non ſit ambiguum (utpote; qvi repudiaris alterum, alterum comprobaris) in præſentiarum tamen ita tibi informandus eſt animus, ut libram teneas æqviſſimi judicis, nec in alteram partem propenſus incumbas: ne non tam ex noſtris Diſputationibus nata ſententia, qvàm ex tuis ſenſibus prolata videatur.

TITULUS III.

De Officio deliberantis atqve conſultantis.

QVia ad Conſilium deliberatio atqve conſultatio reqviritur; & ſocia deliberatio eſt placida ſententiarum collatio, ut veritate inveſtigata & ſufficienter perſpecta, hîc & nunc tutò liceat exeqvi illud, qvod juſtum, honeſtum & ſalutare eſſe deprehenditur; ideo rectiſſimè faciunt deliberantes, qvi ex opponentis, reſpondentis atqve Præſidis virtutibus ſua officia attendunt, & feriò cogitant, qvanta in conſultationibus de rebus arduis reqviratur circumſpectio, atqve ſingularis prudentia, ut vel maximè obſervetur

I. *Propoſitio* qvæſtionis, cujus deciſio ob rationes dubitandi prægnantes adhuc videtur dubia. Confer infra Theologiam Caſuiſticam. NB.

II. *Formatio ſtatus controverſiæ* accurata & ſufficiens, ex proceſſu diſputandi.

III. *Ventilatio* rationum dubitandi atqve decidendi.

IV. *Formatio* votorum. Ubi reqviritur 1. perſpicua aſſertio, 2. ſoli-

2. ſolida confirmatio, 3. ab exceptionibus atqve dubiis liberatio, 4. collatio cum aliis, 5. ſeparatio à rationibus ambiguis & incertis.

V. *Collectio* votorum à Præſide, ſive Collegii Directore, ſine reſpectu perſonarum. Cujus eſt attendere, non qvis, ſed qvid dicat. Ita, ut ratio vel à principe, vel à Conſiliario allata fundamentalis, ſit ejuſdem ponderis.

VI. *Excluſio* eorum, qvæ à ſcopo aliena ſunt, additis rationibus & qvidem ejuſmodi, qvæ poſſunt eſſe ſufficientes.

VII. *Electio* veritatis, ejusqve approbatio, ita, ut ſaniora retineantur, & certiora probabilibus, tutiora periculoſis, honeſta utilibus, & vera apparentibus, non tam juxta conſentientium pluralitatem, qvàm juxta votorum ſaniorum veritatem, & fundamentorum ſoliditatem præferantur.

Cujus rei *Exemplum* offert Gerhardus, qvando in L. de Magiſtratu qvæſtionem *de Judæorum receptione* ventilat, ubi non deſunt, qvi utile honeſto præferentes malunt eligere lucrum, qvàm attendere hujus facti periculum, qvod & Dei gloriam, & recipientis famam atqve conſcientiam enormiter lædit. Unde & ſingularis Seren. *Saxoniæ Ducum pietas & felicitas* hac in parte meritò laudatur, de qva repudiatio blaſphemorum Salvatoris noſtri adverſariorum conſtantiſſima teſtatur. Confer Joſuæ 9,19. de pœnæ mitigatione, qvam deceptio Gibeonitarum exigebat: & de accurata juramenti obſervatione. Et 1. Sam. 24,5. ſeq dubium de perdendo Rege Saul. Ubi David honeſtum præfert utili & facili v. 7. qvod ipſe Saul agnoſcit & laudat v. 20. Confer deliberationes Joſuæ c. 22. & Judicum c. 20. NB.

TITULUS IV.
De Officio Collocutoris.

QVia de Colloqviis Theologicis, nec non de ipſis Conciliis actum eſt in Theologia Poſitiva, art. 114. ideo ſufficit hoc loco monuiſſe, non alias eſſe candidi Collocutoris virtutes, qvàm diſputatoris candidi, qvæ in præcedente proceſſu diſputandi expoſitæ ſunt.

Ubi tamen notandum eſt, qvod jus & poteſtas cautè diſputandi

Digitized by Google

cum infidelibus, ſive publicè, ſive privatim, competat omnibus Chriſtianis, qvicunqve poſſunt, ideoqve tenentur fidei ſuæ rationem reddere, & parati eſſe πρὸς ἀπολογίαν παντὶ τῷ αἰτοῦντι 1. Pet. 3,15. exemplo Johannis c. 1, 19. ſalvo ſcientiæ & eruditionis gradu, reſpectu laicorum & ordinarii Doctoris Eccleſiaſtici.

Poriſma: Ergo hoc jus perperam tribuitur ſoli R. Pontifici. vid. Lugo diſp. 22. de virtute fidei divinæ ſect. 5. p. 633.

Qvi & variis conditionibus univerſale hoc jus invita veritate reſtringit, p. 634. Unde hoc ibidem derogatur laicis p. 635. & denegatur hæreticis falsò ſic dictis, & nunqvam convictis. vid. p. 637. Confer praxin Eccleſiæ primitivæ contrariam ex præcedente Tractatu 3. Theol. Polem. §. 5. NB.

TITULUS V.
De Officio Conciliatoris.

DIſſentientes adverſariorum ſententias conciliaturus publicè ante omnia de legitima ad hoc negotium vocatione, de conciliandorum mente, nec non de principiis, fundamento, & approbatione hujus facti certus eſſe debet. Secus enim laterem lavat. Qvà de re agit Theologiæ Polemicæ pars propria, qvæ exemplo Duræi hoc oſtendit, in explicatione controv. Calvin.

TITULUS VI.
De ſolida Adverſariorum refutatione.

QVæ, qvalis & qvanta hîc reqviratur eruditio, experientia atqve prudentiâ, dictum eſt præcedente tractatu 1. 2. & 3. qvæ omnem temeritatem & ſcribendi pruritum excludit. Neqve enim ex qvovis ligno fit Mercurius, neqve qvilibet, qvi qvomodocunqve aliqvas deguſtavit controverſias, propterea aptus eſt ad Exercitium Theologiæ Polemicæ publicum. Qvod non tyronem, ſed Theologum reqvirit exercitatiſſimum. Qvod ipſum exempla in præcedente Proceſſu diſputandi allata ſufficienter probant.

TITUL.

TITULUS VII.

De Diſputationis eventu & adverſariorum convictione.

§. 1.

EVentus *certaminis deſideratus eſt victoria , & veritatis triumphus , atqve adverſarii* Convictio. *Confer de Elencho ex Ep. Tit. c. 1. præced. tract. de proceſſu Diſp. §. 4.*

Nota : *Eventus* conſeqvitur vel ordine conſeqventiæ nudæ , vel ut effectus ad ſuam cauſam.

§. 2. Convictio *attenditur vel formaliter & internè, vel qvatenus cum ſuo ſigno & eventu externo conjuncta eſſe ſolet.*

§. 3. Convictio formaliter *conſiderata reſpicit adverſarii conſcientiam , qvæ veritati manifeſtata palmam concedere cogitur. Confer Actor. 2, 37.* κατενύγησαν τῇ καρδίᾳ, *compuncti ſunt corde ,* es gieng ihnen durchs Hertz / *qvemadmodum lancea penetrat , Johan. 19, 34. & gladius bis acutus ,* διελεύσεται ῥομφαία, *Luc. 2, 35.* es wird ein Schwerdt durch deine Seele dringen / *ſicut ſermo DEI eſt penetrantior qvovis gladio , utrinqve incidente ,* μάχαιρα δίστομος, ein zweyſchneidig Schwerdt / *Hebr. 4, 12. Nam* κατανύσσω *eſt compungo , &* νύσσω *, pungo , fodico. Unde dicitur* νυγμὸς *, ſtimulus.*

Nota : *Organum convictionis perſonale eſt diſputator* prudens , formaliter procedens : *organum verò reale eſt diſputatoris oratio* accurata & formalis , qva adverſario veritas vel enunciatione , vel ſcriptione communicata innoteſcit.

§. 4. Convictio cum ſuo ſigno & eventu externo *conſiderata reſpicit illius manifeſtationem , qvando convictus in conſcientia perhibet veritati teſtimonium per confeſſionem ſive publicam , ſive privatam. Cujus rei exemplum memorabile oſtendit Hiſto-*

Digitized by Google

Hiſtoria Concilii Niceni, per converſionem Philoſophi, qvod repetit Theologiæ Polemicæ Tractatus 3. §. 5. Confer exemplum convicti Reihingii per Scripturam S. repetitum in Theol. Poſit. artic. 113. §. 6. nec non exemplum Auguſtini & aliorum, in Tract. Wunderliche Güte/ *ut & Judæi Chr. Gerſonis, Theol. Poſ. art. 5. §. 17. p. 223.*

Nota 1. *Convictio Ariſtoteli eſt vel interna, vel externa*, 1. poſter. analytic. c. 8. πρὸς τὸν ἔσω λόγον, καὶ πρὸς τὸν ἔξω λόγον. ſemper enim poteſt ἐνστῆναι, inſtare verbis externis & adverſus ſermonem externum, non verò licet ſemper adverſus ſermonem internum, ſcilicet reclamante conſcientiâ.

Nota 2. *Convictio interna eſt*, qva qvis interius apud animum ſuum ſe convictum eſſe animadvertit, utut ſe exterius convictum eſſe neget, & adhuc habeat, qvod regerat & opponat.

Nota 3. *Convictio externa eſt*, qva qvis ita convincitur, ut non habeat amplius, qvod exterius opponat. v. g. ſi qvis ad evidentem & palpabilem qvaſi contradictionem adigatur, is non habebit amplius qvod exterius opponat, ſed neceſſe eſt, ut ſe convictum eſſe fateatur: Cùm duo contradictoria non poſſint ſimul eſſe vera.

Nota 4. Aliud eſt adverſarii convictio, aliud verò ipſa peccatoris converſio, de qva agit Theol. Poſit. art. 92.

Nota 5. A Convictionis impedito eventu externo, ad ipſius internæ convictionis negationem non valet conſeqventia. Inanis proinde clamor eſt Gretſeri in Colloq. Ratisbon. Adſit, adſit, adſit Spiritus S. & condemnet me &c. & dicat, tu viciſti, tu cauſa cecidiſti, &c.

§. 5. Adminiculum convictionis eſt diſputatio accurata, debito ordine, formaliter continuata *per ſocios, atqve per integrum Collegium perpetuum. Qvâ de re extat Conſultatio Germ. D. Nicolai Hunnii.*

Poriſma: Ergo fruſtranea eſt imaginaria convictio Lutheranorum

I. *Tanneriana*, per coccyſmum. Nego conſeqventiam, ſine ullâ negationis ratione adductâ. Non enim ſufficit negare conſeqventiam, niſi addatur negationis ratio & conſeqventiæ falſæ demonſtratio. Denn ein angeklagter Dieb / da er merckte / es wäre um ſeinen Hals zu thun / da er hörte dieſes argument, du biſt ein Dieb / darum muſt du gehenckt

henckt werden/ würde bald in forma antworten : Nego conſeqventiam, es folgt nicht/ait Hunnius in relat. de Colloq. Ratisbon. & poſſet judici opponere Conſilium Tanneri : Non eſt veſtrum, dare ultimam reſponſionem, ſed noſtrum, qvi ſumus reſpondentes. vid. ſupra ſtratagema 8. Reſpondentis. NB.

II. *Walenburgiana* An. 1645. monſtrata per Adrianum & Petrum de Walenburch. Cujus proceſſus hic eſt: 1. Diſputator Pontificius, tanqvam reus accuſatus, defendito, non probato. 2. Diſputator Novator probato, non defendito, tanqvam actor. 3. Diſputator novator probato è ſola Scriptura verbotim, ſine ullâ additione, diminutione, mutatione, hoc eſt, ſine adhibitis principiis rationis, ſeu conſeqventiis. Qvæ ſomnia dudum refutavit B. Dannhauerus in Polemoſophia ſeu Dialectica S. An. 1648. Qvod enim juri defenſionis naturali, & inde extructis genuinis diſputandi principiis adverſatur, illud meritò irridetur.

III. *Dureana*: 1. per Harmoniam Confeſſionum à Reformatis editarum, qvod eſt obſcurum per æqvè obſcurum probare. 2. per Conſenſum particularem hujus vel illius cœtus, vel doctoris. Qvâ de re infra agitur in Controverſiis Calvinianis NB.

Tractatus V.

De Methodo proponendi controverſias Theologicas.

§. 1.

METhodus *proponendi controverſias Theologicas eſt 1. Generalis & conjuncta, 2. ſpecialis & diſtincta, 3. ſingularis & ſpecialiſſima.*

§. 2. Methodus generalis *attendit potiores controverſias tam Pontif. & Calvin. qvam Socin. & reliqvas conjunctim*

1. *juxta ſeriem articulorum* Theologiæ Poſitivæ, qvam obſervat D. Gerhardus & D. Calovius in Loc. & Carpzovius atqve Brochmannus, & Commentarius in articulos Formul. Conc. nec non Haſenreffe-

rus in Locis, & Dietericus in Catech. Confer ſummam infra, ſub finem Theol. Polem. NB.

2. *juxta ſeriem librorum ſymbolicorum*, qvam exhibet conjunctim Iſagoge Carpzovii, vel Auguſtanæ Confeſſionis ſeorſim, qvam retinet Exegeſis Menzeri, vel Formul. Conc. vid. Commentarium in Form. Conc.

3. *juxta ſeriem librorum Biblicorum*, qvam exhibent annotationes in V. & N. T. D. Calovii & Prückneri.

§. 3. Methodus ſpecialis *examinat ordine ſpeciales controverſias, qvæ tam extra Eccleſiam qvàm intra Eccleſiam occurrunt. Inprimis verò Controverſias 1. Pontif. 2. Calvin. 3. Socin. 4. Armin. de qvibus agit pars propria Theol. Polemicæ. Ubi ex Pontificiis prodeſt obſervare ſeriem Bellarmini, vel Becani; ex Calvinianis verò Calvini in Inſtitutionibus obſervatam, vel Wendelini, aut Polani; atqve ſic in reliqvis. Confer ſeq. tract. 6.*

§. 4. Methodus ſpecialiſſima *attendit in ſingulis controverſiis nobilioribus*

I. *Hiſtoriam*, ſive originem atqve progreſſum: cujus rei Exempla exhibet Chemnicius in Examine Conc. Tridentini, & in Locis Theol. nec non Myſterium iniqvitatis Mornæi, ubi incrementa poteſtatis Pontificiæ explicantur.

II. *Terminos*, v. g. qvid ſit autoritas, perfectio, perſpicuitas. vid. ſup. Theol. Poſit. art. 5. & in Theologia Exeget. v. g. qvid ſint claves Matt. 16. vid. Theol. Poſit. art. 125. §. 1.

III. *Statum controverſiæ.* Ubi oſtenditur 1. theſis, 2. antitheſis, 3. ἔκθεσις tam ſubjecti, qvam prædicati, per remotionem ſenſus alieni, & accuratam determinationem eorum, qvæ utrinqve conceſſa vel non controverſa ſunt, ex verbis ipſorum adverſariorum. Confer Hodomor. Danhaueri. videatur Methodus ſtudii Theologici de Controverſiis Theol. & ſupra, proceſſus diſputandi NB.

IV. *Analyſin* argumentorum & exceptionum: Ita, ut ordine conſpiciatur 1. θέσις, 2. ἀντίθεσις, 3. ἔκθεσις, 4. ζήτησις, 5. βεβαίωσις, 6. ἀνάλυσις, 7. ἀνακεφαλαίωσις & ſummaria repetitio, qvæ oſtendit, & ſtatum controverſiæ ritè formatum & directè contradictum eſſe adverſa-

Digitized by Google

verſario, & nihil reſtare, qvoad exceptiones, qvibus non fuerit ſufficiens oppoſita reſponſio.

Nota: Theologiæ ſtudioſo faciliores redduntur controverſiæ ſpeciales, ſi conſtet 1. Theſis, 2. antitheſis, 3. Baſis. Sive 1. affirmatio, 2. negatio, vel contradictio, 3. ratio utriusqve, tam affirmativæ, qvàm negativæ ſententiæ.

Poriſma: Qvi ergò cum fructu legere conatur adverſarios, ille ex Theologia Poſitiva attendat 1. Theſin, 2. antitheſin, cum formatione ſtatus controverſiæ, 3. analyſin objectionum. vid. B. Dannhaueri Hodomorian Pontif. & Calv. ubi ex ipſis adverſariorum verbis antitheſin repetit, cum qvibus theſin confert, & analyſin argumentorum contrariorum ſubjungit. Cujus rei exempla offert Theologia Poſitiva art. 117. & 127. I. De reformatione Lutheri. II. De Clericorum ſubjectione.

Tractatus VI.

De Objecto Controverſiarum Theologicarum.

§. 1.

OBjectum Controverſiarum Theol. patet ex præcedente methodo ſpeciali.

§. 2. *Inprimis verò Theologus Polemicus attendere tenetur Hoſtes*

I. *Generales*, qvi ſunt 1. Epicureiſmus & Atheiſmus atqve Puccianiſmus, 2. Hæreſis, 3. Schiſma, 4. Apoſtaſia, 5. Pſeudo-Chriſtianiſmus, 6. Scepticiſmus & Probabiliſmus, 7. Syncretiſmus.

II. *Speciales* I. extra Eccleſiam, qvi ſunt 1. Gentiliſmus, 2. Judaiſmus, 3. Turciſmus.

II. in Eccleſia, qvi ſunt 1. Papiſmus, 2. Calviniſmus, 3. Photinianiſmus, 4. Arminianiſmus, 5. Enthuſiaſmus, cum Schwenckeldianiſmo, Weigelianiſmo & Qvackeriſmo, 6. Anabaptiſmus. Qvorum conatus

III. *Singulares* in ſingulis fidei articulis, eorumqve qvæſtionibus ſingularibus conſpiciuntur.

§. 3. De ſingulis agit Theologiæ Polemicæ pars propria. Ubi vel maximè decet attendere, qvænam ſint 1. ſumma, 2. antidota, 3. ſtratagemata, ut videamus 1. Morbum, 2. remedium, 3. eventum ſive fructum convictionis & converſionis ex refutatione expectandum. Qvâ de re videri poteſt infra de Judaiſmo, Titulus 2.

Tractatus VII.
De Fructu Theol. Polemicæ.

§. 1.

FRuctus Theol. Polemicæ eſt ampliſſimus.

§. 2. Maximè verò conſpicuus eſt in univerſa Theologia

I. *Poſitiva*, ubi oppoſita juxta ſe poſita magis eluceſcunt. Qvod patet ex ſingulis Theol. Poſit. articulis.

II. *Exegetica*, ubi remotâ adverſariorum perverſione, gratiſſima intellectui offertur veritas. Uti conſtat ex annotationibus Biblicis D. Calovii & Prückneri.

III. *Morali*, ubi pleraqve objecta varios habent adverſarios. Qvod porrò eluceſcit, qvoties vel Aſcetica, vel Catechetica, vel Paracletica, vel Caſiſtica objecta occurrunt. Videatur ſeqvens pars Theol. Polemicæ propria.

II. Pars poſterior Theologiæ Polemicæ propria.

PArs propria Theologiæ Polemicæ abſolvitur ſectionibus tribus, qvarum 1. Generalis, 2. Specialis, 3. Singularis eſt. Generalis generales; ſpecialis ſpeciales; ſingularis deniqve ſingulares veritatis hoſtes, eorumqve conatus in ſingulis fidei articulis attendit.

SECTIO I. GENERALIS.

GEnerales veritatis hoſtes ſunt 1. Epicureiſmus & Atheiſmus atqve Pucciániſmus, 2. Hæreſis, 3. Schiſma, 4. Apoſtaſia, 5. Pſeudo-Chriſtianiſmus, 6. Scepticiſmus & Probabiliſmus, 7. Syncretiſmus.

TITUL.

Digitized by Google

TITULUS I.
De Epicureiſmo, Atheiſmo, & Puccianiſmo.

§. 1.

EPicureiſmus *eſt, qvi nullam agnoſcit religionem. vid. Meiſneri præcognita, Diſp. 5.*

Nota 1. Epicuri Athenienſis Philoſophi nomen Actor. 17, 18. & dogmata, ex Gellio l. 2. c. 6. 7. 8. nota, laudantur ab his (qvod voluptatem honeſtam appellaverit ſummum bonum, non verò beluinam. Confer Keckerman. præcogn. Philoſ. p. 150. & Hornæ. Ethic. l. 1. c. 40.) culpantur ab illis.

Nota 2. Epicureorum inſania negans providentiam, refutata eſt in Theol. Poſit. artic. 23. Confer Gerhard. T. 9. L. p. 205. & Euſeb. l. 14. de præpar. Evang. & Pſal. 73. tot.

§. 2. Atheiſmus *eſt, qvi Deum negat. vid. Pſal. 14, 1. Cujus janua eſt dubitatio de fide Hiſtorica, ſup. p. 201.* Refutationem *oſtendit D. Johan. Mülleri Atheiſmus. Videatur Anti-Pſeudo-Chriſtianiſmus in 4. Noribergæ editus A. 1677. ex ſeqq. Evangeliis ordinariis, & Theol. Poſitiva art. 6. ſeqq. NB.*

§. 3. Puccianiſmus *eſt, qvi in omni & qvacunqve religione ſalutem ſomniat.*

Nota 1. *Franciſcus Puccius Filidinus* A. 1592. Goudæ edidit librum in 8. cui Tit. De Chriſti Servatoris efficacitate in omnibus & ſingulis hominibus, qvatenus homines ſunt, aſſertio Catholica, æqvitati divinæ & humanæ conſentanea, univerſæ Sacræ Scripturæ & PP. conſenſu ſpiritu diſcretionis probata, adverſus ſcholas, aſſerentes qvidem ſufficientiam Servatoris Chriſti, ſed negantes ejus ſalutarem efficaciam in ſingulis, ad S. Pontif. Clementem VIII.

Nota 2. *Aſſertio Puccii eſt:* Omnes, vi meriti univerſalis Chriſti, *per naturalem Dei notitiam* eſſe in ſtatu ſalutis, etiamſi nominatim Chriſtum ignorent.

Digitized by Google

Nota 3. *Puccium refutat Salvator* Johan. 17. qvi Chriſti cognitionem ad ſalutem reqvirit. Confer Oſiandri refut. excuſam Tubingæ An. 1593. in 4. & Junii Collationem de natura & gratia Tom. 2. Opp. col. 301. Hütter. L. C. fol. 827. & Oſiandri Cent. 16. Hiſtor. Eccl. p. 1098. & p. 1100. ubi refert famam de Puccio ſparſam eſſe A. 1593. eum in ditione Epiſcopi Salisburgenſis captum, vinctum, Romam adductum, ibiqve combuſtum fuiſſe.

Nota 4. Puccianiſmi *ſemina* ſparſit *Rhetorius* apud Philaſtrium, docens, omnes religiones, modò haberent intentionem & conatum colendi Deum, rectè ambulare. vid. Chemnic. P. 1. Ex. p. 197. & *Mahometes* in Alkorano: Ein ieder Menſch / der da recht lebet / Gott anbetet / und guts thut / der wird ſelig. vid. verſionem Schvveiggeri l. 2. p. 84.

Nota 5. *Puccianiſmi fautores ſunt*

1. *Zwinglius* in expoſ. fidei, Herculi ſalutem tribuens. vid. D. Muſei l. 3. c. 9. contr. Vedelium.

2. *Moſes Amyraldus.* vid. Mareſium defenſ. fid. Cathol. p. 567.

3. Ejus defenſor *Curcelleus*, qvi gratiam extraordinariam ſalutis etiam ad illos extendit, qvi de Chriſto nihil unqvam audiverunt.

4. *Edoardus Baro de Herbert*, in lib. de religione gentilium Anno 1663.

5. Omnes *fanatici* & Sociniani, qvi ſalutem extra Chriſtum ſomniant. Qvos omnes unicum illud proſternit Fulmen Marc. 16: Qvi non crediderit, condemnabitur.

Titulus II.
De Hæreſi.

§. 1.

HÆreſis eſt error fundamentalis. *vid. ſup. p. 202.* Hæreticus verò, qvi fundamentum fidei evertit. *Cujus reqviſita ſunt 1. fundamenti oppugnatio. 2. evidens convictio. 3. pertinax defenſio. De qvibus ſupra dictum eſt NB. p. 202.*

Nota: Aliud eſt error, aliud verò hæreſis. Nam error eſt exiſtimatio veri pro falſo, aut falſi pro vero; pertinax verò eſt, qvi defendere cona-

conatur id, qvod contra fidem eſſe novit. Confer *Toleti* inſtruct. ſacerdot. l. 4. c. 3. p. 584. cui hæreſis eſt error pertinax hominis Chriſtiani fidei catholicæ contrarius.

Poriſma: Ergò Evangelici, fundamentum ſalutis ex verbo revelato aſſerentes, fruſtra dicuntur eſſe Hæretici. vid. infra de Papiſmo, & ſup. p. 201. de fundamento fidei, & p. 163. de religione Lutherana.

§. 2. Hæreſis eſt vel antiqvior, vel recentior. *Confer infra de Socinianiſmo, Enthuſiaſmo & Anabaptiſmo.*

Nota 1. Epiphanius, errorem vocando hæreſin, hæreſes ſine ratione multiplicat. Non enim qvævis opinio ſtatim eſt αἵρεσις propriè dicta, qvia hîc ad electionem (αἱρέω capio) etiam accedit pertinacia hæretica.

Nota 2. Catalogum Hæreticorum offerunt Centuriæ Magdeb. ſingulæ, & D. Crameri arbor hæreticæ conſangvinitatis. Confer Epiphanium, Wolderi Hæreſiologian, & Alſtedii librum, cui tit. Compendium Theologicum Hanoviæ edit. in 8. An. 1624. ubi p. 560. ordine Alphabetico enumerantur ſinguli, [qvibus tamen peſſimè annumerat Lutheranos, qvos etiam vocat Brentianos & Ubiqvetarios.] Inter qvos eminent

Aëtiani, Arrianorum ſoboles. *Agnöetæ* Chriſto ignorantiam tribuentes. *Antidico-Maritæ* virginitatem Mariæ impugnantes. *Anthropomorphitæ* Deo humana membra tribuentes. *Apollinariſtæ Apoſtolici* conjugatos excludentes & bonorum communionem urgentes. *Arriani* & Anti-Trinitarii.

Baſilidiani.

Carpocratiani omnia ſcelera defendentes. *Cathari* Novatiani. *Chiliaſtæ* millenarii. *Cerenthiani* (Ebionitæ, hoſtes divinitatis Chriſti.) *Docetæ* Sceptici. *Donatiſtæ* ſoli ſancti. *Ebionitæ.* vid. Cerinthiani. *Encratitæ*, cœlibatus defenſores. *Euchitæ* & Pſalliani, & Meſſaliani ſemper orantes. *Eudoxiani* Arriani. *Eunomiani*, *Eutychiani* naturas in Chriſto confundentes & unam aſſerentes. *Flagellantes. Floriani.*

Gnoſtici excellentiam τῆς γνώσεως jactantes, qvorum ſcelera deſcribit Epiphanius. *Helvidiani* B. M. Virginitatem perpetuam poſt partum negantes, & alios ex Joſepho filios ipſi tribuentes. *Jacobitæ* Eutychiani. *Jovinianiſtæ* ab Hieronymo refutati. *Julianiſtæ* tribuentes Chriſto à conceptione corpus impaſſibile. *Libertini* ſimulationis defenſores. *Luciferiani.*

Macc-

Macedoniani negantes divinit. Spiritus S. *Manichæi* ab Auguſtino refutati, duo principia jactantes. *Marcionitæ. Meſſalienſes* Semipelagiani. *Meſſaliani*, vid. Euchitæ. *Monophyſitæ* unam in Chriſto naturam ſtatuentes, aliàs Theopaſchitæ. *Monotheletæ* unicam in Chriſto voluntatem defendentes. *Montaniſtæ* Cataphryges.

Neſtoriani negantes B. Virginem eſſe θεοτόκον, adeoqve duas in Chriſto perſonas fingentes. *Novatiani* pœnitentiam lapſis denegantes. *Ophitæ* ſerpentem Evæ ſeductorem colentes, velut ſalutis cauſam. *Patripaſſiani* vid. Sabelliani. *Pelagiani* hoſtes gratiæ & peccati originis. *Photiniani* negantes Trinitatem. *Pnevmatomachi* negantes Spiritus S. divinitatem. *Praxeani* vid. Sabelliani, *Priſcillianiſtæ. Pſalliani* vide Euchitæ. *Pſychopannychitæ* animæ ſeparatæ ſomnum tribuentes. *Qvartadecimani* Paſcha celebrantes Lunâ Qvartadecimâ, Menſe Martio. *Rhethoriani. Sabelliani*, P. F. & Spir. S. fingentes unam perſonam & nomina trina. *Samoſateniani* hoſtes divinitatis Chriſti. *Semipelagiani* Maſſilienſes. *Symmachiani* divinitatis Chriſti hoſtes.

Tatiani unde Marcionitæ. *Theodotiani* hoſtes divinitatis Chriſti. *Theopaſchitæ*, vid. Sabelliani. *Tritheitæ. Triformiani. Valentiniani.*

§. 3. Converſio Hæreticorum *eſt convictio. vid. Proceſſ. diſp. non verò violenta coactio. vid. de Gentiliſmo §. 3. NB.*

TITULUS III.
De Schiſmate.

§. 1.

SChiſma *eſt ſciſſio unionis fidei & pacis Eccleſiaſticæ cum ſcandalo Eccleſiæ graviſſimo, ſalvo conſenſu in fundamento fidei. vid. 1. Cor. 1. comm. Bald.*

Nota: Schiſma eſt ruptura Matt. 9, 16. fiſſura, à σχίζω findo, ſcindo, divido, Matt. 27, 51. eine Spaltung/ Trennung/ Zwietracht/ Johan. 9, 16. c. 7, 43. c. 10, 19. diſſenſio & animorum diſſidium. Cujus efficiens eſt Satan. Occaſio, ſingularitas & ambitio. Objectum, res fidei fundamentum directè non tangens; Finis, gloria humana. Eventus ſcandalum,

lum, ex moroſa opinionis merè erroneæ, etiam poſt convictionem, defenſione.

§. 2. Schiſma *eſt vel antiqvius, vel recentius. vid. D. Calovii Tom. 1. Syſtem. Theol. p. 121. & p. 881. & ſingulas Centurias Magdeburgenſes. Conf. Act. 8,18. c. 15,2. Gal. 3,1. Apoc. 2,6.9.13.15.20.*

§. 3. Exemplum *Schiſmatis graviſſimi inter Hieronymum & Auguſtinum orti, ob factum Petri cogentis Judaizare gentiles Gal. 2. oſtendit Centuria 5. Magdeb. col. 789. Ubi laudanda eſt Auguſtini modeſtia & moderatio, ut & Hieronymi, licet moroſioris, emendatio, qvi poſt plurima vehementia indicia tandem ad Auguſtinum ſcribit: Faceſſant iſtiusmodi qverimoniæ (de imputato ſcripturæ mendacio, & Petri ſimulatione, qvi tamen omninò erravit in facto, Judæos veritus, qvod rectè defendit Auguſtinus contra Hieronymum. vid. Lutheri judicium l. d. col. 792. ex comm. in c. 2. Galat.) ſit inter nos pura germanitas: & deinceps non qvæſtionum, ſed charitatis ad nos ſcripta mittamus. Supereſt, ut diligas diligentem te, & in ſcripturarum campo juvenis ſenem non provoces. Nos noſtra habuimus tempora, & cucurrimus, qvantum potuimus, nunc te currente & longa ſpacia transmeante nobis debetur otium. NB. vid. plura de Syncretiſmo.*

TITULUS IV.
De Apoſtaſia.

§. 1.

APoſtaſia eſt apoſtatæ à veritate fidei defectio, *qvæ κατ᾽ ἐξοχὴν tribuitur filio perditionis 2. Theſſ. 2, 3. vid. Theolog. Poſ. Articul. 116.*

Nota 1. Ἀποστασία ab ἀφίστημι deſcendens, defectionem, ſeparationem & disjunctionem notat: qvalis eſt 1. Eccleſiaſtica veritatem abnegantis. 2. Politica civitatis Regem deſerentis. Confer Eſa. c. 1. פשע

3. Polemica, exercitus ab Imperatore deficientis. 4. Oeconomica, uxoris, qvæ juxta legem Moſaicam dimiſſa accepit ἀποστάσιον Matth. 5,31. libellum repudii c. 19,7.

Nota 2. βίβλον ἀποστασίου Apoſtaſia includit 1. difformitatem cum termino à qvo; & conformitatem cum termino ad qvem.

Nota 3. Apud Pontif. inprimis Card. Tuſchum apoſtata dicitur, 1. qvi ad Judaiſmum aut Ethniciſmum tranſit, Chriſtianâ religione penitus abnegatâ. Confer Heb. 6,6. cap. 10,26. (ut Julianus Apoſtata.) 2. qvi ſtatum Monaſticum deſerit. 3. qvi in parte doctrinæ Chriſtianæ fit alienus ab orthodoxia. Confer Toleti Inſtruct. ſacerd. l. 4. c. 6. p. 592. cui Apoſtaſia eſt error hominis baptiſati, fidei catholicæ ex toto contrarius.

§. 2. Apoſtata inter Chriſtianos eſt, qvi Chriſtianam fidem & religionem ab Apoſtolis prædicatam & fundatam integram & inviolatam non retinet, *ſed à veritate deficiendo mendacia præfert. Eſtqve vel univerſalis & totalis, vel partialis, & ſecundum qvid.*

§. 3. Apoſtaſia Eccleſiæ Rom. conſiſtit partim in difformitate ab Eccleſia veteri, qvoad partes fidei, cultus & religionis; partim in conformitate cum iis, qvi à religione Chriſtiana ſunt alieni. *vid. ſeq. c. de Papatu, cujus Apoſtaſiam probat D. Nic. Hunnius ex collatione cum Ethnicis, Judæis & Hæreticis NB. vid. Theol. Poſit. art. 117. appendix.*

§. 4. Antidota apoſtaſias Lutheranorum, qvi ad Papatus tenebras invitantur, ibidem enumerata videre licet, *& infra claſſe 2. de Papiſmo, Titulo 1.*

TITULUS V.
De Pſeudo-Chriſtianiſmo.

§. 1.

QVemadmodum Chriſtianus à Chriſto nomen habet *Actor. XI, 26. & dicitur gratiæ filius, baptizatus, fide juſtificatus,*

tus, & ex fructibus B. operum, qvibus naturam bonæ arboris imitatur, Matt. 7. talis eſſe oſtenditur, Jac. 2. qvi beneficio Chriſtianæ religionis poſſit verè credere, piè vivere, & beatè ex hac vitâ decedere: Ita & Chriſtianiſmus *idem fundamentum reſpicit; &* Pſeudo-Chriſtianiſmus *dicitur, qvi & doctrinæ veritate ad neqvitiam turpiſſimè abutitur, & vitæ impietate juſtiſſimam Dei iram provocat, proximum offendit, aliorum converſionem impedit, tandemqve, niſi reſipiſcat, cum terrore ex hac vitâ ejectus ad orcum detruditur.*

Nota: Sicut Chriſtianum fides conſtituit formaliter, & imitatio Chriſti oſtendit conſeqventer: Ita Pſeudo-Chriſtianum hypocriſis conſtituit, & imitatio Satanæ manifeſtat, ut planè inverſus Decalogus, & vitæ Chriſti adverſarius eſſe deprehendatur. Qvâ de re agit Theologia Aſcetica NB. Confer 2. Tim. 3, 5. *habentes formam pietatis μόρφωσιν*, den Schein/ & abnegantes potentiam, die Krafft. Nam δύναμις dicitur à δεινός, validus & peritus, vel à δύνω ſubeo, validus enim laborem & onera ſubit. Pſeudo-Chriſtianus verò & hypocrita infirmitatē ſuam perpetuò allegat, Es ſind menſchliche Fehler und Schwachheiten/ & ſub illo prætextu peccata proæretica continuat, adeoqve ſolùm Chriſtiano nomine dealbatus eſt. Qvi dicit, & non facit, qvod decet Matt. 23. qvem manet horrenda illa ſententia Matt. 7. Diſcedite à me omnes operarii iniqvitatis. Non novi vos.

§. 2. Mores pſeudo-Chriſtianiſmi *tandem infideles malitiâ & ipſos Barbaros ſuperant, dum etiam ipſum jus naturæ turpiſſimè conculcatur. vid. Theol. Poſ. art. 71. & charitas planè extirpatur Matt. 24, 12.*

§. 3. Antidota *Pſeudo-Chriſtianiſmi oſtendit 1. Paulus ex meditatione operum carnis & Spiritus. vid. Gal. 5. & c. 6. & Lutherus præfat. in Epiſt. Rom. Arndtius in libris de vero Chriſtianiſmo, ejusq; imitatores. Inprimis verò Theol. Aſcetica, & Theol. Poſit. artic. 98. 99. 100. & Anti-pſeudo-Chriſtianiſmus ex Evangeliis Dom. An. 1677. Noribergæ editus. Conferatur lib.* Gedenck-Kunſt/ *& Chriſtianus Auguſtus, &c.*

Digitized by Google

TITULUS VI.

De Scepticiſmo & Probabiliſmo.

§. 1.

SCepticiſmus eſt Atheiſmo proximus.

Nota 1. *Scepticus* (σκεπτικὸς ſpeculativus, σκέπτομαι, ſpeculor, & delibero) eſt, qvi non tam revelationi credit, qvàm rationi confidit, & omnia rimando tandem nihil credit. Confer Gellium l. XI. c. 5. de Philoſophis Scepticis, qvi qvaſi qvæſitores & conſideratores omnia in ſuſpenſo relinqventes nihil definiunt.

Nota 2. *Scepticiſmus eſt Theologiæ peſtis.* Nam Verbum Dei eſt veritas Joh. 17, 17. ſimpliciter credenda, neqvaqvam verò ex ratione examinanda. Confer periculum dubitationis de fide Hiſtoricâ, ſup. 201. & de uſu rationis, p. 71. ſeq. nec non de certitudine Theologica p. 43. & de demonſtratione Theologica inf. lib. 3. Repertorium Logicum. Et de antidotis dubitationum ex fidei naturâ Theol. Poſ. art. 93. & ſupra pag. 10. NB.

Nota 3. *Scepticiſmus* cum ipſa ἀπιστία, & filia cum matre ad orcum relegatur. Qvi non crediderit, condemnabitur.

§. 2. Scepticiſmo affinis eſt Probabiliſmus.

Nota 1. Qvid ſit *probabile*, ex Logicis notum eſt: *probabilior* vero opinio praxin reſpiciens, dicitur illa, qvæ conſtat rationibus firmioribus, fortioribus, efficacioribus & urgentioribus, intellectum moventibus, ad credendum, rem eſſe licitam, ac proinde voluntatem ſine peccato operari poſſe. Confer Franciſci Bordoni propugnaculum opinionis probabilis in concurſu probabilioris. Lugduni in fol. Anno 1669. f. 28.

Nota 2. *In Theologia omnia ſunt apodictica*, qvæ fidem & mores Chriſtiani attinent ex Joh. 17, 17.

Nota 3. Exulat itaqve Probabiliſmus, ubi triumphat veritas. NB. ſup. p. 10. ne Probabiliſmus tandem fiat Atheiſmus.

Titulus VII. De Syncretiſmo.

§. 1.

SYncretiſmus eſt diſſentientium coalitio, *ſive Cretenſium imitatio, inprimis, qvando aliqvalis & ſubitanea pacificatio inter hoſtes acerrimos, metu majoris periculi, oritur.*

Nota 1. Κρητίζειν eſt cretizare, ſive mores Cretenſium, qvos ſemper mendaces vocat Apoſtolus Tit. 1. in certo facto imitari Tit. c. 1. Qvorum concordia momentanea ex periculi ſocietate conflata cum periculo fuit abolita.

Nota 2. *Syncretiſmus ergo Politicus* eſt pax profana, qvam partes diſſidentes adverſus communem hoſtem ad tempus ineunt, odiis & injuriis, belli cauſis, interea remanentibus.

Nota 3. *Syncretiſmus Theologicus* eſt Concordia Eccleſiaſtica, ubi non ſolùm opinionum contradicentium concluſio, ſed etiam inprimis partium diſſidentium, non obſtante diſſidio, in Concordiam fraternam coalitio intenditur. Cujus conſeqvens eſt confuſio religionis peſtilentiſſima.

§. 2. Syncretiſmus eſt periculoſiſſimus.

Ratio eſt, qvia nondum ſublata diſſidiorum cauſâ non tollitur, ſed ſolùm ad tempus ſuſpenditur effectus. Confer de Concordia Eccleſiaſtica laudabili comm. in Form. Conc. p. 1687. & qvidem fundamentali, ejusqve mediis, perſonis, ſcopo & eventu, l. d.

Poriſma: Ergò Syncretiſmus intolerabilis eſt, & in fundamento fidei diſſentientium impoſſibilis.

I. *Generalis* Luth. Calv. & Pontificiorum cum Photinianis, ſub formula Symboli Apoſtolici contradictoriè explicati. vid. l. d. p. 1693.

II. *Specialis* 1. Lutheranorum & Calv. vid. p. 1694. & infra de Calvinianiſmo, contra Dureum.

2. Lutheranorum & Pontificiorum. vid. p. 1695.

3. Pontificiorum & Calvinianorum p. 1696.

4. Lutheranorum & Photinianorum ibidem. Vid. ibid.

p. 1688.

p. 1688. de fructu Syncretiſmi & conciliationis religionum in Polonia, ubi ſomnium moderationis ſuſtulit auditorum prudentiam, ut tandem alii ad Papatum, alii ad Reformatos, alii ad Socinianorum cœtum transiverint.

Nota: Aliud eſt *moderatio* affectuum, aliud verò *colluſio* cum hoſtibus veritatis, qvam ſeqvitur tepiditas, tandemqve veritatis proditio & deſertio. vid. loco dicto. NB.

§. 3. Syncretiſmus *eſt vel* antiqvior, *vel* recentior. *vide de Interim Oſiandri Hiſtor. Eccleſ. & de ſeductorum technis ſublatis per articulos Viſitatorios & Formulam Concordiæ infra.*

§. 4. Recentiſſimas Syncretiſtarum controverſias, *qvas non ſolùm Rintelenſe Colloqvium, verùm etiam M. A. de Dominis, cum ſuis admiratoribus, & Caſſandri principia multiplicarunt, nemo ignorare poteſt, qvi antidota Theologorum Wittebergenſium & ſcripta Syncretiſtica D. Calovii, B. Dannhaueri, D. Bebelii & aliorum, evolvit. Confer B. D. Kromayeri Locos Syncretiſticos Lipſiæ editos A. 1668. & de Conſiliis Duræi infra Theol. Calvin. nec non, qvæ ſupra in Theol. Poſit. art. 5. de Scriptura S. & ſeq. inprimis verò de Chriſto, de S. Cœna, de Baptiſmo, de Electione, juſtificatione, B. Operum neceſſitate, de peccato originis, &c. adducta ſunt, & in Iſag. Carpzoviana in lib. Symbolicos; nec non in commentario in Formulam Concordiæ NB.*

§. 5. *Qvia verò, dum hodie non rarò hic ait, ille negat: & non pauca laudantur ab his, culpantur ab illis, imò & emolliuntur, & excuſantur à nonnullis duriora, aut conſeqventia negantur; ideo tyronem, ne animus præoccupetur, aut præconceptis opinionibus ipſa lædatur veritas, inprimis decet* cauta diſcretio qvæſtionis juris & facti.

Nota 1. *Qvæſtio juris eſt*, num jure hoc vel illud dogma, ſalvâ Scripturæ veritate & librorum Symbolicorum autoritate, poſſit defendi, & qvidem non ſine horrendo infirmiorum ſcandalo, ab illis, qvi ad normam docendi in libris Symbolicis repetitam, ſolenni juramento ſunt adſtricti?

Nota

Nota II. *Quæſtio facti eſt*, num hic vel ille Theologus, aut Philoſophus, in his, vel aliis verbis, hoc vel illud dogma, Scripturæ veritati & autoritati librorum Symbolicorum contrarium, in hoc vel illo ſcripto, vel directè, vel indirectè, aut per ipſos terminos eorumqve everſionem, aut per evidentem contradictionem, aut per inevitabilem conſeqventiam, ſive affirmaverit, ſive negaverit; ita, ut manifeſti erroris imputati legitimè poſſit convinci? Confer, qvæ de convictione dicta ſunt ſupra in proceſſu diſputandi, ejusqve appendice Titulo 7. NB.

Nota III. *Quæſtio juris* facilè deciditur ab illo, qvi juramenti memor attendit verba Formulæ Concordiæ ſeqventia, qvæ habet

I. *Præfatio:* Derowegen wir uns vor dem Angeſicht Gottes/und der gantzen Chriſtenheit bey den itzt Lebenden/ und ſo nach uns kommen werden/bezeuget haben wollen/ daß dieſe itztgethane Erklärung von allen vorgeſetzten und erklärten ſtreitigen Articuln / und kein anders / unſer Glaube/Lehr und Bekäntnis ſey / in welcher wir auch durch die Gnade Gottes mit unerſchrockenen Hertzen für dem Richterſtul Jeſu Chriſti erſcheinen / und deßhalben Rechenſchafft geben wollen.

II. *Compendiaria normæ explicatio:* So viel die Trennung in Glaubens-Sachen belanget/ zu unſern Zeiten eingefallen/ halten wir vor den einhelligen Conſens und Erklärung unſers Chriſtl. Glaubens und Bekäntnis / als dieſer Zeit unſer Symbolum, **die erſte ungeänderte Augſpurgiſche** Confeſſion, ſamt derſelben Apologia, Schmalkaldiſchen Articuln/kleinem und groſſen Catechiſmo Lutheri / wozu hiernechſt kömt die Formula Concordiæ.

Nach dieſer Anleitung ſollen alle Lehren angeſtellet/und was derſelben zuwider / als **unſers Glaubens einhelliger Erklärung entgegen / verworffen und verdamt werden.**

III. *Plenior exegeſis:* Ubi monet, daß der ernſtliche Streit über hochwichtige Irrthum nie ohne groſſe Aergernis beyde der Unglaubigen und Schwachglaubigen abgegangen. Et addit: Inmaſſen heutiges Tages unſere Widerſacher die Papiſten / über denen Spaltungen / ſo unter uns entſtanden / frolocken/ der unchriſtlichen und vergeblichen Hoffnung / als ſolten dieſe Uneinigkeiten zu endlichem Untergang der reinen Lehre gereichen; die Schwachgläubigen aber ſich darob ärgern/ und eines Theils zweifeln/ ob die reine Lehre bey uns unter ſo groſſen Spaltungen

gen ſey/ eines Theils nicht wiſſen/ welchem Theil ſie in den ſtreitigen Articuln beyfallen ſollen. **Denn die eingefallene Streite nicht nur Mißverſtände oder Wort-Gezänck ſeyn** / dafür es etliche halten möchten/ **da ein Theil des andern Meynung nicht gnugſam eingenommen hätte** / und ſich alſo der Span allein in etlichen **wenig Worten / an welchen nicht viel gelegen** / hielte; **ſondern es ſind wichtige und groſſe Sachen** / darüber geſtritten worden / und alſo geſchaffen / **daß des einen und irrenden Theils Meynung in der Kirchen Gottes nicht kan noch ſoll geduldet / noch viel weniger entſchuldiget oder beſtritten werden.**

Derwegen die Nothdurfſt erfodert/ ſolche ſtreitige Art. aus Gottes Wort und bewehrten Schrifften alſo zu erklären / daß männiglich / ſo eines Chriſtlichen Verſtandes/ mercken könne/ welche Meynung in den ſtreitigen Puncten / dem Wort Gottes/ und der Chriſtlichen Augſpurgiſchen Confeſſion gemäß ſey/ oder nicht/ und ſich alſo guthertzige Chriſten/ denen die Warheit angelegen/ für den eingeriſſenen Irrthumen und corruptelen / haben zu verhüten und zu verwahren.

Nota IV. *Quæſtio facti* **reqvirit attentam ſcriptorum utriusqve partis lectionem, & accuratum judicium, cum exactiſſima genuini controverſiæ ſtatus formatione. De qva dictum eſt in Proceſſu diſputandi. Confer Hieronymi & Auguſtini certamina ſup. Tit. de Schiſmate, & D. Martini Chemnicii judicium de qvibuſdam controverſiis, denuò editum Jenæ in 4. An. 1676.**

§. 6. *Periculoſam incauti lectoris deceptionem excludere poteſt ſumma articul. Syncretiſticorum, B. Kromayeri & accurata Librorum Symbolicorum repetitio, nec non prudens phraſeologiæ novantiqvæ collatio. Qva in parte meritò laudanda eſt B. Carpzovii diligentia, ex commentario in libros Symbolicos conſpicua, maximè verò ex notis ad Auguſtanam Confeſſionem, ejusqve Apologiam.*

§. 7. *Huc etiam faciunt Canones ſeqventes.*

Canon 1. Præſtat Chemniciana ſimplicitas, qvàm affectata novitas.

Canon 2. Phraſeologiam librorum Symbolicorum, unanimi conſenſu receptam, mutare & temerarium & periculoſiſſimum eſt.

Canon

Canon 3. Corrigere lingvam & mentem retinere orthodoxam jubet ipſa veritas.

Canon 4. Sceleratum eſt, cum noveris pium & ſanum eſſe alicujus ſenſum, ex verbis incommodè dictis ſtatuere errorem, Lutherus T. 1. Witteb. Lat. f. 415. Diſp. de 2. nat. §. 34. An. 1541.

SECTIO II. SPECIALIS.

§. 1.

T*Heologiæ Polemicæ Sect. 2. Specialis ſpeciales continet veritatis adverſarios.*

§. 2. *Speciales adverſarii veritatis deprehenduntur vel extra Eccleſiam, vel in Eccleſia.*

§. 3. Extra Eccleſiam *occurrit* claſſis 1. *ubi conſiderandus eſt, 1. Gentiliſmus. 2. Judaiſmus. 3. Turciſmus.*

§. 4. In Eccleſia *occurrit* claſſis 2. *ubi occurrit 1. Papiſmus. 2. Calviniſmus. 3. Photinianiſmus. 4. Arminianiſmus. 5. Enthuſiaſmus, cum Schwencfeldianiſmo, Weigelianiſmo & Qvackeriſmo. 6. Anabaptiſmus.*

CLASSIS I. TITULUS I.
De Gentiliſmo.

§. 1.

GEntiliſmus eſt abyſſus tenebrarum, idololatriæ & ſeductionis diabolicæ.

Nota 1. *Gentiliſmus* Chriſtianiſmo contradiſtinctus notat illos, qvi neglecto Evangelii præconio ad omnes gentes ſpectante Matth. 28. adhuc in tenebris & umbrâ mortis, ſine verâ veri Dei agnitione ejusq; cultu ſedent Luc. 1. vid. Rom. 1. & 2.

Nota 2. *Gentiliſmus eſt abyſſus* & profunditas horrendæ corruptionis humano ingenio inexplicabilis.

Nota 3. *Gentiliſmus eſt abyſſus tenebrarum*, cum excluſione luminis gratiæ & gloriæ horribili.

Nota 4. *Gentiliſmus eſt abyſſus idololatriæ*. Cujus exempla oſtendunt Centuriæ Magdeburgenſes, Hiſtoria Sinenſium, Japonica, Ludov. Gottfridi Hiſtoria Antipodum, Dapperi Africa & America, Hiſtor. navigat. in Indiam Occid. & Orientalem. Rogerii Heydenthum / Franciſci Luſt-Garten / Mornæus de Veritate religionis, Varenius de Gentiliſmo, Micrelii Syntagma, Seldenus de Diis Syris, Euſebius de præparatione Evangelica, Auguſtinus de Civitate Dei, Lactantius, Arnobius, Minutius Felix, & alii ferè innumeri. Conf. Theatrum Beyerlingii &c. & Dietericum in lib. Sapient. NB.

Nota 5. *Gentiliſmus eſt abyſſus ſeductionis Diabolicæ*. Qvod inprimis patet I. *qvia Diabolus eſt Dei Simia*. vid. Tract. Montacutii, & Dilherri. Et qvidem

1. *Generaliter*, poſtulans cultum adorationis Matt. 4. tam internum qvàm externum.

2. *Specialiter*, ex imitatione Hiſtoriæ ſacræ

1. *Ratione perſonarum*. Sicut enim Dei filius erat Adamus, ſic Satan Deorum varios ſomniavit filios. *Noah* mundum & deſtitutum vidit & reſtitutum: Hinc *Janus* bifrons confictús eſt. *Turris* Babel *Gigantes* cœlum oppugnantes produxit. *Simſon* factus eſt *Hercules*; *Jonas* Orpheus &c.

2. *Ratione Locorum*. Templo Hieroſolymitano oppoſitum eſt Epheſinum, & alia innumera: Oraculis divinis præferebatur Delphicum &c.

3. *Ratione Rerum*. Ex Iſaaci oblatione horrenda extiterunt ſacrificia Molocho oblata, & ſexcenta alia. Confer templa, ſacrificia, pœnitentiam, Confeſſionem, ſatisfactionem &c. Indorum, à Ludov. Gottfrido deſcripta in Hiſtoria Antipodum, fol. 34. ſeq. & Qvinti Curtii mortem pro patriâ oblationi & ſatisfactioni Salvatoris noſtri conformatam. Unde & liber, cui Titulus: Geſta Romanorum, cum moraliſationibus, ait: Iſte Qvintus Curtius eſt Dominus noſter JESUS CHRISTUS, &c.

II. *Qvia idola horridiſſima ferè ſunt innumera*. Qvæ B. Meiſnerus in præcognitis Theol. Diſp. 7. de Gentiliſmo, ad certas claſſes reduxit. Dantur enim Dii 1. *Ma-*

1. *Majorum gentium* XII. ab Ennio enumerati:
Juno, Veſta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars,
Mercurius, Jovis, Neptunus, Vulcanus, Apollo.
Qvibus alii & Bacchum & Saturnum annumerare ſolent.

2. *Minorum gentium*, qvi obſcuriores, & à paucioribus coli ſolebant. Dantur & porrò

1. *Cæleſtes*, Sol, Luna & Stellæ tam erraticæ, qvàm fixæ.

2. *Inferi*, ut Furiæ, Parcæ, Pluto, Proſerpina, Cerberus, Charon, Minos.

3. *Terreſtres*, montani, Sylvani, Paſtorum Pan, agricolarum Fauni, florum &c. Flora, Ceres, & qvæ naſcuntur in hortis Numina, cepe &c. Virtutum, Svada, Urbium, morborum &c.

4. *Aqvatici*, Dagon, Nymphæ, &c.

III. *Qvia furor perſecutionis Chriſtianorum ferè eſt incredibilis.* Qvâ de re agunt Centuriæ Magdeburgenſes, Dorſchei admiranda mortis Chriſti, & Gymnaſium Patientiæ. Imò eò proceſſit inſania idololatrarum, ut exiſtimaverint, *Chriſtianorum nomen eſſe abolitum.* Confer Inſcriptiones Adolphi Occi, & ibidem Numiſma *Diocletiani*, cum Inſcriptione: Amplificato per Orientem Imperio Rom. & *Nomine Chriſtianorum deleto*, qvia Rempub. evertebat. Item: *Superſtitione Chriſti ubiqve deletâ*, & cultu Deorum propagato. Contrarium verò ex tot idololatrarum converſione demonſtrant ſingulæ Centuriæ Magdeburgenſes.

§. 2. Stoliditas gentiliſmi plana eſt, *qvia inſanum eſt colere mortales, & immortalitatem ab illis expectare, qvorum vita morti ſubjecta ipſo facto docet, nullam eſſe impotentis omnipotentiam. Confer argumenta Pauli Actor. 17. NB. & qvæ Minutius Felix in Octavio, Auguſtinus in lib. de Civ. Dei, Arnobius, Lactantius, Euſebius de præpar. Evang. & alii idololatris oppoſuerunt. Qvos meritò rident, dum ab idolis & defunctis ea expectant, qvæ nunqvam ipſi habuerunt: & vel unius januæ cuſtodiam tribus Deaſtris commendant, atq; eo ipſo fatentur miſerabilem tanti cuſtodis impotentiam. Cur enim non ſufficeret unicus? Cur Forcatulo Collegæ adiungendi ſunt? Qvæ verò de* miraculis *excipere ſolent,*

illa in ſingulis Centuriis Magdeb. expoſita ſunt. Confer Theolog. Poſ. art. de miraculis NB. Nec obſtant oracula. *Hæc enim adveniente Chriſto obmutuerunt. vid. Mülleri Judaiſm. p. 431. & Ludov. Gottfridi Hiſtoriam Antipodum p. 67. ubi memorat, qvod Indis non reſponderit Satan, poſt adventum Hiſpanorum, qvos nec per Magos qvidem lædere poterat.*

§. 3. Converſio gentilium ſoli divinæ veritati tribuenda eſt, *Rom. 1, 16. Vide exemplum philoſophi ſup. Theol. Polem. Sect. 1. Tract. 3. §. 5. & ſingulas Centurias Magdeb. Inprimis verò Acta Apoſtolica. Mülleri Judaiſm. p. 421. ad p. 445. Philip. Nicolai de regno Chriſti, & Hiſtor. Navigat. Ind. Confer de legatis Papæ in Americam Menzerum Exeg. A. Conf. p. 397. & Gerh. L. de Eccleſia.*

Poriſma: Ergò coactio per carnificem non eſt converſio. Confer Meiſneri Philoſ. Sob. part. 3. p. 972. Gerhardi Confeſſ. Cathol. Tomo 1. p. 825. & Tomo 6. LL. p. 846. Nec obſtat ἀναγκάζειν Luc. 14, 23. nôtis gen. Qvia ad cœnam invitatio non eſt vel lictoris ligatio, vel carnificis trucidatio. Proinde obſtat carnificinæ ejusmodi & *vocis ſenſus, & uſus, & Salvatoris ſcopus.* Nam

I. *Senſus* hujus verbi generalis eſt, adeoqve non determinatus, & proinde minimè violentus, ſed objecto conveniens: ἀναγκάζω enim eſt *cogo formaliter, & neceſſarium aliqvid eſſe oſtendo,* (ἀνάγκη neceſſitas, 1. Cor. 7, 26.) *in moralibus moraliter, in violentis verò violenter.* (Huc facit cognatum ἄγχω, cogo, conſtringo. Neceſſitas enim eſt coactio, qvia nemo ex neceſſitatis manibus eluctari poteſt, & ἀνάσσω, regno, qvia in omnibus rebus dominatur neceſſitas.) Unde abſurdiſſima eſt concluſio: Compellendi & cogendi ſunt convertendi, ergò violenter cogendi ſunt per lictores & per carnificem. Cogendi enim ſunt per rationes cogentes, non verò per catenas, qvia Homines ſunt, non verò beſtiæ.

II. *Uſus hujus verbi eſt accommodus*

1. *Subjectis*, aliter enim cogit Verbi miniſter, peccatoris converſionem qværens, aliter Magiſtratus rebelles compeſcens, aliter Carnifex ſceleratum ſupplicio afficiens, aliter Pater filium increpans; aliter Medicus antidotum offerens; aliter Conſiliarius conſilium ſuperiori com-

communicans; aliter Herus vel Paterfamiliàs ſervum minis & pœnis adigens, ut faciat officium.

2. *Objectis.* Nam compellendi ſunt peccatores, errantes, convertendi & cogendi

1. *per Verbi Miniſtrum*, crebrâ ſvaſione, Gal. 6, 12. c. 2, 14. arguendo, adhortando, comminando, & oſtendendo, neceſſariam eſſe converſionem ob DEI præcipientis majeſtatem, periculi gravitatem, &c.

2. *per Magiſtratum*, qvi nec blaſphemos recipit, nec promiſcuè tolerat, nec ſeductores fovet, ſed coërcet, pœnis compeſcit, & incorrigibiles ejicit.

3. *per Patrem familiàs*, cujus eſt monere conjugem, liberos, ſervos &c. & errantis ſalutem debitâ diligentiâ promovere.

III. *Scopus Salvatoris* Luc. 14. eſt oſtendere officium ſervi fidelis, convivas ad Cœnam invitantis, nötigen/und die Sache nötig machen/ daß man ſich nicht könne durch Entſchuldigung loß machen/ Rom. 2. ubi nemo vel flagra, vel lictores, vel carcerem adhibet, vel carnificem. Unde patet, qvod cogere & compellere violentum h. l. ſit ἄγραφον, ἀντίγραφον, atqve ἄλογον. Ut taceam, regale divinum eſſe dominari conſcientiis, ſcire futura, & facere aliqvid ex nihilo, judice Stephano R. Poloniæ. Neqve enim qviſqvam ad ſpeciem actus myſtici ſive ad aſſenſum vel diſſenſum, violenter *cogere vel poteſt* inferiorem (qvia aſſentiri & diſſentiri non eſt in noſtra poteſtate. Deus enim dat velle & perficere credenti, Philip. 2.) *vel debet*, qvia coget hac ratione nondum ſufficienter informatum peccare contra conſcientiam, & facilius efficiet hypocritam, qvàm Chriſtianum verè credentem.

TITULUS II.
De Judaiſmo.

§. 1.

G*Entiliſmum excipit Judaiſmus.*

§. 2. Judaiſmus eſt veritatis revelatæ tum per traditionum pleonaſmum, tum per defectum cognitionis Ev-

angelicæ doctrinæ *ob univerſi N. Teſt. rejectionem pertinaciſſimam* horrenda corruptio, *cujus pœna eſt juſtiſſima induratorum excæcatio, Synagogæ rejectio, & impœnitentium atq; finaliter incredulorum æterna damnatio.*

Nota 1. Judæi dicuntur à Juda, Gen.49.

Nota 2. Qvo major erat priſtina Judæorum gloria, eo major illorum hodierna eſt miſeria. vid. Rom.9. Dan.9.

Nota 3. Principium hujus mali eſt Meſſiæ rejectio & ſalutis ex operibus expectatio, Rom.9.

Nota 4. Finis & eventus eſt pœna Judæorum juſtiſſima, videlicet totius populi rejectio à regno gratiæ, & impœnitentium excluſio à regno gloriæ, Rom.9: non erunt populus, qvorum erant patres, & λόγια Θεȣ̃. Matt. 8. ejicientur in tenebras.

§. 3. Accuratior Judaiſmi conſideratio ſummè neceſſaria eſt Theologo *tum ob Theologi informationem, tum ob Chriſtianorum cautionem, tum ob Judæorum refutationem & converſionem. vid. Rom. c. 9. 10. & 11. & infra §. 6. & 7.*

Nota 1. Informatio Theologi ex Judæorum ſcriptis non contemnenda eſt. vid. Pokoke, Ligtfoot, Wagenſeil, Seldenus, Lexicon Rabb. Buxtorfii & Ottonis. Qvâ de re dictum eſt ſupra p. 112. de dictis Rabbinorum. Ubi tamen addenda eſt cautio: *Ne qvid nimis.*

Nota 2. Judæorum miſeria ſæpius auditoribus inculcanda eſt, exemplo Pauli Roman. XI. Confer Lutheri monita in Explic. Evangel. Dominic. 10. Trinit. & Hiſtoriam deſtructionis Hieroſolymitanæ ex Joſepho & Egeſippo collectam.

Nota 3. De refutatione & converſione Judæorum agitur infra §. 6. 7.

§. 4. Judaiſmi natura *attendere jubet*

I. *Morbum*, ſimulqve errorum Judaicorum Summarium.

II. *Antidotum* & refutationis Methodum.

III. *Fructum* & eventum, qvi eſt ſpes converſionis.

§. 5. Morbum Judaiſmi *peſtilentiſſimum oſtendit ſummarium præcipuorum errorum, qvi reſpiciunt 1. Theologiam. 2. Anthropologiam. 3. Chriſtologiam.*

Canon

Canon 1. *Theologia* Judæorum eſt corruptiſſima, qvia Dei revelatam unitatem revelatæ Trinitati opponunt. Utraqve enim credenda eſt, uti patet ex Theol. Poſit. art. XI. ad XV.

Canon 2. *Anthropologia* Judæorum eſt corruptiſſima, qvia ſalutem gratuitam contemnunt, fidem ignorant, & gratiam atqve gloriam ex operibus legis qværunt, Rom. 9. vid. Theol. Poſit. art. 92. & 93.

Canon 3. *Chriſtologia* Judæorum planè nulla eſt, qvia

1. Meſſiam mundanum ſibi fingunt, qvem non θεάνθρωπον, ſed ψιλάνθρωπον Salomone potentiorem ſomniant, à qvo nec gratiam nec gloriam, ſed ſolùm temporalem liberationem expectant. Qvâ de re agit Theol. Poſ. art. 40.

2. Meſſiæ ſatisfactionem pro peccatis ignorant, contra Eſa. 53. vid. Theol. Poſ. art. 53.

3. JESUM CHRISTUM Mariæ Filium eſſe unicum Meſſiam & Salvatorem totiꝰ mundi pertinaciſſimè negant, contra evidentiſſimam demonſtrationem, qvæ habetur Theolog. Poſitiv. articul. 41. & 40. Imò duplicem Meſſiam fingunt.

§. 6. Antidotum *hujus morbi & methodum refutandi Judæos Noſtri paſſim oſtendunt, inprimis verò Judaiſmus D. Johann Mülleri, editus Hamburgi An. 1644. in 4. ubi poſt præfationem de Judæorum Converſione occurrunt*

I. *Prolegomena* 1. de libris Vet. Teſt. 2. de Daniele. 3. de Targumim. 4. de Talmud. 5. de Rabbinis. 6. de Cabbala & Schemhamphoras. 7. de Maſora & Maſoretis. 8. de Sectis Judæorum. 9. de Sanhedrim. 10. de Urim & Thumim, 11. de Nomine Jehova. 12. de LXX. Interpretibus.

II. *Tractatio ipſa* continet

I. *Qvæſtiones fidei*, ubi lib. 1. agitur de Meſſia per 31. capita.
lib. 2. - - de SS. Trinitate per c. 5.
lib. 3. - - de libris N. T. per c. 4.

II. *Qvæſtiones Morales*. 1. de Judæorum habitatione inter Chriſtianos. 2. de eorum domiciliis, qvæ ipſis à Chriſtianis ob qvæſtum conceduntur. 3. de Judæorum infantibus baptiſandis. 4. de Synagogis. 5. de Medicis Judæorum. 6. de uſura. 7. de ſervis ex Chriſtianis. 8. de juramentis. 9. de mercatura. 10. de libris. 11. de Cabbala ejusq; uſu.

Qvi-

Digitized by Google

Qvibus addi poſſunt Prolegomena Münſteri in Evangel. Hebr. Matthæi, & Antonii Hulſii Theologia Judaica de Meſſia Bredæ in 4. An. 1653. edita, Chriſtiani Gerſonis Tractatus Germanicus. Hiſtoria de Philippo & Theodoſio in fine operum Lactantii edit. Venetæ A. 1509. in fol. Confer Selneccerus in Pſal. 110. f. 104. & teſtimonium Joſephi, nec non Herbani, qvod refert D. König in Caſ. Conſcient. p. 30. NB. ex Diſp. Gregentii.

Poriſma: Methodus itaqve refutandi Judæos convenientiſſima erit, qvæ ex invictis Scripturæ V. T. oraculis neceſſitatem ſalutis per ſolum Meſſiam, eumqve jam ante 1600. annos veniſſe, demonſtrat, vid. Theol. Poſit. art. 40. & ex Meſſiæ attributis diſtinctas Deitatis perſonas dari oſtendit. vid. art. XI. ad 15.

Cujus rei ſpecimen exhibet Judaiſmi Præfatio D. Mülleri, ubi oſtendit ſeqventia argumenta Judæis inſolubilia.

I. Judæus aut per Legem, aut per ſacrificia, aut per fidem in Meſſiam ſalvandus eſt. Sed non per Legem, qvam implere neqvit; neqve per ſacrificia, qvia ceſſarunt: qvorum efficaciam preces ſupplere neqveunt, qvia nihil de hoc ſupplemento revelatum eſt. E. per fidem in Meſſiam.

II. Qvamdiu non ceſſabit dies & nox, tamdiu non ceſſabit regnum Davidis, ſed filius Davidis ſedebit in ſolio Iſraelis, ex Jer. 33, 17. 20. Atqvi per 1600. annos poſt deſtructam Solymam non ceſſavit dies & nox. E. non ceſſavit regnum Davidis.

Cum verò Rex Iſraelis non detur temporalis aut Politicus, utiq; agnoſcendus erit myſticus & æternus ex Pſal. 110. & Luc. 1. niſi negare velimus Dei veraciſſimi veritatem.

III. Serpens Evam ſeducens non fuit merè phyſicus, ſed ſub naturali latens infernalis. E. & contritor hujus capitis ſerpentini Meſſias non poteſt eſſe nudus homo, ſed Diabolo major ſolus verus DEUS, Geneſ. 3, 15.

IV. Finis & terminus ſacrificiorum Meſſiæ adventum determinans à Daniele prædictus ante 1600. annos adfuit, teſte experientia. E. Meſſias venit ante 1600. annos: qvia adventus ejus & nativitatis locum Bethlehem, & templum Hieroſolymitanum reqvirebat, qvorum jam neutrum ſupereſt.

Canon:

Canon : Violenta Judæorum converſio inanis eſt & à Chriſtianiſmo prorſus aliena. vid. ſup. de Gentiliſmo §. 3. NB.

§. 7. Fructum *& eventum accuratæ refutationis Judæorum oſtendit ſpes converſionis.*

Canon 1. *Converſio Judæorum eſt poſſibilis* ex mediorum ſufficientiâ & exemplorum copiâ. Ubi inprimis eminet exemplum Gerſonis, ſupra allatum Theol. Poſ. art 5. §. 18. NB. p. 223.

Canon 2. *Converſio Judæorum ficta paſſim obvia ; vera rarior; conſtans verò rariſſima.* Confer monita de baptiſmo Judæorum in Conſil. Dedekenni.

Canon 3. *Converſio Judæorum univerſalis ante mundi finem incerta eſt.* Vid. Müller. Jud. Reſp. ad Rom. XI. in præfatione Judaiſmi, & formationem ſtatus controverſiæ in Theol. Exeget. lib. 2. c. 5. de reqviſitis Logicis Tit. 2. ubi oſtenditur 1. qvid ſit converſio Judæorum præciſè & formaliter conſiderata. 2. qvod converſio determinata, qvoad modum, ſubjectum, & terminum, ab illâ ſit diſtinctiſſima. 3. qvod prædictio actus præciſè conſiderati, tempore Pauli adhuc futuri, non ſit prædictio actus determinati ratione modi, ſubjecti & termini, adeoqve adhuc futuri, & hodiè, paulò ante conſummationem ſeculi infallibiliter expectandi.

TITULUS III.
De Turciſmo.

§. 1.

TUrciſmus *eſt falſa religio variis ſuperſtitionibus abundans, qvam Mahomed ex Chriſtiana, hæretica & Judaica mixtura conſarcinavit, & in Alcorano propoſuit.*

Nota 1. *Turca* deducitur à קדר qvod nomen Iſmaelis filius ſecundus habuit, Gen. 25, 13. qvia & funeſta & obſcurata eſt Turcarum colluvies: vel potius à דרך, qvia omnia conculcare conatur. Confer German. Truck / der der Kirchen in Orient den letzten Druck gegeben / cum veri Chriſtianiſmi exilio & ſuffocatione. Confer Türckenfall /

Mmmmmmmm part. 1.

part. 1. NB. ubi & de Gog & Magog dictum eſt ex Ezech. 38. & Apocal. 20. vide Jovium & Leonclavium, & Legat. Turcicam Cruſii, ut & Soranzium.

Nota 2. *Mahomed* fuit Iſmaelita obſcurus, cujus ſocii erant Sergius Monachus Arrianus, & Johannes Neſtorius, ac Judæus qvidam Talmudiſta impius. vid. Centur. 7. Magdeb. col. 595. Hottingeri Hiſtor. Eccl. & Schvveiggeri Alcoranum.

§. 2. Principium & *ſumma religionis Turcicæ eſt Alcoranus, qvi ortum ſceleratiſſimis illis qvatuor-viris debet, de qvibus §. 1. dictum eſt.*

Nota 1. *Alcoranus* eſt liber pſeudo-dogmaticus, ab impoſtore Muhammede idiomate Arabico conſcriptus, & ab Abubecro in ordinem redactus, ut eſſet Muſulmannis (Μουσουλμανίζειν eſt profiteri religionem Muſulmannicam) norma religionis & morum. Muſulmann verò vocatur Turca, Muſallam Arab. ſalvatus à periculo, Hebr. שלם, qvia Muhammedes gladio ſua dogmata propagabat, & jubebat interfici omnes negantes hoc dogma: Non eſt Deus, niſi Deus, & Muhammed Apoſtolus ejus. Qvi verò ex Chriſtianis aut Judæis ſe Turcis adjungunt, illi non Muſulmanni vocantur, ſed Mamluchi.

Nota 2. *Alcoranus* dicitur ex Arab. אל & קארן lectura, ſive lectio, aliàs Alfurkan, eò, qvod lectiones contineat.

Nota 3. *Alcoranus* habet certa Segmenta, qvæ vocantur Azoara, & Surata, (qvod gradum ſive penſum notat.) Habet verò Suratas CXIV. (Latinus Interpres numerat CXXIV.)

Nota 4. *Summa* Alcorani oſtendit, qvod ſit confuſum chaos, abundans hæreſibus, nugis, blaſphemiis, fabulis, & variis legibus atqve conſtitutionibus. Cujus verſionem Schvveiggerus & alii, inprimis Bibliander, Widmanſtadius &c. exhibent. vid. Cent. 7. Magdeb. col. 595. ad 653. & Cent. 8. col. 897. Oſiand. Centur. 7. Confer de diſſenſu Turcarum & variâ Alcorani explicatione Adam Olearii Perſianiſche Reiſe.

§. 3. Media propagandi *Turciſmum ſunt violentia & fraudulentia.*

§. 4. Antidota Turciſmi *ſunt oracula Scripturæ Sacræ infal-*

infallibilia. Quæ meritò ipſis opponimus: nec non Mahomedis confeſſionem, quod ipſe Chriſtum adoret. vid. Franz. Interpr. Scripturæ p.183. Confer D.König Caſus, p.33. ſeq.

Canon: Violenta Turcarum converſio à Chriſtianiſmo aliena eſt. vid. ſup. de Gentiliſmo, §. 3. NB.

§. 5. Terminus Turciſmi eſt terminus univerſi. *Quæ verò, qualis & quanta Turciſmi ante adventum Chriſti ruina expectanda ſit, docet Ezechiel c. 38. & Johannes in Apocal. c. 20. Confer D. Hoë comm. h.l. &* Türckenfall *NB.*

CLASSIS II. TITULUS I.
De Papiſmo.

Papiſmi notanda ſunt 1. Summa 2. Antidota 3. Stratagemata cum remediis.

CAPUT I.
Summa Papiſmi.

PApiſmus eſt revelatæ veritatis per pleonaſmum traditionum perverſio: & gratiæ Evangelicæ atque meriti Chriſti, per merita humana everſio, uti patet

I. Ex Concilio Tridentino.

Cujus notanda eſt

I. *Hiſtoria* edita ſub nomine Petri Svavis. Initium factum eſt An.1545. Menſ. Decembr. finis eod. menſ. Dec. d.3. A. 1563.

II. *Summa* vid. Decreta Concil. Trid. edit. in 8. A.1596. Antverpiæ; ubi oſtenditur inprimis Decretum de Symbolo fidei, Seſſ. 3. de Canonicis Scripturis, Seſſ. 4. de pecc. originali Seſſ. 5. de juſtificatione Seſſ. 6. de Sacramentis Seſſ. 7. ubi & de Baptiſmo, Confirmatione, & de

Euchariſtia Seſſ. 13. de pœnitentia & extrema unctione Seſſ. 14. ubi & de ſatisfactione. De communione ſub utraqve, Seſſ. 21. de ſacrificio Miſſæ, Seſſ. 22. de Sacramento ordinis, Seſſ. 23. de Sacramento Matrimonii, Seſſ. 24. de purgatorio, Seſſ. 25. ubi & de invocatione, veneratione & reliqviis ſanctorum, & de ſacris imaginibus, de indulgentiis, jejuniis, feſtis, indice librorum, Catechiſmo, breviario, & Miſſali.

II. Ex Bellarmino.

Cujus Tomi 4. Controv. editi ſunt Coloniæ in fol. A. 1628. ubi habetur

Tomo I. Controverſia

1. De verbo DEI ſcripto & non ſcripto libri 4. ubi lib. 1. de libris S. cap. 20. lib. 2. de verſionibus c. 16. lib. 3. de Interpretatione c. 10. lib. 4. de traditionibus c. 12.

2. De Chriſto Capite totius Eccleſiæ, ubi lib. 1. contra Arrianos, c. 20. lib. 2. de Filio & Spir. S. c. 30. lib. 3. de incarnatione c. 20. lib. 4. de anima Chriſti, c. 16. lib. 5. de mediatore c. 10.

3. De Summo Pontifice, capite militantis Eccleſiæ, ejuſqve poteſtate libri 5.

Tomo II. Controverſia

1. De Eccleſia militante, tum in Conciliis, tum in toto orbe. Ubi lib. 1. de Conciliis c. 21. lib. 2. de autoritate Concil. c. 19. lib. 3. de Eccl. militante c. 17. lib. 4. de notis Eccleſiæ c. 18.

2. De membris Eccleſiæ militantis 1. Clericis lib. 1. c. 28. 2. Monachis c. 46. 3. Laicis c. 22.

3. De Eccleſia in purgatorio lib. 1. c. 15. & lib. 2. c. 19. de circumſtantiis purgatorii, & de ſuffragiis.

4. De Eccleſia triumphante, & cultu ſanctorum. Cujus lib. 1. de beatitudine & canoniſatione SS. c. 20. lib. 2. de reliqviis & imaginibus SS. c. 30. lib. 3. de templis, peregrination. feſtis cap. 17. Ubi appendix 1. de S. Pontifice, c. 24. 2. de Translatione R. Imperii libri 3. 3. de cultu Imaginum c. 6. 4. de Indulgentiis lib. 1. c. 14. & l. 2. c. 10. 5. de Formula Conc. Luth. continens mendacia 67.

Tomo III. Controverſia

1. de Sacramentis in genere lib. 1. de natura Sacram. c. 28. l. 2. de numero, c. 32.

2. de

2. de Baptiſmo lib.1.c.27. & confirmatione lib.2.c.13.

3. de Euchariſtia & præſentia Chriſti lib.1. c.14. & lib. 2. de PP. teſtimoniis c.39. lib.3. de præſentia corporis, c.24. lib.4. de Sacramento Euchar. c.30. lib.5. de miſſa c.27. & lib.6.c.27.

4. de Pœnitentia lib.1.c.23. de contritione lib.2. c.18. de confeſſione lib.3. c.21. l.4. de ſatisfactione c.16.

5. de Sacramentis cæteris, de extr. unctione lib.1.c.10. de ordine l.2, c.12. de Matrimonio l.3. c.33.

Tomo IV. Controverſia

1. de gratia primi hominis & ſtatu innocentiæ lib.1. c.19.

2. de gratiæ amiſſione & ſtatu peccati, lib.1. de peccato in genere c.14. l.2. de cauſa peccati c. 18. l.3. de peccato primi hominis c. 12. lib.4. de peccato origin. c. 18. l. 5. de peccato orig. contra Flacium. lib. 6. de pœna peccati c, 16.

3. de gratiæ reparatione & ſtatu juſtificatorum. Ubi lib.1. de gratia & libero arbitrio c.14. l.2. de auxiliis c. 17. lib. 3. de libero arbitrio c.18. lib.4. de lib. arbitrio c. 16. lib. 5. de cognitione veri &c. c. 30. lib. 6. de fide &c. c.15. Et de juſtificatione, ubi lib. 1. de fide c.25. lib.2. de juſtitia inhærente c.16. lib.3. de incertitudine juſtitiæ c.16. l. 4. de juſtitia operum c.21. l.5. de meritis c.22. Et de B. oper. lib.1. de oratione c.19. l.2. de jejunio c.24. lib.3. de eleemoſynis c. 13.

III.° Ex Becano.

Jeſuita Martinus Becanus edidit Manuale Controverſiarum hujus temporis in 8. Monaſterii An. 1624. libris 5. incluſum, ubi præmittit præludium 1. de varia diſpoſitione adverſariorum, & qvomodo cum ſingulis agendum, & 2. de cauſis, qvæ impediunt adverſariorum converſionem 1. ex parte prædicantium, 2. ex ſubtractione calicis, 3. ex onere confeſſionis. Deinde

Libro I. agit cap. 1. de Scriptura, c.2. de Traditionibus, cap. 3. de Eccleſia, c. 4. de capite Eccleſiæ, ubi & de Petro ſucceſſore & R. Pontifice, c. 5. de judice controverſiarum, cap. 6. de Anti-Chriſto, c.7. de invocatione ſanctorum, c. 8. de purgatorio, c.9. de Communione ſub utraqve ſpecie, c.10. de ſacrificio Miſſæ, c. XI. de Sacramentis, c. 12. de vocatione miniſtrorum Eccleſiæ, ubi & de Luthero, c. 13. de cœlibatu,

Digitized by Google

c. 14. de peccato originali, mortali & veniali, c. 15. de libero arbitrio, c. 16. de juſtificatione & fide, ejusqve certitudine, c. 17. de obſervatione Legis, c. 18. de merito B. operum.

Libro II. de Controverſiis Lutheranorum: 1. de ubiqvitate, c. 1. 2. de fide infantium, c. 2. 3. de impanatione c. 3.

Libro III. de Controv. Calviniſtarum: c. 1. de attributis divinis, c. 2. de Chriſto, ejus merito univerſali, imagine &c. c. 3. de prædeſtinatione, c. 4. de gratia, c. 5. de autore peccati, c. 6. de reali præſentia Chriſti in Euchariſtia c. 7. de Baptiſmo infantium, c. 8. de exorciſmo.

Libro IV. de Controv. Anabaptiſtarum, c. 1. de peccato originali, c. 2. de Baptiſmo infantium, cap. 3. de Magiſtr. Politico, cap. 4. de bello Chriſtianis licito, cap. 5. de juramento, cap. 6. de polygamia, cap. 7. de vinculo Matrimonii, cap 8. de animabus juſtorum poſt hanc vitam.

Libro V. de Controv. Politicorum: c. 1. an qvilibet in ſua fide ſalvari poſſit? c. 2. an liceat negare fidem Chriſti ad vitandam mortem? c. 3. an liceat tacere aut ſimulare fidem Chriſti. c. 4. an liceat ſimulare aliam religionem. c. 5. an liceat adorare idola. c. 6. an liceat publicè orare cum hæreticis, & audire hæreticorum conciones, c. 7. aut participare Sacramenta, c. 8. aut eos comitari ad ſepulturam, c. 9. aut carnes cum illis comedere, c. 10. aut cum illis diſputare de fide, c. 11. aut eorum libros legere, c. 12. aut cum illis matrimonia contrahere, c. 13. aut paciſci, c. 14. aut illis fidem ſervare, c. 15. aut illos tolerare, c. 16. aut propter hęreſin punire, c. 17. & Judæos tolerare, c. 18. & num Principes habeant primatum Eccleſiæ, c. 19. ubi de officio illius circa religionem. c. 20. an liceat in aliqvo caſu mentiri. c. 21. an liceat uti æqvivocatione. c. 22. an, qvi juravit, ſe permanſurum in Lutheraniſmo, teneatur præſtare.

Caput II.

Antidota Papiſmi.

Hæc ſunt I. *Genemliſſima.* Nam Q. religio evertit 1. Dei gloriam. 2. ſtudium pietatis. 3. afflictorum ſolatia, illa meritò ſuſpecta, ideoqve vitanda eſt. Qvod de Papiſmo probat Gerhardus in Diſpp. Acad. Exce-

Exceptiones Becani, qvas in præludio 2. affert, inanes ſunt. Qvi enim gloriam Salvatori debitam ejus Matri tribuit: qvi operibus merita tribuit, & Decalogum pervertit: qvi omnem ſalutis certitudinem tollit, ille ab hac accuſatione liberari non poteſt, uti patebit ex ſeqventibus. Confer fidelem admonitionem Theolog. Witteberg. cujus ſummam exhibent antidota ſeqventia.

II. *Antidota generalia.*

Qvæcunqve doctrina & religio 1. Scripturam Sacram poſtponit. 2. principia fidei incerta ſuperaddit (traditiones, Concilia & Patres &c.) 3. Pontificem R. extollit, qvem Eccleſiæ caput, & judicem controverſiarum infallibilem conſtituit. 4. dogmata ἄγραφα (de purgatorio, Sacramentorum numero &c.) 5. ἀντίγραφα (de SS. invocatione contra Matth. 4. de cultu imaginum, de Legis impletione, de meritis operum, de perpetua dubitatione, de communione ſub unâ, de conjugii prohibitione &c.) 6. & ἀντιφατικὰ (de transſubſtantiatione, gemina juſtificatione &c.) defendit. 7. Conſcientiarum torturam per impoſſibilem omnium peccatorum enumerationem inculcat. 8. Magiſtratum & ſubditos jugô ſervitutis premit. 9. dolum malum & fraudes æqvivocationis, atqve violatæ fidei approbat. 10. ſcelera atqve peccata ſeminat, illa omninò fugienda eſt.

Minorem verò de Papatu probat Fidelis Admonitio Theologorum Wittebergenſium An. 1624. edita in 4. p. 87. ſeq. & Gerhardus in Diſp. de Eccleſia. Confer Loc. de Eccleſia. Add. Hunnii Apoſtaſia, Botſac. de Eccleſia, & inprimis ſtattliche Außführung. Huc facit D. Botſacci Cavete Evangelicum, edit. An. 1630. ubi oſtendit, dari in Papatu

I. *ex Decalogo* 1. idololatriam. 2. juramenta in Nomine SS. & vota, 3. Sabbati & Scripturæ S. violationem. 4. obedientiæ everſionem. 5. homicidarum pro pecuniâ abſolutionem. 6. cœlibatus, 7. Simoniæ & indulgentiarum, 8. ut & æqvivocationum defenſionem. 9. pravæ concupiſcentiæ & 10. peccatorum venialium excuſationem.

II. *ex Symbolo* 1. fiduciæ everſionem per dubitationem. 2. Mediatorii officii extenuationem per Mariam & Sanctos. 3. remiſſionis peccatorum incertitudinem.

III. *ex Oratione Dominica.* 1. Nominis div. profanationem. 2. regni

gni Chriſti everſionem. 3. Voluntatis div. perverſionem. 4. panis qvotidiani per Monachos imminutionem. 5. remiſſionis peccatorum labefactationem. 6. tentationum multiplicationem. 7. Liberationis deſtructionem per purgatorium.

IV. *ex Baptiſmo.* Nam etiam hoc Sacramentum variis traditionibus in Papatu fuit contaminatum.

V. *ex S. Cœna.* Ubi varia perverſio occurrit, dum, ablato calicis uſu, Sacramentum in ſacrificium permutatur & panis adoratur. Qvibus accedit perverſio ſtatus 1. Eccleſiaſtici. 2. Politici. 3. Oeconomici. Confer Gerhardi Loc. de Eccleſia, & ſupra Theol. Poſit art. 117. NB. Huc ſpectat etiam ſeqvens B. W. Lyſeri Papiſmus accuratâ diligentiâ 20. Articulis incluſus, cujus neceſſariam refutationem in ſingulis articulis oſtendit Theologia Poſitiva.

Papiſmus D. W. Lyſeri.

ARTICULUS I.

De Scriptura Sacra.

I.

PEr *naturalem notitiam* 1. qvidam ſalvati. 2. qvidam ulteriorem cognitionem de congruo meriti fuerunt. 3. alii accipiunt revelationem. 4. idqve etiam hodie. 5. qvæ præter mandata peculiari ſcripto conſignata.

II. Qvod porrò *ſcriptum*, 1. ab Eccleſia autoritatem accipit, qvam à Deo in ſe non habet, 2. & cùm ipſa verba non ſatis intelligibilia ſint, 3. verum ſenſum, 4. huncq; variantem.

III. *Eccleſia* etiam illa, qvæ nec à Prophetis, nec ab Apoſtolis, nec eorum lingva ſcripta fuere, canonizare poteſt.

IV. Nec tamen laicis, 2. nedum in vernacula lingva, 3. minimè omnium ut norma unica, 4. cum ſit obſcura, 5. & ob imperfectionem, 6. traditionum indiga, 7. judicandi poteſtate deſtituta, proponenda.

Nota: Everſionem horum errorum exhibet Theologia Poſitiva, Articul. 4. 7. & 5. NB.

ARTIC.

Digitized by Google

ARTICULUS II.
De Dei eſſentia, perſonis & voluntate.

I.

DEI *nomen* non eſt proprium. 2. Jehovah etiam,qvi Legatus eſt, dicitur. 3. daturqve præter DEUM unum alius & alia colenda. 4. cumprimis Papa, Deus alter, optimus, maximus, beatiſſimus, ſanctiſſimus. Cui majeſtas divina, omnipotentia & immenſitas convenit, imò etiam æternitas participata dari poſſit.

II. *Elohim* nomen non probat pluralitatem. 2. nec Trinitas ex Sacris probari poteſt. 3. numerusqve in divinitate nihil ponit. 4. Pater præ Filio majoritatem habet, & 5. eſſentia divina nec generat nec generatur. 6. Spiritus S. per dona mittitur.

III. *Præſcientiæ* divinæ certitudo oritur ex prædeterminatione voluntatis divinæ, ratione omnium actionum, etiam voluntatis rationalis, ſive bonarum ſive malarum, ut in has qvoqve voluntas divina influat, tam qvoad ſpecificationem, qvàm qvoad exercitium; denominationem verò à cauſa proxima accipiat.

Refutatio horum errorum oſtenditur in Theol. Poſ. articul. 9. 116. & articul. 10. Tit. 15. & art. 30. 23. & 26.

ARTICULUS III.
De Dei operibus & cultu.

I.

EX *operibus DEI* non effulget 1. vel *Omnipotentia* in creatione, ſecundum rebellionem materiæ agente, nec in conſervatione, cum inferiores cauſæ deficiant, nec in conſummatione, in nihilum non agente. 2. vel *miſericordia* in ſalutis acqviſitione, Chriſti merito inſufficiente, in oblatione ex abſoluto decreto qvoſdam excludente; in applicatione, merita, ſatisfactiones & pecuniam noſtram acqvirente. 3. vel *juſtitia & veritas*, in reſuſcitatione cum brutis communi; in dijudicatione,

ne, imperfectis operum meritis innixâ ; in retributione æternâ mutationem admittente.

II. *Cultu* humanum ſuperante religioſo, immediatè ſic dicto 1. Maria, 2. Angeli, 3. panis Euchariſticus, 4. Sancti, 5. illorumq; imagines, & 6. reliqviæ honorandæ, tum internâ mentis devotione, fiduciâ & ſpe, tum conjunctis externis Symbolis, in invocatione, templorum & altarium extructione.

III. *DEUS* verò non tantùm ſecundum verbi præſcriptum colendus, ſed & electitius cultus adhibendus, imò illi præferendus.

Qvâ de re agit Theol. Poſit. artic. 10. 16. 55. 100. & Theologia Moralis, in explicatione præc. 1. Decalogi.

Articulus IV.

De Creatione, Angelis bonis & homine integro.

I.

Creandi potentiam Deus creaturæ extra ſe communicare poteſt, & potuiſſet ab illo creatura immutabilis ab æterno produci.

II. *Status Angelorum* 1. aliqvis fuit in puris naturalibus. 2. in qvo ſe diſponere potuerunt ad gratiam, & 3. dein in ſtatu gratiæ gloriam promeriti, & 4. per meritum Chriſti in bono confirmati fuere, 5. ut tamen adhuc mererî qveant, juxta 6. certum ſuum ordinem, & 7. diſtincta miniſteria, accuratè hominibus cognita.

III. *Datur aliqvis ſtatus hominis in puris naturalibus*, 2. qvi ſtatus corrupto ſimilis, & 3. in illo omnes animæ ſimul creatæ.

IV. *Ab imagine verò DEI*, qvæ hominis ſubſtantia, 2. differt ſimilitudo in virtutibus conſiſtens, 3. qvæ non fuerunt donum naturale in Adamo, 4. imò in illa etiam erat pugna rationis & appetitus, 5. freno externo coërcenda, 6. nec immortalitas ei fuit naturalis, ſed mors eſt à natura ut cauſa per ſe.

Errores illos refutat Theologia Poſit. art. 17. ad 23. & art. 29. & 30.

Artic.

ARTICULUS V.
De Homine corrupto.

I.

P*Eccatum* non eſt, niſi ſit voluntarium, 2. nec & omne in ſe mortem meretur, cum alioqvin omnia eſſent paria.

II. *DEUS* autem ratione æternæ prædeſtinationis 2. creat æ cum rebellione materiæ, 3. & influxus in actum malum, qvà malum & cædes eſt, cauſa peccati eſt, 4. non enim tantùm malos Angelos in puris naturalibus creavit; 5. ſed & malum habitum in lapſis, unde obſtinatio eorum, creavit.

III. *Lapſus* porrò Adæ neceſſarius fuit, 2. nec fuit peccatum omnium maximum, 3. initium ab incredulitate non ducens, 4. nudam verò privationem ſimilitudinis Dei, ſine contrariâ qvalitate inducens, 5. cujus etiam propagatio non fit per animæ à parentibus generationem, 6. nec pravitas illa propriè peccatum dici poteſt, 7. qvin ne qvidem omnibus etiam meris hominibus inhæret, 8. & in renatis reſidua peccatum non eſt, 9. qvamvis ob illam infantes Chriſtianorum cœleſti gloriâ excludantur.

IV. *Actuale* deniqve peccatum in infantes cadere neqvit, 2. & eſt tantùm illud, qvod externo opere committitur, 3. poteſt tamen aliqvod ex ſua natura veniale, 4. & homo in hac vita ab omni peccato immunis eſſe, 5. Peccatum verò in Spiritum S. irremiſſibile eſt, qvia peccans in ſe non habet, unde remiſſionem mereatur. Vid. refutatio in Theol. Poſit. art. 29. 30. 31. ad 37.

ARTICULUS VI.
De Homine reſtaurando.

I.

L*ibertas arbitrii* cum aliqva neceſſitate ſtare neqvit, 2. & illa per lapſum tantùm debilitata, 3. tantaqve adhuc poſt lapſum, ut ve-

ram fidem ſine revelatione etiam habere poſſit, 4. vel etiam ſine Chriſto aut ejus cognitione ſalvari, 5. poſſintqve ita aliqva verè bona opera ab infidelibus fieri.

II. *Converſionis* hominis cauſa efficiens non ſolus verus DEUS, 2. cum actus deliberatæ voluntatis nullus fiat, ſine nobis cooperantibus, 3. cum poſſit homo mereri de congruo gratiam converſionis, 4. obice cumprimis per externam ſvaſionem remoto, 5. & porrò pondus, qvod ſolus non poterat, juvante levi gratiâ ferre.

III. *Converſus* ita 1. ex naturæ viribus poteſt cum gratia operari, 2. idqve ita perfectè, ut legem implere, 3. imò opera ſupererogationis addere, 4. atqve de congruo ſalutem mereri qveat.

IV. *Si in peccata mortalia* inciderit, 1. in illo ſtatu gratiæ juſtificantis infuſionem mereri poteſt, 2. ipſaqve tandem finalis perſeverantia ab arbitrii libertate pendet. Refutatio extat in Theolog. Poſit. art. 30. 91. 92. 94. & 109.

ARTICULUS VII.

De Electione & Reprobatione.

I.

PRædeſtinatio 1. eſt ad vitā & ad mortem, 2. eſtq; electio alia ab æterno, alia fit in tempore, 3. alia electio eſt ad gratiam, alia ad gloriam, 4. alia deniqve eſt qvoad intentionem dandi gloriam, alia qvoad executionem diſpoſitionis: ſicut alia eſt ratio prædeſtinationis, alia verò executionis.

II. *Propoſitum* voluntatis Dei in electione eſt abſolutum, 2. erga reliqvos tantùm voluntas ſigni & inefficax eſt, 3. præcedit iſtud meritum Chriſti & mediorum electionis, 4. qvæ non abſolutè, ſed qvibusdam tantùm ſunt efficacia.

III. 1. Ante & poſt Chriſtum Angeli ex merito, 2. Chriſtus dein ſine meritis, 3. Maria porrò præſervatione per Chriſti meritum à peccato originis, 4. reliqvi verò non juxta præviſionem fidei, ſed 5. vel abſolutè ut infantes, 6. vel præviſo qvidem merito CHRISTI, diverſis mediis applicando, verùm juxta meritum operum ſunt electi,

cti, 7. ut tamen nemo ſine ſpeciali revelatione de electione certus eſſe qveat.

IV. In *reprobatione* duo dantur actus: 1. negativus, ex abſoluta Dei voluntate pendens, 2. & poſitivus, cujus an ſimpliciter detur cauſa, eſt controverſia de nomine potiùs qvàm re ipſa, 3. iſta verò omnia ideò, ut juſtitiam & miſericordiam Deus declarare qveat, ita ab ipſo ſunt conſtituta.

Refutatio extat in Theol. Poſit. art. 110. & ſeq.

ARTICULUS VIII.
De Perſona & officio Chriſti.

I.

S*Alvandi* qvidam, ut ſaniores gentiles, doctrinâ de Chriſto opus non habuerunt, 2. ipſeqve non primùm ex promiſſione, ſed ipſa creatione, maſſa aliqva indiviſibiliter in ſemine propagata deducendus.

II. *Perſona ſecunda* Patre minor, 2. non autem divina ejus natura carnem ex Maria juſtitiâ originali carentem, qvam etiam in damnato ſuppoſitare potuiſſet, jam qvoqve per transſubſtantiationem qvotidiè producendam aſſumſit, 3. per nudam ſuſtentationem, 4. ut Deus i. e. habens Deitatem ſit Homo, & viciſſim, ſine communicatione naturarum & idiomatum.

III. Ut proin *erroneum* ſit dicere, Deum eſſe mortuum, niſi prout dicitur, Philoſophus eſt mortuus.

IV. *Humanitati* qvoqve non eſt communicata divina majeſtas, 2. qvo in exercitio divina omnipotentia & præſentia utatur, 3. & ob qvam divino cultu afficienda ſit.

V. *Exinanitio* verò eſt ipſa Incarnatio, 2. & humanitas non in ſe exaltata ad dextram DEI eſt, 3. & qvidem tantùm ut abſens dominatur.

VI. *Officium Mediator* tantùm ſecundum humanam naturam peragit, 2. & in Prophetico legislator etiam fuit, 3. Sacerdotale non ſimpliciter neceſſarium, & multis modis inſufficiens fuit, 4. Regium in temporali qvoqve dominatione conſiſtit, 5. jam ejus vicario in officio

cio exiſtente Papa Romano. *Refutationem* offert Theologia Poſitiva Articul. 40. uſqve ad artic. 70.

ARTICULUS IX.
De Redemtione.

I.

REdimendi à peccatis plures dari poſſunt modi, 2. ita ut & nudus homo poſſit id præſtare, 3. Chriſtus qvoqve ſolus non eſt ἀναμάρτητος, 4. imò ipſe peccare potuiſſet, 5. noſtra verò peccata ei non ſunt imputata, ut peccator inde dici qveat.

II. *Nec verò ipſe ſolus* omnes redemtionis partes, 2. nec etiam perfectè peragit, 3. & redemtionis opere ſibi, 4. & Angelis, 5. hominibus verò aliqvibus tantùm aliqvid promeritus efficaciter fuit.

III. Ipſi verò ſoli ſingularis (figmentis licet conſperſus) *concipiendi* modus non convenit. 2. Nativitas autem ejus & vita genethliacis divinationibus ſubjecta fuit, 3. in qva paſtorale officium non geſſit, 4. nec in paſſione dolores infernales ſuſtinuit, 5. at in morte corpus ejus cadaver fuit, & 6. ſecundùm animam tantùm ad inferna, 7. imò realiter non deſcendit, 8. poſtea pars aliqva ſangvinis in Chriſti corpus non fuit reaſſumta, 9. ſeſſioqve ad dextram Dei propriè eſt accipienda, 10. & minus honorifica eſt, 11. Chriſtoqve ſecundum humanam naturam non tribuenda.

IV. Atqve ut omne ejus meritum *per acceptionem tantùm* coram Deo valet, 2. ita applicatio non fit per humanam naturam præſentem, 3. nec ex Chriſti merito, ſed nobis & pecunia dependet. *Refutatio* extat in Theol. Poſ. art. 55. uſqve ad 70.

ARTICULUS X.
De Salutis oblatione, qvoad cauſam efficientem, miniſtrum & media.

I.

GRatia DEI ſalutem etiam primò offerens auxilium dicitur, 2. cujus operatio non ſemper ex merito CHRISTI provenit, 3. Homo

3. Homo verò unus alteri gratiam etiam prædeſtinantem mereri poteſt.

II. *Gratia agit irreſiſtibiliter* qvoad electos, 2. qvoad reliqvos non ita efficaciter, ut indeclinabiliter ad ſalutem perveniant, 3. hinc datur qvædam ſufficiens & non efficax gratia, 4. efficax autem gratia ſolis prædeſtinatis datur, 5. & agit juxta temperamentum, modum, & tempus congruum, 6. ut cooperari ſemper & ipſi poſſint.

III. Nec verò tantùm *hominum miniſterio* Deus in gratiæ oblatione utitur, 2. ſed etiam Spirituum tum defunctorum, 3. tum Angelorum bonorum, 4. & malorum, 5. idqve non tantùm prædicatione externa, 6. ſed interna inſpiratione & per ſomnia perficit.

IV. Imò qvandoqve Deus adultis, 2. iisqve etiam damnatis 3. *gratiam confert planè immediatè*, ſine verbo & Sacramentis, 4. verbumqve Scripturæ ut litera mortua, ſenſu interno carens, 5. per ſe gratiam conferre neqvit, 6. nec niſi prædeſtinatorum reſpectu ex intentione Dei efficax eſt. Refutatio extat in Theolog. Poſit. artic. 70. 90. & ſeq. & 124.

ARTICULUS XI.

De Lege, Evangelio, Vet. & N. Teſtamento.

I.

LEx & Evangelium propriè accepta non differunt cauſa efficiente, proxima, cùm uterqve Mediator legislator ſit, 2. nec materiâ, qvæ noſtrum agere utrinqve reſpicit, 3. nec forma, qvæ in præceptis conſiſtit, 4. nec fine, qvi ex conditione operum pendet, 5. nec effectu adæqvato, qvi utrobiqve terrere eſt, 6. ſed tempore, 7. præceptis, 8. promiſſis 9. & Sacramentis.

II. Et *Lex Moſis* ne moralis qvidem 1. ante Moſen fuit. 2. nec ad alios qvàm Judæos ſpectat. 3. potuerunt tamen & poſſunt homines ex ſuis naturalibus efficere qvædam, qvæ non ſunt peccata. 4. Lex verò ipſa non eſt agendorum norma unica, perfecta, perpetua & omnibus proponenda, 5. ſed omnibus & ſingulis ejus præceptis contravenire licet, 6. nec qvoqve omnia, qvæ lex prohibet, peccatum ſunt, 7. imò tan-

Digitized by Google

tantum docet, qvò eniti debeamus, licet id non præſtemus. 8. poſſumus tamen illam perfectè implere, 9. imò & ceremonialia Sacerdotum cum ſacrificio Miſſatico remanent.

III. *Evangelium* porrò 1. ante Chriſtum non fuit, 2. nec obligavit, dum Chriſtus inter mortales ageret, 3. & à Chriſto ut legislatore fuit promulgatum, 4. per præcepta perfectiora 5. conſiliis tamen proprii etiam cerebri perficienda, 6. promiſſiones conditionales operum continet, 7. hominibus terrorem incutit.

IV. Vetus & Novum Teſtamentum ita tempore differunt 1. ut in illo vitæ æternæ per Chriſtum aſſeqvendæ promiſſiones non habuerint, 2. nec qvispiam ante Chriſtum reſurgentem ad cœleſtem gloriam admiſſus fuerit. 3. Cumqve V. T. doceat facienda, confert Novum gratiam exeqvendi, 4. atqve ita perfectioribus operibus hominem juſtificat & ſalvat.

Refutatio extat in Theol. Poſit. art. 71. ad art. 81.

Articulus XII.

De Sacramentis, & in ſpecie de Baptiſmo.

I.

S*Acramenti* propriè ſic dicti vox ἄγραφος, 2. qvod qvi negat, ex Eccleſia eam eliminat. 3. Solius autem Dei non eſt ea inſtituere, 4. & Chriſti Humanitas ex poteſtate mediá id fecit; 5. ac dependet integritas ex intentione miniſtri conformi illi Eccleſiæ, qvam pro verâ habet. 6. Ubi habitualis inſufficiens, ſufficit virtualis, & qvæ paulò ante adfuit actualis. 7. Ipſum Sacramentum nihil aliud eſt, qvàm ſignum, conſtans elemento externo (qvod tamen non ſemper viſibile ſignum) ut materiâ, 8. & verbo conſecratorio, vim practicam habente, 9. ſigilla verò non ſunt Evangelii promiſſionem propriam obſignantia.

II. *Sacramenta* V. T. gratiam nullo modo conferebant, ſed tantùm adumbrabant, 2. N. Teſtamenti ex opere operato id faciunt, 3. atq; hæc Spiritui S. ſeptenario familiari numero comprehendenda, 4. indeqve Sacramentum Evangelii gratiam conferens eſt Confirmatio per chriſma, Chriſtiano, ut perfectus fiat, neceſſaria, 5. Pœnitentia, 6. Extrema

trema unctio morituris adhibenda, 7. Ordo certis verbis & numeratâ geſticulatione conferendus, 8. atqve Conjugium, 9. licet in V. T. tale non fuerit, & etiamnum hominem carnalem reddat.

III. *Baptiſmus* Johannis non fuit Sacramentum divinitùs inſtitutum, 2. N. Teſtamenti à laicis non eſt diſpenſandus, 3. qvamvis Athanaſii pueri & paganorum verus fuerit, 4. aqva porrò certo modo ac tempore conſecranda, 5. & forma verborum poteſt mutari, 6. at ſi in tertia perſona fiat, Baptiſmus dubius eſt, 7. nec noſtra formula ex ſolo Evangelio probari poteſt.

IV. *Per Baptiſmum tollitur omnis culpa & pœna* radicitùs, 2. & character indelebilis imprimitur, 3. inde & effectus Baptiſmi in futurum ſe extendit.

V. *Baptiſanda* ſunt etiam campanæ, 2. & infantes, 3. licet ex ſola Scriptura id probari neqveat: 4. atqve hi fidem actu in Baptiſmo non habent, 5. qvi verò etiam Chriſtianorum non baptiſantur, in limbum damnantur, 6. tandem & multæ aliæ ad Baptiſmum neceſſariæ ſunt ceremoniæ. *Refutatio* extat in Theol. Poſ. art. 82. ad 87.

ARTICULUS XIII.
De Cœna Domini.

I.

SAcramentum alterum N. T. *Cœna Dominica* malè dicitur, 2. ſed appellatur Euchariſtia, qvaſi bona gratia, & ſacrificium propriè, 3. exindeqve Miſſa, qvæ aliâ ratione ſic dicta, vera non eſt, 4. illam Chriſtus bis inſtituit Luc. 22, 19. c. 24, 30. 5. Miniſter verò conſecrans neceſſe eſt ut habeat characterem, in qvo poteſtas Sacerdotalis conficiendi ſit, ut creator ſui creatoris fiat, 6. qvod tamen non proficit, niſi integrum Canonem, & in Lingva Latina adhibeat.

II. *Materia* cœnæ terreſtris panis azymus ſit oportet, 2. & vinum aqvâ dilutum, 3. poteſt tamen alius liqvor ſubſtitui, 4. Horum dein ſola accidentia remanent, 5. liberumqve eſt aliqvam ſpeciem omittere, 6. Imò ab Eccleſia decretum, laicis utramqve ſpeciem præbere illicitum.

III. *Res verò cœleſtis* integra per concomitantiam in utroqve

Symbolo ſtatuenda, 2. & unio fit per converſionem adductivam i.e. transſubſtantiationem inexplicabilem, 3. ut modus exiſtentiæ vix verbis exprimi poſſit.

IV. *Ad formam* neceſſaria eſt varia, juxta Canonem, geſticulatio, 2. repræſentativa fractio, 3. neceſſaria verò non eſt diſtributio, 4. ſed in qvinq; verbis conſiſtit, occulto murmure proferendis, 5. nec opus eſt ſumtione, 6. qvæ tamen ſolo ore à laicis fieri debet, 7. ſed qvod corpus ex ore ſumentis clauſo rapitur, id in cibariis aſſervatur, circumgeſtandum, & cum ſpeciebus adorandum.

V. Cumqve hoc Sacramento *non remittantur peccata mortalia*, 2. ſacrificium tamen in miſſa eſt viſibile propriè ſic dictum propitiatorium incruentum, 3. pro mortuis & vivis ſæpè offerendum, 4. & ſpectat etiam ad efficienda beneficia temporalia, 5. imò qvædam magica perficienda. *Refutatio* extat in Theol. Poſ. art. 88. & 89.

ARTICULUS XIV.
De Eccleſia & Conciliis.

I.

POpulus V.T. *Synagoga* ob terrena, qvæ ſpectabat, bona dicitur, 2. in N. T. templa vocantur Eccleſia, & Papa Romanus, 3. alioqvin autem duo homines Eccleſiam non faciunt; 4. eſt verò Apoſtolica, qvia ſuper Apoſtolos, 5. imò ſuper Pontificem Romanum, 6. & ſucceſſionem ab ipſis localem factam, 7. non autem ob vocationem & doctrinam Apoſtolicam.

II. Eccleſiæ etiam Angeli ſunt membra propriè dicta, 2. & impii, & infideles hypocritæ, 3. non verò ſunt omnes non baptiſati, ſchiſmatici, excommunicati.

III. Unitas ejus formalis eſt unio cum Pontifice Romano, 2. non verò ſimul Spiritus & doctrinæ, 3. diſſenſiones tamen circa fidem & ritus eam non tollunt, 4. unde inde Catholiciſmus ejus æſtimandus, 5. qvia nec tota ſancta.

IV. Qvi verò duplicem Eccleſiæ conſiderationem faciunt, eam geminant, 2. & interno reſpectu faciunt Utopiam, 3. externo autem reſpe-

Digitized by Google

reſpectu ſemper ita viſibilis eſt, ut miniſterium ſemper publicè purum habeat, ut alicubi talis cœtus monſtrari poſſit, 5. neceſſarioqve qværendus ſit, 6. omnisq; Eccleſiæ veræ cœtus ſemper viſibilis ſit.

V. Hujus viſibilis cœtus nota 1. non eſt verbi prædicatio, ſed 2. nomen Catholici, 3. antiqvitas, 4. non interrupta duratio, 5. amplitudo, 6. continua Epiſcoporum ſucceſſio, 7. conſpiratio cum Eccleſia antiqva, 8. unio cum capite viſibili, 9. doctrinæ ſanctitas, 10. efficacia, 11. ſanctitas vitæ, 12. miraculorum gloria, 13. prophetia, 14 adverſariorum confeſſio, 15. infelix hoſtium exitus, 16. temporalis felicitas, 17. aliaqve ad centenarium uſqve numerum adſcendentia.

VI. In Eccleſiæ verò regimine Concilia 1. abſolutè ſunt neceſſaria, 2. qvæ à Pontifice, 3. non verò à Magiſtratu, Chriſtiano licet, inſtituenda, 4. & conſtant ex ſolis Prælatis, 5. qvi tamen informentur à Pontifice contra Concilium exiſtente, 6. & cujus approbatione accedente errare neqveunt, 7. ex cujus judicio etiam Patrum autoritas pendet, 8. ex qvorum tamen conſenſu veritas deſumenda.

Refutationem offert Theol. Poſit. art. 113. & 114.

ARTICULUS XV.

De Salutis prima applicatione & juſtificatione.

I.

Q*Vibuſdam ſalus ſine fide in Chriſtum*, ejusqve revelatâ notitiâ contingere poteſt, 2. infantibus autem etiam in Eccleſia natis ante Baptiſmum morientibus extraordinariè vita & ſalus non confertur, 3. baptiſatis ſine fide actuali propriâ ſalus donatur.

II. *Adulti habent illas vires ante omnem gratiam*, 2. ut ſicut oblatam rejicere, ita eidem in initio ſtatim cooperari valeant, 3. poteſt tamen vocationis gratia ſive in ſe, vel ratione temporis & temperamenti incongrui inefficax eſſe, 4. cordisqve compunctio tunc per Evangelium fit, 5. homine ex luce & viribus naturæ poteſtatem habente, influxus divinos ſuſcipiendi, imò de congruo merendi.

III. *Ita ergò junctim Spiritus Sanctus & voluntas* ex propoſitione

Pontificis & traditionibus etiam non ſcriptis *fidem producunt*, 2. qvæ conſiſtit in ignorantia & aſſenſu generali Carbonario, in fidem Catholicam Eccleſiæ (cui & novos fidei articulos condere licet) & omne Dei verbum, 3. non verò ut objectum proprium promiſſiones Evangelicas habet, 4. nec ſimul in voluntate fiducia eſt in miſericordiam Dei propter Chriſtum peccata remittentis, 5. illa enim fides, qvâ meritum Chriſti apprehendimus, nova eſt & peſtis, 6. ſed fides in ſe informis, nec virtus eſt, 7. nec movetur, 8. atqve à charitate ſeparata eſſe poteſt, 9. & non niſi diſpoſitivè, 10. nec tamen ſola juſtificat, 11. informatur autem per charitatem, 12. & ad finem ſuum, ut juſtificet, perducitur.

IV. *Juſtificatio* vi nominis eſt qvalitatis mutatio, 2. & iſtius infuſio gratia juſtificans eſt, 3. qvam Chriſtus (tamen non ex condigno, atq; id cum aliis) promerens, inſtrumentum eſt juſtificationis, 4. qvod fides non eſt, 5. poſt præcedentes verò actus ſeptem præparatorios ex merito congrui Deus juſtificatione primâ habitum juſtitiæ homini infundit, & ſic homo ex condigno meretur juſtificationem ſecundam, 7. non in ſola remiſſione peccatorum, ſed 8. & ſanctificatione, 9. nullo modo verò in imputata juſtitia Chriſti conſiſtentem, qvæ non aliter ingreditur juſtificationem, qvàm cauſa moralis, qvæ movet Deum, ut inhærenti juſtitiæ vim juſtificandi, operibus autem vim ſalvandi meritoriam conferat. *Refutationem* offert Theolog. Poſit. Artic. 90. uſqve ad Articul. 100.

ARTICULUS XVI.
De Gratiæ & Salutis poſſeſſione.

I.

CUm *imputata juſtitia putativa*, & non imputari, ſed tegi peccatum, erroneum ſit, 2. ab infidelibus per Baptiſmum, 3. à fidelibus per Sacramentum abſolutionis, 4. ex autoritate judiciariâ Sacerdotis, 5. remiſſione peccatorum (ad qvam tum ante adſpirat, & qvam conſentiens excipit) peccata penitùs tollenda ſunt, & 6. tunc per inhærentem juſtitiam homo juſtus coram Deo conſtituitur.

II. Et *fide qvidem* poteſtatem accipit, & qvaſi concipitur, 2. charitate

Digitized by Google

ritate verò animatur, 3. ut ex filio iræ filius gratiæ & Dei fiat per renovationem, 4. qvo pacto etiam conjungitur Chriſto ſecundum humanam naturam ejus, tum extra cœnam, tum Metaphoricè & non per localem diſtantiam, 5. ſicut & eodem modo vas gratiæ à Spiritu Sancto ſecundum dona tantùm miſſo conſtituitur, 6. ex liberi arbitrii viribus cooperantibus, 7. per charitatem itidem (ſtrictè juxta Scripturam loqvendo) regeneratur, 8. & ita plenè animam atqve vitam ante ſemimortuus, viribus arbitrii cooperantibus accipit.

III. *Obſignatio Spiritus Sancti* de ſalute 1. fideles conjunctim ſpectatos concernit, 2. & cum probatione indigeat, atqve à Spiritu naturæ & Satanæ diſcerni neqveat, 3. qvoad ſingulos conjecturalem tantùm gignit certitudinem, 4. & niſi per ſingularem revelationem qvis certus fiat, 5. non credi poteſt, 6. ſed hypotheticè de eâ confidendum eſt. 7. Certitudo enim noſtræ cognitionis eſt experientiæ contraria, 8. non neceſſaria, 9. inutilis, 10. & impoſſibilis, 11. nec ex ſenſu interno fidei, 12. vel externo operum teſtimonio haberi poteſt.

IV. Siqvidem & *gratiæ conſervatio* 1. ab hominis per arbitrii vires cooperatione dependet, 2. qvam operibus de congruo homo mereri poteſt, 3. nonnullis tamen DEUS gratuitum ſervans auxilium ſubtrahit.

V. Sicut verò per peccatum veniale legalis juſtitia non amittitur, 2. ita per peccata mortalia *amiſſæ gratiæ infuſionem* de condigno mereri poteſt, 3. poteſt & cum Dei auxilio particulari, à gratia gratum faciente diſtincto pro ſuâ libertate cooperans ſalutem perficere.

Refutationem oſtendit Theol. Poſit. art. 93. 94. 109. 131. & 142.

ARTICULUS XVII.

De Salutis teſtificatione in Renovatione.

I.

NOn omnia non-renatorum opera ſunt peccatum, 2. ſiqvidem & diſpoſitiones ad gratiam ſanctificantem fiunt ab homine in ſtatu peccati

cati adhuc exiſtente, 3. ſunt verò à gratiâ excitante elicitæ actiones ſive triplices ſive plures, 4. qvæ licet ex natura rei non reqvirantur, 5. præcedente qvoqve eliciantur, 6. tamen ſunt ipſa etiam infuſa gratia.

II. Ad iſtas etiam *pœnitentia* pertinet, 2. qvæ Sacramentum ſpecialiter ſic dictum, 3. conſiſtens non in fide, qvæ illam præit, 4. ſed in contritione, qvæ non paſſio, ſed actio voluntatis ad Evangelium pertinens, 5. & de congruo meritoria, 6. & in confeſſione peccatorum coram Sacerdote, 7. ſpeciali ſimpliciter neceſſariâ, 8. ac deniqve in Satisfactione pro culpâ, imò pro pœnâ, 9. per jejunium ratione certorum ciborum, 10. flagellis auctum, 11. orationem ad horas Canonicas adſtrictam, 12. eleemoſynasqve expiatorias.

III. *Juſtitia verò infuſa*, qvæ habitus charitatis, 2. ita perfecta eſt, 3. ut nihil veteris hominis, ſive qvod veri peccati rationem habet, remaneat, 4. pugnaqve tantùm cum inferioribus viribus ſit reſidua, 5. ac homo perfectè implere legem Dei poſſit, 6. illiusqve opera bona ſimpliciter, abſolutè ac perfectè, ſeveriſſimeqve in judicio Dei diſcuſſa, 7. juſta ſunt, 8. atqve Dei gratiam conſervant, 9. Chriſti meritum augent, 10. ſatisfaciunt, 11. vitamqve æternam merentur, 12. adeoqve ad ſalutem efficiendam ſunt neceſſaria, 13. à Lutheranis autem Bona opera ſimpliciter rejiciuntur.

IV. *Fidei porrò ſenſus internus eſt tantùm probabilis certitudinis*, 2. & externa ejus confeſſio non ſemper in qvæſtione etiam ſeriâ neceſſaria, 3. ſed ſilentio, 4. vel ambiguitate eludi poteſt.

V. *Charitatis perfectio ſumma* 1. non mandata, 2. ſed monſtrata, 3. & pro modulo noſtro intelligenda eſt; 4. nec tenemur Deum diligere plus omnibus.

VI. *Spes* deniqve 1. etiam in merita noſtra collocari poteſt, 2. ac afflictiones ſuſtinet, ut ſatisfactorias ex condigno, 3. etiam pro aliis, 4. ſcandala verò eam in perfectis lædere neqveunt, 5. qvæ nec in infantes cadunt. *Refutationem* exhibet Theol. Poſit. art. 100. & 95. 97. 98. 99.

Articulus XVIII.
De Statu Eccleſiaſtico & oppoſitis.

I. *Per*

I.

PEr *Ordinis Sacramentum* propriè ſic dictum, qvo character uſu etiam rationis carentibus imprimitur, 2. illi, qvi ſoli clerici ſunt dicendi, 3. à ſolis Eccleſiaſticis ex jure divino vocati, 4. per ſeptem ordines neceſſariò ad miſſificium adſcendunt, 5. in qvo ſeptimo ordine Epiſcopus qvoad poteſtatem jurisdictionis presbytero ſuperior, (6. unde nec Lutherus, nec alii miniſtri Evangelici Epiſcopi eſſe poſſunt,) 7. in omnibus à Pontifice Romano dependens, 8. errare hoc pacto neqvit, 9. & *αὐτοκρατορικὴν* poteſtatem habet, 10. licet ipſe haud doceat, 11. ſed bella ſtrenuè gerat, & ſuperioritatem in temporalibus ſibi arroget, 13. dummodo uxorem vi juris divini non habeat, 14. vel abſtineat, 15. neqvaqvam verò primâ defunctâ conjuge nuptias iterarit, 16. & per hos ut ſuos oculos laici vident, 17. omnia Eccleſiaſtica ipſis penitùs ſubmittentes.

II. *Scriptura in vulgares lingvas translatio* hæreſium cauſa eſt, 2. non item traditiones & ſcripta Patrum pſeudepigrapha. 3. Hæreticus autem non niſi baptiſatus eſt, 4. idqve ſi contra ſententiam definitivam Conciliorum, 5. Pontificum, 6. & Eccleſiæ Romanæ vel minimum pertinaciter defendat; 7. non tamen ſi id ex ignorantiâ, licet affectatâ, fiat, 8. nec ſi ſciens errorem eſſe, Eccleſiæ ſuæ ſententiam contrariam eſſe neſciat, 9. nec ſi interiùs rectè ſentiat, licet exteriùs neget, 10. Remedium è contrario ſufficiens ſola Scriptura Sacra non ſuppeditat, 11. ſed pluribus opus eſt.

III. *Anti-Chriſtus Chriſti hoſtis* eſt ipſe Gog, ex tribu Dan, à Dæmone incubo in Chorazin & Babylone natus, 2. una perſona, 3. certo nomine proprio, 4. & charactere materiali inſignita, 5. in templo Hieroſolymitano ſedens, 6. poſt omnimodam Imperii deſolationem, 7. Enocho & Elia corporaliter redeuntibus, 8. negans Chriſtum, dicensqve ſe eſſe Chriſtum & Deum ſolum, 9. alios omnes Deos impugnans, 10. & omnes religionis Ceremonias tollens, 11. qvi per dolum Judæorum regnum adeptus, 12. expugnabit Reges Ægypti, Lybiæ & Æthiopiæ, aliosqve Monarchas, 13. & innumerabili exercitu in toto orbe Chriſtianos per tres annos & dimidium perſeqvetur.

IV. *Pontificem Romanum verò Anti-Chriſtum dicere* 1. eſt crimen læſæ majeſtatis, 2. cujus ἀποστασίας certum tempus determinari neqvit,

neqvit, 3. qvin potius, cum Chriſti monarchicum regimen in Eccleſia inſtituendum eſſet, 4. primatum Petro contulit, 5. qvi Papalem ſedem Romæ erexit, 6. eiq; 25. annis præfuit, 7. cui Pontifex Romanus non tantùm in Epiſcopatu, 8 ſed etiam in primatu univerſali ſucceſſit, 9. habens de jure divino monarchicam poteſtatem in tota Eccleſia, 10. ut ab eo omnis jurisdictio Eccleſiaſtica dependeat, 11. in temporalibus verò habeat omninò indirectam, 12. imò etiam directam poteſtatem, præſertim Romæ, 13. ex donatione Conſtantini, 14. & per translationem Imperii ad Germanos. *Refutationem* habet Theologia Poſitiva articul. 86. 119. ſeq. & 116. 129.

ARTICULUS XIX.

De Statu Politico & Oeconomico.

I.

C*Lericorum* nomen excellentiam indicat, 2. Laici ergò dicti ſunt qvaſi plebeji & ſeculares, atqve tantum Sacerdos præſtat Regi, qvantum homo beſtiâ, creator creaturâ, 4. Laici porrò pertinent ad curiam à cruore dictam, cum Diabolo agitante homines ſuper pares dominari affectarint, 5. ut qvo anno poteſtatem qvis gerit, ab Eccleſia prohibendus, nec 6. bella probanda ſint.

II. Non enim *Magiſtratus* immediatè à Deo, 2. ſed inſtinctu naturæ ab hominibus ordinatus eſt, 3. & dependet à Pontifice Romano, 4. ut eundem à dominio abdicare qveat.

III. *A judicio religionis* autem & curâ ſacrorum penitùs excludendus, 2. niſi qvatenus executor ſententiæ à Clericis latæ eſt, 3. juxta qvam diverſas religiones ſimpliciter non debet tolerare, 4. per inqviſitionem Hiſpanicam ſubditos ad fidem cogere, 5. pacificationem cum aliis irritam facere, 6. nec pacta jurata etiam ſervare, 7. in hæreticos verò etiam ſimplices capitali pœnâ animadvertere, 8. & eorum libros ſimpliciter abolere debet.

IV. *A ſubjectione ſupremæ* etiam majeſtatis Politicæ *Clerici omnes abſolutè exemti*, 2. qvorum rebellio in Reges non eſt crimen læſæ Majeſtatis, 3. Magiſtratum non Chriſtianum verò alii etiam Chriſtiani ſubditi nec poſſunt nec debent pati, 4. nedum qvando per excommunica-

nica-

Digitized by Google

nicationem illius à juramento ſunt ſoluti, cum per ſubditos Reges deponi poſſint.

V. Inter *ſubditos* autem uſuræ concedi poſſunt, cumprimis Judæis, tum eorum religione, 2. ſicut & lupanaria toleranda.

VI. *Matrimonium* eſt Sacramentum propriè ſic dictum, 2. ad qvod parentum conſenſus non eſt neceſſarius. 3. In gradibus jure divino prohibitis Papa poteſt diſpenſare, 4. eoſdem viciſſim extendere ad cognationem etiam ſpiritualem, 5. actus conjugales reddunt hominem carnalem, 6. qvamvis in iiſdem infideles aliqvid mereantur, 7. inter fideles & infideles conjugium non eſt ratum, 8. qvod & per continentiæ votum poteſt impediri, 9. per adulterium autem qvoad thorum, non autem qvoad vinculum diſſolvi poteſt, 10. illi autem ſimpliciter cœlibatus præferendus, 11. qvippe meritorius, 12. & ita vovendus, 13. imò certo alicui ordini imponendus, 14. conceſſâ interim fœdiſſimâ libidine.

Refutationem continet artic. Theol. Poſit. 127. 128. 129.

ARTICULUS XX.
De Salutis Conſummatione.

I.

H*Omo per & juxta naturam mortalis*, 2. imò etiam ſi non peccâſſet, moriturus, 3. jam in morte ſatisfacit & meretur, 4. Sacramento tamen extremæ unctionis in ſeptem corporis partibus, 5. peccata venialia, vel habitus, vel qvævis remanentia, & eorum torpor ac mœror tollenda, 6. Homo verò de ſalute incertus manet, 7. variis proin ſepulturæ ſuperſtitionibus & Dæmon à corpore abigendus, 8. & Chriſtiana ſepultura tantùm Papanis concedenda.

II. *Sanctorum* verò & canonizatorum reliqviæ, 2. ob vim, qvam variam habent, 3. religioſè ſunt colendæ & qværendæ.

III. *Animæ* porrò, qvarum 1. immortalitas incerta, 2. ante Chriſti mortem nullæ in cœlum pervenerunt, 3. ſed Patres in limbo, qvi ſinus inferni, pœnam damni temporalem ſuſtinuerunt, 4. ſicut pœnam damni æternam infantes in alio ejus ſinu ſuſtinent, 5. & itidem in alio, ſive ſecundo ſive tertio ſinu, ex Scripturis probabili vel minùs,

purgatorio nempe per ignem, vel alios modos etiam fortè ab ipſis Diabolis maximâ & infernali pœnâ ſenſus, ſive omnes ſive aliqvæ ad tempus afficiuntur, 6. ubi variè dubiis adminiculis juvari qveunt; 7. qvæ verò in cœlum perveniunt, ſciunt in particulari geſta in terris, 8. & auxiliari poſſunt, 9. ideoqve religiosè invocandæ. 10. In reſurrectione porrò mortuorum vix credibili, 11. cujus cauſa inſtrumentalis tantùm Humanitas Chriſti, 12. corporibus non tamen iisdem numero, 13. in valle Joſaphat unientur.

IV. *In Judicio Chriſti* humana natura ut organum, 2. qvoad externa, aſſiſtente Mariâ ut patronâ & liberatrice, 3. juxta operum merita, 4. exceptis pauperibus ex voto, 5. parvulis non baptiſatis, 6. in valle Joſaphat judicabit, 7. poſt reditum Eliæ 45. die, à morte AntiChriſti, nondum exiſtentis.

V. *Ante judicium* verò ignis purgatorius vel elementaris 1. pios etiam, 2. non tamen mare, 3. & qvæ ſupra mediam aëris regionem ſunt, invadet, 4. ſine mundi annihilatione, 5. Chiliaſmô ſuccedente.

VI. *Infernus* non omnibus Pontificiis probatur, 2. & ex eo liberatio aliqvibus datur, 3. reliqvi igne, vermibus & aliis rebus corporalibus, fidem licet retinentes, 4. in centro terræ torqvebuntur.

VII. *Sed nec vita æterna adeò certa*, 2. qvæ hominibus etiam gentilibus qvibuſdam datur, 3. ex merito operum propriorum, 4. vel ſanctorum, 5. Angelis verò ex merito Chriſti, 6. de qvâ non ſatis conſtitit Patribus V.T. 7. qvin & omnes viventes de eâ incerti ſunt, 8. & contingit in cœlo empyreo, 9. ſaltationibus apto, 10. eſſentia diverſa, 11. & aureolis virginum, martyrum & Doctorum diſtincta beatitudo.

Antidota oſtendit Theol. Poſitiva art. 132. ad 142. NB. De qvibus ſingulis, cum refutatione ſingularum objectionum videri poteſt *Panſtratia Catholica Danielis Chamieri*, edita Francofurti, An. 1627. in folio. (NB. encomia videri poſſunt ap. Rivetum in præfat. Catholici orthodoxi. Confer Dannhauer. de probatione ſpirit. p. 72. & Salve Reform. p. 235.) Cujus

Tomus I. agit

De Canone fidei p. 1. *& judice, Scripturâ S.* pag. 7. 8. non Eccleſia, p. 14.

p. 14. NB. Scripturæ explicatione, 2. Petr. 1. p. 11. NB. prolix. p. 287. NB. non ex Patribus p. 274. Romano Pontifice infallibili, p. 26. 32. ſcelerato p. 31. hæretico p. 33. Eleutherio p. 35. Liberio, ibid. Anaſtaſio pag. 37. Honorio p. 38. Johanne XXII. p. 41. inconſtante p. 44. & de Libris Canonicis & Apocryphis p. 45. Libro Judith, p. 51. 57. Libris Maccabæorum p. 52. & 62. Libro Sapientiæ, Tobiæ, Baruch p. 55. de Eſtheræ & Danielis fragmentis p. 56. Libris Hermæ & Clementis p. 68. Scripturæ autoritate divinâ p. 72. NB. non ab Eccleſia p. 84. Scripturæ efficacia p. 76. (eſt enim principium ſcientificum p. 77.) Et de Eccleſia columna in Scriptura p. 79. de Auguſtini loco: Evangelio non crederem p. 97. de perfectione Scripturæ p. 100. qvæ eſt regula perfecta p. 124. de Traditione p. 129. prolix. de myſteriis ſilentio tegendis (E. non ſcribenda.) p. 158. Et eſt perſpicua p. 269. Scriptura S. omnibus legenda NB. p. 178. vide de Scripturæ verſione NB. p. 190. editionum autoritate p. 207. & nulla eſt corruptio in textu Hebraico p. 217. neqve in Græco p. 222. vid. de Editione LXX. p. 225. ejusq; erroribus p. 230. prolix. de Vulgatâ Latinâ prolix. p. 242. de illius in V. T. erroribus p. 253. in N. T. p. 257. de ſenſu literali unico p. 261. de perſpicuitate p. 266. de ſtylo Scripturæ, p. 279.

Tomus II. oſtendit

Proteſtantes non eſſe hoſtes Trinitatis p. 1. qvid perſona p. 3. perſonarum æqvalitas p. 6. αὐτόθεος p. 10. 11. Verbum, Imago, p. 12. (an propriè.) opera ad intra & extra, p. 18. an negent Calviniani omnipotentiam p. 19. NB. de providentiâ p. 24. particulari in naturalibus p. 26. in voluntariis p. 27. in contingentibus p. 27. de neceſſitate & contingentiâ p. 24. de Objecto Prædeſtinationis p. 28. fato p. 29. juſtitiâ Dei p. 31. contra neceſſitatem fatalem, de arbitrio p. 31. *precibus contra abſolutum decretum* p. 32. de conditionibus & mediis p. 33. de Deo non Autore peccati, p. 36. NB. & p. 50. qvi non peccat p. 52. & non ſolus verè peccat p. 53. de providentiâ circa peccata p. 37. NB. an velit peccata p. 39. an homines mali ſint Dei organa, p. 41. de induratione & excæcatione p. 43. de ἐνεργείᾳ in operibus malis p. 45. ex Auguſtino p. 47. Deum erga peccata habere poſitivum velle, p. 48. *de Unione hypoſtaticâ* p. 55. de Communicatione Idiomatum p. 56. de Chriſti nativitate p. 56. NB. de clauſo utero, de beatitudine animæ Chriſti p. 58. 61. verâ qvoad κτῆσιν,

ειν, de fide Chriſti p.62. Scientiâ p.63.& Omniſcientia ex Patribus p.64. & num Chriſtus ſit ſine peccato p. 70. vid. deſiderium non moriendi p.72. Chriſtus non deſperavit p.72.de deſcenſu ad inferos prolix, p.74. de triſtitia Chriſti p. 89. de *ευλαβεία* Hebr. V. p.91. de Chriſto facto peccatum 2. Cor. V. NB. p. 93. de ſatisfactione ex Patribus, p. 93. de qvinqve vulneribus poſt reſurrectionem, p. 99. de Corporis Chriſti reſurgentis qvalitate, ſubtilitate &c. prolix. p.100. inviſibilitate p. 101. localitate, p.102. an corpus in loco p. 104. non ſine loco p. 105. occupet locum p. 106. non poſſe corpus non occupare locum p. 109. an in pluribus locis, p. 112. 114. 117. Chriſtus eſt Mediator ſecundum utramqve naturam, p. 121. prolix. ſibi nihil meruit p. 131. Mediator unus eſt, p. 133. de ſanctorum orationibus, p. 133. interceſſionibus p. 134. N. p. 140. ſcientiâ, pag. 143.

De Pontifice Romano, Eccleſiæ capite p. 146. 148. 171. Paſtore, p.149. Monarchâ p. 154. an Paſtor unus p. 197. qvod non poteſt fieri, p. 185. de dominio prohibito p.175. de Epiſcopo æqvali cum presbytero, pag.179. an Epiſcopi ſint ſummi Pontifices, p. 184. NB. Gregorius I. abominatur primatum & nomen Oecumenici NB p.189. An Petrus Epiſcopus Oecumenicus p. 192. an Petra Eccleſiæ. NB. ibid. Petra eſt Chriſtus p.194. & fides p. 196. claves datæ non probant NB. p. 202. nec qvia pro omnibus locutus p. 208. nec qvia paſcere debet p. 210. NB. nec qvia habet prærogativas p. 214. NB. prolix. ſed reliqvis æqvalis p.239. miſſus Act. 8. p. 238. reprehenſus Act. XI. Gal. 2. NB. p. 239. nec exercuit Pontificatum, p.242. Romanus Pontifex non habet. I. *poteſtatem Eccleſiaſticam*, p.244. non præeſt omnibus p.244. nec ſucceſſit Petro pag. 245. 250. (qvi non fuit Epiſcopus Romanus p. 248.) nec judex controverſiarum p. 251. nec appellatio ad eum univerſalis, p.251. 255. NB. Canones Nicenos eſſe falſatos, p. 252. 289. & 291. Non poteſt concilia convocare p. 257. nec confirmare p.260. nec Præſes eſſe p. 261. nec Epiſcopos confirmare, p.266. nec deponere & reſtituere, p. 267. nec ei omnes conſentiunt p. 268. nec vicarios habere poteſt, p.269. Leges, Diſpenſationes & pœnæ ei non competunt p.269. Nec ipſe eſt *à nemine judicandus*? pag.271 Nomina ejus hoc non probant p.273. nec probant hoc 1. Concilia, p. 276. 2. teſtimonia Pontif. Roman. p.279. 3. Patres Græci p. 281. vel Latini p. 258. *Contrarium* patet, qvia fuit ex numero Patriarcharum p. 287. ap-

pel-

pellatio univerſalis ad eum N. p. 289. NB. fraus in Concil. Carthag. manifeſtata, p. 291. appellatio datur ab ipſo p. 294. Concilia non convocavit p. 295. R. P. controverſias detulit ad Concilium p. 300. ab eo alii diſſenſere, v. g. de Paſchate, p. 300. Epiſcopi ipſo invito conſtituti p. 301. de R. P. judicari poterat, p. 301. ſubditus fuit Imperatori p. 303. etiam in Eccleſiaſticis p. 307. Conf. p. 326. Canones ipſo refragante conditi 306. reliqvorum collega fuit pag. 307. non omnes Epiſcopos creavit, pag. 308.

II. *Nulla ei temporalis poteſtas competit* p. 309. Conf. de utroqve gladio p. 310. de capite Eccleſiæ p. 312. Chriſti regnum non eſt temporale p. 314. poteſtas Eccleſiaſtica eſt ſubalternata Politicæ p. 314. nec facit ad Eccleſiæ perfectionem p. 316. de tolerando infideli & hæretico Rege, p. 317. nec O. Reges Chriſto ſubditi in Eccleſia p. 319. ex Carerio p. 319. ex Bozio de dominio occidentis p. 321. Non probatur ex V. T. pag. 322. nec ex Hiſtoria Eccleſ. N. T. p. 323. nec habet hoc jure humano p. 324. nec habet ex Scriptura p. 325. nec autoritatem aliam habet ipſe qvàm Apoſtoli p. 325. (NB. *Clericus ſubjectus Magiſtratui*, p. 326. NB.).

Imò eſt Anti-Chriſtus p. 328. probat hoc Roma ſedes p. 329. templum, p. 330. doctrina p. 331. apoſtaſia p. 333. myſterium iniqvitatis p. 334. hæreſis p. 336. impoſtura in falſandis Autoribus p. 337. in ſophiſmatibus, p. 339. circa ſanctos p. 340. (de Longino) circa reliqvias p. 342. revelationes p. 344. miracula p. 345. NB. Probat hoc porrò crudelitas pag. 348. accedunt ſcelera p. 350. NB. divitiæ p. 354. faſtus. Nam gerit ſe pro Deo, p. 357. & autoritas in templo Dei p. 358. arrogata ſecularis potentia, p. 359. conculcatio imperii p. 360. *Anti-Chriſtus verò non eſt individuum* p. 361. aut unica perſona, p. 365. NB. prædicatio Evangelii univerſalis futura non expectanda eſt, p. 366. qvia impleta eſt, nec R. imperii deſolatio p. 366. nec Enoch & Elias p. 367. nec perſecutio nova p. 369. Nec obſtat duratio p. 370. nomen & character p. 371. generatio p. 372. ſedes ficta p. 373. doctrina p. 374. miracula p. 375. regnum & prælia p. 376. mutatio temporum p. 377.

Convitia in Sanctos p. 378. in Angelos 379. Calvin. imputata, in Sanctos V. T. p. 380. N. T. Baptiſtam & Joſephum p. 385. in alios, & Mariam p. 389. *Cultus* creaturarum p. 391. NB. λατρεύειν, & p. 389. NB. Scriptura non probat p. 292. nec PP. p. 349. nec alia p. 395. ſed contrari-

antur, p 396. *De invocatione Sanctorum* p. 401. NB. Objectiones, pag. 405. ex Patribus p. 406. contra argumenta p. 408. NB. ex Patribus, pag. 409. de invocatione Angelorum, p. 402. de reliqviis p. 410. an adorandæ, p. 411. de imaginibus NB. p. 413. picturâ p. 413. de Deo non pingendo p. 414. imaginum veneratione & adoratione p. 417. ob rationes p. 419. exempla, p. 421. *De diſtinctione præceptorum Decalogi* NB. 423. de differentiâ idoli, imaginis & ſimulacri, p. 424. O. imago prohibita p. 427. de differentia ſpecifica Idololatriæ p. 428. de Imaginibus non adorandis NB. p. 403. ex Conciliis p. 432. Exceptiones p. 434. ex Patribus p. 436.

De Cruce p. 439. imago ejus, ibid. adoratio probatur à Papiſtis p. 441. ex Scriptura ibid. ex aliis, p. 443. adoratio imaginis crucis p. 444. ſigni crucis p. 446. an imagines in templis conſtituendæ, p. 446. Negatur p. 448. NB. ex Epiphanio p. 449.

Tomus III.

Natura non contaminata p. 1. aſſeritur peccatum originis, p. 2. ex Patribus p. 5. naturæ corruptio p. 2. & infantum, p. 3. peccati propagatio p. 4. de libero arbitrio p. 9. neceſſitas defenditur p. 12. voluntatis determinatio à providentia p. 13. an detur *liberum arbitrium* p. 15. nomen p. 16. vires in civilibus p. 17. naturalis Dei cognitio corrupta pag. 18. vires in moralibus & Theol. p. 20. de peccato neceſſario p. 21. NB. *contra abſolutum decretum*, de præmiis & pœnis p. 23. de diſcrimine bonorum & malorum, laudis & vituperii p. 24. de præceptis p. 27 promiſſionibus conditionalibus p. 28. exprobrationibus p. 29. tentatione Dei p. 30. operibus bonis noſtris p. 31. Non eſt volentis Rom. 9. 1. Cor. 3. Luc. 10. Eccleſ. 15. p. 33. de Patribus p. 35. Auguſtino p. 39. 41. *Servitus arbitrii* p. 42. peccatum naturale corrupto p. 44. intellectus vitiatus p. 44. voluntas vitiata p. 45. *Qvicqvid ſine fide peccatum eſt* Rom. 14. p. 46. Nil boni facit homo à ſeipſo p. 47. opera irregeniti O. mala, p. 49. defenſio B. O. irregenitorum Pap. p. 50. 51. ex Patribus p. 52. O. bonum morale à Deo in homine p. 54. peccatum originis natorum ex fidelibus p. 55. *de Maria ſine peccato originis*, p. 55. ex Scriptura p. 57. (gratia plena p. 58.) ex allegoriis p. 59. aliis p. 61. Patribus p. 61. rationibus p. 64. *Contrarium* p. 67. qvia ſervata à Chriſto p. 69. miſericordiam nacta p. 71. adverſa habu-

habuit p. 71. & neceſſariam habuit peccati remiſſionem, p.73. peccavit p.75. teſtantur Patres p.77. *De pœna peccati* p.79. originis p.80. ſenſus in inferno, p.80. Negant Pontificii p. 83. ex Scriptura, ratione p. 84. & Patribus p. 85. de peccato veniali & mortali p. 86.87. 88. Probant Pontificii ex Scriptura p. 88. ratione p. 90. traditione p. 92. At nulla ex ſe venialia p.94. ex Scriptura & Patribus p. 97. *De Prædeſtinatione* pag. 98. dicitur actus voluntatis p. 99. N. Pontificii p. 100. reſpectu reproborum NB. 102. (Negari non poteſt, certo Dei conſilio factum, ut horum omnium obſtinatiſſima eſſet pertinacia in peccatis p.103.) *qvomodo Deus velit O. ſalvos* p. 104. (voluntate ſigni;) an *reprobatio* contra Dei bonitatem p.106. aut contra miſericordiam p.107. *Cauſa prædeſtinationis abſoluta* p. 109. non præviſio p.111. meritorum p.112.113.114. 115. NB. Patres de prædeſtinatione, p.116. cauſa reprobationis Pap. p. 117. de Paulo Rom.9. NB. p.118. de Chriſti merito perfecto p.121. abſoluto p. 123. meriti ſufficientiâ p. 123. efficaciâ p. 124. univerſali p.125.129. NB p.131. Neg. p. 133. de mundo p.126. Chriſti victoria p.127. morte pro reprobis p. 128. *De Sanctificatione* p.134. de illius gradibus p. 136. de concupiſcentia p. 136. NB. qvæ eſt verè peccatum p.137. ex Rom.7. qvia *ἀνομία* p. 138. eſt mala Gen. 6. p. 139. peccati formalitas p. 140. ſenſus carnis p.141. ex Patribus pag. 142. Pontificii negant ex Jacob.1. p.145. Rom.7. p.146. Rom.8. p.148. Rom.6. ibid. qvia peccatum remiſſum p. 149. qvia naturale p. 150. inevitabile p.151. Eſt peccatum originis p.152. ex Patribus p. 153. Auguſtino p. 155. *Legis impletio* p. 156. facilis Pap. p.157. qvia caritas implet p. 158. ob exempla p. 158. qvia datur non peccans 1. Joh. 3. p.159. juſtus ut Chriſtus p.161. libertas p. 162. ex Patribus p. 163. 164. Negatur impletio p. 166. qvia O. peccatores p. 167. nemo juſtus ex Lege p.168. nemo implet illud: Non concupiſces p.169. nemo amat perfectè Deum & proximum p. 170. Lex onus importabile Act.15. p.173. *Bona opera imperfecta* p. 173. qvia peccata l.d. ex Eccleſ. 7. p.174. Eſa. 64. Matth. 7. p. 175. ex Patribus p.175. Argumenta Papiſt p.177. ab abſurdo, ex Scriptura p. 179. ratione p. 180. Patribus p. 182. *De fide* p.183. eſt in mente p.184. in intellectu & voluntate p. 185. de fide implicita p. 186. Prob. Pontificii p. 187. ex ratione & Patribus p. 189. oppugnatur p.190. Nexus fidei & B. operum p.192. fides ſine caritate p. 193. ſine operibus Jac.2. p.195. NB. rationes l.d. probatus contrarium p.196. *Applicatio juſtificationis* p. 198. fides fideli cognita p. 199. fides applicat promiſſiones p.200. Neg. Pontif. p.202. ex Scriptura &

ra & ratione p.203. 205. 206. *applicatio certa* p.207. qvia certus Dei amor p.208. & Spiritûs S. dona p.209. qvia fiducia eſt πληροφορία p. 211. laudatur certitudo & reprehenditur dubitatio p.212. ex Patribus p. 213. Object. Eccl.9. Pſal.51.p.216. 1. Cor.4. p. 217. ex ratione p.218. 220. ex Patribus p.221. Fides dicitur propria electorum p. 222. de fidei interitu p.223. Neg. Calvin.p.224. *De merito* Pap.p.226. Calvin. p.227. de meriti nomine p.227. merito congrui p.229. condigni p.230. de mercede pag. 231. proportione operum p.232. & cauſa vitæ æternæ p. 233. ex ratione p.234. 235. 236. ex Patribus p.237. Probatur contrarium, qvia vita æterna donum p. 238. miſericordia p.239. hæreditas p.240. ſervi inutiles Luc. 17. p.241. NB. absqve precio datur Eſa. 55. p. 244. operarii non ex merito Matt.20. NB. p.245. paſſiones non condignæ Rom. 8. p. 246. ex ratione p.246. qvia abeſt operum fiducia p. 248. ex Patribus p. 249. *Operum neceſſitas* p.252. Sententia Pontif. p.254. *de diſcrimine Legis & Evangelii* p.255. de Legibus Evangel.p.256. promiſſionibus conditionatis p.258. de Libertate Chriſtiana circa L. moralem, p. 259. circa adiaphora, ibid. de Legibus Eccleſiæ NB. 259. argumentis contrar. p.260. idolothytis, ſangvine & ſuffocato p. 261. ſubjectione propter conſcientiam pag. 263. neceſſitate Legum, p.265. autoritate Paſtorum p. 265. Legislatore p.267. mandatis hominum, ibid. libertate Eccleſiæ p.268. dominio in Eccleſia p.270. *De cœlibatu Sacerdotum* p. 271. Status controverſiæ l. d. de viro unius uxoris p. 273. uxore propter fornicationem p. 274. difficultate continentiæ p.275. nuptiis honorabilibus p. 279. comparatione conjugii cum fornicatione p.280. prohibitione conjugii p.281. Canone Apoſtolico p.282. Ancyrano p.283. Synodo Nicenâ p.286. ex Patribus p. 290. de Apoſtolis conjugatis p. 292. Epiſcopis p. 294. Hiſtoria cœlibatûs NB. p.299. presbytero continente p.302. abſtinentia propter preces p.303. diſtractione p.306. caſtitate p.309. ex V. T. p.311. virtutibus Epiſcopi p. 313. presbyteri contra conjugium p. 315. de Concilio Niceno p. 318. de Patribus p. 320. digamis p.322. *de impedimentis matrimonii*, cognatione p. 324. de gradibus prohibitis p. 325. 326. cognatione ſpirituali p. 327. carnali p.328. de autoritate Eccleſiæ h. l. p.329. rationes Pap.p.330. *de diſpenſatione* p.332. Negatur contra L. divinam p. 334. de nuptiis liberorum p.336. repudio p.338. divortio NB. p.339. ex ratione & Patribus p.343. ex Matt.19. p.344. ſeq. ex Patribus p. 348. *De jejunio* p. 350. de una cœna p.351. ciborum delectu p. 352. contra ciborum delectum p. 355. de jeju-

Jejunio ſtato p. 359. qvadrageſimâ p. 361. feriæ qvartæ &c. p. 365. qvatuor temporum p. 366 adventus, p. 367. *De votis* p. 369. Sanctis non nuncupandis p. 369. votis præceptorum p. 370. voto Baptiſmi p. 372 an votum cultus p. 372. argumenta p. 374. de ordinibus religionum p. 375. de paupertate p. 376. NB. Monaſticâ p. 380. de obedientia p. 383. cœcâ p. 384. de voto continentiæ B. Mariæ p. 386. NB. de Evnuchis propter cœlum p. 391. de viduis contra primam fidem p. 391. Rationibus Bellarmini p. 393. Continentia non eſt libera p. 394. nuptiæ neceſſariæ ob fornicationem p. 369. de Conſiliis p. 400 exemplis Monaſticis p. 407. NB. abuſu religionum, p. 415. *De juſtificatione* p. 418. argumenta Bellarmini p. 420. 423. 425. de voce juſtificationis p. 427. 438. rationes Pap. p. 429. ex Patribus p. 431. de juſtitia Dei p. 432. de juſtificatione ſine operibus p. 433. non ex Lege p. 434. de juſtificatione gratuita p. 435. ex Patribus p. 437. de Imputatione p. 437. peccatorum remiſſione p 439 443. juſtitia aliena p. 445. 448. ex Patribus l. d. Bellarmini Object. p. 450 Sanderi p. 452. *de ſola fide juſtificante* p. 455. ex Patribus p. 463. NB. de excluſione operum p. 456. gratis p. 459. ex fide p. 460. Object. Pontif. p. 466. 467. 473. 474. 476. fides non eſt præparatio p. 468. nec timor p. 470. fidei & operum ſeparatio p. 472. de pœnarum condonatione p. 478. cum remiſſa culpa. NB. Object. Pontif. p. 482. 484. 486. non fit poſt hanc vitam p. 485. *De ſatisfactionibus* NB. p. 488. Neg. p. 511. NB. ex Chriſti ſatisfactione p. 513. & remiſſione gratuita, p. 515. 516. de *pœnitentiæ* nomine p. 486. de *eleemoſynis & precibus* p. 491. de fructibus pœnitentiæ, de vindicta p. 493. de *renovatione* per Baptiſmum & pœnitentiam p. 494. Object. Pap. p. 496. 498. ex Patribus p. 503. NB. 509 Reſp. p. 505. 507. NB. de *Satisfactionibus* alienis p. 517. Object. p. 531. 533 539. de *Indulgentiis* NB. p. 5 8. 519. earumqve origine, materiâ, formâ, menſurâ, uſu, p. 518 519. 521. 523. 527. Contra ſatisfactiones p. 536. de Satisfactione Chriſti p. 538. Sanctorum, l. d. de operibus ſatisfactoriis p. 539 Papiſt. argumenta pro indulgentiis p. 540. 542. *De æterna beatitudine* p. 544. Paradiſo, p. 545. gloriâ æternâ æqvali p. 545. de cicatricibus corporis reſuſcitati, aureolis, p. 546. limbo, cœlo clauſo p. 548. Papiſt. rationes ex V.T. p. 549. de Samuele NB. p. 550. ex N.T. p. 552. ex Patribus p. 555. NB. argumenta contra *limbum* p. 556. *De purgatorio* p. 559. purgatione animæ p. 563. NB. rationes Papiſt. p. 564. ex V.T. p. 566. ex N.T. p. 569. 572. alia argumenta pag. 573. 575. 576. NB. 1. Cor. 3. pag. 578. 580

prolixè pag. 587. de *Suffragiis* p. 588. de Maccabæis p. 590. de amicis ex Mammona p. 591. Rom. 12. p. 593. 1. Cor. 15. baptiſari pro mortuis NB pag. 594. de Oneſiphoro p. 597. rationes Pap. p. 598. ex Patribus p. 600 603. & al. p. 606. contrariæ p. 608.

Tomus IV.

De Sacmmenti nomine p. 1. ejus uſu p. 2. de nomine Hebraico p. 3. Græco p. 4. Latino p. 5. definitione p. 6. ante peccatum p. 6. in Lege naturæ p. 7. de Sacramentis V. & N. T. p. 9. proprietatibus, qvatenus eſt ceremonia p. 9. ſignum p. 10. ſenſibile p. 14. de re ſignificatâ p. 13. celebratione p. 14. verbo conſecratorio p. 16. & prædicato p. 17. 18. ex Bellarmino p. 19. *de miniſtri intentione* p. 20. argumenta Papiſt. p. 22. contraria p. 24. de Sacramenti *efficaciâ* p. 25. argumenta Calvin. p. 27. Papiſt. ex N. T. p. 28. V. T. p. 30. rationibus p. 31. Patribus p. 35. de efficacia phyſica p. 38. Neg. p. 40. 41. ex Patribus p. 44. 45. de *charactere* p. 47. argumenta Papiſtica p. 48. 50. ex Patribus p. 52. de Sacramentorum V. T. efficacia p. 54. de typis Baptiſmi & cœnæ p. 55. de Circumciſione p. 58. de ſacrificiis p. 61. Object. Pontif. p. 62. ex Patribus p. 65. ***de Sacmmentorum N. T. numero*** p. 69. de congruentiis p. 70. de Sacramenti nomine ex Paulo p. 72. ex Patribus p. 73. NB. de Sacramentis N. T. duobus p. 75. ex definitione p. 77. de Sacram. Confirmationis p. 78. argument. Papiſt. p. 80. 81. ex Patribus p. 83. de Sacram. *Pœnitentiæ* p. 87. N. p. 88. 90. 94. de Sacram. *extremæ unctionis* p. 96. N. p. 97. 99. 101. de Sacram. *ordinationis* p. 102. N. p. 103. 106. de Sacramento *matrimonii* p. 108 N. p. 110. ex Patribus p. 112. ***de Baptiſmo*** p. 115. de effectis p. 116. 118. Object. Pap. p. 121. de Baptiſmi neceſſitate p. 122. N. p. 126. de Baptiſmo Johannis p. 130. argum. Pontif. p. 133. de Baptiſmi miniſtro p. 136. ritibus p. 140. 142. *de Evchariſtia* nomine p. 145. de Miſſa p. 147. Cramâ, p. 149. azymo p. 151. conſecratione p. 152. 154. 157. de ſecreta conſecrationis pronunciatione p. 159. contrar. p. 162. de Evchariſtiæ adoratione p. 165. Neg. p. 169. de reſervatione p. 171. NB. ex Patribus p. 177. Neg. p. 180. de fractione panis p. 183. de miſſis privatis p. 184. ex Patribus p. 187. Neg. p. 189. 193. ex Patribus p. 194 NB. de pane tradito in manus, p. 169. *de utraqve ſpecie* p. 197. 198. 200 204. NB. rationes p. 207. 208. 214. ex Patribus, NB. argumenta contraria p. 211. de Eccleſiæ conſvetudine p. 210. NB. 221. 228. NB. 232. 235. 238

de

Digitized by Google

de Concomitantiâ p. 240. & aliis p. 243. ex Bellarmino, de utilitate ex utraqve ſpecie p. 244. contra Scripturam p. 247. rationes pro communione ſub unâ p. 249. de Corpore Chriſti in Evchariſtia p. 253. de particula Hoc, p. 254. 279. 285. 287. Eſt pag. 256. 262. de tota enunciatione p. 257. Autores p. 258. de tropo p. 259. 288. de interpretatione p, 264 argumenta contra tropum p. 264. 267. 269. 270. 277. NB. de enunciatione identicâ p. 281. de corporali manducatione p. 290 *de cap. 6. Johannis* p. 291. 295. 298. 302. de neceſſitate manducationis ſpirit. p. 326. de effectu p. 329. *de unione cum Chriſto* p. 304. 325. ex Patribus NB. p. 307. de inutilitate manducationis oralis p. 316. de impietate p. 320. impoſſibilitate p. 323. de cibo in ſeceſſum Matt. 15. p. 330. de Chriſto ſeipſum manducante p. 331. de cibo dentis 331. de non manducando CHRISTI corpore pag. 332.

Supplementum Alſtedii.

De Spirituali manducatione, qvæ probatione à Calvin. p. 1. Reſ 1. ad contrar. p. 2. de manducatione indigna p. 7. Reſp. ad argum. Papiſt. p. 9. de Chriſti præſentia Calvin. p. 12. NB. Reſp. ad prob. Pontif. p. 20 NB. *de Tranſſubſtantiatione*, qvæ refutatur p. 28. Reſp. ad object. p. 31 NB. *de Miſſa* NB. argumenta contraria p. 36. evertuntur fundamenta Papiſt. p. 40. NB. de Miſſæ ſacrificio p. 50. efficientiâ & lingvâ p. 51 Canone p. 52 NB

De Eccleſia, de vocabulo p. 54. de diſtinctione p. 55. de Eccleſia inviſibili, p. 58. ſemper viſibili Papiſt. p. 60. de Eccleſiæ membris, impiis p. 63. Pontific. ſententia p. 65. de non baptiſatis p. 66. & catechumenis p. 67. excommunicatis p. 68. *de Eccleſia autoritate* contra Scripturam p. 69. circa ceremonias p. 72. NB. de fide in Eccleſiam p. 72. *qvod poſſit errare* p. 73. Reſp. ad argumenta Papiſt. p. 74. viſibilis p. 76. Reſp. ad objectiones Pontif. p. 78. *de Eccleſiæ notis* p. 81. XII. Piſtorii p. 82. IV Coſteri p. 83 XV. Bellarmini p. 88. In ſpecie 1. de nomine Catholici p. 88. 2. de antiqvitate p. 89. 3. de duratione p. 91. 4. de amplitudine p. 91. 5. de ſucceſſione Apoſtolica p. 92. 6. de conſpiratione doctrinæ cum Eccleſia antiqva p. 94. 7. de unione membrorum cum capite p. 98. 8. de ſanctitate doctrinæ p. 101. 9. de efficacia doctrinæ p. 102. 10. de ſanctitate vitæ p. 102. 11. de gloria miraculorum p. 103

12. de lumine prophetico p. 105. 13. de adverſariorum confeſſione p. 106. 14. de infelici adverſariorum exitu p. 107. 15. de felicitate temporali p. 107. *De veris Eccleſiæ notis* NB. p. 108. Reſp. ad object. Pap. p. 111. *hodierna Eccleſia Romana non eſt Catholica* NB. p. 113. Reſp. ad Object. Pap. p. 115. *De Conciliis*, eorumqve definitione & neceſſitate p. 115. NB. de jure convocandi, qvod non penes R. P. p. 121. NB. Reſp. ad Object. Papiſt. p. 125. NB. de cauſis Conciliorum p. 128. de convocandis & ſuffragiis p. 129. NB. non tantùm Prælatorum NB. pag. 132 de Præſide p. 134. ſententia Pap. p. 135. NB. de modo agendi p. 138. NB. de autoritate ſupra Papam p. 141. NB. de errore Conciliorum NB. p. 146 de ordine & officiis Eccleſiæ miniſtrorum p. 151. NB. Sententia Papiſt. p. 154. NB. qvales vocandi Paſtores p. 159. à qvo eligendi p. 161. Reſp. Object. Pap. p. 162. de vocatione & ordinatione p. 163. *de paritate presbyteri & Epiſcopi* p. 164. NB. *de decimis* p. 168. *de exemtione Clericorum* p. 169. *de Monachis* & Eremitis p. 171. *De primatu Magiſtratus* in Eccleſia p. 174. de cura religionis p. 177. NB. de pœnâ capitali *hæreticorum* p. 180 de *Legum* civilium *obligatione* in conſcientiâ p. 182. de Magiſtratus *excommunicatione* per Papam p. 182. de Magiſtratus ſubjectione reſpectu R. Pontificis p. 183. de jurisdictione Papæ in Epiſcopos p. 185. de poteſtate Eccleſiæ in jure condendo p. 187. de diſciplina Eccleſiaſtica p. 190 NB. Object. Pontific. p. 192. de pœnitentia, *Eleemoſynis* &c. ibid. de *diſciplina* Clericali p. 200. de hierarchiis *Angelorum* p. 202. de eorundem miniſterio pag. 203. de *Sanctorum Canoniſatione*, feſtis & templis, p. 204 NB. de *peregrinatione* ad loca Sanctorum pag. 210. de Eccleſia falſa, NB. pag. 211

III. Antidota ſpecialia.

I. Concilii Tridentini.

Exhibet Chemnicii Examen Editum, in fol. A. 1609. Francofurti, cujus

Pars I. Continet articulos 1. de Scriptura S. 2. de traditionibus. 3. de peccato orig. 4 de concupiſcentia. 5. de conceptione Mariæ. 6. de operibus infidelium. 7. de libero arbitrio. 8. de juſtificatione. 9. de fide. 10. de B. oper.

Pars II. 1. de Sacramentis V. & N. T. 2. de opere operato. 3. de cha-

charactere. 4. de intentione. 5. de ritibus in adminiſtr. ſacr. 6. de Baptiſmo. 7. de Confirmatione. 8. de Eucharistia. 9. de Transſubſtantiatione. 10. de adoratione Sacramenti. 11. de Feſto corporis Chriſti. 12. de aſſervatione. 13. de præparatione. 14. de uſu. 15. de Commun. ſub utraqve. 16. de Miſſa. 17. de aqvæ mixtura. 18. de ſacris lingva peregrina peragendis. 19. de pœnitentia. 20. de Contritione. 21. de Confeſſione. 22. de abſolutione. 23. de caſuum reſervatione. 24. de ſatisfactione. 25. de extrema unctione. 26. de ordine. 27. de Matrimonio.

Pars III. 1. de cœlibatu. 2. de cœlib. ſacerdotum. 3. de purgatorio. 4. de invocatione SS.

Pars IV. 1. de reliqviis SS. 2. de imaginibus. 3. de indulgentiis. 4. de jejunio. 5. de ciborum conſecratione. 6. de feſtis.

II. Bellarmini.

Offert D. Joh. Giſenii Papiſmus, editus in 4. Gieſſæ An. 1623. cujus

Diſp. 1. de Papatu, & 2. 3. 4. agit de Scriptura S. Diſp. 5. de traditionibus. Diſp. 6. de Chriſto. 7. & 8. de Rom. Pont. 9. & 10. de Conciliis. 11. 12. 13. de Eccleſia. 14. 15. de presbyterio. 16. 17. de monachis. 18. de Magiſtratu. 19. 20. de hæreticis. 21. 22. de purgatorio. 23. & 24. de veneratione SS. 25. de imaginibus &c. 26. de Sacramentis. 27. 28. de Baptiſmo. 29. 30. de Cœna. 31. 32. de Miſſa. 33. 34. de pœnitentia. 35. de indulgentiis & jubileo. 36. de extr. unctione & ordine. 37. 38. 39. de matrimonio. 40. 41. 42. de imagine Dei. 43. ad 47. de peccato. 48. 49. de libero arbitrio. 50. 51. de gratia. 52. 53. de electione. 54. 55. 56. 57. 58. 59. de juſtificatione. 60. 61. de Lege. 62. 63. 64. de B. operibus, & 65. de jejunio & eleemoſynis.

III. Becani.

Monſtrat Himmelius & D. Johann Crocius in Anti-Becano Caſſellis edito Anno 1643. ubi examinat Becani controverſias communes, & Tomo I. agit 1. de Scriptura. 2. de traditionibus. 3. de Eccleſia. 4. de Eccleſiæ capite. 5. de judice controverſiarum. 6. de Antichriſto. Tomo II. examinat controverſiam 7. de invocatione SS. 8. de purgatorio. 9. de Communione ſub utraqve. 10. de ſacrificio Miſſæ. 11. de Sacramentis in communi. 12. de vocatione miniſtrorum.

Digitized by Google

13. de cœlibatu ſacerdotum. 14. de peccato originali, mortali, veniali. 15. de libero arb. 16. de juſtificatione. 17. de obſervatione legis. 18. de merito B. Operum.

Nota: Moguntinorum animadverſ. in Anti-Becanum Crocii examinavit D. Danhauer in Hodom. Pap. P. 1. p. 972.

CAPUT III.

Stratagemata Papatus cum remediis.

POtiora Pontificiorum Stratagemata ſunt I. *Methodus diſputandi Sophiſtica.* II. *Pellis ovina.* III. *Topica Catholica.*

PUNCTUM I.

De methodo diſputandi Papiſtica.

QVantoperè laborent diſputatores Pontificii, ut ſtatum controverſiæ pervertant, vel ex Manuali ſolius Becani patet, & ex univerſo Concilio Tridentino, cujus arcana revelavit Examen Chemnicii. Inprimis verò ex Colloqvio Ratisbonenſi, cujus myſteria oſtendit Proceſſus diſputandi ſupra explicatus. Qvænam verò ſint Walenburgiorum & eorum, qvi illos imitati ſunt, technæ periculoſiſſimæ, itidem ſupra expoſitum eſt. Tandem, qvæ fuerit intentio Keddii per novas theſes, poſtulata & comparativas, ſatis patet ex Horologia ſub initium ſeqventis libri tertii, & ex reſponſione D. Muſæi. Ubi oſtenditur, neqvaqvam opus eſſe, ut Lutherani cum Calv., Anabaptiſtis & Socinianis committantur in gratiam adverſarii, ſed ſufficere, ſi ex Scriptura S. revelatam veritatem defendant, & adverſarios convincant.

Summa: Sufficit nobis accurata ſtatus controverſiæ formatio & proceſſus diſputandi genuinus.

Nota: Ad evitandas Pontificiorum æqvivocationes inprimis reqviritur accurata notitia & interpretatio phraſeologiæ ſymbolicæ, potiſſimum verò Auguſtanæ Confeſſionis, ejusqve Apologiæ, qvam ſingulari diligentia expoſuit B. Carpzovius in Iſagoge lib. Symbol.

PUN-

PUNCTUM II.
Ubi oſtenditur Pellis ovina Rom. Eccleſiæ detracta.

B. Nicolaus Hunnius An. 1637. edidit librum in 8. Germanicum, cui Titulus: Pellis ovina. Ubi reqvirit ad examen religionis 1. judicium. 2. candorem. 3. fundamentum Scripturæ S. 4. notas verbi & Sacramentorum &c. & oſtendit vanam eſſe gloriationem Romanæ Eccleſiæ

I. *de nomine Catholico*, & Apoſtolico, c. 2. Qvia nomen non ſufficit. vid. Theol. Poſit. art. 113.

II. *de exitu ex Sion*, c. 3. qvia reqviritur harmonia doctrinæ & veritatis antiqvæ.

III. *de notis*, qvæ inprimis jactantur, videlicet 1. Concordia. 2. Sanctitas. 3. amplitudo. 4. antiqvitas. 5. infallibilitas. 6. ordo. c. 4. vid. Reſp. Theol. Poſ. art. 113. vid. ib. Reſp. ad 16. argumenta Apoſtaſia R. Eccleſiæ oppoſita, & conf. Hunnii apoſtaſiam R. Eccleſ.

IV. *de doctrinâ* c. 4. ejusqve fundamento Scriptura S. & illius libris, ſenſu genuino, verſionibus &c. qvod N. uti patet ex art. 5. Theol. Poſ. & art. Aug. Confeſſionis.

V. *de Capite Eccleſiæ* viſibili R. P. c. 6. qvod N. vid. Theol. Poſ. art. 113. & 116. vid. Hunnium l. d. de nullitate Primatus Petri & Succeſſionis Apoſtolicæ.

VI. *de membris Eccleſiæ* R. in univerſo orbe c. 7. qvod N. ob ſeceſſionem 1. Græcorum, 2. Abyſſinorum, qvorum confeſſio extat.

VII. *de donis ſingularibus*, c. 8. qvæ ſunt 1. fides. 2. ſpes. 3. charitas. 4. prophetia. 5. miracula. 6. ejectio dæmonum. vid. l. d. & Theol. Poſ. art. 113.

VIII. *de dono lingvarum*, c. 9. & felicitate temporali, divitiis, pace, victoria, omnium bonorum abundantiâ, & augmentum ſub perſecutione. vid. N. Hunn. l. d. & Theol. Poſ. art. 108. & 113.

IX. *de operibus*, qvæ ſunt 1. converſio infidelium. 2. convictio hæreticorum. 3. convocatio conciliorum. 4. manuductio ad pietatem. Contrarium oſtenditur ibidem, & in appendice trium tabularum monſtra-

ſtratur impoſſibilitas evidenter probandi continuam Pontific. Rom. ſucceſſionem..

Huc ſpectat ejuſdem D. Nicol. Hunnii *Apoſtaſia* Rom. Eccleſiæ edita An. 1632. Cujus ſumma eſt: Romana Eccleſia adſcititiis variis novitatibus ab antiqva ac verè Chriſtiana & Apoſtolica Eccleſia facto diſceſſu ad Ethniciſmum, Judaiſmum, & hæreticorum impuritates notabiliter defecit. E. non poteſt eſſe vera Chriſti Eccleſia. Videatur ſupra de Apoſtaſia Sectione I. Titulus 4. & Theol. Poſ. art. 117. Appendix NB.

Caveat proinde imperitus periculoſas de religione Diſputationes, memor illius moniti D. Georgii Sax. qvi ad Principem Georgium Anhaltinum ſcripſit ſeqventia: Jch bitte mit höchſtem Fleiß/ vertraut eurem Verſtande nicht/ laſt die es erkennen/ denen es zuſtehet/ ſo irret ihr nicht. Denn da ſich Eva alſo klug wuſte/ als ie Gott/ da hub ſich alles übel. Da Lucifer dem Höchſten wolte gleich ſeyn / da brach der Boden unter ihm. Denn eine iegliche Gutdünckelheit hat mit ſich eine Hoffart/ dafür wil ich E. L. aufs höchſte verwarnet haben/ der ich Heyl und Seeligkeit wündſche. vid. plur. in operibus Pr. Georgii Anhaltini fol. 458. b. & Wunderl. Güte/ part. 2. ab initio. NB. adde infra rationes Germanicas Frommio oppoſitas.

Summa: Gottes Wort iſt die Warheit Johan. 17. welche wir ſchuldig ſind zu hören Matt. 17. und die Verführer zu meiden Matt. 7. als gehorſame Schäfflein/ die Schaffs-Kleider ſind verdächtig/ die vermeynten Wunder ſind betrüglich / anderer Leute Exempel ſind hierzu viel zu wenig/ die Urſachen zur Beſtändigkeit ſind zu wichtig / das Ubereilen iſt unverantwortlich / die Gefahr iſt unausſprechlich / aber allein GOttes Wort bleibet ewig und deſſen Verheiſſung höchſt erfreulich. Jch gebe meinen Schafen das ewige Leben/ Johan. 10. Confer Apoſtaſia Rom. Eccleſiæ D. Nicol. Hunnii, & D. Jacobi Heilbrunneri Uncatholiſch Pabſtum/ ejusq; defenſio edita Francofurti An. 1617. fol. & continuata per D. Zeæmannum. Ubi Tomo I. agitur de R. P. & Anti-Chriſto, & de vera & falſa Eccleſia. Tomo 2. edito An. 1621. agitur de juſtificatione, B. operibus, jejunio, Monach. flagellat. certitudine fidei, pœnitentia, purgatorio, limbo PP. Miſſa, Indulgent. votis, peregrinat. SS. Invocatione, & Mariæ, de Corp. Chriſti, SS. reliqviis, vocatione miniſtrorum Eccleſiæ, cœlibatu Sacerdotum, communione ſub unâ, confeſſione, extrema unctione, aqva luſtrali, Scripturæ Lectione, & ſacris in lingva ver-

Digitized by Google

vernacula peragendis. Qvibus addi poſſunt B. Dorſchæi, Dannhaueri, & aliorum ſcripta recentioribus apoſtatis oppoſita. Inprimis verò liber Lutheri de Papatu. Item ſtattliche Außführung / & Apologia pupillæ Evang. & B. Höpfneri Saxonia Evangelica.

PUNCTUM III.
Topica Catholica.

POtiora Pontificiorum argumenta, qvibus incautis imponere ſolent, patent ex ſeqventibus. Qvorum nonnulla Lutheri perſonam, reliqva verò illius doctrinam, ejusqve principium, ſucceſſores, & cœtum ſive Eccleſiam Lutheranam attinent.

Monitum I. de Luthero.

Lutheri perſonam, mores, antilogias & ſimilia, qvæ ſufficientiſſimè explicata ſunt à B. D. Johanne Müllero, in Luthero defenſo, ejusq; apologia, fruſtra nobis objiciunt adverſarii. Ratio eſt, qvia non ſeqvitur: Qvæcunqve perſona docens variis criminationibus obnoxia eſt, illius doctrina falſa eſt. Nam I. ipſe etiam Salvator *de facto* accuſabatur qvaſi blaſphemus Matt. 9. & mendax Johan. 8. & ſeductor Matt. 27. & habens dæmonium Johan. 8. & ſocietatem colens cum Beelzebub Luc. XI. Qvis verò tam ſtupidus eſt, ut credat propterea ſuſpectam eſſe ipſam veritatem ſalvificam? II. Imò & Judas *de jure* accuſatur, ut fur & proditor. Num verò doctrina Evangelica per ipſum annùnciata ideo fuit falſa? Qvamobrem adigendi ſunt adverſarii, ut omiſſis perſonalibus realia proponant, & ipſius doctrinæ falſitatem ex Scriptura S. nobis oſtendant.

Monitum II. de doctrina Lutherana.


Er verſuche es doch und leſe nur allein des Aloyſii Lippomani, Metonenſis Epiſcopi Catenam Patrum in Geneſin, welche aus LX. Griechiſchen und Lateiniſchen Autoribus verfertiget An. 1545 und An. 1657. zu Lugdun wieder auffgeleget worden / und ſage doch daraus / welches der eigentliche unfehlbahre Wort-Verſtand ſey des Anfangs in der Bibel: Im Anfang ſchuff GOtt Himmel und Erden. Und was der allgemeine Conſenſus aller und ieder Patrum ſey von dem Wort in Principio. Denn da wird er zwar finden/wie ordentlich nach einander erzehlet werde die Meynung 1. Baſilii. 2. Philonis. 3. Origenis. 4. Hieronymi. 5. wiederum des Baſilii. 6. Ambroſii. 7. Zenonis Veronenſis. 8. Auguſtini. 9. Diodori. 10. Acacii. 11. Theodoreti. 12. Chryſoſtomi. 13. Severiani. 14. Gennadii. 15. Eucherii. 16. Hilarii. 17. Proſperi.

ſperi. 18. Gregorii Magni. 19. Gloſſæ ordinariæ. 20. Bedæ. 21. Ruperti. 22. Hugonis. 23. Thomæ.

Aber/wenn alles durchleſen/möchte es wohl heiſſen: Quo me vertam, neſcio. Je mehr Leſens/je mehr Ungewißheit. Zudem/ſo haben ja die L. Väter ſich niemals zum Richter der Streitigkeiten auffgeworffen/ſondern begehren es ſelbſt/man ſolle ihren Schrifften und Meynungen nicht anders noch weiter einigen Beyfall geben/ als ſo fern ſie mit Gottes Wort übereinſtimmen/ wie aus des Hieronymi, Auguſtini und andern Exempeln zu erſehen / welche allezeit dieſe Regel treiben/es ſolle nicht heiſſen: Hæc dico, hæc dicis, ſed hæc dicit Dominus; Das ſage ich/das ſagſtu/ſondern/ſo ſpricht der HErr. Und wozu dient doch endlich alle ſolche Mühe? Weil Vazqvez, Petavius und andere ſelbſt geſtehen/die Patres geben kein Teſtimonium avthenticum , ſondern allein ein menſchliches ſcheinbahres Zeugniß / ob autoritatem non niſi humanam & probabilem.

Weil demnach angeführter maſſen / die erſte und allerwichtigſte vermeynte Ungewißheit von dem einigen Glaubens-Grunde ſo ungewiß / ja null und nichtig iſt / ſo fallen auch die übrigen dahin / nehmlich daß

II. Der Lutheriſche Glaube ungewiß ſey/ p. 724. Denn ein anders iſt ja allbereit droben erwieſen. Er bleibt gewiß/denn er beſtehet allein aus Gottes Wort und Warheit.

III. Daß der Lutheriſchen Kirchen-Verfaſſung ungewiß ſey/p. 728. Denn wir haben ja unſere gute richtige Kirchen-Ordnung/als droben ſchon erwehnet worden.

So kan ihm auch der Proceſs der Sächſiſchen Kirchen bey Entſcheidung der Tübingiſchen Streitigkeiten nicht unbekant ſeyn.

Sonſt könte man hierbey fragen / was doch zur Zeit der grauſamen Verfolgung vor eine äuſſerliche prächtige Kirchen-Ordnung müſſe geweſen ſeyn?

IV. Daß die Kenn-Zeichen der Lutheriſchen Kirchen ungewiß ſeyn/ p. 730. weil ſich auch andere dieſelben zueignen. Denn es iſt allhier nicht die Frage/ was de facto geſchicht/ ſondern wie es de jure und von rechtswegen ſeyn ſoll.

D. Hunnii Schafs-Peltz kan zum Uberfluß die angemaßten Ehren-Titul: Unam, Sanctam, Catholicam & Apoſtolicam, deſto richtiger erklä-

ren/

ren / da denn am Ende die contradictiones de Succeſſione Romanorum Pontificum zu finden / welche wohl würdig / daß man ſie mit Fleiß zu erörtern verſuchte.

V. **Daß bey den Lutheriſchen das Predigambt ungewiß ſey** / p. 734. Denn daſſelbe gründet ſich nicht auff menſchliche Succeſſion, oder wie die Lehrer iederzeit ordentlich auf einander gefolget / ſondern allein auff den rechtmäſſigen Göttlichen Beruff / Wort und Warheit. Davon D. Hunnii Tractat de Miniſterio Lutherano gründliche Nachricht weiſet.

VI. **Daß bey den Lutheranern die Bibel ungewiß ſey** / welches allbereit droben iſt widerleget worden. Denn wir haben GOttes Wort / und gläubens / weil CHRISTUS ſelbſt ſagt: **Es iſt die Warheit** / Johan. 17. und daher den hölliſchen Lügner ſelbſt damit widerleget / Matth. 4.

Und bleibet demnach bey dem Schluß:

I. Wer ſich durch lauter ungewiſſe Dinge und vermeynte motiven / ſo allein auff einer noch unerweiſeten Ungewißheit beſtehen / zur Religions-Veränderung hat bewegen laſſen / derſelbe hat ſich in einem ſo hochwichtigem Wercke übereilet / und kan nicht gewiß ſeyn / daß er unzweifentlich recht daran gethan habe.

II. Wer ſeinen Glauben und Religion nicht auff Gottes Wort / ſondern auff Menſchen Anſehen / Erklärung und ungewiſſe Einigkeit gründet / der hat keinen unfehlbaren / ſeligmachenden / von GOTT herrührenden / ſondern allein einen ungewiſſen / menſchlichen / ſcheinbaren Glauben.

III. Wer ſich auff die Ubereinſtimmung der Väter in den erſten fünff hundert Jahren gründet / der kan keine gnugſame Gewißheit haben / welche das Gewiſſen zur Zeit der Anfechtung / in der letzten Todes Stunde und am Jüngſten Tage / vor dem ſtrengen Richterſtul Jeſu Chriſti / beſtändig befriediget.

Denn es iſt offenbahr und am Tage

I. Daß alle und iede Patres nicht alle und iede Sprüche der heiligen Schrifft dem Grund Text gemäß einmahl wie das andere / oder auch eben alſo / und gar nicht anders / als ihre Vor-

Vorfahren oder Nachkommen erklären. Man ſehe nur das andere Capitel der Epiſtel an die Galater an/ wie Paulus Petro widerſprochen / und wie ſo gar mancherley und widerwertige Meynungen davon zu finden/ man ſehe des Hieronymi Commentarios an/und wie gar offt er von den Jüden verführet worden. Man erwege/ wie Auguſtinus über den Pſalter/ aus Unwiſſenheit der Hebräiſchen Sprache ſo manchmal des rechten Zwecks verfehlet/ ſo wirds bald andere Gedancken geben.

II. **Daß ſich noch niemand unterſtanden aller und ieder Patrum Außlegung der gantzen H. Schrifft zuſammen zu bringen/ vielweniger mit einander zu vergleichen/und eine unfehlbahre Gewißheit daraus zu weiſen.**

Es wird auch in alle Ewigkeit nicht geſchehen können / weil viel tauſend Tractat derſelben verlohren/und nicht mehr verhanden/wie ſolches aus Poſſevino, Sixto Senenſi, Bellarmino und andern ſonnenklar iſt. Wer will uns aber verſichern / ob in allen ſolchen verlohrnen Büchern dieſe oder jene Meynung enthalten oder widerleget worden ſey/oder daß eben die beſten Bücher noch übrig/und allein die geringſten verlohren worden ? Oder aber/ daß keiner vor ſeinem Ende ein anders erkant oder erweiſet/oder/wie Auguſtinus in ſeinen retractionibus gethan/ ſeine vorige Meynung anders erkläret/oder widerruffen/oder ſelbſt widerleget habe?

III. **Daß ſich noch niemals keiner aus den Patribus erkläret / er wolle alles und iedes / ſo ſeine Vorfahren oder Nachkommen bey der H. Schrifft Erklärung angeführet / vor gewiß und unfehlbahr halten/ und denenſelben/ als einer allgemeinen Glaubens-Regel/ nicht widerſprechen.**

Welches auch unmüglich iſt und bleibet/ denn ſie geſtehen alle und iede gar gern/ **daß ſie Menſchen ſind** / die alle mannigfaltig irren und fehlen können/wie S. Jacobus ſagt c.3: In multis aberramus omnes. Welchen es allerzeit auſſer GOttes Wort und Warheit fehlet an der infallibilitate oder **unfehlbahren Gewißheit** in cognoſcendo, teſtificando & judicando, **alles gewiß zu wiſſen/zu bezeugen/und davon zu urtheilen.** Ja wo bleibet die nothwendige perſpicuitas & evidentia in proponendo? **Wie dunckel**/ wie unverſtändlich / wird manche wichtige Sache vorgebracht? Wie gar offt mangelts auch wohl dem Allergelehrteſten zugleich am nothwendigen **wiſſen/wollen und können**?

Wir bleiben lieber bey dem unfehlbahren und unbetrüglichen Außſpru-

che der ewigen Warheit Matth. 7. **Wer dieſe meine Rede höret und thut ſie/den vergleiche ich einem klugen Mann/der ſein Hauß auf einen Felſen bauet.** Da nun ein Platzregē fiel/und ein Gewäſſer kam/ und webeten die Winde und ſtieſſen an das Hauß/fiel es doch nicht/**denn es war auf einen Felſen gegründet.** Und wer dieſe meine Rede höret und thut ſie nicht / **der iſt einem thörichten Mann gleich/ der ſein Hauß auff den Sand bauet.** Da nun ein Platzregen fiel/ und kam ein Gewäſſer/ und webeten die Winde/ und ſtieſſen an das Hauß / **da fiel es/ und thät einen groſſen Fall.**

NB. Totius libelli Frommiani plenaria refutatio edita eſt à D. Jacobo Tenzelio An. 1671. in 4. Witteb. ſub Titulo: Gründliche Rettung.

TITULUS II.
De Calviniſmo.

Calviniſmi notanda ſunt 1. Summa. 2. Antidota. 3. Stratagemata.

CAPUT I.
Summa Calviniſmi.

C*Alviniſmus eſt revelatæ veritatis perverſio elliptica*, cum everſione gratiæ univerſalis Evangelicæ in verbo & Sacramentis conſpicuæ, per abſolutum decretum. Cujus defectus patet, ex detractione eorum, qvæ rationi non videntur eſſe conſentanea, *tum qvoad dogmata*, de gratia univerſali, de univ. Chriſti merito, & vocatione Spiritus S. de electione perſeverantium per fidem in Chriſtum, de efficaciâ Verbi & Sacramentorum, de præſentiâ Chriſti &c. *tum qvoad adiaphora*, cum ſcandalo abrogata. Qvod patet

I. Ex Inſtitutionibus Johannis Calvini, 4. Libris incluſis.

Qvæ cum augmento editæ ſunt in fol. An. 1561. ubi

Lib. I.

Lib. I. agitur de notitia Dei, c. 1. ejus fine, c. 2. & de notitia naturali, c. 3. & hujus corruptione, c. 4. & conſpectu ex creatione & providentiâ, c. 5. cui accedit ſcripturæ ductus, c. 6. qvæ non dependet ab Eccleſia, c. 7. cujus fides explicatur, c. 8. ita ut non ſit opus nova revelatione, c. 9. Deus verò opponitur idolis, c. 10. cui non competit figura viſibilis, c. 11. Ipſe verò ſolus colendus, c. 12. trinus in perſonis, c. 13. in creatione ab idolis diſtinctus, c. 14. qvi hominem creavit integrum, c. 15. & univ. mundum ſuâ regit providentia, c. 16. cujus doctrinæ utilitas ſumma eſt, c. 17. qvia NB. *Deus utitur impiorum opera & animos flectit ad exeqvenda ſua judicia*, c. 18.

Libro II. de Chriſto. Nam Adæ lapſum & peccatum orig. ſeqvitur maledictio, c. 1. libertas arbitrii nulla ſupereſt, c. 2. ſed mera damnatio, c. 3. Deus verò operatur in cordibus, c. 4. lib. arbitr. fruſtra defenditur, c. 5. redemtio qværenda in Chriſto, c. 6. Lex fovet ſpem ſalutis in Chriſto, c. 7. Lex moralis explicatur, c. 8. Chriſtus Judæis ſub Lege notus, Evangelio fuit exhibitus, c. 9. V. & N. T. ſimile, c. 10. differt tamen c. 11. Chriſti incarnatio neceſſaria, c. 12. eſt enim verus Homo, c. 13. unus Mediator, c. 14. cujus officium triplex, c. 15. Unde ſalutis acqviſitio conſtat, ex morte, reſurr. & aſcenſ. in cœlum, c. 16. *qvi nobis gratiam Dei & ſalutem promeritus eſt*, c. 17.

Libro III. de gratia. Chriſtus prodeſt *arcanâ operatione ſpiritus*, c. 1. fides explicatur c. 2. & regeneratio & pœnitentia, c. 3. de Confeſſ. & ſatisfactione, c. 4. de indulgent. & purgatorio, c. 5. de vita Chriſtiani, c. 6. de abnegatione noſtri, c. 7. de cruce, c. 8. de futura vita, c. 9. de uſu præſentis vitæ, c. 10. de juſtificatione, c. 11. qvæ eſt gratuita, c. 12. cujus notæ, c. 13. initium & progreſſus, c. 14. de operum meritis, c. 15. qvæ refutantur, c. 16. de promiſſionibus Legis & Evangelii, c. 17. de mercede, c. 18. de libertate Chriſtiana, c. 19. de oratione, c. 20. *de electione & prædeſtinatione ad interitum*, c. 21. qvæ confirmatur, c. 22. cum refutatione object. c. 23. de vocatione, c. 24. & reſurrectione, c. 25.

Libro IV. de mediis externis. Ubi de Eccleſia, c. 1. falſa & vera, c. 2. de Eccleſ. doctoribus, c. 3. de ſtatu veteris Eccleſiæ, c. 4. per Papatum deſtructo, c. 5. de primatu R. P. c. 6. de ejus incrementis, c. 7. de poteſtate Eccleſiæ, c. 8. de Conciliis, c. 9. de Legibus Eccleſ. c. 10. & juriſdictione, c. 11. diſciplina & excommunicatione, c. 12. de votis, c. 13. de Sacramentis,

tis,c,14. de Baptiſmo,c.15. puerorum, c.16. de Cœna,c. 17. de Miſſa,c.18. de falſis Sacramentis,c.19. de adminiſtrat.politica, c.20.

II. Ex Synodo Dordracenâ.

Judicium Synodi Nationalis Reformatarum Eccleſiarum Belgicarum habitæ Dordrechti An. 1618. & 1619. cui plurimi inſignes Theologi Reform. Eccleſ. Angliæ, Germaniæ, Galliæ, interfuerunt, promulgatum d. 6. Maji, An. 1619. editum Dordrechti, Hag. Comitis, & Heidelbergæ, An. 1619. *Ubi præmittuntur Decreta* & ſententiæ 1. contra Johann. Olden Barnevelt, Advocatum Hollandiæ & Weſtfriſiæ, 2. adverſus Ægidium Ledenbergium Ord. Ultraject. Secretarium, 3. Rumoldum Hogerbetium, Syndicum Leidenſem, 4. & Hugonem Grotium, Syndicum Roterdamenſem, & contra XIV. Arminianos præſentes. Nec non judicium de doctrinâ Vorſtii, & contra Conciliabulum Arminianorum, Roterodami, & contra eorum conventicula. Deinde proponitur ſententia de qvatuor articulis

I. *de prædeſtinatione* (ſine reſpectu ad fidem, & reprobatione, ubi artic. 6. dicitur: *Hoc ab æterno decreto provenit, qvod aliqvi fide à Deo donantur, alii non.*)

II. *De morte Chriſti*, ubi DEI intentio ſpectat ſolos electos, Articul. 7.

III. *De Corruptione & Converſione.* Ubi artic. 10. efficax vocatio attinet ſolos electos.

IV. *De perſeverantia.* Qvibus ſubjungitur ſententia Synodi de Remonſtrantibus. NB. alii conſtituunt art. 5. 1. de prædeſtinatione, 2. de Chriſto, 3. de corrupt. 4. de gratia, 5. de perſeverantia.

III. Ex Syntagmate Theol. Amandi Polani.

Qvod A. 1615. editum eſt Hanoviæ in folio & continet libros 10. Ubi

Lib. 1. agit de Theologia, ejusqve principio Scriptura S. Lib. 2. de Deo ejuſqve attributis. Lib. 3. de myſterio SS. Trinitatis. Lib. 4. de Dei operibus & decretis, elect. & reprobat. Lib. 5. de operibus externis, creatione & providentia. Lib. 6. de providentia. Ubi etiam de Chriſto, vocatione, regeneratione, Sacramentis, miraculis & beneficiis divinis.

nis. Lib.7. de Eccleſia. Lib. 8. de B. operibus in genere. Lib. 9. de cultu Dei. Lib.10. de virtutibus moralibus.

IV. Ex Theologia Chriſtiana Marci Friederici Wendelini.

Qvæ continet libros 2. & edita eſt Hanoviæ An. 1634. in 8. Ubi poſt prolegomena de Theologia & Scripturâ S. Liber I. agit de agnitione Dei, continens c. 30. & Liber II. de Cultu Dei, exhibens capita 6.

V. Ex Triumpho Maſſonii.

Nam Chriſtoph. Maſſonii anatomia olim in 4. edita, denuo Anno 1674. in folio edita eſt, ſub Titulo: Anatomia univerſalis triumphans Johann Chriſtoph Bechmans/ Vier Theil/ Franckfurt an der Oder.

VI. Ex ſcriptis Danielis Sachſii.

edit. Cothenis, qvorum nonnulla fidei antiqvæ Anhaltinæ & aliis D. Johann Dürrii ſcriptis oppoſita ſunt.

VII. Ex Confeſſionibus Eccleſiarum Reformatarum.

v. g. Eccleſiæ Anglicæ, Gallicæ, Helveticæ, Belgicæ, Palatinæ, &c. Qvæ & ſeorſim & conjunctim extant. Et denuo conjunctim editæ ſunt à Johann Dureo, An. 1671. in 4. ſub Titulo: Extractum ex Harmonia Confeſſionum, oblatum Eccleſiis Reformatis, ut examinetur, anteqvam opus ipſum Lutheranis offeratur. Cujus ſcopum & uſum explicat p. 73. qvi eſt demonſtratio 1. innocentiæ profeſſionis Reformatæ. 2. ſummæ Chriſtianiſmi. 3. unitatis contra Pontificios. 4. abolitio ſchiſmatis. 5. collectio communis Catecheſeos, ut ceſſent Calviniſmi & Lutheriſmi factioſa nomina, qvæ fomitem ſchiſmati præbent, &c.

Cum qvibus conferri poteſt *D. W. Lyſeri Catena variarum opinionum*, qvas ex CCXXIII. autoribus plenius exponit & refutat Theologia Calv. Schlüſſelburgii, & fundamentalis Deductio Theologorum Marpurgenſium, à qvarum directâ & conjunctâ defenſione non pauci hodie abhorrere videntur; aut videri volunt.

ARTIC.

Articulus I.
De Principio fidei & DEO uno.

I.

IN *naturali notitiâ ſolâ* (qvæ potentiâ tantùm innata) qvidam adulti ſalvati ſunt. Alii, idqve etiam hodie, accipiunt immediatam (à nocturnis qvandoqve incertis monitoribus) revelationem. Qvæ ſcripto comprehenſa, illius ſcriptura in V.T. planè jam mutata, in N.T. ſolœciſmos continet, ſcriptoribus ipſis ex errore à veritate deflectentibus. Et cum Scripturæ verba non ſatis intelligibilia ſint, tropica nempe, verum ſenſum à judicio rationis accipiunt: ſenſusqve divinus in revelato verbo ſenſui voluntatis divinæ abſconditæ contrarius, ſicqve non ultimò verus, nec & in promiſſionibus univerſalibus ut credendorum norma omnibus poteſt proponi Qvoad abſconditam voluntatem qvoqve clara eſſe neqvit, imò ſolis abſolutè electis eſt perſpicua, qvi & immediatè & irreſiſtibiliter à Spiritu S., neqvaqvam verò per ſolum verbum, convertuntur.

II. *Creaturis etiam tribuitur nomen Jehovah*, qvi in ſe qvoad naturam agnoſci poteſt: cum Spiritus ſit (qvare & depingi non debet) & genus ejus Logicum, habeatqve ſuas proprietates (qvæ ne in perſona qvidem ſine duplicatione communicari poſſunt.) Et eſt Deus in exercitio miſericordiæ & juſtitiæ à lapſus neceſſitate haud independens, nec tamen cauſam impulſivam, qvia independens, admittit. Locus habitationis in cœlo extra hunc mundum, ad cujus localem dextram ita etiam itur, ei convenit, ſicut & partis ſpecies, cauſarum conſociatio. Scientia verò media de futuro conditionato non datur. Idem Deus ex ſolo malevolo affectu qvoſdam damnat, qvos nempe ex προσωποληψίᾳ ad cauſas damnationis qvoqve abſoluto decreto perducit. Ipſa tandem ejus potentia noſtræ rationis menſuræ ſubjecta eſt.

NB. *Refutationem* exhibet Theol. Polit. art. 4. 5. uſq; ad 10.

Articulus II.
De Trinitate ac Dei voluntate.

I. *Elohim*

I.

ELohim non probat pluralitatem. Trinitas ex ratione & dein ex Scriptura, qvæ ſæpè hîc violenter ab orthodoxis torqvetur, demonſtratur. Perſonæ (qvæ ipſe ſubſiſtendi modus) ſunt qvaſi ſpecies, partes eſſentiales, ſociæ cauſæ & autores. Ipſa divina eſſentia communicationem non admittit. Pater per generationem Metaphoricam talis eſt: Talis ergò & Filius. Pater eſt κατ' συνεκδοχὴν & ὑπεροχὴν, ut ἄιτιον & cauſa: Filius Patre etiam ſecundum divinitatem, in miſſione, officio Mediatorio & humiliatione minor, qvo reſpectu etiam qvædam in tempore accepit. Spiritûs Sancti tandem (cujus Filius Chriſtus ratione conceptionis) proceſſio itidem metaphorica eſt.

II. *Præſcientia divina media futurorum*, qvæ conditionem reſpicit, haud datur, certitudo verò ex prædeterminatione voluntatis divinæ ſeu decreti ejuſdem, unde omnia abſolutâ neceſſitate fiunt, nec ulla datur contingentia, etiam ratione actionum voluntatis rationalis in Angelis & hominibus ſive bonarum ſive malarum. Nec enim datur voluntas Dei ordinata & conditionata, nulla item voluntas antecedens, qvæ à ſapientia Dei aliena foret: Deumqve, qvando non impletur, imprudentiæ vel impotentiæ argueret; voluntasqve permittens circa mala non permiſſionem, ſed peccatum ipſum reſpicit, adeoqve effectiva eſt, ut cauſa lapſus & damnationis inde ſecutæ prima & ultima ſit & maneat.

NB. *Refutationem* exhibet Theol. Poſitiva articul. 9. 10. ad 15. & articul. 10. Titul. 15. & 17. & artic. 23. & 26.

ARTICULUS III.
De Dei Operibus & Cultu.

I.

EX *Operibus DEI* non effulget vel *Omnipotentia*, nec in creatione in nihilum non agente; nec in conſervatione, cum qvæ jure Phyſico fieri neqveunt, jure etiam divino fieri non poſſint, & DEUS illa non poſſit facere, qvæ noſtræ rationis judicio contradictionem involvunt; nec in conſummatione itidem in nihilum non

Xxxxxxx agen-

agente: vel *miſericordia*, cum Deus nunqvam voluerit horum, qvos ut laberentur condidit, miſereri: in ſalutis acqviſitione, Chriſti merito, ex abſoluto decreto inſufficiente: in oblatione dolo bono qvoſdam, ut non veniant, & gravius puniantur, vocante: in applicatione, ſi vel maximè credere velint, à fide excludente: vel *juſtitia & veritas*, in reſuſcitatione impiis ut beneficium Chriſti, per qvod inexcuſabiles reddantur, contingente: & in judicatione ex abſoluto decreto cauſas ſalvationis & damnationis deducente: in retributione æternâ pœnâ & præmio ex προσωποληψίᾳ dependente.

II. *DEI voluntas* non eſt, ut reprobi eum colant, & legi ejus obediant, qvin potiùs, cum creatura qvædam rationalis ex Dei abſoluto beneplacito ad damnationem, ejusqve cauſas creata & deſtinata, illa peccando Dei finem promovens Deum utiqve colere dicenda erit. Sic & electorum adulteria & homicidia, qvæ dum committunt, in gratia Dei manent, ad Dei cultum pertinebunt. Objectum verò divini cultûs & adorationis neqvaqvam eſt Chriſti Humanitas, ſed huic inferior adoratio debetur. Qvod ſi imagines in templis tolerentur, idololatricus cultus committitur; ſicut & idola conſtituuntur, qvando Sacramenta cauſæ inſtrumentales gratiæ & ſalutis aſſeruntur. Viciſſim verò qvi diſtributionem Decalogi non rectè facit, fractionem panis in cœna omittit, is Deum ritè colere neqvit.

Refutationem exhibet Theol. Poſit. art. 10. ad 70.

ARTICULUS IV.
De Creatione, Angelis & Homine integro.

I.

CReatio mundi in tempore*, qvæ rationibus Phyſicis certò demonſtrari poteſt, à tribus ſociis cauſis perfecta ſtatim eſt, non verò ex rudi indigeſta materia ſucceſſiva diſpoſitio ſucceſſit, & tantùm noſtro concipiendi modo ſex dies ei aſſignantur. Et cœlum qvidem Empyreum ſpacia latiſſima continens primo die creatum, cœli dein ſiderei non ex aqvis, & nec ut aqvæ ſuper illos ſint, firmamentum verò ipſa elementaris regio eſt.

II. *An-*

Digitized by Google

II. *Angelos cum cælo empyreo* creatos indubium,ſicqve certò die primo, qvibus corpora tribuenda, ſuntqve in loco circumſcriptive,ſicut & per ſe localiter moventur, nec à potentia moriendi planè immunes. Unde & boni Angeli Chriſto Mediatore conſervatoreqve opus habuerunt, qvamvis abſolutè electi à Deo fuerint per prædeſtinationem propriè ſic dictam.

III. *Homo* an ab initio creatus fuerit ſanctus, dubitari poteſt; imò ex neceſſitate Phyſica morti obnoxius fuiſſet, fuiſſet itidem in eo carnis cum ſpiritu pugna in inferioribus. Imago verò Dei eſt idea in mente Dei concepta, & ipſam animæ ſubſtantiam & ejus immortalitatem ſimul complectitur, & aſſerit Deo hominis ſimilitudinem ipſius corporis qvandam. Et licet omnes in Adamo ad imaginem Dei creati, non tamen omnes ſunt creati ad vitam æternam, ſed ut Adamus laberetur, & per lapſum totum genus humanum in exitium, ex qvo pauci per abſolutum decretum liberandi, præcipitaret. Animæ tandem omnes immediatè à Deo creatæ ſunt, & corporibus dein immittuntur.

NB. *Refutationem* exhibet Theol. Poſit. art. 17. 18. ſeqq. & 21. 28.

Articulus V.

De Homine corrupto & reſtituendo.

I.

P*Eccatum* eſt aberratio qvædam à lege poſitivâ tantùm, cum ſit voluntati abſconditæ beneplaciti conforme, & Deus in formali actionis impingentis concurrens, ut cauſa principalis, exlex eſt in illo, qvod ἀνομία reſpectu inſtrumenti eſt. Deus enim per præſcientiam, ordinationem & decretum abſolutum, qvô omnia neceſſariò fiunt, & futura tantùm homini contingentia, cauſa rerum omnium & actionum exiſtit. Ipſe inferiorem cauſam, ut inſtrumentum in objectum prohibitum, movet, dirigit, *occultè impellit, & per voluntatem efficacem ἀναξίως permittit*. Hinc Angelis qvibuſdam gratiam, qvâ poſſent velle perſiſtere, negavit, & ex abſoluto decreto ad damnationem eos aptavit. Qvin Diabolum & Serpentem creavit, qvi hominem tentarent, cui occaſionem peccandi lege, qvam nôrat non ſervandam, latâ dedit: gratiam

verò, qvâ poſſet perſiſtere, ſubtraxit; ſicqve Dei conſilio, voluntate & impulſu neceſſariò fuit lapſus, ut aliqvi damnarentur.

II. *Peccati primi propagatio* non fit per generationem animæ, qvæ nec puræ nec impuræ, ſed non impuræ creatæ, corpori juſto judicio in qvibuſdam puniendæ immittuntur. *Peccatum verò originale peccatum propriè non eſt*, ſed potiùs privatio qvàm corruptio, imò tantùm qvædam diſpoſitio ad pravam temperiem: infantes verò vel omnes, vel certè abſolutè electi, in Eccleſia, naſcuntur ſine reatu. In renatis qvoqve peccata etiam graviſſima, ſpiritu licet ſuccumbente, non ſunt regnantia, nec diſtingvi debet inter peccata mortalia & venialia, cum reprobis nulla unqvam peccata remittantur, ſed omnia ſint irremiſſibilia.

III. *Nulla datur etiam in externis libertas*, nec libertas à coactione in malo; cum determinatio omnium à ſuprema cauſa dependeat abſolutè. Gratia qvoqve in Electis agit irreſiſtibiliter & ſimpliciter immutabiliter. Liberum porrò arbitrium non in qvantum potentia, eſt amiſſum. Homo verò gentilis ſine fide ex verbo orta ſalvari poteſt, & per Philoſophiam lux Spiritûs Sancti datur, poteſtqve homo in converſione Deo cooperari, & deinde in renovatione bonis operibus ſalutem conſervare.

NB. *Refutationem* offert Theol. Poſit. art. 26. 29. 30. ad 36.

ARTICULUS VI.

De Prædeſtinatione ac Reprobatione.

I.

P*Rædeſtinatio* (de qvâ non agendum, qvamvis & ex Lege poteſt tractari) & electio eſt ad vitam & mortem; illa æterna, hæc temporalis ab æterno propoſito diverſa. Cauſæ ejus principales ſociæ perſonæ Trinitatis, abſoluto beneplacito impulſæ decernendo deſtinantes Chriſtum, ut inſtrumentum conſeqvens, & *qvoſdam Angelos ac paucos homines ad vitam æternam*. Atqve hos conſideratos vel ut adhuc creandos, vel ut lapſos qvidem, ſed in iisdem peccatis, ob qvæ reliqvi damnantur, hærentes, *ita, ut communis miſeria non irritarit Deum ad eandem*

dem miſericordiam, ſed illi pauci ex abſoluta gratia, *ſine intuitu Chriſti*, ut cauſæ meritoriæ fide apprehenſi, electi fuerint, qvibus dein τάξις conſtituta ſit, ut ſoli illi, qvi in gratia jam erant, per Chriſtum redimerentur, *irreſiſtibili modo* converterentur, & ita Verbum & Sacramenta *efficacia ſigna* iis eſſent, ſoli & juſtificarentur, & gratiam illam etiam graviſſimis peccatis obnoxii ne ad tempus qvidem amitterent, ipſorumq; ſalus non hypotheticè, ratione mediorum, ſed ſimpliciter abſolutè certa eſſet.

II. *Reprobatio eſt prædeſtinatio & electio ad mortem* ex abſoluto decreto, ut ita Dei juſtitia manifeſtari poſſet, qvibuſdam ex Angelis hoc fine creatis & ideò lapſis. Hominibus etiam qvoad maximam partem ob ſolum beneplacitum eodem decreto, vel ſine conſideratione præcedaneâ lapſus creatis ad damnationem (& ut hæc jure fieri poſſet, ad ejus cauſas) vel in lapſu qvidem conſideratis (ad qvem tantùm, neqvaqvam verò ad vitam creati) & ſine præviſione incredulitatis, qvæ reprobationis effectus, ſed abſolutè per præteritionem in miſeria communi relictis, qvorum Deus nunqvam voluit miſereri, qvibus nec Filii meritum ſubvenire debuit, adeoqve illis in verbo promiſſiones univerſales, atqve Sacramenta ut ſigna externa offeruntur ſimulatè, & tantùm ad damnationem, ad qvam abſolutè deſtinati.

NB. *Refutationem* oſtendit Theol. Poſit. art. 110. & 111.

ARTICULUS VII.

De Redemtore.

I.

D*octrina de Chriſto non omnibus Adultis neceſſaria*, & diſſenſio de unione & communicatione fraternitatem Chriſtianam non tollit. Filii enim Dei incarnatio ipſa adeò neceſſaria non fuit, nec divina ejus natura, ſed perſona humanitatem aſſumit (cujus actu ſecundo palpari, videri, proprietas eſſentialis, & cujus ſangvis qvoqve putrèfactus, materia ſucceſſivè præparata, & formatio per gradus facta, anima verò ex nihilo creata) ut ὑφιστάμενον, in tertium qvid eſſentiale, integrale, vel etiam accidentale, vel modô unionis accidentali, adjunctione nempe,

vel *per actum ſecundum ſuſtentationis* & circumgeſtationis duntaxat, cum reſpectu ad localitatem, ita ut λόγος extra & ultra carnem: *nulla verò* realis perſonæ, naturarum & proprietatum communicatio facta ſit, ut DEUS de Homine verbaliter, regulariter, eſſentialiter, accidentaliter, identicè, κατ' ἀλλοίωσιν, Synecdochicè, vel cauſaliter prædicetur.

II. *Communicatio idiomatum realis Eutychiana eſt*, & idiomata ſimpliciter ſunt incommunicabilia, eſtqve tantùm modus loqvendi; & *in primo genere eſt tantùm verbalis prædicatio*, & per ἀλλοίωσιν aut Synecdochen una natura ſolùm intelligitur, cujus proprium prædicatur. *In genere Majeſtatico* vel divina tribuuntur non naturis, ſed perſonæ, aut naturæ divinæ, vel humanæ dona tantùm finita, vel utriqve etiam in tempore data, diverſo reſpectu: neqvaqvam Humanitati Omnipotentia, Omniſcientia, vis vivificandi, judicandi, omnipræſenter gubernandi, à peccatis mundandi, reſuſcitandi, & cultus adorationis religioſæ convenit. *In tertio genere* officii evacuatio vera ejus reſpectu divinitati convenit, cum exinanitio ſit ipſa Incarnatio, vel ſit occultatio tantùm reſpectu noſtri, & utriqve naturæ competat: Exaltatio nondum abſoluta ſit. Mediatoria verò poteſtas gemina eſt, & ſine communicatione ἐνεργειῶν diſtinctæ ſunt actiones, divinæ & humanæ, Humanâ tantùm humana agente.

III. *Mediatoria poteſtas* vel gemina vel media, ſicqve nec divina nec humana eſt, *& in munere Prophetico* ſalutem ex abſoluto decreto ſolis electis propriam per verbum & Sacramenta, ut inefficacia ſigna, indicat ſola divinitas, ita qvidem, ut reliqvi planè illuminari non debeant. *In Sacerdotali* inefficaciter & tantùm ratione electorum operatur. *In Regio* datur duplex dominium, & à divino dominio humana natura excluſa, ſeqveturqve adhuc regnum aliqvod Chiliaſticum.

NB. *Refutationem* oſtendit Theol. Poſit. art. 40. ad 70.

ARTICULUS VIII. De Redemtionis Opere.

I.

R*Edimendi* à peccatis plures dari modi poſſunt, cum id ex abſoluta Dei voluntate pendeat. Namqve & per *ἀλλοίωσιν* aut Synecdochen

Digitized by Google

chen non ipſe Dei Filius, ſed ſola Humanitas paſſa, qvæ in redemtionis opere & proprietate naturali egit, & cum ipſa legi obligata eſſet, ſanctè vivendo (qvamvis recriminantis verba qvoqve ediderit) juſtificata eſt: ſicqve obedientiam activam pro ſe, non pro aliis præſtitit, ſibiqve etiam ipſi aliqvid, imò & Angelis promerita fuit, ac dein *ſolis abſoluto decreto electis*: pro omnium enim peccatis ſatisfeciſſe Chriſtum dicere blaſphemum eſt.

II. *Chriſtus porrò dicitur Filius Dei, qvia eſt à Spiritu S. conceptus:* nativitas autem ejus ad ſolos electos ſpectat, qvæ clauſo utero neqvaqvam fieri potuit; ad Circumciſionem autem, ut Filius Abrahæ, obligatus fuit: in miniſterio aliud prædicavit, aliud occultavit. *Paſſio* ab inſtrumento, ad malum à Deo ex abſoluto decreto impulſo, profecta ſolius Humanitatis eſt, & corpus Chriſti mortuum cadaver factum eſt, ſangvisqve ejus computruit. *Deſcenſus* ad inferos, qvomodocunqve tandem contigerit, neqvaqvam corpori & animæ glorioſè unitis tribuendus. *Reſurrectionis* qvoqve cauſa efficiens ipſa humanitas non fuit, qvæ ſola ſine perſonâ, vel perſona ſecundum utramqve naturam ſubjectum reſurrectionis, corpore per clauſum ſepulcrum non penetrante, & actu ſecundo adhuc neceſſario, viſibili, palpabili. *Aſcenſione* verò ſimplici ſeparata à terris humanitas certo cœli loco cõtinetur, qvi dextra Dei dicitur, ad qvam ſecundum divinitatem qvoqve ſedit, dominio officiali & inferiori ſuſcepto.

III. Atqve cum ſolius hominis meritum non poſſit eſſe ſatisfactorium, meritum Chriſti ita per *acceptationem* Dei cenſetur, nec ſangvis Chriſti emundat à peccatis; & in applicatione humana natura abſens per conſenſum agit, ipſaqve adeò applicatio ab abſoluto decreto dependet, imò ſine applicatione per fidem factâ ſalus qvibuſdam obtingit.

NB. *Refutationem* offert Theol. Poſit. art. 55. ſeq.

ARTICULUS IX.
De Oblatione gratiæ per Verbum.

I.

GRatiæ divinæ abſolutiſſimæ *affectus eſt particularis* erga qvoſdam, in qvos actus gratiæ prædeſtinantis fertur ante intuitum meriti Chriſti; re-

ſti; reliqvi ab omni gratiæ redimentis & vocantis etiam actu abſolutè excluſi: & ſi qvis gratiæ vocantis actus ad eos fertur, & externus, in ſe inſufficiens, vel ſanè præveniendo per ſimulationem & dolum ſufficiens, inefficax tamen, ut eò gravius damnentur. In abſolutè verò electis Spiritus S. agit modo & tempore congruis, ut *per irreſiſtibilem gratiam* eos domet, ac fidem in illis efficiat, minimè per ſolum verbi miniſterium, ſed *immediatè*, & qvandoqve etiam per immediatam revelationem. *Miniſter verbi* extrinſecus tantùm agit, nec Deus per illum verè & efficaciter peccata remittit, ſed per Metonymiam Sacramentalem cohoneſtandi gratiâ ei hoc tribuitur. *Reprobis* autem efficacia miniſterii ex abſoluto decreto denegatur, vel cum conditione impoſſibili offertur tantùm in graviorem damnationem. *Verbum* tandem ipſum tantùm externam intelligibilitatem in ſe habet, non internam divinam virtutem activam, qvæ occultè à Deo, ut donum ſupernaturale infuſum ſuperadditur.

II. *Aliqvi per legem naturæ ſalvati.* Lex autem moralis nec creationis ratione ad vitam æternam directa fuit: cujus in Decalogo promulgatio non omnibus audientibus debuit eſſe pædagogus ad Chriſtum: nec norma juſtitiæ divinæ eſſe poteſt, cum ex decretoria Dei voluntate renati qvidam graviter etiam peccantes in gratia maneant: reliqvi verò obedire legi non debeant, & ob opera cum voluntate abſconditâ congruentia Dei impulſu facta ex Dei merâ poteſtate damnentur. Sacrilegium autem eſt, ſi Decalogus ſine involucris Moſaicis & iis, qvæ ſpecialiter repetita in compendiis proponatur; & inexcuſabilis corruptio eſt, ſi ita dividatur, ut non ſit peculiare præceptum de imaginibus extra cultum etiam in templis prohibitis. *Sed etiam à forenſibus Moſis legibus diſcedere nefas*; imò & ceremonialia adumbrantia in N. T. Sacramentis etiam locum habent.

III. *Unum tantùm fœdus Dei eſt cum hominibus*, ex qvo in ipſa creatione qvidam excluſi, fœderisqve Evangelici poſt lapſum promiſſiones non ſunt univerſales, & particularitas applicationis ex defectu gratiæ qvibuſdam abſolutè negatæ oritur, continetqve illud ipſum conciones legales de contritione, & *conditionem de operibus* & ſanctificatione, *eſtqve ita Evangelium propriè Concio pœnitentiæ*, illudqve ratione promiſſionis ante CHRISTUM eſt V. Teſtamentum, ratione promulgatio-

gationis verò poſt exhibitum CHRISTUM, N. Teſtamentum, qvod à Vet. Teſt. qvoad ſubſtantiam non differt, ſed etiam figuras & umbras continet.

NB. *Refutationem* monſtrat Theol. Poſit. art. 90. 91. 92. 71. 72. ad 81.

ARTICULUS X.

De Sacramentis in genere, & Baptiſmo.

I.

S*Acramenti vox ad ſignum ſeu rem terrenam tantùm pertinet*, nec Sacramenta pertinent ad claſſem mediorum, ſed ſignorum, ut tamen non ſint ſigna exhibitiva, imò reſpectu reproborum nuda ſigna, ſine omni efficaciâ, qvando nempe ab illo ſolo, qvi legitimè vocatus miniſter Eccleſiæ (Diabolus hîc admitti poſſet) tantùm tamen extrinſecus adminiſtrata materia Sacramenti ſeu ſigni, ad qvam tamen res cœleſtis (ſed qvod in indignis locum non habet) & ipſe formalis ritus, ſicqve ſubſtantia & accidens, medium & res per medium oblata pertinent. *Forma verò fides eſt & unio analogica*, qvæ σχέσις ſigni ad rem ſignatam, nullo modo ad impios ſpectantem, & ſeparatâ actione recipiendam. Atqve ita tantùm externæ ſunt teſſeræ, vel aliqvam rem potiſſimùm præteritam ſignificant, ſine aliqvâ interiori operatione, & tamen ita obſignant & confirmant fidem, ſed ſolis abſolutè prædeſtinatis, imò teſtimonia ſunt non tam utentibus, qvàm ſpectatoribus, cum electis jam ante bona illa ex abſoluto decreto adſint, reprobis verò deſint, & indurandi tantùm cauſa offerantur. Prædicationes qvoqve omnes ſcripturæ tam de ſubſtantia qvàm efficacia Sacramentorum agentes ſunt tropicæ & figuratæ.

II. *Novi Teſtamenti Sacramenta* Chriſtus ſecundum humanitatem non inſtituit per divinam aliqvam virtutem, nec in diſpenſatione adeſt, nec effectum divinum per illa producit. Ipſa qvoqve Sacramenta cum Sacramentis V. T. ſubſtantiâ eadem ſunt.

III. *Baptiſmus*, qvi propriè immerſio, planè à fœminis non eſt adminiſtrandus, ubi aqva (de qva Johan. 3. etiam non agitur,) neceſſariò non adhibenda; & eſſe poteſt qvoqve ſine re cœleſti (cum præfer-

tim ſangvis Chriſti computruerit) qvæ cœleſtis gratia eſt ad effectum pertinens, qvæ ſpiritualiter, non verò alio modo ſacramentali præſens eſt, tam qvoad actionem Sacramentalem, qvàm qvoad recipientem, per præſentiam χρηςικὴν rei illius, qvæ qvandoq; pòſt, qvandoq; nunqvam adeſt. Poteſt autem adminiſtrari ſub aliâ formulâ. Finis & effectus in ſignificatione regenerationis conſiſtit, qvem non niſi in electis abſolutè obtinet; in infantibus, qvi in gratia, vel ſine fide, etiam nunqvam futurâ, vel per fidem alienam, vel potentiam, vel ſemen fidei, regeneratione ſignificatâ in adulta ætate demùm ſeqvente, utiqve ſalutem nec ſignificat nec confert. *Sicqve abſolutè à ſalute reprobati à Baptiſmo potiùs forent excludendi*; abſolutè verò electi infantes jam ante in fœdere gratiæ ſunt. Turcarum autem captivi infantes baptizandi non ſunt, qvia de omnibus incertum, num baptizandi ſint, qvi probabiliter in fœdere ſunt.

NB. *Refutationem* oſtendit Theol. Poſit. art. 82. ad 87.

Articulus XI.
De Cœna Domini & Eccleſia.

I.

I*Pſa Chriſti verba impotentia, qvia controverſa, non ſunt fundamentum hujus articuli*, vel certè non ſimpliciter, nec in ſenſu literali, ſed per Sacramentariam διάνοιαν accepta, & juxta cap. 6. Johannis explicata. Nec verò Chriſtus ſecundum humanam naturam inſtituendi illius divinam potentiam habet, aut in diſpenſatione etiam nunc præſens eſt, qvin & qvoad rem cœleſtem ac terreſtrem ſeparata cauſæ principalis & *inſtrumentalis* actio eſt. Pani poteſt ſuccedaneus ſubſtitui, eſſe tamen debet uſualis, fermentatus major & non placentæ orbiculares: præter panem verò & vinum nihil adeſt, & abeſt corpus à communicantibus, ſymbolis, Sacramento & loco, ubi celebratur, & per analogiam in nuda relatione & χέσει uniuntur, ut verbum *edite*, corpus non reſpiciat, ſed ſola elementa (qvia geminam manducationem ſignificat) ipſamqve adeò fidem aut ſpiritualem incorporationem. Τȣ̃το indicat corpus in menſa ſedens, aut totam actionem, aut ſolum panem. *Eſt* ſit idem qvod ſigni-

ſignificat & obſignat. *Corpus* deniqve ſit ſignum vel μνημόσυνον, vel ſimul etiam ſigillum, vel inſtrumentum, vel efficaciam corporis, aut corpus Metaphoricum, Metonymicum, Synecdochicum, qvod ſimul animam & totam perſonam, imò & beneficia comprehendat, vel corpus qvatenus traditum.

II. *Panis verò fractio analogica* & repræſentativa mortis aut ſatisfactionis ad Sacramenti eſſentiã vel partem integrantem principalẽ vel minus principalẽ pertinet; cui in altera parte ſeparata vini porrectio, vel infuſio in os, vel effuſio ex alto correſpõdet. *Convivarum* tandẽ tres ſunt claſſes: manifeſtè impii, qvi ſola ſymbola; hypocritæ, qvi rem Sacramenti; credentes, qvi fructum percipiunt. Indigni verò ſunt infirmi in fide; & increduli ſolum panem accipiendo ſpreti corporis rei fiunt. Domeſtica communio omittenda: ad alteram infantes fortè admittendi.

III. *Qvidam ex abſoluto decreto excluſi à vocatione ad Eccleſiam,* qvibus & Chriſtus id non eſt promeritus, vocantur autem tantùm, ut fiant ἀναπολόγητοι. Verbi & miniſterii operatio hìc tantùm externa eſt: interna verò vocatio aliqvibus ſine verbo & Sacramentis obtingit. Angeli qvoqve ſunt partes materiales, & membra veræ Eccleſiæ, & ex abſoluto decreto electi, ex qvo decreto unio ipſorum cum Chriſto capite dependet, cujus tamen Humanitas Neſtorianè ſeparata à divino merito & præſente influxu, regimine, mediis & defenſione removenda. Unio ergò cum eâdem abſente fit, cum illis etiam, qvi ſine fide ſunt, & in peccatis contra conſcientiam hærent. Πρόσκαιροι verò membra Eccleſiæ veræ nunqvam fuerunt. *Concilia* tandem ad hæreticos ab Eccleſia ſeparandos ſimpliciter neceſſaria.

NB. *Refutationem* oſtendit Theologia Poſitiva Articul. 88. & 113. & 91. & 114.

ARTICULUS XII.
De Salutis applicatione.

I.

D*ubitatur, & aſſenſus ſuſpendendus, an gemina, & qvidem aliqva ſine fide ſalutis obtinendæ detur ratio,* cum & Ethnici qvidam ſalvati. Du-

bitandum de fide infantum, cum qvidam ſine fide præſente vel unqvam futurâ ſalventur, illisqve vel fides aliena, aut ſemen fidei, aut fides potentialis, habitualis inclinatio ad fidem, vel qvid ſimile fidei, neqvaqvam verò fides illa, qvæ ſit ordinarium medium Chriſtum recipiens, tribuenda. In adultis *vocatio externa* ab interna ſeparata qvædam ex Dei intentione inefficax, imò in primâ oblatione ad excœcationem tendit: qvoad abſolutè electos verò gratia ex ſimplici Dei omnipotentiâ per omnes gradus irreſiſtibiliter agit, mentemqve ita illuminat & voluntatem reformat, eodemqve pacto pœnitentiam in nova obedientia etiam, atqve adeò in ceſſatione à malo & operatione boni, non verò in contritione & fide conſiſtentem, excitat. Ipſa qvoqve Chriſti prima receptio noſtra actio eſt, & ita *homo nondum renatus DEO cooperatur.*

II. *Ab abſoluta electione fides dependet*, & immediatè à Deo datur, verbo tantùm id, qvod fit, ſignificante. *Notitia* qvoqve myſteriorum ex lumine rationis petenda, cum Scriptura ambigua & obſcura, cumqve fides abſentia præſentia faciat, notitia hæc rei ipſi non congruat. *Aſſenſus* etiam talis eſt, ut in principalibus fidei dogmatibus diſſenſus pro ſolâ λογομαχίᾳ habendus: cumqve promiſſiones gratiæ nullæ univerſales, ſed gratiâ abſolutâ nonnullis ex abſoluto beneplacito excluſis in decretum electionis occultum recondita ſit, *individualis fiducia certa dari non poteſt, ſed de gratia ſemper eſt dubitandum.*

III. *Juſtificatio à ſalvatione realiter diſtincta*, ſanctificationem & opera etiam continet: ejus tres autores cauſæ ſociæ ad inſtrumentum, per gratiam abſolutiſſimam ex abſoluto decreto, ante intuitum Chriſti meriti qvibuſdam aſſignatam: ipſaqve adeò ſatisfactio Chriſti ad eam non ſimpliciter, qvamvis qvoad legis impletionem ad Chriſtum ipſum juſtificandum neceſſaria. *Juſtificantur ergò, qvi ſunt in actuali gratiâ poſſeſſione, ante juſtitiæ Chriſti imputationem.* Forma juſtificationis activæ remiſſio peccatorum, paſſivæ fidei imputatio eſt. Sed nec ipſa *B. opera & renovatio* ab illa excludenda, à conſervatione ſalutis certè neqvaqvam. Atqve ſicut ſoli electi juſtificantur, ita & obſignatio gratiæ juſtificantis & ſalutis ex abſoluto decreto pendet, ut licet reprobi præſenti gratiæ ſenſu ita afficiantur, ut ne ſuo qvidem judicio ab electis differant, nunqvam tamen fuerunt juſtificati: qviq; ſemel juſtificati, juſtitiam abſolutè neqveunt amittere.

NB.

NB. *Refutationem* oſtendit Theologia Poſitiva Articul. *70. 91. 92. 93. 94.* & 100.

ARTICULUS XIII.

De Sanctificatione.

I.

NOn *neceſſe eſt, ut ſtatus hominis in converſione accuratè diſtingvatur.* Abſolutè enim electus, nondum etiam converſus, Spiritui Sancto poteſt cooperari. Ipſa verò gratia ſanctificans tam prima qvàm ſecunda, tam interna qvàm externa vocatione agit irreſiſtibiliter. Sin verò reſiſtendi malignitas qvoad particulares in homine motus adſit, indubia tamen eſt gratiæ victoria, hominem per omnipotentiam ita expugnantis & immutantis, occaſione tamen obſcurâ, ut blandè ſine interni principii labefactione id fiat, imò qvoad omnes infantes ita illud fit, ut ſanctitas etiam ante Baptiſmum & regenerationem eis inſit.

II. *Gratia DEI abſoluta* Verbo & Sacramentis tantùm ut externo ſigno & inſtrumento in Sanctificatione utitur, atq; ita à Spiritu Sancto abſolutè electi ſanctificantur, reliqvis admonitiones in ſacris non proponuntur, ut ad pietatem excitentur, cùm abſoluta Dei voluntas impietate eorum adimpleatur, omniaqve non tantùm bona, ſed mala qvoqve abſolutâ neceſſitate fiant, ut reprobi non poſſint non ſemper peccare, nec ullum pietatis præmium expectandum habeant. Sicut è contrario ſemel ex abſoluto decreto ſanctificati ſanctificationem nunqvam amittunt, etiamſi in graviſſima ſcelera ruant, qvæ ipſis non imputantur, atqve adeò ſancti manent. Per renovationem verò ſicuti per lavacrum regenerationis ſalvantur, & B. operum cauſa ſunt.

III. *Cùm promiſſiones gratiæ Chriſti & fidei particulares ſint*, nemo in individuo, ſe fidem certam habere, probare poteſt, in *tentatione* præſertim, cum ſenſum fidei non habet. Imò ſenſus fidei ita ferè, ut in electis, eſſe poteſt (evaneſcit tamen) in προσκαίροις, & nunqvam vera fides fuit. In Confeſſione verò fidei ſimulatio & æqvivocatio licita. Ipſa verò fides etiam ſine charitate verâ Dei & proximi conſiſtere poterit. Arcanum item decretum cum particularitate promiſſio-

Digitized by Google

num ſpem omnem tollit, DEO ipſo hominibus occaſiones & offendicula, ut peccent, objicientes.

NB. *Refutationem* monſtrat Theol. Poſit. art. 27. 70. 90. 97. 77.

ARTICULUS XIV.
De tribus Hierarchiis.

I.

M*Iſſio miniſtrorum ex abſoluto decreto pendet*, & tendit etiam ante contemtum mediorum ad qvorundam juſtiorem condemnationem. Datur porrò tertium vocationis extraordinariæ genus, qvod nec mediatum, nec immediatum. Imò Medici & JCti publicè docere qveunt, nec opus eſt χειροτονία. Diaboli verò in miniſterio conſtituti Baptiſmus mulierum in caſu neceſſitatis Baptiſmo præferendus. Sic & nocturni monitores, ſive atri ſive albi, admittendi. Nec etiam ipſi *Apoſtoli* ab errandi periculo, poſt acceptum Spiritum Sanctum, immunes fuerunt. Ipſum autem Apoſtolatûs munus adhuc viget. *Et inter miniſtros nulli admittendi gradus*, nec in illis tituli graduum Academicorum ferendi. Hæreſeωn miniſterio contrariorum cauſa Deus eſt, nec hæretici, niſi in Conciliis auditi, damnandi: Illi etiam, qvos articulos fundamentales impugnare notum eſt, hæretici non ſunt dicendi. Tandem in Daniele de Anti-Chriſto nec Orientali nec Occidentali agitur.

II. *Monarchiæ Danielis Romanum Imperium non deſcribunt*. Monarcha in regno ſupremus excommunicationi ut poteſtati & ſuperiori ſubjectus eſſe non poteſt, & Ambroſius in facto illo contra Theodoſium non bene fecit. Ac *Chriſtianus Rex leges forenſes Moſaicas reducere tenetur*, nec proin fures, at contra hæreticos ſimplices capitali ſupplicio afficere debet. Non tamen *juramento religionis* ulli conſtringendi, ſed αὐτονομία mixturam religionis inferens ferenda, ipſi verò Calviniani pace Paſſavienſi, ut ſocii Auguſtanæ Confeſſionis, fruuntur: illis autem, qvi ipſis videntur hæretici, fides data non ſervanda, imò Tyrannico Magiſtratui vi reſiſtendum, & Reformatio ab ipſa plebe bipenni inſtitui poteſt,

III. *Pa-*

III. *Patres ob polygamiam damnandi*; adulterii verò cauſa Deus, etiam illius, qvod Abſolon publicè perpetravit. In renatis verò Spiritum Sanctum id non expellit. Aliæ porrò cauſæ divortii ſunt, præter adulterium; nec tamen deſertæ perſonæ, qvæ cauſam deſerendi dedit, concedendum novum conjugium: Sin autem cauſam non dedit, & alteri nupta fuit, deſertori redeunti ſimpliciter non eſt reſtituenda.

NB. *Refutationem* oſtendit Theologia Poſitiva artic. 119. ad 130. & articul. 26. & 31.

ARTICULUS XV.
De Salutis Conſummatione.

I.

QVidam homines ad vitam æternam non ſunt creati (qvibus utiqve mors ex creatione adhæret) imò creati ſunt, ut laberentur, morerentur, damnarentur. Creavit enim Deus ſerpentem & tentatorem, ut eo ſic ordinante qvidam damnarentur. Sententia Dei verò mortis comminatoria non de naturali mortalitate, ſed moriendi neceſſitate accipienda eſt, illâqve tali, ut terminus vitæ ſit abſolutè fatalis. Includendi verò Patres Vet. Teſt. mortui carceri, donec prædicante CHRISTO Spiritibus remiſſionem cum illo reſuſcitato ſupra cœlos attollerentur.

II. *Reſurrectio ex ratione demonſtrari poteſt*, Chriſtusq; homo reſurrectionis cauſa efficiens per ἀλλοίωσιν, ſecundum ſolam Deitatem eſt; Humanitas verò ad meritum, merè tamen humanum pertinet; & efficit reſurrectionem Chriſtus, ut caput, non ut Redemtor, cum beneficium hoc impiis à Chriſto partum, ut inexcuſabiles reddantur. In ipſo verò corpore mortuo vitalis latet vis, ex qvâ Deus ſpirituale corpus producturus. *Extremum porrò judicium* Chriſto Homini planè non convenit, vel ſaltem ut miniſtro, ut Humanitas cauſa adminiſtra ſit, fortè in executione Angelis conveniente ſeparatisqve à Divinitate actionibus. Cumqve ad hoc judicium viſibiliter rediturus ſit, ante hoc judicium nobis inviſibiliter adeſſe neqvit. *De irrationalibus etiam creaturis inſtituetur*, de hominibus verò ex abſoluto decreto, cùm enunciata Ev-

ta Evangelica non ſint univerſalia, fides abſolutè data, & declaratio fidei per opera juxta normam illius legis, cui impii obedire non debuerant, inſtituetur. *Inter judicium & mundi conſummationem mille anni intercedunt*, nec mundus per abſolutam annihilationem conſumetur.

III. *Cœlum ipſius Dei finitum & creatum eſt, cœlumqve beatorum eſt locus corporeus*, ens creatum, qvodammodò ſpirituale & ὑπερφυσικόν, ſurſum elevatum, habens dimenſiones, in qvibus localiter ire, ſedere, ſtare poſſunt. Corporaqve glorificata neceſſariò in loco corporeo circumſcriptive exiſtunt, corpus aliud penetrare non poſſunt, in juſta diſtantia à corpore non glorificato ſemper actu videntur, palpantur. *Dei verè viſio oculis etiam corporis glorificati ſimpliciter impoſſibilis*, nec cognitio ejus in altera etiam vita perfecta erit, neq; gradus gloriæ erunt. Et continget cœleſtis gloria qvibuſdam ex abſoluto decreto, *Ethnicis qvoqve Hilaria iſthic agentibus*, reliqvis fortè non tam malis ex abſoluto decreto in πῦ infernale dejectis, ad qvod Chriſtus non deſcendit. Homines verò per peccata formaliter (ob incredulitatem enim, cum credere nunqvam debuerint, fieri non poteſt) ad qvæ tamen creati à Deo & impulſi ſunt, damnantur.

NB. *Refutationem* offert Theol. Poſit. art. 131. ad 142.

CAPUT II.

Antidota Calviniſmi.

HÆc ſunt I. *Generaliſſima* ex everſione gloriæ divinæ, ſtudii pietatis & fundamentis ſolatii. Qvod non ſolùm B. Gerhardus in Diſp. Acad. verùm etiam Giſenius oſtendit in Calv. & Theol. Calv. Schlüſſelburgii, cujus libri 4. ex 223. Calv. ſcriptis collecti Anno 1592. editi ſunt in 4. Francofurti. Confer Methodum Studii Theolog. ſupra pag. 103. ſeq. & egregias D. Affelmanni Diſputationes denuò editas.

II. *Generalia*. Qvæ offerunt Theologi Haſſiaci in der gründlichen Widerlegung/ edita in fol. An. 1636.

Ubi oſtendunt, qvod I. per abſolutum decretum evertatur in genere fundamentum doctrinæ de Chriſto.

II. *In*

Digitized by

II. *In ſpecie* I. *doctrina de Decalogo,* per abſolutum decretum & damnationem, ad qvam creati ſint plurimi. Unde cauſa peccati in Deum redundat, & impii injuſtè puniuntur, qvi Dei voluntatem implent,&c. Et qvidem

in 1. præcepto non pertinet ad omnes promiſſio: Ego ſum DEUS tuus, tibi propitius, ob abſolutum decretum.

in 2. præc. DEI juramentum non conſiſtit cum abſol. decreto, nec Petrus abjurans Chriſtum poteſt eſſe ſanctus.

in 3. præc. Confuſio Sabbati moralis & Ceremonialis defenditur.

in 4. præc. cujus univerſalitatē inobedientia filiorum Eli evertit.

in 5. præc. dum fingitur David homicida Deo gratus, & crucifixio Chriſti mandata, conf. ibid. de mandato Gen. 22. & Theol. Exeg.

in 6. præc. dum adulterium Davidis Deo grati & inceſtus Abſolonis per div. impulſum defenditur.

in 7. præc. dum Joſephi venditio & ſpolia Ægypti minus orthodoxe explicantur.

in 8. præc. dum veritas div. contradictoria defenditur. vid. Theol. Poſit. art. 10. Tit. 17. & de Abrahamo Theol. Exeg.

in 9. præc. & 10. cujus diſtinctio negatur. vid. contrarium in Theol. Poſit. art. 72.

II. *Symbolum Apoſtolicum.* Cujus veritati obſtant dogmata Calv.

in *Art. I. de Creatione*, 1. Deum non eſſe patrem O. hominum propitium. 2. non permittere lapſum electorum, 3. qvorum ſit Pater, etiam ante Baptiſmum. 4. Deum non omnia poſſe. 5. Omnipotentiam tollere diſtinctionem volunt. antec. & conſeq. 6. & negationem converſionis irriſiſtibilis. 7. qvoſdam eſſe conditos ad æternam damnationem. 8. omnia fieri neceſſario.

in *Art. II. de Redemtione*, 1. qvod Chriſtus non ſit Salvator univerſalis. 2. nec Chriſtus Homo objectum fidei. 3. qvod ſit Salvator tantùm electorum. 4. tantùm finitis donis unctus, 5. ut Homo non Dei filius. 6. non Dominus univerſalis. 7. non pro omnibus conceptus, ſine communicatione idiomatum. 8. non natus omnibus, nec Maria Mater Dei. 9. non paſſus Dei Filius, nec pro omnibus. 10. non ſepultus, niſi reſp. corporis, qvod cadaver dicitur. 11. deſcenſum, reſurrect. aſcenſionem, ſeſſionem, attinere ſolos electos, ſine Omnipræſentia

 & ado-

& adoratione. 12. judicium extr. ſine Omnipotentia communicatâ, ſpectare ad ſolos reprobos.

in *Artic. III. de Sanctificatione*, 1. Sanctificationem attinere ſolos electos. 2. & converſionem irreſiſtibilem. 3. & Spir. Sancti donationem. 4. & habitationem in peccatoribus. 5. à qvibus non amittatur. 6. ſolatia ejus ſpectare ad ſolos electos. 7. & conſervationem. 8. electioñ & damnationem eſſe abſolutam. 9. promiſſiones eſſe particulares. 10. Eccleſiam non habere unum Patrem, Redemt. Sanctif. ob abſolutam plurimorum excluſionem. 11. nec ſanctâ eſſe, cujus membra ſint peccatores. 12. nec ubiqve aut univerſalem. 13. nec habere communionem Sp. S. 14. nec remiſſionem peccatorum univerſalem. 15. vitam æternam ſpectare ad pauciſſimos. 16. Amen eſſe incertum, ob abſolutum decretum.

III. *Oratio Dominica*, qvia 1. non vult Deus omnes orare. 2. ſed paucis dare fidem. 3. & Spir. Sanctum. 4. nec omnibus vult eſſe propitius. 5. qvia omnia decrevit, ſine reſpectu ad preces. 6. vult multa revelationi contraria. 7. non eſt omnium pater. 8. habitat in cœlo creato. 9. cujus Nomen non ſanctum. 10. non omnes vocat ad regnum. 11. habet voluntatem, qvam implent reprobi. 12. panis qvotid. non acqviſitus eſt reprobis à CHRISTO. 13. pœnitentia eſt particularis. 14. Adamus tentatus volente Deo. 15. ſoli electi liberantur à malo. 16. horum Rex Chriſtus. 17. Amen incertum eſt.

IV. *Baptiſmus*, ubi 1. perperam negatur Lutheri definitio. 2. Chriſtus autor præſens, & SS. Trinitas excluditur. 3. alius liqvor permittitur. 4. non in omnibus verus eſſe Baptiſmus fingitur, qvia Deus non eſt Creator, Redemtor & Sanctificator omnium baptiſatorum. 5. fides ad eſſentiam Baptiſmi reqviritur. 6. interna ablutio aſſeritur. 7. Hypocritis Baptiſmi veritas denegatur. 8. Baptiſmus duplex aſſeritur, internus & externus. 9. tribuitur ſolis electis. 10. ut pædo-baptiſmus non ſit neceſſarius. 11. & adultorum incertus. 12. qvia fœdus ſolos electos attinet. 13. in qvo ſunt electi ante Bapt. infantes. 14. Baptiſmus laicorum rejicitur. 15. & Pontificiorum in caſu neceſſitatis, 16. & privatus. 17. qvia non neceſſarius ad ſalutem. 18. nec fides datur infantibus. 19. de qvibus non loqvuntur verba Chriſti Marc. 16. 20. nec regeneratio. 21. qvia pii ante Bapt. Dei filii. 22. nam ſolis electis eſt ſignum remiſſionis

Digitized by Google

ſionis pecc. & induitionis Chriſti. 23. Sacramenta ſunt idolum. 24. & ſolis electis teſtimonium redemtionis. 25. liberi piorum ſancti ab utero. 26. ſoli electi accipiunt Spiritum S. 27. non verò Baptiſmus efficit membra Chriſti. 28. nec Chriſtianos. 29. nec baptizans aliqvid facit ad regenerationem. 30. Nam analogia eſt Baptiſmi forma. 31. aqva abluit ſordes corporis. 32. Baptiſmus eſt imago operationis. 33. ſangvini Chriſti non eſt communicata vis mundandi à peccatis. 34. qvod non præſtat Chriſti obedientia. 35. novi hominis reſurrectio tantùm ſignificatur.

V. *Cœna Domini*, ubi 1. taxatur Lutheri definitio. 2. Chriſtus Homo ab inſtitutione excluditur. 3. & Hoſtiæ panis eſſe negantur. 4. alia elementa externa permittuntur. 5. fractio panis urgetur. 6. & porrectio in manus. 7. forma Cœnæ aſſeritur eſſe analogia & fides. 8. litera rejicitur. 9. præſentia Chriſti negatur. 10. & Sacramentalis unio. 11. præſentia fidei objectiva fingitur. 12. oralis manducatio negatur. 13. rationi Dominium conceditur. 14. Caput 6. Johannis de Cœna explicatur. 15. Capernaiſmus Lutheranis imputatur. 16. ſpiritualis & Sacram. manducatio confunditur. 17. negatur doctrinam de Cœna eſſe articulum fidei ad ſalutem neceſſarium. 18. Calvinianis uſus S. Cœnæ apud Lutheranos conceditur. 19. Communio ægrorum improbatur. 20. Cœna ſolis electis inſtituta fingitur. 21. qvæ duplex, cœleſtis & terrena: 22. cujus fructus nullus. 23. qvia non eſt medium excitandi fidem. 24. nec ſigna Sacramentalia. 25. nec ad remiſſionem peccatorum. 26. nec ſalutis medium. 27. unde nulla certitudo Chriſti inhabitationis. 28. nec eſt viaticum ægrorum. 29. nec conſervatio ad reſurrectionem. 30. nec faciens ad manducationem ſpiritualem. 31. qvam Chriſtianus non accipit ad judicium. 32. cujus fructus eſt tantùm electorum. 33. Miniſter verò non dat bona cœleſtia. 34. ſolatium ex orali manducatione nullus eſt. 35. nec contra tentationes.

Accedunt errores de probatione, manducatione indignorum, confeſſione, abſolutione & poteſtate clavium, ibidem refutati. Nec non

I. *de oratione matutina & veſpertina*, ubi 1. de crucis figura. 2. de genuflexione. 3. de nomine Jeſu. 4. ejus majeſtate. 5. precibus ab hominibus conſcriptis agitur.

II. *de precibus ante & poſt cibum* fruſtraneis, qvia bona expetenda ad ſolos electos ſpectant.

III. *de Tabula Oeconomica.* Hæc enim non ſolos abſolutè electos attinet, & B. opera ab omnibus ſtatibus reqvirit Eccl. Polit. Oecon. De qvibus omnibus ex ipſis adverſariorum verbis ſolidè refutatis plenius agit ſupra memorata gründliche Widerlegung/ qvæ omninò *reſponſum poſt tot annos*(ſcilicet qvadraginta integros, etiamnum expectat: eſt enim edita An. 1636. & hucuſqve perſtat irrefutabilis.)

Qvam laudatiſſimam , incomparabilem & verè fundamentalem appellare, & SS. Theol. Studioſis ſæpius commendare ſolebat ingens Theologus B. D. Jacobus Martini. Qvæ pleraqve accurata brevitate & perſpicuitate expoſita ſunt à Schlüſſelburgio in Theol. Calv. & in Articulis Viſitatoriis Lipſiæ, An. 1593. in 8. editis, cum Apologia ſive gründliche Verantwortung durch die Viſitatores, welche geweſen D. Mirus, Mylius, Hunnius, Hasbartus, Lonerus, und Mamphraſius. Titulus eſt: Chriſtliche Viſitation-Articul.

Der I. Articul.

Von dem heiligen Nachtmal.

Die reine und warhafftige Lehre unſerer Kirchen/ vom heiligen Nachtmal.

I.

DAß die Wort Chriſti: Nehmet und eſſet/ das iſt mein Leib; trincket/ das iſt mein Blut/ einfältig und nach dem Buchſtaben/ wie ſie lauten/ zu verſtehen ſind.

II. Daß im Sacrament zwey Ding ſeynd/ gegeben/ und mit einander empfangen werden. Ein irrdiſches/ das iſt Brod und Wein/ und ein himmliſches/ das iſt der Leib und Blut Chriſti.

III. Daß ſolches hiernieden auff Erden geſchicht/ und nicht droben im Himmel.

IV. Daß es der rechte natürliche Leib Chriſti ſey/ der am Creutz gehangen/ und das rechte natürliche Blut/ das aus Chriſti Seiten gefloſſen.

V. Daß der Leib und Blut Chriſti/ nicht nur mit dem Glauben geiſtlich/ welches auch auſſerhalb dem Abendmal geſchehen kan/ ſondern allda

allda mit Brod und Wein mündlich / doch unerforſchlicher und übernatürlicher Weiſe empfangen werde / zu einem Pfande und Verſicherung der Aufferſtehung unſerer Leiber von den Todten.

VI. Daß die mündliche Nieſſung des Leibes und Bluts Chriſti nicht allein von den Würdigen geſchehe/ſondern auch von den Unwürdigen/die ohne Buß und wahren Glauben hinzugehen / doch zu ungleichem Ende/von den Würdigen zur Seeligkeit/von den Unwürdigen aber zum Gericht.

Der II. Articul.

Von der Perſon Chriſti.

Die reine und warhafftige Lehre unſerer Kirchen dieſes Articuls / von der Perſon Chriſti.

I.

IN Chriſto ſind zwo unterſchiedene Naturen / die Göttliche und die Menſchliche / dieſe bleiben in Ewigkeit unvermenget und ungetrennet.

II. Dieſe beyde Naturen ſind perſönlich alſo mit einander vereiniget/daß nur ein Chriſtus/eine Perſon iſt.

III. Um dieſer perſönlichen Vereinigung willen wird recht geſagt / iſt auch in der That und Warheit alſo / daß GOtt Menſch / und Menſch Gott iſt/daß Maria den Sohn Gottes gebohren/und GOTT uns durch ſein eigen Blut erlöſet hat.

IV. Durch dieſe perſönliche Vereinigung/ und darauff erfolgete Erhöhung / iſt Chriſtus nach dem Fleiſch zur Rechten GOttes geſetzet/ und hat empfangen alle Gewalt im Himmel und auff Erden / iſt auch aller Göttlichen Majeſtät / Ehre / Krafft und Herrligkeit theilhafftig worden.

Der III. Articul.

Von der heiligen Tauffe.

Die reine warhafftige Lehre unſerer Kirchen/von dieſem Articul der heiligen Tauffe.

 I. Daß

I.

DAß nur eine Tauffe ſey/ und eine Abwaſchung / nicht welche die Unſauberkeit des Leibes pfleget hinweg zu nehmen / ſondern uns von Sünden wäſchet.

II. Durch die Tauffe / als das Bad der Wiedergeburt und Erneuerung des H. Geiſtes/machet uns Gott ſelig / und wircket in uns ſolche Gerechtigkeit und Reinigung von Sünden/daß/wer in ſolchem Bunde und Vertrauen biß an das Ende beharret/ nicht verlohren wird/ ſondern das ewige Leben hat.

III. Alle/die in Chriſtum Jeſum getaufft ſind / die ſind in ſeinen Todt getaufft / und durch die Tauffe mit ihm in ſeinen Todt begraben/ und haben Chriſtum angezogen.

IV. Die Tauffe iſt das Bad der Wiedergeburt/ darum/daß wir in derſelben von neuen gebohren / und mit dem Geiſt der Kindheit verſiegelt und begnadet werden.

V. Es ſey denn / daß iemand gebohren werde aus dem Waſſer und Geiſt / ſo kan er nicht in das Reich GOttes kommen : doch iſt der Nothfall hiermit nicht gemeynet.

VI. Was vom Fleiſch gebohren iſt/ das iſt Fleiſch/ und von Natur ſind wir alle Kinder des Zorns Gottes/denn aus ſündlichem Samen ſind wir gezeuget / und in Sünden werden wir alle empfangen.

Der IV. Articul.

Von der Gnadenwahl und ewiger Verſehung Gottes.

Die reine und warhafftige Lehre unſerer Kirchen / von dieſem Articul.

I.

DAß Chriſtus für alle Menſchen geſtorben / und als das Lamb GOttes der gantzen Welt Sünde getragen hat.

II. Daß Gott niemands zum Verdamnis geſchaffen / ſondern will / daß allen Menſchen geholffen werde / und ſie zum Erkäntnis der

War-

Warheit kommen; Befiehlet allen / daß ſie ſeinen Sohn Chriſtum in dem Evangelio hören ſollen/und verheiſt dadurch Krafft und Wirckung des H. Geiſtes/ zur Bekehrung und Seeligkeit.

III. Daß viel Menſchen durch ihre eigene Schuld verdamt werden / die entweder das Evangelium von Chriſto nicht hören wollen / oder aus der Gnade wieder außfallen/durch Irrthum wider das Fundament/ oder durch Sünde wider das Gewiſſen.

IV. Daß alle Sünder/ſo Buſſe thun/zu Gnaden angenommen/ und keiner außgeſchloſſen werde / wenn ſeine Sünde gleich blutroth wären/ſintemahl Gottes Barmhertzigkeit viel gröſſer iſt / denn aller Welt Sünde / und Gott ſich aller ſeiner Werck erbarmet.

III. Antidota ſpecialia.

I. Inſtitutionum Johannis Calvini.

Offert Dannhaueri Hodomoria Calv. & Commentarius in Formulam Concordiæ, qvi Iſag. Carpzov. annexus eſt, & ſupra univerſa Theologia Poſitiva, qvæ offert formationem ſtatus controverſiæ Calv. in potioribus articulis v. g. de præſentia Chriſti, de communicatione idiom. de electione, de Cœna, de Bapt. de cauſa peccati, de voluntate arcana, de abſoluto decreto, &c. nec non Giſenii Calviniſmus editus An. 1621. in 4. & Gieſſæ 1620. in 8. ubi agitur.

Diſp. 1. de Calviniſmo.

Diſp. 2. de Syncretiſmo & ſocietate A. Conf.

Diſp. 3. de prædicationibus inuſitatis & communicatione propriorum.

Diſp. 4. de unione perſonali & prædicationibus perſonalibus.

Diſp. 5. de primo genere communicationis idiomatum.

Diſp. 6. de ſecundo - - - - - -

Diſp. 7. de communicatâ omnipotentia, omniſcientia &c.

Diſp. 8. de tertio genere communicationis idiomatum.

Diſp. 9. de ſtatu exinanitionis & exaltationis.

Diſp. 10. de abſoluto electionis decreto.

Diſp. 11. de prima electionis cauſa.

Diſp. 12. de cauſa - - - meritoria.

Diſp. 13

Diſp. 13. de cauſa electionis inſtrumentali.

Diſp. 14. de infidelium reprobatione.

Diſp. 15. de præſcientia, providentia & malorum cauſis.

Diſp. 16. de Sacramentis in genere.

Diſp. 17. de Sacramento Baptiſmi.

Diſp. 18. de - - - S. Cœnæ.

Diſp. 19. de qvibuſdam fidei articulis, qvos Calviniani indirecte oppugnant. v.g. de verbi efficacia, regeneratione, libero arbitrio &c.

Diſp. 20. de Adiaphoris in genere, & in ſpecie de diſtributione Decalogi & imaginibus.

Diſp. 21. de reliqvis adiaphoris.

Huc facit defenſio Catechiſmi Lutheri ejuſdem autoris, contra Jeſuit. & Calv. Argentorati in 8. An. 1620. addatur D. Johan. Mülleri tractat. Germ. abſoluto decreto oppoſitus, ubi oſtendit univerſalitatem 1. gratiæ Dei. 2. meriti Chriſti. 3. vocationis, & qvidem 4. ſeriæ. Unde 5. electio non eſt abſoluta. 6. nec reprobatio. 7. qvia gratiæ poſſunt homines reſiſtere. Idem probatur ex teſtimoniis Lutheri.

II. Synodi Dordracenæ.

Exhibet Menzerus. Cujus Trias diſputationum An. 1621. Gieſſæ edita de electione oſtendit 1. Lutheranam Synodi Lingvam. 2. mentem Calvinianam. 3. examen capitis. 4. de perſeverantia.

Et Hunnii Διάσκεψις de fundamentali diſſenſu. Add. præcedens Theologia Poſitiva artic. 38. 39. & art. 10. Tit. 17. & 50. 55. 110. 57. & 88. & 109. 90. Confer Acta & Scripta Synodalia Dordracena miniſtrorum Remonſtrantium, edita Herdervvici in 4. & Francofurti. Ubi I. præmittuntur ſcripta Hiſtorica. II. oſtenditur ſententiæ Remonſtrantium declaratio 1. de prædeſtinatione (ubi & de cap. 9. Roman.) 2. de univerſalitate meriti Chriſti. 3. de gratia. 4. de perſeverantia. NB. pars tertia de gratia includit partem alteram de corruptione. Unde communiter numerantur articuli qvinqve.

III. Syntagmatis Polani.

Antidota offert Theologia Poſitiva.

Inprimis de attributis divinis articul. 10.

De

Digitized by Google

De gratia univ. articul. 38. 39. 70. & 90.
De CHRISTO articul. 40. ad 70.
De univerſali vocatione art. 91.
De Sacramentis Bapt. & S. Cœnæ, artic. 87. & 88.
De Electione & reprobatione &c. art. 110. ſeq.

IV. Wendelini.

Antidota exhibet refutatio B. Gerhardi & Lyſeri.

Qvæ verò in exercitationibus occurrunt, paſſim refellit præcedens Theologia Poſitiva, & Haſſiacorum-Theol. gründliche Außführung.

V. Maſſonii

Triumphum B. Wellerus evertit. Cujus renovationem in folio editam vel ipſa collatio cum ſcriptis noſtratium citatis refellit, & cum fundamentis, qvæ à Theolog. Haſſ. allata ſunt in der gründlichen Außführung. Et qvid tandem prodeſt illa altercatio, an Beumleri, vel Gvalteri verba integra citata ſint à noſtris? Vel, num hic vel ille phraſin adhibuerit, qvam rigoroſus taxare poſſit adverſarius? Potius cogitandum erat, annon poſt elapſos integros qvadraginta annos magis neceſſarium fuiſſet reſponſum ad objectiones, qvas Theologi Haſſiaci An. 1636. Reformatis oppoſuerunt de univerſi Chriſtianiſmi & fundamenti Catechetici everſione per dogmata Calvini ab ejuſdem ſucceſſoribus repetita. Qvæ enim in Catech. Zirickſeenſi producta ſunt, illis ſufficienter in peculiari tractatu reſpondit Dn. D. Johannes Dürrius. Qvam candidè verò B. Lutheri verba interdum citaverit Maſſonius, oſtendit ſupra proceſſus diſputandi exemplaris.

VI. Sachſii

Exceptiones dudum refutavit jam memoratus Dn. D. Johannes Dürrius in fide Anhalt. & Reſp. auf die Zugabe. Confer Manuale Theol. de Chriſto & gratia paſſim.

VII. Confeſſionibus Duræi

Conjunctim editis facilè reſponderi poteſt, ſi attendantur illa, qvæ de Concordia ab eodem propoſita adducuntur, & paſſim refutata ſunt in Theologia Exegetica, inprimis verò in appendice Commentarii in F. Conc. edit. 2. Si enim ex variis Confeſſionibus qværenda erit genuina

Reformatorum ſententia, omninò ante omnia reqviritur, ut de Harmonia cum Synodo Dordracena & cum Auguſtana Confeſſione certi ſimus. Qvorſum facit inſignis Iſagoge B. Carpzovii in libros Symbolicos, cum annexo Commentario in Formulam Concordiæ.

CAPUT III.

Stratagemata Calviniſmi, cum remediis.

Ubi inprimis attendenda eſt 1. Methodus diſputandi. 2. Pellis ovina. 3. Topica catholica.

Stratagema I. Methodus diſputandi ſuſpecta.

Hanc oſtendit

I. *Provocatio* 1. *ad judicia Dei abſcondita* ex Rom. XI. Calvino ſolennis. Cum tamen non ſit qvæſtio, an detur aliqva Dei ſapientia non revelata, ſed annon revelata veritas ad ſalutem ſit ſufficientiſſima, adeò, ut non detur in Deo veritas contradictoria? Qva de re agit Theologia Poſitiva art. 10. Tit. 17. NB.

2. *ad principia rationis*, inprimis verò Phyſica. Vid. Vedelii rationale, qvod evertit Dn. D. Johannes Muſeus, & qvæ Sadaëli oppoſuit B. Menzerus & Philippus Nicolai. Qvæ verò de Philoſophiæ abuſu huc ſpectant, illa expoſita ſunt in Methodo Studii Theologici ſupra pag. 70. ſeq.

3. *ad ſcripta publica.* Qvod Maſſonius & alii faciunt. Qvibus rectè opponimus Confeſſiones publicas, & inprimis acta Synodi Dordracenæ.

4. *ad Auguſtanam Confeſſionem.* Cui opponenda eſt Menzeriana Exegeſis, & Iſagoge Carpzoviana, atqve Commentarius in Form. Conc. Conf. præfat. D. Calovii in A. Conf. p. 33. ubi oſtendit, qvod Dordracena Synodus apertè damnet dogma de Spiritus S. amiſſione, qvam aſſerit A. Confeſſio art. 12.

II. *Extenuatio Controverſiarum*, tum ratione paucitatis, tum ratione

tione valoris. Cui rectè opponitur contrarium ex deductione Theol. Haſſiac. & qvæ habentur in Theol. Poſ. art. 10. Titul. 17. artic. 3. & 40. ad 70. & 87. 88. 110. &c. nec non Comment. in Formul. Conc.

III. *Appellatio Catholicorum & orthodoxorum.* Nullam enim dari religionem Calvinianam, ſe eſſe Reformatos, fermenti Papiſtici expurgatores; Formuliſtas verò eſſe novatores. Cui rectè opponitur, non eſſe qvæſtionem de dogmatibus Catholicis, v. g. de juſtificatione per fidem &c. ſed de perverſionibus Johannis Calvini, ex Inſtitutionibus illius conſpicuis, qvorum fons eſt abſolutum decretum, unde negatio gratiæ & redemtionis atqve vocationis univerſalis, & efficaciæ verbi atqve Sacramentorum oritur. Lutheranos verò non eſſe novatores, oſtendit Commentarius in Formulam Concordiæ, & fides antiqva Anhaltina Dn. D. Dürrii.

IV. *Accuſatio* Lutheri, qvod fuerit rigidiſſimus, & tamen inconſtans. Qvæ evertitur ex actis publicis in Comm. in Form. Conc. articulo 7. adductis NB. & parte 4. Apologiæ Form. Conc.

V. *Commendatio* moderationis, de qva actum eſt in Commentario in Form. Conc. in fine.

VI. *Oblatio* Pacis & Concordiæ per phraſes generaliores & ambiguas. Qva de re dictum eſt ibidem in reſponſione ad conatus Durei.

VII. *Diſtinctio* inter antiqvos Calvini ſectatores rigidiores & recentiores, qvi longè moderatiores ſint; qva de re ibidem dictum eſt. Interim ſtante ſententia Synodi Dordracenæ, ſtante horribili illo abſoluto decreto & particularitate meriti CHRISTI, evaneſcit ſpecioſa illa diſtinctio & controverſiarum denuò repetitarum excuſatio fruſtranea.

VIII. *Prætextus criminis læſæ majeſtatis.* Qvoties urgentur ſuperiores, ut vigore obligationis ſtent promiſſis, nec contra pacta & conventiones publicas coarctent liberum religionis exercitium. Cujus rei exempla & antidota offerunt Acta D. Simonis Gedicci, Pelargo & aliis oppoſita, & D. Hutteri Calv. Aulico-Politicus. Huc ſpectant accuſationes Formulæ Concordiæ, ob formulas damnatorias Magiſtratui intolerabiles. Cùm tamen non de perſonis earumqve damnatione, ſed de dogmatibus improbandis qvæſtio ſit. Qva de re agit Carpzovii Iſag. in F. Conc. & Conſtans Concordia Concors.

Digitized by Google

IX. *Retorſio abſurditatis oppoſitæ.* Qvoties enim opponitur à noſtris, abſolutum decretum horribile ex ipſius Calvini teſtimonio, toties parata eſt coacervatio abſurdorum ex dictis Lutheri & Lutheranorum cum ſiniſtra interpretatione eorum, qvæ ipſe contextus excuſat. Uti patet ex Maſſonii Catech. Ubiqvitiſtico & Triumpho. Cujus antidotum offert refutatio B. Welleri, & proceſſus diſputandi ſupra expoſitus. Imò fruſtraneus eſt hic conatus, dum non qværitur de Doctoribus, ſed de doctrina, qvatenus illa in libris noſtris Symbolicis communi conſenſu repetita eſt.

X. *Impoſitio ſilentii.* Cujus praxin infeliciſſimam in Acad. Heidelbergenſi, una cum Philippi Conſilio, oſtendit Apologia Form. Conc. parte 4. Confer Theol. Poſit. art. 88. *Summa:* Convitia & injuriæ meritò improbantur; defenſio autem veritatis ſine illius jactura certiſſima omitti non poteſt. Qva de re agit Commentarius in Form. Conc. ejusqve appendix de moderatione & Syncretiſmo. NB.

XI. *Imputatio deteſtandæ hæreſeos & erroris intolerabilis.* Uti patet ex Creophagia Bezæ, Admonitione Neoſtadiana & aliis ſcriptis. Ubi paſſim Capernaiſmus, Eutychianiſmus & alia, nec non monſtroſa ubiqvitas noſtris imputatur. Cujus rei antidota monſtrat Theologia Poſitiva, art. 50. 69. & 88. & Apologia Formul. Conc. & de voluntate Dei anteced. Theolog. Poſit. art. 10. Titul. 17. de Communicatione proprii, articul. 46.

XII. *Æqvivocatio*, dum nonnulli phraſeologiam adhibent Symbolicam, ſed ſenſu prorſus alieno. Cujus rei antidotum exhibet Dn. D. Calovii tract. de Syncretiſmo in art. de Chriſto, & Commentarius in Form. Conc. nec non Iſagoge Carpzovii.

Stratagema II. Pellis ovina.

I. Iniqviſſimam eſſe excluſionem à jure fraternitatis eorum, qvos ipſa defendit innocentia. vid. Lib. cui Tit. Klägliche Supplication. Cujus antidotum exhibet Apologia Form. Conc.

II. Reformatorum doctrinam non eſſe aliam, qvàm orthodoxam, ab ipſo Luthero ex Scriptura S. repetitam. Vid. Außführlicher Bericht/ was die Reformirten Kirchen in Deutſchland gläuben oder nicht gläuben/ Caſſellis in 8. An. 1670. cum appendice, darinnen bewieſen wird/ daß ſie keines weges ſo einen ſchrecklichen Glauben haben/ als ihnen von friedhäſ-

ſigen

Digitized by Google

ſigen Leuten wird beygemeſſen. Liber ipſe habet capita 10. ubi cap.1. negatur veritas accuſationis. c.2. oſtenditur ſumma fidei. c.3. qvod illa non ex ratione, ſed ex revelatione hauſta ſit. c.4. Idem docuiſſe Lutherum, excepto art. de Cœna. Ubi tamen diſſenſus non tantus eſſe putatur, qvantus videtur nonnullis. c.5. oſtenditur, cur non poſſunt conſentire cum Luthero de cœna. c.6. idem verum eſſe in art. de Chriſto, excepta omnipræſentia. c.7. eundem conſenſum cum Luthero urgent in artic. de providentia. c.8. idem aſſerunt de artic. de electione. c.9. idem de Baptiſmo. c.10. Ceremonias, qvas retinent, eſſe Verbo Dei & Chriſtianæ libertati conformes.

Reſponſum ad hæc capita exhibet 1. deductio Theol. Haſſiacorum. 2. Apologia Form. Conc. 3. Commentarius in Formul. Concordiæ. Non enim ſufficit 1. negare. 2. extenuare. 3. probare aliqvid ex qvibuſdam Lutheri verbis. Sed reqviritur probatio 1. ex Scriptura. 2. ex conſtantiſſima Lutheri aſſertione. Confer, qvæ contra Dureum habet appendix Form. Conc. Commentar. & Theol. Poſit. artic. 2. & 3. 88. 87. 50. 26. 110. 111. & 102. NB. Add. Hottingeri primitiæ Heidelbergenſes, & Dannhaueri Salve Reformatorum in 8. NB.

III. *Inprimis articulum de electione eodem modo propoſitum fuiſſe ab Auguſtino & ipſo Luthero.* Qvia contrarium oſtendit D. Calovii Harmonia. Confer Comm. in Form. Concord. art. 7. NB.

IV. *Lutherum revocaſſe ſententiam de Cœna.* Contrarium enim oſtenditur l. d. & à D. Finckio in pecul. tractatu, nec non ab autoribus Apologiæ F. Conc. part. 4.

V. *Sententiam Reformatorum de Cœna* eſſe magis conformem Scripturæ S. Qvod probare conatur liber Germ. Cothenis Anhalt. edito A. 1668. in 8. ſub Tit: Zwölff wolgegründete Haupt-Urſachen. Cujus XII. rationes per inverſionem refutatæ ſunt Anno 1669. ſub eodem Titulo: zwölff wolgegründete Haupt-Urſachen. Ubi poſt formationem ſtatus controverſiæ (ſcil. non eſſe qvæſtionem 1. de judicio rationis probabili, 2. nec de ſententia Lutheri, 3 nec de dictis Scripturæ S. allegoricis, 4. nec de prætextu rationis, 5. nec de opinione vel Patrum vel Scholaſticorum, 6. nec, an de facto verba Teſtamenti humani interdum mutationi ſint obnoxia. Sed 7. annon Chriſtianus, cui non ignota eſt ſeductio Evæ per neglectum verbi, Gen. 3. teneatur credere

Filio Dei omniſcio & Regi omnipotentiſſimo, verba perſpicua enuncianti, & exemplo Abrahami ſeponere exceptiones rationis Gen. 22. adeoqve non mutare verba Teſtatoris, à tribus Evangeliſtis & ipſo Paulo repetita, ideo, qvia Scriptura nullibi hunc articulum aliter propoſuit? Qvod Aff. Ratio aſſertionis hujus 1. eſt convenientia cum intentione Teſtatoris, 2. qvia nulla datur interpretatio magis conveniens, 3. qvia conſentanea eſt fundamento & analogiæ fidei, 4. qvia conveniens eſt naturæ Sacramentorum N.T. qvæ Chriſtum præſentem exhibent, Col. 2,17. Hebr. 10. 5. qvia convenit Chriſti regno & capiti præſentiſſimo, Matt. 28. c. 18. 6. qvia convenit inhabitationi Salvatoris præſentis, Johan. 15. 7. qvia præbet efficaciſſimum antidotum contra mortem, 8. qvia nullum fidei articulum evertit, 9. qvia explicatio contraria ex ratione humana orta eſt, 10. qvia à patribus præſtantiſſimis repetita eſt, 11. qvia excludit abuſum Papiſticum, 12. qvia à noſtris conſtantiſſimè defenditur. Vid. Breve Longum in 8. edit. Anno 1677. NB.

Stratagema III. Topica Catholica.

Urgent enim.

I. *Iniqvam eſſe damnationem eorum, qvi nunqvam nec ſufficienter auditi, neqve convicti ſunt.* Contrarium verò probat contra Admonitionem Neoſtadienſem & Hoſpinianum Hutteri Conc. Concors c. 14. f. 124. Sigvvartus contra Pareum, & Apologia F. Conc. Videatur Diſſertatio, cui Tit. Conſtans Concordia Concors; & conferatur regula Salvatoris Marc. 16. Qvi non crediderit, damnabitur. ὁ λόγος, veritas Johan. 17,17. Verbum, qvod loqvutus ſum, ἐκεῖνος κρινεῖ hoc ipſum, & idem ille ſermo judicabit eum in extremo die Johan. 12,48. Et inſtituatur examen conſcientiæ, ex collatione dictorum: Sic Deus dilexit mundum, Joh. 3. Edite, hoc eſt corpus meum, Matt. 26.

II. *Damnationem nullam eſſe ſine Synodo.* Qva de re agunt autores citati. Et Hunnii diaſcepſis in præfatione, ubi examinatur Synodus Dordracena, qvæ ratione proceſſus pejor fuit Tridentina, judice Petro Bertio.

III. *Pro fratribus habendos eſſe conſentientes in fundamento fidei.* Qva de re agit contra Dureum appendix comm. in Form. Conc.

IV. Scri-

Digitized by Google

IV. Scripta privata non eſſe tribuenda integra Eccleſiæ. Cui aſſertioni opponimus Confeſſionem Maſſonii part. 1. anatom. p. 38. ubi Scripta Calv. univerſalia putat eſſe ſeqventia, qvæ ſunt Catechiſmus Heidelbergenſis, Genevenſis, Gallicanus, Belgicus, Haſſiacus &c. Judicium Synodi Dordrechtanæ, Syntagma Confeſſionum omnium Eccleſiarum Reform. Orthodoxus Conſenſus, Inſtitutiones Johan. Calvini, Colloqvium Maulbrunnenſe, qvatenus declaratum eſt per ſeqventem explicationem. Admonitio Neoſtadiana de libro Concordiæ. Klägliche Supplication an Chriſtum. Außführlicher Bericht der Heydelbergiſchen Theologen. Qvamvis non deſint, qvi dubitent de ratihabitione omnium Reformatorum.

V. Sacramenta eſſe analogica. vid. Theol. Poſit. art. 82.

VI. Reformatos habere conſenſum Patrum univerſalem. Vide Conſenſum orthodoxum. Cujus fundamenta refutarunt Theologi Würtenbergenſes. Confer Chemnicium de fundamentis Cœnæ, & Gerhardi L. de Cœna. Qvia verò hoc loco qværitur de veritate Teſtamenti Jeſu Chriſti, fruſtra opponitur humana autoritas. Vide de Patribus ſupra Methodum Studii Theologici.

VII. Anglos eſſe moderatiores. Unde & Polus in annot. Bibl. ſæpius laudat noſtros Theologos, & Dureus amiciſſimè invitat ſingula Collegia & Conſiſtoria ad pacem Eccleſiaſticam. Sed ſumma Reſponſionis, cui Titulus: Principium, Norma & fundamentum pacis Eccleſiaſticæ, Veritas revelata infallibilis edita in 4. An. 1672. repetita eſt ſub finem Commentarii in Form. Concordiæ. NB. Ubi oſtenditur

I. Contradictoriorum conciliationem eſſe impoſſibilem.

II. Commune negotium communi conſilio eſſe ſuſcipiendum.

III. Præliminaria qvoad 1. objectum, 2. fundamenta, 3. remedia, 4. locum, 5. perſonas, 6. vocationem, 7. poteſtatem conciliatoris ſive mediatoris ab utraqve parte approbatam &c. minimè eſſe negligenda.

APPENDIX

Atqve ex his omnibus, qvæ hactenus adducta ſunt, ſatis patet,

I. Nondum ſufficienter refutatos eſſe Lutheranos, qvia deductio Theologorum Haſſiacorum fundamentalis nondum refutata eſt, neqve tra-

tractatus de Cœna B. Höpfneri, neqve Theologia Calv. Schlüſſelburgii, &c.

II. Nullas Lutheranis monſtrari poſſe cauſas tranſeundi ad Reformatos. Si enim, ex illorum aſſertione, conſenſus in fundamento fidei fundamentalis eſt, qvid opus eſt mutatione religionis?

III. Reformatos habere cauſas prægnantiores amplectendi veritatem Evangelicam, qvia Lutherani retinent verba Salvatoris certiſſima. Vide exemplum Jeremiæ Nicolai & alia Handbuch artic. 110. 111. & 38. 39. Confer Philippi Melanchthonis monita de conſenſu PP. An. 1530. **in der Anfechtung werden dieſe Wort** (das iſt mein Leib) **eitel Donner-Keulen ſeyn.** Was will alsdenn ein geplagtes Gewiſſen dieſen Donner-Keulen entgegen halten? Mit was Sprüchen aus der Schrifft / mit welchem Wort GOttes will es ſich auffrichten und vergewiſſern? NB.

IV. Reformatos nullo jure oppugnare poſſe Lutheranos, qvibus fraternitatem offerunt.

V. Reformatos non poſſe approbare conatum Maſſonii, qvi, dum Dureus pacem qværit & offert, denuò antiqvas dudum protritas multiplicat controverſias.

VI. Colloqvium Lipſienſe, citra præjudicium Eccleſiarum Evangelicarum An. 1631. inſtitutum, non poſſe pro norma pacificationis allegari. Vide D. Hoë oraculum Dodoneum.

VII. Colloqvium cum Rintelenſibus inſtitutum, ejuſqve aſſertiones neminem obligare poſſe, ut ſtatuat, hæc eſſe dogmata, vel omnium omninò Lutheranorum, vel ſingulorum Reformatorum, de qvibus ſolum inter pauciſſimos inſtituta fuit collatio ſententiarum.

VIII. Formulam Concordiæ fruſtra oppugnari ab Hoſpiniano & aliis exteris, qvia illa neminem obligat, niſi membra & miniſtros illius Eccleſiæ, in qvibus Formula illa docendi recepta eſt. Nemo enim unqvam exteras damnavit Eccleſias nec damnat, dum dogmata perverſa rejiciuntur & errores damnabiles in noſtris non tolerantur. (Neqve enim de ſola orali manducatione, ſed inprimis de abſoluto decreto, univerſalitate meriti Chriſti & efficacia mediorum ſalutis, verbi & Sacramentorum, qvæſtio eſt, uti patet tum ex artculis Viſitatoriis ſupra adductis, tum ex univerſa Formula Concordiæ.) Qvamobrem inane eſt

Digitized by Google

eſt ſomnium Bezæ de ſancto errore & damnatione exterorum. (Cujus rei teſtes ſunt verſiculi:

Anglus, Belga, Scotus, rapidi pius accola Rheni,
Sarmata cum Gallo, fortis & Helveticus:
Has unqvam hæreticas gentes damnare tot audent
Vix ſex aut ſeptem Miſnica mancipia.
Qvæ cauſa? Ore negant Chriſti nos ſumere corpus,
Percipit arcana qvod ratione fides.
O ſanctum errorem! qvo ſi qvis fortè tenetur,
Ut pereat mundo, non perit ille DEO.)

Qvod ipſum plenius oſtendit non ſolùm Hutteri Concordia Concors, & Apologia Form. Conc. Verùm etiam Diſſertatio An. 1675. edita in 4. ſub Titulo: Conſtans Concordia Concors. Ubi proponitur.

Cap. 1. Theſis 1. Conſtans Concordia Concors ratione principii, incrementi, finis, eventus atqve autoritatis eſt Auguſtiſſima, ejusqve veritas atqve certitudo; cum cultoribus laudatiſſimis, qvi optimè ſibi conſtant, invictiſſima perſtat feliciter. Vid. Actor. 26, 22. Ich ſtehe biß auf dieſen Tag.

Cap. 2. Theſis 2. Formula Concordiæ eſt Conſtans Concordia Concors, ratione principii, incrementi, finis, eventus atqve autoritatis auguſtiſſima, ejusqve veritas atqve certitudo, cum cultoribus laudatiſſimis optimè ſibi conſtans invictiſſima perſtat feliciter. Qvod probatur 1. ex Sereniſſ. Electoris Auguſta propoſitione Anno 1576. Torgæ publicatâ. vid. Hutteri Conc. Concors f. 90. 2. ex Theologorum reſponſione. ibid. Conf. f. 26. vigilantiam Julii D. Brunſvic. & Wilhelmi Landgr. Haſſiæ. 3. ex zelo Auguſti Elector. Sax. Cujus teſtes ſunt 1. Conventus Dreſdenſis An. 1571. l. d. f. 48. 2. Torgenſis An. 1574. f. 50. 3. Acta cum Theol. Wittebergenſibus, f. 60. 4. cum Peucero, f. 64. Conventus Lichtenburgenſis f. 75. 6. Teſtimonium Theologorum Torgæ exaratum An. 1576. f. 90. 7. gaudium Auguſtum f. 91. & Dimiſſio D. Jac. Andreæ, f. 259. 8. Confeſſio Auguſta f. 274. 9. Τὸ θεῖον poſt tentatam ſeductionem 1. per Conſiliarios intimos, 2. per Concionatores & Confeſſionarios, 3. per Medicum. 4. per Conſiliarios Conſiſtoriales. 5. per Profeſſores Wittebergenſes. 6. per Superintendentes. 7. per Miniſtros Politicos. Hæc omnia verò & penetrare & ſupe-

ſuperare omninò erat opus divinæ providentiæ Pſal. 64, 10.11. Alle Menſchen/die es ſehen/müſſen ſagen/das hat Gott gethan / und mercken/ daß es ſein Werck ſey. Conf. lib. cui Tit. Wunderliche Güte. Huc ſpectant 1. anſa F. C. vid. Oſiandri Cent. 16. p. 862. 2. initia Anno 1575. 3. organa. vid. Oſiand. p. 865. de Georgio Erneſto Comite Hennebergico. 4. adminicula. 5. fundamenta. 6. tractandi forma. 7. media & incrementa l. d. p. 867. 8. autoritas F. C. vid. ſup. de libris Symbolicis p. 87. NB.

Cap. 3. Antitheſis Bellarm. Hoſpiniani, Neoſtad. Anhalt. Wolfii & Sociorum: Formula Conc. eſt diſſidiorum mater, inconſtans, Concordia diſcors, ratione principii, incrementi, finis & eventus auguſtiſſima, & cum cultoribus ſuis meritò vituperandis minimè ſibi conſtans, ideoqve neqvaqvam perſtat, ſed ex variis regnis atqve provinciis dudum profligata atqve feliciter ejecta exulat, imò vagabunda agonizat, & jamjam imminentis dat ſigna ruinæ. Cujus refutationem vid. l. d. ex Hutteri Conc. Conc. in Apologia Formul. Concord. NB. & Comment. in Form. Conc. NB.

Titulus III.

De Photinianiſmo ſive Socinianiſmo.

Socinianiſmi notanda eſt I. Summa. II. Antidota. III. Stratagemata.

Caput I.

Summa Socinianiſmi.

Socinianiſmus eſt revelatæ veritatis perverſio elliptica, cum everſione myſterii SS. Trinitatis & meriti Chriſti, ob repugnantiam rationis, ad qvam audacter provocat. vid. Ostorodi Inſtitut. p. 30. So nun die ratio, Vernunfft und Verſtand/ausdrücklich beweiſet / die Dreyheit der Perſonen in Gott falſch zu ſeyn/ wie ſoll denn nimmermehr einem verſtändigen Menſchen in den Sinn kommen / daß dieſelbe gleichwohl könne wahr

wahr ſeyn / und mit Gottes Wort bewirſen werden? Hoc enim principium eſt Socinianiſmi: *Qvicqvid humana ratio falſum eſſe pronunciat, hoc in Theologia neqve verum eſſe poteſt, neqve in ſacris literis doceri credendum eſt.* Confer monita Vedelii ſup. p. 76. in Methodo Studii Theol. adducta.

Qvæ peſtis originem debet *Photino*, Syrmienſi Epiſcopo, ſeculo qvarto, qvi è minori Galatia ortus, Ebionem & Sabellium ſecutus, Chriſti divinitatem negavit; in Synodo Syrmienſi depoſitus, tandem in Gallia mortuus eſt, A. C. 380. Cujus vitam Centuria 4. Magdeb. cap. XI. col. 1387. ex Socrate, Sozomeno, Theodoreto & Hieronymo refert, qvi eum ob Lingvarum notitiam & ingenii felicitatem laudat, & addit: Hæc omnia ingenii bona uno ſuperbiæ malo perdidit;

Conſummationem verò *Fauſto Socino*, Italo, occaſione Diſputationis An. 1577. Baſileæ, cum Jacobo Coveto, Gallo, habitæ. Originem porrò hujus mali peſtilentiſſimi ex Hebr. opinionibus à Philaſtrio notatis, & poſt Chriſtum natum ex Cerinthianis, Saturninianis, Baſilide, Carpocrate, Berillianis, Arrianis &c. uſqve ad Michaelem Servetum An. 1532. deducit B. Meiſnerus in Syſtem. Theol. part. 1. gen. Diſp. 15. & in præfat. conſiderationis Theol. Photin. Confer D. Jac. Martini Præfationem Photin. & Socinianiſmum D. Calovii & D. Scherzeri.

Porrò *Compendium præcipuorum errorum* exhibet *Catecheſis Raccovienſis*, zu Racław in Polen gedruckt / An. 1608. qvam Valentinus Smalcius dedicavit Academiæ Wittebergenſi; ubi agitur de Scriptura S. artic. 1. de via ſalutis art. 2. de cognitione Dei art. 3. de perſona Chriſti art. 4. de officio illius prophetico articul. 5. ubi de lege, de Cœna, de Baptiſmo, de promiſſ. vitæ æternæ & Spiritûs S. de morte Chriſti, de fide, & lib. arbitrio, peccato originis, electione, juſtificatione &c. Et porrò de officio Regio art. 6. & ſacerdotali art. 7. & de Eccleſia art. 8.

Nec non Socini libellus Svaſorius, Anno 1599. conſcriptus, & poſtea Raccoviæ An. 1611. impreſſus, qvo vult Evangelicis perſvadere conjunctionem cum cœtu Photinianorum. Ubi pleraqve capita præcedentis Catech. repetuntur, & Evangelicis imputantur dogmata

1. peccato credentem contaminantia.
2. CHRISTI præceptis adverſa.
3. erronea. 4. ex ignorantia profecta, à qvibus immunes eſſe exiſtimat Photinianos.

Pleniorem verò hujus veneni cognitionem oſtendit.

I. *Refutatio Theſium D. Wolfg. Frnzii*, ſcripta à Valentino Smalcio Gothano, cœtûs Racovienſis in Polonia Miniſtro. Edita Racoviæ An. 1614. in 4. Ubi agit Diſputatione 1. de Trinitate. 2. de pecc. orig. 3. de perſona Chriſti. 4. de juſtificatione. 5. de miniſterio Eccleſ. 6. & 7. de B. operibus. 8. de Eccleſia. 9. de Hypocricis. 10. de Bapt. 11. & 12. de Cœna. 13. de Confeſſione peccatorum. 14. de pœnitentia. 15. de Sacramentis in genere. 16. de ordine Eccleſiaſtico. 17. de adiaphoris. 18. de rebus civilibus. 19. de extremo judicio. 20. de libero arbitrio. 21. & 22. de cauſis peccatorum.

II. *Ejuſdem Smalcii* Homiliæ X. ex Joh. c. 1. ſcriptæ A. 1605. editæ Racoviæ, An. 1615.

III. *Ejuſdem Smalcii* refutatio theſium Graueri de Incarnatione, in 4. Racoviæ, An. 1615.

IV. *Fauſti Socini* diſputatio de Jeſu Chriſto Servatore, edita An. 1594. in 4. Typis Alexii Rodecii.

V. *Ejuſdem Socini Diſputatio cum Fr. Puccio*, de ſtatu primi hominis ante lapſum, edita in 4. Racoviæ An. 1610.

VI. *Reſponſio Johan. Crellii pro Socino* ad lib. Grotii de ſatisfactione Chriſti, edit. Racoviæ, in 4. A. 1623.

VII. *Ejuſdem Crellii*, von dem einigen Gott dem Vater. A. 1645. in 4. und deſſen Erklärung. A. 1646.

VIII. *Smalcii* refutatio orationum Johan. Vogelii & Joachimi Peuſchelii, qvibus Photinianiſmum Altorfii retractarunt, in 4. Racoviæ, Anno 1617.

IX. Ejuſdem reſponſio ad ſcriptum Hermanni Ravenſpergeri, de loco Johan. 8 & c. 10. & refutatio Jacobi ad Portum & Georgii Roſtii, Racov. in 4. A. 16 4.

X. Refutatio Alberti Borkovvski de Eccleſia ejuſqve miniſtrorum miſſione, ſcripta à Theophilo Nicolaide Ravov. in 4. A. 1614.

XI. Paræneſis ad Iſaac. Caſaubonum, autore Andr. Reuchlinio in 4. An. 1614.

XII. Jonæ Schlichtingii à Bukovviec diſputatio adv. D. Balthaſ. Meiſnerum ejuſqve Reſp. ad lib. Svaſorium Socini, edita in 8. Anno 1637.

XIII.

Digitized by Google

XIII. Ejuſdem qvæſtiones duæ contra eundem Meiſnerum in 8. An. 1636 & 1635.

XIV. Fauſti Socini Commentarius in Epiſt. 1. Johannis, Racov. An. 1614. in 8.

XV. Ejuſdem tractat. de Eccleſia Racov. Anno 1611. in 8. & de capite 7. Rom.

XVI. Joh. Crellii comm. in 1. Cor. 15. in 8. A. 1635.

XVII. Brevis Inſtitutio religionis Chriſtianæ in 12. An. 1634. & Germanicè A. 1635.

XVIII. Commentarius in Epiſtolam ad Hebræos à Schlichtingio editus Racoviæ in 8. A. 1634.

XIX. Fauſti Socini diſputatio de Baptiſmo, Racoviæ A. 1613, in 8.

XX. Ejuſdem defenſio ſententiæ de Magiſtratu, in 8. Racoviæ, Anno 1627.

XXI. Crellii comm. in Matthæum & Epiſt. Roman. in 8. A. 1636.

XXII. Ejuſdem comm. in Epiſtolas ad Theſſalon. Racov. Anno 1636. in 8. & ad Galatas, A. 1628.

XXIII. Huc faciunt & Enjedini perverſiones dictorum V. & N. Teſtamenti, & ejuſdem farinæ libri ferè innumeri.

Hæc verò, qvæ hactenus adducta ſunt, ſufficere poſſunt ſtudioſo veritatis. Patet enim ex illis abundè, neqvaqvam Socinianis factam eſſe à noſtris injuriam, qvi illis horrendos abominabiles errores imputant. Qvorum catenam accuratâ diligentiâ collectam exhibet ſeqvens

SUMMARIUM PHOTINIANISMI

B. D. Wilhelmi Lyſeri.

ARTICULUS I.

De Dei revelatione & Scriptura Sacra.

I.

N*ulla datur notitia DEI naturalis*, nec enim inſita eſt hominis animo divinitatis aliqva opinio, nec acqviſita ex conſideratione crea-

 tio-

Digitized by Google

tionis datur (ex hac tamen ſolidè probari poteſt) ſed ex auditione oritur, poſt qvam ita ſe homo habet ad ſpiritualia, ſicut ad civilia.

II. *Diſciplinæ illæ cæleſtes*, qvibus mentes Chriſtianorum imbuuntur, in Scriptura, Chriſti diſciplinam continente, habentur; qvod ſi verò Moſen, Mahometen & alios religionum Duces aliqvando fuiſſe ex ſucceſſione conſtat, id in ſcriptoribus ſacris negare dementia fuerit, Judæis hoſtibus fatentibus, & primis Chriſtianis multa propterea patientibus. Cum præſertim diſciplina Chriſti ſit Moſaicâ & Mahometanâ perfectior, ut æqvè inſanus ſit, qvi religionem Moſaicam Pentateucho, & Mahometanam Alcorano, Chriſtianam verò Novo Teſtamento contineri neget, nec (ut in aliis Hiſtoricis) cauſa denegandæ fidei, qvod vel minimè perſpecta, vel ſcientes & volentes falſa ſcripſerint, ut amentia ſit, plus Livio qvàm Matthæo credere velle. Atqve hoc fundamentum firmiſſimæ fidei de autoritate Scripturæ.

III. *Ad Chriſtianæ religionis veritatem ſatis eſt, novam ſcripturam certam eſſe*, ut parum curandum ſit, qvid ſcriptor Vet. T. dicat de cultu Dei: profectum tamen & illud à Deo, duratio religionis Judaicæ ad hæc tempora oſtendit, qvamvis ea non ſit, qvam omnes amplecti debent. Chriſtiana verò religio neqvaqvam tam evidentibus rationibus nixa eſt, ut de eâ nemo, ſi velit, dubitare ullâ ratione qveat, cum hoc ejus natura ſit, qvo præmio pœnæqve locus relinqvatur. Fieri ergò potuit, ut unus Evangeliſta altero veritatem melius tenuerit, & alii aliis firmiore res geſtas memoriâ cuſtodierint, qvandoqve verò leviter errarint, qvamobrem Epiſtola ad Hebræos juxta qvoſdam rejicienda.

IV. *Eſt porrò Scriptura ita perſpicua*, ut absqve auxilio Spiritûs S. ſpeciali intelligi qveat: ne tamen ob nimiam ejus evidentiam omnes eam amplecti cogerentur, qvædam obſcura, qvò propenſi ad virtutis ſtudium animi ita dignoſcantur. *Atqve hi* NB. *rationis judicium adhibent, cui qvod repugnat, nullo modo verum eſt*, qvod congruit, per vires proprias homo aſſeqvi valet.

NB. *Refutationem* exhibet Theol. Poſit. art. 1. 4. 5. 6. 7. 8.

ARTIC.

Digitized by Google

ARTICULUS II.
De DEI eſſentia.

I.

N*Omen Elohim terminatione plurale, ſignificatione ſingulare eſt*, & ſicut El, Θεὸς ſunt Nomina communia ſeu appellativa, & prædicati loco poſita, vel ſine articulo, non probant abſolutè eſſe Deum; Adonai etiam non naturam, ſed dignitatem notat, & eſt compoſitum plurale cum affixo. Ipſum Jehova aliena habet puncta, ſuâ naturâ verbum eſt, & propriè operationem futuram ſignificat, ſicqve originis ratione nomen commune eſt: atqve, licet ob ἐξοχὴν Deo evaſerit proprium, Angelis tamen & Dei legatis qvoq; tribuitur.

II. *Eſſe Deum, cauſæ qvidem credendi ſunt ſufficientes, non tamen adeò manifeſtæ,* ut dubitare de eo ne improbiſſimi qvidem homines poſſent. Qvæ porrò negativè de Deo dicuntur, non tam attendenda ſunt, ut ſunt affirmativa: & datur genus Dei cum aliis commune Synonymum, aut certè illud, qvod commune ab uno dicitur. Facultates verò & *attributa in DEO non ſunt*.

III. *Qvia Deus eſſentia unus numero, non poteſt eſſe niſi Una tantùm perſona*, ſic & eſſentia independens, etſi ſc. ipſa non eſt, qvæ per generationem communicatur: nec enim Deus infinitus eſſentia ſed perfectione, nempe habita ratione gradus, & in amplitudine: ſpiritualitas verò ejus non eſt abſolutè ſimpliciſſima, & æternitas ſucceſſionem temporis admittit, nec verò omne, qvod ante mundum, æternum, materiamqve mundi aliqvando creatam, ex Scriptura probari neqvit. Immenſitas eſt potentiæ & providentiæ, non eſſentiæ, & ignoſcendum, qvi ſimplicius Deo habitaculum, lociqve diſtantiam ita accipiunt & credunt, ut negent in qvovis pulviſculo totum, & tam in locis etiam ſpurciſſimis, qvàm in cœlo eſſe. Nec Immutabilis eſt ratione ſcientiæ vel voluntatis: imò qvædam attributa tamdiu in Deo, qvamdiu objecta. Danturqve in Dei voluntate commotiones etiam vehementiores de re non firmiter concluſa. Facultas intellectus divini per ſapientiam & ſcientiæ actum perficitur. Scientia autem ejus de futuris merè contingentibus eſt conjecturalis, & per experimentum qvoddam demum Deo inno-

Digitized by Google

innoteſcunt. Miſericordia & juſtitia non ſunt proprietates Dei eſſentiales, & Dei Omnipotentia ad ea, qvæ impoſſibilia ſunt, ſeſe non extendit. Vid. Socinus prælect. c. 8. p. 26.

NB. *Refutatio* monſtrorum iſtiuſmodi extat in Theologia Poſitiva articul. 9. 10. ad 16. NB.

Articulus III.
De Trinitate.

I.

E*ſſentia intellectu prædita nil qvicqvam à perſona differt*, cum utraqve ſit ſubſtantia prima individua, qvo ipſa etiam incommunicabilis. *Trinitatis* doctrina, licet haud parum ſaluti officiat, paganiſqve & Turcis impedimentum converſionis ſit, non tamen eam ſimpliciter evertit. Ipſa verò ne credi qvidem poteſt, qvia cum ratione pugnat, qvæ cernit, qvod contradictionem implicet, nec etiam credita fuit in V. Teſt. nec tempore Apoſtolorum, nec à Patribus ante Athanaſium. Unitas enim eſſentiæ divinæ, qvamvis non per analogicas inhærentes qvalitates, per perſonas verò omninò evertitur. Pluralis autem numerus & phraſis Dei de Deo non pluralitatem, nec trium in nomine, unitate & operatione conjunctio Trinitatem notat.

II. *Æternus Pater, qvà Pater, nullus eſt*, ſed qvia Pater naturâ Deus, nullus alius qvàm Pater; ita Deus ejusqve gloria, ſi plures perſonæ ſtatuantur, obſcuratur. Eſſentiæ enim ejuſdem communicatio per generationem (ſicqve & per ſpirationem) pugnat cum abſoluta ejus perfectione & incommutabili æternitate.

III. *Filium Patri coeſſentialem eſſe, ſanæ mentis rationi repugnat.* Nomen Dei eidem abſolutè & in ſubjecto, atqve ita ut Patri, non tribuitur: nec prææternitas aut exiſtentia ante Mariam, vel creatio prima ei convenit. Cultus verò divinus in N. T. juxta hujus naturam ei convenit ratione gloriæ ſimilis, qvæ ei ut Deo ſubordinato & in tempore facto tribuitur. Prima enim cauſa, ob qvam vocari meruit Filius Dei unigenitus, adeoqve naturalis, eſt propter Humanitatem, qvia conceptus ſine viro, & ab ortu ſtatim talis: potiores tamen aliæ cauſæ, ad qvas per-

Digitized by Google

pertinent dilectionis excellentia, univerſalis hæreditas, denominatio filiorum Dei ab ipſo, & qvod ipſe primus dictus Filius, & cumprimis, qvod reſuſcitatus & exaltatus. Æternum verò Dei Filium in tempore ex virgine naſci, intelligere homines neqvaqvam poſſunt: nec à Patre & Filio Spiritus Sanctus æternâ proceſſione tanqvam ab uno principio procedere poteſt.

IV. *In Scriptura nuſqvam Spiritus S. disertè dicitur Deus*, nuſqvam de eo, qvod aliqvid creet, nec honor divinus aut cultus ei defertur. Qvæ verò divina de eo dicuntur, ut & actiones perſonales, figuratè accipienda ſunt, qvia eſt virtus & efficacia Patris, & ceu Spiritus Patris ita in Deo, ut Spiritus hominis in homine, neqvaqvam verò diſtincta ab eo perſona. Tribuuntur ei etiam talia, qvæ Deo vel perſonæ non conveniunt, ut dari donum, pluribus perſonis longè diſſitis, augeriqve, atqve hâc ratione ei proceſſio convenit; perſona enim à perſona naturaliter in ea manens indeſinenter non emanat.

NB. *Refutationem* offert Theol. Poſit. art. 12. 13. 14. 15. NB.

ARTICULUS IV.
De relatione Dei ad extra.

I.

F*Acultatis intelligendi in Deo perfectio, ſapientia eſt.* Cujus duæ partes, cognitio, &, qvæ illi innititur, ſapientia propriè ſic dicta. Objectum ſcientiæ ſcibilia, qvæ Deus concipit, ut ſunt; non verò, qvod omnia ei ſint præſentia: futura verò contingentia non ſunt ſcibilia, niſi qvantum in alterutram partem magis inclinant: Et cum nonnulla difficulter impediri qveant, illa pro ſimpliciter eventuris accipienda, ſicut & homines ipſos Deus trahere poteſt. Peccata autem Deus omnia non præſcit, imò ſi ſciret, non forent contingentia: Novis verò experimentis in bono & malo novit Deus, qvod ante non planè exploratum erat. Eſt enim Deus mutabilis certè ratione actuum voluntatis, cujus decreta non ſunt ejus eſſentia, ſed accidentia, cum aliàs libera non eſſent: ſiqvidem eſt in Deo & facultas volendi & actus, per impetum voluntatis, qvem ex ſe, ultra cauſam impellentem, bonum nempe ab intelle-

tellectu monſtratum habet. Atqve ita conditionata decreta, cum tempus implendorum adeſt, ita decernit, ut vim illam adhibeat, qvia ad ea perficienda opus. *Decreta enim DEI* temporis differentiam admittunt, nec conditionata de individuis ante tempus impletionis abſolutè & ſimpliciter ſciri poſſunt; nec omnia ad exitum certò perducuntur, ſed *mutabilia ſunt*, etiam conditione impletâ, cum Deus *jus pœnas abſolutè remittendi* habeat.

II. *Omnipotentia Dei* non patet ex creatione, ut in nihilum egerit, nec ex gubernatione ita, ut omnibus rebus præſens ſit: Nec miſericordia in ſalutis acqviſitione, qvia ſatisfactorem dederit: nec oblatione, qvæ tantùm per media ſvadentia ſit: aut in applicatione, qvæ ex liberi arbitrii viribus dependet; nec deniqve juſtitia in corporum, qvæ jam circumſcriſimus, reſuſcitatione, aut impiorum præſentium dijudicatione, vel damnatione æternâ alia, qvàm ἀνυπαρξία.

III. *In V. T. ſolus Deus divino cultu afficiendus fuit: at in N. T. eſt etiam Deus ſubordinatus*, cui ſimilis cultus & gloria debetur, qvi per illum ad Deum refertur. Nec adoratio tantùm ei tribuenda, qvia divinam naturam habet, & invocari qvis poteſt etiam ſine expreſſo mandato; imò in Angelos qvoqve fiducia collocari, & creaturæ in Baptiſmo & aliis divinis rebus Dei erga homines vel hominum erga Deum Deo jungi poſſunt.

NB. *Refutationem* oſtendit Theol. Poſit. art. 10. & ſeq. uſq; ad art. 70.

ARTICULUS V.
De ſtatu Integritatis, Creatione & Angelis.

I.

STatus Integritatis diſtinctus non datur, imò religio prima, qvæ Abrahami memoriam antegreſſa eſt, valde imperfecta fuit. Solus porrò Pater, non Filius, creavit mundum, nec Spiritus S. qvi tertia eſſentiæ divinæ perſona ſit. Creare verò hîc eſt rem, qvæ antea non erat, formare ſeu efficere, ex nihilo nempe privativo, ſeu ex rebus qvibuſdam, terrâ videlicet & aqvâ, ob defectum lucis non apparentibus. De illarum

rum autem, & de Spiritûs, qvi ſuper aqvas ferebatur, creatione, qvia Scriptura nihil dicit, vel ſuſpendere ſententiam, vel rationem ſeqvi, convenientiſſimum, qvamvis negativa non infirmo nitatur fundamento, cum & *ipſum tempus ante creationem Moſaicam ab æterno fuerit*.

II. *Sic & ante mundum Angeli*, creati tamen juxta Pſal. 104, 4. qvamvis ſi verborum ſenſum ex contextu æſtimes, de aliis rebus ſermo eſſe videatur. Chriſtus verò eoſdem creavit, qvatenus dignitatem eorum reformavit: ſuntqve non adoptivi Dei Filii, tamen qvia creati, in natura Deo qvodammodo ſimiles (cum homines prorſus diſſimiles fuerint) in immortalitate cumprimis, tali licet, ut, ſi Deus vellet, eoſdem perdere poſſet. Boni porrò non omnes ſemper vident communiter faciem Dei; & cum Chriſti nativitatem annunciarent, non intellexerunt, qvalis & qvantus futurus. In illorum etiam ſtatu mutatio maxima creationis inſtar facta, qvippe cum ante ſoli Deo primatum tenenti, nunc ſub Chriſti etiam dominationem ſubjecti ſunt.

III. *Anima hominis, ſi pro Spiritu ſumatur, eſt ſubſtantia, divinæqve particula auræ*, vitam efficiens, naturâ ſuâ incorruptibilis, & poſt mortem ad Deum redit, propriè tamen non vivit, *nec immortalis eſt*, cum ſine corpore, & priusqvàm Deus (qvod credentibus ſolis contingit) det corpus glorificatum, actiones nullas edere poſſit. Creatus verò eſt homo ad imaginem etiam Angelorum. Nec Dei imago conſiſtit in ſapientia, cum beſtiarum & conjugis naturam, imò ſui ipſius nuditatem & mortalitatem, inſtar infantis, ut & vim arboris vitæ ignoravit; nec in ſanctitate aut juſtitia, ſine qvâ dominium exercere potuiſſet; ſed ſimplex & innocens, ut infans fuit, geſtabat corpus animale, ut erat ipſe animalis, intelligentiam carnis, carnemqve ſpiritui rebellem habens, adeoqꝫ ne bonus qvidem dicendus. Conſiſtit verò imago Dei primò in dominio, pòſt in facultate rationali, ſine qvâ dominium eſſe neqvit: Ulterius nihil amplius, qvàm nunc, naturâ habuit, nec divinâ gratiâ donatus, naturaqve morti (non tantùm ratione materiæ remotæ, qvæ terra, ſed etiam proximæ, qvæ corpus humanum) & laboribus moleſtis ſubjectus.

NB. *Refutationem* offert Theol. Poſit. art. 27. 28. 29. 19. 20.

Digitized by Google

Articulus VI.
De ſtatu Corruptionis.

I.

V*Oluntaria tantùm legis divinæ transgreſſio peccatum eſt:* nec peccata omnia per ſe reatum damnationis inferunt. Deus verò vult & decernit immutabiliter qvædam peccata, voluntate hominis qvodammodò coactâ, ipſaqve rebellis caro ex creatione talis. Bruta etiam ita delinqvunt, ut meritò puniri qveant. Illud non eſt credibile, Dæmonem intra ſeptiduum cum tanto Angelorum exercitu prolapſum, & adeò contumaciter ſe geſſiſſe, ſed potiùs longè ante; ut nec credibile, cum eorum apoſtaſiâ contumaciam ſtatim conjunctam fuiſſe, ſed vero ſimilius eſt, Deum voluiſſe, ut reſipiſcant. Dæmones porrò ad novam creaturam ſpectant, qvatenus dominationes & throni per Chriſtum reformando creati ſunt. Tartarus verò, in qvem detruſi ſunt, inferior mundus, qvi qvaſi carcer eorum: qvod tandem de interitu Dæmonum dicitur, exinde delendos eos eſſe, colligitur.

II. *Singulare mandatum fuit, qvod de arbore vetita primis parentibus dictum*, cujus transgreſſione non periit totum genus humanum, nec inde ipſe Adam amiſit imaginem Dei, nec etiam unus ille actus Adami, nedum hominis totam naturam corrumpere potuit. Occaſione tamen illius mortalitas adhærens naturæ in neceſſitatem moriendi morte per ſe æternâ tranſiit: qvæ ſine reatu in poſteros propagatur, & pœna peccati propriè dici non meretur, ſicut nec mulieris, ſerpentis & terræ maledictio. Peccatum porrò originale æqvè omnibus commune, mera fabula eſt: rebellio qvidem carnis concreata; pronitas verò ad peccandum ex poſterioribus habitibus contracta, peccatum non eſt dicenda, & reatu & culpâ caret. Abeli certè, Lamecho, Noacho peccatum paternum ingeneratum non eſt, interim tamen qvicqvid ex homine, qvia caro, natum, nihil cum Deo commune habet.

III. *Qvia ad peccatum omne voluntas reqviritur, concupiſcentia involuntaria peccatum non eſt*, qvamvis vix inveniatur homo ſine peccato, & renati qvoqve habeant peccata ante renaſcentiam commiſſa,

non

non tamen habent peccatum illud, qvod Rom. 7. deſcribitur. Et ſunt qvædam peccata ita venialia, ut per ſe vitâ æterna neminem privent, nempe actus, imò & qvidam habitus indecori: Sic nec actus ſingulares (niſi atroces, ut adulterium & homicidium) efficiunt, ut qvis renatus eſſe deſinat; cum ſicut in V.T. actus, ita in N.T. habitus damnet; illum nempe, qvi ſecundum carnem ambulat, i.e. in qvo appetitus carnis, qvi ad utile tendit, rationi, qvæ honeſtum ſvadet, dominatur. Uti ſunt qvædam peccata naturâ mortalia, qvibus per accidens venia à Deo tribuitur, qvatenus reſipiſcunt; qvædam verò naturâ & neceſſariò mortem inferunt, ut ſciens & volens tum veritatis oppugnatæ, tum impiæ vitæ conſvetudo, qvibus ſpes veniæ omnis præciditur. Ad peccatum deniqve in Spiritum Sanctum non reqviritur ſcientia, ſi unicus actus ſit, in qvo qvis non ſubſiſtat, non eſt irremiſſibile.

NB. *Refutationem* offert Theol. Poſit. art. 31. 32. 33. 34. 35. 36. & 21.

ARTICULUS VII.
De ſtatu Reſtaurationis ac Prædeſtinationis.

I.

C*Um homo ante lapſum liberam voluntatem habuerit*, nihil obſtat, cur & poſt lapſum non habeat: ſiqvidem criminis contagium humanas vires corrumpens in ſobolem non propagatur: aliam enim pœnam irrogare Deus potuit, imò irrogavit; cum, ſi voluntatem neceſſitate peccandi devinctam eſſe voluiſſet, ipſe autor peccati, & dein puniendo injuſtiſſimus foret, nec rectè agendi voluntatem ab hominibus exigere, aut contumaciam prohibere & punire potuiſſet. Internum ergò voluntatis actum ordinariè in hominis poteſtate collocavit, qvem ut ſuum, cum Dei reliqva omnia, ſacrificare poſſet.

II. *De rebus qvidem ad ſalutem facientibus homo nihil cogitare poteſt ante divinam revelationem*, qvâ antecedente ut alia externa opera iſta omnia facere poteſt. Externum ergò Dei auxilium eſt, in minis & promiſſis conſiſtens, atqve hoc ipſa Spiritus S. vis, nempe perſvaſionum in rebus externis, magnitudine ſuâ homines commoventibus. Si

Digitized by Google

verò alicujus animum occulta vis miraculoſè movit, id pro extraordinario, qvod in exemplum non trahendum, habendum. Suum verò auxilium Deus nulli hominum ſuppliciter ad ipſum accedenti denegaturus eſt, qvi nempe ſeqvaces & probi, cum reliqvi ſint filii Belial. *In hominis enim poteſtate eſt propoſitâ doctrinâ Evangelicâ, aſſenſum præbere, in Chriſtum credere*, & voluntatem ſuam ad mandatis ejus parendum componere, modò ſibi vim aliqvam facere velit. Atqve ita hominis voluntas ad ejus converſionem efficiendam concurrit, ſeqve ipſam aliqvo modo puram facere poteſt. Effectus externus voluntatis licet in hominis ſolius poteſtate ſitus, bonas tamen actiones, qvamvis ſæpiſſimè absqve ejus auxilio fieri non poſſint, ordinariè Deus à nobis vult perfici. Internum tandem ejus auxilium eſt, qvando externa promiſſa penitiùs nobis inſculpit, vel pleniori notitiâ nos inſtruit, atqve ita DEO occaſionem nobis indignis præbenti & variis incitamentis impellenti cuncta adſcribenda.

III. *Prædeſtinatio ſingulorum ab æterno propter ſolum Chriſtum fide apprehenſum immutabiliter non eſt facta*, ſiqvidem præſcientia ſingularium contingentium Deo non attribuenda, ſed Deus pro ſuo arbitrio, ut abſolutiſſimus Dominus, conſilium habuit de tota fidelium natione generatim ſalvanda, *relictâ cuiqve libertate, cui generi ſeſe aggregare velit*. Sic nec nominatim individua libro vitæ inſcripta, nec immutabiliter, ut adeò ex eo deleri qvis poſſit. Electio ipſa alia infirmior illorum, qvi veritati aſſenſum præbuerunt, alia firmior, qvi obedientiam Evangelio debitam adhibuerunt. Qvod conſilium electionis eſt decretum ſub conditione homini præſtandâ, vocandi; ex eventu autem vocatio evadit electio, ſicqve *ſeipſos homines ordinant ad vitam æternam. Reprobatio* itidem nominatim ab æterno facta non eſt, ne qvidem Judæ, qvamvis ante factâ ratione ſingulariſſima alicujus proditoris.

NB. *Refutationem* oſtendit Theologia Poſitiva articul. 30. 110. 111. & 90. 91.

Articulus VIII.

De CHRISTO Redemtore.

I. *Meſſi-*

I.

Meſſias prædeſtinatus qvidem ab æterno non ob aliqvam noxam, etiamſi nullus hominum lapſus fuiſſet; interceſſio verò ejus ab æterno non datur, qvia ratione doctrinæ & perſonæ heri, i.e. non longè ante cœpit. Nec ulla ſponſio vel promiſſio mortis æternæ abolendæ, ſed maledictio in Paradiſo facta, & prima promiſſio Abrahæ, cujus etiam ut Davidis, non verò ita Adæ filius dicitur, qvamvis ex Davide originem ducere rectiſſimè dicatur, licet Maria ex Aaronis familia nata, ſufficit, qvod Joſepho deſponſata, cum *ſacrificia typica ad meritum mortis Chriſti ſpectantia non fuerint*, nec per illa agere potuit.

II. *Duas eſſe in Chriſto naturas, nec rationi convenit, nec ex ſacris probari poteſt:* imò ſi divinior in Chriſto natura eſſet, Dei potentia tam illuſtris non foret. Et niſi humana natura haberet *propriam hypoſtaſin*, vera humanitas non eſſet: illius verò materiæ carnalis, unde Chriſtus natus, Deus Autor fuit, atqve ideò ejus Unigenitus Filius dicitur. In cœlo verò carnem & ſangvinem porrò non habet. Incarnatio & unio perſonalis ſunt mera figmenta. Et Deus homo dicitur non propter perſonalem unionem cum natura divina, ſed propter officium, qvia Deus in tempore factus: nec duæ naturæ qvalitatibus contrariæ de uno ſuppoſito in qvid prædicari poſſunt. *Communicatio* verò idiomatum purum putum figmentum eſt.

III. *Exinanitio* verò non cœpit in conceptione & nativitate, ſed cùm ſapientia & potentia mira, ut divino honore afficeretur, donatus, ſe crucifigendum tradidit, qvæ ipſa ut exaltatio divinam naturam Jeſum non habuiſſe oſtendunt. Nec verò diſſertatio in templo ad ejus *propheticum* officium pertinet, cœpit enim illud, poſtqvam tempore jejunii qvadrageſimalis ut Homo in cœlo fuit, & illius reſpectu nova præcepta legi addidit. Nec qvoqve *Sacerdos* ante mortem fuit, aut per illam, ceu ſacrificium, nos reconciliavit, nec vi illius intercedit, ſed hoc nihil aliud eſt, qvàm qvod potentiam à Patre habeat, ipſumqve officium à *Regio* non multum differt. Qvod ſuum officium Regium abſens per potentiam limitatam exeqvitur, nec putandum, hanc propriam & perpetuam Chriſti functionem eſſe, ſed regni ejus aliqvando erit finis.

NB. *Refutationem* exhibet Theol. Poſit. art. 40. ad 70.

ARTIC.

Digitized by Google

Articulus IX.

De Redemtionis Opere.

I.

Chriſtus licet non vulgaris, naturâ tamen non niſi Homo; cum Hebr. 7. dicitur ſanctus & ſegregatus à peccatoribus, non fit ratione innocentiæ, qvæ in hac vita eluxit. (num ergò ut Adamus ante lapſum aliqvando non juſtus dici potuit, animali intelligentia & rebellione carnis præditus?) *Redemtor & Salvator eſt tantùm Metaphoricè*, vitam æternam prædicando & reſurrectione inchoando. Nec enim peccata noſtra ipſi imputata, ſed ſimpliciter ab ipſo ablata ſunt, ſicut etiam unus pro omnibus legem implere, aut pœnam noſtris peccatis debitam perpeti haud potuit, nec pro nobis ſeu vice noſtri, ſed *tantùm utilitatis noſtræ* cauſâ aliqvid ſuſtinuit.

II. *Qvæ naturalia ſunt*, ut conceptio, nativitas ex Virgine, non Chriſti, ſed Dei factum: nec ut infans fuit ſanctitate præditus Chriſtus vel Salvator, nec in & à nativitate ſeſe Deo pro nobis obtulit in mortem, aut pro nobis pati cœpit. Baptiſmum verò ſuſcepit, qvia Judæus, ut primarios humilitatem, alios obedientiam viris divinis debitam doceret; mortem autem æternam (eſſentialiter ſic dictam i. e. dolores inferni) non ſuſtinuit, & mortalis neceſſitate, non voluntate fuit, morte & paſſione etiam propriè & accuratè loqvendo, nihil nobis comparavit: Nec ſepultura pertinet ad humiliationem Chriſti, ut ejus actio ſit: nec deſcenſus ad inferos eſt actio Chriſti, ſed in ſtatu mortuorum eum fuiſſe indicat. Reſurrexit autem non propriâ virtute, nec cum corpore glorificato & immortali, nec clauſum ſepulchrum & fores penetravit, nec etiam, ut mortem ſuperarit, & imperium ejus habentem Diabolum deſtruxerit. Et in ſeſſione ad dextram Patris totus ut λόγος exaltatus divinam, non tamen omnipotentiam acceperit, ut omnia, non tamen juxta craſſam ubiqvitatem, ad certum tempus gubernet.

III. *In Deo nulla juſtitia vindicativa eſſentialis*: nec opus fuit, ut ab ira ejus Chriſtus nos liberans Deo reconciliaret, nec pro nobis maledictum factus, ſed in qvandam legis execrationem noſtri cauſâ incidit, peccata non expiando, ſed nudè ſuſtulit, nec mortem noſtri vice ſuſti-

Digitized by Google

ſuſtinuit, aut pœnas inferni ſeu paſſionem morti æternæ nobis ſubeundæ æqvivalentem. Sic nec Dei gratiam, cum ante nos Deus dilexerit, nec juſtitiam, qvæ nobis imputaretur, acqviſivit, nec effecit, ut vita æterna nobis conferretur. *Summatim: nullum meritum propriè ſic dictum, nulla ſatisfactio hîc invenitur.*

NB. *Refutationem* oſtendit Theol. Poſit. art. 54. ad 70.

ARTICULUS X.

De Salutis oblatione per Verbum.

I.

N*On eſt peccatum originis*, at bonum arbitrium liberum eſt. Chriſtus nihil promeritus eſt. Primum & omne initium actui gratiæ efficacis attribuendum non eſt. Gratia verò eſt promiſſio vitæ æternæ, ejuſdemqve per Chriſtum certificatio & per donum Spiritus S. obſignatio, qvibus omnibus ii caruerunt, qvi ante Chriſtum extiterunt. Chriſtus verò plena gratia eſt, qvia perfectiſſima promiſſa Dei nomine revelavit. *Sancti Spiritus* plures dignitate inæqvales

1. *Patefactionis*, qvi ipſa Evangelii doctrina Spiritui noſtro maximè congrua proferens, qvæ tamen ſine illius ope non poteſt penitus concipere, & inde homo fit ſpiritualis.

2. *Promiſſionis*, nempe virtus divina nos de ſalute certificans, qvi non efficit Dei filios, ſed iis, qvi jam filii ſunt, datur. Per corporea verò media res ſpirituales non dantur, & prædicatio externa verbum per auditum ad animum transmittit, qvod ita offertur, ut illi perpenſo *homo liberè aſſentiatur:* qvi enim rectâ ratione vitam inſtruit eò, qvò naturâ ferebatur, propoſitâ mercede firmius perducitur.

II. *Lex Moſis carni grata offerens*, eam non repreſſit, ſenſu literali, accommodato ſtatui Judaico, qviſqve legem ſervare poterat: ſenſu perfectiore difficilis, neqvaqvam impoſſibilis fuit. Perfecta tamen neqvaqvam fuit, nec enim tanta dilectio Dei poſtulata, qvâ major non poſſet eſſe, nec dilectio proximi ad alienigenas pertinuit, novumqve qvaſi mandatum factum, qvod detrimentum, imò mors in commodum proximi ſubeunda. Qvin ſecundo Decalogi præcepto ſublato, reliqvis ſingulis perfectiones addidit, ut 1. præceptum orandi & qvidem

orationem Dominicam, 2. ut & modum colendi Deum mediatè per Chriſtum, omnemqve locorum idolothytorum devitationem, 3. teſtificationem per Chriſtum & juramentorum prohibitionem. 4. Patrum curæ officium & venerationem, 5. interdictum iræ vindicatricis, ejusq; ſignificationis & executionis, 6. prohibitionem adulterii cordis, urbanitatis, obſcœnitatis, polygamiæ, conjugii cum infidelibus, 7. interdictum avaritiæ & luxuriæ in victu & amictu, 8. mendacii cujusvis & condemnationis, 9. & 10. concupiſcentiæ primæ prohibitiones. *Nova inſuper præcepta*, de abnegando ſeipſo, cruce ferendâ, & Chriſto imitando ſuperaddidit. Leges a. Ceremoniales abrogatæ, qvia imperfectæ, cum caro recta nulla dari potuerit; & Forenſes, qvia tunc populus Judaicus habebat terrenam Rempubl. qvalem Chriſtiani non habent.

III. *Evangelium*, ut eſt nuncium vitæ æternæ per Chriſtum, in Paradiſo primordia haud ſumſit, nec promiſſionem de Meſſia ita intellexit Abraham, ſed carnaliter. Non enim in V. T. ante Chriſtum qvicqvam homines ſciverunt de fructu mortis Chriſti, nec in eum crediderunt, aut ipſis ad ſalutem neceſſarius fuit. Nec habuerunt etiam promiſſionem Spiritus Sancti aut vitæ æternæ. Evangelium verò in Nov. Teſt. Chriſtus per perfectiores leges promulgavit, & *continet* illud *conditionem obedientiæ*.

NB. *Refutationem* oſtendit Theol Poſitiva art. 33. 30. 70. ad 81.

Articulus XI.

De Oblatione gratiæ per Sacramenta.

I.

Etſi, qvod Deo autore ad ſegregationem populi ejus fit, res ſacra dici mereatur, vocis *Sacramenti* tamen phalerata ſignificatio, qvâ tremendum aliqvid tegatur, deteſtanda. Qvod verò Deus per externas ceremonias gratiam & vitam æternam offerat & conferat, nullibi in ſacris dicitur, *rationiqve* (*cui nihil ad ſalutem pertinens contrarium*) *adverſatur*. Fabuloſum ergò, per Sacramenta Deum diſpenſare virtutem ad convertendos non renatos, aut per ea divinitatis virtutes ad nos dimanare, aut eſſe media ad fidem excitandam & alendam, ac remiſſionem pecca-

peccatorum conſeqvendam. Et qvia V. T. tantùm bona terrena habuit, nec fide nec ratione præditi ad illud & circumciſionem pertinere potuerunt. *Circumciſionem* verò Sacramentum eſſe non probatur, nec qvod fidem in ullis excitarit aut confirmarit, ſed in adultis ſigillum, qvod eorum fides chara Deo ſit, fuit. *Agni Paſchalis* celebratio erat bonum opus, qvo celebratio nominis divini continebatur. Sed nihil hæc ad Sacramenta, qvæ vocantur N. fœderis, qvaſi hæc illis actionibus, qvalis circumciſio, ſucceſſerint.

II. *Baptiſmus* vi vocis non aſperſio ſed immerſio, maximè verò in ſacris initiatio eſt, æqvè verò Baptiſmus non pertinet ad ea, in qvibus pietas conſiſtit. Fuit olim ceremonia externæ ablutionis ad abluendi conſvetudinem Judaicam & pœnitentiæ repræſentationem à Johanne aſſumta. Hinc Baptiſmum licet à Johannis diverſum Apoſtoli ex iisdem rationibus, *ſine mandato* adhibuerunt, ut ritum non neceſſarium ſed temporarium, in qvo alius liqvor ſubſtitui poteſt, ſiqve ſola aſperſio fiat, non eſt Apoſtolorum Baptiſmus. Verbum verò ad aqvam elementarem concurrere, eſt figmentum Pontificium, nec Matt. 28. verbum illud, vel etiam mandatum continetur, poteſtqve fieri non in ſolius Dei, nec tantùm in nomine perſonæ. Finis verò fuit tantùm novæ Chriſtianæ religionis primùm ſuſceptæ profeſſio, & neqvaqvam Chriſtianos vel fidem efficit, regenerat, aut peccata remittit, ſed illa tantùm adumbrat. Et licet adulti ne ſub initium qvidem omnes baptiſati fuerint, nec Baptiſmus ad illos, qvi à pueris Chriſti nomen profeſſi, ſpectat, ad parvulos verò nullo modo pertineat, attamen adulti non Chriſtiani, vel ex infirmitate Baptiſmi cupidi, liberi qvoqve, ſi non baptiſati in ethnicis ex communi perſvaſione habeantur, *baptiſari ex libertate Chriſtiana* poſſunt. Decoris verò cauſâ neceſſarium videtur, ut, ſi qvi fidelium numero adſcribi cupiant, id cum confeſſione, adhortatione & precatione fiat.

III. *Cœna Sacramentum corporis Chriſti verè haud dicitur*, cum non ſit divinæ gratiæ conferendæ vel confirmandæ inſtrumentum, poteſt ea à privato adminiſtrari, ne qvis putet, eâ in re miniſtrum Chriſti perſonam ſuſtinere: Hoſtiæ pro pane non habendæ, & aqva abſtemiis concedenda. Corpus & ſangvis verò, qvæ Chriſtus non habet, non poſſunt realiter adeſſe, & comedi, ideò τὸ ῥητὸν non retinendum.

Cibus cœnæ nudus panis, nihil hîc mirandi, qvod humanas vires ſuperet. Non verò niſi à toto cœtu ſedendo (non deambulando, geniculando, ingemiſcendo, caput aperiendo) panis neceſſariò frangendus, in manus porrigendus, ut corpus Chriſti fractum, & infuſione vini ſangvis fuſus adumbretur. Non tamen in promiſſionis, gratiæ & fidei confirmationem, nec in peccatorum condonationem, nec in mortis Chriſti recordationem, *nihil enim ex hoc ritu reportamus, ſed eſt mortem memoriâ tenentis gratiarum actio.* Singuli verò actus indignæ manducationis damnationem non important. Spiritualis tandem manducatio prorſus figurata eſt, nec reali corporis ſumtione continetur.

NB. *Refutationem* offert Theol. Poſit. art. 82. ad 88.

ARTICULUS XII.

De Salutis oblatione in vocatione ad Eccleſiam, & præparatione per gratiam.

I.

D*Eus legibus qvibuſdam naturaliter hominis animo inſculptis* ipſum ad felicitatem ducit, qvod licet per lapſum corruptum non ſit, non tamen ad religionem, Deiqve cognitionem facit. *Gratia* verò & ejus media ante Chriſti officium non fuerunt, nec in Paradiſo primordia ſumſerunt, & falſiſſimum eſt, omnibus ſeculis ſalvificam fuiſſe veritatem ſparſam; ſed Deus pro temporum diverſitate diverſas ſui colendi vias oſtendit: & primùm qvidem nudè præcepta tradidit, dein promiſſiones tantùm corporales addidit, qvod verò ex veteribus non ſalvati, ſed ſalvandi qvidam ſint per fidem, (qvæ ſub Lege in multis magni momenti nil commune cum naturâ habet) id nos qvidem jam ſcimus, licet ipſis tunc propoſitum non fuerit, Deusqve id facturus eſt, licet illis non indicari curaverit, vel promiſerit.

II. *Eccleſia triumphans jam nulla*, futura olim eſt: atqve ſi populus Iſraeliticus pro Eccleſia cenſendus, per media gratiæ collectus non fuit; Ceremoniæ verò, ut Baptiſmus, efficere neqveunt, ut homines ſint

Eccle-

Eccleſia Chriſti, falſiſſimumqve eſt, miniſtros ullo tempore miniſterio ſanctorum Eccleſiam genuiſſe. Nec Chriſtus caput fuit Eccleſiæ V. T. aut hæc tenere debuit doctrinam de Chriſto. Cumqve ad Eccleſiæ formam pertineat, vitam in melius convertere, cognoſci neqvit, qvænam gentes ſint vera Eccleſia, qvia etiam prædicatio eſt forma Eccleſiæ, ejus nota eſſe neqvit, cùm *notæ Eccleſiæ nullæ ſint*, nec ut ſint neceſſe ſit, nec ab Evangelicis etiam doctiſſimis inveniri potuerint. Semper verò ſanctos & Eccleſiæ membra eſſe probari poſſe, valde incertum eſt, cùm à Paulo expreſſè doceatur, velle Deum, ut Eccleſia diſſolvatur, atqve tunc per Scripturam reparari poteſt, ſine novis miraculis, aut vocatione. Ille verò cœtus, qvi diſciplinam Eccleſiaſticam non conſervat, Eccleſia non eſt, attamen Satanæ tradi hodie nullus poteſt. Deniqve *in Papatu Eccleſiam adhuc aliqvam fuiſſe, probari non poteſt.*

III. *Per fidem in Chriſtum* Patres V. T. vel etiamnum infantes ſalvari, falſum. Eſt verò in homine moralis qvædam vel probitas, magis ad virtutem, vel improbitas, ad flagitia propendens, ad utramqve tamen ipſe eſt flexibilis: & accedente doctrinâ Evangelicâ id exploratur, cum qvi virtute delectantur (qvi ex Deo Chriſti oves & ad vitam ordinati ob illam aptitudinem dicuntur) avidiſſimè eam arripiunt. Probabilem ergò ducem ſecuti, ut veritatem Evangelicam facilè intelligant (imperfectè qvidem, qvoad uſqve executio ſeqvatur) ita etiam in illis rebus, qvæ per ſe conſideratæ vires ſuperarent, cum tamen vitæ æternæ pondus ſit, ut illam ſcienti omnia ſint facilia, promtè ſeqvuntur. *Fides verò, qvæ ex noſtro etiam arbitrio dependet*, ſi objectivè verbum offeratur, non eſt fiducia in Chriſti meritum, ſed in Deum & Chriſtum, ut creaturam & cauſam inſtrumentalem, qvæ fiducia etiam *obedientiam* continet. Atqve hæc fides eſt conſeqvens pœnitentiæ, cujus eſſentia ferè ſola eſt nova obedientia.

NB. *Refutationem* offert Theologia Poſitiva articul. 90.113.92.93.

Articulus XIII.

De Conſtitutione hominis in gratia.

I.

D*icta de juſtificatione* noſtrâ ex N.T. potiſſimùm petenda: Bonum enim iſtud nuncium ſalutis æternæ nemini ſub lege fuit revelatum: ſed tunc modus juſtificandi per opera fuit propoſit9, juſtificatione qvatenus humana, per hominis merita acqvirenda, jam verò per fidem. Nec probari poteſt, Abrahamum eo modo promiſſionem, ut nos jam ex Galat. 3, 8. intellexiſſe. Et qvidem juſtificantur omnes per fidem, non ut inſtrumentum, ſed cauſam, ſine qva non. Qvæ fides tamen illis nudè præcepta ſine promiſſione juſtificationis, nec ad Chriſtum, & ab illo legibus addita reſpiciebat. Itaqve juſtificatio fit per decretum Dei, in qvo nil niſi ſeipſum reſpicit, & reſipiſcentibus ac *piè dein viventibus peccata remittit*, non qvidem ut pietas illa omnis prolapſionis, ſed ut plurimùm, expers ſit, & ad id, qvod juſtum perpetuo ſtudio adſpiret, unde nec verè nec perfectè juſti ſunt, ſed pro juſtis habentur, & cum illis, ac ſi juſti eſſent, agitur.

II. *Poteſtas etiam illa Dei eſt*, ut & pœnas nondum ſancitas modò à natura iniqvas poſſit infligere aut non infligere (niſi extrema contumacia aut irrevocabile Dei decretum diverſum poſtulet) Juſtitiæ enim Dei id neqvaqvam contrarium, cum poſſit de jure ſuo remittere. Ipſaqve etiam benignitas ita in exigendis pœnis, & ſeveritas Dei, non ſunt naturales Dei proprietates, ſed voluntariæ propenſiones, magis qvidem ad illam inclinantes, ut poſſit tamen contra utramqve agere. *Meritum verò Chriſti* etiam benignitati & gratiæ repugnat: mors tamen Chriſti, licet non priſcis, nobis tamen neceſſaria, & ad juſtificationem, qvæ aliàs difficillimè perſvaderi potuiſſet. Et licet ſummo noſtro bono Chriſtus legi paruerit, dum ea, qvæ Chriſtus præſtitit, cauſæ juſtificationis noſtræ fuerunt, neqvaqvam tamen nobis aliqvid mereri potuit, nec ejus juſtitia nobis imputatur, qvippe qvod ἄγραφον & ἀντίγραφον.

III. *Ad Dei miſericordiam patet aditus illis peccati habitu implicatis*, qvi ante Deum non noverunt, ut etiam illis, qvi per id tempus, qvo in Eccleſia fuerunt, ex infirmitate habitus nondum gratiam abjicere potuerunt: illis etiam, qvi ab habitu aliqvando liberi, dein graviter peccant, habitu tamen illius non implicantur, Gal. 6, 1. Habitu verò peccati mortalis rurſus complicati, novâ ſuperveniente gratiâ extra novum

vum fœdus opus habent, Hebr. 6,4. Et tales pœnitentiæ locum inventuros dici omninò non poteſt. Spes verò ſalutis confirmatur, ſi modò conſtanter homo Deo paruerit, per Spir. S. & ejus internum auxilium in interna nimirum inſcriptione ex peculiari animæ illuſtratione. Ipſa autem ſalutis certitudo conſiſtit in ſummo conatu ad perfectionem, ut nullum actum peccati qvis, niſi ex mera infirmitate admittat, Deus judicabit, & ſecundum opera retribuet. In beatas tandem ſedes non interpoſitâ nullâ morâ, ſed expectatis cæteris tandem transferentur.

NB. *Refutationem* oſtendit Theologia Poſitiva articul. 93. 94. 95. ſeq. & 142.

ARTICULUS XIV.

De Regeneratione, Renovatione & Bonis Operibus.

I.

R*Egenerari eſt è ſomno evigilare*, juſtitiæ ſtudio dedi, cum ante peccato qvis deditus fuerat, idem ergò qvod *renovatio* eſt. Probitas nempe & improbitas naturalis ad improbitatem acqviſitam traduci poteſt, atqve tales ſecundum rationis ſuperioris dictamen viventes Bona Opera, qvamvis non ita perfecta, nec ita Deo grata, ut renati, facere poſſunt: talesq; olim promiſſis legis Moſaicæ (qvæ ad Chriſtianos non ſpectat) ad ejus impletionem ſenſu imperfectiore, ad promiſſa tamen ſufficientem, qvamvis ægrè excitabuntur. Evangelicâ verò doctrinâ innoteſcente omnis vis vel officii præſtandi, vel divini imperii reſpuendi, in animi probitate aut pravitate conſtituta eſt: uti eorum, qvi probitate delectantur, cor aperire Deus dicitur i.e. geruntanimum nullo negotio ad obſeqvium flectendum, ſuntqve Chriſti oves & populus, qvia apti ad Chriſtum fide amplectendum. Cujus fidei perfectio obedientia & pietas eſt, & hac ratione fides non totum id, qvod ex noſtra parte ad juſtificationem reqviritur, complectitur. Opera enim legis Moſaica tantùm à juſtificatione excluduntur. Opera porrò renatorum à Spiritu Sancto qvidem ſunt: Galat. 5. verò ita appellantur, qvia à ratione promanant, homo enim poteeſt illa per liberum arbitrium, duce na-

ce naturâ & ratione, perficere, poteſtqve dein comparatè perfectus eſſe, nullum peccati habitum contrahendo & poſtea non peccando ; nec enim renati ſæpè, iteratò & graviter peccant, nec ipſorum B. opera peccata i. e. peccato contaminata ſunt.

II. *In miniſterio* miſſio divina illis neceſſaria, qvi novi aliqvid afferunt. Hodie ergò haud item, cum id non fiat. Sed Eccleſiaſtica ordinatio, qvâ Paſtores & Doctores ab Eccleſia eliguntur, ſufficit, aut ſi illa haberi neqveat, ſine omni ordinatione, ſtudio gloriæ Dei, & ex charitate, qvisqve divinam diſciplinam hominibus proponere poteſt. Error verò eſt, Chriſtum, imò & Deum Patriarchas (omnes verò, qvi Gen. V. & XI. enumerantur, Patriarchas, aliis pietate & ſcientiâ præeuntes fuiſſe, incertum) miſiſſe, ut & conſtitutos fuiſſe ad primam promiſſionem divulgandam. Emittentur autem miniſtri divino afflatu impulſi ante illum Chriſti adventum, qvo *Judæi convèrtentur*. Ad miniſterium porrò non pertinet Sacramentorum diſpenſatio, qvæ ab aliis fieri etiam poteſt, & in munere prædicandi Filii Dei vices non gerunt. Deniqve *Anti-Chriſti* ortus altiùs repetendus, qvàm à translatâ Imperii Româ ſede, detinensqve 2. Theſſal. 2. viventes Apoſtoli, & noviſſima hora Hieroſolymæ vaſtatio.

III. *Magiſtratus non pertinet ad perſonas publicas in Eccleſia,* nec capitalia ſupplicia [qvamvis disertè in N. T. non ſint abrogata, cum aliis, qvi in V. T, analoga] nedum graviores Moſaicis pœnas irrogare, veluti fures ſuſpenſione necare poteſt. Nec debet leges naturæ vel morales vel Imperatorias in dicendis ſententiis attendere, ſed *ad legem Chriſti* eas reformare ; ab Eccleſiaſticæ verò diſciplinæ executione Magiſtratus prorſus excluſus, nec poteſt hæreticos carcere vel exilio plectere. *Polygamia* porrò in V. T. pro peccato non cenſenda, nec concubinatus fuit prohibitus. Chriſtianus verò non plus debet habere vel appetere, qvàm neceſſitas vitæ poſtulat, nec in eſcâ & potu voluptates qværere, nec ſeipſum defendere, nec opificia, qvibus arma parantur, exercere, neqvaqvam verò addiſcere.

NB. *Refutationem* exhibet Theol. Poſitiva art. 92. 119. 117. 127. 128. 129. 130.

ARTIC.

Digitized by Goo

ARTICULUS XV.

De Salutis Conſummatione.

I.

HOmo ex creatione mortalis, nam & aliàs ad immortalitatem creari non potuiſſet, potuiſſet verò Dei beneficio conſervari, ut vel nunqvam moreretur [numne ergò immutandus, ut ſub finem ſeculi deprehenſi, per corporis annihilationem?] vel ut iterum reſurgeret, & ſic non fuiſſet morti ſcil. æternæ obnoxius: Moriendi vero neceſsitas Adamo peccati pœna, poſteris non item, ſed naſcendi conditio. Mori porrò & deſinere eſſe idem ſunt, nam qvod reipsâ non eſt, ſed eſſe deſinit, illud nec reſuſcitari nec gigni poteſt, moriqve ſuo modo idem eſt, qvod in infernum deſcendere, ſicuti in ſtatu mortuorum eſt in inferno eſſe; & jam tam fideles qvàm infideles in inferno ſunt, ipſaqve ſpes cum Chriſto eſſe interrumpitur, & res ipſa omninò per eandem eripitur. *Corpora etiam* noſtra, *corrupta qvippe, in reſurrectione non amplius extabunt*, ſed in mille formas, in aliorum etiam hominum corpora tranſire potuerunt. *Anima* qvoqve illa, qvæ occidi ab hominibus non poteſt, poteſt tamen occidi à Deo. Anima verò, qvæ idem qvod Spiritus, in gehennam non conjici, nec in carcere extra corpus eſſe poteſt. Spiritus enim tam piorum qvàm impiorum redit ad Deum, & homines damnatos, qvoad animam, nunc in inferno exiſtere, Pontificium eſt. Spiritus enim ille ſine corpore nullas operationes exercere poteſt. Dici ergò poteſt, *Sanctos nullo modo exiſtere*, qvod ad totam ſuam ſubſtantiam attinet, cum perinde ſit, ac ſi anima illorum nulla eſſet, qvia nullius rei ſenſum habet, nec Deum propriè videt, nec Chriſtus nunc aliqvid facit, unde appareat, eum illorum eſſe memorem.

II. *Reſurgere tantundem valet, qvod denuò exiſtere:* Corpora enim noſtra ex pulveribus excitataároditura, ſcriptum nullibi, & ſi vel ſimile ſcriptum, ſobrius ſenſus adhibendus foret. Nam *corpora, qvæ nunc circumferimus, reſurrectum non credendum; & erroneum eſt*, fideles in alterâ vitâ eadem numero habituros corpora, ventrem, ſtomachum; nec modus reſurrectionis noſtræ idem qvi Chriſti, cum Chriſti corpus non fuerit corruptum, nec ipſe ſtatim immortalis evaſit, aut in cœlos aſcendit;

Corpora enim immortalia veſtigia vulnerum habere, videri & tangi neqveunt: Carnem enim in immortalitate mutari poſſe, eſt rerum naturam tollere, qvod Deus ipſe non facit. Iſta verò virtus, qvâ homines nunc vivunt, ad Deum redit, ut penes ipſum ſit olim cum corporibus conjungere, & dein pro factis præmia reddere. Conſervat namqve juſtorum Spiritus Deus & Chriſtus, & ut Deus Chriſto, jam Chriſtus ſuis eundem ſpiritum reſtituat, ut ita fideles iidem numero ſint, anima autem cum corpore ſpirituali conjungatur, toto genere à corpore noſtro diverſo, non tantùm qvoad qvalitates, ſed & qvoad ipſam naturam.

III. Cùm verò exigua generis humani pars non tam contumaciâ, qvàm voluntatis divinæ ignorantiâ peccet, *ſignum adventus Chriſti propinqvum erit univerſalis prædicatio* per miſſionem miniſtrorum, qvi divino afflatu impulſi Evangelium ubiqve annuncient omnibus gentibus, ut, iis ad fidem perductis, ille dies illuceſcat, qvo Chriſtus orbi terrarum ſe denuò patefacturus, non habitâ ratione ſcelerum Judaicorum, ex promiſſo, qvo Deus ſe eorum Deum perpetuis fore temporibus obſtrinxit, oſtium eis fidei tam latè aperiatur, ut, niſi convertantur, extremæ ipſorum contumaciæ id adſcribere promtisſimum ſit, non qvidem longè ante noviſſimum diem, mox enim apparebit ſignum Filii hominis, h. e. tale qvippiam oculis objicietur, qvod admoneat, Chriſtum adeſſe, ut mundo everſionem afferat. Tunc Chriſto planè ſubjiciemur, & illi homines, qvi obedire noluerunt, & adverſarii pietatis, & ipſa mors atqve infernus ultimus hoſtis, qvi jam tantùm potentiâ ſubjecti, hominibus verò piis reſuſcitatis & immortalitate donatis, mors in ſtagnum igneum conjicietur. Appellatur hoc *judicium* rationis redditio, qvia pœnæ, qvas dabunt, non ex errore irrogabuntur: dicitur & per translationem ignis, vermis, tenebræ &c. luctuoſisſimus enim eorum ſtatus, qvi in æterna tempora reſtitui nullo pacto qveunt; nec enim impiis denunciatur cruciatus, aut qvod in æternum opprobrium immortales ſint futuri; qvamvis vitio non careat, hæc nunqvam apertè à Photinianis propoſita refutare velle. *Vitam æternam* piis V. T. licet non promiſſam, Chriſtus largietur, & qvia cum Chriſto regnabunt, poſt perfectam ſalutem, Chriſtus eis non exhibebit beneficium, nec poteſtatem in eos habebit.

NB. *Refutationem* exhibet Theol. Poſitiva art. 131. ad art. 142.

II. Anti-

II. Antidota.

I. *Generaliſſima* exhibet Methodus Studii Theol. ſup. p. 105.

II. *Generalia* Socinianiſmus Dn. D. Calovii & Dn. D. Scherzeri.

III. *Specialia.*

1. Catecheſeos Racovienſis refutatio Theologorum Wittebergenſ. in 8. edita An. 1619.

2. Libelli Svaſorii Socini Conſideratio B. D. Balthaſ. Meiſneri Witteb. An. 1623. in 8.

3. Volkelii & Oſtorodi refutatio B.D. Jacob. Martini, in Synopſi religionis Photin. Witteb. in 8. An. 1633.

4. Enjedini refutatio B. D. Jac. Martini in lib. de tribus Elohim Witteb. 1619. in 8. (ubi lib. 2. examinantur rationes Goslavii, & lib. 3. Somnia Judæorum de Meſſia.) Cujus dicta V. & N. T. depravata examinat Anti-Enjedinus poſthumus B. Feurbornii à D. Haberkornio editus Gieſſæ An. 1658. in 8.

5. Oſtorodi Inſtit. D. Feurbornius refutavit.

6. *Crellio* Reſpondit Dn. D. Calovius in Anti-Crellio.

7. *Smalcii* exceptiones B. Franzio, & B. Meiſnero oppoſitæ à Schlichtingio, refutatæ ſunt in Collegio Anti-Sociniano Dn. D. Scherzeri, una cum aliis ejuſmodi ſcriptis. Ubi Diſp. 1. agit de origine Socin. Diſp. 2. de principio. Diſp. 3. de Dei eſſentia ad Diſp. 7. & de SS. Trinitate Diſp. 8. ad 27. Et de ſtatu hominis ante lapſum Diſp. 28. 29. 30. De lapſu Adami & pecc. orig. Diſp. 31. ad 36. de libero arbitrio Diſp. 37. de Lege div. Diſp. 38. ad 44. de perſona Chriſti Diſp. 45. ad 48. de officio Chriſti Proph. & Sacerdotali Diſp. 49. ad 63. de officio Chriſti Regio Diſp. 63. 64. 65. de Chriſti Exinanitione Diſp. 65. 66. 67. de Exaltatione Diſp. 68. 69. de Chriſti Invocatione Diſp. 70, ad 74. de Converſione Diſp. 75. de regeneratione Diſp. 76. 77. de juſtificatione Diſp. 77. ad 85. de Electione Diſp. 85. ad 88. de B. operibus Diſp. 89. de pœnitentia Diſp. 90. 91. de Sacramentis in genere Diſp. 92. 93. de Baptiſmo Diſp. 94. ad 111. de S. Cœna Diſp. 111. ad 120. de Eccleſia Diſp. 121. ad 123. de Miniſterio Eccleſ. Diſp. 123. ad 127. de diſciplina Eccleſ. Diſp. 127. ad 129. de ritibus Eccleſ. Diſp. 129. 130. de Magiſtratu Polit. Diſp. 130. ad 138. de Conjugio Diſp. 139. de morte Diſp. 140. ad 147. de reſurrectione. Diſp. 147. ad 150. de vita & morte æterna Diſp. 152. ad 154.

Digitized by Google

8. Wiecko reſpondit D. Tarnovius, add. Photinianiſmus Stegmanni, Thummii, Himmelii, & tractatus Jacobi ad Portum, Junii, & ſimiles &c.

III. Stratagemata Photinianorum potiſſima ſunt:

I. *Philologica.* Qvorum antidotum offert uſus Concordantiarum. vid. ſup. Method. Stud. Theol. & Theologia Exegetica, libro 3. c. 3. ſub finem, de dicto Joh. 1. Ecce Agnus DEI. NB.

II. *Philoſophica.* Negant enim, qvicqvid rationi repugnat: Qvorum antidotum exhibet Methodus Studii Theol. NB. de uſu Philoſophiæ. Inprimis verò Metaphyſica Dn. D. Calovii & Kesleri, & hujus Phyſica Photin. Confer infra Repertorium Philoſoph.

III. *Hypocritica.* Dum ſubinde repetunt qverelas, ſibi fieri injuriam, qvia ſint Chriſtiani. Provocant enim ad Symbolum Apoſtolicum, qvod Schlichtingius cum citatione eorundem Scripturæ S. dictorum, qvæ orthodoxi ad illius explicationem adhibent, publicare auſus eſt. Et putant, ſe longè ſanctiores eſſe, qvàm univerſa Eccleſia Evangelica, uti conſtat ex lib. Svaſorio Socini.

IV. *Sophiſtica.* Qvorum antidota exhibet proceſſus Diſputandi ſupra explicatus. Inprimis verò accurata formatio ſtatûs controverſiæ 1. de Scriptura S. art. 5. Theol. Poſ. 2. de cognitione Dei, art. 6. 7. 8. 3. de attributis divin. artic. 10. 4. de SS. Trinitate, artic. XI. 5. de Imagine Dei, art. 28. 6. de lib. arb. art. 30. 7. de lapſu & pecc. orig. art. 32. 33. 8. de Chriſto, articul. 40. ad 70. 9. de Lege art. 71. 72. ſeq. 10. de Converſ. & regeneratione, artic. 92. 11. de fide & juſtificatione, artic. 93. & 94. 12. de pœnitentia, artic. 95. 13. de B. operibus, art. 100. 14. de Sacramentis, artic. 82. 15. de Baptiſmo, art. 87. 16. de Cœna, art. 88. 17. de electione, art. 110. 18. de Eccleſia, art. 113. 19. de miniſterio, art. 119. ad 124. 20. de diſciplina Eccleſ. art. 125. 21. de ritibus Eccleſ. art. 102. 22. de Magiſtratu Politico, art. 127. 23. de Conjugio. art. 128. 24. de morte, art. 132. 25. de reſurrectione, art. 138. 26. de inferno, art. 141. 27. de vita æterna, art. 142.

TITUL.

Digitized by Google

TITULUS IV.
De Arminianiſmo.

Arminianiſmi notanda eſt I. Summa. II. Antidota. III. Stratagemata.

CAPUT I.
Summa Arminianiſmi.

§. 1.

ARminianiſmus, uti ratione initii & oppugnationis Calviniſmi & abſoluti decreti laudabilis; ita ratione progreſſûs & affinitatis cum Socinianiſmo omninò deteſtandus eſt.

Nota 1. Arminianiſmus nomen habet à D. Jacobo Arminio (Hermann) Veteraqvinate Profeſſore Theol. Leidenſi, qvi Calvinianis ſe oppoſuit in articulo 1. de abſoluto decreto. 2. de redemtione partic. 3. de ſervo arbitrio. 4. de gratia irreſiſtibili in converſione. 5. de perſeverantia & fidei inamiſſibilitate. Cujus rei occaſionem memorat P. Bertius in oratione de ejus vita, fuiſſe dubia Mart. Lydii, de prædeſtinatione, Bezæ adverſa, & ſententiæ Melanchthonis atqve Hemmingii, de electione credentium conformia.

Nota 2. Remonſtrantes appellantur à Remonſtrantia (ſive libello ſupplici, qvem Belgæ ſic vocare ſolent) ordinibus Hollandiæ & Weſtfriſiæ, An. 1610. exhibita.

§. 2. Arminianiſmus prior *& ratione originis conſideratus continet aſſertionem decreti non abſoluti, & redemtionis non particularis, & liberi arbitrii reſiſtentis & gratiæ reſiſtibilis, atqve perſeverantiæ fidei finalis.*

§. 3. Arminianiſmus poſterior, qvamvis formaliter non ſit ipſe Socinianiſmus, in multis tamen Socinianiſmo

Digitized by Google

affinis eſt, & Libertiniſmo favet, atqve Atheiſmum generat. *Confer Anatome Arminianiſmi Petri Molinæi Lugduni Anno 1621. Ameſii Scripta Anti-Synodalia Amſtelodami An. 1633.*

Nota; Vedelius im deſcribit: Arminianiſmus ratione progreſſûs & complementi eſt farrago peſtilentiſſimorum dogmatum, ſpeciem *Atheiſmi*, qvæ Libertiniſmus vocatur, in Eccleſiam Dei introducens; *Anti-Trinitariorum* furores defendens, fundamenta fidei concutiens, omnibus hæreſibus viam parans, & in æternam damnationem præcipitans. Cujus aſſertionis *partem priorem* probat idem Nicolaus Vedelius parte 1. Arcanorum Arminianiſmi, edit. Lugduni in 4. An. 1634. ubi poſt præfationem Catalogum ejuſmodi dogmatum per ſex paginas continuat. Cui *reſpondere* conati ſunt Arminiani in Vedelio Rhapſodo, edito Hardervici An. 1633. *Aſt reſponſi hujus infirmitatem* probat idem Vedelius parte 3. & 4. Arcanorum Armin. *Partem verò poſteriorem* præcedentis aſſertionis probat Vedelius parte 2. & 3. Arcanorum Armin.

§. 4. Arcana Arminianiſmi, *qvæ illius defenſores ſingulari ſtudio occultare, ſimulqve incautos hoc pacto facillimè ſeducere ſolent, revelavit Vedelius in jam dictis Arcanis Armin.*

§. 5. Summa *Arminianiſmi expoſita eſt in Operibus Simonis Epiſcopii. Confer ejusdem Diſputationes tripartitas edit. Amſtelodami in 8. An. 1646. Cum qvibus conferri poſſunt opera Stephani Curcellei, edita in fol. Amſtelodami An. 1675.*

§. 6. Compendium *univerſæ hujus perverſitatis juxta Symbolum Apoſtolicum publicè exhibuit Dn. D. Scherzerus, qvod ita habet:*

I. CREDO probabiliter tantùm certâ autoritate *Scripturæ*, tanqvam normæ conſcientias coactivè non obligantis, absqve lumine Spiritûs Sancti ſalutariter intelligibilis, & non niſi rationi convenienter intelligendæ, qvanqvam fide fallibili, & certitudine tantùm humanâ perſvaſus: EGO, non ab æterno, ſed in tempore, definitâ, revocabili tamen *electione*, cui *reprobatio*, ad ſolos Evangelii auditores ſe extendens opponitur, ex conditione obedientiæ ac fidei Legi & Evangelio præ-

præſtitæ electus, & ex divina obligatione ad fidem *vocatus*: IN DEUM, utut nuſpiam ſe Deum eſſe credere jubeat, ex natura inſito habitu incognoſcibilem, cujus nomen יהוה fictitium, minimè eſſentiale, & creaturis commune eſt. Deum, inqvam, cujus pauca eſſentialia cognitu ad ſalutem neceſſaria ſunt: ſpiritualiter extenſum ac qvantum: *an ſimplex & omnipræſens*, futurorum contingentium præſcius, nec probatum, nec creditu neceſſarium eſt: *æternum*, nec ſolum, nec abſqve ſucceſſione, aut *mutatione*: affectibus etiam præditum: mero arbitrio, non ex neceſſitate *miſericordem* ac *juſtum*, ut abſqve ſatisfactione miſereri & peccata remittere qveat: TRINUNUM, Trinitate ex Scriptura neqvaqvam, vel ſaltem ex V. T. vix probabili, creditu nec neceſſariâ, nec utili, nec unius eſſentiæ, ſed ſubordinatâ: PATREM ſolum ſummum Deum, Filio tùm dignitate, tùm poteſtate ſuperiorem: OMNIPOTENTEM, qvod creditu tamen neceſſarium non eſt: CREATOREM, an ex nihilo, iterùm nec certum nec creditu neceſſarium eſt: COELI ET TERRÆ, non in ipſius mundi principio, ſed longè ante, qvàm elaborarentur, factorum: *Angelorum* ante mundum conditorum, an ſpirituales, & an qvidam in bono ſint confirmati, probatu difficile ac incertum eſt: & *hominis* cum, vel ſine, qvalive originali juſtitiâ, nil refert; proclivis ad peccandum: ſolo dominio imaginem Dei, peccato non deletam, gerentis, mortalis, boni maliqve neſcii: actu negativo *providum*.

II. CREDO ETIAM fide in V. T. *non præceptâ* IN JESUM CHRISTUM, cognitu omnibus ſalvandis non neceſſarium, Patre inferiorem, nec ipſi ὁμοούσιον, nec αὐτόθεον, cui tamen ut mero homini divina potentia & adoratio tribui poteſt: *non unum*, qvia ùnio perſonalis nec in indiſtantia naturarum conſiſtit, nec communicationem idiomatum ſecum trahit, Salvatorem *exemplarem*, cujus ſatisfactio non neceſſaria, & ſolùm *acceptilatio* qvædam fuit, qvâ non fidem & regenerationem, ſed hoc tantùm, ut Deus in gratiam rediret, nobis promeruit, FILIUM EJUS UNIGENITUM, qvod credere tamen ad ſalutem non eſt neceſſarium, non unâ τῆς θεότητος, cujus modum credere neceſſe non eſt, ratione, DOMINUM, Legiſlatorem novum ac Redemtorem NOSTRUM, ut cauſam inſtrumentalem, cui peculiaris áqve divino diſtinctus cultus debetur, & ad qvem Oratio Dominica non dirigitur, QVI CONCEPTUS EST A SPIRITU SANCTO,

pec-

peccabilis, Incarnatione novam ſibi Deitatem acqviſiturus: NATUS, non ut peccata, in qvibus naſcimur, tegeret, EX MARIA VIRGINE ita, ut qvi eum ex Matris ſuæ ſubſtantia originem habere neget, in fundamento fidei neqvaqvam erret: PASSUS in mortali corpore SUB PONTIO PILATO, ſecundùm ſolam humanitatem, paſſione non ſatisfactoriâ, nec rigore juſtitiæ divinæ exactâ: CRUCIFIXUS, MORTUUS AC SEPULTUS, DESCENDIT AD INFEROS, deſcenſu metaphorico, poſt aſcenſionem demùm, & non in ſua ſed Apoſtolorum perſonâ: TERTIA DIE alienâ virtute RESURREXIT, carne qvalitatibus ſpiritualibus non dotatâ: ASCENDIT AD COELOS, SEDET AD DEXTRAM DEI, ſeſſione locali, qvia in throno non omnipræſente, neqve enim in regno potentiæ, nec in regno gratiæ niſi ſigno corporis & præſentiâ ſpirituali, ſedet ut *Interceſſor* metaphoricus, ſui ipſius potiſſimùm oblatione: jam Patri non ſubjectus: INDE VENTURUS JUDICARE, ſcientiâ ac potentiâ finitâ ſecundum humanitatem, VIVOS AC MORTUOS, judicio, qvo impios finitis cruciatibus, qvi ſolos contemtores Evangelii & ſuffocatores luminis naturæ manent, tandem annihilabit.

CREDO ego *originali peccato* propriè dicto *non inqvinatus*, ad ſpiritualia naturaliter non impotens, legem perfectè ſervare potens, actu non ex vitio congenito, ſed actuum freqventiâ peccans, nec ſemper, nec concupiſcentiâ indeliberatâ delinqvens, nec qvovis peccato mortem promerens: rudera gratiæ poſt lapſum retinens: *Gratiam* communem extra Verbum in promptu habens: ad mei converſionem multa præoperans: nonnunqvam interna revelatione aut miniſterio Angelorum converſus: *Fide* ut actu obedientiæ, erga mandatum Chriſti charitatis & Bonorum operum, humanæ, non ſolius gratiæ divinæ, nec inſtrumento meritum Chriſti apprehendente, comminationes autem etiam pro objecto habente: ſolam credendi potentiam accipiens, actum verò credendi liberè eliciens. CREDO IN SPIRITUM SANCTUM, de qvo, qvòd Deus ſit, credere neceſſe non eſt, an adorandus ſit, non liqvet. *Spiritum*, inqvam, juſtitiam originalem in infantibus non reparantem: adultos per verbum non niſi moraliter efficax, immediatè tamen, & irreſiſtibiliter convertentem: per Sacramenta, *Baptiſmum* puta non neceſſarium, & *Eucharistiam*, qvam qvivis privatus adminiſtrare poteſt, & ad qvam Carnifices non ſunt admittendi, nul-

nullam gratiam efficaciter conferentem. Credo & SANCTAM ECCLESIAM, *ſtatu* non definiendam, & ſolùm militantem non neceſſariò inveſtigandam: infallibilibus notis non innoteſcentem: penitùs delebilem, ità, ut regnum Chriſti nihilominus permaneat: à Verbi Miniſtris, qvorum nec vocatio nec ordinatio neceſſaria eſt, informatam: CATHOLICAM, i. e. Chriſtianam, cujus definitioni tamen *adoratio DEI in tribus perſonis* non benè additur, extra qvam ſalus obvenire poteſt; cujus membra, non tamen Magiſtratus Chriſtianus, *quà talis*, ſunt omnes, qvi *Symboli Apoſtolici literam* recipiunt, ſint licet Anti-Trinitarii, *Heretici*, qvales nec blaſphemi & Apoſtatæ eſſe poſſunt, nec conſcientiam erroneam deponere obligati ſunt, nec *Hæreſis* omnis ad opera carnis pertinet. SANCTORUM COMMUNIONEM ex omnibus ſectis: REMISSIONEM ex merito operum etiam in altero ſeculo expectandam, PECCATORUM, qvæ tamen non omnia pœnam æternam merentur, & è qvibus peccata *commiſſionis* propriè nihil ſunt, ad ipſum qvoqve peccatum in Spiritum Sanctum ampliandam. CARNIS, an tanqvam partis eſſentialis hominis, ejusdemqve numero, non liqvet: animam intereà dormiiſſe negare non auſim: RESURRECTIONEM ſolorum fidelium, ET VITAM ÆTERNAM non ſtatim poſt diſceſſum ex hac vitâ adeundam, obedientiæ meæ debitam, in V. T. exſertè neqvaqvam promiſſam.

CAPUT II.

Antidota Arminianiſmi recentioris.

HÆc conjunctim offert Dn. D. Calovius in Conſideratione Arminianiſmi Anno 1655. editâ. Ubi oſtendit & refutat eorum errores

I. *De Scripturâ S.* ejusqve certitudine, perſpicuitate, judicio rationis, dubitatione de div. veritate, judice controverſ. & creditu neceſſariis.

II. *De Cognitione Dei*, nomine Jehovah, Sp. S. eſſentia, Dei ſimplicitate, immenſitate, æternitate, immutabilitate, præſcientiâ, juſtitia, miſericordia.

III. De S.S. Trinitate, credendi neceſſitate, probatione ex V. T. de Patre, Filio & Sp. S.

IV. De operibus Dei, & decretis conditionalibus, creatione, Angelis, ſtatu innocentiæ, immortalitate, peccati pœna ex Adamo. &c.

V. De providentiâ, præſcientiâ, termino vitæ. &c.

VI. De peccato originis, ejusqve pœnâ.

VII. De Chriſti redemtione, non ſimpliciter neceſſariâ, &c. ejusq; divinitate dubia & ſatisfactione.

VIII. De T. & N. T. electione, fidei conditione noſtra, qvam faciunt obedientiā, & B.O. neceſſitate ad ſalutem & perfectione piorum.

IX. De B.O. & Decalogo, Legis augmento per Chriſtum &c. vid. ſup. de Photinianiſmo.

X. *De beneficiis div.* Deum ex æqvitate teneri revocare hominem lapſum ad fidem. Dari gratiam ſupernaturalem communem: & converſionem per revelationem internam; Verbo autem tantùm competere ſvaſionem moralem.

XI. *De vocatione* & converſione immediatâ & homine perfecto, ſine peccato.

XII. *De electione incertâ* & humanâ diſpoſitione, & perſeverantiæ incertitudine.

XIII. De animæ immortalitate dubiâ, Reſurrectione corporis novi, Chiliaſmo. &c.

XIV. De proportione pœnæ & culpæ, & oſtio gratiæ.

XV. De miniſterio Eccl. vocatione, presbyterio regente, ordinatione.

XVI. De Eccleſia ejusqve notis.

XVII. De Sacramentis eorumqve negatâ efficaciâ & tolerantia Socin. & Anabaptiſt. errorū; & S. Cœnā eſſe meram commemorationem.

XVIII. *De diſciplinâ* Eccleſ. ubi Chriſtum faciunt novum legislatorem, Magiſtratui curam religionis denegant, de poteſtate Eccleſ. dubitant, hæreticorum pœnas negant; Libertiniſmum defendunt & hæreticos, & ignorantiam; Synodos nihili faciunt; Formulas ambiguas defendunt &c. Confer Vedelium & alios, qvi Arminianis ſe oppoſuerunt.

CAPUT III.
Stratagemata Arminianorum.

Potiora

Digitized by Google

POtiora enumerat Arminianiſmus D. Calovii p. 28. videlicet

I. *Symbolum Apoſtolicum* continere omnes fidei articulos, qvos qvi ſuſcipiunt, pertinere ad Eccleſiam Catholicam.

II. *Nullam inter Chriſtianos ſectam eſſe*, qvi à Papatu ſeceſſerunt & Scripturæ S. regulam agnoſcunt, qvæ non admittenda ſit ad communionem Eccleſiaſticam.

III. *Confeſſionem* Remonſtrantium non eſſe infallibilem, qvin cogitent ipſi, fieri poſſe, ut alii ſanius ſentiant.

IV. *Diſſentientes non eſſe condemnandos*, ſed ad communionem admittendos, etiam Papiſtas.

V. *Tolerandam eſſe ignorantiam*, nec inqvirendum in conſcientias, nec excludendos eſſe diſſentientes per certam fidei confeſſionem. Qvæ ſufficienter ibidem refutavit idem D. Calovius.

TITULUS V.

De Enthuſiaſmo, Svencfeld. Weigelianiſmo, Methiſmo & Qvackeriſmo.

§. I.

ENthuſiaſmus eſt *ſtolida imaginatio divinum afflatum & immediatam illuminationem jactans, & ſub hoc prætextu Diabolicis ſeductionibus viam pandens.*

Nota 1. *Enthuſiaſmus* dicitur furor, ſive afflatio Numinis. Ἐνθουσιασμὸς, ἐνθουσιάζω afflor Numine, ἐνθουσιάω inſanio, ἔνθους, ἔνθεος, Numine afflatus, Deo plenus, in qvo Deus eſt; ἐνθεάζειν, Divino ſpiritu afflatum eſſe. ἐνθουσιώδης, inſtinctus.

Nota 2. *Svencfeldianiſmus* à Caſp. Svencfeldio nomen habens, verbo & Sacramentis virtutem adimit, & Anabaptiſtarum ſomnia plurima defendit. Vid. Schlüſſelburgii Catal. Hæret.

Nota 3. *Weigelianiſmus* Weigelio ortum debet, qvi Arterenſis ex Com. Mansfeldico ortus, deinceps Paſtor fuit Tſchopæ, propè Fribergam, in Miſnia, cujus errores Enthuſiaſtici ferè innumeri patent ex ſeq. §. 3. & ex refut. Poſtill. per Schelhamerum, nec non ex Weigelianiſmo Thummii.

Nota 4. *Methiſmus* dicitur ab Ezechiele Meth, Langenſalzenſi.

Nota 5. *Stifelianiſmus*, ab Eſaia Stieſelio, qvi Langenſalzæ A. 1604. Davidis Georgii impietatem defendit.

Nota 6. *Paracelſiſtæ*, fratres Roſeæ crucis, & ſimiles ſunt peſſima Enthuſiaſtarum progenies.

Nota 7. *Qvackeriſmus* eſt Enthuſiaſmi pleonaſmus hodie in Anglia & Belgio notisſimus. Nomen verò habent à tremore (qvacken eſt zittern) qvo tempore revelationis afficiuntur. Unde à nonnullis vocantur **Zitterbuben**.

§. 2. Occaſio & anſa errandi Enthuſiaſtis, eorumqve ſtolonibus eſt vilipendium Scripturæ Sacræ, affectatio novarum revelationum, ſuperbia & perfectio imaginaria, & contemtus veræ juſtitiæ.

Nota 1. *Contemtus Scripturæ* eſt mater aberrationis innumeræ. vid. Mat. 22, 29 Erratis neſcientes Scripturas.

Nota 2. *Affectatio novæ revelationis eſt fons Diabolicæ ſeductionis.* vid. Galat. c. 1. 8. Confer verba Weigelii; werffet weg eure Philoſophiam, und werdet mit uns zu Narren &c. O daß ich eine Stunde ein Kloß wäre/ Ich würde ein Prophet. Idem reqvirit die Entgröbung/ die Verwunderung/ die Studierung/ das Schweigen &c.

Nota 3. *Imaginaria perfectio Enthuſiaſtica eſt ſeductio peſtifera* Qvod confeſſus eſt ipſe Ezechiel Meth / cujus verba refert. Relatio Hiſtorica, de ejus converſione, edita Anno 1640. Da ſteckt es alles mit einander / daß die Leute ihnen eingebildet haben / ſie ſeyn **weſentlich Chriſtus** &c. vid. Theol. Poſ. art. 69. §. 11. ſup. p. 805. NB. Unde Adrianus Schäferus B. D. Merckio Scripturam urgenti reſpondebat: Der Herr ſchelte dich du Satan/ der Herr ſchelte dich. Et alius operto capite coram Magiſtratu ſtans, admonitus de honore ſuperioribus debito, dicebat: Der Geiſt hat mirs noch nicht offenbahret/ daß ich den Hut abnehmen ſoll.

Nota 4. *Contemtus veræ juſtitiæ eſt Mater ſtultitiæ.* vid. Lutherum Tom. 3. Jen. G. f. 105. a. ubi ait: Man müſſe nicht nur auf die Werck Chriſti ſehen/ wie Er ein Exempel ſey/ welches das geringſte Stück/ darinnen Er andern Heiligen gleich iſt / ſondern **wie Er ein Geſchenck Gottes iſt** / oder wie Paulus ſagt/ Gottes Krafft/ Weißheit / Gerechtigkeit/

tigkeit/ Erlöſung / Heiligung/ **uns gegeben.** Welchen Verſtand die Schwärmer nie gefühlet/ geſchmeckt noch gelernet haben / und gaukeln daher mit ihrer lebendigen Stimme vom Himmel/ mit der Entgröbung/ Beſprengung/Tödtung/ und dergleichen **ſchwülſtigen Worten**/ die ſie ſelbſt niemahls verſtanden haben/und die nur irrige/unruhige ſchwere Gewiſſen machen/auf daß man ſich verwundern ſoll ihrer großen Kunſt/ und Chriſtum dieweil vergeſſen.

§. 3. Summa Enthuſiaſmi *patet*

I. *Ex Schlüſſelburgii* Catalogo Hæreticorum.

II. *Ex ſcriptis Caſp. Svencfeldii* Germanicis. Conf. Diſp. de Calvino Svencfeldianiſmo, in Anti-Maſſonio B. D. Welleri.

III. *Ex ſcriptis Weigelii,* inprimis verò ex Poſtillis Germanicis à Schlüſſelburgio refutatis. Stolidiores verò floſculos collegit Thummius in Anti-Weigelianiſmo. Confer & Anti-Weigelianiſmum Crocii.

IV. *Ex ſcriptis Ezech. Meth* & ſociorum, refutatis à B. D. Andr. Merckio in der treuhertzigen Warnung vor dem Weigelianiſmo. Cujus informationi ex Enthuſiaſmo B. Himmelii ipſe Methius anſam converſionis attribuit, teſte Hiſtoriâ Erfurti editâ Germ. A. 1640. in 4.

V. *Ex ſcriptis Qvackerorum* ſupra nominatis in Methodo ſtudii Theol. p. 105. NB. *& earum fructibus* tempore Caroli Regis Angliæ. De qvibus teſtatur Theatrum Europeum.

§. 3. Antidota Enthuſiaſmi offert Scriptura S. qvoad ſingulos fidei & doctrinæ Chriſtianæ articulos, juxta ſeriem Theologiæ Poſitivæ.

Confer infra ſummã omniũ Controverſiarum, ſub finem Theol. Polemicæ NB. Huc facit Refutatio Poſtill. Weigel. Schelhammeri & D. Nicolai Hunnii *refutatio Weigelianiſmi Germ. in 8. ubi oſtendit, omninò fugiendum eſſe Weigelianiſmũ.*

Qvia I. *Autores Weigelianiſmi ſunt homines peſſimi,* lucifugæ, omne judiciũ de doctrinâ repudiantes, phraſes & dogmata repetentes 1. ex Papatu. 2. ex Calviniſmo. 3. ex Photinianiſmo. 4. ex Svencfeldianiſmo. 5. ex Anabaptiſmo. 6. ex Flacianiſmo. 7. ex variis hæreſibus. Accedit hypocriſis, rejectio Scripturæ, informatio immediata, &c.

II. *Qvia evertit univerſam Theologiam.* Nam

1. Statuit Theologiam eſſe ſenſum internum ex informatione ſupernaturali de creaturis.

2. Sp.

2. Sp. S. eſſe à ſolo Patre, poſt aſcenſionem verò etiam à Chriſto.

3. Deum punire peccatum non in corpore, ſed in animâ.

4. *Angelos* omnia habere in ſeipſis: malos verò habitare in 4. Elementis.

5. *Chriſti carnem* eſſe ex cœlo, communicationem idiomatum nullam, exinanitionem eſſe utriusqve naturæ, deſcenſum ad inferos eſſe deſertionem à Deo. Officium Chriſti ſpectare ſolùm ad N. T. ſolam Eccleſiam eſſe redemtam, regnum Dei eſſe in nobis, Chriſtum dediſſe Sp.S. omnibus, non remittere peccata per homines. *Unionem ejus cum omnibus eſſe corporalem*; nondum factam eſſe Chriſti communionem.

6. *Fidem homines* habere naturâ, & tres partes eſſentiales, ſpiritum, corpus & animam, & duplex corpus, viſibile & inviſibile; & poſſe ſervare Legem.

7. *Conjugium* eſſe ſtatum peſſimum, ein Viehiſcher / Animaliſcher / Adamiſcher Stand. NB. vid. n. 28.

8. *Imaginem* Dei adhuc adeſſe.

9. *Peccatum* eſſe ſolam incredulitatem, & fieri tantùm ab homine interno: & eſſe ſubſtantiam & accidens.

10. *Mortem* eſſe cum homine unitam eſſentialiter.

11. *Remiſſionem* peccatorum non eſſe expectandam ab homine.

12. *Regenemtionem* fieri in utero.

13. *In Converſione* fieri Sabbatum, Ruhe / ohne nachſinnen. Qvæ impeditur durch Kirchen gehen / Hören deß Worts / Tauffen / Beichte / Sacrament nehmen.

14. *Juſtificationem* eſſe eſſentialem Chriſti inhabitationem.

15. *Pœnitentiæ* partes eſſe contritionem, fidem & ſatisfactionem per opera.

16. *Eccleſiæ miniſtros* non remittere peccata, reqviruntur immediatè miſſi, docti à Deo, ſine ſalario. Sollen nicht Evangeliziren aus dem natürlichen Menſchen.

17. *Sacramenta* non confirmare fidem. Soll keiner den andern verketzern.

18. *Baptiſmi* efficaciam eſſe nullam, nec neceſſitatem eſſe ſignum regenerationis factæ in utero.

19. *Cœnam* nihil prodeſſe.

20. Cre-

Digitized by Google

20. *Credentes* eſſe novas creaturas, habere corpus duplex, terrenum & cœleſte incorruptibile, eſſe filios Dei naturales.

21. *Opera Chriſtianorum* eſſe ſich ſelbſt faſſen/gramm und feind ſeyn/ implere legem, audire Chriſtum in ſe.

22. *Fidem* eſſe ex auditu interno ante Baptiſmum, ejus innerliche Erfahrung/gehorſames Hertz/ und übereintreffen deß innerlichen und äuſſerlichen Gehöres; eſſe duplicem, der natürliche und ſeligmachende Glaube.

23. Sacerdotes eſſe maledictos in V. T. & magis in N. T.

24. *Eccleſiam* eſſe tantum die Menſchen Kirche/ Stein Kirche. Veram Eccleſiam non congregari in loco. Cujus nota eſt die Gelaſſenheit und Liebe.

25. *Antichriſtum* eſſe cor hominis, ſeqvens doctrinas hominum.

26. *In Cœleſti Solymâ* in terris regnabit plena ſanctitas, juſtitia, caritas.

27. *Secta* oriuntur ex negatione deß innern Worts und Einſprechens.

28. *Conjugium* vid. ſup. n. 7. eſſe eine erbare Hurerey/ unde naſcuntur plerumqve Hurer/Ehebrecher/Diebe/Mörder &c. ein Viehiſcher Stand.

29. *Mortem* ſolùm eſſe ab extra. Der innerliche Leib bleibt unverſehrt. Unde & mortui apparent vivis. Das ſelige Sterben geſchicht 1. mit Abſtellung deß Hertzens von zeitlichen Gütern/ 2. mit Verachtung der Welt und ihrer Luſt/ 3. mit Ablegung deß freyen Willens/ dum anima ſeparatur à corpore.

30. *Mortuos* ante Chriſtum fuiſſe in limbo.

31. *Reſurrectionem* eſſe ſurgere, ſed reſurgere fieri in Chriſto ad vitam, mit einem neuen him̃liſchen Leibe; Allein das Fleiſch von oben herab kom̃t in Himmel.

32. *Judicium extremum* erit in terris. Gladio occiſi werden mit den Waffen vor Gericht kommen/ avari mit ihren Geldzehlen/ Prediger mit ihren Poſtillen und Summarien.

33. *Damnati* peribunt cum mundo poſt judicium, ut corpus elementare.

III. *Qvia evertit vitam Chriſtianam*, dum aſſerit.

1. Chriſten ſollen dem Böſen nicht widerſtehen/ ſine ullâ Statûs diſtinctione.

2. Ex-

2. Externum hominē poſſe negare fidē, & confiteri fidem falſam.

3. In carne Adami non eſſe qværendum gaudium. NB. contra Job. 19. in carne mea videbo Deum.

4. Nullam recreationem corporalem eſſe Chriſtiano licitam. Qvod porrò evidentius patet ex ſeqq.

IV. *Qvia evertit omnes ſtatus:*

I. Eccleſiaſticum;

Dum verbi Miniſterium vilipendit, ipſi ſalaria denegat, Hæreticorum ſeparationem improbat, ſectariorum taxationem prohibet, jejunare præcipit ita, ut nil ſcias de jejunio. Philoſophiam abominatur. Chriſten ſollen Künſte und Sprachen fliehen. Certamina religionis improbat, juramentum religionis taxat, & preces. (Chriſten thun kein Mundgebet/ neqve ob bona temporalia, NB. contra orat. Dominicam, & per Chriſtum orare eſt orare per pœnitentiam, im Glauben wandeln/leben/beten.) Libertatem credendi vel nō credendi cuivis permittit, qvia nemo trahendus, Ceremonias funebres improbat & Conciones. (Menſchen ſollen nicht predigen/ ſondern Chriſtus) In Confeſſione verò tantùm audiendum eſt Miniſtri teſtimonium de remiſſione peccatorum, deß Dieners Zeugnis. Item Chriſtum non præcepiſſe crebriorem Sacramenti Cœnæ uſum. Sacramenta non attinent Chriſtiani conſcientiam. Miniſtri Eccleſiæ bemühen ſich vergeblich mit der Schrifft bey den Sterbenden &c. NB. de Academiis & Scholis vid. num. 2. ſeq.

II. Statum Politicum;

Dum tollit controverſias forenſes, & ait Chriſtum non eſſe qværendum in emporiis aut Academiis. Unde Weigelius ſcribit part. 2. Poſtill. p. 293: Das darff ich ſagen / daß alle hohe Schulen biß auff die Zeit / da ich ietzo rede / meines Alters 45. Jahr/welches iſt A. C. 1578. noch niemahls Chriſtum erkant haben.

Porrò negat defenſionem religionis & ſubditorum per arma, & improbat ſupplicia capitalia facinoroſorum, qvos Moſen non rectè puniviſſe putat. Imò & Magiſtratui cenſum denegat, contra Mat. 22. & Rom. 13. & jus Juſtiniani rejicit, tanqvam Ethnicum, facinoroſos pœnitentes occidendos eſſe negat, membra verò corporis ob ſcandalum abſcindenda eſſe aſſerit.

III. Statum Oeconomicum;

Dum communionem O. bonorum aſſerit, Chriſtianis O. ſuper-

flua

fluа denegat, & omnia dona Dei ad ſolam neceſſitatem accipienda eſſe, neqvaqvam verò ad ſuperfluitatem licitè poſſideri poſſe docet. Qvæ omnia illuſtrat ſeqvens

APPENDIX
De Viſionibus.

QVandoqvidem deſideratæ viſiones Enthuſiaſtarum ſunt meræ illuſiones, ideo breviter notanda ſunt, qvæ in peculiari tractatu de viſionibus plenius expoſuit M. Stolterſoth. A. 1634. edit. in 8.

§. 1. Viſio (ein Geſicht) *h. l. conſideratur non Phyſicè, ut notet viſionis actum Tob. 12,3. vel videntis vultum ſeu faciem; ſed Theologicè ita, ut accipiatur non more Prophetico pro divinâ revelatione, ſed pro imaginariâ impreſſione, non certâ, ſed dubiâ. De qva Lutherus ait T. 2. W. G. f. 23.* Da wolte ich hin/ſpricht der Teuffel/ wenn ich könte.

§. 2. Viſio eſt imago *futurorum aut abſentium, qvæ tanqvam præſentia offeruntur, qvibus rei certitudo obſignatur. vid. Luth. T. 10. W. in Gen. 15. Bald. in 2. Cor. 12. q. 1.*

§. 3. Viſio eſt varia: 1. *ratione cauſæ* efficientis *divina, Phyſica, Diabolica.*

2. *Ratione* materiæ *reſpectu* 1. objecti, *offerens læta, triſtia, Eccleſ. Politica, vel œconomica, præterita vel futura, in cœlo vel in terra.* 2. *reſpectu* perſonarum, *vident enim varia, tam boni, qvàm mali, tam Abrahamus, qvàm Bileamus.*

3. *Ratione* formæ *viſio accidit vel dormienti in ſomno, vel vigilanti, & afficit oculos vel mentis, vel corporis.*

4. *Ratione* finis. *Ubi Deus docet, monet, terret, ſolatur: Satan verò videntes decipit.*

§. 4. Viſiones hodiernæ omninò probandæ ſunt. *Hoc enim reqvirit multorum curioſitas, ſimplicitas, & ipſa rei veritas. vid. Luth. T. 2. W. f. 104.*

§. 5. Ad probationem *reqviritur legitima formatio ſtatus controverſiæ. Qværitur enim hoc loco*

Ggggggg 1. Non

1. Non de viſionibus V. T.

2. Nec de viſionibus N. T. in Eccleſiâ primitivâ Act. 10, 11.

3. Nec de ſignis & portentis. Conf. de antecedentibus interitum Plürs. A. 1618. Theatr. Europeum.

4. Nec de ſomniis omnibus & ſingulis.

5. Nec an Deus hodie dare poſſit viſiones, ſed *an Deus hodie adhuc dare velit viſiones dogmaticas*. Qvod N. (Conf. de volunt. revelatâ Luth. T. 6. W. f. 484.)

Qvia I. deeſt promiſſio 2. mandatum expetendi & expectandi 3. neceſſitas & utilitas, tam ratione fidei, qvàm ratione morum.

II. Qvia obſtat determinata locutio ultima per Filium Hebr. 1. & Canonis N. T. perfectio NB. Galat. 1. c. 6. (vid. ſup. Theol. Poſ. art. 5.)

§. 6. *Unde patet*, Viſiones hodiernas non eſſe magnifaciendas.

I. *Qvia deeſt obligatio* ex LL. div. & humanis, ex mandato, promiſſione vel comminatione.

II. *Qvia obſtat incertitudo*. Poſſunt enim ſubeſſe 1. *figmenta*. 2. *ſpeculationes* & vanæ Melancholicorum imaginationes & impreſſiones 3. *fraudes* & impoſturæ malorum. vid. Oſiandr. A. 1509. de Monachis Bernenſibus. Conf. Lavaterum de ſpectris. 4. *deceptiones* Satanæ. vid. Luth. T. 1. W. f. 21. & Vitas PP. Conf. Thomam p. 3. q. 30. art. 3. Marulum l. 5. c. 7. ex Caſſiano, de eo, qvi filium, exemplo Abrahæ, impulſu Satanico, occidere conabatur. (Confer infra Theol. Aſceticam.)

III. *Qvia ſubeſt periculum* 1. *abductionis* à verbo revelato, more Enthuſiaſtarum.

2. *defenſionis* variorum errorum (ob monitorem nocturnum) Confer Jerem. 14, 14. c. 23, 26. & Lactantium lib. 1. Inſtit. c. 15. 21. 22. & l. 2. c. 8. de oraculis. Et de Arrianis Nicephorum lib. XI. c. 40. add. Hiſtoriam de revelato ſangvine in Wilsnak Anno 1384. refutatam per Ludecum. & ſing. Centur. Magdeb. in cap. de miraculis NB. Huc faciunt fraudes Anabaptiſtarum Monaſterienſium, à Sleidano explicatæ; & exemplum Carolſtadii, & Enthuſiaſtarum in Hiſtor. Eccleſ. Tripart. l. 7. c. 11. Confer de novis Prophetis Tract. Germ. Theol. Hamburg. in 4. NB. (& Zvvingerum de Magdalenâ de S. Cruce NB. Handbuch de miraculis.)

3. *praci-*

Digitized by Google

3. *præcipitationis* in ſuperbiam, Epicureiſmum & temeritatem: 4. *deſperationis* & puſillanimitatis. vid. de Saul. 1. Sam. 28, 20. & de Creſcentio Sleidanum.

IV. *Qvia eſt inconveniens* 1. reſpectu perſonarum contradicentium Scripturæ. 2. connexionis. 3. ſtyli. 4. objecti. 5. ſcopi, qvi fingitur pœnitentia, qvæ aliàs ſufficienter inculcatur auditoribus.

§. 7. Objectiones *verò contradicentium nihil probant v. g. ex Num. 12, 6. (ubi agitur de V. T.) ex Joël 2, 28. (ubi agitur de initio N. T.) ut & 1. Cor. 14, 26. & ex Phil. 3, 15, (ubi agitur de revelatione ordinariâ per verbum) & 1. Johan. 4, 1. (ubi agitur de initio N. T. & neqvaqvam aſſeritur hodierna reſtans revelatio dogmatica. vid. ſup. §. 5. NB.) Nec tollitur hâc ratione Dei Omnipotentia, uti patet ex §. 5. Nec ex bonitate ſubjecti aut finis apparente ſeqvitur bonitas ipſius actûs. Confer Lutherum de Anabaptiſtis T. 2 W. f. 394. (Confer de apparente bonitate qvam ſerpens fingebat Gen. 3. ſup. Theol. Poſ. art. 32. NB.)*

Imò I. *magis movet verbum*, qvàm fictæ viſiones. vid. Jer. 23, 29.

II. *Eventus* interdum verus nihil probat. vid. de Anabaptiſtis Luth. T. 2. W. f. 395. & Beyerling de Oraculis.

III. *Muſica Angelica*, qvàm Videntes illi ſe audiviſſe exiſtimant, eſt periculoſiſſima. Nam & Satanas transformat ſe in Angelum lucis, & ruſtici ebrii cantant. Das heiſt ein Geplerr der Lieder / Amos 5, 23. & Anabaptiſtæ poſt decollatam Regis uxorem cantabant: Allein Gott in der Höh ſey Ehr. vid. Luth. T. 2. W. f. 399. (& ruſtici ſeditioſi A. 1525. ante prælium cantabant: Nun bitten wir den Heiligen Geiſt.)

IV. *Ablegatio* ad ordinarios Eccleſiæ miniſtros, ut auditores flectant ad pœnitentiam, itidem ſuſpecta eſt. Nam & ipſe Satanas commendabat Chriſtum Marc. 1, 44. Luc. 4, 34. Act. 16, 17. nec opus eſt novo monitore, ut Eccleſiæ miniſter ordinarius faciat officium.

V. *Erectio* afflictorum apparens non ſatis tutos præſtare poteſt à fraudibus Satanicis. Notæ ſunt promiſſiones ampliſſimæ ſeductoris infernalis Gen. 3. Conf. Luth. T. 7. W. f. 435. & T. 6. f. 161. Imò multa permittit Deus, ut probet, moneat & puniat contemtores, & tandem confundat Satanam. Huc etiam facit die Treuhertzige Warnung

vor dem verführiſchen Geiſt der neuen Schwärmer/Offenbarungs Träumer / und falſchen Propheten/edita Lipſiæ A. 1669. in 4. Cujus eventus erat ſeductorum in viam reductio atqve agniti erroris deteſtatio. Deo gloria! Facit & huc *formatio ſtatûs Controverſia*, de Prophetis N. T. & novis revelationibus dogmaticis ex Theol. Poſitiva artic. 4. p. 205. & art. 121. p. 982. NB.

TITULUS VI.
De Anabaptiſmo.

ANabaptiſmus eſt mixtura Enthuſiaſmi, qvæ cum variis erroribus inprimis Verbum Dei ſcriptum & miniſterium atqve Pædo-Baptiſmum impugnat. Cujus ſummam & antidota oſtendit Schlüſſelburgius in Catalogo Hæret. & D. Johan. Müllerus tract. Germ. & D. Botſaccus in Tract. Germ. edito in 8. per ſingu'a Catechiſmi capita. Accuratiorem verò hujus veneni cognitionem atqve averſionem monſtrat ſeqvens

Summa Errorum Anabaptiſticorum,

ſimul offerens perſpicua Scripturæ S. antidota.

1. Informatio divina adhuc datur immediata, atqve converſio, ſine verbo. Contra Mat. 28, 18. 19. 20. 1. Cor. 1, 21. Johan. 17, 20. Rom. 10, 17. c. XI, 16. Gal. 3, 2. vid. Theol. Poſ. art. 4. & 5. & 92.

2. Veteris Teſt. hodie nullus reſtat uſus, neqve facit ad fidei probationem. Contra Johan. 5, 39. 46. 47. Luc. 24, 25. 26. Act. 24, 14. c. 26, 22. 2. Tim. 3, 15. vid. Theol. Poſ. art. 5. & 80.

3. Novi Teſt. initium eſt mors Chriſti Heb. 9, 15. 16. cujus doctrina ante exaltationem Chriſti non obligat. Contra Luc. 2, 10. 11. c. 16, 16. Johan. 8. 46. vid. Theol. Poſ. art. 80.

4. Doctrina Scripturæ S. manca, imperfecta & corrupta eſt. Contra Mat. 5, 18. Luc. 16, 17. 2. Tim. 3, 16. 17. Apoc. 22, 18. vid. Theol. Poſ. art. 5.

5. Deus adhuc hodie per ſomnia voluntatem ſuam de ſalute nobis revelat. Contra Galat. 1, 8. Hebr. 1, 1. Luc. 16, 29. vid. Th. Poſ. art. 4. & 5.

6. Verba Scripturæ recitanda, non verò explicanda ſunt. Contra Mat. 22, 31. 32. Luc. 24, 27. 2. Pet. 1, 20. 1. Theſ. 5, 20. vid. Theol. Poſ. art. 5. & Theol. Exeget. 7. Diſpu-

Digitized by Google

7. Diſputationes de religione ſunt intolerabiles. Contra Tit. 1, 9. 13. Mat. 22, 23. Act. 8, 20. c. 9. 22. c. 18, 28. vid. ſup. Proceſſum diſputandi.

8. In Deitate non perſonæ, ſed nuda dantur nomina contra Mat. 28, 19. Pſal. 2, 7. Johan. 15, 26. c. 3, 34. c. 4, 34. c. 16, 26. Hebr. 1, 3. vid. Theol. Poſit. art. 12. ad 15. NB.

9. Unus verus Deus in V. T. eſt unica perſona Patris. Contra Ex. 23, 20. Pſal. 2, 12. Eſa. 63, 10. Num. 14, 13. Johan. 17, 3. vid. Theol. Poſit. art. 13. & 14.

10. Carnem ὁ λόγος non ex Mariâ aſſumſit, ſed ex cœlo attulit. Contra Gen. 3, 15. Rom. 1, 3. c. 9, 5. Luc. 1, 31. 42. c. 2, 7. Gal. 4, 4. Hebr. 2, 14. 16. 17. vid. Theol. Poſit. art. 42.

11. Chriſtus non eſt verus Deus, ſed ſolùm ſanctis ſuperior. contra 1. Johan. 5, 5. Apoc. 1, 5. 11. Rom. 9, 5. vid. Theol. Poſ. art. 14. & 43.

12. Chriſtus eſt novus Legislator Moſe perfectior. Contra Johan. 1, 17. Jac. 1, 25. Gal. 3, 13. c. 4, 5. Rom. 6, 14. Johann. 3, 17. c. 5, 45. vid. Theol. Poſit. art. 76.

13. Verbum caro factum, ſicut aqva in vinum mutata eſt. Johan. 2. Contra Heb. 2, 14. vid. Th. Poſ. art. 42.

14. Chriſti axiomata ſunt mera donorum creatorum excellentia. Contra Coloſ. 2, 3. 9. Mat. 28, 18. vid. Th. Poſ. art. 46.

15. Chriſti præſentia eſt in ſolo cœlo exiſtentia. Contra Mat. 18, 20. c. 28, 18. vid. art.

16. Paſſio Chriſti ſolùm reſpicit lapſum Adæ. Contra 1. Johan. 2, 1. 2. & Johan. 1, 29. vid. art. 50.

17. Chriſti Paſſio non eſt ſatisfactio, ſed exempli delineatio. Contra Mat. 20, 28. 1. Tim. 2, 6. 1. Johan. 2, 2. vid. art. 54. 55. & 60.

18. Peccatum non propagatur generatione, ſed Adami imitatione. Contra Gen. 6, 5. Pſalm. 51, 6. Johan. 3, 3. 5. 6. Rom. 5, 12. Eph. 2, 3. vid. artic. 33.

19. Renatus nec peccatum, nec peccati radicem habet. Contra Rom. 7, 17. 23. 24. Hebr. 12, 1. vid. artic. 33. 34.

20. Per lapſum non amiſſum eſt liberum arbitrium ad bonum ſpirituale. Contra 1. Cor. 2, 14. Eph. 4, 18. Gen. 6, 5. Johan. 8, 44. c. 15, 5. 1. Cor. 12, 3. vid. artic. 30.

21. Obſervatio Legis renato eſt poſſibilis. Contra Rom. 7. 14. c. 8, 3. 7. Act. 15, 10. vid. artic. 72. & 100.

22. Damnatio non datur ob peccatum originale, ſed actuale. Contra Rom. 5, 12. 13. Gen. 2, 17. vid. artic. 33. & 36.

23. Sacramentorum pleonaſmus augetur per lotionem pedum Johan. 13, 14. 15. Contra 1. Johan. 5, 6. Mat. 26, 26. c. 28, 19. vid. art. 82.

24. Pædobaptiſmus eſt vanus & nullus. Contra Johan. 3, 5. Mat. 18, 14 c 19, 14. c. 28, 19. Luc. 18, 16. Gen. 17, 7. 12. Act. 16, 15. 37. c. 18, 8. vid artic. 87.

25. Baptiſmus infantum & adultorum ſeductorum reiterandus eſt. Contra Rom. XI, 29. 1. Cor. 6, 11. c. 12, 18. Gal. 3, 27. vid. artic. 87.

26. Immerſio integra eſt abſolutè neceſſaria. Contra Marc. 7, 3. 4. c. 16, 7. Eph. 5, 26. Tit. 3, 5. vid. art. 87.

27. Fides infantum eſt figmentum. Contra Luc. 1, 16. Mat. 18, 6. c. 19, 14. Luc. 18, 15. 16. Pſalm 8, 3. Pſalm. 22, 10. 11. vid. art. 87. & 93.

28. Infans Chriſtiani non baptiſatus coràm Deo ſanctus eſt. Contra Gen. 5, 6. Pſalm. 51, 7. Job. 14, 4. Eph. 2, 2. vid. art. 87. & 92.

29. Panis & vinum Eucharisticum eſt nudum Chriſti abſentis ſignum. Contra Mat. 26, 26. 27. Luc. 22, 19. 20. 1. Cor. XI, 25. c. 10, 16. 1. Johan. 5, 6. vid. art. 88.

30. Fractio panis ſymbolica eſt abſolutè neceſſaria. Contra Johan. 19, 36. 1. Cor. XI, 24. vid. art. 88.

31. Sacramenta ſunt ſigna, non verò ſalutis media. Contra Rom. 1, 16. Johan. 3, 5. Eph. 5, 27. Tit. 3, 5. 1. Pet. 3, 21. Marc. 16, 16. Luc. 22, 20. vid. artic. 82.

32. Sacrificia V. T. erant memorialia peccati, non verò expiatoria. Contra Lev. 1, 4. c. 9, 13 17. c. 4, 3. 13. 22. 26. c. 5, 5. 6. c. 6, 7. c. 2. 9. vid. art. 74.

33. Juſtificatio etiam ante fidem & Baptiſmum per Chriſtum datur à primo nativitatis momento, donec peccatum actuale ſalutem evertat. Contra Johan. 3, 5. 6. Act. 2, 38. 39. Eph. 5, 26. Gal. 3, 27. vid. art. 94.

34. Redemtio Chriſti reſp. viventium in V. T. nulla fuit. Contra Heb. 13, 8. Act. 4, 12. c. 10, 43. Hebr. 9, 15. vid. artic. 55.

35. Solâ fide, ſine operibus & Paſſionibus nominatur juſtificatio. Contra Gal. 2, 16. Eph. 2, 8. 9. Rom. 8, 15. vid. art. 94. & 100. & 108.

36. Fides eſt notitia, aſſenſus & obedientia. Contra Johan. 3, 15. 16. Rom. 3, 25. Gal. 2, 20. Rom. 4, 3. 5. vid. art. 93.

37. Bona

Digitized by Google

37. Bona opera ad ſalutem ſunt neceſſaria. Contra Rom. 4, 28. Eph. 2, 8. vid. art. 100.

38. Verbi prædicatio & Sacramentorum adminiſtratio non ſunt notæ veræ Eccleſiæ. Contra Johan. 10, 26. 27. Mat. 18, 20. Rom. 4, 11. vid. artic. 113.

39. Eccleſia neſcit hypocritas. Contra Mat. 10, 16. c. 13, 24. 47. c. 25, 2. 32. vid. artic. 113.

40. Stipendium ex Eccleſiæ miniſtro facit mercenarium. Contra Mat. 10, 10. 1. Cor. 9, 7. 13. vid. artic. 119. 122.

41. Spiritum S. accipiunt homines ſine verbo. Contra Act. 10, 44. Gal. 3, 2. vid. art. 124. & 15.

42. Studia & ſapientia Academica ſunt miniſterii Eccleſiaſtici obſtacula. Contra Act. 7, 22. Dan. 1, 4. 17. Act. 22, 3. vid. artic. 122. & ſup. Methodum ſtudii Theol.

43. Miniſterium malorum eſt vanum & nullum. Contra 1. Cor. 3, 7. Phil. 1, 18. Mat. 23, 2. 3. Ex. 4, 26. vid. art. 124.

44. Concionatores ſunt & eſſe debent omnes dona illa habentes. Contra Jer. 23, 21. Mat. 7, 13. Rom. 10, 14. Heb. 5, 4. vid. art. 118. ſeq.

45. Conciones muliebres admittendæ ſunt ex Joël 3, 1. Tit. 2, 3. 4. Contra 1. Cor. 14, 34. vid. art. 118. ſeq.

46. Feſtorum & diei Dominicæ obſervatio vana eſt. Contra Ex. 20, 8. Act. 20, 7. 1. Cor. 16, 2. Apoc. 1, 10. 1. Cor. 14, 26. vid. artic. 103.

47. Templa olim Papiſtica, ad cultum inepta ſunt. Contra Tit. 1, 15. Act. 19, 8. 1. Tim. 2, 8. Malach. 1, 11. vid. artic. 104.

48. Imagines in templo ſunt intolerabiles ob Ex. 20, 4. Contra Gen. 28, 28. 1. Sam. 7, 12. Mat. 22, 20. Act. 12, 11. Lev. 26, 1. vid. artic. 102.

49. Veſtitus precioſior, cibus lautior, convivia, Muſica & ſaltatio à Chriſtianiſmo aliena eſt. Contra Mat. 15, 6. 11. Rom. 14, 17. Col. 2, 16. 20. 1. Tim. 4, 4. 5. Eph. 5, 18. 19. Mat. 6, 29. vid. artic. 101. & 102.

50. In Eccleſiis Evangelicis ceſſat exercitium clavis ligantis. Contra Johan. 20, 23. Mat. 16, 19. c. 18, 18. vid. art. 95. 124. 125. 126.

51. Delinqventes ſunt excommunicandi. Contra 1. Cor. 5, 5. 2. Cor. 2, 6. 7. vid. art. 126.

52. Confeſſio & abſolutio ſunt ritus Antichriſtianus. Contra Rom. 10, 10. 1. Johan. 1, 9. Luc. XI, 2. 1. Cor. 14, 26. vid. art. 95. & 124.

53. Ab-

53. Abſolutio non eſt peccati remiſsio. Contra Johan. 20, 23. 2. Sam. 12, 13. Mat. 3, 5. 6. c. 9, 2. vid. art. 124.

54. Officium Magiſtratûs publicum eſt à Chriſtianiſmo alienum. Contra Rom. 13, 1. 2. 1. Pet. 2, 13. Johan. 4, 53. Act. 8, 28. vid. artic. 127.

55. Religionis cura penes Magiſtratum eſt nulla. Contra Pſalm. 24, 7. Eſa. 49, 13. 1. Tim. 2, 1. vid. art. 127.

56. Chriſtianorum æqvalitas excludit ordines & dignitatis gradus. Contra Rom. 13, 7. 1. Cor. 12, 28. 29. Act. 20, 28. vid. art. 119.

57. Gradus Eccleſiæ miniſtrorum datur nullus, nec ulla poteſtas Eccleſiæ repræſentativæ. Contra 1. Cor. 12, 18. Mat. 18, 17. 1. Tim. 5, 17. Act. 6, 2. 3. 4. vid. art. 119.

58. Nec jurare, nec gladio punire, nec bella gerere Chriſtianum eſt. Contra Heb. 6, 16. Rom. 13, 4. Luc. 3, 14. vid. art. 127.

59. Libertas Chriſtiana & ſervitutem & cenſus annuos excludit. Contra Rom. 13, 6. 7. Mat. 22, 21. vid. artic. 101. & 127.

60. Polygamia ſimultanea eſt adiaphora. Contra Mat. 19, 4. Gen. 2, 22. vid. art. 128. ſeq.

61. Infidelitas & excommunicatio eſt cauſa divortii. Contra 1. Cor. 7, 11. 14. vid. art. 128.

62. Motus cordis ad conjugem alterius non eſt peccatum in ſanctis. Contra Mat. 5, 27. 28. vid. artic. 128.

63. Communio bonorum eſt nota Chriſtianorum. Contra 1. Tim. 6, 17. Prov. 5, 5. vid. artic. 127. ſeq.

64. Animæ defunctorum dormiunt usqve ad conſummationem ſeculi. Contra Mat. 22, 32. Apoc. 4, 8. c. 5, 10. c. 6, 10. c. 14, 13. Sap. 3, 1. Luc. 16, 22. 25. vid. artic. 133.

65. Chriſtus non ſenſit pœnas infernales. Contra Pſalm. 22, 2. 3. Mat. 27, 46. Luc. 22, 44. Act. 2, 24. vid. artic. 66.

66. Reſurrectio excludit identitatem corporis ratione numeri & ſubſtantiæ ſpectatam. Contra Job. 19, 25. Rom. 8, 11. 1. Cor. 15, 53. vid. artic. 138.

67. Damnati & increduli, imò & Diaboli, tandem ſalvandi ſunt. Contra Eſa. 66, 24. Mat. 3, 13. c. 25, ult. Apoc. 9, 6. Ep. Jud. v. 6. 13. vid. artic. 141.

68. Regnum Chriſti in his terris corporale, cum oppreſſione impio-

piorum, præcedet diem noviſſimum. Contra Mat. 24. & 25. Luc. 21, 27. Johan. 5, 28. 29.

SECTIO III.

Theologiæ Polemicæ ſingularis, exhibens *Summarium* controverſiarum juxta ſeriem Theologiæ Poſitivæ, & ſingulares adverſariorum conatus ſingulis doctrinæ Chriſtianæ articulis oppoſitos.

ATq; ex hactenus enumeratis patet, qva, qvalis & qvanta ſit Theologiæ Polemicæ profunditas. Unde meritò de illa repetimus iſtud:

Ordine pervenies, qvo non datur ire labore.

Ne igitur turbetur memoria, imprimis danda eſt opera, ut præmiſſis ſummariis v. g. Anti-Papiſmo &c. Himmelii, Papiſmo & Calv. Gieſenii, Photin. & Weigelianiſmo Thummii (Hos enim, Gieſenium & Thummium, etiam in publicis Collegiis præferre ſolebat accuratiſſimus Theologus B. W. Lyſerus) Arminianiſmo Dn. D. Calovii &c. in promtu ſit qvotidianæ repetitioni adaptata delineatio, & juxta ſeriem articulorum Theologiæ Poſitivæ, pauciſſimis verbis nucleum potiſſimarum controverſiarum exhibens, ſucceſſivo ſtudio perficiendum, & ex præcedentibus errorum compendiis qvotidiè extendendum.

SUMMARIUM,

Cujus fundamenta, theſin & antitheſin attinentia, exhibet Theol. Poſ.

Artic. I. De Theologia Poſitiva.

Unicum Theologiæ Poſit. principium eſt Scriptura S. contra Pont. Cal. Socin. Armin. & Weigel.

Artic. II. De Myſteriis.

Myſteria, ex ſolâ revelatione nota, ex ratione non ſunt oppugnanda vel dijudicanda. Contra Eosdem.

Artic. III. De Fundamento Fidei.

Everſio gratioſæ applicabilitatis meriti Chriſti individualis eſt everſio univerſi fundamenti fidei. Contra Pont. & Cal.

Artic. IV. De Revelatione.

Novæ revelationis expectatio eſt ſcriptæ revelationis extenuatio Galat. 1. contra Weigel. Enthuſ. &c.

Artic. V. De Scriptura Sacra refellit

I. *Pontificios.* Nam 1. Scriptura S. juſſu divino ſcripta & ab ipſo Sp. S. Scriptoribus S. inſpirata eſt. 2. Tim. 3.

2. Scripturæ autoritas divina neſcit dependentiam humanam ab Eccleſia. Qvia eſt veritas, Johan. 17. Galat. 1. Confer articulum 113.

3. Scripturæ autoritas Canonica non debetur Conciliis, ſed inſitis verbi exarati documentis Rom. 1, 16. Confer articulum 114.

4. Interitus librorum Canonicorum ob verbi æterni Eſa. 40. ad finem canonicum exarationem Gal. 6. Johan. 20. & cuſtodientis omnipotentiam eſt impoſſibilis.

5. Augmentum humanum Canonis divini abſurdum eſt Apoc. 22.

6. Antiqvitas Lingvæ & ſcriptionis Hebr. eſt certisſima.

7. Corruptio codicis S. tam V. qvàm N. T. nulla datur.

8. Puncta vocalia tam materialiter, qvàm formaliter conſiderata tollere, eſt ipſam veritatem divinam evertere.

9. Nulla verſio Scripturæ S. qvamvis non illicita, fontibus præferenda, minimè verò omnium Vulgata Latina eſt authentica.

10. Scriptura S. omnibus exarata omnium & ſingulorum, etiam laicorum, lectionem reqvirit.

11. Scriptura S. eſt 1. perfectisſima. 2. perſpicua. 3. facultate ſemetipſam explicandi prædita. 4. norma controverſiarum infallibilis. 5. efficacisſima. 6. ſummè neceſſaria. 7. certisſima. Confer Theol. Exegeticam.

12. Interpretatio Scripturæ infallibilis neqvaqvam dependet à judicio R. Pontificis.

13. Traditio eſt vana variorum errorum palliatio.

II. *Calvinianos*, qvi abſolutum decretum nullibi revelatum contra ſcripturam defendunt, rationi multum tribuunt, & ex illâ præſentiam Chri-

Chriſti in S. Cœnâ oppugnant artic. 88. Confer D. Jac. Martini, de principio fidei & Anti-Maſſonium D. Welleri.

III. *Photinianos.* Nam 1. rationis contradictio eſt veritatis everſio. Vid. Methodus ſtudii Theol.

2. Verum eſt in Theologia neqvaqvam, qvod à ratione approbatum, ſed qvod per Scripturam revelatum eſt Johan. 17.

3. Scripturæ norma infallibilis manet, non obſtante, qvod veritas revelationis non ſit ex principiis naturæ demonſtrabilis.

4. Explicatio Scripturæ non eſt in poteſtate petulantiæ humanæ, non enim eſt ἰδίας ἐπιλύσεως 2. Pet. 1. vid. Theol. Exeget.

5. Scriptura Canonica V. T. in N. T. repetita & explicata eſt.

6. Etiam bona conſeqventia ex Scriptura S. eſt infallibilis, vid. Repertorium Logicum & proceſſus diſputandi.

7. Scriptura divina ſine divino lumine intelligi neqvit. Vid. artic. 92.

8. Vel ipſi Salvatori, vel Johanni Apoſtolo, aut aliis ſive ambiguitatem, ſive dictionem obſcuram proæreticam tribuere, impium eſt.

9. Scriptoribus S. θεοπνεύστοις errorem imputare abſurdum eſt.

10. Senſum myſticum ab ipſo Spiritu S. explicatum rejicere non licet Gal. 4. vid. Theol. Exegetica.

IV. *Anabaptiſtas, Svvencfeldianos, Enthuſ. Weigelianos* &c.

Nam 1. Nova credendorum revelatio eſt Satanica illuſio art. 4.

2. Veteris Teſtamenti ſcripta neqvaqvam per N. T. libros autoritate divinâ ſunt privata.

3. Senſus Scripturæ non humanus, ſed divinus eſt.

4 Scriptura S. eſt converſionis medium efficacisſimũ. vid. art. 92.

5. Erraſſe Scriptores Canonicos eſt erroneum.

6. Verbum ſcriptum non eſt litera mortua, ſed divina potentia Rom. 1, 16. NB. artic. 124. certisſima, perfectisſima & omninò perſpicua & minimè ambidextra.

7. Literali ſenſu rejecto ſolas allegorias ſectari ſtolidum eſt.

8. Apocalypſis neqvaqvam eſt liber primarius cæteris omnibus præferendus, nec clavis univerſæ ſcripturæ infallibilis. Confer Crocii Weigelianiſmum.

V. *Arminianos.* Nam 1. autoritas ſcripturæ infallibilis neqvaqvam eſt probabilis.

Digitized by Google

2. Scripturæ perſpicuitas ordinariam Spiritûs S. illuminationem non excludit.

3. Ratio humana myſteria ſcripta dijudicare neqvit.

4. Repugnantia conſcientiæ contradicens veritati revelatæ, eſt indicium incredulitatis & inobedientiæ.

5. Judicium directivum non eſt humanum, ſed Canonicum.

6. Omne revelatum ad ſalutem directum, eſt omnibus ad credendum ſimpliciter neceſſarium. Johan. 20. vid. infra art. XI.

Artic. VI. De cognitione Dei generatim conſideratâ,

Qvam impiè negat Atheiſmus. Vid. ſupra de Atheiſmo.

Artic. VII. De cognitione Dei naturali,

Qvam peſſimè impugnant Sociniani.

Artic. VIII. De Cognitione Dei revelatâ,

Qvam rationi opponit Socinus: traditioni Papiſmus: Alkorano Turciſmus: novæ revelationi Enthuſiaſmus &c.

Articulus IX. De Divinis Nominibus refutat

Pontif. Photin. & ſimiles, dum Nomen eſſentiale Jehovah ſoli Deo aſſerit, nec non Nomen Dominus, κύριος, HErr/abſolutè poſitum, ſup. p. 237.

Artic. X. De attributis divinis refellit

I. *Generaliter* Maſſonium & Socios, qvi Dei attributa qvaſi attributa faciunt, & illa divinæ ſimplicitati opponunt. Vid. ſup. p. 241. aut eorum communicationem in Chriſto negant, artic. 46.

II. *Diſtinctè* illos, qvi labefactant cum Vorſtio, Photino & aliis DEI

I. *Unitatem*, dum illam Trinitati perſonali opponunt Anti-Trinitarii, ſup. p. 247.

II. *Simplicitatem*, qvam per diſtincta attributa atqve Filii Dei Incarnationem everti ſomniant, p. 248.

III. *Veritatem*, qvæ veram veri P. F. & Sp. S. perſonalitatem includit, p. 250.

IV. *Bonitatem*, qvam tollit malevola benevolentia & dolus malus Bezæ & ſociorum, p. 254.

V. *Inſi-*

Digitized by Google

V. *Infinitatem*, cum qva revelata incarnatio & propriorum communicatio non pugnat. p. 256.

VI. *Independentiam*, qvæ F. & Sp. S. omninò competit. p. 257.

VII. *Immutabilitatem*, qvæ myſterio incarnationis neqvaqvam opponenda eſt. p. 260.

VIII. *Æternitatem*, qvæ æternitatem participatam excludit, cum productione poſſibili entis ab æterno creati. p. 262.

IX. *Immenſitatē*, qvæ cū omnipræſentiâ peſſimè cōfunditur. p. 263.

X. *Incomprehenſibilitatem & inviſibilitatem*, qvam non tollit ab ipſo Deo beatis promiſſa viſio in vita æterna. p. 265.

XI. *Vitam*, qvæ Filio Dei incarnato tam eſſentialiter qvàm perſonaliter competit. p. 266.

XII. *Spiritualitatem*, qvæ corpus excludit, apparitionem verò in forma viſibili non tollit. p. 268.

XIII. *Impatibilitatem*, qvæ paſſioni Filii Dei incarnati peſſimè opponitur p. 269.

XIV. *Immortalitatem*, qvam ſolus Deus habet per naturā. p. 270.

XV. *Intellectum & Scientiam*, etiam Mediam, qvam Arriaga contra Thomiſtas & Calv. meritò defendit p. 271.

XVI. *Sapientiam*, qvam non evertit, ſed extollit ſapientiſſima precum exauditio p. 276. contra defenſores abſoluti decreti.

XVII. *Voluntatem, conſilia & decreta.*

Nam I. *Voluntas Dei*, 1. excludit mutabilitatem p. 280.
2. arcana revelatæ perperam opponitur p. 281.
3. ſigni & beneplaciti non ſunt contradictoria p. 281.
4. abſoluta & conditionata ſubordinantur p. 282.
5. antecedens & conſeqvens non pugnant p. 283.
6. Intentio non fruſtratur p. 285.
7. Efficax & inefficax non excludit humanā reſiſtentiā p. 287.

II. *Libertas Dei* excludit omnem defectum moralem. p. 289.

III. *Cogitatio Dei* eſt omnis imperfectionis expers p. 290.

IV. *Conſilium* divinum non excludit media. p. 292.

V. *Decretum* divinum non datur abſolutum abſolutæ damnationis principium. p. 293.

XVIII. *Sanctitatem*, cujus rectitudo omnem defectum moralem,

ejusqve cauſalitatem excludit, contra Calv. p. 296. vid. Reſp. ad obj. contrar. p. 297. NB. & de infinita honeſtate l. d.

XIX. *Affectus*, qvorum perfectio div. perfectioni nõ obſtat. p. 299.

XX. *Amorem*, qvi abſolutæ damnationis decretum excludit. p. 301.

XXI. *Benignitatem*, univerſis creaturis communem. p. 303.

XXII. *Miſericordiam*, qvæ & imperfectionem tollit & à ſalute neminem excludit. p. 305.

XXIII. *Gratiam*, cujus univerſalitas eſt fons ſalutis. p. 309.

XXIV. *Odium*, qvod abſolutum non datur. p. 310.

XXV. *Deſiderium*, qvod Deo ſalvâ perfectione competit. p. 311.

XXVI. *Abominationem*, non homini, ſed peccato oppoſitam. p. 313.

XXVII. *Gaudium*, qvod mutabilitatem excludit. p. 315.

XXVIII. *Pœnitentiam*, qvæ mutabilitatem excludit. p. 316.

XXIX. *Spem*, qvæ incertitudinem neſcit. p. 318.

XXX. *Iram*, qvæ non hominem, ſed peccatum averſatur p. 319.

XXXI. *Zelum*, qvi ſimul amorem & indignationem, ſine ullâ imperfectione reſpicit. p. 320.

XXXII. *Juſtitiã*, qvæ omninò vindicatrix eſt; contra Photin. p. 321.

XXXIII. *Veracitatem*, qvæ contradictiones, mendacia & dolum Bezæ exterminat p. 323.

XXXIV. *Fidelitatem*, qvæ Verbum & Sacramenta reſpicit p. 325.

XXXV. *Juſtitiam in factis*, qvæ omnem perverſitatem excludit p. 326. ut & liberalitatem p. 329. & prolepſiam l. d. & ab obligatione liberâ non abhorret. p. 327.

XXXVI. *Longanimitatem*, qvæ ab omni imperfectione humanâ eſt alieniſſima. p. 331.

XXXVII. *Clementiam*, qvæ abſoluti odii dementiam exterminat. p. 332.

XXXVIII. *Omnipotentiam*, qvæ omnia objecta poſſibilia reſpicit. p. 336. & fallere, falli, peccare, mentiri, mori, non punire peccatorem, damnare innocentem, & his ſimilia excludit. p. 337. & omninò adhuc extraordinariè non rarò agit p. 336.

XXXIX. *Omnipræſentiam*, qvæ cum immenſitate haud confundenda, p. 340. ſed accuratè diſtingvenda eſt, ita, ut ſit vel generalis vel determinata gratiæ, vel gloriæ: vel ſingularis & perſonalis in Chriſto. p. 342. vel ſacramentalis art. 88. Cui deſcenſus & aſcenſus Dei revelati

non

non obſtat. p. 343. nec facies Dei, p. 344. nec diſtinctus Chriſti exinaniti & exaltati ſtatus, p. 346.

XL. *Perfectionem*, qvæ ſi non formaliter, tamen eminenter habet omnem perfectionem creaturarum, p. 347. & pulchritudinem, p. 348. atqve ſufficientiam, p. 348.

XLI. *Beatitudinem*, qvam neqve uſus neqve fructus ritè explicatus extenuat. p. 350.

XLII. *Majeſtatem* & gloriam, atqve altitudinem in ſe immutabilem. p. 352.

XLIII. *Incomparabilitatem*, qvæ Anthropopathiam non excludit p. 352.

XLIV. *Admirabilitatem*, qvam Dei eſſentia & opera excitant p. 354.

XLV. *Adorabilitatem* ſoli Deo debitam. Mat. 4. p. 355.

Artic. XI. De S. S. Trinitate refellit

Anti-Trinitarios, Socinianos, Judæos, Turcas, Ethnicos &c. p. 356.

Artic. XII. De ordine perſonarum

SS. Trinitatis & operibus ad intra &c. iisdem oppoſitus eſt p. 361.

Artic. XIII. De Deo Patre.

Contra eosdem militat p. 365.

Artic. XIV. De DEO Filio refellit

I. Photinianos, qvi 1. verum Deum eſſe negant, ob mortem.
2. ideò non eſſentiæ, ſed conſenſus cum Patre unitatem aſſerunt.
3. creationem omnem ipſi denegant.
4. æternam generationem irrident.

II. Weigelianos, qvi 1. Filium Patri Deitate æqvalem negant.
2. Filii Deitatẽ eſſe cœleſte corpus aſſerunt.

III. Arminium, qvi novum, hæreticum, Sabellianum & planè blaſphemum dogma cenſet, Filium Dei appellare *αὐτόθεον*.

Artic. XV. De Spiritu Sancto, refellit

I. Photinianos negantes 1. Spiritum S. eſſe perſonam 2. divinam. 3. Deum. Contra Act. 5, 3. Sed putant eſſe Dei virtutem.

II. Græcos

22. Damnatio non datur ob peccatum originale, ſed actuale. Contra Rom. 5, 12. 13. Gen. 2, 17. vid. artic. 33. & 36.

23. Sacramentorum pleonaſmus augetur per lotionem pedum Johan. 13, 14. 15. Contra 1. Johan. 5, 6. Mat. 26, 26. c. 28, 19. vid. art. 82.

24. Pædobaptiſmus eſt vanus & nullus. Contra Johan. 3, 5. Mat. 18, 14. c. 19, 14. c. 28, 19. Luc. 18, 16. Gen. 17, 7. 12. Act. 16, 15. 33. c. 18, 8. vid artic. 87.

25. Baptiſmus infantum & adultorum ſeductorum reiterandus eſt. Contra Rom. XI, 29. 1. Cor. 6, 11. c. 12, 18. Gal. 3, 27. vid. artic. 87.

26. Immerſio integra eſt abſolutè neceſſaria. Contra Marc. 7, 3. 4. c. 16, 7. Eph. 5, 26. Tit. 3, 5. vid. art. 87.

27. Fides infantum eſt figmentum. Contra Luc. 1, 16. Mat. 18, 6. c. 19, 14. Luc. 18, 15. 16. Pſalm 8, 3. Pſalm. 22, 10. 11. vid. art. 87. & 93.

28. Infans Chriſtiani non baptiſatus coràm Deo ſanctus eſt. Contra Gen. 5, 6. Pſalm. 51, 7. Job. 14, 4. Eph. 2, 2. vid. art. 87. & 92.

29. Panis & vinum Eucharisticum eſt nudum Chriſti abſentis ſignum. Contra Mat. 26, 26. 27. Luc. 22, 19. 20. 1. Cor. XI, 25. c. 10, 16. 1. Johan. 5, 6. vid. art. 88.

30. Fractio panis ſymbolica eſt abſolutè neceſſaria. Contra Johan. 19, 36. 1. Cor. XI, 24. vid. art. 88.

31. Sacramenta ſunt ſigna, non verò ſalutis media. Contra Rom. 1, 16. Johan. 3, 5. Eph. 5, 27. Tit. 3, 5. 1. Pet. 3, 21. Marc. 16, 16. Luc. 22, 20. vid. artic. 82.

32. Sacrificia V. T. erant memorialia peccati, non verò expiatoria. Contra Lev. 1, 4. c. 9, 13. 17. c. 4, 3. 13. 22. 26. c. 5, 5. 6. c. 6, 7. c. 2. 9. vid. art. 74.

33. Juſtificatio etiam ante fidem & Baptiſmum per Chriſtum datur à primo nativitatis momento, donec peccatum actuale ſalutem evertat. Contra Johan. 3, 5. 6. Act. 2, 38. 39. Eph. 5, 26. Gal. 3, 27. vid. art. 94.

34. Redemtio Chriſti reſp. viventium in V. T. nulla fuit. Contra Heb. 13, 8. Act. 4, 12. c. 10, 43. Hebr. 9, 15. vid. artic. 55.

35. Solâ fide, ſine operibus & Paſſionibus nominatur juſtificatio. Contra Gal. 2, 16. Eph. 2, 8. 9. Rom. 8, 15. vid. art. 94. & 100. & 108.

36. Fides eſt notitia, aſſenſus & obedientia. Contra Johan. 3, 15. 16. Rom. 3, 25. Gal. 2, 20. Rom. 4, 3. 5. vid. art. 93.

Digitized by Google

37. Bona opera ad ſalutem ſunt neceſſaria. Contra Rom. 4, 28. Eph. 2, 8. vid. art. 100.

38. Verbi prædicatio & Sacramentorum adminiſtratio non ſunt notæ veræ Eccleſiæ. Contra Johan. 10, 26. 27. Mat. 18, 20. Rom. 4, 11. vid. artic. 113.

39. Eccleſia neſcit hypocritas. Contra Mat. 10, 16. c. 13, 24. 47. c. 25, 2. 32. vid. artic. 113.

40. Stipendium ex Eccleſiæ miniſtro facit mercenarium. Contra Mat. 10, 10. 1. Cor. 9, 7. 13. vid. artic. 119. 122.

41. Spiritum S. accipiunt homines ſine verbo. Contra Act. 10, 44. Gal. 3, 2. vid. art. 124. & 15.

42. Studia & ſapientia Academica ſunt miniſterii Eccleſiaſtici obſtacula. Contra Act. 7, 22. Dan. 1, 4. 17. Act. 22, 3. vid. artic. 122. & ſup. Methodum ſtudii Theol.

43. Miniſterium malorum eſt vanum & nullum. Contra 1. Cor. 3, 7. Phil. 1, 18. Mat. 23, 2. 3. Ex. 4, 26. vid. art. 124.

44. Concionatores ſunt & eſſe debent omnes dona illa habentes. Contra Jer. 23, 21. Mat. 7, 13. Rom. 10, 14. Heb. 5, 4. vid. art. 118. ſeq.

45. Conciones muliebres admittendæ ſunt ex Joël 3, 1. Tit. 2, 3. 4. Contra 1. Cor. 14, 34. vid. art. 118. ſeq.

46. Feſtorum & diei Dominicæ obſervatio vana eſt. Contra Ex. 20, 8. Act. 20, 7. 1. Cor. 16, 2. Apoc. 1, 10. 1. Cor. 14, 26. vid. artic. 103.

47. Templa olim Papiſtica, ad cultum inepta ſunt. Contra Tit. 1, 15. Act. 19, 8. 1. Tim. 2, 8. Malach. 1, 11. vid. artic. 104.

48. Imagines in templo ſunt intolerabiles ob Ex. 20, 4. Contra Gen. 28, 28. 1. Sam. 7, 12. Mat. 22, 20. Act. 12, 11. Lev. 26, 1. vid. artic. 102.

49. Veſtitus precioſior, cibus lautior, convivia, Muſica & ſaltatio à Chriſtianiſmo aliena eſt. Contra Mat. 15, 6. 11. Rom. 14, 17. Col. 2, 16. 20. 1. Tim. 4, 4. 5. Eph. 5, 18. 19. Mat. 6, 29. vid. artic. 101. & 102.

50. In Eccleſiis Evangelicis ceſſat exercitium clavis ligantis. Contra Johan. 20, 23. Mat. 16, 19. c. 18, 18. vid. art. 95. 124. 125. 126.

51. Delinqventes ſunt excommunicandi. Contra 1. Cor. 5, 5. 2. Cor. 2, 6. 7. vid. art. 126.

52. Confeſſio & abſolutio ſunt ritus Antichriſtianus. Contra Rom. 10, 10. 1. Johan. 1, 9. Luc. XI, 2. 1. Cor. 14, 26. vid. art. 95. & 124.

53. Ab-

53. Abſolutio non eſt peccati remiſſio. Contra Johan. 20, 23. 2. Sam. 12, 13. Mat. 3, 5. 6. c. 9, 2. vid. art. 124.

54. Officium Magiſtratûs publicum eſt à Chriſtianiſmo alienum. Contra Rom. 13, 1. 2. 1. Pet. 2, 13. Johan. 4, 53. Act. 8, 28. vid. artic. 127.

55. Religionis cura penes Magiſtratum eſt nulla. Contra Pſalm. 24, 7. Eſa. 49, 13. 1. Tim. 2, 1. vid. art. 127.

56. Chriſtianorum æqvalitas excludit ordines & dignitatis gradus. Contra Rom. 13, 7. 1. Cor. 12, 28. 29. Act. 20, 28. vid. art. 119.

57. Gradus Eccleſiæ miniſtrorum datur nullus, nec ulla poteſtas Eccleſiæ repræſentativæ. Contra 1. Cor. 12, 18. Mat. 18, 17. 1. Tim. 5, 17. Act. 6, 2. 3. 4. vid. art. 119.

58. Nec jurare, nec gladio punire, nec bella gerere Chriſtianum eſt. Contra Heb. 6, 16. Rom. 13, 4. Luc. 3, 14. vid. art. 127.

59. Libertas Chriſtiana & ſervitutem & cenſus annuos excludit. Contra Rom. 13, 6. 7. Mat. 22, 21. vid. artic. 101. & 127.

60. Polygamia ſimultanea eſt adiaphora. Contra Mat. 19, 4. Gen. 2, 22. vid. art. 128. ſeq.

61. Infidelitas & excommunicatio eſt cauſa divortii. Contra 1. Cor. 7, 11. 14. vid. art. 128.

62. Motus cordis ad conjugem alterius non eſt peccatum in ſanctis. Contra Mat. 5, 27. 28. vid. artic. 128.

63. Communio bonorum eſt nota Chriſtianorum. Contra 1. Tim. 6, 17. Prov. 5, 5. vid. artic. 127. ſeq.

64. Animæ defunctorum dormiunt usqve ad conſummationem ſeculi. Contra Mat. 22, 32. Apoc. 4, 8. c. 5, 10. c. 6, 10. c. 14, 13. Sap. 3, 1. Luc. 16, 22. 25. vid. artic. 133.

65. Chriſtus non ſenſit pœnas infernales. Contra Pſalm. 22, 2. 3. Mat. 27, 46. Luc. 22, 44. Act. 2, 24. vid. artic. 66.

66. Reſurrectio excludit identitatem corporis ratione numeri & ſubſtantiæ ſpectatam. Contra Job. 19, 25. Rom. 8, 11. 1. Cor. 15, 53. vid. artic. 138.

67. Damnati & increduli, imò & Diaboli, tandem ſalvandi ſunt. Contra Eſa. 66, 24. Mat. 3, 13. c. 25, ult. Apoc. 9, 6. Ep. Jud. v. 6. 13. vid. artic. 141.

68. Regnum Chriſti in his terris corporale, cum oppreſſione impio-

Digitized by Google

piorum, præcedet diem noviſſimum. Contra Mat. 24. & 25. Luc. 21, 27. Johan. 5, 28. 29.

SECTIO III.

Theologiæ Polemicæ ſingularis, exhibens *Summarium* controverſiarum juxta ſeriem Theologiæ Poſitivæ, & ſingulares adverſariorum conatus ſingulis doctrinæ Chriſtianæ articulis oppoſitos.

Atq; ex hactenus enumeratis patet, quæ, qvalis & qvanta ſit Theologiæ Polemicæ profunditas. Unde meritò de illa repetimus iſtud:

Ordine pervenies, qvo non datur ire labore.

Ne igitur turbetur memoria, imprimis danda eſt opera, ut præmiſſis ſummariis v. g. Anti-Papiſmo &c. Himmelii, Papiſmo & Calv. Gieſenii, Photin. & Weigelianiſmo Thummii (Hos enim, Gieſenium & Thummium, etiam in publicis Collegiis præferre ſolebat accuratiſſimus Theologus B. W. Lyſerus) Arminianiſmo Dn. D. Calovii &c. in promtu ſit qvotidianæ repetitioni adaptata delineatio, & juxta ſeriem articulorum Theologiæ Poſitivæ, pauciſſimis verbis nucleum potiſſimarum controverſiarum exhibens, ſucceſſivo ſtudio perficiendum, & ex præcedentibus errorum compendiis qvotidiè extendendum.

SUMMARIUM,

Cujus fundamenta, theſin & antitheſin attinentia, exhibet Theol. Poſ.

Artic. I. De Theologia Poſitiva.

Unicum Theologiæ Poſit. principium eſt Scriptura S. contra Pont. Cal. Socin. Armin. & Weigel.

Artic. II. De Myſteriis.

Myſteria, ex ſolâ revelatione nota, ex ratione non ſunt oppugnanda vel dijudicanda. Contra Eosdem.

Artic. III. De Fundamento Fidei.

Everſio gratioſæ applicabilitatis meriti Chriſti individualis eſt everſio univerſi fundamenti fidei. Contra Pont. & Cal.

Artic. IV. De Revelatione.

Novæ revelationis expectatio eſt ſcriptæ revelationis extenuatio Galat. 1. contra Weigel. Enthuſ. &c.

Artic. V. De Scriptura Sacra refellit

I. *Pontificios.* Nam 1. Scriptura S. juſſu divino ſcripta & ab ipſo Sp. S. Scriptoribus S. inſpirata eſt. 2. Tim. 3.

2. Scripturæ autoritas divina neſcit dependentiam humanam ab Eccleſia. Qvia eſt veritas, Johan. 17. Galat. 1. Confer articulum 113.

3. Scripturæ autoritas Canonica non debetur Conciliis, ſed inſitis verbi exarati documentis Rom. 1, 16. Confer articulum 114.

4. Interitus librorum Canonicorum ob verbi æterni Eſa. 40. ad finem canonicum exarationem Gal. 6. Johan. 20. & cuſtodientis omnipotentiam eſt impoſſibilis.

5. Augmentum humanum Canonis divini abſurdum eſt Apoc. 22.

6. Antiqvitas Lingvæ & ſcriptionis Hebr. eſt certisſima.

7. Corruptio codicis S. tam V. qvàm N. T. nulla datur.

8. Puncta vocalia tam materialiter, qvàm formaliter conſiderata tollere, eſt ipſam veritatem divinam evertere.

9. Nulla verſio Scripturæ S. qvamvis non illicita, fontibus præferenda, minimè verò omnium Vulgata Latina eſt authentica.

10. Scriptura S. omnibus exarata omnium & ſingulorum, etiam laicorum, lectionem reqvirit.

11. Scriptura S. eſt 1. perfectisſima. 2. perſpicua. 3. facultate ſemetipſam explicandi prædita. 4. norma controverſiarum infallibilis. 5. efficacisſima. 6. ſummè neceſſaria. 7. certisſima. Confer Theol. Exegeticam.

12. InterpretatioScripturæ infallibilis neqvaqvam dependet à judicio R. Pontificis.

13. Traditio eſt vana variorum errorum palliatio.

II. *Calvinianos*, qvi abſolutum decretum nullibi revelatum contra ſcripturam defendunt, rationi multum tribuunt, & ex illâ præſentiam Chri-

Digitized by Google

Chriſti in S. Cœnâ oppugnant artic. 88. Confer D. Jac. Martini, de principio fidei & Anti-Maſſonium D. Welleri.

III. *Photinianos.* Nam 1. rationis contradictio eſt veritatis everſio. Vid. Methodus ſtudii Theol.

2. Verum eſt in Theologia neqvaqvam, qvod à ratione approbatum, ſed qvod per Scripturam revelatum eſt Johan. 17.

3. Scripturæ norma infallibilis manet, non obſtante, qvod veritas revelationis non ſit ex principiis naturæ demonſtrabilis.

4. Explicatio Scripturæ non eſt in poteſtate petulantiæ humanæ, non enim eſt ἰδίας ἐπιλύσεως 2. Pet. 1. vid. Theol. Exeget.

5. Scriptura Canonica V. T. in N. T. repetita & explicata eſt.

6. Etiam bona conſeqventia ex Scriptura S. eſt infallibilis, vid. Repertorium Logicum & proceſſus diſputandi.

7. Scriptura divina ſine divino lumine intelligi neqvit. Vid. artic. 92.

8. Vel ipſi Salvatori, vel Johanni Apoſtolo, aut aliis ſive ambiguitatem, ſive dictionem obſcuram proæreticam tribuere, impium eſt.

9. Scriptoribus S. θεοπνεύστοις errorem imputare abſurdum eſt.

10. Senſum myſticum ab ipſo Spiritu S. explicatum rejicere non licet Gal. 4. vid. Theol. Exegetica.

IV. *Anabaptiſtas, Svvenckfeldianos, Enthuſ. Weigelianos* &c.

Nam 1. Nova credendorum revelatio eſt Satanica illuſio art. 4.

2. Veteris Teſtamenti ſcripta neqvaqvam per N. T. libros autoritate divinâ ſunt privata.

3. Senſus Scripturæ non humanus, ſed divinus eſt.

4 Scriptura S. eſt converſionis medium efficaciſſimũ. vid. art. 92.

5. Erraſſe Scriptores Canonicos eſt erroneum.

6. Verbum ſcriptum non eſt litera mortua, ſed divina potentia Rom. 1, 16. NB. artic. 124. certiſſima, perfectiſſima & omninò perſpicua & minimè ambidextra.

7. Literali ſenſu rejecto ſolas allegorias ſectari ſtolidum eſt.

8. Apocalypſis neqvaqvam eſt liber primarius cæteris omnibus præferendus, nec clavis univerſæ ſcripturæ infallibilis. Confer Crocii Weigelianiſmum.

V. *Arminianos.* Nam 1. autoritas ſcripturæ infallibilis neqvaqvam eſt probabilis.

Digitized by Google

2. Scripturæ perſpicuitas ordinariam Spiritûs S. illuminationem non excludit.

3. Ratio humana myſteria ſcripta dijudicare neqvit.

4. Repugnantia conſcientiæ contradicens veritati revelatæ, eſt indicium incredulitatis & inobedientiæ.

5. Judicium directivum non eſt humanum,ſed Canonicum.

6. Omne revelatum ad ſalutem directum, eſt omnibus ad credendum ſimpliciter neceſſarium. Johan. 20. vid. infra art. XI.

Artic. VI. De cognitione Dei generatim conſideratâ,

Qvam impiè negat Atheiſmus. Vid. ſupra de Atheiſmo.

Artic. VII. De cognitione Dei naturali,

Qvam peſſimè impugnant Sociniani.

Artic. VIII. De Cognitione Dei revelatâ,

Qvam rationi opponit Socinus: traditioni Papiſmus: Alkorano Turciſmus: novæ revelationi Enthuſiaſmus &c.

Articulus IX. De Divinis Nominibus refutat

Pontif. Photin. & ſimiles,dum Nomen eſſentiale Jehovah ſoli Deo aſſerit,nec non Nomen Dominus, κύριος, HErr/abſolutè poſitum,ſup. p. 237.

Artic. X. De attributis divinis refellit

I. *Generaliter* Maſſonium & Socios, qvi Dei attributa qvaſi attributa faciunt, & illa divinæ ſimplicitati opponunt. Vid. ſup. p. 241. aut eorum communicationem in Chriſto negant, artic. 46.

II. *Diſtinctè* illos, qvi labeſactant cum Vorſtio, Photino & aliis DEI

I. *Unitatem*, dum illam Trinitati perſonali opponunt Anti-Trinitarii,ſup. p. 247.

II. *Simplicitatem*, qvam per diſtincta attributa atqve Filii Dei Incarnationem everti ſomniant, p. 248.

III. *Veritatem*, qvæ veram veri P. F. & Sp. S. perſonalitatem includit,p. 250.

IV. *Bonitatem*, qvam tollit malevola benevolentia & dolus malus Bezæ & ſociorum, p. 254.

V. *Inſi-*

Digitized by Google

V. *Infinitatem*, cum qva revelata incarnatio & propriorum communicatio non pugnat. p. 256.

VI. *Independentiam*, qvæ F. & Sp.S. omninò competit. p. 257.

VII. *Immutabilitatem*, qvæ myſterio incarnationis neqvaqvam opponenda eſt. p. 260.

VIII. *Æternitatem*, qvæ æternitatem participatam excludit, cum productione posſibili entis ab æterno creati. p. 262.

IX. *Immenſitatẽ*, qvæ cũ omnipræſentiâ peſſimè cõfunditur p. 263.

X. *Incomprehenſibilitatem & inviſibilitatem*, qvam non tollit ab ipſo Deo beatis promiſſa viſio in vita æterna. p. 265.

XI. *Vitam*, qvæ Filio Dei incarnato tam eſſentialiter qvàm perſonaliter competit. p. 266.

XII. *Spiritualitatem*, qvæ corpus excludit, apparitionem verò in forma viſibili non tollit. p. 268.

XIII. *Impatibilitatem*, qvæ pasſioni Filii Dei incarnati peſſimè opponitur p. 269.

XIV. *Immortalitatem*, qvam ſolus Deus habet per naturã. p. 270.

XV. *Intellectum & Scientiam*, etiam Mediam, qvam Arriaga contra Thomiſtas & Calv. meritò defendit p. 271.

XVI. *Sapientiam*, qvam non evertit, ſed extollit ſapientisſima precum exauditio p. 276. contra defenſores abſoluti decreti.

XVII. *Voluntatem, conſilia & decreta.*

Nam I. *Voluntas Dei*, 1. excludit mutabilitatem p. 280.
2. arcana revelatæ perperam opponitur p. 281.
3. ſigni & beneplaciti non ſunt contradictoria p. 281.
4. abſoluta & conditionata ſubordinantur p. 282.
5. antecedens & conſeqvens non pugnant p. 283.
6. Intentio non fruſtratur p. 285.
7. Efficax & inefficax non excludit humanã reſiſtentiã p. 287.

II. *Libertas Dei* excludit omnem defectum moralem. p. 289.

III. *Cogitatio Dei* eſt omnis imperfectionis expers p. 290.

IV. *Conſilium* divinum non excludit media. p. 292.

V. *Decretum* divinum non datur abſolutum abſolutæ damnationis principium. p. 293.

XVIII. *Sanctitatem*, cujus rectitudo omnem defectum moralem,

ejusqve cauſalitatem excludit, contra Calv. p. 296. vid. Reſp. ad obj. contrar. p. 297. NB. & de infinita honeſtate l. d.

XIX. *Affectus*, qvorum perfectio div. perfectioni nô obſtat. p. 299.

XX. *Amorem*, qvi abſolutæ damnationis decretum excludit. p. 301.

XXI. *Benignitatem*, univerſis creaturis communem. p. 303.

XXII. *Miſericordiam*, qvæ & imperfectionem tollit & à ſalute neminem excludit. p. 305.

XXIII. *Gratiam*, cujus univerſalitas eſt fons ſalutis. p. 309.

XXIV. *Odium*, qvod abſolutum non datur. p. 310.

XXV. *Deſiderium*, qvod Deo ſalvâ perfectione competit. p. 311.

XXVI. *Abominationem*, non homini, ſed peccato oppoſitam. p. 313.

XXVII. *Gaudium*, qvod mutabilitatem excludit. p. 315.

XXVIII. *Pœnitentiam*, qvæ mutabilitatem excludit. p. 316.

XXIX. *Spem*, qvæ incertitudinem neſcit. p. 318.

XXX. *Iram*, qvæ non hominem, ſed peccatum averſatur p. 319.

XXXI. *Zelum*, qvi ſimul amorem & indignationem, ſine ullâ imperfectione reſpicit. p. 320.

XXXII. *Juſtitiâ*, qvæ omninò vindicatrix eſt; contra Photin. p. 321.

XXXIII. *Veracitatem*, qvæ contradictiones, mendacia & dolum Bezæ exterminat p. 323.

XXXIV. *Fidelitatem*, qvæ Verbum & Sacramenta reſpicit p. 325.

XXXV. *Juſtitiam in factis*, qvæ omnem perverſitatem excludit p. 326. ut & liberalitatem p. 329. & prolepſiam l. d. & ab obligatione liberâ non abhorret. p. 327.

XXXVI. *Longanimitatem*, qvæ ab omni imperfectione humanâ eſt alienisſima. p. 331.

XXXVII. *Clementiam*, qvæ abſoluti odii dementiam exterminat. p. 332.

XXXVIII. *Omnipotentiam*, qvæ omnia objecta posſibilia reſpicit. p. 336. & fallere, falli, peccare, mentiri, mori; non punire peccatorem, damnare innocentem, & his ſimilia excludit. p. 337. & omninò adhuc extraordinariè non rarò agit p. 336.

XXXIX. *Omnipræſentiam*, qvæ cum immenſitate haud confundenda, p. 340. ſed accuratè diſtingvenda eſt, ita, ut ſit vel generalis vel determinata gratiæ, vel gloriæ: vel ſingularis & perſonalis in Chriſto. p. 342. vel ſacramentalis art. 88 Cui deſcenſus & aſcenſus Dei revelati

non

Digitized by Google

non obſtat. p. 343. nec facies Dei, p. 344. nec diſtinctus Chriſti exinaniti & exaltati ſtatus, p. 346.

XL. *Perfectionem*, qvæ ſi non formaliter, tamen eminenter habet omnem perfectionem creaturarum, p. 347. & pulchritudinem, p. 348. atqve ſufficientiam, p. 348.

XLI. *Beatitudinem*, qvam neqve uſus neqve fructus ritè explicatus extenuat. p. 350.

XLII. *Majeſtatem* & gloriam, atqve altitudinem in ſe immutabilem. p. 352.

XLIII. *Incomparabilitatem*, qvæ Anthropopathiam non excludit p. 352.

XLIV. *Admirabilitatem*, qvam Dei eſſentia & opera excitant p. 354.

XLV. *Adorabilitatem* ſoli Deo debitam. Mat. 4. p. 355.

Artic. XI. De S. S. Trinitate refellit

Anti-Trinitarios, Socinianos, Judæos, Turcas, Ethnicos &c. p. 356.

Artic. XII. De ordine perſonarum

SS. Trinitatis & operibus ad intra &c. iiſdem oppoſitus eſt p. 361.

Artic. XIII. De Deo Patre,

Contra eosdem militat p. 365.

Artic. XIV. De DEO Filio refellit

I. Photinianos, qvi 1. verum Deum eſſe negant, ob mortem.
2. ideò non eſſentiæ, ſed conſenſus cum Patre unitatem aſſerunt.
3. creationem omnem ipſi denegant.
4. æternam generationem irrident.

II. Weigelianos, qvi 1. Filium Patri Deitate æqvalem negant.
2. Filii Deitatē eſſe cœleſte corpus aſſerunt.

III. Arminium, qvi novum, hæreticum, Sabellianum & planè blaſphemum dogma cenſet, Filium Dei appellare *αὐτόθεον*.

Artic. XV. De Spiritu Sancto, refellit

I. Photinianos negantes 1. Spiritum S. eſſe perſonam 2. divinam. 3. Deum. Contra Act. 5, 3. Sed putant eſſe Dei virtutem.

II. Græcos

II. Græcos, qvi Spiritum S. à Filio procedere negant,

III. Schvvenckfeldianos, qvi omnia dona Spiritûs S. eſſe ipſum Spiritum S. aſſerunt. Contra 1. Cor. 12,4.

IV. Weigelianos, qvi dicunt, 1. Spiritum S. in V.T. à ſolo Patre, in N. T. à Patre & Filio procedere.

2. Spiritum Sanctum ante incarnationem Chriſti eſſe Spiritum ſervitutis, poſt incarnationem verò Spiritum adoptionis.

3. reſtare ſeculum qvoddam Spiritum S. in qvo longè major futura cognitionis Dei lux, qvàm fuerit tempore Chriſti & Apoſtolorum.

4. Spiritum S. eſſe creaturam.

Artic. XVI. De Actionibus & operibus Dei in genere,

Cujus antitheſin oſtendit præcedens articulus 10. de attributis divinis. Ex qvo patet, ex omnibus & ſingulis Dei operibus elucere ejus ſapientiam, bonitatem, juſtitiam &c. ſalvâ miſericordiâ. Contra defenſores abſoluti decreti.

Artic. XVII. De Creatione, refellit

I. Photinianos, qvi, Chriſtum & Spiritum S. creatorem eſſe, negant.

II. Scholaſticos, qvi mundum creari potuiſſe æternum, aſſerunt.

III. Bodinum, Cajetanum, Philonem, qvi mundum in momento creatum eſſe dixerunt.

IV. Servetum qvi ſtatuit, omnes res fuiſſe in Deo ante creationem eo ordine, qvo nunc ſunt.

V. Weigelianos, aſſerentes, omnibus creaturis ineſſe primigeniâ creationis conditione ſemina boni & mali, & hominem à Deo ex nihilo conditum eſſe, eundemqve ſolius Patris creaturam eſſe: Item Animas cœlitus infundi; & Animam non regenerari.

Artic. XVIII. De Creaturis,

Qvæ ab omni malitiâ alienæ ſunt reſpectu primæ originis. vid. artic. 26.

Digitized by Google

Artic. XIX. De Angelis in genere refellit

I. Photinianos, qvi 1. Angelum Gen 48,16. eſſe creatum aſſerunt.
2. Angelos eſſe adorandos ſtatuunt.

II. Origenem, qvi Angelos eſſe corporeos dixit.

III. Calvinianos, qvi dicunt, Angelos Bonos perſtitiſſe ex gratiâ electionis, malos verò lapſos ex decreto reprobationis.

IV. Arminianos, qvi ſtatuunt, N. Angelos bonos ita confirmatos, ut deficere neqveant. Contra Mat. 22, 30. c. 18, 10. c. 6, 10. Heb. 12, 23.

V. Pontificios, qvi affirmant,

1. Cuiqve hominum certum conſtitutum eſſe Angelum.
2. Angelos eſſe adorandos.
3. Angelorum diſtinctos cognoſci ordines.
4. Spectra non tantùm Dæmones eſſe, ſed etiam animas damnatas aut ex purgatorio.
5. è ſpectris apparentibus diſcendam eſſe veritatem. contra Luc. 16.
6. ſpectra fugari poſſe Miſsis & Sanctorum reliqviis, atqve imaginibus.
7. obſeſſos liberari poſſe adjurationibus.

VI. Weigelianos, qvi dicunt, Angelos eſſe Deo æqvales & omnipræſentes.

Artic. XX. De Angelis bonis, ut & Artic. XXI. De Angelis malis

ex artic. 19. præcedente.

Artic. XXII. De Homine, qvatenus creatura eſt,

De cujus propagatione agit Theol. Poſitiva NB.

Artic. XXIII. De Providentia divina refellit

I. Epicureos, qvi hanc omninò negant.

II. Photinianos, qvi 1. negant, Deum mala præſcire. 2. aſſerunt, divinam providentiam inevitabilem actionibus hominum afferre neceſsitatem.

III. Calvinianos, qvi plurimos hîc fovent errores. De qvibus dictum eſt artic. 10. Tit. 17. de Dei voluntate.

Artic. XXIV. De Providentiâ circa bona,

Qvi & omniſcientiam & bonitatem & omnipotentiam divinam aſſerit ex præcedente articulo. 10.

Artic. XXV. De Providentiâ circa miracula,

Qvæ 1. irridentur ab Atheiſtis, 2. finguntur à Pontificiis eſſe nota Eccleſiæ. vid. artic. 113.

Artic. XXVI. De Providentia circa mala,

Qvam ad malitiæ impulſum extendit Beza & Calv. cum ſociis. vid. art. 10. Tit. 18. de Sanctitate.

Artic. XXVII. De Homine, qvatenus Theologiæ ſubjectum, ejusqve diſtinctis ſtatibus.

Qvos negant & confundunt Weigeliani &c. vid. artic. ſeq.

Artic. XXVIII. De Hominis ſtatu integritatis & imagine Dei, refellit

I. Pontificios, qvi dicunt:
 1. imaginem & ſimilitudinem Dei diſtincta eſſe.
 2. imaginem Dei fuiſſe donum ſupernaturale.
 3. appetitus & rationis pugnam adfuiſſe in ſtatu integritatis.
 4. immortalitatem fuiſſe donum ſupernaturale.
 5. Paradiſum adhuc extare.

II. Photinianos, qvi aſſerunt,
 1. hominem non ad Dei ſolius, ſed etiam ad Angelorum imaginem eſſe creatum.
 2. hominem integrum ignoraſſe beſtiarum & conjugis naturam, vim arboris vitæ, immortalitatem & nuditatem ſuam.
 3. hominem integrum fuiſſe mortalem.
 4. Imaginem Dei ſolùm fuiſſe dominium in reliqvas creaturas & facultatem rationalem.
 5. Imaginem Dei non eſſe amiſſam.
 6. ad Imaginem Dei non fuiſſe conditam Evam.
 7. moleſtum laborem agriculturæ, terræ maledictionem & ſpinas, dolores partûs, non eſſe peccati pœnas, ſed in ſtatu etiam integritatis fuiſſe.

8. Ima-

Digitized by Google

8. Imaginem Dei hominis ſubſtantiam fuiſſe.

III. Arminianos, qvi cum Socinianis conſpirant.

IV. Schvvenckfeldianos, qvi affirmant, primos parentes, adeoq; omnes Chriſtianos naturales Dei filios eſſe, qvos de ſuâ eſſentia gignat, atqve ita ad imaginem ſuam creet.

Artic. XXIX. De ſtatu miſeriæ.

Qvem Sociniani & Weigeliani pervertunt, vid. art. 28. & Bezæ imitatores ad Dei voluntatem referunt, vid. art. 32. NB.

Artic. XXX. De Libero Arbitrio, refellit

I. Pontificios, qvi aſſerunt

1. Libertatem arbitrii Deo adimi à Luthero.
2. Lutherum univerſam liberi arbitrii naturam ſuſtuliſſe, dum ſervum appellavit arbitrium.
3. Lutherum homini non renato libertatem etiam circa bonum morale adimere.
4. Bona opera gentilium nullo modo eſſe peccata, ex libero arbitrio facta. Confer articulum 100.
5. Liberi arbitrii viribus cum Pelagianis nimium tribuunt.

II. Photinianos, qvi

1. aſſerunt, liberum arbitrium non eſſe vitiatum per lapſum.
2. ſed ex voluntario hominis peccato hoc eſſe.
3. ex divinâ revelatione poſſe hominem ſcire & facere, qvæ debet.
4. gratiã Spiritûs S. interdum verbis reqvirunt, factis negãt.
5. auxilium Dei reqvirunt, ſed tale, qvod ſit inefficax.

III. Weigelianos, qvi aſſerũt, ex interno naturæ lumine, qvod omnibus ineſt, veram Dei & rerum ſpiritualium notitiam fluere, & hoc lumen ſuggerere, qvicqvid Moſes & Prophetæ habent: imò viis Dei inſiſtere omnes, qvi hoc lumen ſeqvuntur.

IV. Arminianos, qvi

1. Deum liberè bonum eſſe negant.
2. libero arbitrio in converſione aliqvid tribuunt.

V. Calvinianos, qvi

1. liberum arbitrium etiam in moralibus tollunt, per abſolutum decretum & neceſſitatem fatalem. Confer artic. 110.

2. impedire hoc poſſe converſionem negant.
3. gratiam in efficacem & inefficacem, internam & externam, particularem & irreſiſtibilem, ſubdolè dividunt. Confer infra articulum 9. & alia huc facientia artic. 92. & 95.

Artic. XXXI. De Peccato in genere, refellit

I. Pontificios, qvi aſſerunt
1. nihil habere rationem peccati, qvod non ſit voluntarium.
2. ideóqve concupiſcentiam non eſſe peccatum.
3. non qvodvis peccatum natura ſua eſſe mortale.
4. Lutheranos omnia & ſingula peccata facere paria & æqvalia.

II. Calvinianos, Deum peccati cauſam facientes, ſive directè, ſive indirectè, vid. artic. 26.

III. Photinianos, qvi ſtatuunt, concupiſcentiam non eſſe peccatum. Contra Rom. 7.

Artic. XXXII. De Peccato primi hominis, refellit

I. Pontificios, qvi affirmant
1. ex Lutheri ſententiâ eos non peccaſſe.
2. primum peccatum non fuiſſe incredulitatem.
3. Adamum non eſſe ſeductum.
4. peccatum primum non fuiſſe omnium gravisſimum.

II. Calvinianos, qvi Deum ejus Autorē ſtatuunt. vid. art. 31. & 26.

Artic. XXXIII. De Peccato Originis, refellit

I. Pelagianos, Anabaptiſtas, Photinianos, Weigelianos, qvi hoc negant.

II. Flacianos, qvi ſubſtantiam eſſe peccatum originis defendere conati ſunt.

III. Pontificios, qvi
1. propagationem peccati originalis labefactant, ejusqve pœnam. vid. art. 36.
2. Mariam ab hoc peccato excipiunt.
3. concupiſcentiam eſſe peccatum negant.
4. proximorum parentum peccata non propagari in liberos, dicunt.

5. nudam

5. nudam privationem eſſe peccatum originis ſtatuunt, citra ſubjecti corruptionem.

IV. Weigelianos, qvi aſſerunt, peccatum originis eſſe eſſentiam.

Artic. XXXIV. De Peccato Actuali refellit

I. Photinianos, qvi dicunt

1. Deum decernere & velle aliqva peccata, ſaltem qvatenus aliorum peccatorum pœnæ ſunt.
2. renatos poſſe ita vivere, ut non peccent.
3. Paulum Rom. 7. agere de irregenitis.
4. Nullum peccatum in Spiritum S. abſolutè eſſe irremiſſibile.

II. Pontificios, qvi aſſerunt,

1. peccatum actuale non niſi externo opere committi: qvod Phariſaicum.
2. peccatum in Spiritum S. abſolute eſſe irremiſſibile.

III. Calvinianos, qvi ſtatuunt

1. Renatos non poſſe habere peccatum regnans & amittere Spiritum Sanctum.
2. diſtinctionem peccati in mortale & veniale non eſſe tolerandam.

Artic. XXXV. De Peccato in Spiritum S.

De qvo vid. præcedens articulus 34.

Artic. XXXVI. De Peccati Pœnâ, refellit

I. Pontificios, qvi aſſerunt,

1. pœnam peccati originis eſſe æternam pœnam damni, non ſenſus.
2. pœnam peccati venialis non eſſe æternam.
3. Chriſti mortem eſſe λύτρον pro pœnis æternis, non verò pro temporalibus, qvæ non remitti remiſsâ culpâ aſſerunt, ita ut expiatione opus ſit. Vid. artic. 108. & 95.
4. pœnas temporarias certis operibus expiari poſſe.

II. Photinianos, qvi affirmant,

1. mortalitatem non eſſe peccati pœnam, vid. artic. 13.
2. pœnam peccati aliqvando eſſe peccatum, & Deũ eſſe pec-

Digitized by Google

caṫi cauſam, qvatenus peccata pœnæ ſunt præcedentium peccatorum.

3. Bruta propriè dictam peccati pœnam incurrere.

4. Partum cum dolore & ſterilitatem non eſſe propriè dictas peccati pœnas.

5. Tranſire ad poſteros Adæ pœnam peccati, ſed ſine ipſo reatu.

6. Damnari à carnifice jugulatos aut divinitùs extinctos, aut morte cruentâ pereuntes.

Artic. XXXVII. De ſtatu Reſtaurationis,

Qvem abſolutum decretum extenuat. vid. artic. 110.

Artic. XXXVIII. De Univerſali voluntate Dei homines lapſos reſtaurandi & ſalvandi,

Cujus perverſionem oſtendit ſupra artic. 10. Tit. 17.

Artic. XXXIX. De Reſtaurationis modo & ordine,

Cujus aſſertio eſt abſoluti Decreti everſio, vid. artic. 110.

Artic. XL. De Salvatore, ejusqve reqviſitis,

Qvæ & Judæi & Sociniani impugnant.

Artic. XLI. De Miſſione & Adventu Meſſiæ, refellit

Judæos, qvi Meſſiam veniſſe, & hunc eſſe Jeſum Chriſtum negant. Vid. ſup. de Judaiſmo.

Artic. XLII. De Filii Dei Incarnatione, refellit

I. Photinianos, qvi hanc ut figmentum rident.

II. Scholaſticos, qvi aſſerunt Chriſtum, etſi non peccaſſet homo, humanam naturam aſſumturum fuiſſe.

III. Weigelianos, qvi dicunt

1. incarnationem idem eſſe, qvod ſedere à dextris.
2. incarnationem fieri per hominis humiliationem & Chriſti imitationem.

Artic. XLII. De Chriſti θεανθρώπȣ Perſonâ & naturis, refellit

I. Mar-

I. Marcionitas, Manichæos & Cerdonianos, qvi humanam Chriſti naturam negârunt.

II. Anabaptiſtas, Schvvenckfeldianos, Photinianos & Weigelianos, qvi hum. naturam cœlitus immiſſam in uterum virginis ſomniant.

III. Schvvenckfeldianos, qvi carnem Chriſti eſſe creaturam negant, & corpus cœleſte ſomniant.

IV. Pontificios, qvi

1. nullâ ullius rei ignorantiâ Chriſtum hominem laborâſſe aſſerunt.

2. Chriſtum peccare potuiſſe Calvino tribuunt.

V. Calvinianos, qvi actualem localitatem eſſentialem & inſeparabilem corporis Chriſti proprietatem aſſerunt. Confer. artic. 50. & 88.

Artic. XLIV. De Matre Salvatoris & Genealogia refellit

I. Photinianos, qvi Mariam non fuiſſe è ſtirpe Davidis aſſerunt.

II. Helvidium, qvi negat Mariam manſiſſe virginem.

Art. XLV. De Unione perſonali & prædicationibus perſonalibus, refellit

I. Calvinianos, qvi

1. negant in ὑπόστασιν λόγου ſuſceptam eſſe humanam naturam.

2. aſſerunt, perſonam λόγου, non naturam divinam, aſſumſiſſe humanam naturam.

3. dicunt, λόγον inhabitare humanam naturam ita, ut etiam totus ſit extra eam.

II. Eutychen, qvi confuſionem naturarum introduxit, qvem errorem immeritò nobis tribuit Bellarminus.

III. Neſtorium, qvi unionem perſonalem negat, à qvo non alieni ſunt tam Pontificii qvàm Calviniani, negantes communicationem idiomatum. vid. art. 46.

Artic. XLVI. De Idiomatum Communicatione, refellit

Pontificios & Calvinianos, qvi hanc negant, licet interdum verbis aliqvomodo affirmare videantur. Confer artic. 45.

Artic.

Artic. XLVII. De communicatâ Carni Chriſti Majeſtate,

Qvam Pontificii ſimul & Calvin. oppugnant.

Artic. XLVIII. De communicatâ Omniſcientiâ,

Qvæ & Pontif. & Calvinianos abſurda videtur.

Artic. XLIX. De communicatâ Omnipotentia.

Qvam Pontif. & Calv. irrident.

Artic. L. De Communicata Omnipræſentia,

Qvæ Pontificiis & Calv. videtur eſſe impoſſibilis. Confer art. 88.

Artic. LI. De communicatâ Majeſtate adorationis,

Qvæ Danæo abſurda videtur.

Art. LII. De Chriſti officio & Beneficiis,

Cujus univerſalitas abſoluto decreto adverſa eſt, vid. artic. 110.

Artic. LIII. De Chriſti officio Prophetico,

Qvod Pontificii & Sociniani faciunt Moſaicum, unde & hi vel maximè novum Decalogo affingunt Pleonaſmum. vid. artic. 72. & de Pontificiis NB. artic. 78.

Artic. LIV. De officio Sacerdotali,

Cujus veritatem Sociniani, univerſalitatem verò Calviniani oppugnant. vid. artic. 60. & 110.

Artic. LV. De Sacerdotali meritô,

Qvod evertere conatur Socinus. vid. infra artic. 60.

Artic. LVI. De Sacerdotali intercesſione,

Qvam labefactant Sociniani, & per Sanctorum intercesſiones evertunt Pontificii.

Artic. LVII. De officio Chriſti Regio,

Qvod Socinus, Weigelius, & ſimiles evertunt, & Calv. omnipræſentiam communicatam negantes extenuant.

Artic. LVIII. De diſtinctis Chriſti ſtatibus,

Qvos ad ipſam divinitatem Daneus & Socii malè referunt.

Artic. LIX. De ſtatu Exinanitionis, ejusq; actibus, Nativitate, Circumciſione, &c. refellit

I. Pon-

I. Pontificios, qvi

1. extra urbem Bethlehem Chriſtum natum affirmant.

2. nomine Jeſu abutuntur, illiq; idololatricū cultum deferunt.

II. Calvinianos, qvi ad prolationem nominis Jeſu genu flectendum & caput nudandum negant, & Jeſum particularem Salvatorem eſſe fingunt.

III. Socinianos, qvi Jeſum Salvatorem ſine merito ſomniant. vid. artic. 60.

Artic. LX. De Paſſione Chriſti, refellit

I. Calvinianos & Pontificios, qvi eandem ad ſolam humanam naturam reſtringunt. Illi verò & particularem fingunt. artic. 54.

II. Pontificios & Photinianos, qvi infernales dolores Chriſtum ſenſiſſe negant.

III. Piſcatorē, qvi obedientiā ſolā paſſivā ad meritū Chriſti refert.

IV. Photinianos, qvi

1. Satisfactionis Chriſti neceſſitatem (& juſtitiam Dei) negant; potuiſſe enim ſine eâ Deum nobis condonare peccata; imò voluiſſe illud facere.

2. Chriſtum ſatisfacere non potuiſſe dicunt, ſi non etiam nos periremus, qvia nemo poſſit pro alio ſatisfacere.

3. affirmant, dicta Eſa. 53. Johan. 1. 1. Pet. 2. non probare Chriſti ſatisfactionem.

4. aſſerunt, Chriſtum Salvatorem eſſe 1. qvia viam ſalutis primus annunciarit. 2. Salutis æternæ viam confirmarit, 3. & nobis propoſitus vitæ exemplum, qvod imitemur. 4. qvia à mortuis reſurgendo viam ſalutis nobis oſtenderit. 5. qvia poſſit vitam nobis dare æternam. Ideoqve 6. Chriſtum reconciliaſſe nobis Deum negant.

Artic. LXI. De Paſſionis veritate & Patientis Majeſtate.

vid. artic. 60.

Nam ipſe Dei Filius paſſus eſt in carne contra Pont. & Calv. Act. 20. & paſſus, ut tolleret peccata mundi Johan. 1. Eſa. 53.

Artic. LXII. De Crucifixione,

Qvæ ipſum θεάνθρωπον attinet in carne pro nobis ſatisfacientē art. 61.

Artic. LXIII. De Morte Chriſti, refellit

I. Weigelianos, qvi aſſerunt, Chriſtum non potuiſſe mori.

II. Calvinianos qvi

1. mortem Filii Dei incarnati ad ſolam carnem reſtringunt.
2. mortem Redemtoris univerſalem in particularem commutant. contra Eſa. 53.

Artic. LXIV. De Sepulturâ Chriſti,

Qvæ & vera, & ſatisfactoria eſt, & omnes attinet. vid. art. 60.

Artic. LXV. De ſtatu Exaltationis, ejusqve actibus,

Qvi neqvaqvam ipſam divinitatem ſed carnem Salvatoris reſpicit. vid. art. 58. & 69.

Art. LXVI. De Deſcenſu ad inferos, refellit

I. Calvinianos, qvi

1. peculiarem fidei articulum eſſe negant.
2. eſſe exegeſin articuli de ſepulturâ dicunt.
3. notare dolores infernales aſſerunt.
4. non factum ſubſtantiâ humanæ naturæ, ſed tantùm merito, ſtatuunt.

II. Pontificios, qvi varios errores accumulant. vid. Bellarm.

Artic. LXVII. De reſurrectione Chriſti, refellit

I. Photinianos, qvi

1. Chriſtum propriâ virtute reſurrexiſſe negant, & hanc doctrinam ridiculam, abſurdam & impoſſibilem vocant.
2. aſſerunt, Chriſtum non ſtatim à reſurrectione glorificatum & immortale corpus habuiſſe, ſed in aſcenſione demum illud obtinuiſſe.

II. Calvinianos, qvi negant

1. Chriſtum clauſo ſepulcro ſurrexiſſe.
2. clauſis foribus ad diſcipulos veniſſe.
3. impiorum reſurrectionem à Chriſti reſurrectione pendere, ita, ut & ipſi ad vitam æternam reſurgere potuerint. vid. artic. 138. NB.

III. Ponti-

Digitized by Google

III. Pontificios, qvi putant, Chriſtum primò apparuiſſe matri Mariæ. Contra Marci c. 16, 9. Johan. 20, 14.

Artic. LXVIII. De Aſcenſu Chriſti, refellit

I. Pontificios & Calvinianos, qvi aſſerunt

1. Chriſtum cœlum aſcendiſſe, ut locum propriè dictum & creatum.
2. abeſſe ita à nobis, ut ante extremũ diem nõ rediturus ſit.

II. Photinianos, qvi dicunt, Chriſtum glorificatum nullam carnem & ſangvinem habere, ſed eſſentiam merè ſpiritualem eſſe.

Artic. LXIX. De Seſſione ad dextram Patris, refellit

I. Photinianos,

1. qvibus ſedere ad dextram eſt Deum habere propitium.
2. qvi ſeſſionem hanc aliqvando finiendam ſomniant, ex perverſione loci 1. Cor. 15, 24.

II. Calvinianos qvosdam, qvibus ſedere ad dextram eſt cœleſtis beatitudo.

III. Pontificios, Photinianos & Calvinianos recentiores, qvibus idem eſt ac finita gloria, ſed excellens.

IV. Pontificios & Calvinianos, qvi hoc ſedere Chriſto ſecundum utramqve naturam competere affirmant.

Artic. LXX. De Reparationis per Chriſtum factæ oblatione & applicatione.

Cujus univerſalitatem negat Calvinus. Contra Mat. 28. & Marc. 16.

Artic. LXXI. De Verbo Legis, & Lege naturæ, refellit

I. *Scholaſticos*, qvi aſſerunt

1. legem non præſcribere impoſſibilia.
2. legi eſſentialem eſſe promulgationem.
3. legem non obligare, niſi cognitam.
4. ignorantiam legis excuſare peccatum.
5. legem non violari, niſi per actus voluntarios & proæreticos.

II. *Calvinianos*, qvi exiſtimant Legem naturæ eſſe mutabilem, qvando Deus jubet contrarium. vid. Theol. Poſit. art. 71. p. 630.

Artic. LXXII. De Lege Morali, refellit

I. Pontificios, Arminianos, Photinianos, Schvvenckfeldianos, Judæos, Pelagianos, Anabaptiſtas, qvi aſſerunt, eam poſſe impleri.

II. Antinomos, qvi eam abrogandam eſſe ſtatuunt.

III. Photinianos, qvi dicunt, ſingulis Decalogi præceptis additum eſſe qvid à Chriſto.

IV. Calvinianos, qvi diviſionem Decalogi fruſtra oppugnant. vid. Theol. Poſit. p. 636. ſup. NB. art. 53.

Art. LXXIII. De Lege Ceremoniali, refellit

Judæos, qvi perpetuitatem illius defendunt.

Art. LXXIV. De Sacerdotio Levitico, refutat

Socinianos Chriſti expiationem per ſacrificia adumbratam negantes. Contra Hebr. 9. vid. art. 55.

Artic. LXXV. De Lege Forenſi, refellit

1. Judæos, qvi ſimpliciter eandem retinendam eſſe aſſerunt.
2. Calvinianos, qvi rigidiorem in N. T. obſervationẽ defendunt.

Art. LXXVI. De Verbo Evangelii, refellit

I. Pontificios, Antinomos & Calvinianos, qvi dicunt, Evangelium ſtrictè ſic dictum, eſſe concionem pœnitentiæ.

II. Pontificios, qvi

1. Legem cum Evangelio confundunt.
2. Evangelio doctrinam operum aſſignant, & tam commi-nationes qvàm promiſſiones conditionatas ei affingunt.

III. Photinianos, qvi aſſerunt,

1. Chriſtum tria peculiaria præcepta Evangelica (ſcil. 1. abnegationem ſui, 2. tolerantiam crucis, 3. imitationem) promulgâſſe.
2. Meſſiam ante Abrahamum fuiſſe ignotum.
3. Evangelium cœpiſſe cum Chriſto nato.

IV. Calvinianos, qvi prædicationem Evangelii univerſalem negant, ejusqve beneficia ad ſolos abſolutè electos reſtringunt.

Artic.

Artic. LXXVII. De Promiſsionibus divinis, refellit

I. Pontificios, Photinianos, Anabaptiſtas, Schyvenckfeldianos & Arminianos, qvi Patribus V. T. aditum ad ſalutem patuiſſe, negant.

II. Photinianos, qvi aſſerunt, promiſsionem de vitâ æternâ & Spiritu S. demùm revelâſſe Chriſtum.

III. Calvinianos, qvi Evangelicas promiſsiones particulares faciũt.

IV. Pontificios, qvi ex promiſsionibus gratuitis faciunt legales & mercenarias.

Artic. LXXVIII. De confictis Pontificiorum Conſiliis Evangelicis, refellit

Pontificios, qvi

1. Perfectionis conſilia Evangelio addunt.
2. Dicunt, Monachatum eſſe ſtatum origine divinum, in qvo vitam æternam mereri & opera ſupererogationis præſtare qvis poſſit.
3. Hujus fundamentum eſſe dicunt conſilia Evangelica à Chriſti præceptis diverſa, qvippe excellentiora, qvorum obſervatio ad ſalutem non neceſſaria, majorem tamen promerendi & ſatisfaciendi pro aliis vim habeat, qvàm obſervatio mandatorum.
4. Eaqve tria faciunt, paupertatem, obedientiam & continentiam.
5. Hæc poſſe vovere etiam impuberes, invitis parentibus, putant, & conjugem alterutrum, invitô altero, ante conjugium conſummatum.
6. Eremitarum ſtudia niti exemplis S. S. docent.
7. Singularia in habitu & tonſurâ monachorum myſteria qværunt.
8. Otioſos monachos ſuſtentandos & ſubinde multiplicandos eſſe cenſent.
9. Preçes, jejunia & reliqvas actiones Monaſticas fingunt eſſe meritorias: Imò & opera ſupererogationis eſſe ſomniant. vid. artic. 100.

Artic. LXXIX. De Convenientiâ & Differentiâ Legis & Evangelii,

Qvam miris modis involvunt Pontificii, uti patet ex art. 77. & 78.

Artic. LXXX. De Veteri & N. Teſtamento, refellit

I. Photinianos, qvi aſſerunt, Patres in V. T. in Chriſtum non crediDiſſe.

II. Pontificios, qvi dicunt, V. T. imperfectiora præcepta perfectiora reddita eſſe in N. T.

III. Calvinianos, qvi affirmant, Vetus & Novum Teſtamentum ſubſtantiâ convenire.

IV. Pontif. Anabapt. Calvin. Schvvenckfeld. & Enthuſiaſtas, qvi literam & ſpiritum. 2. Cor. 3, 6. malè explicant, & variis modis pervertunt.

Artic. LXXXI. De V. Teſtamenti abrogatione,

Cujus varia perverſio patet ex præcedente articulo. 80.

Artic. LXXXII. De Sacramentis in genere, refellit

I. Pontificios, qvi aſſerunt,

1. vocem Sacramenti eſſe ἄγραφον.
2. vocem hanc modò probatam, modò improbatam eſſe à Luthero.
3. Sacramenta non obſignare divinas promiſſiones, nec fidem confirmare.
4. Sacramenta conſtare elementis externis, ut materiâ, & verbis conſecratoriis, ut formâ.
5. Sacramenta Miniſtri intentionem reqvirere.
6. juxta Lutherum etiam Diabolum adminiſtrare poſſe Baptiſmum.
7. Sacramenta ex opere operato conferre gratiam.
8. Sacramenta V. & N. T. in eo differre, qvòd illa gratiam adumbrârint, hæc verò conferant.

II. Calvinianos, qvi affirmant,

1. vocem Sacramenti non eſſe adhibendam.
2. vocem hanc non niſi ſignum externum notare.

3. Sacra-

3. Sacramenta non eſſe gratiæ conferendæ media.
4. Sacramenta V. & N. T. non differre ſubſtantiâ.
5. Sacramenti formam in analogiâ ſigni ad rem ſignatam conſiſtere.
6. Prædicationum ſacramentalium fundamentũ eſſe σχέσιν ſive relationem ſigni & rei ſignatæ.
7. fidem reqviri ad Sacramenti eſſentiam.

III. Photinianos, qvi
1. deteſtantur ſignificationem Sacramenti pro re tremendâ & adorandâ.
2. negant, Deum per Sacramenta bona cœleſtia conferre & obſignare.
3. aſſerunt, Sacramenta à qvovis adminiſtrari poſſe etiam non vocatô.
4. Dicunt, Sacramenta non eſſe organa gratiæ, ſed tantùm confesſionis.

IV. Carolſtadium, qvi
1. vocem Sacramenti non eſſe adhibendam dicit.
2. finem Sacramenti ſolùm eſſe, ut ſit nota confesſionis & diſcretionis Eccleſiæ ab aliis hominibus.

V. Anabaptiſtas & Schvvenckfeldianos, qvi aſſerunt Sacramenta tantùm eſſe adumbrationes mortificationis carnis. Nonnulli etiam ex lotione pedum faciunt Sacramentum.

VI. Weigelianos, qvi affirmant,
1. Sacramenta ne tantillum facere ad ſalutem.
2. non conferre fidem, nec confirmare.
3. Cor abſtrahendum ab his Elementis, ſi ſalvari velit.
4. Sacramenta non perfici per manum Concionatoris, ſed tantùm per immediatam virtutem Spiritûs S.

Artic. LXXXIII. De Sacramentis V. T. in ſpecie,

Qvæ cum Sacramentis N. T. confundunt Calviniani, dum in N. T. non niſi ſigna agnoſcunt eſſe Sacramenta ex præcedente articulo 81. vid. de Pontificiis. ibid. numero 1.

Artic. LXXXIV. De Circumciſione,

Qvam

Qvam Sacramentum eſſe negant Sociniani, cui Baptiſmum ſucceſſiſſe abſurdum videtur.

Art. LXXXV. De agno Paſchali,

Ex cujus umbris Oecolampadius & Carolſtadius male explicant verba Inſtitutionis cœnæ dominicæ. vid. Chemnicius de cœnâ. NB.

Art. LXXXVI. De Sacramentis N. T. in genere, refellit

I. Pontificios, qvi

1. ſeptem N. T. Sacramenta faciunt.
2. aſſerunt, characterem indelebilem eſſe qvorundam Sacramentorum N. T. effectum.

II. Socinianos, qvi Sacramenta N. T. negant eſſe gratiæ organa NB. art. 82.

Artic. LXXXVII. De Baptiſmo, refellit

I. Pontificios, qvi aſſerunt,

1. ſine Baptiſmo mortuos pœnâ damni (non ſenſûs) ſentire.
2. Martyriũ eſſe Baptiſmum, & nõ minùs remittere peccata.
3. Infantibus per Baptiſmum non conferri fidem actualem.
4. Baptiſmum ita tollere peccatum, ut concupiſcentia reſidua peccatum non ſit, ſed tantùm pœna ejus & cauſa.
5. Lutheranos docere, ſolâ Baptiſmi memoriâ remitti peccata.
6. Mortaliter peccantes poſt Baptiſmum eo non juvari, ſed opus habere ſecundâ tabulâ, ſcil. pœnitentiâ tali, qvâ ipſi ſatisfaciant.
7. Baptiſmum Johannis nõ fuiſſe eundẽ cũ Baptiſmo Chriſti.
8. Exorciſmum, ſalem, ſputum, candidam veſtem, ceras ardentes &c. neceſſariò adhiberi.

II. Calvinianos, qvi dicunt,

1. Baptiſmum laicorum in extremo neceſſitatis caſu non eſſe adhibendum.
2. Baptiſmum alio liqvore qvàm aqvâ adminiſtrari poſſe.
3. aqvam Johan. 3. intelligi ſpiritualem.
4. Baptiſmum dari duplicem, internum & externum.
5. non eſſe regenerationis medium.

6. ante

6. ante Baptiſmum ſanctos eſſe piorum liberos, quibus tamen ſidem denegant, infra art. 93.
7. Baptiſmum eſſe nec ad ſalutem neceſſarium, nec primum in fœdus DEI ingreſſum.
8. Exorciſmum, ut blaſphemiam, abrogandum eſſe.

III. Photinianos, qvi affirmant,
1. doctrinam de Baptiſmo non eſſe fidei articulum fundamentalem.
2. Baptiſmum non eſſe præceptum à Chriſto, eſſe liberum, converſis tantùm ex Ethniciſmo imperatum.
3. pro aquâ alium adhiberi poſſe liquorem.
4. Baptiſmum conſtare merâ aquâ.
5. Baptiſmum non eſſe divinitùs inſtitutum regenerationis medium.
6. Baptiſmum infantum in Scripturâ non eſſe fundatum.
7. Baptiſmum Johannis & Chriſti ſubſtantiâ differre.

IV. Anabaptiſtas, qui ſtatuunt,
1. infantes ante Baptiſmum eſſe ſub gratiâ & in fœdere.
2. infantes non eſſe baptiſandos.
3. Baptiſmum non eſſe regenerationis medium.

V. Weigelianos, qvi ſomniant,
1. Baptiſmum nec neceſſarium, nec utilem eſſe.
2. Baptiſmum Johannis merum Baptiſmum aquæ fuiſſe.

VI. Arminianos, qvi putant,
1. Baptiſmum tantùm fuiſſe ritum temporarium à Chriſto non præceptum.
2. eſſe ſignificationem gratiæ DEI & fidei profeſſionem.
3. non deberi infantibus, ſed tantùm adultis.

Artic. LXXXVIII. De Cœnâ Domini, refellit

I. Pontificios, qui aſſerunt,
1. à Lutheranis excogitatam eſſe ubiqvitatem, ad defendendam Chriſti in cœnâ præſentiam.
2. Et hac doctrinâ everti Chriſti præſentiam in cœnâ.
3. Panem transſubſtantiari in corpus, & vinum in ſangvinem Chriſti.

4. Corpus & ſangvinem Chriſti manere etiam extra uſum.
5. Panem azymum & vinum aqvâ temperatum eſſe neceſſarium.
6. Sola verba: Hoc eſt corpus &c. eſſe conſecratoria & habere vim convertendi panem in corpus Chriſti &c.
7. Solos ritu ordinis inauguratos eſſe hujus Sacramenti adminiſtros.
8. Cœnam non conferre peccatorum remiſſionem.
9. Dignam præparationem eſſe, ſi quis ſibi nullius peccati mortalis ſit conſcius.
10. Sub unâ dandum eſſe Laicis Cœnæ Sacramentum, non obſtante Salvatoris inſtitutione.
11. Etiam extra uſum eſſe adorandum panem transſubſtantiatum.

II. Carolſtadium, cui τῶ notat corpus Chriſti menſæ aſſidens.

III. Calvinianos, qui dicunt,

1. Chriſtum in Cœnâ non eſſe præſentem.
2. In verbis Cœnæ qværendum eſſe tropum.
3. manducationem oralem eſſe Capernaiticam.
4. particularum *in, cum, ſub,* uſum eſſe intolerabilem.
5. indignos non accipere Sacramentum.
6. panes orbiculares azymos non eſſe adhibendos.
7. Symbola Eucharistica neceſſariò manu accipienda eſſe.
8. Fractionem panis eſſe neceſſariam.
9. Non licere ægrotis privatis adminiſtrare Cœnam.

IV. Photinianos, qui affirmant,

1. doctrinam de Cœna Domini non eſſe articulum fundamentalem.
2. Nihil niſi panis & vini ſubſtantiam exhiberi, non verò Chriſti corpus & ſangvinem.
3. manducare Chriſti corpus eos, qui de poteſtate ipſi ob paſſionem collatâ cogitant, ipſum imitantur, ipſius doctrinâ paſcuntur.
4. eſſe Cœnam nudam ceremoniam, nihil conferentem, cujus finis non ſit remiſſio peccatorũ & fidei confirmatio.
5. fractionem panis & infuſionem vini eſſe neceſſariam.

6. im

6. impios non fieri corporis Chriſti participes.
7. Cœnam non niſi in Eccleſiæ cœtu celebrandam eſſe,
8. geniculationem in Cœnâ eſſe idololatriam.
9. Evchariſtiam manu accipiendam eſſe.
10. abſtemiis licere aqvam bibere.
11. Sedendo non deambulando eſſe celebrandam Cœnam Domini.

V. Anabaptiſtas, qui ſtatuunt,
1. Chriſtum in Cœnâ non eſſe ſubſtantialiter præſentem.
2. Cœnam non conferre dona ſpiritualia, ſed eſſe mutuæ fraternitatis συμπόσιον, in ſolam mortis Domini commemorationem.

VI. Schvvenckfeldianos, qui
1. negant Chriſti in Cœnâ præſentiam.
2. - - Chriſti corpus dari cum pane.
3. - - Chriſti corpus accipere indignos.
4. dicunt, uſum Cœnæ eſſe adiaphoron,

VII. Weigelianos, qvi ſomniant,
1. Cœnam non eſſe neceſſariam, qvia nec fidem augeat, nec ad ſalutem conducat.
2. in Cœnâ non diſtribui corpus illud Chriſti terreſtre, cruci affixum, ſed aliud cœleſte corpus.
3. Homines eſſentialiter in Cœnâ cum Chriſto uniri, ut dicere poſſint: Ich bin Chriſtus/ NB. infra artic. 96.
4. Cœleſte illud vinum Johan. 2. & 15. ſignificare cœleſtem illum ſangvinem.
5. Chriſtum fieri carnem in nobis.
6. Chriſtum habere duplex corpus, cœleſte & terreſtre, & illud cum hoc in Cœnâ diſtribuere.
7. Hominem habere duplex corpus, terreſtre, qvo accipiat panem & vinum; cœleſte, quo cœleſtis Chriſti corporis particeps fiat.
8. Commemorationem in Cœnâ nil eſſe quàm imitationem Chriſti.
9. Chriſti corpus in ipſis fieri vivum, ſi moriantur peccatis.

VIII. Arminianos, qui dicunt, Cœnâ Domini non augeri fidem, nec obſignari remisſionem peccatorum, ſed proximum & maximè proprium ejus finem eſſe mortis Domini annunciationem,

Artic. LXXXIX. De Miſsâ Pontificiâ, refellit

Pontificios, qui dicunt, Miſſam eſſe ſacrificium pro vivis & mortuis.

Artic. XC. De Actionibus divinis, ſalutem attinentibus, earumqve diſtinctione, nec non de Gratiâ,

Refellit gratiæ hoſtes, Pelagianos, Semipelagianos, Pontificios, Synergiſtas & eorum ſocios: ut & gratiæ amplitudinem conſtringentes, Calvinum, Bezam, eorumque defenſores.

Artic. XCI. De Vocatione,

Qvam viribus liberi arbitrii contaminant Pontificii, & particularem faciunt Calviniani. confer artic. ſeq. 92.

Artic. XCII. De Converſione ſeu Regeneratione, refellit

I. Pontificios, qui

1. juſtificationem cum regeneratione & renovatione confundunt.
2. hominem ita renovari dicunt, ut legem DEI implere poſſit.

II. Photinianos, qui aſſerunt,

1. Regenerationem non eſſe internam cordis mutationem, ſed neceſſariò requirere externam morum ſanctimoniam.
2. Regenerationis primariam cauſam eſſe DEUM, ſecundariam hominis voluntatem & concurrentem actionem.
3. Spiritum S. non eſſe cauſam regenerationis, & tantùm dari eis, qui jam renati ſunt.
4. Baptiſmum non eſſe regenerationis medium.
5. non infantes, ſed ſolos adultos regenerationis capaces eſſe.

6. nemi-

6. neminem ante Chriſti mortem perfectè regenitum eſſe, nec Apoſtolos.

III. Arminianos, qui tam perfectam regenerationem eſſe affirmant, ut piorum bona opera nullo carnis vitiô ſint coinquinata.

IV. Anabaptiſtas, dicentes, Regenitos tam perfectos eſſe, ut non poſſint peccare.

V. Schvvenckfeldianos & Weigelianos, qvi

1. negant, verbum DEI eſſe regenerationis medium.
2. regenitos ità perfectos faciunt, ut legem Dei facilè & perfectè impleant, & Deus ipſe fiant. vid. artic. 96.
3. regenerari eſſe ſibi mori dicunt. Vide plura huc facientia infra artic. 95. NB.

Artic. XCIII. De Fide ſalvifica in Regeneratione homini donatâ, refellit

I. Pontificios, qvi

1. fidem explicitam, (qvæ credit, qvæ novit) & implicitam (qvæ credit, qvæ ignorat) defendunt.
2. fidem non eſſe fiduciam, ſed nudum aſſenſum dicunt.
3. fidei Objectum proprium non eſſe miſericordiam Dei in Chriſto, ſed omne Dei verbum, aſſerunt.
4. fidem noſtram informe monſtrum vocant, qvia dicitur eſſe aſſenſus in intellectu, & fiducia in voluntate.
5. dubitandum eſſe de ſalute, dicunt.
6. infantes actu credere negant.
7. fidem à charitate ſeparabilem faciunt, adeoqve aliam formatam, aliam informem.
8. fidem juſtificantem eſſe eandem cum fide hiſtoricâ & miraculosâ.
9. unde Concilium Tridentinum etiam fideles agnoſcit adulteros & fures &c.

II. Photinianos, qvi aſſerunt,

1. Fidem non eſſe ſolius Dei donum, ſed ab hominis probitate & ſtudio pendere.

Digitized by Google

2. Fidem propriam eſſe adultorum, adeoqve non cadere in infantes.
3. Objectum hujus fidei primarium eſſe Deum, ſecundarium autem Chriſtum.
4. Fiduciam in meritum Chriſti (animam fidei) eſſe figmentum.
5. Obedientiam eſſe fidei formam.
6. Patres in V. T. non habuiſſe fidem in Chriſtum.
7. Fidem eſſe ex libero arbitrio.
8. Fidem reqvirere uſum rationis.
9. Lutheranos prædicare fidem, qvæ ſine Bonis Operibus eſſe poſſit.

III. Calvinianos, qvi
1. infantes actu habere fidem negant.
2. verè fideles non amittere fidem, dicunt.
3. fidem abſentia efficere præſentia, aſſerunt.

IV. Arminianos, qvi in genere qvàm proximè ad Photinianos hoc loco accedunt, in ſpecie verò affirmant,
1. ad fidem juſtificantem non reqviri cognitionem Jeſu Chriſti, nec eſſe fiduciam remiſſi propter Chriſtum peccati.
2. fidem pendere à docilitate & probitate ejus, à qvo fides iſta poſtulatur.
3. fidei formam eſſe obedientiam ſive mandatorum Chriſti obſervationem.

V. Schvvenckfeldianos, qvi negant,
1. fidem eſſe ex verbi auditu.
2. eſſe fiduciam, ſed ipſum & Chriſtum, & ipſam Dei eſſentiam.

VI. Weigelianos, qvi ſomniant,
1 fidem eſſe ipſum Chriſtum.
2. fidem eſſe vitam & imitationem Chriſti.
3. fidem per miniſterium verbi & Sacramenta non dari.
4. nullam eſſe fidei certitudinem.
5. fidem per verbi auditum nec generari nec conſervari.

Artic.

Artic. XCIV. De Juſtificatione per Fidem, refellit

I. Pontificios, qvi aſſerunt,

1. juſtificare eſſe h. l. juſtum facere inhæſivè.
2. gratiam juſtificantem non eſſe gratuitum Dei favorem, ſed qvalitatem inhærentem.
3. diſtingvendum eſſe inter juſtificationem primam (qvæ ipſis renovatio eſt, injuſtum juſtum faciens) & ſecundam (qvæ dicitur obſervatio mandatorum Dei.)
4. varias ad juſtificationem præparationes, qvas ex cogitant.
5. juſtificationis cauſam formalem eſſe juſtitiam nobis inhærentem.
6. imputatam Chriſti juſtitiam eſſe figmentum.
7. peccata in juſtificatione non tegi, ſed verè tolli.
8, Hominem non juſtificari ſolâ fide.
9. Opera vim juſtificandi habere.
10. Dari etiam fideles fures, adulteros: &c. vid. art. 93.

II, Photinianos, qvi ſtatuunt,

1. Patres V. T. non fide ſed operibus legis juſtificatos, nec eundem eſſe juſtificationis modum in V. & N. T. nec nos fide in meritum Chriſti juſtificari.
2. Deum ex merâ gratiâ, ſine Chriſti ſatisfactione nos juſtificare.
3. neminem juſtificari niſi obſeqventem præceptis Chriſti, & virtutibus ornatisſimum.
4. juſtitiam Chriſti nobis non imputari.
5. per Chriſtum juſtificatos in ſe non amplius eſſe peccatores.

III. Arminianos, qui dicunt,

1. ipſum fidei actum eſſe juſtitiam noſtram coram Deo.
2. juſtitiam Chriſti nobis non imputari, ſed eſſe tantùm cauſam meritoriam impetrantem, ut juſtitia aliqva inhærens à DEO per gratioſam æſtimationem nobis imputetur.

IV, Calvinianos, qui affirmant,

1 infantes fide parentum juſtificari.

2. ſolos

2. ſolos electos juſtificari, reprobos nunqvam verè credere.
3. ſolâ obedientiâ paſſivâ Chriſti nos juſtificari.

V. Andream Oſiandrum, qvi in Acad. Regiom. A. 1549. d. 24. Octobr. propoſuit Diſputationem, affirmans, Chriſtum promeruiſſe, ut eſſentialis Chriſti juſtitia nobis donetur: Non autem Chriſti juſtitiâ imputatâ nos juſtificari, ſed eſſentiali & æternâ Dei juſtitiâ, qvæ in nobis habitans faciat nos juſta agere. vid. Comm. in Form. Conc. & Hiſtor. Eccleſ. Epitom. D. Oſiandri Centuriam. 16.

VI. Anabaptiſtas, qvi dicunt, ſolâ fide, absqve operibus & paſſionibus propriis, neminem juſtificari.

VII. Schvvenckfeldianos, qvi putant,

1. juſtificare h. l. eſſe juſtum facere renovando, regenerando.
2. juſtificari nos eſſentiali Dei juſtitia, non Chriſti merito.
3. fide & operibus nos juſtificari.

VIII. Weigelianos, qvi ſomniant,

1. imputatam Chriſti juſtitiam eſſe commentum.
2. juſtitiam noſtram in imitatione Chriſti conſiſtere.
3. juſtificari nos eſſentiali cum Chriſto unione & communione; unde homo non tantum legem implere, ſed etiam Deus ipſe fieri poſſit. vid. artic. 96.
4. remiſſionem peccatorum non eſſe in hominis poteſtate.

Artic. XCV. De Converſionis continuatione, ſeu Pœnitentiâ, refellit

I. Novatianos, qvi poſt Baptiſmum lapſis denegant pœnitentiam.

II. Libertinos, qvi aſſerunt, omnia licere, qvæ libeant, nec peccare juſtos mortaliter.

III. Pontificios, qvi docent,

1. pœnitentiam externum ſolùm dolorem & pœnam notare.
2. eſſe Sacramentum.
3. ſecundam eſſe poſt naufragium tabulam.
4. pœnitentiæ partes eſſe contritionem, confeſſionem & ſatisfactionem.
5. cordis angores à lege non eſſe pœnitentiæ partem.
6. Fidem non eſſe partem pœnitentiæ.
7. contritionem non eſſe paſſionem, ſed actionem liberam.

8. contri-

Digitized by Google

8. Contritionem non ad legem, ſed ad Evangelium pertinere.
9. Contritionem non efficere, ut homo ſe ipſum deteſtetur, & Deum fugiat.
10. Converſionem viribus humanis competere.
11. Lutheranos impingere, qvod negent contritionem deteſtationem peccati includere, cum propoſito novæ obedientiæ, (NB. Hoc enim non Legis ſed fidei fructus eſt.)
12. Contritionem in adultis neceſſariam eſſe ad juſtificationem & remiſſionem peccatorum, neceſſitate medii.
13. Contritionem eſſe ſufficientem, ſi doloris acerbitas æqvet ſcelerum magnitudinem.
14. Contritionis ſuæ merito juſtificari hominem.
15. Absq; abſolutione ſacerdotum non remitti peccata, docere Lutheranos.
16. Nullum eſſe peccatum, qvod per veram pœnitentiam non deleatur.
17. Contritionem è mero pœnæ metu ortam ſalutarem eſſe.
18. Neceſſariam eſſe ſingulorum peccatorũ enumerationem.
19. Chriſtum non ſatisfeciſſe pro pœnis temporalibus.
20. Pœnas ergò temporales poſt remiſſam culpam certis operibus eſſe expiandas.
21. Et talia opera laborioſa poſſe ſponte ſuſcipi.
22. Et eſſe eleemoſynas, preces, jejunia.

IV. Calvinianos, qvi affirmant,
1. Contritionem non eſſe partem pœnitentiæ.
2. Nec fidem eſſe partem.
3. Mortificationem & vivificationem eſſe partes pœnitentiæ.
4. Privatam abſolutionem eſſe abrogandam.
5. Etiam in infantes cadere pœnitentiam.
6. Deum illos, qvos externâ voce ad pœnitentiam vocat, internâ voluntate converti nolle. vid. artic. 10. Tit. 17. NB.
7. Deum pœnitentiam & converſionẽ operari irreſiſtibiliter.

V. Photinianos, qvi ſtatuunt,
1. fidem non eſſe pœnitentiæ partem.

Digitized by Google

2. novam obedientiam eſſe partem eſſentialem.
3. pœnitentiam ſalutarem eſſe virium humanarum opus.
4. voluntariâ malitiâ peccantibus non reſtare pœnitentiam.

VI. Arminianos, qvi dicunt,
1. dolorem de peccato & illius merito conſtituere pœnitentiã.
2. hominem eſſe proximam, minus tamen principalem cauſam converſionis ſui, ut qvi ſe convertat vi & efficacitate gratiæ Dei & Spiritûs S.
3. Deum non niſi morali ſvaſione convertere homines.

VII. Anabaptiſtas, qvi
1. negant, renatos egere pœnitentiâ, ut qvi omni parte puri ſint & ſancti.
2. Confeſſionem & abſolutionem meram abominationem vocant.

VIII. Schvvenckfeldianos & Weigelianos, qvi ſomniant,
1. Deum non operari pœnitentiam.
2. Pœnitentiam, confeſſionem, fidem, orationem, eſſe idem.
3. Eſſentiam pœnitentiæ conſtare ex contrito corde & imitatione Chriſti, qvæ fit manſvetudine, humilitate, patientiâ & obedientiâ,
4. Confeſſionem & abſolutionem eſſe rejiciendam.
5. Nullum hominem abſolvere poſſe, er ſey denn vergeiſtert.
6. In unſer Gewalt ſtehets / in uns iſt der Anfang der Vergebung. vid. artic. 30. NB.

Artic. XCVI. de Fidelium cum Chriſto unione,

Qvam eſſentialem & perſonalem fingunt Weigeliani, ut dicere poſſint: Ich bin Chriſtus NB. ſup. art. 88. & 92.

Artic. XCVII. de Sanctificatione ſeu Renovatione.

Vide ſeqventem artic. 100. & artic. 95. NB.

Art. XCVIII. de veteri & novo homine, & illius crucifixione.

Confer de corpore terreno infra artic. 142.
Et de carne non reſurrecturâ art. 138.

Art. XCIX. de Lucta Carnis & Spiritûs.

Hanc

Hanc Weigeliani neſciunt, qvia ſunt ipſe Chriſtus, vid. art. 96.

Art. C. de Renovationis fructibus, bonis Operibus, refellit

I. Pontificios, qvi aſſerunt,

1. Lutheranos negare operum bonorum neceſſitatem.
2. in omni opere bono juſtum citra gratiam conſideratum ſimpliciter mortaliter peccare.
3. Bona opera ad ſalutem eſſe neceſſaria.
4. Bona opera non modò eſſe à Deo, ſed etiam ab Eccleſiâ præcepta.
5. juxta Lutherum omnes juſtos æqvaliter eſſe juſtos.
6. Bona opera ſimpliciter eſſe perfecta.
7. Bona opera juſtificare.
8. Bona opera æternam ſalutem mereri.
9. dari opera ſupererogationis. vid. ſup. artic. 78. NB.

II. Majoriſtas, Bona opera ad ſalutem eſſe neceſſaria.

III. Antinomos, qvorum anteſignanus Johann Islebius Agricola, Islebienſis Scholæ Rector, affirmavit, Bona opera ad ſalutem eſſe pernicioſa. vide Comm. in Form. Conc.

IV. Photinianos, qvi docent,

1. Bona opera fieri poſſe à non renatis.
2. bonitatem eorundem non pendere à fide in Chriſtum.
3. Bona opera juſtorum in hac vitâ poſſe eſſe perfecta.
4. docere Lutheranos, juſtum in O. bono opere peccare.
5. juſtificari & ſalvari nos bonis operibus, ob crebras Chriſti & Apoſtolorum ad bona opera adhortationes.
6. Bonorum operum ſtudium impediri per Religionem Lutheranam.

V. Arminianos, qvi affirmant,

1. doctrinam de gratuitâ juſtificatione avocare homines à bonorum operum ſtudio.
2. à juſtificatione excludi opera legis, non opera à Chriſto mandata ex fide facta.
3. bona opera præcedere, non ſeqvi juſtificationem.
4. Deum conferre piis vitam æternam, ut mercedem operibus ipſorum debitam.

5. regenitorum opera eſſe ſine peccato, nec pœnis digna.

VI. Anabaptiſtas & Schvvenckfeldianos, exiſtimantes, renatos eſſe ſine omni labe & perfectos, imò ipſum Chriſtum. vid. ſup. artic. 96.

Artic. CI. de Libertate Chriſtianâ.

Hanc etiam ad libertatem credendi extendunt Arminiani. vid. ſup. de Arminianiſmo.

Art. CII. de Adiaphoris.

Ex qvibus neceſſaria faciunt Calviniani & Pontificii. vid. Theol. Poſ. art. 102. & 78. & 88.

Art. CIII. de Feſtis,

Qvæ Calviniani contrahunt, Pontificii verò multiplicant. vid. Hoſpinianus de Feſtis.

Art. CIV. de Locis Deo conſecratis & Templis.

Pontificiorum ſuperſtitionem oſtendit Hoſpinianus. Conſ. Theol. Poſit. art. 104.

Artic. CV. de Muſicâ in Templis,

Cui minus favent qvidam Calv. vid. Theol. Poſ. art. 105.

Art. CVI. de Jejunio & Abſtinentiâ à cibis.

Confer Pontificiorum errores Theol. Poſ. art. 106.

Art. CVII. de Scandalo,

Qvod per adiaphora, eorumq; abuſum multiplicant tam Pontif. qvàm Calviniani, vid. artic. 102.

Artic. CVIII. De Renatorum probatione per crucem,

refellit

Satisfactiones Pontificiorum, & figmentum pœnæ reſiduæ poſt remiſſum peccatum. vid. artic. 94. & 95.

Artic. CIX. De Credentium conſervatione,

Qvæ nec innititur meritis Pontif. nec in abſoluto Calv. decreto fundatur. Videatur ſeqvens articulus 110.

Artic. CX. De Æternâ Perſeverantium Electione,

refellit

I. Calvinianos, eorumqve abſolutum decretum. vid. Theol. Poſit. art. 10. Tit. 17. NB.

II. Pon-

Digitized by Google

II. Pontificios, electionem factam eſſe dicentes ſecundum præviſa bonorum operum merita.

III. Photinianos, qvi aſſerunt,

1. Deum ab æterno certos homines nominatim ſalvare non decreviſſe.
2. electionem reſpectu bonorum operum factam eſſe.
3. vocationem gentium in V. T. non factam, neqve ipſis promiſſum Meſſiam.

IV. Arminianos, qvi certitudinem electionis & perſeverantiæ fidelibus omnem denegant.

V. Puccium & Huberum, qvi electionem univerſalem faciunt.

Artic. CXI. De oppoſitâ incredulorum Reprobatione,

Qvæ neqvaqvam abſoluta eſt contra Calv. ſed ob incredulitatem facta. vid. artic. 110.

Artic. CXII. De finali reproborum deſertione, excœcatione & traditione,

Qvæ non abſoluta eſt, ſed fructus incredulitatis.

Artic. CXIII. De officinâ ſalutis, Eccleſia, refellit

I. Pontificios, qvi aſſerunt,

1. Omnes illos & qvidem ſolos pro veris & vivis Eccleſiæ membris habendos, qvi 1. in profesſione veræ fidei, 2. in Sacramentorum communione, 3. in ſubjectione ad R. Pontificem conveniunt, ſi vel maximè reprobi, occulti, infideles & manifeſti ſint peccatores.
2. non pertinere ad Eccleſiam nondum baptiſatos, catechumenos, ſchiſmaticos, licèt ſint verâ fide præditi & ſalutem æternam conſeqvantur.
3. veram Eccleſiam ſemper in ſe eſſe conſpicuam.
4. Externam Eccleſiam perpetuò durare, nec nunqvam à fide deficere.
5. Verbum & Sacramenta non eſſe notas Eccleſiæ, qvia obſcura ſint.
6. XV. alias eſſe Eccleſiæ notas.

Digitized by Google

7. infallibilem eſſe etiam hodiernæ Eccleſiæ autoritatem, ut ab eâ pendeat ipſius Scripturæ autoritas. vid. Theol. Poſ. artic. 5. NB.
8. Eccleſiam Romanam ſolam eſſe veram Eccleſiam.
9. Lutheranam Eccleſiam non eſſe veram Eccleſiam.

II. Calvinianos, affirmantes,
1. vocationem Dei ad Eccleſiam non eſſe univerſalem.
2. Angelos eſſe propriè dicta Eccleſiæ membra.
3. ſolos electos eſſe vera Eccleſiæ membra.
4. Lutheranos & Calvinianos in unam Eccleſiam coaleſcere poſſe.

III. Pelagianos, docentes, Eccleſiam conſtare è ſolis perfectis.

IV. Photinianos, qvi dicunt,
1. Verbum & Sacramenta non eſſe notas Eccleſiæ.
2. nullam dari Eccleſiam triumphantem.
3. non neceſſariò dari ſemper aliqvam Eccleſiam militantem.
4. Photinianam eſſe veram Eccleſiam, ad qvam transeundum ſit Lutheranis. vide Meiſneri Photinianiſmum NB.
5. Eccleſiam per ſe ita exeqvi ſuam diſciplinam, ut in ejus executione non indigeat Magiſtratûs Politici ſubſidiô.
6. Cœtum illum eſſe deſerendum, in qvo remiſſior diſciplina deprehenditur.

V. Anabaptiſtas, qvi ſtatuunt,
1. Suam Eccleſiam eſſe ſolam veram.
2. in verâ Eccleſiâ non dari ullum impium aut hypocritam.
3. V. & N. T. populum non conſtituere unam Eccleſiam.

VI. Arminianos, qvi docent,
1. Multos eſſe membra Eccleſiæ, qvibus Chriſtus ignotus eſt.
2. totam Eccleſiam in terris deficere poſſe.
3. verbum & Sacramenta non eſſe notas Eccleſiæ.

VII. Puccianos, exiſtimantes,
1. extra Eccleſiam eſſe ſalutem.
2. ſufficere fidem naturalem, non reqviri Chriſtianam.

VIII. Schvvenckfeldianos, qvi putant,
1. dari Eccleſiā ſine verbo & Sacramentis, ubi neutrū adeſt.

2. Eccle-

Digitized by Google

2. Eccleſiam nondum eſſe reſtitutam, & congregatam, ſed hinc inde inter ſectas diſperſam, ut Eccleſiæ membra ſe non agnoſcant.

IX. Weigelianos, qvi ſomniant,

1. Eccleſiam eſſe inviſibilem per totum orbem diffuſam.
2. Verbum & Sacramenta non eſſe notas Eccleſiæ, ſed dilectionem proximi.
3. Eccleſiam eſſe in omnibus ſectis.
4. Chriſtianum non decere ſectarum improbationem.

Artic. CXIV. De Eccleſiâ repræſentatâ in Conciliis,

Qvæ nimium extollunt Pontificii, eorumqve neceſſitatem urgent Calviniani.

Artic. CXV. De Eccleſiæ poteſtate,

Qvam politicam & Regalem faciunt Pontificii.

Art. CXVI. De Eccleſiæ Reformatione in genere, & per Anti-Chriſtum in ſpecie,

De qvo varios Pontif. errores oſtendit Theol. Poſit. artic. 116.

Artic. CXVII. De Eccleſiæ Reformatione in genere, & per Lutherum factâ in ſpecie,

Contra qvam varia objiciunt Pontificii, qvorum refutationem exhibet peculiaris diſſertatio, ſub finem articuli 117. NB.

Artic. CXVIII. De diſtinctis Eccleſiæ Hierarchiis & membris, & de ordine Eccleſiaſtico in ſpecie,

refellit

I. Pontificios, qvi aſſerunt: Miniſterium Lutheranorum non eſſe legitimum.

II. Weigelianos, qvi ſomniant,

1. Miniſterium noſtrum eſſe abolendum.
2. nullam eſſe externi miniſterii efficaciam, nec dare fidem nec confirmare.

Art. CXIX. de Eccleſiæ miniſtris, eorumq; diſtinctione,

refellit

I. Pontificios, qvi aſſerunt,

1. Solos

1. Solos Eccleſiæ miniſtros eſſe Domini clerum.
2. Ab electione miniſtrorum Magiſtratum & populum eſſe excludendum, ſolisq; Epiſcopis, inprimis Romano Pontifici, eandem competere.
3. Ordines ſeptem eſſe conſtituendos.
4. Epiſcopos qvoad jurisdictionem eſſe ſuperiores presbyteris jure divinô.
5. Omnes Clericos ad cœlibatum eſſe adſtringendos.
6. Digamos ſucceſſivos à ſacris officiis arcendos eſſe.
7. Clericos à ſubjectione Magiſtratûs eximendos eſſe. Qva de re agit Diſputatio peculiaris, ſub finem art.127. NB.

II. Photinianos, qvi
1. negant, opus eſſe verbi miniſtris peculiari vocatione.
2. negant, licere perditiſſimos tradere Satanæ miniſterio verbi.
3. dicunt, celebrationem Feſtorum eſſe blasphemiam.
4. improbant textus Evangelicos & Epiſtolicos nobis uſitatos.
5. aſſerunt, Sacramentorum adminiſtrationem non eſſe miniſtrorum verbi propriè, ſed omniũ Chriſtianorum.

III. Arminianos, qvi docent,
1. Non opus eſſe peculiari vocatione miniſtris.
2. Licere cuivis privato adminiſtrare etiam Sacramentum cœnæ.
3. verbi miniſtros non ab Eccleſiâ, ſed à ſolo Magiſtratu eſſe eligendos.
4. Solius Magiſtratûs eſſe, omnia præſcribere, qvæ ad Eccleſiæ regimen & ordinem pertineant.

IV. Puritanos ſeditioſos in Anglia & ſimiles Epiſcoporum hoſtes.

V. Anabaptiſtas, qvi
1. affirmant, miniſtrorum impiorum miniſterium eſſe vanum, ſine fructu.
2. negant, licere eis 1. vivere certo ſtipendio, ſed gratis docendum eſſe volunt. 2. docere & Sacramenta adminiſtrare in iis templis, ubi viguit Papiſtica idololatria.

3. illu-

Digitized by Google

3. Illuſtrare ſcripturam interpretatione.
4. diverſos in miniſterio gradus concedere.

VI. Weigelianos, qvi ſomniant,
1. Ordinationem & vocationem non eſſe neceſſariam.
2. Mediatam vocationem eſſe illegitimam.
3. Certæ Eccleſiæ neminem eſſe alligandum.
4. Salaria non eſſe accipienda.
5. Templa eſſe cathedras peſtilentiæ.
6. Scholas & Academias eſſe Scholas Diaboli, ubi veritas opprimatur.

VII. Hadrianum Saraviam Belgam, dicentem,
1. Apoſtolatum adhuc vigere.
2. Epiſcopos jure divino ſuperiores eſſe Presbyteris.

Art. CXX. de Miniſtris extraordinariis V. T. Prophetis &c.

Qvos ſtolidè imitantur Anabaptiſtæ, Enthuſiaſtæ, Münzerus, Monaſterienſes, Qvackeri, & ſimiles.

Artic. CXXI. de Miniſtris extraordinariis N. T. Evangeliſtis, Apoſtolis, &c.

Qvos adhuc supereſſe vult Saravia. vid. art. 119. 110. 7. Confer de novis Prophetis ſupra obſervationes de viſionibus.

Art. CXXII. de Miniſtris Eccleſiæ N. T. ordinariis, eorumq; diſtinctione,

Qvos contemnit Spiritus Enthuſiaſticus. vid. art. 119.

Art. CXXIII. de Miniſtrorum Eccleſiæ vocatione & ordinatione.

Qvæ Anabaptiſtis & Weigelianis adverſa eſt. vid. art. 119.

Art. CXXIV. de Miniſtrorum Eccleſiæ officio, ejusq; efficaciâ,

Qvam negant Weigeliani, Anabaptiſtæ, Schvvenckfeldiani & ſimiles, uti conſtat ex art. 93. Confer B. Welleri AntiMaſſonium & Diſputationem de Schvvenckfeld, Calv.

Digitized by Google

Artic. CXXV. de Miniſterii Eccleſiaſtici poteſtate circa claves,

Qvam negant Weigeliani. vid. art. 119. & 95.

Art. CXXVI. de Excommunicatione,

Qvæ inviſa eſt Socinianis. vid. artic. 119. numero 2.

Art. CXXVII. de Ordine Politico, Magiſtratu & ſubditis,

refellit

I. Pontificios, qvi aſſerunt,
1. Magiſtratum immediatè à Deo non eſſe.
2. - - cauſas Eccleſiæ cognoſcere non debere.
3. - - religionem Pontificiæ adverſam vi extirpare debere.
4. - - libros hæreticorum teneri igne abolere.
5. - - cum hæreticis non poſſe paciſci.
6. - - fidem hæreticis ſervare non obligari.
7. - - hæreticos jure capitaliter punire.
8. Regem infidelem aut hæreticum non eſſe tolerandum.
9. Pontificem Romanum Magiſtratum hæreticum poſſe excommunicare.
10. Exercitium Religionis & uſuræ Judæis eſſe permittendum.
11. Lupanaria & aſyla eſſe toleranda.

II. Photinianos, qvi dicunt,
1. non eſſe licitum Chriſtiano bellum gerere.
2. - - - animadvertere capitali ſupplicio in facinoroſos.
3. - - - tractare artificia, qvorum operâ arma parantur.
4. - - - animadvertere in hæreticos carcere vel exilio.
5. cuivis ſuam religionem permittendam eſſe liberam.
6. vindictam Magiſtratûs eſſe in N. T. abrogatam.

III. Calvinianos, qvi docent,
1. Hæreticos capitali ſupplicio eſſe afficiendos.
2. Conciliari poſſe religionem Pontificiam, Calvinianam & Lutheranam.
3. Lutheranos inprimis fraternitatem inire poſſe cum Calvinianis.

IV. Arminianos, affirmantes,

1. Solius

1. Solius Magiſtratus Politici eſſe omnia præſcribere ad Eccleſiæ regimen facientia.
2. Solius Magiſtratus eſſe eligere miniſtros Eccleſiæ.
3. Non licere ſontes plectere, aut ſangvinem in bello effundere.

V. Anabaptiſtas, qvi ſtatuunt
1. Chriſtianum non poſſe magiſtratum gerere.
2. - - - cauſam ſuam in judicio agere.
3. - - - apud Magiſtratum deponere juramentum.
4. - - - punire ullo modo hæreticos exilio &c.
5. - - - bellum gerere, aut facinoroſos punire.
6. Chriſtianorum bona debere eſſe communia,

VI. Weigelianos, qvi negant
1. bella eſſe licita.
2. animadverſionem in facinoroſos.
3. hæreticos ullo modo puniendos.
4. pendendum eſſe vectigal Magiſtratui.

Art. CXXVIII. de Ordine Oeconomico, & in ſpecie de conjugio, refellit

I. Pontificios, qvi aſſerunt,
1. Conjugium eſſe Sacramentum.
2. Conjugium eſſe prohibitum Clero,
3. Concubinatum eſſe tolerandum.
4. Infideles propter Polygamiam arcendos eſſe à Baptiſmo ſimpliciter.
5. Digamos miniſtros eſſe repudiandos.
6. Parentum conſenſum non eſſe neceſſarium liberis matrimonium contrahentibus.
7. Voto continentiæ ſolvi conjugium.
8. Gradus prohibitos Lev. 18. non obligare jure divino.
9. Pontificem R. contra eos diſpenſare poſſe.
10. Divortium ob adulterium non eſſe conceſſum.
11. Cognationem ſpiritualem patrinorum impedire conjugium.
12. Tempus feriatum impedire conjugium ſimpliciter & neceſſariò.

 II. Liber-

II. Libertinos & Anabaptiſtas, qvi dicunt,

1. Judicem cauſarum matrimonialium Eccleſiaſticum & Politicum non eſſe neceſſarium.
2. omnia habenda eſſe communia.

III. Weigelianos, qvi ſomniant,

1. Conjugium eſſe pecuinam recreationem, ein viehiſcher Stand.
2. uxorem & liberos habere eſſe pecuinum.
3. Conjugio tantū utendum eſſe ad liberorū procreationem.
4. apud Chriſtianos debere eſſe omnium bonorum communionem.
5. in mercaturâ & emporio Chriſtum non inveniri.
6. mercaturam exerceri non poſſe bonâ conſcientiâ.

Artic. CXXIX. de Cœlibatu,

Qvem cum conjugii ignominiâ extollunt Pontificii.

Artic. CXXX. de Polygamiâ, refellit

I. Anabaptiſtas & Bernhardinum Ochinum, aſſerentes Polygamiam in N. T. adhuc eſſe conceſſam.

II. Pontificios & Piſtorium, affirmantes Lutherum Polygamiam in N. T. conceſſiſſe.

Art. CXXXI. de Scopo totius Theologiæ, ſalute conſummatâ,

Qvam particularem ex divinâ intentione fingit abſolutum decretum. Confer articulum 142.

Art. CXXXII. de Noviſſimis ſalutem antecedentibus, & in ſpecie de Morte,

refellit

I. Pontificios, qvi docent 1. reliqvias demortuorum Sanctorum religioſè colendas. 2. mortuos colendos. 3. peregrinationes ad ſepulchra Sanctorum eſſe bonas. 4. Sanctos nobis adeſſe & noſtra videre. 5. Sanctos conferre ſuis cultoribus beneficia corporalia & ſpiritualia. 6. Sanctos eſſe præſides rerum humanarum, inprimis Eccleſiæ. 7. Sanctos eſſe canoniſandos. 8. Sanctos apparere, & ex iis diſcendos eſſe fidei articulos.

II. Calvi-

II. Calvinianos, qvi terminum vitæ humanæ fatalem faciunt.

III. Photinianos, qvi affirmant,

1. Hominem ante lapſum fuiſſe mortalem.
2. damnari eos, qvi morte violentâ pereunt.

IV. Arminianos, qvi negant, Sanctis ante Chriſtum mortuis patuiſſe cœlum, niſi poſt ejus aſcenſionem.

V. Weigelianos, qvi dicunt, Moſen non eſſe mortuum.

Art. CXXXIII. de Statu animæ poſt mortem communi, refellit

I. Pontificios, qvi aſſerunt,

1. Lutheranos ſtatuere Pſychopannychiam.
2. animas ſcire noſtras calamitates, & orare pro iis.

II. Photinianos, qvi negant,

1. animas poſt mortem ſupereſſe certò.
2. animas ſeparatas ſentire, videre, agere, pati.

III. Anabaptiſtas, dicentes: animas usq; ad extremum judicium dormire.

IV. Weigelianos, qvi affirmant,

1. Patres non eſſe in cœlum ante Chriſti mortem admiſſos.
2. credentium animas non admitti in cœlum ante diem extremum.

Art. CXXXIV. de Animæ ſtatu ficto in Limbo & Purgatorio, refellit

I. Pontificios, qvi aſſerunt,

1. dari limbum Patrum.
2. dari limbum infantum.
3. dari purgatorium.

II. Weigelianos, qvi dicunt, Patres manſiſſe in limbo Patrum uſq; ad mortem Chriſti.

Art. CXXXV. de Statu corporis poſt mortem, ejusq; ſepulturâ, refellit

Pontificios, aſſerentes, è ſepulturâ utilitatem redundare in mortuos.

Art. CXXXVI. de Conſummatione ſeculi, refellit

I. Atheos, mundum fore æternum exiſtimantes.

II. Patres qvosdam, qvi ſtatuerunt,

1. Pios cum Chriſto regnaturos per 1000. annos.
2. mundum non totum periturum, ſed tantum corpora mixta.
3. Cœlum verò & Elementa purganda & immutanda eſſe.

III. Pontificios, qvi aſſerunt

1. ignem conſummationis fore elementarem, excitandum ex concurſu repentino omnium cauſarum naturaliũ, qvæ poſſunt nunqvã in mundo ad ignis generationem concurrere.
2. mundum innovandum in meliorem ſtatum.
3. conficiendos eſſe ab igne illo impios ſuperſtites.

IV. Calvinianos, qvi mundum non periturum dicunt ſecundum ſubſtantiam.

V. Chiliaſtas & Weigelianos, qvi

1. regnum piorum per mille annos ſomniant.
2. qvatuor ſecula faciunt 1. Patris. 2. Filii. 3. Anti-Chriſti. 4. Spiritus Sancti, cui ante novisſimum diem ſuccedat ſeculum. 5. Diaboli.
3. nulla eſſe ſigna extremi diei dicunt, qvæ ex cauſis naturalibus fiant.

Art. CXXXVII. de Ultimo Chriſti judicis adventu, refellit

I. Calvinianos, qvi dicunt

1. pugnare Chriſti præſentiam cum ejus reditu viſibili.
2. Chriſtum, qvatenus homo eſt, non futurum eſſe judicem.

II. Photinianos, aſſerentes, Chriſtum traditurum eſſe omnem potentiam Patri.

Art. CXXXVIII. de Univerſali Reſurrectione, refellit

I. Atheos, dicentes, vanam & nullam eſſe Reſurrectionem.

II. Judæos, qvi affirmant

1. impios non eſſe reſurrecturos.
2. locum reſurrectionis fore terram Canaan, qvi verò extra eam mortui ſunt, illos cum dolere ſuſcitatos per loca ſubterranea in eam eſſe devolvendos.
3. reſurrectionis initium futurum eſſe ex qvodam oſſiculo in ſpinâ dorſi.

III. Pon-

III. Pontificios, aſſerentes, Humanam Chriſti naturam reſurrectionis futuram eſſe tantùm cauſam inſtrumentalem.

IV. Photinianos, qvi negant

1. homines reſurrecturos fore corporeos, ſed planè ſpirituales.
2. impios reſurrecturos, ſed ſtatim in nihilum redigendos eſſe.

V. Calvinianos, qvi negant, impiorum reſurrectionem à Chriſti merito pendere, ita ut omnibus parta ſit per Chriſtum reſurrectio ad vitam poſſibilis.

VI. Anabaptiſtas, exiſtimantes, Hominem fore poſt reſurrectionem eſſentiam plane ſpiritualem.

VII. Weigelianos, qvi ſomniant,

1. impios ſurrecturos, ſed non reſurrecturos eſſe. Sie werden ſtehen/ aber nicht aufferſtehen.
2. pios reſurrecturos fore cœleſtes, non verò corporeos.
3. carnem Adami non reſurrecturam eſſe.
4. carnem Adami eſſentialem nec ſalvari nec damnari poſſe.

Artic. CXXXIX. De corporum reſuſcitatorum qvalitatibus,

De qvibus variant non pauci ex Calv. vid. Theol. Poſ.

Artic. CXL. De extremo judicio, refellit

I. Pontificios, aſſerentes,

1. Lutheranos docere talia, qvæ cum extremo judicio conſiſtere neqveant.
2. locum extremi judicii fore vallem Joſaphat.
3. normam fore merita bonorum operum.
4. ſignum filii hominis fore crucem.
5. revelationem Anti-Chriſti ſtatim ſecuturum eſſe judicium.

II. Weigelianos, dicentes, nos negare noviſſimum diem, qvia negamus piorum animas venire in judicium, ſed ſtatim ad vitam æternam tranſire.

Artic. CXLI. De oppoſitâ ſaluti æternæ damnatione infernali, refellit

I. Pontificios, qvi dicunt 1. infernum eſſe locum ſubterraneum.

2. Chri-

2. Chriſtum ad infernum non humanâ eſſentia, ſed meritô deſcendiſſe.
3. infernum ignem eſſe elementarem.

II. Calvinianos, aſſerentes, infernales pœnas ex abſoluto decreto impiis inferri.

III. Photinianos, negantes, impios æternùm cruciandos, ſed in nihilum redigendos eſſe.

IV. Anabaptiſtas, putantes, impios & Diabolos tandem fore liberandos.

Artic. CXLII. De Naturâ ſalutis conſummatæ, ſive vitâ æterna, refellit

I. Judæos, carnales voluptates ei attribuentes.

II. Pontificios, qvi aſſerunt, 1. dari vitam æternam ex merito operum. 2. eſſe cœlum Empyreum & creatum.

III. Calvinianos, affirmantes,

1. Cœlum Dei non eſſe ubiqve.
2. Diabolos nullo modo ſub cœlo Dei contineri.
3. Cœlum beatorum eſſe locum creatum.
4. - - - corpus propriè dictum.
5. - - - ſupra cœlos aſpectabiles ſitu locali conſtitutum.
6. Cœlum beatorum & Dei eſſe prorſus idem.
7. Beatorum corpora in cœlo fore in loco propriè dicto.
8. Beatorum corpora glorioſa non poſſe penetrare non glorioſa.
9. Chriſtum in cœlo eſſe in circumſcripto loco.
10. qvodvis corpus etiam glorificatum, neceſſariò loco cingi & tangi.
11. vitam æternam dari beatis ex abſoluto decreto.

IV. Photinianos, qvi negant

1. Patribus ante Chriſtum promiſſam eſſe vitam æternam.
2. nos in vitâ æternâ eadem habituros corpora.
3. vitam æternam dari credentibus ob Chriſti meritum.

V. Weigelianos, qvi ſomniant,

1. carnem nec ſalvari nec damnari.
2. corpus terrenum non poſſe glorificari.

Syſte-

Digitized by

Systema III.
exhibens
Theologiam Exegeticam.

QVod ſæpius Medicorum Principes inculcare novimus:

Oculus Medicinæ Anatomia.

Illud meritò hâc vice poſſumus repetere.

Oculus Theologiæ Hermeneutica, atqve accurata Scripturæ S. Anatomia & orthotomia, qvæ jure dicitur

Theologia Exegetica.

Si enim vera ſunt verba Regia: Lucerna pedibus meis Verbum tuum, & lumen ſemitis meis? Pſ. 119.

Si ab ipſo Θεῦ λόγῳ appellatur Theologus?

Qvis Solem ſine lumine, qvis Theologum ſine λόγῳ Θεῦ, qvis Veritatem Divinam ſine ſenſu divino fingeret?

Qvemadmodum itaqve nullus ſine Dei ſenſu datur Dei λόγος; ita & nulla eſt Theologia Poſitiva, nulla Polemica, nulla Moralis, ſine Theologia Exegetica.

Hæc enim ſola eſt, qvæ

Arcana Revelata

profitetur, ex Deut. 29.

Hæc eſt, qvæ nebulas dubitationum ſuâ luce diſpellit, & ſplendorem Solis Juſtitiæ oſtendit, Malach. 4. dum Chriſtum in univerſa Scriptura qværit, & feliciſſimè invenit, Joh. 5.

Hæc eſt illa Pansophia Coelestis, qvæ de univerſo ſcibili triumphat (prout Alſtedius in Triumpho Biblico illud evidenter oſtendit,) & omnes Ægypti theſauros

ſauros atq; univerſum humani ingenii acumen, ad tabernaculi, ſive Eccleſiæ ædificationem offerre docet.

Hæc eſt, qvæ fideles qvadratos, & in Petra fundatos, Matth. 16. prorſus reddit immobiles, Matth. 7.

Hæc eſt, qvæ hoſtibus Veritatis capiſtrum injicit, Matth. 22. Tit. 1.

Hæc eſt, qvæ fidem & mores unicè, velut norma infallibilis, perpetuò dirigit, Gal. 6.

Hæc eſt, qvæ opinionem & ſolidam ſcientiam;

Hæc eſt, qvæ lucem & tenebras; Hæc eſt, qvæ Ægyptum & terram Goſen; Hæc eſt, qvæ aurum & ſcorias, verum & falſum, Cœlum & terram, gloriam & infernum accuratè diſtingvit.

Hæc eſt, qvæ ſimul credenda, facienda & ſperanda arctiſſimè conjungit, 1. Cor. 13. dum vera docendo errores refutat, & vitam dirigendo mores emendat, atqve afflictos erigit, 2. Tim. 3. Rom. 15.

Qvamobrem non dubitavi, Theologiæ Exegeticæ fundamenta, juxta manuductionem Veterani Interpretis, B. BALDUINI, ante XXIII. annos delineata, Theologiæ cultoribus oſtendere; ex qvibus, in gratiam eorum, qvi ſincerè æſtimant THEOLOGIAM EXEGETICAM, hæc ipſa promanarunt monita.

Qvæ forſan non immeritò

BREVE LONGUM

dixeris. Nam & tyronib9 pariter, atq; exercitatis, qvotidianum hîc offertur pietatis exercitiũ, meditationũ Sacrarum ſuſcitabulum, & tàm profectûs qvàm defectûs ſcrutinium.

Neqve enim abſolutam perfectionem, in hac viatorum imperfectione, nobis polliceri poſſumus, qvam patriæ beatorum reſervatam eſſe, ipſe ſummus in tertio Cœlo edoctus aſſerit Apoſtolus 1. Cor. 13. Qvin-

Digitized by Google

Qvin potius relegatâ peſtilentiſſimâ Omniſcientiæ Melancholiâ retinentes illud Paulinum:

Πρόσεχε τῇ ἀναγνώσει·

Attende Lectioni! 1. Timoth. 4.

ab ipſo Salvatore, omnibus & ſingulis inculcatum:

Ὁ ἀναγινώσκων νοείτω·

Qvi legit, attendat! Matth. 24.

Ἀκούετε καὶ συνίετε·

Audite & intelligite, Matth. 15.

Gratâ mente adhuc agnoſcimus, qvòd per DEI gratiam hâc in parte, B. LUTHERUS, CHEMNICIUS, GERHARDUS, HUNNIUS, BALDUINUS, HÖPFNERUS, LYSERUS, DANNHAUERUS, & alii præſtiterunt Theologi laudatiſſimi, (qvorum *σύνεσιν* & reſpondendi dexteritatem, Lucæ 2, 47. ſive ut Ariſtoteles illam vocem explicat, *ingenii acumen atq; perſpicacitatem, de rebus rectè agendis & prudenter expediendis,* cum exemplari humilitate conjunctam meritò miratur poſteritas:) & adhuc intrepidè, utinam diutiſſimè! præſtant Theologi Eminentiſſimi, Dn. D. Geierus, Dn. D. Calovius, Dn. D. Schmidius, eorumq; Imitatores celeberrimi.

Deumqve rogamus, ut theſaurum Verbi incomparabilem nobis conſervet, in ſua Veritate nos ſanctificet, tandemqve omnibus & ſingulis, qvi Scripturam S. unicè æſtimant, ex gratia concedat, ut experientiâ edocti, qvòd hæc ſit potentia DEI ad Salutem omni credenti, gratias æternæ Veritatis fonti, Patri, Filio & Spiritui Sancto, beati perſolvant interminabiles.

Fiat! Amen!

SERIES
UNIVERSÆ THEOLOGIÆ. EXEGETICÆ.

ISAGOGE

Oſtendit objectum, finem, media, diviſionem & oppoſita.

Qvæ feliciùs percipiuntur, ſi attendantur,

1. Summa, 2. Monita, 3. Exempla.

LIB. I. SUMMA

propoſita ordine explicatur.

LIB. II. MONITA

Attinent I. *Principium* cap. 1. tàm eſſendi, qvàm cognoſcendi.

II. *Subjectum* cap. 2. cujus reqviſita habentur l. d.

III. *Objectum* cap. 3. eſt Scriptura Canonica.

Qvæ conſideratur (1.) *Generaliter* Sect. 1. ubi occurrunt

Claſſe 1. *Monita Communia*

1. de Titulo.

2. de Integro libro explicando;

ubi oſtenditur Catalogus Commentatorum.

Claſſe 2. *Monita Particularia.*

(2.) *Specialiter* Sect. 2.

Ubi agitur 1. de Textu Hiſtorico Tit. 1.

2. - - Allegorico 2.

3. - - Parabolico 3.

4. - - Typico 4.

5. - - Paradigmatico 5.

NB. de Abrahamo Gen. 22.

6. - - Epænetico Tit. 6.

NB. de Pſalmis Paſſionalibus.

7. - - Prophetico Tit. 7.

8. - - Primitivo & Derivativo Tit. 8.

9. - - Legali Tit. 9.

10. - - Evangelico Tit. 10.

11. - - Apoſtolico - 11.

12. - - Apocalyptico. - 12.

IV. Di-

Digitized by Google

IV. *Directorium* cap. 4.
V. *Exercitium* cap. 5.
ubi *Sectio I. de reqviſitis S. Interpretis*,
qvæ ſunt I. *Inſtrumentalia* Claſſ. 1.
1. Philologica & Grammatica.
2. Logica.
3. Rhetorica.
4. Poëtica.
II. *Realia* Claſſ. 2.
I. *Philoſophica*:
1. Metaphyſica.
2. Phyſica.
3. Mathematica.
4. Ethica.
5. Politica.
6. Oeconomica.
7. Hiſtorico-Chronologica.
II. *Medica*.
III. *Juridica*,
& *Miſcellanea*.

Sectio II. de mediis S. Interpretis,
Qvæ ſunt 1. lectio.
2. repetitio.
3. inveſtigatio divinæ veritatis.
Cujus ſufficientia reqvirit, ut illa inveſtigatio ſit
I. *Aſſidua*,
ſive meditatio, qvæ lectionem, relectionem & prælectionem includit,
atqve cum tentatione conjuncta eſt.
II. *Accurata*.
III *Harmonica*
1. *Generaliter*
qvæ fidei analogiam reſpicit,
Cujus ſummam exhibet Catechiſmus Lutheri, & repetit Formula Concordiæ.

2. *Specialiter*, ita, ut adſit
Conformitas, qvæ reſpicit
1. *Scopum*, qvi eſt clavis totius ſermonis,
2. *Contextum* & circumſtantias.
3. *Parallelifmum*.
Qvod *illuſtratur* per exempla
1. *Ex cap. 3. Johannis:* Sic DEUS dilexit mundum.
2. *Ex cap. 9. Rom.* de figulo,
cujus perverſio refutatur ex cap. 18. Jeremiæ,
ejusqve principali ſcopo;
Unde concluditur, qvod Apoſtolus Rom. c. 9. 10. 11. neqvaqvam agat de abſoluto electionis decreto.

Sectio III. de officiis S. Interpretis,

qvæ reſpiciunt 1. actum.
2. terminum.
3. ſtimulum.

VI. *Scopum interpretationis S.* oſtendit cap. 6. qvi eſt inveſtigatæ veritatis inventio, ſive *Divinus Scripturæ ſenſus*,
Qvi fruſtrà deſideratur
1. ab Angelis.
2. ab hominibus
1. *vivis*, vel à R. Pontifice.
2. *demortuis* Sanctis,
vel *ex Patrum* ſcriptis.
Et definitur per Conceptum divini intellectûs.
Unde I. *Senſus Scripturæ eſt unus*, Tit. 1. literalis.
ſive propriè, ſive impropriè ita dictus.
ſalvâ proprietate vocum Grammaticâ & rerum Phyſicâ,
non obſtante variâ rerum applicatione ſive uſu.
Qvi ſenſus literalis non facilè deſerendus eſt.
Qvam unitatem fruſtrà negant Pontificii;
1. qvia unica eſt unius enunciationis forma.
2. de hac unicè qværitur.
3. exceptiones facilè ſolvit formatio ſtatûs controverſiæ.

Qvam

Digitized by Google

Qvam etiam non tollit combinatio,
cum fundamento comparationis præ ſuppoſito;
Qvod illuſtratur exemplo
1. Pſalmi 19.
2. promisſionis divinæ 2. Sam. 7.
& loci Prophetici Eſa. 14, 12.
atqve Apoſtolici Hebr. 4. 12.
II. *Senſus Scripturæ eſt veriſſimus*, Tit. 2.
& immutabilis atqve æternus.
III. *Senſus Scripturæ eſt bonus*, Tit. 3.
IV. *Senſus Scripturæ eſt certiſſimus*, Tit. 4.
ita, ut excludatur ſimpliciter
1. falſa perſvaſio.
2. dubitatio.
3. formido.
4. opinio.
V. *Senſus Scripturæ eſt infallibilis*, Tit. 5.
(non obſtante humanâ mediorum applicatione fallibili)
Et qvidem 1. *ratione originis*,
nec obſtat vel organum, vel ſtyli diverſitas.
2. *reſpectu objecti*,
nec obſtat diſtincta objecti notitia.
3. *ratione formæ ex θεοπνευσίᾳ*,
nec obſtat vel mendaciorum repetitio.
vel apparens contradictio.
vel hæretica perverſio.
vel interpretum diſſenſus.
4. *ratione finis.*

Nec obſtat I. *Pontificiorum* exceptio
1. de corruptione
2. dubitatione
3. præſcriptione
4. novâ revelatione
5. Patrum deciſione.
II. *Calvinianorum*

1. re-

1. reſtrictio
2. defenſio rationis
3. oppoſitio revelationis & occultationis,

VI. *Senſus Scripturæ eſt perſpicuus*, Tit. 6.

VII. *Senſus Scripturæ eſt perfectus*, Tit. 7.
ex perfecta utilitate.

VII. *Eventum Interpretationis Sacræ exhibet Caput* 7.
qvi reſpicit 1. *Deum*, cui debetur gratiarum actio.
2. *Interpretem*, qvem decet collatio.
3. *proximum*, cui debetur communicatio veritatis
tàm privata generalis,
qvàm publica ſpecialis,
tùm Academica
- - Eccleſiaſtica,
qvam oſtendit *Oratoria* Eccleſiaſtica.

Atqve ex his patet oppoſita Scripturæ S. detorſio & *perverſa Interpretatio.*

LIBER III.

Offert Exempla

Explicationis

I. Libri integri S. Codicis cap. 1.

II. Textûs particularis, cap. 2.
ubi agitur

I. de Textu Hiſtorico Tit. 1.
ubi de Jephtha Judic. XI.

II. - - Allegorico Tit. 2.
ubi de Eccleſia & de lepra.

III. - - Parabolico Tit. 3.
ubi de ſemimortuo Luc. 10.

IV. - - Typico Tit. 4.
ubi de Salomone, ejusq; ſalute.

V. - - Paradigmatico Tit. 5.
ubi de ſigno pœnarum Num. 26.
& de Monitorio peccatorum Luc. 13.

VI. de

Digitized by Google

VI. de Textu Eparnetico Tit. 6.
ubi de Pſalterio Mariæ.
VII. - - Prophetico Tit. 7.
ubi de augmento annorum Eſa. 38. & de ſcientiâ media.
VIII. - - Primitivo & derivativo Tit. 8.
ubi de excitatione Pharaonis, Exod. 9.
IX. - - Morali Tit. 9.
ubi de Regulâ Matt. 7. Quæ volueritis &c.
X. de Textu Evangelico Tit. 10.
XI. - - Apoſtolico Tit. 11.
ubi 1. de regula fidei Gal. 6.
2. judice controverſiarum.
3. fundamento fidei 1. Cor. 3.
4. abſoluto decreto Rom. 9.
XII. - - Apocalyptico Tit. 12.
ubi de Chiliaſmo.
III. Explicatio Aphoriſmi Evangelici cap. 3.
ubi de Agno DEI tollente peccata mundi Joh. 1. ejusq;
apparatu Exegetico:
Cujus *Sectio* I. *Logica.*
II. *Rhetorica.*
III. *Grammatica.*
IV. *Polemica.* ubi

CLASSIS I. Generalis.

Qv. 1. de infallibilitate.
2. autoritate.
3. perſpicuitate.
4. normâ controverſiarum.

CLASSIS II. Specialis.

Tit. 1. de particulâ Ecce.

Qv. 1. An ſenſus ſit unicus?
2. An dentur enunciationes exhibitivæ?
3. An viſus ad fidem reqviratur ?

Tit. 2. De nomine Agnus.

Q. 1. An Agnus intell. de Chriſto?

Digitized by Google

Q. 2. An Tropi locum habeant in artic. fidei?
Q. 3. An Agni innocentia ſatisfactionem excludat?
Q. 4. An Agnus excludat Deitatem?
Q. 5. An Agnus determinet humanam naturam?
Q. 6. - - excludat imputationem?
Q. 7. - - ſit datus ex gratia indebita?
Q. 8. - - detur, non datô peccatô?
Q. 9. An Agni deſtinatio DEUM peccati cauſam faciat?

Tit. 3. De Nomine DEI.

Q. 1. An Agnus DEI ſit Agnus DEUS?
Q. 2. - - - - dicatur perſonaliter?
Q. 3. - - - - datus ſit omnibus?

Tit. 4. De verbo TOLLERE.

Q. 1. An peccata in Chriſtum translata ſint?
Q. 2. An Chriſtus peccata verè portaverit?
Q. 3. - - - abjecerit?
Q. 4. - - - à nobis tollat?
Q. 5. - - portando ſatisfecerit?
Q. 6. - - - - ſit tantùm imitatio?
Q. 7. An Chriſtus ſolus peccata portaverit.
Q. 8. - - - - ſit noſtra juſtitia?
Q. 9. - - - - peccata eradicaverit?
Q. 10. An Chriſtus ſolùm portaverit originale peccatum?
Q. 11. An noſtra ſatisfactio reſtet?
Q. 12. An reſtet portatio Miſſatica?
Q. 13. An portatio ipſius Chriſti peccata reſpiciat?
Q. 14. An concurrat tàm paſſiva, qvàm activa obedientia?

Tit. 5. De voce Peccati.

Q. 1. An culpa & pœna per peccatum intelligenda ſit?
Q. 2. An ſolùm intelligantur peccata electorum?
Q. 3. An omnes ſint electi?
Q. 4. - - - - ſalventur?

Tit. 6. de vocabulo Mundi?

Q. 1. An mundus omnes denotet mundi incolas?

Q. 2.

Q. 2. An ſit mundus?
Q. 3. - univerſo mundo hoc innoteſcat?
Q. 4. - per acceptilationem hoc contingat mundo?
Q. 5. - fides mundo competat?
Q. 6. - unica ſangvinis guttula ſufficiat?
Q. 7. - neceſſaria ſit idiomatum communicatio?
Q. 8. - ideo tollatur purgatorium?
Q. 9. - ſeqvatur ſubſumtio individualis?
Q. 10. - - certitudo credentis?
Q. 11. - ſit perſuaſio inanis?
Q. 12. - tutior ſit nova revelatio?
Q. 13. - excludatur omnis agonizantium trepidatio?
Q. 14. - metus extremi judicii?

Sectio V. Didactica.
Sectio VI. Aphoriſtica.
Sectio VII. Allegorica.
Sectio VIII. Typica.
Sectio IX. Hiſtorica.
Sectio X. Ethica:

Qvæſtio 1. An liceat depingere Johannem, digito monſtrantem Agnum DEI?

Qv. 2. An liceat inter Sanctorum reliqvias aſſervare digitum Johannis Baptiſtæ, & ex ejus contemplatione peccatorum indulgentias expectare?

Qv. 3. An liceat Johannem Baptiſtam invocare ut interceſſorem?

Qv. 4. An qvia Salvator Agnus vocatur, qvem imitari convenit Chriſtianos, non liceat vel iraſci, vel ſe defendere, vel coram judice litigare, vel etiam ſontes ſuppliciô afferre, aut bella gerere?

Qv. 5. An facilis ſit liberatio à peccatis proæreticis, qvia Agnus DEI tollit peccata mundi?

Qv. 6. An ob ſublata mundi peccatata liceat baptizare Judæos, Turcas & qvoscunqve barbaros?

Sectio XI. Eucbariſtica.

I. N. J. A.

ISAGOGE.

§. 1.

T*Heologia Exegetica,* nobiliſſimum Spiritûs Sancti donum, 1. Cor. 14, 1. λόγοι Θεȣ̃ ſcriptum, ex ipſa Scripturâ explicare, & ſenſum Chriſti accuratè inveſtigatum, 1. Cor. 2. aliis tàm enunciatione qvàm ſcriptione communicare docet Theologum, ex Scripturâ ſufficienter inſtructum 2. Tim. 3.

§. 2. *Objectum eſt Scriptura ſacra,* univerſæ Theologiæ principium cognoſcendi unicum.

§. 3. *Finis* eſt inveſtigatæ Veritatis inventio, ad DEI gloriam, Interpretis perfectionem, atq; certitudinem, & per divinæ veritatis communicationem Eccleſiæ ædificatio.

§. 4. *Media* ſunt 1. Lectio, 2. Repetitio, 3. Inveſtigatio divinæ veritatis α. Aſſidua, β. Accurata, γ. Harmonica, ita, ut perpetuò conjuncta ſit 1. Oratio, 2. Meditatio, 3. Tentatio.

§. 5. *Dividitur* in partem communem & propriam.

§. 6. *Pars communis generalia* Interpretationis ſacræ objecta & media, univerſum Scripturæ codicem attinentia, oſtendit.

§. 7. *Pars propria ſpecialia* Interpretationis ſacræ objecta & media, qvoad certos Scripturæ ſacræ libros, eorumqve diſtincta capita, dicta, & momenta exhibet.

§. 8. *Oppoſitum* Theologiæ Exegeticæ eſt perverſa Scripturæ ſacræ interpretatio, qvæ illius vel *ſenſum* vel *uſum*, vel utrumq; ſimul pervertit, & Scripturam torqvet, 2. Petr. 3.

§. 9. Qvæ omnia felicius intelligere licebit, ſi ex ſeqventibus porrò attendantur

I. *Summa,*
II. *Monita &*
III. *Exempla.*

Liber

Digitized by Google

LIBER I.

Summma Theologiæ Exegeticæ.

Theologia Exegetica eſt habitus practicus ſupernaturalis, qvo Theologus, adminiculis atq; mediis interpretandi ordinariis ſufficienter inſtructus, per Spiritus Sancti gratiam, λόγον Θεοῦ ſcriptum, ex ipſa Scripturâ harmonicè, & juxta perpetuam fidei analogiam explicare, atq; νοῦν Χριστοῦ diligenter inveſtigatum aliis, tam enunciatione, qvàm ſcriptione communicare, tandemq; ad fidem & mores prudenter applicare, ejusq; uſum ampliſſimum, ad doctrinam, elenchum, pædiam, epanorthoſin, & paracleſin inculcare poteſt, ita, ut hæc ſingula faciant ad DEI gloriam, ad poſſibilem ſacri interpretis perfectionem, & ad debitam Eccleſiæ ædificationem, 1. Cor. 14. *nec non ad deſideratam certitudinem ipſius S. Interpretis.*

§. 1. *Datur omninò Theologia Exegetica.* Qvod patet *ex objecto, fine & mediis.* Nam Scriptura S. eſt anima Theologi, ejusqve nutrimentum, panopiia, directorium, alexipharmacum, & cordiale certiſſimum. vid. ſup. p. 80. NB. Sine cujus vero ſenſu Theologus planè nullus eſt. Unde & hoc ipſum docet

I. *Chriſtus*, ſummus Exegeta, Joh. 1, 13. verbo, Joh. 5. & facto, Matth. 5.

II. *Chorus* 1. *Prophetarum.* Hi enim omnes & ſinguli de Chriſto teſtantur, Actor. 10, 43. & prot-Evangelium Geneſ. 3. luculentis illuſtrant Commentariis. vid. Eſa. c. 53. & Dan. c. 9.

2. *Evangeliſtarum,* Matthæus c. 1, 22. Marcus c. 15, 28. Lucas c. 3, 4. Johannes c. 19, 36. qvi, locis citatis, Scripturæ impletionem unanimi conſenſu oſtendunt.

3. *Apoſtolorum.* Inprimis verò

1. *Paulus*, in Epiſtolâ ad Romanos, & qvæ Hebræis inſcripta eſt.

2. *Petrus*, 2. Epiſt. cap. 1. & reliqvi.

4. *Patrum,* inter qvos Hieronymus eminet, atqve Theodoretus, ob ſin-

ob ſingularem diligentiam in ſenſ9 literaiis inveſtigatione conſpicuam. Confer judicia de PP. ſup. p. 128. NB.

5. *Doctorum* Evangelicorum, qvorum agmen ducit uterq; Martinus, Lutherus videlicet, atqve Chemnitius.

§. 2. *Theologia rectè dicitur Exegetica.*

Nota 1. *Exegeſis* eſt enarratio, atqve rerum divinarum, ex ipſo Sacro codice repetita explicatio. Qvemadmodum Petrus ἐξηγήσατο, dum ipſe verum Spiritus S. ſenſum ex variis Veteris Teſtamenti dictis explicavit. Actor. 15,14. Conf. Joh. 1, 18. Et proinde differt

1. Exegeſis, enarratio.
2. Metaphraſis, translatio.
3. Paraphraſis, conjuncta translatio & explicatio.

Not. 2. *Theologia Exegetica* eſt, qvæ methodum explicandi Scripturam ſacram tradit, & Theologum Exegetam accuratè informat.

§. 3. *Theologia Exegetica ab* ἑρμηνεύω *interpretor, rectè dicitur Hermeneutica* ſive interpretatio ſacra, ex 1. Cor. 14, 13. Ratio eſt, qvia Hermeneutica eſt habitus organicus tradens modum & rationem explicandi qvamcunqve enunciativam orationem. Ita, ut 1. λόγον enunciantem â non enunciante diſtingvat. 2. Nomen & verbum, ſive ſubjectum & prædicatum, & utriusqve ſenſum, ſive affirmativum ſive negativum, accuratâ diligentiâ expendat, & ſolidam interpretationem oſtendat, etiamſi aliqvando occurrat ὁ λόγος δυσερμήνευτος Hebr. 5, 11.

Not. 1. Præcepta Ariſtotelica, in libro περὶ τῆς ἑρμηνείας de interpretatione tradita, hoc loco non repetuntur, ſed præſupponuntur, & tanqvam Organa generalia ad certum Objectum applicantur.

Not. 2. Hermeneutica humana, inprimis profana; Sacra verò, divina objecta, eorumqve ſenſum, naturam & uſum ſalutiferum ſola exponit.

§. 4. *Theologia Exegetica aliàs vocatur Prophetia.*

Not. 1. Prophetare hoc loco non eſt futura prædicere, ſed ex verbo revelato prudenter explicato, hominibus loqvi ædificationem,

& ex.

Digitized by Google

& exhortationem, & conſolationem, adeoq; Eccleſiam ædificare, teſte Apoſtolo 1. Cor. 14, 3. 4.

Not. 2. De Prophetis propriè ſic dictis vid. Art. 120. Theolog. Poſitivæ.

§. 5. *Theologia Exegetica eſt habitus.*

Not. 1. *Theologia concretè* ſive ſubjectivè & habitualiter conſiderata, rectè vocatur *Habitus*, qvatenus Theologi animo ineſt, eumqve perficit, ita, ut ejus majeſtas, & ſupernaturalis, atq; divina veritas hâc ipsâ appellatione neqvaqvam violetur. Confer Cenſuram Crameriaman Evenii.

Not. 2. *Theologia abſtractivè*, ſive doctrinaliter & ſyſtematicè conſiderata, qvatenus methodicè conſcripta proponitur, rectè appellatur *Doctrina* divinitùs revelata, notitiam rerum ſpiritualium animo Theologi inſtillans.

Not. 3. Theologia eſt habitus, non tamen humanus aut Philoſophicus, ſive induſtriâ humanâ ex naturalibus principiis paratus, ſed θεόδοτος ex divina revelatione ortus. vid. ſup. p. 2. ſeqv.

§. 6. *Theologia exegetica eſt habitus practicus*, qvod ex ejusdem Objecto, Fine & Mediis patet.

Not. 1. Theologia Exegetica eſt habitus practicus, non tamen Ariſtotelicus.

Not. 2. Praxis h. l. theoriam neqvaqvam excludit, ſed præſupponit: qvod exemplo Jurisprudentiæ, Medicinæ, & Philoſophiæ Practicæ facilè illuſtrari poteſt. Qva de re ſupra dictum eſt p. 7. ſeq. NB. Confer ſententiam Maimonidis: Studium Legis deducit ad opus, præcedit enim theoria praxin ubiqve. Vid. Hottingerum p. 71. Theſaur. Philol.

§. 7. *Theologia exegetica eſt habitus practicus ſupernaturalis.*

Not. 1. Aliud eſt interpretatio Logica, aliud verò Theologica. Illa naturalis, hæc verò ſupernaturalis eſt habitus.

Not. 2. Theologia Exegetica eſt præclarum Spiritus Sancti donum, 1. Cor. 14, 1.

§. 8. *Subjectum Theologiæ Exegeticæ eſt Theologus.*

Not. 1. Theologus Exegeta eſt, qvi non ſolùm habitu Theologiæ Poſitivæ,

Poſitivæ, Polemicæ & Moralis; verùm etiam mediis atqve adminiculis interpretandi ſufficienter inſtructus eſt. Cui meritò ſuſpecta eſt affectata interpretatio fanatica.

§. 9. Media interpretandi præſupponunt adminicula.

Not. 1. *Adminicula* interpretationis ſacræ ſunt partim Philologica, partim Philoſophica.

Not. 2. *Media* ordinaria ſacræ interpretationis ſunt 1. Lectio, 2. Repetitio, 3. Inveſtigatio divinæ Veritatis 1. aſſidua, 2. accurata, 3. harmonica.

§. 10. Interpretatio ſacra reqvirit Spiritûs Sancti gratiam.

Not. 1. *Gratia* Spiritûs S. eſt, qvæ ex indigno dignum, ex inſcio ſapientem, & ex inepto facit aptiſſimum. Confer. Theol. Poſit. & Manuale Theol. Artic. 90.

Not. 2. *Gratia Spiritus Sancti* precibus impetrata præſtat, ut interpres & verba, & verborum ſeriem, & ſenſum, & ſenſûs divini objecta revelata, & ſenſûs revelati uſum, qvoad fidem & mores, inveſtigare, atqve aliis communicare poſſit.

§. 11. λόγος Θεοῦ *primùm enunciatione, dein ſcriptione hominibus communicatus, eſt adæqvatum Theologiæ Exegeticæ Objectum*, qvod veras, per certa ſymbola, tàm legenti qvàm audienti enunciationes exhibet. Nam ordine datur 1. res, à DEO, naturâ & arte producta, 2. notio, 3. vox, 4. litera ſcripta. *Conceptus* enim eſt notio in mente ab intellectu agente, ex phantaſmate formata, objectum intellectui repræſentans.

Not. 1. λόγος h. l. notat *verbum*, qvô qvis alteri loqvitur, & aliqvid potentiæ cognoſcendi ſignificat, aliud enim eſt *vox, ſive ſonus*, ab ore animalis prolatus, ad affectus animalis exprimendos: aliud verò *ſermo*, ſive vocum articulaturum diſpoſitio, ad communicandos conceptus neceſſaria; conſtans nomine & verbo, ſive certo ſubjecto & prædicato, qvæ ad enunciationem Logicam neceſſaria ſunt. Conf. infra lib. 2. c. 5. Tit. 2. reqviſita interpretis logica. Et *ſermo* eſt facultas animæ rationalis ad res mente conceptas enunciatione manifeſtandas ordinata.

Not. 2.

Not. 2. *Loqvi* eſt ordinare & dirigere noſtram mentem ad alium, uti oſtendit Johannes de *Lugo*, Cardinalis, Diſp. 1. de Virtute fidei divinæ Sect. 8. §. 164.

Not. 3. *De eſſentiâ locutionis* veræ non ſolùm eſt, qvod per illam qvi loqvitur, aperiat audienti rem dictam, ſed etiam qvòd manifeſtet conceptum internum, qvem habet de illo objecto, l. d. Sect. 10. §. 197. vide infra §. 15.

Not. 4. *Loqvitur natura intelligens*, DEUS, Angelus & Homo. Ideò non obſtante locutionis diverſitate & locutionis modo, λόγος tàm Creatori, qvàm Creaturis, viſibilibus & inviſibilibus, tribuitur, ita ut verbum ſuô modô competat 1. DEO, 2. Angelo, 3. Homini.

Not. 5. λόγος Θεοῦ notat λόγον 1. ὑποστατικὸν, ſive æternum DEI Filium. Joh. 1, 1. 14. 1. Joh. 1, 1. Apoc. 19, 13.

2. Ἐνδιάθετον, ſive æternum veritatis conceptum, qvæ aliàs Theologia vocari ſolet Archetypa, cui Ectypa reſpondet, vid. ſuprà pag. 1. ſeqq.

3. Προφορικὸν, ſive externum verbi interni ſymbolum in divinâ revelatione adhibitum. Ubi revelationis varietas non variat ipſam objecti revelati veritatem. Confer de allocutione, ſomnio, viſione & inſpiratione infra lib. 2. c. 3. Tit. 7. de textu Prophetico.

Not. 6. *Verbum DEI* dicitur 1. *Verbum potentiæ*, & reſpicit rerum tùm productionem, ut verbum creationis, Gen. 1, 3. ſeq. tùm ſuſtentationem atqve conſervationem ordinariam, Hebr. 1, 3. & extraordinariam, videlicet miraculoſam.

2. *Verbum gratiæ*, tùm enunciatione, tùm ſcriptione communicatum, & reſpicit tàm veri, qvàm boni ſupernaturalis, credendorum & faciendorum manifeſtationem.

Not. 7. *Manifeſtatio Verbi* eſt vel Nuda, per dicta & exempla, vel Conjuncta cum mandato, qvæ aliàs *Verbum mandati* appellatur, qvale occurrit Matth. 28, 19. aut cum interdicto, Gen. 2, 17. Mandati verbum enunciatur vel *ſimpliciter*, vel cum adjuncta promiſſione & *benedictione*, qvæ multiplicat eſſe, & confert omnia bona 1. externa, 2. interna, 3. æterna: *vel male dictione*, Devt. 27, 15. ſeq. qvæ ſubtrahit, privat aut deſtruit. Utrumqve *verbum* ſive ſit Legale, ſive Evangelicum, modô ſuæ naturæ conveniente, *dat eſſe, vel beneficio, vel promiſſioni, vel*

pœnæ, vel comminationi, idq; non ſolùm actu, ut locutio præſens, ſed etiam in futuro, ut prædictio, reſpiciens certiſſimè futuram prædictionis impletionem.

Nota. 8. Promiſſio eſt futurorum bonorum enunciatio: Cui opponitur *Comminatio*, quæ eſt futurorum malorum denunciatio. Qva de re agit Theol. Poſitiva art. 77.

Poriſma 1. Ergò *objectum* Theol. Exegeticæ non conſtituunt *voces*, qvas reddunt ἄψυχα, inanimata, tibia & cithara, & tuba, dans φωνὴν ἄδηλον & incertam vocem, 1. Cor. 14, 7. ad 11. Attenditur enim h. l. *lingva*, qvæ dat *ſermonem ſignificantem*, εὔσημον λόγον, ut intelligatur locutio τὸ λαλούμενον. (confer v. 22.) Nam γλῶσσαι εἰς σημεῖον, *lingvæ ſunt in ſignum*, ſive ſymbolum, ut conceptus mentalis exprimatur, & occulta cordis manifeſta fiant, κρυπτὰ φανερὰ v. 25. vide infra lib. 2. c. 5. §. 3. 4. 5. de enunciatione Logicâ.

Poriſma 2. Ergo ad *objectum* Theol. Exegeticæ vel maximè ſpectat conceptus, inprimis verò verus.

Nota. 1. *Conceptus ſimplex* eſt νόημα ſive notio expers veritatis & falſitatis.

Not. 2. *Conceptus compoſitus* eſt vel verus vel falſus.

Not. 3. *Veritas* eſt vel in eſſendo *Metaphyſica*, vel in cognoſcendo *Phyſica*, unde ſeqvitur veritas in ſignificando *Logica*, & in enunciando *Ethica*.

Not. 4. *Veritas in eſſendo* dicitur adæqvatio rerum cum intellectu divino. Qvia convenientia illa rerum in naturâ exiſtentium cum intellectu divino, intelligente res tales eſſe, qvales voluit eſſe, nihil aliud eſt, qvàm rei veritas, vid. infra lib. 2. cap. 6. Tit. 2. de veritate Scripturæ S. NB.

Not. 5. *Veritas in cognoſcendo* eſt adæqvatio, ſive conformitas notionum mentis cum re ipſâ.

Not. 6. Veritas eſt *in rebus*, ut in cauſa; *in mente*, ut in ſubjecto; *in voce*, ut in ſigno.

Not. 7. *Veritas in cognoſcendo* eſt vel *ſimplex, noëtica*, qvæ reſpicit reî qvidditatem, ejusqve conſeqventia: vel *complexa*, ubi intellectus rem cum re comparat, & conceptum res illas repræſentantem cum rebus ipſis confert.

Not. 8.

Not. 8. *Veritatis natura complexæ veritati maximè propriè convenit,* ob compoſitionem & diviſionem conformitatis, vel difformitatis. Ita tamen, ut nihilominus *etiam in ſimplicibus notionibus* & verbis deprehendatur veritas, qvæ Veritas vocatur ſimplex. Quod ipſum B. Höpfnerus libr. de Interpretatione p. 450. probat 1. *ex definitione,* qvia omnis conformitas cum re eſt veritas in cognoſcendo. Sed apprehenſio rei, ut eſt, per conceptum ſimplicem, eſt conformitas conceptus cum re. Ergò talis apprehenſio eſt veritas. 2. *ex intellectione divinâ,* ubi non datur compoſitio & diviſio, ſed cognitio rerum per intuitivam notitiam [videt enim omnia, qvæ fecit, eſſe valdè bona. Gen. 1.] & tamen in intellectione divina eſt veritas.

Nec obſtat *autoritas Ariſtotelis.* Qvi veritatem ſecundæ mentis operationi tribuit. Hoc enim intelligit καϑ᾽ ἐξοχὴν, qvia in ſecunda operatione non tantùm res eſt in intellectu ſubjectivè, verùm etiam *veritas objectivè,* ita, ut intellectus rem cum re, & conceptum cum conceptu conferat, & affirmando veritatem aſſerat, vel negando negeт. Et qvia *veritas complexa propriè oppoſitam* habet falſitatem; veritas verò ſimplex oppoſitam habet ἄγνοιαν ſive ignorantiam.

§. 12. *Scriptura ex ipsâ Scripturâ S. explicanda eſt.* Aliàs enim verba divina verbis humanis explicata, interpretationẽ gignerent humanam & prorſus heterogeneam. NB. §. 15.

§. 13. *Interpretatio Scripturæ ſacræ reqviritur Harmonica.*

Not. 1. *Harmonia Scripturæ ſacræ* eſt perpetuus conſenſus omniũ & ſingulorum librorum, capitum, dictorum atqve momentorum totius ſacri codicis. Qvia Verbum DEI eſt veritas, adeoqve veriſſimum, Joh. 17. Pſalm. 119. 142. qvod emphaſis abſtracti pro concreto innuit, Daniel. 9, 24. & Spiritus Veritatis nunqvam ſibi contradicit.

Not. 2. *Harmonia Scripturæ* tam Univerſalis, qvàm particularis, qvoad ſingulorum capitum atqve dictorum connexionem, ſcopum atqve contextum, cum parallelismo Spiritus Sancti, ſemper ob oculos verſari debet ſacro interpreti.

§. 14. *Analogia fidei eſt interpretis ſacri directorium infallibile.*

Not. 1. *Analogia* h. l. Symphoniam, congruentiam & harmoniam reqvirit exactiſſimam.

Not. 2. *Analogia fidei* eſt conſtans & perpetua Scripturæ Sacræ convenientia, & Canon infallibilis, tam credenda qvàm facienda dirigens. vid. infra lib. 2. c. 5. Tit. 3. §. 7.

§. 15. *Genuinus interpres* νȣ̃ν Χριςȣ̃ *diligenter inveſtigatum invenit.*

Not. 1. *Senſus Chriſti* eſt divina Veritas, qvam ex verbo revelato per gratiam Spiritus Sancti cognoſcimus. Unde Johannes ait 1. Epiſt. c. 5, 20: Scimus, qvòd Filius DEI venit, & dedit nobis mentem *διάνοιαν*, ut cognoſcamus illum, qvi verus eſt. Et *Chryſoſtomus* Homil. 7. in 1. Cor. 2. col. 385. dicit: Ea ſcimus, qvæ ſunt in mente Chriſti. Nam menti noſtræ ſua indidit Chriſtus, *ὁ Χριςὸς τὰ ἑαυτȣ̃ τῇ ἡμετέρᾳ ἐνέθηκε διανοίᾳ.*

Not. 2. *Qvi qværit*, invenit. Matth. 7. Joh. 5.

Not. 3. *Veritas inventa* omnes theſauros antecellit Pſal. 119.

§. 16. *Fidus interpres ſenſum Chriſti inveſtigatum aliis communicat.*

Not. 1. *Interpres Scripturæ Sacræ* non modò ſeipſum perficit 2. Tim. 3. verùm etiam auditores ſuos ſimul ſalvat, 1. Tim. 4.

Not. 2. *Perfectio auditorum* peragitur ſenſûs divini communicatione.

Not. 3. *Communicatio* ſenſus divini tam enunciatione qvàm ſcriptione perficitur.

§. 17. *Communicationem ſenſus divini ſeqvitur applicatio.*

Not. 1. *Applicatio ſenſus* divini tam fidem, qvàm mores reſpicit.

Not. 2. *Fides* non ſolùm aſſeritur & probatur; verùm etiam defenditur contra adverſarios. *Mores* verò auditorum vel diriguntur ab interprete ſacro; vel emendantur, vel eriguntur per ſolatia Spiritûs Sancti. Qvos fines Apoſtolus conjungit 2. Tim. 3. & Rom. 15.

§. 18. *Finis ergò Theologiæ Exegeticæ eſt inveſtigatæ Veritatis inventio, ad DEI gloriam, Interpretis perfectionem, & Eccleſiæ ædificationem.*

Digitized by Google

Not. 1. *Gloria DEI* eſt omnium actionum noſtrarum finis ſummus & unicus. 1. Cor. 10. 31.

Not. 2. *Inventa Veritas* eſt ſcopus Interpretis ſacri, cujus præſentia laborem inveſtigantis terminat.

Not. 3. *Perfectio* Interpretis ſacri ex Veritatis divinæ, ejusqve veri ſenſus inveſtigatione ſucceſſivâ, certos admittit gradus.

Not. 4. *Certitudo* deſiderata eſt ſumma Interpretis Sacri felicitas. vid. infra NB. lib. 2. c. 6. Tit. 4. p. 171. Confer Philippi metum & trepidationem, qvando veritas verborum inſtitutionis Cœnæ Dom. explicanda erat: Et Calvini incertitudinem, qvam refert Peuceri Narratio Hiſtorica, de Cœna, p. 77.

Not. 5. *Ædificatio* Eccleſiæ per interpretationem ſacram continuata, 1. Cor. 14, 3. 4. unicum fidei fundamentum, Petram ſalutiferam Matth. 16. attendit, ut ſcoriis abjectis, aurum in igne tentationis perennare poſſit, 1. Cor. 3.

Qvæ omnia pleniùs oſtendit ſeqvens Lib. II.

LIBER II.
Theologiæ Exegeticæ, exhibens MONITA Interpreti ſacro minimè negligenda.

Monita, qvæ Interpretem ſacrum perficere poſſunt, inprimis attinent 1. Principium, 2. Subjectum, 3. Objectum, 4. Directorium, 5. Exercitium, 6. Scopum, 7. Eventum Theologiæ Exegeticæ atqve interpretationis ſacræ, uti patebit ex ſeqventibus.

CAPUT I.
De Interpretationis Sacræ principio.

§. 1.

Principium, à qvo interpretatio ſacra dependet, eſt vel eſſendi, vel cognoſcendi.

§. 2. *Principium eſſendi*, eſt DEUS *Pater*, per Filium Exegetam loqvens, Joh. 1. Hebr. 1. *Filius* æterni Patris λόγ☉ omnia revelans ex ſinu Patris, Joh. 1. mentem diſcipulorum aperiens, τὸν νοῦν, ut potuerint intelligere Scripturas, συνιέναι Luc. 24, 45. & *Spiritus Sanctus*, 1. Cor. 14, 12. 4. per qvem Chriſti mentem habemus, 1. Cor. 2.

§. 2. *Principium cognoſcendi* eſt revelatio divina Scripturis exarata, hominem DEI perficiens, 2. Tim. 3. ut ſe & auditores ſuos ſalvare poſſit. 1. Tim. 4.

Canon. Et DEI revelantis gratia, & verbi revelati intellectus, precibus indefeſſis à DEO impetrandus eſt, exemplo Davidis, Pſal. 119. Vid. Hieronymi Epiſt. ad Paulinum, ubi oſtendit & precibus & manuductore opus eſſe, ut aperiatur liber obſignatus, & addit: ſola Scripturarum ars eſt, qvam ſibi omnes paſſim vendicant, & ad ſenſum ſuum incongrua aptant teſtimonia: qvaſi grande ſit, & non vitioſiſſimum docendi genus, depravare ſententias, & ad voluntatem ſuam Scripturam trahere repugnantem.

Poriſmata. I. Ergò principium Theologiæ Exegeticæ neqvaqvam eſt *afflatus fanaticus* Weigelianorum, Qvackerorum, & Enthuſiaſtarum; nec *monitor* nocturnus, de qvo adhuc, ater an albus fuerit, dubitare cogitur interpres. Confer Chemnitium de fundamentis Cœnæ Dom.

II. Ergo Principium Theologiæ Exegeticæ non eſt *Spiritus privatus.*

III. Ergò principium Theologiæ Exegeticæ non eſt *ulla humana autoritas*, ſive Judæi, ſive Chriſtiani, adeòqve

1. nec Scrinium pectoris *Romani Pontificis.*
2. nec *Conciliorum* decreta.
3. nec *Patrum* opiniones aut conſenſus imaginarius.
4. nec *Scholaſticorum* ſententia.
5. neq; Eccleſiæ Romanæ autoritas, præſcriptio, & ſimilia.

De

Digitized by Google

De qvibus Hunnii pellis ovina videri poteſt, cum monitis, in Methodo ſtudii Theologici explicatis, & ſupra Theol. Poſit. artic. 5. 113. & 114.

CAPUT II.
De Subjecto Theologiæ Exegeticæ.

§. I.

Subjectum Theologiæ Exegeticæ eſt Homo DEI, ad omne opus bonum ſufficienter inſtructus. 2. Tim. 3.

Not. 1. *Reqviſita* Theologi Exegetici ſunt accurata cognitio non ſolùm Philologiæ & Philoſophiæ, verùm etiam inprimis

1. Scripturæ Sacræ.
2. Librorum Symbolicorum.
3. Theologiæ Poſitivæ, Polemicæ & Moralis.
4. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, Conciliorum, Patrum, Scholaſticorum & Scriptorum Lutheri.

De qvibus omnibus videri poteſt Methodus ſtudii Theologici.

Not. 2. *Perfectio* Theologi vel graduum eſt, vel partium, de qva dictum eſt l.d.

§. 2. *Fructus Theologiæ Exegeticæ etiam ad auditores redundat.*

Not. 1. Diſtincta ſunt Scripturam *intelligere*, & Scripturam accuratè *explicare*. Hoc Doctorum, illud verò & Auditorum eſt.

Not. 2. *Intelligentiæ veritatis certi dantur gradus*; ſalvâ ipſius veritatis naturâ. Sic v. g. Imago Roſæ ſpectatur ſimul à pictore & à ruſtico. Uterqve agnoſcit ſimilitudinem cum prototypo. Ruſticus videt qvantum ſatis; pictor verò plus, plenius, clarius, dum ſimul colorem, umbram, figuram & proportionem examinat. Ita etiam Chriſtus in Scripturâ depictus Galat. 3, 1. tam à Doctore, qvàm ab Auditore laico conſpicitur. Qvilibet videt, qvantum ad ſalutem ſufficit, Joh. 20. non obſtante perfectionis gradu, qvi in Theologo major, in laico minor eſt. Huic enim veritas ſufficit, qvam ille ex fontibus examinat, probat, cum parallelis confert, & ab adverſariorum depravatione ſimul vindicat.

Poriſma

Poriſma I. Ergò *Lectio Scripturæ Sacræ etiam ad Laicos* jure divino pertinet. Qvicunqve enim perScripturam credere & per fidem ſalvari debent, propter illos Scriptura exarata eſt, Joh. 20. ut qvilibet in lege Domini meditetur die ac nocte, qvò ceſſante actu nunqvam ceſſet affectus, Pſal. 1. Confer Theol. Poſit. & Manuale Theol. art. 5.

II. Ergò fruſtrà *Pontifex Romanus* ſibi ſuisq; arrogat de facto, qvod tamen jure divino pertinet ad univerſos atqve ſingulos.

§. 3. *Scripta adverſariorum Exegetica ſingularem Lectoris reqvirunt prudentiam. Neqve enim omnes*, qvicunqve immenſos conſcribunt commentarios, *nomine ſacri interpretis* gaudere poſſunt, dum non DEI gloriam aut Veritatis manifeſtationem, aut lectoris ſalutem qværunt, ſed potius humanas traditiones, fabulas, & ſuperſtitiones diſſeminare conantur.

De qvibus jure licet repetere M. A. de Dominis judicium, qvod de Baronio habet l. 7. Reip. Eccleſ. cap. 10. n. 97. Annales illi (& Seductorum ingentia volumina) ſtudioſo homini *laborem duntaxat imminuere poſſunt*, dum in illis collecta facilè eſt cernere, qvæ per plurimos libros ſparſa ſunt, qvos omnes neqve facilè eſt cuiqve obvios habere.

Reliqva omnia, qvæ autor ex ſe interſerit, ſive illa ſint Theologica, ſive moralia, ſive eruditoria, ſive in qvocunqve dicendi ſcribendiq; genere, *floccifacienda omnia*. Siqvidem judicia Baronii aut levia ſunt, aut imperita, aut depravata.

CAPUT III.

De Objecto Theologiæ Exegeticæ.

§. 1.

O*Bjectum Theologiæ Exegeticæ eſt Scriptura Sacra Canonica.* NB. vid. Haupt-Schlüſſel *ab initio annotationum Bibl. German.*

Not. 1. De *Canone* & libris Canonicis agit Theolog. Poſitiva artic. 5. §. 11.

Not. 2.

Not. 2. *Libri Apocryphi* interdum etiam publicè proponi poſſunt auditoribus, ita tamen, ut omnis eorum autoritas, unicè dependeat ex conſenſu cum libris Canonicis, qvorum divinam veritatem qvatenus & in qvantum illi repetunt, eatenus audiuntur; ubicunqve verò Canoni contradicunt, meritò rejiciuntur. vid. l. d. Artic. 5.

§. 2. *Objectum Theologiæ Exegeticæ vel generaliter vel ſpecialiter conſiderari poteſt.* vid. Sect. 1. ſeq.

Not. 1. Accuratus Scripturæ Interpres attendit tum *fontes*, tum accuratiſſimas Scripturæ S. *verſiones*.

Not. 2. *Fontes* Hebr. exhibent editio Veneta, & Pariſienſis Roberti Stephani in folio minori. Anno 1539. & 1544. cum annotationibus R. Dav. Kimchi in Prophetas, & Bibl. Buxtorfii in fol. cum notis Rabb.

Not. 3. *Fontes* cum verſione interlineari edidit Arias Montanus, & cum Verſione Chaldaica, Syriacâ, Samaritanâ, Arabica, Æthiopicâ, Perſicâ, & Græcâ LXX. Interpr. *Brianus Waltonus*, & *Elias Hütterus*, qvi Noribergæ edidit An. 1599. in folio Biblia Hebr. Chald. Lat. Græca & Germanica atqve Gallica. Et Novum Teſtamentum ibid. Ann. 1599. XII. Ling. Syriacè, Hebr. Græcè, Latinè, Germ. Bohem. Italic. Hiſpan. Gallic. Anglicè, Danicè & Polonicè.

Sect. I.
De Objecto generali Theologiæ Exegeticæ.

§. 1.

G*Enerale Objectum Theologiæ Exegeticæ ſunt omnes libri Canonici, tam Veteris, qvàm Novi Teſtamenti.* Et qvidem non ſolùm δυσνόητά τινα 2. Pet. 3. 16. verùm etiam evidentiſſima Scripturæ dicta ad uſum transferenda.

§. 2. *In Veteri Teſtamento occurrunt Scripta 1. Moſaica (cum reliqvis Hiſtoricis) 2. Prophetica, & (Hagiographa.) 3. Davidica*, ex partitione ipſius Salvatoris Luc. 24. (qvamvis & illa pertineant ad libros Hagiographos.)

§. 3. *In Novo Teſtamento explicandus occurrit liber, vel* Hiſtoricus, *Evangeliſtæ Matthæi, Marci, Lucæ, Johannis, & Acta Apoſtolica; vel* Dogmaticus, *qvales ſunt Epiſtolæ Apoſtolicæ; vel* Propheticus, *qvalis eſt Apocalypſis Johannis.*

§. 4. *Monita de his libris ſunt vel Communia vel particularia.*

§. 5. *Monita Communia* attinent cujusvis Scripti Canonici 1. Titulum. 2. Librum ipſum.

§. 6. *Monita particularia* reſpiciunt libros ſingulos.

CLAS. I.

Monita Communia
I. de Titulo.

§. 1.

T*itulus libri explicandi* partim autorem, partim Autoris Sacri Scriptum ſive librum ipſum attendere jubet.

§. 2. *Autor libri Canonici* vel immediatus, vel mediatus eſt.

§. 3. *Autor immediatus* librorum Canonicorum eſt Spiritus Sanctus, Luc. 1. Pſal. 45. 2. Petr. 1. à qvo Scriptura ſacra vocatur θεόπνευστος 2. Tim. 3.

§. 4. *Autor mediatus* alicujus libri Canonici, ſi nomen non ſit expreſſum, ſalvâ ejus Canonicâ autoritate, ignorari poteſt. v. g. Libri Chronicorum, Eſther &c.

Monita Communia
II. de integro libro explicando.

§. 1.

E*xplicationem* integri alicujus libri meritò præcedit 1. *Nomen libri.* 2. *Autor.* 3. *Autoritas.* 4. *Occaſio ſcribendi.* 5. *Chrono-*

5. *Chronologia.* 6. *Principale Objectum.* 7. *Scopus.* 8. *Summa.* 9. *Partitio.* 10. *Definitio.* 11. *Utilitas.* 12. *Catalogus* potiſſimorum Autorum, qvi tam ex antiqvioribus, qvàm recentioribus eundem librum illuſtrare conati ſunt.

§. 2. Qvæ ſingula rectiùs ex obſervationibus ſeqventibus intelliguntur.

Obſerv. 1. *Nomen* libri, ipſius inſcriptio offert.

Obſerv. 2. *Autor* inprimis qvoad nomen, officium, v. gr. Propheticum vel Apoſtolicum &c. & officii præſtantiam conſiderandus eſt.

Obſerv. 3. *Autoritas* librorum Canonicorum (qvæ eſt perfectio cognita vid. Theol. Poſit. art. 5. p. 216. NB.) vel maximè probatur 1. *ex principio* Canonico: Hoc dicit Dominus Eſa. c. 1. 2. *à genere doctrinæ* Canonicæ. 3. *ab Autoris* canonici certitudine. 4. *ab idiomatis* canonici in Veteri Teſtamento Hebræi, in Nov. Teſtamento Græci, ſanctitate. 5. *ex harmonia* cum univerſo canone. 6. *ex ſtyli* majeſtate 7. *ex Eccleſiæ* primitivæ teſtimonio. 8. *ex interno Spiritûs Sancti ſuffragio*, qvod neqvaqvam Enthuſiaſticum eſt, ſed ab ipſo Spiritu S. per devotam Verbi divini lectionem in cordibus noſtris excitatur. De qvibus omnibus *Hunnius & Gerhardus* de Scripturâ Sacra, nec non *Glaſſius* in Philologiâ ſacrâ fuſiſſimè agunt. Confer Haupt-Schlüſſel ab initio Annot. Bibl. Germ.

Obſerv. 4. *Occaſio ſcribendi* particularis, (qvæ ſæpè in Epiſtolis occurrit Apoſtolicis, qvas v. gr. Paulus Eccleſiæ Romanæ, vel Corinthiacæ &c. inſcripſit) neqvaqvam tollit ſcopum, omnes & ſingulos lectores informandi Catholicum, qvem Apoſtolica reqvirit vocatio, ut omnes ubiqve gentes doceant, Matt. 28. Marc. 16.

Obſerv. 5. *Chronologia* Interpreti ſacro minimè negligenda eſt, qvia non rarò inſtar Clavis, graviſſimas aperire poteſt difficultates. Qvâ de re infra dicendum, qvando de interpretationis ſacræ adminiculis agendum erit.

Obſerv. 6. *Principale Objectum* ex principali ſcopo & totius libri connexione facilè colligitur. Sic v. g. principale objectum totius libri Eſther eſt exoptatiſſima *Eccleſiæ preſſæ liberatio*, ab innumeris perſecutorum periculis, per Eſtheræ atqve Mardochai exaltationem, qvæ Hamano paravit interitum.

Obſerv. 7. *Scopus* univerſæ Scripturæ Canonicæ ſummus atqve perpetuus eſt Chriſtus, Johan. 5. cap. 20. Semen promiſſum, Gen. 3. cujus *certitudinem* urget Moſes, Prophetæ, & Pſalmi in Veteri Teſtamento; *exhibitionem* verò docent univerſi Evangeliſtæ atqve Apoſtoli per ſingulos Novi Teſtamenti libros, *ſalvo cujusvis libri ſcopo ſpeciali.* Sic ſcopus univerſæ diſputationis totius libri Jobi ſpecialis eſt, *probatio*, qvod DEUS etiam pios probare & variis calamitatibus exercere poſſit, ſalvâ juſtitiâ, etiamſi extraordinarias illas & ſummas adverſitates extraordinariis & graviſſimis peccatis non ſint meriti. Et qvod falſiſſima ſit illa conſeqventia: Jobus graviſſimè affligitur, ergò eſt graviſſimus peccator, cujus hypocriſis, injuſtitia & alia ſcelera juſtiſſimam ſupremi Vindicis iram attraxerunt. Qva de re agit inſignis Lutheri præfatio in Jobum, & Theol. Poſit. art. 108. §. 7. NB.

Obſerv. 8. *Summa* totius libri, qvo paucioribus verbis comprehendi poteſt, eò felicius atqve facilius memoriæ imprimitur. Sic v. g. univerſum *Pſalterium* eſt Oratoria ſacra; *Geneſis* eſt Hiſtoria Hiſtoriarum: *Eccleſiaſtes* eſt ſpeculum Antitheticum Vanitatis & Æternitatis.

Obſerv. 9. *Partitio* ſimpliciſſimè nobiliora totius libri objecta oſtendit, &, non obſtante arctiſſimâ ſingulorum capitum connexione, nihilominus per diſtinctas partes univerſum negotium proponit. Sic v. g. *Geneſis* Hiſtoriam 1. antediluvianum, 2. diluvianam, 3. poſtdiluvianam exhibet, in qva eminet *proſopographia Patriarcharum*, qvorum potiores ſunt 1. Adam. 2. Noah. 3. Abraham. 4. Iſaac. 5. Jacob. 6. Joſeph. Sic *Exodus* eductionem Iſraelitarum ex Ægypto, ejusqve 1. antecedentia, 2. concomitantia, 3. conſeqventia exponit.

Obſerv. 10. *Definitio* communem Scripturæ Sacræ definitionem ex cauſis, tàm externis qvàm internis conflatam, ſingulis libris canonicis accommodat, ut ex illa autoritas ſimul & utilitas ſcripti explicandi cuivis patere poſſit. Sic v. g. *Geneſis* eſt verbum DEI impulſu Spiritûs S. à Moſe, Prophetarum Chorago, literis Hebraicis conſignatum, de Eſſentia & voluntate DEI nos inſtruens; ut promiſſionem de Chriſto apprehendentes, in eum credamus, & per fidem ſalutem habeamus æternam, Johan. 20. *Ratio*; qvia & hæc verbi revelati pars homogenea

Digitized by Google

genea eſt Verbum non hominis, ſed ipſius DEI, 1. Theſſ. 2. 13. adeoq; eſt potentia DEI, ad ſalutem omni credenti Rom. 1. vid. Theol. Poſit. art. 5. & 124. NB.

Obſerv. 11. *Utilitas* cujusvis libri Canonici juxta Pauli manuductionem, 2. Tim. 3. Rom. 15. potiſſimùm datur qvintuplex. Univerſa enim Scriptura & ſingulæ ejus partes homogeneæ faciunt I. ad *Didaſcaliam*, ut fides vera, vita ſincera & beata analyſis, cuivis legenti 1. ex Theologia, 2. Anthropologiâ, 3. Chriſtologiâ oſtendatur.

II. Ad *Elenchum* hoſtium gratiæ, fautorum rationis, operariorum, (qvorum ſingula facta ſingula ſunt merita) & qvicunq; Veritatem revelatam vel ex ratione, vel ex traditione impugnare conantur.

III. Ad *Pædiam*, ut excitet fidem, ſpem, charitatem, preces, fiduciam, patientiam. Rom. 15.

IV. Ad *Epanorthoſin* Atheiſtarum, Epicureorum, Empæctarum, Hypocritarum, Pſeudo-Chriſtianorum, & ſingulorum, qvicunqve opera carnis & tenebrarum amant, de qvibus Gal. 5. & Joh. 3.

V. Ad *Paracleſin* ex DEI providentiâ, præſentiâ, & paternâ benevolentiâ; ex Chriſti merito ejusq; univerſalitate, ex Spiritûs Sancti vocatione, aſſiſtentiâ, regimine Pſalm. 143. & finali conſervatione Rom. 8. Matth. 24. De qvibus omnibus pleniorem inſtructionem exhibet Oratoria Eccleſiaſtica.

Obſerv. 12. *Catalogus Autorum* ſelectiorum, qvos non numerare, ſed ponderare decet, qvi poſt Theodoretum, Hieronymum, Ambroſium, Auguſtinum, Chryſoſtomum, Origenem, & alios Patres, libros Biblicos accuratâ diligentiâ illuſtrarunt, ſup. p. 158. videri poteſt in Methodo Studii Theologici & in annot. Bibl. Dn. D. Calovii. Hoc loco paucos, & qvi paucis multa monent, notare ſufficit. Nam (præter annotationes Criticas Poli in univerſa Biblia) extant ferè innumeri, inter qvos

In Geneſin, poſt Lutherum, eminent B. Geſnerus, Selneccerus, Gerhardus, & DN. D. Calovius. Conferantur ejusdem Annotationes contra Grotium: nec non Mercerus, & Riveti Exercitationes.

In *Exodum* Rungius & Rivetus.

In *Leviticum* Chytræus, Pelargus, & Franzii Schola Sacrificiorum.

In *Numeros* Chytræus, Pelargus, Lorinus.

In *Deuteronomium* Gerhardus, & Coccejus in ultima capita.

In *Joſuam* Chytræus & Maſius atqve Cajetanus.

In *Libr. Judicum* Chytræus.

In *Ruth* Balduinus.

In *Libr. Samuelis & Regum* Petrus Martyr, Strigelius, Sanctius, & Mendoza in priora capita lib. I. Samuelis.

In *Libr. Chronicorum* Lavaterus, & Sanctius.

In *Libr. Eſdræ, Nehem. & Eſther*, Druſius, Lavaterus, Wolffius, Piſcator.

In *Jobum* D. Schmidius, Coccejus, Mercerus, Pineda, & Olympiodori Catena Patrum, cujus libri Summam, ſenſum & uſum ſimul exhibent Homiliæ Germ. F. D. D. Gottfr. Olearii.

In *Pſalmos*, præter particulares Lutheri & Tarnovii explicationes & Comm. MS. Höpfneri, Dn. D. Geierus, Geſnerus, Simeon de Muis, Mollerus, Bucerus, Lorinus. Inprimis verò Dn. D. Calovius in Ann. V. T. cujus vindicias qvoad Pſalmos Chriſtologicos ipſe Polus Calv. magnifacit & meritò æſtimat. vid. inf. Tit. 6. de Pſalmis.

In *Proverbia* Dn. D. Geierus, Mercerus, Salazar.

In *Eccleſiaſten* Dn. D. Geierus, Dietericus, Mercerus, Pineda.

In *Canticum* B. Gerhardus & Ghislerius.

In *Eſaiam* Lutherus, Heshuſius, Forſterus, Mollerus. Addantur D. Calovii annotationes contra Grotium. Inprimis verò inſignis commentarius Bened. Ariæ Montani editus in 4. Antverpiæ. Anno. 1599.

In *Jeremiam* B. Hülſemannus. Idemqve

In *Threnos*, ut & Tarnovius.

In *Ezechielem* Polanus & Cornel. à Lapide.

In *Danielem* Dn. D. Geierus, & Geſnerus.

In *minores Prophetas* poſt Lutherum, Tarnovius, Arias Montanus, Cornelius, & Caſtro.

In *Libr. Sapientiæ* Lorinus, & Dietericus.

In *Siracidem* Cornelius à Lapide &c. & explic. Germ. Matthæi Stockeri &c. add. Annot. M. Melch. Stifferi.

In 4. *Evangeliſtas* Harmonia Chemnitii à Lyſero & Gerhardo continuata.

In *Acta*

Digitized by Google

In *Acta* Lorinus & Cornelius à Lapide.

In *Epiſtolas Paulinas* Balduinus, Selneccerus, Eſtius, Crocius, Cornelius à Lapide & idem in reliqvas &c.

In *Apocalypſin Johannis*, Hoë, Cluverus, Gerhardus, Kromayer, Cornelius à Lapide, Alcazar.

CLAS. II.

Monita particularia

Singulos tàm Veteris, qvàm Novi Teſtamenti libros attinentia.

§. 1.

S*Inguli tàm Veteris, qvam Novi Teſtamenti libri*, juxta Obſervationes præcedente Claſſe I. expoſitas, *feliciter explicari poſſunt, ſalvô tamen diſcrimine, inter umbram & corpus*, tenebras & lucem, noctem atqve diem, uti Apoſtolus loqvitur Rom. 13.

§. 2. Qvæ enim in Veteri Teſtamento implenda reſtabant, illa longè clariùs in Novo Teſtamento, ipſo Chriſto præſente, perſpiciuntur; dum ipſe Sol juſtitiæ Malach. 4. nebulas typorum ſuô ſplendore diſpellit, & præſentiâ ipſius corporis umbras legales excludit. Coloſſ. 2.

§. 3. *Pleniorem ad hoc negotium manuductionem* oſtendit ſeqvens Sect. II.

SECT. II.

De Objecto ſpeciali Theologiæ Exegeticæ.

§. 1.

O*Bjectum ſpeciale Theologiæ Exegeticæ eſt peculiaris* tàm Vet. qvam Nov. Teſtamenti libri certa ſectio, certum caput, aut

aut capitis diſtincta particula, vel enunciatio, vel ſingulare dictum.

§. 2. *Sectio* alicujus libri v. g. Geneſeos, eſt Hiſtoria Creationis, Lapſus, diluvii &c. vide infr. de Textu Hiſtorico.

§. 3. *Integrum Caput* commodè explicatur, ſi attendatur 1. Summa. 2. Partitio. 3. Connexio. 4. Scopus. 5. Phraſeologia. 6. Uſus, ex præcedente Claſſe I. num. XI. 7. Illuſtratio per dicta patrum & Lutheri; nec non per Exempla nobiliora novantiqva, ex Hiſtoria Eccleſiaſtico-Politica. Confer Annot. Bibl. Germ. in fol. NB.

§. 4. *Diſtincta certi capitis particula*, enunciatio vel ſingulare dictum eſt vel Didaſcalicum, vel Elenchticum, vel Paræneticum, vel Epanorthoticum vel Paracleticum: aut omninò tale, ut unum ex his prædominetur. Qvâ de re dictum eſt in Oratoria Eccleſiaſtica.

Nota. In ſingulis dictis analyſin Logicam, qvæ principale ſubjectum & prædicatum expendit, ſeqvitur analyſis Philologica: ita, ut inprimis attendatur cujusvis dicti 1. Summa. 2. Partitio. 3. Connexio. 4. Scopus. 5. Phraſeologia. 6. Uſus. 7. Illuſtratio, ex præcedente §. 3.

§. 5. *Qvia verò inſignis hic occurrit varietas*, ideò ad evitandam confuſionem B. Balduinus in Idea diſpoſitionum Biblicarum, & alii, peculiares textus ſpeciales ita diſtingvere ſolent, ut alius dicatur Textus *1. Hiſtoricus, 2. Allegoricus, 3. Parabolicus, 4. Typicus, 5. Paradigmaticus, 6. Epaneticus, 7. Propheticus, 8. Primitivus & Derivativus, 9. Legalis, 10. Evangelicus, 11. Epiſtolicus, 12. Apocalypticus.* De qvibus ordine agunt Tituli ſeqventes.

Titulus I.
De Textu Hiſtorico.

§. 1. *Tex-*

Digitized by Google

§. 1. *Textus Hiſtoricus eſt, qvi res verè geſtas narrat, & ſimul doctrinas ex literali ſenſu fluentes includit.*

Canon: Mandati præcedentis actus, ejusqve eventus, cum omnibus circumſtantiis exactiſſimè deſcriptus, non excludit ſenſum allegoricum, & nudam videntis imaginationem. Sic conjugium cum ſcorto, ratione vitæ anteactæ ſic dicto, non excludit facti præſentis veritatem & conjugale pactum, cum ſcopo allegorico. vid. Hoſe. c. 1. & Tarnovii comm. h. l. & h. l. ſeqventem Tit. 7.

§. 2. *In Textu Hiſtorico analyſis Logico-Philologica facilè viam oſtendit, ſi attendatur 1. Summa. 2. Partitio. 3. Connexio. 4. Scopus. 5. Phraſeologia. 6. Uſus. 7. Illuſtratio per dicta & exempla.*

Not. 1. *Summa Textus* Hiſtorici unô verbô, qvantum fieri poteſt, exprimenda eſt. Sic Hiſtoria Cain & Abel ex Gen. 4. rectè comprehenditur unicô vocabulô, qvia continet *Fratricidium*, cujus anſa, forma & conſeqventia enumerantur.

Not. 2. *Partitio* Textus Hiſtorici commodiſſimè exprimitur per *antecedentia, concomitantia & conſeqventia.* Sic v. gr. Lapſus Protopaſtorum, Gen. 3. Diluvium, Gen. 7. Everſio Sodom, Gen. 19. & ſimiles Hiſtoriæ, eôdem modô rectè conſiderantur, ſi in explicatione textûs non negligantur circumſtantiæ:

Qvis, qvid, ubi, qvibus auxiliis, cur, qvomodo, qvando?

Confer Ideas diſpoſitionum Biblicarum B. Balduini & Fr. Dil. Dn. D. Gottfridi Olearii.

Not. 3. *Connexio* Hiſtoriæ cum antecedentibus nunqvam negligenda eſt. Qvi enim v. g. ex cap. 6. & 7. Geneſeos attendit antecedentem mundi perverſitatem, atqve divinam longanimitatem, qvæ integros 120. annos delinqventibus ad pœnitentiam indulſit, ille omninò fatebitur, neqvaqvam DEUM, ſed homines ipſos atrociſſimi hujus ſupplicii atqve ſpectaculi cauſam fuiſſe. Sic Chryſoſtomus Homil. 2. in Gen. probat verba Moſaica: in principio c. 1, 1. tranſcendere univerſa creaturarum principia. vid. Manuale art. 17. p. 323.

Nota 4. *Scopus* Hiſtoriæ principalis, totius Hiſtoriæ clavis eſt. Sic ſcopus confuſionis Babylonicæ eſt, ut ſit *Mnemoſynon* univerſale

DEUM reſiſtere ſuperbis, 1. Petr. 5. evertere ambitioſos, & annihilare Conatus DEI voluntati contrarios. Eſa. 7.

Not. 5. *Phraſeologia* in Hiſtoriis Veteris Teſtamenti Hebraica; in rebus verò geſtis Novi Teſtamenti Græca inprimis attendenda eſt. Confer diligentiam in Harmonia Evangeliſtarum Chemnicianâ conſpicuam.

Not. 6. *Uſus* ex præced. Claſſe I. Obſerv. XI. patet.

Not. 7. *Illuſtratio* tandem, hiſce præmiſſis, per dicta Patrum atqi Lutheri, nec non per exempla novantiqva erit facillima.

§. 3. *Textus Hiſtoricus, etiamſi ſimul ſit Typicus, nibilominus tamen ſenſum literalem habet unicum;* non obſtante applicatione Allegoricâ, Tropologicâ, vel Anagogicâ. Cujus rei exemplum habetur infra cap. 5. §. 1. Obſerv. 7.

TITULUS II.
De Textu Allegorico.

§. 1.

ALlegoria dicitur, cum aliqvid ſive ex V. ſive & N.T. exponitur ita, ut ad ſpiritualem doctrinam & conſeqventer ad vitæ inſtitutionem referatur.

Not. 1. *Allegoria* eſt figura, qva aliqvud dicitur, & aliud ſignificatur (ex ἄλλο & ἀγορὰ, forum, & oratio publicè in foro habita.)

Not. 2. *Allegoria* (qvaſi alia interpretatio, præter eam, qvam verba præ ſe ferunt) *dicitur rei alicujus myſticæ* (inprimis dogmaticæ, conſeqventer verò etiam moralis) *per aliam rem, in Scripturis narratam, facta repræſentatio:* ſive res illa v. g. Phyſica, ſive Oeconomica, ſive qvæcunqve alia fuerit. (Aliàs Allegoria inprimis vocari ſolet *applicatio ſenſus literalis ad objecta credenda;* ſicut Tropologia mores, Anagogia verò ſpem vitæ æternæ reſpicit) Sic Paulus ἀλληγορεῖ vocat, ſive facta *Allegoricè & Typicè ſimul applicata* ad ſtatum Eccleſiæ Gal. 4. qvæ Moſes de Sara & Hagar Hiſtoricè refert. Confer infr. §. 3. Not. 5.

Not. 5. *Sic Allegoria Tropologiam ſimul includit*, qvando Apoſtolus 1. Cor. 9, 9. ex interdicto divino Devt. 25, 4: *Non alligabis os bovi triturnnti*, concludit: æqvam eſſe laboris & præmii proportionem, tàm in genere, qvàm in ſpecie, non minus in ſtatu Eccleſiaſtico, qvàm in ſtatu œconomico: Et DEUM, qvi boves curat, multò magis curare miniſtros Eccleſiæ, ut nunqvam laborem & cibum divellere; vel laborantem cibô aut ſalariô privare liceat. Conf. Glasſii Philol. 5.

Poriſma: Ergò Allegoria à typo diſtincta eſt. Allegoria enim in verbis, Typus verò in factis, eorumqve collatione conſiſtit. vid. infra Tit. 4. §. 2.

§. 2. *Allegoria alia eſt textui innata, ab ipſo Spiritu S. tradita; alia verò ab hominibus illata.* De qvâ Lutherus prolixè agit Tomo 1. comm. in Geneſin, inprimis verò in cap. 15. Geneſ. & ait Tom. 1. fol. 67. Videbam, *Allegorias inanes eſſe ſpeculationes & tanqvam ſpumam Scripturæ ſacræ.* Item: Cunctæ Allegoriæ, qvæ nullâ ex parte Hiſtoriæ reſpondent, nec pingunt eam, ſimpliciter tanqvam *inania ſomnia* ſunt rejicienda. Exempla paſſim occurrunt apud Origenem, Tom. 1. in Geneſin, Exodum & Leviticum. vid. Haupt-Schlüſſel NB. ab initio Annot. Bibl. Germ.

Canon 1. *Theologia Allegorica* ab ipſo Spiritu Sancto, interprete infallibili, per organa immediatè illuminata, nobis monſtrata, *maximè argumentativa eſt*. Confer Glaſſii Philol. S. part. 1.

Canon 2. *Abſit Allegoriarum figmentum*, in propriâ ſede articulorum fidei. v.g. de Cœnâ Matth. 26. de reſurrectione mortuorum, 1. Cor. 15. Conf. infra cap. 5. obſerv. 1. & Theol. Poſit. art. 88.

Canon 3. Qvemadmodum Allegorica literæ applicatio, qvæ analogiæ fidei conformis, omninò laudem meretur; ita *ſenſus literalis per allegorias everſio* vel maximè deteſtanda eſt.

§. 3. *Methodus dextrè explicandi Allegoriam*, ab ipſo Spiritu S. monſtratam, præter generales obſervationes ſupra Sect. I. enumeratas, reqvirit; ut inprimis attendatur Allegoriæ

goriæ 1. *Origo*, ex certo verbo aut facto. 2. *Comparatio* ſigni & ſignati. 3 *Ratio* comparationis. 4. *Illatio* ex comparatione deducta. 5. *Applicatio* Allegoriæ directè ad fidem, & conſeqventer ad mores facta.

Not. 1. *Origo* Allegoriæ oſtenditur in loco fundamentali, unde Allegoria deducitur. Sic Gen. 2, 24. Inſtitutio conjugii, ejusqve amoris mutui plantatio divina transfertur ad conjugium myſticum Chriſti & Eccleſiæ, Epheſ. 5, 31. ſalvô ſenſu literali, & ſine ullâ illius multiplicatione.

Not. 2. *Comparatio* ſigni & ſignati, ex formali ratione ipſius ſigni oritur. Sic v. g. amor arctiſſimus Adami erga Evam, eſt ſignum amoris ineffabilis cœleſtis Adami erga Eccleſiam.

Not. 3. *Ratio Comparationis* eſt anima Allegoriæ: Sic l. d. *ratio comparationis* Adami terreni & cœleſtis, eſt amor erga ſociam, arctiſſimô fœdere conjunctam.

Not. 4. *Illatio Allegorica* reſpicit paritatem actus: qvemadmodum Dominus diligit Eccleſiam: ita & maritus diligat uxorem.

Not. 5. *Applicatio Allegoriæ* plenaria conſiſtit in collatione utriusqve, tam ſubjecti qvàm prædicati. *Subjectum* eſt Adamus terrenus & cœleſtis; *prædicatum* eſt dilectio ſingularis & ineffabilis, tàm in conjugio propriè dicto, qvàm in conjugio myſtico conſpicua. Unde oritur *objectum fidei*, ſolatiô pleniſſimum, videlicet arctiſſima unio atqve dilectio Chriſti & Eccleſiæ; & conſeqventer *Imitatio* Chriſti Eccleſiam diligentis, qvæ maritum decet; cùm nunqvam qvisqvam ſuum ipſius corpus odio habuerit.

Poriſma. Ergò ſenſus Allegoricus, vulgò ita nominatus, *nec Scripturæ ſenſus, propriè ſic dictus; nec novus; nec multiplicatus eſt; ſed ſolùm ſenſûs literalis unici accommodatio*; vel potius *rei ejusdem*, ſive objecti, qvod per ſenſum literalem unicum denotatur, *applicatio ad aliud objectum ſimile*, vel nobilius, ab ipſo Spiritu S. monſtratum. *Senſus* enim literalis Scripturæ ſacræ uti unicus, ita perpetuus, & planè immmutabilis eſt; *Applicatio* verò Allegorica, ab accurato interprete, ex ipſo contextu allata, ſenſum literalem nec evertit, nec multiplicat; ſed ſolùm rem ipſam, literaliter probè perſpectam, ad objectum aliqvod myſticum,

Digitized by Google

ſticum, juxta perpetuam fidei analogiam applicat: ita, ut *credenda* conſeqventer etiam *facienda* & mores ſimul dirigant. Confer Galat. 4, 24. ubi Apoſtolus neqvaqvam tollit, vel evertit, vel multiplicat ſenſum literalem Hiſtoriæ de Sara & Hagar. Ipſe enim non verba aliàs nota denuò explicat; ſed ſolùm *res ipſas per verba clara & perſpicua ſenſus literalis denotatas*, videlicet ſtatum utriusqve conjugis, liberum & ſervilem, *dicit adumbraſſe & præfiguraſſe duo Teſtamenta*, Vetus & Novum; qvorum illud ſervitutem Legalem; hoc verò libertatem Evangelicam oſtendit. Conf. Balduinus h. l.

TITULUS III.
De Textu Parabolico.

§. 1.

P*Arabola* h. l. *non ſententiam moralem, ſed doctrinam ſimilitudine illuſtratam notat;* qvæ rem aliqvam ut geſtam narrat, ita, ut ſimile aliàs notum ad aliqvod aliud ſpirituale objectum deſignandum referatur. Sic Matth. c. 13. & Luc. 8. Verbum cum ſemine, & corda humana cum agro comparantur. Confer Philologiam S. Glaſſii, & qvæ de *Parœmia, Proverbio, Adagio, Ænigmate & Apophthegmate* dicta ſunt in Oratoria Eccleſiaſtica p. 370. Et monita Maimonidis præfat. in More Neb. p. 5. & 7. ubi ait: Scito, clavem intelligentiæ & ſcientiæ veritatis omnium eorum, qvæ à Prophetis dicta ſunt, eſſe intelligentiam ſenſûs & verborum parabolarum, qvod p. 8. illuſtrat ex Prov. 25. 11. NB.

§. 2. *In Parabola* materiale & formale accuratè diſtingvendum eſt.

§. 3. *Res ipſa*, qvæ ad ſimilitudinem aſſumitur, eſt veluti *materiale* Parabolæ; *Formale* autem eſt rei iſtius applicatio, qvæ intenditur, in qva ſenſus Parabolæ genuinus & literalis conſpicitur.

§. 4. Qvemadmodum *in figuratis locutionibus* ſenſus ille dicitur *literalis*, non qvem verba propriè accepta ſine tropo reddunt, ſed *qvi ſub figurâ latet*. (Sic Herodes eſt Vulpes, id eſt, aſtutiâ & calliditate vulpi ſimilis) Sic *in parabolis* ſacris non illa, qvæ ut res geſtæ recitantur, ſed *qvæ ſub illis ſignificantur*, ex intentione Spiritus Sancti literalem ſenſum exhibent. Conf. parabolam de vineâ, Matth. 20. de nuptiis, Matth. 22. de Servis Matth. 25.

§. 5. *In evolvendâ parabolâ* præter obſervationes generales, ſuprà allatas, vel maximè attendenda eſt 1. πρότασις 2. ἀπόδοσις.

§. 6. πρότασις explicat, ἀπόδοσις verò applicat illud, qvod Parabola vel ſimilitudo intendit. v. g. uti ſemen ſive granum frumenti beneficiô agriculturæ fructum fert; ita ſemen Verbi, agro cordis humani divinitus præparato inſitum, eſt fructiferum, Luc. 8.

Canon: Nulla Parabola ultra ſcopum extendenda eſt. Sic v. g. Matth. 20. parabola de denario facilius intelligitur, ſi attendatur 1. *Intentio & Scopus* Salvatoris, qvi non eſt opera extollere, ſed confutare opinionem de meritis humanis. 2. *Explicatio* ſtatûs vocatorum, laborantium & mercedem in vineâ expectantium. 3. *Applicatio* ad Judæos & gentes, qvorum illi noviſſimi ex primis; hi verò primi ex noviſſimis facti ſunt, per vocationem gratuitam. Conf. Harmon. Evangel. Chemnitio-Lyſerianam, Dannhaueri Hermeneuticam, & Manuale Theol. Artic. 100. p. 1473. Sic meſſis Gal. 6, 8. neqvaqvam infert meritum, ſed oſtendit laboris eventum. Conf. Pſal. 126. neqve enim meſſis eſt agriculturæ meritum, ſed gratuitum Dei benedicentis beneficium, qvod peccatori juſtè denegatur, Deut. 28.

Titulus IV.
De Textu Typico.

§. 1. *Typus*

§. 1.

T*ypus eſt nota, qvæ reſpicit antitypum* ein Nägelmahl Joh 20, 25. nota inciſa, inſculpta, percuſſione impreſſa, ex τύπτω verbero, Ein eingeſchlagen Zeichen/ qvemadmodum enim *ſignum* ſignat ſignatum; *Imago* relationem habet ad hominem depictum; *effigies ſigilli* expreſſi confertur cum ipſo ſigillo,& *umbra* refertur ad corpus: Ita etiam Typus ad Antitypum. Confer de Typi ſignificatione, definitione, diviſione atqve aliis huc ſpectantibus, Glaſſium part. 1. Philolog. Sacræ. Dannhaueri Hermen. & Manuale Theol. Art. 74. p. 1124.

§. 2. *Typus hoc loco reſpicit factum ex V.T. notum, ideo adductum, ut oſtendatur, illud præſignificaſſe qvippiam in N.T. vel geſtum, vel gerendum, adeoqve Typus inprimis vocatur perſona, ejusq; ſtatus, officium aut factum ſingulare, qvatenus relationem habet ad antitypum.* Sic v. g. Joſua Dux, Victor & Caput populi Judaici, pedibꝰ conculcans Reges,& promiſſam hæreditatem Canaan diſtribuens Iſraëlitis, in omnibus hiſce actionibus fuit Typus JESU Chriſti. Conf. de Typis perſonalibus & realibus *Balduini* Paſſionem Typicam, & de Typis atqve Sacrificiis Leviticis Balduini Commentarium in Epiſt. ad Hebræos, nec non Franzii ſcholam ſacrificiorum. NB. Manuale Theol. Artic. 74. p. 1128.

Poriſma. Ergò typus conſiſtens in factis, ab Allegoria verbali manet diſtinctiſſimus. vid. ſup. Tit. 2.

§. 3. *Senſus Typicus à Spiritu S. monſtratus nec novus eſt nec ſenſum literalem deſtruit*, ſed ſolùm applicatio Typi ad antitypum, & involucri V. Teſtamenti explicatio, atqve impletionis plenariæ demonſtratio.

Canon 1. *Theologia Typica ab ipſo Spiritu S. explicata eſt omninò argumentativa.* Qvod univerſa Epiſtola ad Hebr. oſtendit.

Canon

Canon 2. Ex Chriſto Typum & ex corpore umbram facere, planè abſurdum eſt. Conf. Coloſſ. 2. & Comm. Balduini h. l.

§. 4. *Textus Typicus* præter monita generalia ſuprà expoſita, vel maximè reqvirit, ut attendatur 1. *Delineatio* Typi. 2. *Explicatio* ſingularum circumſtantiarum. 3. *Collatio* Typi & Antitypi. 4 *Ratio* Collationis. 5. *Applicatio* Typi ad Antitypum. 9. *Illatio* fidem & mores dirigens. 7. *Illuſtratio* ex dictis Patrum atqve Lutheri, nec non ex memorabilibus exemplis.

Not. 1. *Delineatio* Typi ex ipſo fonte divinæ revelationis qværenda eſt. Sic v. g. ſerpens æneus citatus Joh. 3. deſcribitur Num. cap. 21.

Not. 2. *Explicatio* Typi commodiſſimè fit per circumſtantias paſſim obvias: Qvis, qvid, ubi, qvibus auxiliis, cur, qvomodo, qvando?

Not. 3. *Collatio* Typi inſtituenda eſt tùm *qvoad nomen*, tùm *qvoad rem ipſam*, ex definitione & cauſarum enumeratione, ut Cauſa Efficiens, Materia, Forma & Finis ordine expendantur. Sic Collatio Chriſti & Davidis plana eſt ex 1. Sam. 17. Pſalm 2. & Pſ. 110.

Not. 4. *Ratio Collationis* eſt anima Typi. Sic v. g. Salvator dicitur Agnus DEI Antitypicus, Joh. I. ideò, qvia non typicè, ſed verè, unicè & plenariè tollit peccata totius mundi, Eſa. 53. qvô ipsô hic unicus Agnus tot myriades agnorum Leviticorum unicè ſuperat. Vid. Theol. Poſit. & Manuale Theol. Artic. 55. pag. 833. NB. & infra ſub finem lib. 3. NB.

Not. 5. *Applicatio* Typi ad Antitypum inſtituitur tùm reſpectu nominis, tùm reſpectu perſonæ, officii & factorum. Sic univerſa Pauli ad Hebræos Epiſtola luculentam applicationem exhibet, ex qva planum eſt, Aaronem, ſummum V. Teſtamenti Sacerdotem, fuiſſe Typum JESU Chriſti, qvi & abundantiſſimè omnes umbras Leviticas implevit, & qvod illis deerat, meritô perfectiſſimô ſolus præſtitit.

Not. 6. *Illatio* ex Antitypo nata, tàm fidem qvàm mores dirigit. Sic Epiſtola ad Hebræos ex collatione Sacrificiorum Leviticorum, qvæ unicâ Chriſti oblatione conſummata ſunt, infert, hoc unicum ſacrificiũ propi-

propitiatorium eſſe perfectum, nec ullum amplius ſupereſſe aliud, nec ullâ iteratione opus eſſe, (NB. vid. Theol. Poſit.& Manuale Theol. Artic, 89.) nec alio ſalutis medio &c. Imò & huic Summo Sacerdoti unico, omnes & ſingulos per eum redemtos, debere obedientiam.

Not. 7. *Illuſtratio* Sacrificii Chriſti, ſingulari diligentiâ inſtituta eſt à Patribus, Luthero & aliis, qvorum dicta ſelectiſſima, cum exemplis novantiqvis, conjunctim exhibet Theol. Poſitiva & Manuale Theol. Artic. 60. & 55.

TITULUS V.
De Textu Paradigmatico ſive Exemplari.

§. 1.

T*Extus Paradigmaticus ſive Exemplaris vocatur, qvi non tam verbô, qvàm exemplô fidem & mores dirigit;* adeoq; dicta per exempla confirmat, ſimulq; per documenta auditorem urget, ut facienda faciat & fugienda fugiat.

Canon 1. Documenta practica ſunt: I. *Dominus dixit*: Ergò verum, credendum & obſervandum eſt. II. *Dominus mandavit*: Ergò faciendum, & contrarium fugiendum eſt. III. *Dominus promiſit*: Ergò ſperandum & expectandum eſt. vid. Theol. Poſit. artic. 77.

Canon 2. *Exempla Canonica ordinaria non tantùm ſunt* ὁμοιότητ@ ſive *ſimilitudinis*, & declarantia, *ſed etiam* ἰσότητος *paritatis & æqvalitatis*; adeoq; ſimul probantia & illuſtrantia: propter *regulam univerſalem*, qvam præſupponunt, & ob inductionem perfectiſſimam, qvia non datur exemplum contrarium.

Poriſma. In Exemplis Canonicis ordinariis à particulari ad univerſale valet conſeqventia. Sic Rom. 4. concludit Apoſtolus: Abraham fide juſtificatus eſt. Ergò & omnes Filii Abrahæ fide juſtificantur.

Ratio conſeqventiæ eſt regula univerſalis: Qvicunqve juſtificatur, is fide juſtificatur &c. ibidem allegata ex Pſalmo 32. & repetita Actor. 15, 11: Per gratiam Domini noſtri Jeſu Chriſti credimus nos ſalvos futuros, qvemadmodum & illi (patres noſtri). *Qva regula inductionem*

perfectiſſimam ex univerſâ Hiſtoriâ Eccleſiaſtica totius V.T. præſupponit. Confer totum Cap. XI. Epiſtolæ ad Hebr. Unde non datur exemplum contrarium.

Canon 3. Neqvaqvam Exempla regulæ oppoſita, ſed Exempla præceptis & regulæ divinæ conſona, faciunt rem eſſe de jure divino; ideòq; tunc demùm de infallibili veritate, exactâ bonitate, & neceſſariâ imitatione auditorem reddere poſſunt certiſſimum.

Ratio, qvia omne exemplum ordinarium cum regula univerſali vel affirmativa vel negativa congruit.

Poriſma. Ab Exemplo ordinario affirmativo affirmativè, à Negativo verò negativè rectè concluditur, v.g. Iſaac fuit obediens Patri, juxta regulam qvarti præcepti univerſalem. Ergò & omnes filios decet obedientia. Item: Abſolon ob inobedientiam, qvarto præcepto adverſam, punitur. Ergò eandem inobedientiam omnes filios vitare, & ſimiles pœnas effugere decet.

Canon 4. Præmia piorum lætitiam; ſupplicia verò impiorum prudentiam, timorem DEI & pœnitentiam in nobis excitare poſſunt & debent ex 1. Cor. 10, 11. Hæc omnia ſcripta ſunt πρὸς νουθεσίαν, propter admonitionem noſtram efficaciſſimam, qvæ corrigendô & caſtigandô nos ad ſaniorem mentem revocat. Et Luc, 13, 3. niſi reſipueritis, omnes ſimiliter peribitis.

Canon 5. Exempla extraordinaria & facta heroica non conſtituunt regulam; ſic zelus Eliæ heroicus, qvi igne cœlitus delapsô perdidit Centuriones, 2. Reg. 1, 10. ad normam charitatis & manſvetudinis ordinariam revocatur, reſpectu diſcipulorum Chriſti Luc. 9, 54.

Canon 6. Rationem illationis, & qvomodo exempla extraordinaria ad caſus ſpeciales applicanda ſint, oſtendit admirabilis divina bonitas & providentia ſpecialis. Qvod ipſum Hiskiæ exemplo probatur infra lib. 3. Tit. 7. §. 4.

Canon 7. Exempla, quæ videntur turpia & obſcœna, ubi, monente Lactantio lib. 6. c. 23. aliqvando officium lingvæ ſceleris magnitudo vincit, (v. g. lapſus Lothi, Davidis & aliorum) *caſtas reqvirunt aures, mentes & cogitationes*, adeoq; ſummam legentis & audientis erga verbum DEI reverentiam, & Oratoris Eccleſiaſtici prudentiam. Confer Philolog. Sacram Glaſſii pag. 277. ſeq. & Dannhaueri explicat. ſexti præcepti Concion. 5.

§. 2. *Textus*

Digitized by Google

§. 2. *Textus exemplares* ſive Paradigmatici felicius intelliguntur, ſi attendamus 1. *Scopum.* 2. *Mandatum* vel etiam interdictum, ſive tacitum, ſive expreſſum. 3. *Mandati ſenſum.* 4. *Actum.* 5. *Agentis propoſitum.* 6. *Eventum.* 7. *Judicium* Spiritus S. de hoc facto, ſive tacitum ſive expreſſum, hîc vel alibi. Ex qvibus *directorium* tàm fidei, qvàm morum, facilè perſpicitur.

§. 3. *Sic Exemplum Abrahami tentati,* Gen. 22. *& incredibilis obedientiæ Iſaaci*, in ipſius oblatione (de cujus jure agit Theol. Poſitiva artic. 10. Tit. 35. §. 1. p. 328.) conſpicuæ, unde alii abſolutum decretum, alii ſenſum divini Verbi contradictorium fabricare conantur, facilè intelligitur, ſi diſtincta diſtinctè conſiderentur. Nam

1. *Scopum* ipſe Moſes oſtendit, qvi neqvaqvam eſt, univerſalia ſalutis fundamenta tradere ſingulis & univerſis hominibus, ſed ſolùm unius Abrahami individualem deſcribere tentationem. Hinc lectorem præparat, ne offendatur commemoratione hujus facti planè ſingularis. Ideò præmittit qvaſi *Summarium* totius examinis, dicendo: נִסָּה tentavit DEUS Abrahamum, & fecit periculum fidei ejus, *dedit ei occaſionem oſtendendi fidem ſuam & obedientiam*, uti ipſe Coccejus in Lexico Hebraico p. 507. Edit. Amſtelodam. A. 1669. explicat. Proinde qvi tentato aliqvid agendum, animô tentandi injungit, is non injungit ſimpliciter, ut efficiatur eô modô, qvô intelligi poterat, ſecundùm omnes & ſingulas mandati illius circumſtantias; ſed, *ut fiat ſolùm id, qvod ex formali tentationis ratione ad finem inde eliciendum ſufficit*, qvi tentato, non niſi ceſſante tentationis actu, tandem plenariè innoteſcit. Sic Jobo tentato DEUS videbatur mutatus in crudelem, c. 30, 21. Sed videbatur: non enim erat talis, ſed benevolentiſſimus, uti patet ex c. 42. vid. *Maimonides* in More Nebuch. P. 3. c. 24. de tentatione p. 408. ubi monet 1. Hoc præceptum omnia longè excedere & ſuperare, qvæ cogitari poſſunt. 2. Confert præcedens deſiderium cum immolatione. 3. oſtendit fundamentum fuiſſe amorem & timorem DEI (NB. ex fide Hebr. XI.) 4. Notat conſenſum fuiſſe non repenti-

num, aut actionem turbulentam, præcipitem & inconſideratam; ſed conſideratam, maturè deliberatam & teſtimonium ac probationem obedientiæ, amoris & timoris DEI. Flectitur ergò natura per conſenſum Viri, qvi ſummo prolis ſuſcipiendæ tenebatur deſiderio, qvi prædives, in ſummâ autoritate conſtitutus, nihil magis in votis habebat, qvàm ut gens aliqva ex ſuo ſemine (NB. unde Meſſias expectandus) ſit ſuperſtes, cui poſt omnem amiſſam ſpem filius in extremâ ſenectute donatus ab ipſo parente jugulandus erat.

II. *Mandatum DEI*, de offerendo Iſaaco unigenito, eſt

1. *Exploratorium*, adeoqve non ſimpliciter intelligendum, ſed eô ſolùm modô, qvô ipſe DEUS infallibilis & veraciſſimus illud poſteà intelligendum eſſe oſtendit; licet hæc *reſtrictio* ab Abrahamo ad certum tempus intelligi non potuerit. (Tentatio enim eſt practica diſcentis exploratio, & examen rigoroſum. NB. ſup. p. 52.)

2. *Complexum*, diſtincta objecta & varios actus conſternato & perplexo Parenti offerens, cujus promulgatio ita comparata erat, ut *generalis ſignificatus oblationis, animum tentati usqve ad certum tentationis terminum, deinceps demum ſub finem illius examinis tentato revelandum, ſuſpendere potuerit.* Complectitur enim hoc mandatum de offerendo filio (1.) *diſtincta objecta*, videlicet DEUM, Abrahamum & Iſaacum, ſive 1. Dominum, cui debetur oblatio. 2. Principium offerens, Parentem. 3. Subjectum offerendum, vel hoſtiam, filium unigenitum.

(2.) *Diſtinctum oblationis modum*, qvia tùm *internè* per Fidem, tùm *externè* manu ipſius Parentis perficiendus erat actus iſte, ipſeqve non ſolùm *internè* à primo tentationis momento inchoandus, & integro triduo continuandus; verùm etiam in monte, certô reſpectu conſummandus.

(3.) *Diſtinctos oblationis gradus & actus particulares ad unicum conſummatæ oblationis actum reqviſitos*, tùm fundamentales internos; tùm externos non modò *antecedentes*, ſed etiam *concomitantes, & conſeqventes*; tàm præparatorios, qvàm ultimatos. Siqvidem reſpicit 1. Abrahami fidem. 2. odedientiam, DEO tam univerſaliter, qvàm individualiter, hîc & nunc etiam contra dictamen rationis debitam; adeoqve non ſolùm fidei fundamentum, ſed etiam obedientiæ exercitium, & terminum atqve eventum, ſive explorationis univerſæ actum continuum.

III. *Sen-*

Digitized by Google

III. *Senſum* hujus mandati oſtendit verbum עלה in hoc præcepto adhibitum, qvando DEUS de Iſaaco ad Abraham dicit: *Aſcendere fac eum, ibi in aſcenſionem, ſcilicet ſacrificialem, qvalis eſt aſcenſio, qvæ holocauſto competit.* Hoc enim vult Hebræa vox עלה Gen. 22, 2. qvæ præter alias ſignificationes, à Caſtello obſervatas in Lexico col. 2766. aſcendere notat & in altum tendere, & in Hiphil, aſcendere fecit. Unde & עלה aſcenſio ſive holocauſtum nomen habet. Adeoqve innuit *ſacrificialem victimæ aſcenſionem plenariam, neqvaqvam unico momento, ſed ſucceſſivè abſolvendam:* ita, ut reqviratur ad hoc tentamen triduanum, Gen. 22. 4. *aſcenſio Iſaaci* 1. in Montem Moria. 2. in ſuperficiem exſtructi altaris. 3. ſuper altare per ignem.

Qvorſum ſpectat hac unicâ aſcenſionis voce, aliàs ſimul intelligenda, 1. *victimæ ſeparatio,* 2. *ſeparata adductio,* 3. *adducta ligatio,* 4. *ligata in aram collocatio,* 5. *collocata jugulatio, tandemqve* 6. *jugulata incineratio.*

Qvæ aſcenſio completa inprimis Abrahami fidem & humillimam voluntatis paternæ in hoc caſu acerbo & penè inſuperabili ſubordinationem, atqve promtiſſimam ad divinæ voluntatis normam *conformationem* reqvirit; anteqvam ex hoc fonte externa filii tam jugulatio, qvàm jugulati incineratio ſeqvatur.

IV. *Actum* Abrahamo injunctum voluit DEUS 1. *internum,* 2. *externum,* reſtrictum tamen ad certos gradus in termino demum tentationis jamjam exſpirantis manifeſtandos.

V. *Propoſitum* Abrahami erat conſtans & firmiſſimum, ſingula perficiendi, qvæ generalis ambitus aſcenſionis ſacrificialis cum omnibus & ſingulis circumſtantiis, ſine ulla ullius actûs ſpecialis excluſione, reqvirere poterat.

VI. *Eventum* hujus tentationis oſtendit Moſes, Gen. 22, 12. qvod longè alius fuerit, qvàm ille, qvem Abrahamus ſibi conſtantiſſimè propoſuerat. Cùm enim à credente Abrahamo jam peracta eſſet divinitus præcepta *aſcenſio* filii in montem & aram, adeoqve *victimæ*

1. *Separatio* à matre, & ab univerſæ familiæ, imò & à ſervorum concomitantium conſortio. v. 3. & 5.

2. *Iſaaci,* cui ligna ad holocauſtum aptata erant impoſita, velut hoſtiæ in montem *adductio.* v. 6.

3. *Ignis* & cultri ſacrificialis *præparatio*. l. d.
4. *Altaris inſtructio*. v. 9.
5. *Lignorum aptatio*. l.d.
6. *Hoſtiæ* jamjam offerendæ *ligatio*. l. d.
7. *Ejusdem ſuper ligna altaris collocatio*. l. d.
8. *Manûs* cultro inſtructæ & ad mactandum paratæ *extenſio*, v. 10. ita, *ut ad conſummatam & plenariam aſcenſionem hoſtiæ per ignem, nihil omnino præter ultimum ictum & ſubſeqventem victimæ combuſtionem* deſiderari potuerit: (ad qvam ipſe Abrahamus itidem erat paratiſſimus, ut non immeritò conſtans hæc & perpetua voluntas pro facto æſtimari poſſit.) Ecce, eô ipsô momentô, *ultimum* hujus aſcenſionis ſacrificialis *complementum*, in ſola adhuc reſtante filii jugulatione & jugulati incineratione conſiſtens, *DEUS per expreſſam revelationem*, hactenus Abrahamo ignotam, *interdicit*; qvæ ſimul *verum hujus oblationis modum determinat, & ſenſum mandati generalis pleniſſimè explicandô*, illud ſolùm ad ejusmodi aſcenſionem *reſtringit*, qvæ ſufficiens eſſe poterat, ex divina intentione, ad fidei & obedientiæ, per filii immolationem manifeſtandæ, explorationem; *non obſtante reſiduâ jugulatione & incineratione*, qvando dicitur verſ. 12. non extendas manum tuam ſuper puerum, neqve facias illi qvicqvam: nunc cognovi, qvòd timeas Dominum, & non peperciſti unigenito filio tuo propter me.

VII. *Judicium Spiritus Sancti* de hoc Abrahami facto infallibile, tum Moſes, tum Epiſtola ad Hebræos oſtendit; qvòd ſcilicet minimè ficta, ſed omninò veriſſima fuerit hæc oblatio: eô ſcilicet modô, qvô, & non alio illam voluit & fieri mandavit altiſſimus. Qvamobrem I. Geneſ. 22, 12. expreſſè dicitur fuiſſe actum Abrahami talem, qvô *non pepercit filio* unigenito. (Qvæ phraſis *de actuali oblatione antitypica habetur* Rom. 8, 32. οὐκ ἐφείσατο, ubi Apoſtolus ſimul illud compenſatum innuit, qvod in typica oblatione adhuc deſiderari poterat.)

II. Hebr. XI, 17. dicit Spiritus Sanctus, qvòd *oblatio Abrahami fuerit vera*. Nam προσέφερεν *obtulit filium*, ut verba habent, ſcilicet faciendo illa omnia, qvæ ad hanc oblationem (*præſcindendo ab ultimo ejus actu*, poſteà per revelatam inhibitionem, anteà latentem, ſimpliciter excluſo; non qvidem ex apprehenſione Abrahami tentati, ſed ex intentione DEI explorantis) reqvirebantur, dum ipſe DEUS *hunc*

& non

& non alium fuiſſe generalis mandati exploratorii ſenſum, videlicet ad certos ſolùm aſcenſionis & immolationis actus, cum excluſione actus externi ultimati determinatum, deinceps expreſſè indicavit.

III. Additur ibidem, qvod Abrahamus hoc præſtiterit

1. Πειραζόμενος, *in ſtatu probationis* atqve rigoroſi examinis conſtitutus.

2. λογισάμενος, v. 19. *firmiſſimè concludens*, non eſſe reluctandum DEO, ob reſurrectionis veritatem.

3. Unde & porrò πίστει *fide dicitur obtuliſſe* unigenitum v. 17. qvem licet & immolandum obtulerit, tamen jugulando & comburendo non immolavit; ſed ſolùm immolare illum plenariè & totaliter firmiſſimè decrevit: ita ut non minorem anxietatem, ac ſi jam actu trucidatus fuiſſet filius, perſenſerit Pater tentatus, [NB. ideo enim expreſsè additur Gen. 22,10: Extendit manum, Er reckete ſeine Hand auß/ und faſſete das Meſſer/ daß er ſeinen Sohn ſchlachtete/ שחט jugulare, cultro acutiſſimo per jugulum ducto & reducto, per abitũ & reditum, Lev. 1,5. durch hin und wieder ziehen/ damit das Blut häuffig heraus flieſſe.) Exemplo eorum, qvi, dum ultimus carnificis ictus jamjam cervici imminet, & acerbus violentæ mortis horror omnes ſenſus occupat, demùm audiunt, ſupereſſe ſpem veniæ & gratiam illius, penes qvem jus vitæ necisqve reſidet. Atqve hoc ideò factum eſt, ut ſimul & *principium* hujus oblationis, fides & *actus* offerentis internus ab externo actu ultimum jugulationis momentum antecedente diſtinctus, lectori oſtendatur.

Ex qvibus omnibus planiſſimum eſt,

I. *Qvod aliud ſit ſingularis, certi individui, ad tempus & ex parte latens, deinceps verò plenius revelata tentatio, ſive exploratio; aliud verò univerſalis, ad univerſi generis humani ſalutem ſpectans*, toties iterata, & planiſſimè explicata *promiſſio.*

II. *Neqve enim is, qvi alium bonâ intentatione tentat*, vel examinando profectus diſcentis explorat, *ſimpliciter falſum dicit*, aut aliqvid generaliter exigendo (qvod deinceps ſpecialiter determinatum innoteſcere debet) tentatum decipit: *ſed ſolùm ad certum tempus & certa intentione* aliqvid *ſub illa generalitate occultat*, ut periculum faciat, & experi-

experimentum capiat, vel ſcientiæ, vel obedientiæ, vel potentiæ & virium tentati &c.

III. *Unde & idem, qvi alium tentat, is ſimul tentato ſcopum & intentionem tentatoris, usqve ad imminentem tentationis terminum occultat*; qvorum utrumqve qvàm primùm ex reſidua ſpeciali revelatione tentato innoteſcit, eo ipſo etiam ipſa tentatio planè exſpirat, teſte vel ſolius Joſephi exemplo, qvi ſub auſtero ſchemate fratres explorabat. Geneſ. 42.

IV. *Nulla proinde eſt conſeqventia*: Qvicunqve animo tentandi individualem offert tentando inſtructionem, qvæ ſolùm certam & ad ſalutem æternam minimè directam actionem exploratoriam attinet; & tentando dat mandatum generale complexum, poſteà ratione omnium circumſtantiarum uberiùs explicandum, vel reſtringendum, vel reſpectu actûs externi ultimati, per antea latentem inhibitionem deinceps revelandam, ſub finem totius tentationis abolendum; ille etiam citra explorationis caſum, & qvando omnes & ſinguli homines de ſalute æterna informandi ſunt, *in promiſſionibus univerſalibus*, qvæ omnes peccatores attinent, conceptus ſovet contradictorios; atqve hoc velle videri vult voluntate revelatâ, qvod tamen minime vult voluntate abſcondita; idemqve aliud vult voluntate ſigni, qvod tamen prorſus non vult voluntate beneplaciti.

Hujus enim nullitas notoria, reſponſo planè indigna eſt. Confer Theol. Poſit. art. 5. §. 13. & art. 10. Tit. 17. & infra lib. 2. c. 6. Tit. 2. 4. & 5. nec non Repertorium Rhetoricum de Hyperbole in ſcripturis repetitâ, non verò divinæ veritati aſſignanda.

TITULUS VI.

De Textu Epænetico ex Pſalmis & Canticis Sacris deſumto.

§. 1.

DE *Pſalterio* ejusqve excellentiâ & utilitate incomparabili fuſiſſimè agit potiſſimùm ex Patribus Geſnerus in meditationibus, Commentario in Pſalmos annexis, cap. 6. 7. 8. 9.

Pſalterium

Digitized by Google

Conf. præfatio Lutheri, Selnecceri, Arndii, D. Geieri in Pſalterium, inprimis verò Encomium Athanaſii Tom. 1. cujus ſummam repetit libellus ſub tit. Wunderliche Güte/ p. 77.

Nota: Qvæſtio de Pſalmorum ſingulorum autore non eſt de fide, v. gr. an verba Moſis repetat David Pſalmo 90. ſufficit aſſertio Salvatoris, Pſalterium eſſe Davidis Luc. 24.

§. 2. *Affinitatem cum Pſalmis habent Cantica Scripturæ Canonicæ,* v. g. populi poſt deductionem per mare rubrum, Exod. 15. Moſis, Deut. 32. Deboræ, Judic. 5. Hannæ, 1. Sam. 2. Eſaiæ, c. 38. Zachariæ, Luc. 1. Magnificat B. Virginis, Luc. 1. Canticum Simeonis, Luc. 2. &c.

§. 3. *Qvamvis verò ejusmodi Textus Epænetici varia interdum objecta conjungere ſoleant;* nihilominus tamen faciliùs explicari poſſunt, ſi attendatur *ſumma, ſcopus, partitio, phraſeologia, uſus,* & reliqva, de qvibus ſupra Tit. 1. Sect. 1. dictum eſt: & ſi non negligantur Tituli.

Nota: Tituli Pſalmorum ſæpè ſunt clavis totius Pſalmi. vid. Pſalm. 22, 1. & 51, 1. Sic Pſalm. 120, 1. שיר המעלות Canticum graduum τῶν ἀναβαθμῶν, monet de aſcenſione 1. locali 1. Reg. 10, 19. im höhern Chor. 2. de elevatione mentali & reali עלית 1. Chron. 17, 17. daß man dieſen Pſalm ſehr hoch und werth zu achten/ und denſelben mit ſonderbahrer Andacht/ auff den höhern Stuffen im Chor zu wiederholen / nechſt hertzlichem Danck vor die Errettung auß Babel/ und dem hölliſchen Gefängnüß.

§. 4. *Qvia verò maxima difficultas reſidet in Pſalmis,* uti vocantur, *Paſſionalibus & Chriſtologicis,* num illi *excluſivè* de ſolo Chriſto; an verò *conjunctim* de Typo & Antitypo ſimul intelligendi ſint, ſalvâ ſenſûs literalis unitate: *& annon ſolatium piorum exſpiret,* ſi v. g. Pſalmus 31. de ſolo Chriſto, qvi animam Patri commendavit &c. intelligendus ſit. Ideò hæ & ſimiles *difficultates* facilè tolli poſſunt per obſervationes ſeqventes.

Digitized by Google

Obſerv. 1. *Scopus* totius Pſalterii eſt Chriſtus, cum univerſis beneficiis in illo qværendus, Joh. 5. qvod caput in Eccleſiæ membris præſentiſſimum, Pſalm. 46. ab iisdem cum gaudio invenitur Pſalm. 122. Pſalm. 91.

Obſ. 2. *Bona Chriſti & Eccleſiæ*, qvia capitis & membrorum ſunt communia, ideò bona indiviſa ſunt: æternam majeſtatem ſibi ſoli reſervat unigenitus DEI Filius, Pſalm. 2. beneficia verò atqve univerſum ejus meritum, membris per fidem applicantur. 2. Cor. 5. Pſalm. 22.

Obſ. 3. *Pſalmi Paſſionales & Chriſtologici* de Chriſto agunt, non ſolùm Typicè, vel Allegoricè; ſed *propriè*, qvia ſunt non adumbratio ſolùm, ſed omninò & ſimpliciter *perſpicua delineatio*, Qvidnam Meſſias pro nobis præſtiterit, & qvidem ſolus, Eſa. 63. ut nos redimeret, Pſal. 22. & debita aliena perſolveret, Pſ. 69. Conf. præfationem T. 2. Synopſ. Crit. Bibl. Matth. Poli, ubi ait: *Calovius multa Pſalmorum & ſeq. Librorum loca*, â toto ferè orbe Chriſtiano, tum veteri, tum novo, *de Chriſto jure meritò intellecta, â nonnullis temerè in alienum ſenſum detorta, eruditè, ſolideq; vindicat*: Qvæ, qvia communi cauſæ Chriſtianæ deeſſe nec volui, nec auſus ſum, fideliter hîc repræſentare placuit.

Obſ. 4. *Pſalmi Paſſionales*, hoc non obſtante, qvòd agant de capite noſtro, nihilominus tamen multa continent, qvæ tàm Davidis, qvàm omnium piorum afflictionibus applicari poſſunt.

Obſ. 5. *Oratio Chriſti capitis* Pſal. 31. (In manus tuas commendo Spiritum meum) rectè repetitur à membris agonizantibus: qvia hanc ipſam Dominus noſter, & caput noſtrum in cruce pronunciando conſecravit: ſimulqve & orandi methodum, in Nomine Salvatoris, Joh. 16. & vitam in morte, & januam vitæ per ipſius ſangvinem atqve meritum reſeratam monſtravit.

Obſ. 6. *Applicatio* verborum ſummi capitis ad membra, partim *indirectè & conſeqventer*, partim verò *certo modo ac gradu* fieri poteſt & debet.

Obſ. 7. *Indirectè & conſeqventer* fit hæc applicatio, qvatenus credentes ſunt *membra Chriſti myſtica*, qvæ per paſſiones cum capite conformantur, Rom. 8. in qvantum & qvatenus ejus meritum fide nobis applicatum *conſeqvitur uſus*, qvi eſt *Imitatio* obedientiæ, patientiæ, humilitatis, charitatis atqve manſvetudinis Matth. XI. Philip. II. qvæ ſingula

Digitized by Google

ſingula nobis conjunctim exhibentur à Salvatore patiente, qvi ſimul ὑπογραμμὸν nobis reliqvit, 1. Pet. 2, 21. ſive *præſcriptum*, qvod Budæo dicitur forma delineata atqve præſcripta, eine Vorſchrifft/ qvalis proponi ſolet diſcipulis literas pingentibus, ut ad eandem ſubinde reſpiciant: qvemadmodum & *pictores* reſpicere jubent novitios imaginem ab ipſo artifice depictam, ut ſingula lineamenta exactè poſſint exprimere.

Obſerv. 8. *Certo modò ac gradu* fit hæc applicatio, ut conformitas capitis atqve membrorum conſpiciatur, videlicet 1. *Metaphoricè*, ut verbi gratia fel acerbitatis applicemus ad acerbum & irreconciliabile odium tyrannorum Pſal. 69, 27. 2. *Tropologicè*. Qvæ enim innocentiſſimus Salvator ſuſtinuit, illa etiam teſtes ejus perferre coguntur. Etiamſi *Martyrium* ſolùm certo reſpectu tangat innocentes, qvi tales ſunt, non in rigoroſo DEI judicantis examine, ubi nemo innocens eſt, Pſal. 143. ſed tantùm in relatione ad injuſtos perſecutores: qvorum reſpectu ſimpliciter innocentes ſunt ſanctiſſimi teſtes veritatis, vid. Theol. Poſitiva artic. 108. §. 10.

Titulus VII.
De Textu Prophetico.

§. 1.

De *Prophetarum propriè ſic dictorum nomine, vocatione, officio*, ejusqve reqviſitis, agit Theol. Poſitiva & Manuale Theol. Art. 120. Conf. Philol. S. Glaſſii.

§. 2. *Hoc loco ſufficit notare, qvid ſit* 1. *revelatio*. 2. *Explicatio Prophetica*.

§. 3. *Revelatio* ſive ἀποκάλυψις, vi nominis, eſt rei occultæ manifeſtatio, ſive objecti velati aut velo tecti vel occultati, remoto velo, retectio; ut videlicet res anteà tecta & velata mox revelata fiat & conſpicua. Sic ἀποκαλύπτειν eſt occultatum retegere. Conf. 1. Cor. 2. v. 10. Gal. 1, 12. Matth. 11, 25. & 27. vid. Theol. Poſit. art. 4.

Not. 1. *Revelatio* reſpicit h l. actum DEI externum, qvi Verbum internum, ſive æternam veritatem, ſignis externis, olim qvidem variis modis, Hebr. 1, 1. dein verò ſcriptione manifeſtavit, Joh. 20, 31.

Not. 2. *Revelationis divinæ modos potiores* in V. T. uſitatos, ipſe DEUS enumerat Num. 12, 6. 8. unde paſſim apud Theologos memoratur Allocutio, Somnium, Viſio & Inſpiratio.

Not. 3. *Allocutio* per ſonum ſive vocem ſenſibilem in aëre formatam facta eſt, qvæ Adamo & Patriarchis familiaris erat. Conf. Num. 12. 8. & ſup. p. 205. de filiâ vocis Theol. Poſ. art. 4.

Not. 4. *Somnium* per phantaſmata dormientium phantaſiæ objecta factum eſt, ut Geneſ. 28, 12. cap. 31, 10. 24. & Daniel. 2, 1. ſeqq.

Not. 5. *Viſio* dicitur, qvâ phantaſmata phantaſiæ non dormientium, ſed vigilantium objiciebantur, ut Ezech. 1, 4. cap. 37, 1. Actor. 10, 10.

Not. 6. *Inſpiratio* conceptuum immediata vigilantibus & vigore ſenſuum ordinariô gaudentibus facta eſt, qvæ aliàs θεοπνευστία appellari ſolet. Unde & Scriptura S. dicitur θεόπνευστος, 2. Tim. 3, 16. divinitus inſpirata, *per internam conceptuum ſcribendorum*, ſive antea ſimpliciter incognitorum, ſive ex parte cognitorum, *ſuggeſtionem*: qvemadmodum dictantes amanuenſibus verba & objecta conſignanda ſuggerere ſolent.

Nota: Scopus allegoricus neqvaqvam excludit ipſius facti veritatem. vid. ſup. præcedentem Titulum 1. §. 1.

§. 4. *Explicatio* Textûs Prophetici reſpicit 1. Senſum, 2. Eventum.

§. 5. *Senſus* inveſtigatur per media infrà cap. 5. explicata.

§. 6. *Eventus* prophetiæ eſt Impletio.

Canon. 1. *Prophetia de Chriſto enunciata temerè in alienum ſenſum detorqvetur.* Qvod ipſe Polus de Calvini, Grotii & aliorum perverſionibus agnoſcere cogitur. vid. Tit. præced. 6. §. 4. NB. Confer annotat. D. Calovii in Eſaiam, inprimis c. 53. & 6. & Jerem. 31, 22. vid. Theol. Poſit. art. 44. §. 2.

Canon.

Canon. 2. *Prophetia non ſemel ſolùm atqve unicâ vice, ſed variis inſuper modis, impleri poteſt.* Impletur enim (1) *Directè & formaliter*, in prædictione particulari determinatâ, qvando idem, qvod prædictum erat, præciſè & ſimpliciter evenit. v.g. occupatio terræ Canaan, Incarnatio Meſſiæ, deſtructio Solymæ & Babel.

(2) *Conſeqventer*, qvando prædictio illimitata eſt, & talis, qvæ includit I. *omnes caſus ſimiles.* Sic Matth. 2, 17. de infanticidio Bethlehemitico, Herodis juſſu peracto, dicitur: Tunc perfectum & impletum eſt, ἐπληρώθη, illud ipſum, qvod Jeremias cap. 31, 15. de lamentatione Rahelis, prædixerat; qvæ ob caſus poſterorum tragicos qvaſi denuò ex ſepulcro redux conſpicitur, non ſine lamentatione, ploratu & fletu miſerabili, qvalis etiam antea, in ſimili miſeriâ viventibus poſteris, paſſim audiebatur.

II. *Singula exempla regulæ univerſalis.* Sic promiſſio de divina benedictione & maledictione Devt. 28. toties impletur, qvoties pii beneficiis, impii verò ſuppliciis afficiuntur.

III. *Singula accidentia tàm Typo & Antitypo, qvàm capiti & membris communia.* Sic eductio filii DEI ex Ægypto Hoſe. XI. prædicta impletur 1. *in typo*, ſive populo Iſraëlitico, qvi eſt filius DEI per gratiam & promiſſionem. 2. *in Antitypo*, ſive ipſo Meſſiâ, Matth. 2, 15. per liberationem typicam præfiguratô, qui eſt Filius DEI naturalis & æternus: ipſum Eccleſiæ caput, & Liberator, membra educens ex Ægypto, Exod. 14. ſive Regno Pharaonis, utriusqve Regis vel tyranni videlicet tàm Politici, qvàm infernalis, Lucæ XI, 22. conf. Dannhaueri Hermeneut. p. 437. & infra cap. 6. Tit. 1. §. 5. de Combinatione typi & antitypi NB.

Titulus VIII.
De Textu primitivo & derivativo.

§. 1.

Textus primitivus vocatur in relatione ad derivativum, qvi textum primitivum ex ſede ordinaria repetit.

§. 2. *Textus derivativus* eſt, qvi aliunde, videlicet ex V. T. derivatus, in N. T. repetitur, vel citatur.

Digitized by Google

§. 3. *Citatio* textus Canonici in N. T. eſt vel nuda, vel mutata.

§. 4. *Citatio nuda* eſt ſimplex repetitio ejusdem dicti ratione rerum & verborum.

§. 5. *Citatio mutata* dicitur tàm reſpectu verborum, qvàm rerum.

§. 6. *Verba nonnunqvam mutantur* ab Apoſtolis, ſalvô Scripturæ ſenſu, dum illi Verſionem Græcam LXX. Interpretum, paſſim omnibus notam repetunt; neqvaqvam verò verba textûs Hebraici numerant, nec ſenſum immutant, etiamſi aliqvando neceſſariam addant paraphraſin.

§. 7. *Senſus dicti primitivi mutatus videtur*, qvando Apoſtoli interdum non tam verba ſimpliciter repetere, qvàm verba & rem ipſam ad certum ſcopum accommodare volunt, qvæ dictum aliqvod ex V.T. citatum continet.

§. 8. Qvod inprimis fieri videmus, qvoties in ſcriptis N. T. occurrit

I. *Explicatio*, qvæ vel *Allegoriam*, Epheſ. c. 5. vel *Typum*, Gal. 4. exponit, cujus rei exempla ſuprà adducta ſunt præcedente Titulo 2. & Tit. 4. vel *ſententiam univerſalem* ob certam cauſam Chorago, integri cœtus competere oſtendit. Sic Act. 1, 20. citatur ſententia univerſalis ex Pſalmo 69, 26. qvæ omnes Judæos & Chriſti hoſtes attinet; & nihilominus tamen certo individuo, videlicet proditori Judæ, ut præcipuo Judæorum Duci, tribuitur; neqvaqvam ut ſoli, ſed ut uni ex univerſo reliqvorum numero κατ' ἐξοχὴν competens.

II. *Applicatio factorum* & Hiſtoriarum V.T. tàm ad fidem, qvàm ad mores poſterorum, ut 1. Cor. 10.

III. *Ampliatio*, ut Medicina animæ myſtica ſimul extendatur ad Medicinam corporis. Sic Matth. 8, 16. de Salvatore dicitur: Πάντας τοὺς κακῶς ἔχοντας ἐθεράπευσεν, omnes malè habentes ſanavit, *ut impleretur*, qvod dictum erat per Eſaiam, c. 53, 4: Hic infirmitates noſtras ſuſcepit.

Qvicunqve

Digitized by Google

Qvicunqve enim omnes infirmitates noſtras, adeoqve ſimul cauſam univerſalem omnis miſeriæ, videlicet ipſum peccatum, ſuſtulit, *ille animam ſimul cum corpore ſanavit*, juxta methodum Matth. 9. conſpicuam, ubi peccatorum remiſſionem ſive animæ reſtitutionem ſeqvitur ſanatio corporis paralytici. Siqvidem ſublatâ cauſâ tollitur effectus. Confer Theol. Poſit. art. 36. & 55.

At Salvator noſter omnes infirmitates noſtras, adeoqve ſimul cauſam univerſalem omnis miſeriæ ſuſtulit. Ergò animam ſimul cùm corpore ſanavit hic Medicus Pſalm. 103. &, ablatô peccatô, ſimul mortem peccati ſtipendium Rom. 6. & morbos mortis prodromos Gen. 2. ſuſtulit. Unde & ipſe Evangelii prædicationem per miraculoſam ægrorum reſtitutionem confirmavit, Matth. XI. & Apoſtolis ſimilem poteſtatem conceſſit Marc. 16. Ipſe enim eſt Dominus Medicus noſter. Exod. 15.

IV. *Reductio principiati ad primum principium.* Sic Apoſtolus Rom. 3. omnia peccata actualia reducit ad primum fontem mali originalis, & ſimul oſtendit Pſalmum 14. non ſolùm de actualibus, ſed etiam de ipſo originali peccato agere. Hoc enim eſt illud principium, hæc radix maledicta; qvæ facit, ut nec ſcire, nec velle, nec operari hominis lapſi ſincerum eſſe poſſit; ſed, ut omnia cogitata, dicta & facta, venenô originali infecta, Rom. 7. ſint mera *ἀνομία*, Rom. 3. ita, ut omnes coram DEO, & univerſi omnimodâ deſtituantur gloriâ, qvia omnes peccârunt. vid. Theol. Poſit. art. 94.

V. *Conjunctio diſtinctarum ſententiarum*, qvæ omnes ſimul ad ſcopum principalem accommodantur. Cujus rei inſigne exemplum exhibet totum caput 10. Epiſt. Pauli ad Romanos. Conf. Balduin. Comment. h. l.

VI. *Connexio ſimilium Objectorum & prædicatorum*, qvæ eidem ſubjecto conveniunt. Sic Actor. 13, 30. 33. 34. 37. Meſſiæ, æterni Filii DEI, exhibitio, & mortui reſuſcitatio, ſimul inculcatur; ſalvô ſenſu Pſalmi. 2. ubi æterna ejus Nativitas aſſeritur. Nam Chriſtus æternus DEI Filius Matth. 16. idem eſt, qvem ab æterno genitum DEUS in tempore exhibitum populo ſiſtit; & poſtea in mortem traditum, redivivum denuò ſiſtit à mortuis excitatum. Qvamobrem & verbum *ἀναςήσας* formaliter notat iterum ſiſtere; materialiter verò & conſeqventer denotat anteà mortuum mox redivivum ſiſtere & reſuſcitatum exhibere.

VII. *Vin-*

VII. *Vindicatio Majeſtatis Chriſti*, qvi qvidem vocatur 1. Cor. 15, 45.47. Adam & homo, ex Gen. 2. ſed cum additamento: Extremus Adam factus in ſpiritum vivificantem; & ſecundus Homo ipſe Dominus de Cœlo, Dominus noſter Jeſus Chriſtus, per qvem habemus victoriam, 1. Cor. 15, 57.

De qvibus & aliis paſſim agit Balduinus in Idea diſpoſit. Bibl. nec non in Comment. in Epiſtolas Paulinas; Glaſſius part. 1. Philolog. Sacr. Waltherus in Harmon. & Comment. in Epiſt. ad Hebræos; Junius in Parallelis & alii.

§. 9. *Qvotiescunq; in dicto derivativo aliqva difficultas occurrit*, toties attendenda eſt 1. *Originis inveſtigatio*, ut conſtet, ex qvonam libro vel capite Veteris Teſtamenti dictum, in Novo Teſtamento citatum, derivatum fuerit. 2. *Collatio* utriusqve dicti primitivi & derivativi, inprimis verò Textus Hebraici, cum Græco textu Novi Teſtamenti, nec non cum verſione LXX. Interpretum. 3. *Partitio*. 4. *Explicatio* juxta obſervationes ſupra monſtratas. 5. *Confirmatio* veri ſenſus harmonica. 6. *Illuſtratio* ex dictis Parallelis. 7. *Applicatio* ad fidem & mores.

Titulus IX.
De Textu Legali ſive Morali.

§. 1.

Qvemadmodum credenda ex Evangelio, ita facienda ex Lege patent, ut conſtans & perpetua detur fidei & vitæ ſive morum harmonia.

§. 2. *Qvamobrem Textus Moralis ſive Legalis vocatur, qvi circa facienda & fugienda occupatus eſt.*

§. 3. *Morales Textus* vel fontem, vel ſummam morum, tàm univerſalem, qvàm particularem exhibent.

§. 4. *Fons omnium dictorum moralium eſt Decalogus*, cujus

jus fundamentalem explicationem, poſt Lutherum, exhibet Chemnicius atqve Gerhardus in Locis; nec non in Schola pietatis: & Carpzovius in Iſagoge librorum Symbolicorum. Vid. Manuale Theologicum Artic. 72. NB. & infrà Theologia moralis.

Nota: Ad dextram decalogi explicationem reqviritur I. *Harmonia* exactiſſima 1. cordis. 2. oris. 3. operis & manûs, ex Matth. 5. & 22. vid. Chemnic. Harm. ad h. l. & Theol. Poſ. art. 72. II. *Phraſeologia* ejusqve explicatio accuratiſſima. Pleraq; enim verba ſunt emphatica & verè prægnantia, vid. Theol. Poſit. art. 132. §. 12. III. *Fundamenta* Hermenevtica tam Logica, qvàm Rhetorica, qvia ex affirmatione colligenda eſt negatio, ſubjecti & objecti interni & externi ampliatio, & præcepti atqve interdicti per comminationes, promiſſiones, pœnas atqve præmia illuſtratio, atqve indeſinens meditatio practica in exercitiis pœnitentiæ neceſſaria.

§. 5. *Summa Moralis* habetur Luc. 10. de diligendo DEO & proximo, nec non Eccleſ. 12. in fine & Mich. c. 6.

§. 6. *Dicta moralia ſpecialia* paſſim occurrunt, qvorum Synopſin exhibet Mnemonica Sacra, nec non Aretologia Norimbergæ edita.

§. 7. *Methodus dextrè explicandi dicta moralia* attendere jubet 1. *partitionem*, 2. *explicationem*, 3. *confirmationem* per dicta parallela, 4. *illuſtrationem* per exempla & teſtimonia Patrum & Lutheri, 5. *applicationem*, ita ut non negligatur & Legis uſus, accuratè explicandus, & Legis antidotum Evangelicum, in Chriſto conſpicuum. Conf. Orator. Eccleſ. in explicatione generis Pædeutici atqve Epanorthotici.

Titulus X.
De Textu Evangelico.

§. 1.

T*Extus Evangelicus h. l. non ſtrictè notat concionem gratiæ de*

Chriſto; cujus promiſſio in univerſo Veteris Teſtamenti codice latet, exhibitio autem in Novo Teſtamento patet: *Sed particulam Hiſtoriæ Evangelicæ*, in Novo Teſtamento ab Evangeliſtis exaratam; qvæ diebus Feſtis atqve Dominicis ordinarie explicatur. Conf. de Evangeliſtarum officio Theologiam Poſitivam, & Manuale Theol. Artic. 121. nec non de Evangelio. Artic. 76.

§. 2. *Interpretatio Textus Evangelici* reqvirit analyſin Logico-Philologicam, ita ut inprimis attendatur

1. *Harmonia* Hiſtoriæ totius ex qvatuor Evangeliſtis collecta. 2. *Scopus principalis*. 3. *Summa*. 4. *Partitio*. 5. *Explicatio tàm vocabulorum, qvàm rerum*. 6. *Delineatio ad fidem & mores*. De qvibus omnibus videri poteſt Harmonia Chemnitii à Gerhardo continuata, Analyſis Evangeliorum Dieterici, & Manuductio in appendice Oratoriæ Eccleſiaſticæ.

§. 3. *Interpretatio Textus Evangelici interdum dirigitur* ad *certum ſcopum*, qvando inſtat introductio novi Paſtoris, ſive Magiſtratus; vel etiam alia ſolennitas. Qvâ de re Balduini Idea diſpoſ. Bibl. agit.

Nota: Qvi ſingulos *fidei articulos* ex Evangeliis Dominicalibus tractare deſiderat, videre poteſt indicem in fine Manualis Theologici. Qvi verò *Trifolio fidei veræ, vitæ Chriſtianæ atqve beatæ analyſeos* delectatur, expendat, qvæ hâc de re habet Mnemonica ſacra parte 2. & Index Gymnaſio Patientiæ annexus. Tandem *Victoria fidei* contra hoſtes Chriſtiani, Mundum, peccatum, mortem, diabolum atqve infernum oſtenditur peculiari libello, cui Tit. Evangeliſcher Glaubens-Sieg. Conf. Probe des wahren Chriſtenthums/ edit. Noribergæ in qvarto Anno 1677.

§. 4. *Qvia verò interpretatio Textuum Evangelicorum ſingulis annis renovanda eſt*; ideò ne deſit materia dicendi, *apparatus reqviritur Evangelicus* ſingulis Textibus XI. ſectiones aſſignans, qvarum 1. eſt Logica, 2. Rhetorica, 3. Grammatica,

matica, 4. Polemica, 5. Didactica, 6. Aphoriſtica, 7. Allegorica, 8. Typica, 9. Hiſtorica, 10. Ethica, 11. Euchariſtica. De qvo videri poteſt Oratoria Eccl. p. 684. Confer præfationem Viti Dieterici præfixam Poſt. Domeſt. Lutheri, ubi ait: Das erfahren wir alle / wann man ein Evangelium zwantzig Jahr nacheinander prediget / daß die / ſo ſolche Gaben des Heiligen Geiſtes haben / immerdar anders und anders von einerley Dinge reden; nicht darum / als ſolte die Schrifft mehr / denn einerley Meynung haben / ſondern / daß ſie ſo reich / und ein unerſchöpffliches Meer iſt / ie mehr man herauß ſchöpffet / ie mehr fleuſt wieder zu / und wird unmüglich ſeyn / daß der beſte Prediger / wenn er gleich ſein Lebtage nicht mehr / denn ein eintziges der geringſten Sontags-Evangelien zu predigen fürnehme / es erſchöpffen / und alſo predigen wolte / daß er nichts dahinden lieſſe.

TITULUS XI.
De Textu Apoſtolico.

§. 1.

Textus Apoſtolicus h. l. *dicitur, qvi ex Epiſtolis Apoſtolicis deſumtus eſt*, & ordinariè ſingulis diebus Feſtis atqve Dominicis publicè explicari ſolet.

§. 2. *Interpretatio textus Apoſtolici* itidem analyſin Logico-Philologicam, ſive Grammaticam reqvirit, ut ex qvovis textu oſtendi poſſit auditoribus 1. *Summa*, 2. *Occaſio*, 3. *Scopus*, 4. *Partitio*, 5. *Explicatio rerum & verborum*, 6. *Delineatio uſus*, 7. *Applicatio ad fidem & mores*. Qvæ ſingula maximam partem ex Commentar. Balduini & Selnecceri in Epiſtolas Paulinas videre licebit. Confer de ſtylo Pauli Glaſſii Philol. S. *Philologiam verò ſacram*, ejusqve uſum ſaluberrimum oſtendit *Dn. Lic. Johannes Olearius*, in Exercitatio-

nibus Philologicis Anno 1672. editis, qvæ meritò omnibus & ſingulis Theologiæ Exegeticæ Studioſis debent eſſe familiariſſimæ.

§. 3. *Textus Apoſtolicus ante omnia fidem & mores urgere jubet. Fidei articulos* ex ſingulis Epiſtolis Dominicalibus & Feſtivalibus potiſſimùm explicandos exhibet manuductio ſub finem Manualis Theologici. *Aretologiam* verò Apoſtolicam monſtrat appendix Aretologiæ, qvæ Norimbergæ edita eſt.

§. 4. Ne verò eundem textum qvotannis explicaturus materiâ deſtituatur, itidem *apparatus* reqviritur *Epiſtolicus*, eôdem modô colligendus, ſicut de apparatu Evangelico dictum eſt Titulo præced. 10. §. 4.

TITULUS XII.
De Textu Apocalyptico.

§. I.

A*Pocalypſis* h. l. *eſt divina revelatio*, qvam per organa ſua Eccleſiæ, non ſolùm Enunciatione, verùm etiam Scriptione Canonicâ Sp. S. communicavit, de qva ſupra tit. 7. §. 3. dictum eſt.

§. 2. *Unde Apocalypſis vocatur ultimum N. T. Scriptum Canonicum* à Johanne Theologo conſignatum. De cujus autoritate Gerhardi Exegeſis, Waltheri Officina, & D. Hoë in Comm. Apocal. videri poteſt.

§. 3. *Ut verò feliciter explicare liceat vel integra capita, vel dicta, vel viſiones* ex Apocalypſi Johannis, *monita* reqviruntur tàm generalia, qvàm ſpecialia.

§. 4. *Monita generalia ſunt ſeqventia:*

Obſervat. 1. *Interpres Apocalypticus* ante omnia diligenter atten-

attendat ea, qvæ ſuprà Tit. 7. *de Prophetia*, ejusqve impletione dicta ſunt.

Obſerv. 2. *Methodus interpretandi* textus Apocalypticos conveniențiſſima eſſe videtur, qvæ poſt ſummam, ſcopum & partitionem, attendit 1. *Analyſin Logico-Philologicam.* 2. ἐπίλυσιν *ſive ſolutionem* variarum qvæſtionum, ex contextu, ejusqve circumſtantiis enatarum. 3. πρᾶξιν *& Directorium* tam fidei qvàm morum.

Obſerv. 3. *Interpretatio Apocalyptica nec timida ſit, nec tumida.*

Timida eſt, qvæ veritatis confeſſionem timet, &, qvod ipſe Spiritus Sanctus de Româ Apocal. 17. & aliis, expreſsè prædicit, fateri non audet.

Tumida eſt, qvæ non attendit, qvod omnis Prophetia ante impletionem obſcura ſit; ideoqve explicationes ex vanis hypotheſibus Scripturæ adverſas fingere præſumit.

Obſerv. 4. *Conjectura Apocalyptica ſit modeſta, & hypothetica*; neqvaqvam verò jactabunda, ut, qvaſi apodictica, aliis ſimpliciter obtrudatur.

Obſerv. 5. *Harmonia malorum culpæ & pœnæ eſt perpetua.* Unde ſimilia fata habet Babel typica & antitypica. Imò adhuc peccata contemtorum verbi iterata, iterata attrahunt ſupplicia.

Obſerv. 6. *Vaticinia Apocalyptica implentur qvidem infallibiliter, non tamen ſemper hic & nunc fataliter, neceſſitate abſolutâ, atqve ſingulis individuis, inevitabiliter.*

Poriſma. Neqvaqvam E. fruſtraneæ ſunt *preces & pœnitentia*, ingruentibus pœnis univerſalibus. Qva de re agit libellus, cui Tit. Türcken-Fall/ part. 1. & 2.

Obſerv. 7. *Interpretatio Apocalyptica ad accuratam temporis computationem inprimis reqvirit terminum à qvo*; qvem in nonnullis occultare voluit divina omniſcentia. Undè tot opinionum monſtra, tot vanas prædictiones oſtendit præſens ſeculum. vide Held Somnia Apocalyptica & Hogelii Exegeſin. Conf. Dölingium de Anti-Chriſto & Türcken Fall part. 1. & 2. nec non de Anno 1660. & 1670. Phil. Nicolai de regno Chriſti.

Obſerv. 8. *Momentum impletionis Apocalypticum vel reſpicit impletionis*

pletionis horam; vel horæ qvadrantem; vel ultimi qvadrantis momentum, ſoli DEO relinqvendum. Confer Manuale Theolog. p. 1803. & p. 1717.

Poriſma 1. *Ergò fruſtranea eſt toties tentata determinatio* anni, menſis, & diei, tum ruinæ Papalis & Mahometicæ; tum extremi judicii.

Poriſma 2. *Ergò præſtat ſemper eſſe in timore Domini, qvàm inani futurorum metu cruciari.*

Poriſma 3. *Ergò falſum eſt, Apocalypſin eſſe clavem universæ ſcripturæ infallibilem.* vid. Crocii Weigel. p. 75. & D. Hoë & Cluveri Comm. in Apocal.

§. 5. *Monita ſpecialia* de tubis, ſigillis, phialis atqve plagis, paſſim exhibent Interpretes. Inprimis D. Hoë, Cluverus, & Dannhauerus de Anti-Chriſto.

CAPUT IV.

De Interpretationis Sacræ directorio.

§. 1.

D*Irectorium interpretationis ſacræ neqvaqvam humanum eſſe poteſt, ſed omninò norma hîc reqviritur divina & planè infallibilis.* Nam qvalis cauſa, talis qvoqve effectus interpreti ſacro expectandus eſt.

§. 2. *Notanda igitur h. l.* 1. *Determinatio,* 2. *Applicatio,* 3. *Operatio* hujus directorii.

§. 3. *Determinatio ex ore Spiritus Sancti non aliam interpretandi normam & cognoſcendi principium admittit, qvàm lumen Verbi divini infallibile.* Pſalm. 119. qvod ſimul omne principium humanum, ſive ex ratione ſive ex traditione ortum, ſimpliciter excludit, qvâ de re ſupra actum eſt cap. I.

§. 4. *Applicatio hujus directorii infallibilis ex ipſo interpretationis actu* conſpicitur, de qvo agit ſeqvens caput V.

§. 5.

§. 5. *Operatio hujus normæ patet ex fructu, qvi eſt judicium Interpretis ſacri, tam de ſua ipſius, qvàm de aliorum interpretatione*: qvæ, qvatenus cum univerſâ Scripturâ Sacrâ conſentit, vera; inqvantum verò diſſentit, falſa eſt. Qvæ omnia rectius cognoſcere licebit ex ſeqvente Capite V.

CAPUT V.
De Interpretationis Sacræ exercitio.

§. 1.

EXercitium interpretationis ſacræ ipſum interpretandi actum attendit. De qvo notanda ſunt ſeqventia:

Obſerv. 1. *Interpretatio Scripturæ Sacræ alia eſt vocum; alia rerum.*

Obſ. 2. *Interpretatio vocum eſt vel Metaphraſis*, ſive verſio, & in aliam lingvam translatio; *vel Paraphraſis*, ſive cum translatione conjuncta explicatio. Qvemadmodum verò laudem ſuam meretur cum judicio legenda Eraſmi *Paraphraſis* N. T. Ita B. *Lutheri verſio* Germanica omnibus palmam præripit. Qva de re Fabricius Capito in Inſtit. Hebr. Argentorati editis An.1525. lib.1. c.4. fol.8. ait: Hebræa interpretationi aut Latinæ, aut Lutheranæ, aut, qvod mallem, utriqve conferas, & qvæ varie reddita ſunt, ad Lexicon aliqvod omninò expende. Tum expeditam vocabuli illius ſignificationem invenies. Latina Biblia verbis interim propius adhæſerunt. *Lutherus autem vim & energian, qvod eſt eximii interpretis officium, qvàm fieri poteſt, optimè reddidit.* Qvod admoneo, ne ſuperſtitioſius ex eo verba, ut qvidam ſolent, veneris, & per calumniam vituperes, *qvod ſplendidiſſimè ab illo verſum eſt.*

Obſ. 3. *Rerum interpretatio vel evolvit ſenſum, vel oſtendit uſum.* 2. Tim. 3. Rom. 15.

Obſ. 4. *Senſus Scripturæ Sacræ eſt conceptus divini intellectus, ſcriptione nobis communicatus*, ad fidem & ſalutem ſufficiens, Joh. 20.

Canon 1. Senſus Scripturæ in fidei articulis eſt perſpicuus, licet aliàs

aliàs occurrat phraſium ſingularitas & myſteriorum profunditas. Confer inſignem Lutheri felicitatem in explicandis idiotiſmis Theol. Poſit. art. 5. §. 6. & art. 94. §. 1. p. 778.

Canon 2. Omnis Scripturæ Sacræ obſcuritas in rebus fidem & ſalutem attinentibus, facilè tolli poteſt, per legitimam veri ſensûs inveſtigationem, beneficio analyſeos tam Logicæ, qvàm Grammaticæ; & accuratam obſcuriorum locorum cum perſpicuis collationem.

Obſ. 5. *Senſus Scripturæ Sacræ eſt vel Grammaticus ſive literalis,* & qvidem unicus, *vel ad uſum applicatus,* qvi ſolet vocari *myſticus.*

Obſ. 6. *Senſus literalis eſt,* qvem verba in propria & nativa ſua ſignificatione gignunt. NB. Lutherus T. 9. Altenburg. p. 1048. Es muſſ je ein Wort eine einige rechte und eigentliche Bedeutung haben. NB. Annot. Bibl. Gen. 32, 18.

Canon: Senſus literalis in articulis fidei omninò retinendus eſt. Qvis enim nos certiores reddere poterit de iis, qvæ rationi abſcondita erant, niſi DEUS omniſcius, verax & fallere neſcius? Sine cujus revelatione omninò neſcimus, qvod ex illâ & qvidem ſolâ ſcire poſſumus & debemus. Confer Manuale Theolog. Artic. 88. item Art. 2. & 5.

Obſ. 7. *Senſus myſticus, ſive ſenſus literalis applicatus, neqvaqvam eſt abſurda unici ſenſus literalis multiplicati everſio, ſed rerum per verba ſignificatarum ad alias res translatio, & certi uſus indicium.* Sive applicatio illa dicatur *Allegorica,* qvæ fidem & credenda; ſive *Tropologica,* qvæ mores & agenda; *ſive Anagogica,* qvæ ſpem ſive futura expectanda adhuc & ſperanda reſpicit. Confer Hieronymum in Ezech. c. 16. fol. 200. Tom. 5. Sic v. g. unicus eſt & manet ſenſus literalis *Hiſtoriæ de Joſua,* populum ducentis per Jordanem in terram Canaan: Sed qvia Joſua erat Typus Chriſti, ideò rectè applicatur illud factum tum *Allegoricè,* ad deductionem noſtram in Eccleſiam, & habitaculum populi DEI, per Baptiſmum: tùm *Tropologicè,* ad noſtram, exemplo Iſraëlitarum, Salvatori debitam obedientiam: tum *Anagogicè,* ad Patriam cœleſtem nobis promiſſam, cum victoria de omnibus piorum hoſtibus univerſali, 1. Cor. 15. Pſal. 110. 1. Joh. 5. infallibiliter expectandam.

Obſ. 8. *Senſus literalis dicitur perſpicuus,* qvia clarè perſpicitur; *& evidens,* qvia apertè videtur: ita, ut perſpectâ terminorum ſignificatione, & eorundem debitâ connexione, mens diſſentire neqveat. *Salvâ tamen*

Digitized by Google

tamen diſtinctione inter hominem adhuc convertendum, & jam converſum atq; regenitum: & inter *perſpicuitatem realem & verbalem*, ſive rerum & verborum: Hæc enim interdum evidentiſſima ſunt, licet myſterium ipſum, de qvo loqvuntur, rationi ſit obſcurum, Joh. 3. vid. inf lib. 2. c. 6. Titulum I. ad 6. inprimis de veritate, certitudine & perſpicuitate.

Nota: In objectis Hiſtoricis & rebus non fundamentalibus facilior eſt conciliatio interpretum, qvorum ſententia analogiæ fidei nec contraria nec abſurda eſt, ideoqve non rarò vel ſubordinari, vel conjungi poteſt, v. gr. de Baptiſmo ſuper mortuis. vid. D. Sebaſt. Schmidii Faſciculus Diſputation. 6. p. 337. & Balduini comment. h. l.

Obſerv. 9. *Indicium veri ſenſus*, beneficio analyſeos tam Logicæ, qvàm Grammaticæ inveſtigati, *eſt Harmonia*.

1. *Generalis*, cum univerſâ fidei analogiâ.

2. *Specialis*, 1. cum ſcopo, 2. cum contextu, 3. cum paralleliſmo ſacro.

§. 2. Actus interpretandi præſupponit Interpretis ſacri I. Reqviſita, II. Media, III. Officia.

SECT I.

De reqviſitis ſacri Interpretis.

§. 1.

R*Eqviſita Interpretis Sacri, qvæ h. l. attenduntur, partim generalia ſunt, partim ſpecialia.*

§. 2. *Reqviſita generalia ſunt* 1. φύσις, 2. μάθησις, 3 ἄσκησις; Sive, *ingenium, ſtudium, & exercitium.* Ut nobile illud Trifolium: ἕξις, γυμνασία, διάκρισις: *Habitus, exercitatio, & judicium*, ſit inſeparabile.

Not 1. ἱκανότης interpretandi habitualis præſupponit *aptitudinem naturalem*, & *ἰδίαν δύναμιν ἑκάστῳ* cuivis homini collatam, Matth. 25, 15.

Yyyyyyy Not. 2.

Not. 2. *Preces aſſiduæ impetrant talentum Exegeticum*, ſecundum menſuram gratiæ, κατὰ τὸ μέτρον τῆς δωρεᾶς τοῦ Χριστοῦ, Epheſ. 4, 7. qvæ data eſt unicuiqve noſtrum, ἑνὶ ἑκάστῳ.

Not. 3. *Peſtis judicii* eſt impetus affectuum indomitus, qvi non ſemel Hieronymum abripuit, præpoſterum cœlibatûs admiratorem, de qvo vid. Dannhaueri Hermen. p. 9.

Not. 4. *Nobile Antidotum offert Auguſtinus*, lib. 2. doctr. Chriſt. c. 7. qvi ante omnia Scripturarum interpreti inculcat *timorem* Domini: deinceps verò jubet *miteſcere pietate*; *neqve contradicere* divinæ Scripturæ. Et addit: *Poſt illos duos gradus*, timoris atqve pietatis, *ad tertium venitur Scientiæ* gradum. vide infra ex Luthero Tit. 3. de inveſtigatione divinæ veritatis NB. & confer præfationem Theodoreti in Cantic. Tom. 1. p. 291. ubi ait: Divinarum Scripturarum expoſitio cum *animum* purum, atqve ab omni maculâ alienum reqvirit, tum *mentis oculos* acres, qvi & res divinas qveant perſpicere, & in penetralia ſpiritûs ingredi audeant, tum *lingvam* ejusmodi, qvæ menti deſerviat, ejusqve ſenſum explicet pro dignitate.

§. 3. *Reqviſita ſpecialia* partim ſimpliciter neceſſaria ſunt, partim verò acceſſoria.

§. 4. *Reqviſita ſimpliciter neceſſaria*, præter exactam Theologiæ Poſitivæ, Polemicæ, Exegeticæ, atqve Moralis notitiam; ſunt *Logico-Philologica*, ut analyſin Grammaticam ſeqvatur analyſis Logica, tam formæ, qvàm materiæ.

§. 5. *Reqviſita acceſſoria ſunt Philoſophica*, cum reliqvis, qvæ intellectum perficiunt.

§. 6. *Univerſa illa reqviſita ad duas claſſes* revocari poſſunt, ita, ut alia dicantur eſſe *Inſtrumentalia*, alia verò *Realia*.

§. 7. *Inſtrumentalia ſunt* 1. Philologica & Grammatica, 2. Logica, 3. Rhetorica, 4. Poëtica.

§. 8. *Realia ſunt* 1. Philoſophica. 2. Medica. 3. Juridica; qvibus annecti poſſunt Miſcellanea.

CLAS. I.

CLAS. I.
Qvæ complectitur reqviſita inſtrumentalia.
TITULUS I.
Exhibens reqviſita Philologica & Grammatica.

§. 1.

PHilologia *Sacra vel generaliter, vel ſpecialiter* conſiderari poteſt. Confer infra Repertorium Philologicum NB.

§. 2. *Ad Philologiam S. generaliter conſideratam etiam referri ſolet Criſis*, ſive judicium, de autoris Canonici certitudine, de textus avthentici antiqvitate, puritate, & integritate; qvoad puncta vocalia, & accentus; nec non de ſtyli majeſtate, & varietate verſionum &c. de qvibus præter Glaſſium parte 1. Philol. Sacræ, Dannhaueri Hermeneutica, p. 118. agit. confer Methodum ſtudii Theologici ſup. p. 150. NB. & Apologiam Philologiæ Hackſpan. ab init. Annot. Biblic.

Canon 1. *Solus textus Hebraicus* V.T. & Græcus N.T. eſt avthenticus & incorruptus vid. Methodum. l. d.

Canon 2. *Puncta vocalia Hebraica*, ſive vocales, ſunt anima literarum conſonantium. vid. Method. Stud. Theol. ibid. & Dannhaueri Hermeneut. p. 16.

Canon 3. *Styli Sacri Majeſtas* eſt planè ſingularis. vid. Glaſſius l. d.

Canon 4. *Nulla Verſio* Bibliorum eſt avthentica, qvia eſt contradictio in adjecto, eſſe verſionem, & eſſe textum originalem.

Canon 5. *Verſio Lutheri* Germanica textum avthenticum nec malitiosè corrumpit, nec pervertit. Confer de particula ſola Rom. 3.

Digitized by Google

Lutheri Apologiam in Manuali Theol. art. 94. & p. 1397. & Hunnii pell. ovin. p. 459. & 454.

§. 3. *Ad Philologiam S. ſpecialiter ſic dictam, ſpectat Grammatica Sacra*, qvæ inprimis Lingvam Hebr. & Græcam attinet. Cujus egregium Specimen exhibet Grammatica S. Glaſſii. Confer de ejus primordiis clavem Flacii; nec non de neceſſario Glaſſii ſupplemento, Dannhaueri Hermen. p. 183. & infra Repertor. Theol. Conſilium de clave Flacii.

Not. 1. *Ad ſtudium Philologiæ S. felicius excolendum, etiam reliqvæ Orientales Lingvæ faciunt*. Inprimis verò Chaldaica, & dein Syriaca: nec non Perſica, Arabica, Æthiopica, atqve Samaritana. Qvas Verſiones Bibl. conjunctim exhibent Biblia Anglica. Cum qvibus conjungi poteſt Lexicon Harmonicum Edmundi Caſtelli A. 1669. editum Londini. Conf. Method. p. 61.

Not. 2. Philologiæ S. præclarum adminiculum ſunt *Concordantiæ Biblicæ*, de qvorum USU feliciſſimo actum eſt in Method. Stud. ſup. p. 62. NB.

§. 4. *Uſus Philologiæ S. eſt ampliſſimus.*

Canon 1. *Philologia S. etiam ex minimis & abjectiſſimis obſervationibus, ingentes theſauros, & montes doctrinarum colligere ſolet.* Unde meritò dixit *R. Simeon*, Non eſt ullum verbum, aut unica litera in lege, in qva non ſint myſteria ſublimia & precioſa. vid. Dannhavv. Hermen. p. 135. & *Hieronymus* in Epiſt. Epheſ. Singuli ſermones, ſyllabæ, apices, & puncta, in divinis Scripturis, plena ſunt ſenſibus. Conf. Baſilium M. de Spiritu Sancto.

Cujus rei exempla plurima, v. g. de ם clauſo, de ב majuſculo, de literis minuſculis, vel inverſis, &c. refert Tiberias *Buxtorffii*; & *Galatinus* in arcanis Cathol. Veritatis.

Canon 2. *Philologia S. idiotiſmos Lingvæ ſanctæ ſingulari ſtudio attendit.* De qvibus vid. Dannh. Hermen. p. 173. p. 181. 183. 195. & pag. 314. ſimulqve tàm Solœciſmos qvàm Barbariſmos excludit p. 158. Solœciſmus enim verborum legem, Barbariſmus verò ſonum reſpicit. vid. 1. Cor. 14, 11. & Bald. Com. h. l.

Canon 3. *Philologia S. propriam vocum ſignificationem inveſtigare* atqve

Digitized by Google

atqve urgere docet. vid. Dannh. Hermen. pag. 168. Confer de Petro & Petrâ Matth. 16. NB. Chriſten-Probe die Petri & Pauli.

Canon 4. Philologia S. Lectionis varietatem dijudicat. vid. Method. p. 152.

Canon 5. Philologia S. emphaſin vocum tàm Græcarum, qvàm Hebraicarum oſtendit. vid. Dannh. Hermen. p. 164. & Method. Stud. Theol. ſup. p. 153. & de verbo *ἐπινεύσωσι*, p. 64. nec non de facie Dei, Theol. Poſit. art. 10. Tit. 39. §. 4. p. 344. NB. Sic nemo absqve hoc adminiculo intelligere poterit, qvæ, qvalis, qvanta, ſit illa divinæ exaltationi oppoſita horrenda apoſtaſia, & populi *defectio*, de qva Eſaias loqvitur, c. 1, 2. niſi qvi novit, verbum פשע idem eſſe ac *per rebellionem deficere*, ſicut de Rege Moabitarum 2. Reg. 3, 7. & Edom uſurpatur 2. Reg. 8, 22. unde AbenEſra ad Hoſe. 14. hoc verbum de iis uſurpari ait, qvi egrediuntur ex poteſtate, *qvi ex poteſtate legitimi Magiſtratus ſe eximunt*, uti patet ex Theol. Poſit. art. 136. §. 1. p. 1060. Hoc E. vult Propheta, ſummi Benefactoris verba referens: *Filios exaltavi*, qvos ex Ægypti fornace eripui, prodigiis ſtupendis hoſtibus terribiles effeci, Mannâ per 40. annos cibavi, per mare, per Jordanem in terram melle & lacte abundantem deduxi, innumeris beneficiorum theſauris onuſtos accuratiſſimè informavi, inſtar pupillæ cuſtodivi &c. Hi verò impii, ingrati, increduli, ſervi Baal, apoſtatæ contumaciſſimi, *per rebellionem defecerunt* à Protectore, à ſummo Magiſtratu, à Patre indulgentiſſimo: imò conjuraverunt in me, & hoſtes facti ſunt atqve proditores pertinaciſſimi, adeò ut Aſinorum atqve Taurorum ſtupiditatem ſuperantes, malum ſemper pro bonis rependant refractarii; imò Satanæ mancipia, idololatræ fœdiſſimi, & monſtra potius, qvàm homines, adeoqve *nihil minus, qvàm Filii, execrandæ iſta terræ pondera.* Confer Deuteron. cap. 28. Ezech. c. 16. & cap. 23. Huc facit dies *ἀποκαταστάσεως*, Act. 3, 21. de qva voce agit Theol. Poſit. art. 136. §. 1. NB. & verbum prægnans, v. g. Do, ut des, reddo, ut reddas. vid. לקח Job. c. 1. Theol. Poſit. art. 132. §. 12.

Canon 6. Philologia S. tàm Declinationum, caſuum, numerorum atqve graduum, qvàm Temporum, atq; Modorum diſtinctionem accuratè attendit. Exempla paſſim offert Glaſſius in Gram. S. Sic *Dualis numerus* adhibetur in rebus naturâ vel arte geminis, ut de oculis &c. *Superlativi*

lativi verò nota eſt מְאֹד *valdè* Gen. 1. *& nomen Dei* [nam civitas Dei, eſt maxima Jonæ c. 1.] *& adjectivum repetitum.* Sic malum malum, eſt peſſimum. Huc facit *Genitivus pluralis*, ut ſervus ſervorum, id eſt, viliſſimus. Vanitas vanitatum Eccleſ. 1. id eſt vaniſſima. Canticum canticorum, id eſt, excellentiſſimum. Confer de Numero plurali ſup. pag. 344. NB.

Sic v. g. qvando qværitur, num vox illa ἐρευνᾶτε Joh. 5. vel *indicativè*, vel *imperativè* accipienda ſit? qvorum illud Eraſmus Schmidius in Nov. Teſt. hoc verò Dn. D. Sebaſtianus Schmidius in explic. dictorum defendit, (Confer Gerhardi Exegeſin p. 527. qvi *pro Imperativo* urget 1. *Scopum*, qvi eſt taxare lectionem perfunctoriam, cum ignorantia conjunctam Matth. 22, 29. eiqve opponere ſcrutinium accuratiſſimum. 2. *omiſſionem* pronominis Græc. ὑμεῖς. 3. *Indicativi tautologiam.* 4. *Similes Imperativos*; χαίρετε, ζητεῖτε Matth. 5, 12. cap. 6, 33. 5. *Conſenſum* Chryſoſtomi, qvi Græcus, Græca optimè intellexit: Item Auguſtini, & ex Pontificiis Emſeri, Dietenbergeri &c.) utriusqve ſententiæ examen Philologicum Theologo facilè oſtendit, *etiamſi hæc difficultas ob antitheſin* v. 40. καὶ οὐ θέλετε, *foret inextricabilis*; *nihilominus tamen divinæ Veritati nihil decedere.* Manet enim (qvocunqve modo accipiatur vox ἐρευνᾶτε) argumentum invictum: *Qvicunq; hoc commune principium approbant, qvòd in Scriptura S. habeant vitam æternam, illi omninò tenentur Scripturam ſcrutari, ut hunc theſaurum inveniant, in Chriſtum credant, & credentes ſalutem habeant æternam:* Cum hic ſit finis Scripturæ univerſalis, Joh. c. 20.

At Judæi & omnes Chriſtiani hoc approbant. E. tenentur Scripturam ſcrutari, & non tantum legere, ſed etiam meditari die ac nocte, Pſalm. 1. ut ſermo Chriſti abundanter in eis habitet, Coloſſ. 3, 16.

Taceo Imperativos divinos Devteron. 17. 18. Joſuæ 1. 8. Eſa. 34. 16. Devt. 6. 8. Hos itaqve, qvia Salvator *præſupponit*, omninò Scripturæ lectionem *inculcat* aſſiduam; ſive id fiat *formaliter & directè, ſive conſeqventer*; ſive præcipiendo, ſive indicando, qvid vigore præcepti divini fiat vel fieri debeat.

Accedit, qvod δοκεῖν h. l. *non opinionem, ſed commune principium* & infallibilem aſſenſum includat, ſicut Act. 15. 28. ἔδοξεν δόξαν, & communem ſententiam innuit. *Chriſtus enim in Scripturâ habetur, qua eſt medium*

Digitized by Google

medium perveniendi ad vitam æternam, & principium tàm μαθήσεως ſive cognitionis, qvàm πράγματος, ſive ipſius ſalutis; & potentia Dei ad ſalutem omni credenti Rom. 1. 16. Vid. *Höpſneri* Saxonia Evangelica pag. 222. Huc ſpectat & obſervatio, qvod præteritum rei futuræ notet certitudinem NB. Job. 39, 37. Es ſoll ſo gewiß geſchehen / alß wäre es geſchehen.

Canon 7. *Philologia S. non negligit diverſam ſignificationem conjugationum Hebraicarum.*

Nam I. *Conjugatio vocatur nuda*, reſpectu notæ characteriſticæ, & ſignificationis, unde & levis dicitur, ratione ſcriptionis & ſignificationis. Continet enim Activa & Neutra; *& dicitur Kal.* Cujus activum פקד viſitavit in Paſſivo Niphal includit paſſionem illatam vel â ſe ipſo, vel ab alio נפקד viſitatus eſt.

II. *Conjugatio Pihel* eſt 1. *intenſiva* actionis, innuens ſtudium & freqventiam, & diligentiſſimam accurationem atqve vehementiam, ut פִּקֵּד freqventer viſitavit, & paſſivum Pual פֻּקַּד freqventer viſitatus eſt. Sic שִׁבֵּר in minutiſsimas partes confregit, & שִׁמֵּר magno ſtudio cuſtodivit. Sic אִכֵּל voravit. 2. *alterativa*: ſic לִמֵּד diſcere fecit, docuit. 3. *permiſſiva* & declarativa, ut חִיָּה vivere fecit, vivificavit, vivere permiſit. 4. *inverſiva*, ut שֵׁרֵשׁ eradicavit, â שֹׁרֶשׁ radices egit.

III. *Conjugatio Hiphil* הִפְקִיד fecit, ut alius viſitaret. Cujus paſſivum Hophal paſſionem ab incognito agente innuit. Qvamobrem vocatur *Conjugatio gravis & aucta*. Eſtqve 1. *translativa* actionis in aliud ſubjectum; ut האכיל alium comedere fecit. 2. *alterativa*, faciens ex neutro activum; ut השכיב cubare fecit, proſtravit. 3. *permiſſiva* & declarativa cauſæ, cujus virtute, impulſu, juſſu vel permiſſione fit actio. Notat enim actionem tranſeuntem 1. effectivè 2. permiſſivè 3. declarativè. Sic הצריק juſtum pronunciavit. האשימם reos perage, & tanqvam reos deſolato, Pſalm. 5. 11. ſchuldige ſie. Κρῖνον αὐτούς.

IV. *Conjugatio* Hithpaël eſt 1. *reciproca*, ut השתמר cuſtodivit ſeipſum. 2. *freqventativa*, ut התהלך crebrò ambulavit. 3. *reflexiva*, ut התענה qvi ſe ipſum gravioribus curis affligit. Sic התפלל intra ſe ipſum oravit. 4. *intenſiva* vel *ſimulationis*, ex neutro חלה æger fuit, התחלה ſimulavit ſe ægrum, 2. Sam. 13. 2. vel *veræ actionis*, ut השתחוה toto corpore ſe incurvavit.

Canon

Canon 8. *Philologia S. accurato ſtudio examinat Harmoniam*
tum lingvarum, tum ſignificationum, tum verſionum. vid. infra de
Lex. Harm. Crucigeri Repertorium Philolog. libro 3. & de verſionibus
ſup. lib. 2. c. 3. ab initio. Confer נס vexillum elevatum, נססו per ae-
rem diffugiens, ut fugiant hoſtes. נוס ſic conveniunt אכר agricola &
Germ. Acker/& Lat. ager, & Gr. *ἀγρός*. Et Sack/שק ſaccus, & *σάκκος*.

Canon 9. Phraſeologia Rabbinica textum ſacrum non rarò illu-
ſtrare, ſola verò neqvaqvam infallibiliter explicare poteſt. Unde
non immeritò D. Schmidius in Faſciculo Diſput. Theol. p. 676. taxat
Ligtfoti opinionem, qvi Matth. 16, 19. ſolvere & ligare explicat per con-
cedere & prohibere. Nam & ipſis Judæis ſolvere eſt, remittere, & liga-
re eſt excommunicare. NB. Theol. Poſit. art. 125. §. 1. Et ejiciendus
ligatur Matth. 22, 13. ſicut carceri incluſus Act. 16, 24. 26. & clavis or-
ganum aperiendi & claudendi Eſa. 22, 22. innuit poteſtatem, qvæ pec-
catori in regno gratiæ aperit oſtium ad regnum gloriæ.

TITULUS II.
Offerens reqviſita Logica.

§. 1.

QVemadmodum Logica, *ὄργανον ὀργάνων*, *vel maximè atten-
dit* 1. *apprehenſionem ſimplicium terminorum*. 2. *compo-
ſitionem & diviſionem*. 3. *diſcurſum*: Ita & in his ſingulis In-
terpreti ſacro inſervit. Qva de re infra agit Repertor. Lo-
gicum.

§. 2. I. *Horologia* ſive terminorum apprehenſio jubet
attendere ſeqventia:

1. *Terminorum*, qvi interpreti S. occurrunt, notanda eſt digeſtio,
collectio, explicatio & applicatio. vid. infra Repertorium Horolo-
gicum.

2. *Termini purè Theologici* ex Theologia; Termini verò mixti ex
diſciplinâ, unde illi deſumti ſunt, rectè explicantur.

3. *Termini mixti*, qvi v. g. ſunt Philoſophici, vel etiam ex Medici-
nâ, vel

nâ, vel Juriſprudentia deſumti, felicius patent Interpreti S. ſi attendatur 1. *reductio* ad fontes. 2. *explicatio* qvoad onomatologiam & pragmatologiam, per definitionem & cauſas. 3. *repurgatio* ab omni imperfectione. 4. *applicatio*. Qva de re monita & exempla exhibet Methodus Stud. Theol. Conf. Johannis Prideaux Lectionem 14. de uſu Logices in Theologicis, p. 190. & Theol. Poſit. art. 45. §. 5.

§. 3. II. *Compoſitio & Diviſio*, qvæ integram Enunciationem vel affirmativam, vel negativam reſpicit, rectius intelligitur ex ſeqventibus.

Obſervatio 1. *Accurata Subjecti & prædicati indagatio nunqvam negligenda eſt Interpreti.* De qva vide Dannhauer. Herm. p. 220. ubi exempla Act. 3, 21. Rom. 6, 23. Pſalm. 112, 5. & Joh. 1, 9. examinat.

Canon. Subjectum enunciationis non tàm articulus, qvàm terminus anguſtior oſtendit, de qvo communior prædicari ſolet.

Ratio, qvia articulus non rarò tàm ſubjecto qvàm prædicato additur. Sic Joh. 1. 4. ἡ ζωὴ ἦν τὸ φῶς. Et in Enunciationibus reciprocis tàm ſubjectum qvàm prædicatum æqvipollent.

Qvando verò dicitur Joh. 1, 1. Θεὸς ἦν ὁ λόγος, rectè concluditur, qvòd ὁ λόγος ſit ſubjectum, de qvo terminus communior prædicatur. Nam omnis qvidem perſona, qvæ eſt æternus λόγος, etiam eſt Deus: Neqvaqvam verò omnis perſona, qvæ Deus eſt, etiam λόγος eſt. Cùm tres ſint perſonæ divinitatis, qvæ eſſentialiter Unum ſunt, videlicet Pater, ὁ λόγος, & Spiritus S. 1. Joh. 5. Conf. *Tarnovii* Comm. in Joh. p. 80. & contra Socinum p. 638. Glaſſ. Gramm. pag. 169.

Obſerv. 2. *Omnis æqvivocatio & ambiguitas tàm ſubjecti qvàm prædicati cautè excludenda eſt.*

Sic עולם in promiſſionibus Moſaicis non ſemper notat æternitatem abſolutam, ſed ſolùm longævitatem abſconditam; etiamſi antitypus (v. g. vitæ æternæ gloria, ſub typo terræ Canaan latens) ſit abſolute perpetuus. vid. Theol. Poſit. art. 10. Tit. 8. Sic non ſeqvitur: Paulus Rom. 11, 24. ad 28. agit de Judæorum converſione. Ergò illa univerſalis paulo ante mundi finem adhuc expectanda reſtat. Qva de re prolixè agit D. Calovius in annot. ad h. l. NB. Summa: Converſio Judæorum conſideratur vel *præcisè & formaliter*: ſic notat actum reductionis ovicularum deperditarũ Domꝰ Iſraël per Meſſiam, Mat. 15. ejusq;

Zzzzzzzz vocem

vocem Evangelicam ad unum ovile Eccleſiæ N. T. Johan. 10. Confer de Converſione Theol. Poſit. art. 92. vel *determinatè*, ſic reſpicit 1. *modum* vel ſucceſſivum, vel ſimultaneum. 2. *Subjectum* populum Judaicum vel totum ſimpliciter, vel univerſum, ante ultimum Chriſti adventum adhuc ſuperſtitem. 3. *Terminum*, ſive temporis momentum; Qvod 1. *generaliter* eſt extremum adventui Meſſiæ primo deſtinatum, Levit. 26, 39. 44. Deut. 4, 30. Jerem. 31, 31. 34. Hoſe. 14, 2. c. 3, 4. Hora noviſſima, 1. Johan. 2, 18. 2. *ſpecialiter* continuum, à primo adventu Chriſti, usqve ad poſtremum. 3. *ſpecialiſſimè* tempus cum ultimo adventu proximè connexum. Ubi non qværitur, an aliqva adhuc illuſtris Judæorum converſio futura ſit poſſibilis? Sed, an converſio univerſalis, ejusqve actus ſimultaneus, ultimum Chriſti adventum proximè antecedens, ejusqve eventus ſit infallibilis, ideo, qvia ab Apoſtolo Rom. XI. ſit prædictus? Qvod negatur, qvia prædictio actûs præciſa non eſt determinata ratione modi, ſubjecti & termini.

Imò adhuc vivente Paulo jam inchoata erat illuſtriſſima Judæorum converſio, uti patet ex converſione Hieroſolymitanâ 3000. Act. 2, 41. & Aſiaticâ c. 19, 10.

Unde dicebant Paulo c. 21, 10. Vides, frater, *qvod millia ſunt Judæorum πόσαι μυριάδες, qvi crediderunt.* Qvorſum facit & ſucceſſivus, neqvaqvam verò ſimultaneus gentium ejusqve plenitudinis ingreſſus, Rom. XI, 25. & alia exempla converſionis Judaicæ. v. g. Qvòd non ſolùm Hieronymus de ſanctâ fide prælectione libri contra Judæos exarati 5000. Judæos converterit, Anno 1412. confer ejus diſputationem cum Judæis Hotting. Hiſtor. Eccleſ. ſeculo XIV. p. 883. verùm etiam alii longè plures. Unde Seculo XIII. p. 539. ibidem leguntur ſeqventia: R. Gedalias ait, tempore perſecutionis Toletanæ plures qvàm 200000. Judaiſmo repudium miſiſſe, & Seculo XV. p. 935. ubi ipſi Judæi fatentur, qvod in Caſtilia plures, qvàm 100000. Judæi religionem ſuam mutaverint, & ſupra 200000. tempore R. Ferdinandi. Proinde patet, qvæ, qvalis, qvanta fuerit converſio jam præterita tempore Pauli adhuc futura; neqvaqvem verò qvæ, qvalis, qvanta adhuc noſtro tempore reſtet Judæorum converſio adhuc futura, & ante extremum diem infallibiliter expectanda.

Obſervat. 3. Syncategoremata Interpreti S. probè attendenda ſunt.

Sic

Sic v. g. I. *Vox Omnis* neminem à ſalute excludit, 1. Tim. 2, 4. nec ab illuminatione eximit Joh. 1 ſi modo locus parallelus 2. Pet. 3, 9. conſeratur, ſalvâ diſtinctione inter DEI benevolum affectum, & particularem ſalvationis eventum non DEO, ſed hominibus aſſignandum, de qvo Joh. 3. Marc. 16.

II. *Vox Multi formaliter nec omni, nec cuidam æqvipollet ſimpliciter;* Sed potius ab utroqve abſtrahit. Vana E. eſt Conſeqventia: Multi ſunt vocati. Ergò non omnes; vel qvidam non ſunt vocati. *Poſſunt enim aliqva eſſe omnia, qvæ non ſunt multa.* Sic duo oboli Luc. 21, 2. erant *omne reſiduum* Viduæ, de qvo Salvator dicit: ἅπαντα τὸν βίον, univerſam ſubſtantiam, qvam habebat, dedit, & multi dormientes ſunt omnes dormientes in terræ pulvere, Daniel, 12. Sicut & multi peccatores ſunt omnes peccatores Rom. 5, 19.

III. *Vox Solus non excludit præſentem credentis ſtatum, ſed operum effectum;* qvando dicitur: Sola fides juſtificat Rom. 3. Abrahamum c. 4. in medio bonorum operum curſu conſtitutum ſine operibus, non obſtante operum præſentiâ. vid. Theol. Poſit. artic. 94. §. 6. canon. 4.

IV. *Vox Unus aliqvando determinat ſtatum; non verò damnat contrarium.* Sic Epiſcopus unius uxoris maritus dicitur, ob excludendam polygamiam, non verò ad damnandam ſolitudinem vel vidui, vel in cœlibatu tempore perſecutionis conſtituti, 1. Cor. 7. Confer Dannhaueri Hermenevt. p. 223.

Obſerv. 4. Oratio Logica cum non-Logica peſſimè confunditur. Ratio eſt, qvia oratio Logica illa demum eſt, qvæ certum prædicatum de certo ſubjecto per hoc ipſum prædicatum ad certam ſignificationem determinato enunciat, ut ſit λόγος σημαντικὸς; oratio ſignificans rem per ſymbola denotatam. ſup. lib. 1. §. 11. NB. Sic Rom. 9. v. 2. Paulus optat, non verò ſimpliciter enunciat, vel abſolutè determinat, vel præſens, vel futurum. Amor enim non raró optat impoſſibilia. Confer Manuale Theolog. Art. 110. p. 1591. & Comment. in Form. Concord. art. XI. de Moſis deletione ex libro vitæ, nec non Dannh. Herm. p. 229.

Obſerv. 5. Enunciatio hypothetica ab abſolutâ cautè diſtingvenda eſt. *Conditionalis* enim, qvâ talis, nihil ponit, *formaliter* (v. gr. Si

eum velim manere, qvid ad te? Joh. 21, 23.) etiamſi interdum *materialiter* & conſeqventer aliqvid, aliundè certò conſtans, includere poſſit, v. gr. qvòd Salvator non voluerit Johannem hîc manere immortalem, aliunde conſtat, videlicet ex eventu, qvia mortuus eſt, teſte Hiſtoriâ Eccleſiaſtica. Conf. Dannh. Herm. p. 231. & 232. ubi dictum Hebr. 6. v. 6. adducit, cujus collatio cum Luc. 8. probat hypotheſin ex eventu, qvod omninò dentur πρόσκαιροι ſolùm ad tempus credentes. Confer de hoc loco Manuale Theolog. Artic. 35. p. 581. & de formali ſenſu propoſitionum Hypotheticarum, Stahlii qvæſtiones Logicas p. 520. & 529.

Obſerv. 6. ***Enunciatio negativa conjuncta cum contrariâ affirmativa, vehementiſſimè affirmat.*** Sic Pſalm. 28, 5. zubrechen und nicht bauen. Eſa. 41, 9. erwehlen/und nicht verwerffen. Joh. 3. 17. nicht verlohren/ ſondern das ewige Leben haben. Sic 2. Pet. 3, 9. non vult ullos perire, ſed omnes ſalvari. Ratio eſt, qvia major eſt vis negationis oppoſitæ affirmationi qvàm nudæ affirmationis. Hæc enim omnia ſummatim colligit; illa verò etiam univerſaliter collecta diſtribuit.

Obſ. 7. Enunciatio comparativa accuratè diſtingvenda eſt. Comparatio enim propria facilis, (ubi tertium comparationis utriqve ineſt, v. g. Homo eſt melior beſtiâ; non obſtante bonitate, qvæ itidem beſtiæ, cum omnibus creaturis competit. Geneſ. 1.) *impropria verò difficilior:* (ubi tertium comparationis alteri ſolùm ineſt. v. g. Meliùs eſt nubere, qvàm uri, 1. Cor. 7. Nam nubere bonum, uri verò neqvaqvam bonum, ſed omninò malum eſt. Huc ſpectat juſtitia diſcipulorum oppoſitæ Phariſaicæ falſæ, illa verò vera erat, Matth. 5.) *Difficillima deniqve eſt impropriiſſima*, qvando tertium comparationis neutri ineſt. Sic Soror Samaria & Sodom juſtior eſt Solymâ, Ezech. 16, v. 15. i. e. minùs injuſta qvàm Solyma; etiamſi & Samaria, & Sodom, & Solyma injuſta ſit: non obſtante injuſtitiæ gradu, qvi longè major deprehenditur in ſtatu Solymæ, qvàm Samariæ, vel Sodom. Confer Dannh. Herm. p. 237.

Obſerv.* 8. *Enunciatio excluſiva excluſi Subjecti & excluſi prædicati, perperam *confunditur*. Secus enim non ſolùm oppoſita, ſed etiam conjuncta peſſimè excluduntur. Sic Joh. 17. Pater eſt ille DEUS, qvi ſolus eſt verus DEUS (ſcilicet cum Filio & Spiritu S. 1. Joh. 5. Matth. 28.) neqva-

Digitized by Google

neqvaqvam verò ſolus Pater eſt verus DEUS, ita, ut ab hoc prædicato Filius & Spiritus S. excludantur. Qvod divinæ revelationi ſimpliciter contrarium eſt, Matth. 3. Conf. Tarnovium in c. 17. Joh. & Dannhau. Herm. p. 239. & Theol. Poſit. art. 10. Tit. 3. §. 1. NB.

Obſerv. 9. *Enunciatio exceptiva ſimul affirmat vel etiam negat illud, qvod exceptio ad certum caſum reſtringit.* Sic Galat. 2. v. 16. dicitur: ſcimus, non juſtificari hominem ex operibus Legis, niſi per fidem JESU Chriſti. Ubi gemina continetur enunciatio: 1. Nulla datur juſtificatio ex operibus. 2. Omnis & ſola juſtificatio datur per fidem Jeſu Chriſti. vid. Chemnit. part. 2. Loc. & Balduini Com. h. l. Conf. Dannh. Herm. p. 241. de varia exceptivarum ſignificatione.

Obſerv. 10. *Enunciatio reduplicativa, cauſalis & ſpecificativa, minimè confundenda eſt. Cauſalis* eſt illa 1. Joh. 3. 6. Omnis, qvi in DEO manet, non peccat, ideò ſcilicet, qvia in DEO manet, & qvamdiu manet. *Specificativa verò* eſt Joh. 5. Pater dedit Filio poteſtatem judicii, ὅτι qvatenus Filius Hominis eſt, ſcilicet Danielis cap. 7. deſcriptus, & talis, qvi eſt ὁ Χριςὸς, ὁ ὑιὸς τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος, Matth. 16, 16. ubi à qvatenus ad de omni valet conſeqventia. Qva de re fuſiùs agit Manuale Theol. Art. 49. p. 768.

Obſerv. 11. *Enunciatio Modalis accuratam diſcretionem reqvirit.* v. g. qvando dicitur Matth. 18, 7. *Neceſſe eſt venire ſcandala*; ſive, referendo modum ad prædicatum: Scandala neceſſariò eveniunt: neqvaqvam abſoluta, ſed ſolùm *hypothetica neceſſitas* intelligenda eſt, qvæ vocatur conſeqventiæ, ex ſuppoſitione. Ubi poſitâ mundi malitiâ, & mundanorum imprudentiâ, omninò ſeqvuntur ſcandala; ideò, qvia hæc jam poſita ita ſe habent; vel eò, qvia hæc ſunt, uti Philoſophus loqvitur. Qva de re agit Manuale Theol. Artic. 107. p. 1541. & 1544. Sic Matth. 19. 26. Qvod hominibus impoſſibile, DEO poſſibile eſſe dicitur, ut Camelus tranſeat per foramen acûs. vid. Manuale Theol. Artic. 50. p. 794. Conf. *Bocharti* Hierozoicon lib. 2. c. 1. p. 74. & *Hottingeri* primitias Heidelbergenſes p. 79. & p. 14. qvi formulam Syrorum atqve Arabum refert, de re inaudita & incredibili. v. g. Non ingreſſuri ſunt infideles portas cœlorum, *usqve dum penetrarit Camelus foramen acûs.*

Obſerv. 12. *Contradictoriarum enunciationum altera neceſſariò vera, altera falſa eſt.* Ratio eſt, qvia ſimpliciter repugnant, verum & falſum

 eſſe

eſſe & non eſſe, affirmatio & negatio ejusdem de eodem: Si termini iidem accipiantur ſecundum idem momentum reſpectus, ad idem ſubjectum & de eodem tempore, ſive ſine homonymia 1. Secundum idem 2. ad idem 3. eodem tempore, ὡσαύτως, κατὰ τὸ αὐτὸ, πρὸς τὸ αὐτὸ, καὶ τῷ αὐτῷ χρόνῳ. Ita, ut termini iidem, eodem ordine oppoſiti, referantur ad idem ſubjectum, eodem reſpectu, & eodem tempore conſideratum.

Si E. fundamentum fidei univerſale eſt Chriſtus 1. Corinth. 3. 11. Agnus DEI, tollens peccata omnium noſtrûm, Eſa. 53. propitiatio non pro noſtris tantùm, ſed etiam pro totius mundi peccatis, 1. Joh. 2. gaudium magnum παντὶ τῷ λαῷ Luc. 2. v. 10. Lumen gentium, & gloria Iſraël, v. 32. omnibus & ſingulis peccato laborantibus & oneratis commune, Matth. 11. ita ut qvilibet credens confidere, & de peccatorum remiſſione certus eſſe poſſit, Matth. 9. imò de æterna ſalute per Chriſtum univerſo mundo acqviſitâ Joh. 3. omninò *falſum erit figmentum fundamenti particularis.* Nam

1. termini ſunt prorſus iidem.
2. termini iidem ponuntur eôdem ordine.
3. termini iidem eodem ordine poſiti in altera propoſitione de ſe invicem affirmantur; in altera verò propoſitione de ſeinvicem negantur, hoc modo:

Fundamentum fidei & ſalutis in Chriſto eſt univerſale.

Fundamentum fidei & ſalutis in Chriſto non eſt univerſale.

Sive: Neqvaqvam verum eſt, qvod fundamentum fidei & ſalutis in Chriſto ſit univerſale.

Ubi nec Tropus, nec æqvivocatio latet, neqve ſenſus ejusmodi, ut *termini* non *ſumantur* ſecundum idem, ſed diverſo reſpectu; *neqve variatio*, ut termini non utrobiqve ad idem ſubjectum referantur; *vel etiam de diverſo tempore* accipiantur. Credimus enim omnes & ſinguli in N. T. per gratiam noſtram Domini noſtri Jeſu Chriſti nos ſalvari, qvemadmodum & Patres noſtri in V. T. Actor. 15. Conf. de apparentibus Scripturæ contradictionibus, & conciliandi methodo, Waltheri Officinam, & Dannhaueri Hermeneut. p. 243.

Obſerv. 13. *Enunciationes inuſitatæ ab uſitatis, cautè diſtingvendæ* ſunt. Inuſitatæ occurrunt 1. *Eſſentiales* de Deo. 2. *perſonales* de Chriſto. 3. *Sacramentales* de Sacramentis.

Canon

Canon 1 *Enunciationes eſſentiales* explicat Theol. Poſitiva art. 10. ad 16.

Canon 2. *Enunciationes perſonales inuſitatæ ac ſingulares ſunt, ſicut & ipſa unio perſonalis.* Vocantur verò inuſitatæ non Theologo, ſed Logico, qvi myſterium unionis perſonalis ignorat: nec formaliter, ita ut excludatur & modus enunciandi & concludendi Logicus formaliter inſtitutus ſcilicet generalis, ſed ſolùm ſpecialis & materialis, vide infra §. 9. NB. Ratio eſt, qvia nexus in propoſitionibus perſonalibus realis & planè ſingularis eſt, ita, ut omninò reales ſint, ſicut & ipſa perſonalis unio realis eſt.

Poriſma 1. *Ergò prædicationes perſonales non ſunt verbales.*

2. *nec identicæ,* qvia naturæ ſunt diſtinctæ.

3. neqve *Tropicæ, ſed propriæ,* proprietate non Phyſicâ, ſed Grammaticâ, qvæ eſt ſignificationis propriæ figuratæ locutioni oppoſitæ.

4. *neqve eſſentiales & univocæ,* qvia prædicata neq; ut ſpecies, neqve ut genus, neq; ut differentia ſpecifica enunciantur.

5. *neqve paronymicæ materialiter,* qvia prædicatum non ineſt ſubjecto per accidens. Qvicqvid ſit de paronymia formali & generali ſimilitudine, qvam alii admittendam eſſe exiſtimant.

Confer propoſitiones perſonales ex unione perſonali, in qvibus concretum unius naturæ de concreto alterius naturæ, modo prorſus ſingulari at inuſitato enunciatur. Sic filius Davidis eſt Dominus Davidis Matth. 22. 42. & Deus eſt Homo & Homo eſt Deus perſonaliter, ob perſonæ identitatem. vid. Theol. Poſit. art. 45.

Nota: *Analyſis* ejusmodi propoſitionum reſpicit tum terminos, tum terminorum connexionem talem, qvalem natura unionis perſonalis admittit, videlicet perſonalem. Unde

I. *Concretum* eſt *1. Perſona, tum ſimplicis,* qvod unam ſaltem naturam, cum ſuâ ſubſiſtentiâ exprimit, qvale eſt in enunciationibus *ex unitione perſonali* NB. fluentibus; *tùm compoſita,* qvo utraqve natura, divina & Humana, una cum ſuâ ſubſiſtentiâ indicatur, denominatione factâ, vel â naturâ utrâqve (Immanuel) vel ab alterutrâ (Deus, Homo) vel ab officio (Jeſus Chriſtus)

2. *Naturæ* ipſam naturam denotans, cum connotatione hypoſtaſeos, in qva illa ſubſiſtit.

Qvod

Qvod concretum eſt naturæ vel divinæ (Deus) vel Humanæ (Homo). Et coincidit cum abſtracto perſonæ NB.

II. *Abſtractum eſt* 1. *perſonæ*, qvod non exprimit utramqve naturam, ex qvibus perſona conſtat, & coincidit cum concreto naturæ. 2. *Naturæ*, qvod naturam in ſe, ſine connotatione hypoſtaſeos ſignificat (Deitas abſolutè, & Humanitas in prædicationibus *Unitionis* NB.)

Poriſma 2. *In Enunciationibus perſonalibus locum habent concreta naturæ tam in ſubjecto, qvàm in prædicato*, ut Deus eſt Homo; Et Homo eſt Deus.

Ratio eſt: qvia concreta naturæ à terminis concretivis, totam perſonam σύνθετον exprimentibus non differunt realiter, & qvoad modum exiſtendi, qvamvis differant formaliter, & qvoad modum ſignificandi, ut excludatur prædicatio identica.

Poriſma. Ergò concretum naturæ in enunciationibus perſonalibus notat formaliter alterutram naturam, non qvidem abſtractivè, & cum oppoſitione ad alteram naturam, qvæ prædicati, vel ſubjecti locô ponitur; ſed *concretivè*, atqve in περιχωρήσει illâ ac intimâ circumincesſione alterius naturæ conſideratam, cum annotatione hypoſtaſeos, ceu cauſæ unionis & prædicationis. Qvæ verò de divinæ hypoſtaſeos communicatione hoc loco attendenda ſunt, illa plenius expoſita ſunt in Theologia Poſitivâ artic. 43. §. 3. NB.

Canon. 3. *Enunciationes Sacramentales explicatæ* ſunt in Theol. Poſitiv. art. 82. NB.

§. 4. *Diſcurſus Logicus non ſolùm attendit conſeqventias, verùm etiam Syllogiſmos Didaſcalicos*, ex principio divino infallibili, qvi omnes humanas demonſtrationes longiſſimè ſuperant. Confer *Neldelium* de uſu Organi, & Dannhaueri Herm. p. 246. & 250. & infra Repertorium Logicum, nec non proceſſum diſputandi.

Not. 1. *Conſeqventias infallibiles* oſtendit Salvator non ſolùm Joh. 8. ſed etiam Matth. 22, 32. ubi Sadducæos ita retundit:

Illi, qvorum DEUS Deus eſt, vivunt, & non ſunt mortui.

Sed Abraham, Iſaac & Jacob ſunt illi, qvorum DEUS Deus eſt.

E. vivunt &c.

Vel

Vel hoc modo: De qvibuscunqve poſt mortem teſtificatur Deus, ſe eſſe illorum Deum, illi non ſunt ita mortui, ut nunqvam ſint in vitam redituri, ſed aliqvando reviviſcent, & reſurgent. Sed Abraham &c. E. reſurgent.

Ratio: qvia DEUS non eſt DEUS mortuorũ, ſed vivorum. Omnes enim illi vivunt Luc. 20, 38. Eſt enim Rex æternus, cujus ſubditi ex natura relatorum ſunt perennes, Luc. 1. Pſalm. 22. *Itaqve & mortui DEO vivunt*, & qvidem 1. *reſpectu animæ*, qvæ eſt in manu DEI, Sapient. 3. 2. *reſpectu corporis* in cinerem redacti, ad divinam omnipotentiam relati. Ipſe enim ex non exiſtentibus exiſtentia facere poteſt, Rom. 4. & oſſa rediviva producere. Ezech. 36. ut iterum vivant illi, Joh. 14, 19. qvi nobis ſunt mortui. Nam & ex lapidibus Abrahæ filios producere poteſt.

Not. 2. *Concluſiones Exegeticæ ex infallibili principio deducendæ ſunt.* Nam Apoſtolus jubet 1. Cor. 2. πνευματικὰ πνευματικοῖς συγκρίνειν. Ne committatur μετάβασις εἰς ἄλλο γένος. Conf. Höpfneri Locos Theol. Artic. 1. & Dannh. Herm. p. 253.

Canon. De Concluſionibus merè ſpiritualibus judicandum eſt, ſecundùm ipſarum formale, non materiale.

Not. 1. *Formale* propoſitionum eſt modus unionis, ſive reſpectus prædicati & ſubjecti, qvem ad ſe invicem habent, qvi ex ſubjecti limitatione ortus eſt.

Not. 2. *Materiale* propoſitionum ſunt ipſa extrema, ſecundum ſe & abſolutè, atqve ſeorſim conſiderata. NB. infra claſſ. 2. Tit. 1. §. 2.

Sic *Corpus eſt* terminus phyſicus: ſed Corpus Chriſti ſedens ad dextram Patris eſt terminus Theologicus Chriſtologicus, qvem, qvoad hoc ipſum *formale*, ignorat Phyſicus, & dum de eo judicium ſibi arrogat, committit μετάβασιν εἰς ἄλλο γένος NB. vid. Method. Stud. Theol. ſup. p. 73.

§. 5. *Concluſio & demonſtratio Theologica eſt feliciſſima, qvia ſimul certiſſima ex eâdem oriuntur poriſmata.* Hæc enim eſt δύναμις ſive potentia hujus ſyllogiſmi, τὸ πλείω συλλογίζεσθαι plura concludere, 2. prior. analyt. c. 1. Qvod fit, qvando ex Syllogiſmi actu unius ſive concluſione, ſive propoſitioni-

 bus,

bus, bonâ conſeqventiâ plures inferre licet concluſiones, remotè, ſynecdochicè, & virtualiter in ſyllogiſmo principali contentas, ita qvidem, ut ſalvâ concluſione principali reliqvæ dicantur *poriſmata*, ſive conſectaria.

Not. 1. *Poriſma* non ſolùm eſt terminus familiaris Ariſtoteli, verùm etiam Geometris. Conf. Proclus in lib. 3. Euclidis, ubi πόρισμα vocat κέρδος, qvaſi lucrum, ex demonſtratione ſcientificâ, tanqvam appendix proveniens, & qviddam qvaſi acceſſorium. Qvamobrem

Poriſma eſt propoſitio, qvæ ex aliâ neceſſariò ſeqvitur. Nam πορίζω eſt acqviro, paro, invenio, tranſitum patefacio, ſuppedito. πόρος enim eſt tranſitus. Qvandocunqve igitur theorema aliqvod ex Syllogiſmo neceſſariò infertur, tunc illationem illam qvaſi lucrari dicuntur, velut additamentum, conſectarium & qvaſi corollarium demonſtrationis.

Imò & πόρος vocatur *qvæſtus*, aliàs πορισμός. vid. 1. Tim. 6, 6. μέγας πορισμὸς, magnus qvæſtus, ſive ingens lucrum eſt pietas. Hæc enim ſola eſt, qvæ docet, qvænam ſit *Chrematiſtica ſacra*, qvæ acqviritur bonorum abundantiâ, Matt. 6. De qva loqvitur Auguſtinus lib. 1. C. D. cap. 10. p. 21. Amiſerunt omnia, qvæ habebant. Nunqvid fidem? nunqvid pietatem? nunqvid inferioris hominis bona, qvi eſt ante Deum dives? Hæ ſunt opes Chriſtianorum, qvibus opulentus dicebat Apoſtolus: Et qvæſtus magnus pietas, cum ſufficientiâ.

Not. 2. *Poriſma Latinis vocatur* 1. *Conſectarium*, qvod ſuâ qvaſi ſponte, ut evidens & confeſſum, ex dictis ſeqvatur. 2. *Corollarium* ſive auctarium, & epimetron, ſcilicet non qvodvis, ſed qvod per bonam conſeqventiam ex ſyllogiſmo principali ſeqvitur, à corollis actoribus in ſcenâ datis, uti ex Varrone, Svetonio & Cicerone conſtat. Qvamvis Scaliger in Theophraſt. de plantis exiſtimet, *corollarium eſſe ſententiam, qvæ conſeqvitur ſuperiorem ſententiam, non ſecus ac floſculus excipit floſculum in corollâ.* (imò & Ranunculus prolifer, & primula Veris, & Roſa interdum atqve Caryophyllus florem ex flore ortum oculis exhibere ſolet.)

Not. 3. *Poriſma* igitur propriè dictum eſt Logicis *concluſio concluſionem*

cluſionem conſeqvens, qvæ concluſioni demonſtrativæ, ſive problemati jam demonſtrato, adjicitur. Qvod fit

1. *per converſionem*. Sic O. juſtificatus eſt credens, qvia O. credens eſt juſtificatus.

2. *Per ſubſumtionem* ſub termino generaliore, ſive ſit minor, ſive ſit medius, vigore dicti de omni & de nullo.

Not. 4. Cujus rei exempla offert univerſa Theologia & Scriptura Sacra: uti patet ex ſeq. Nam I. *Deus veraciſſimus eſt mentiri neſcius* Tit. 1, 2. Ergò ejus verbum eſt veritas Johan. 17. Ergò veræ ſunt promiſſiones in Chriſto ita & Amen 2. Cor. 1. E. certiſſima eſt promiſſio 1. Salutis. 2. exauditionis. 3. conſervationis Matth. 6. 4. liberationis, Pſal. 91. 5. glorificationis Johann. 10. Ergò exulat dubitatio de Trinitate, incarnatione, juſtificatione, reſurrectione &c.

II. *Non erit impoſſibile apud DEUM omne Verbum* Luc. 1. & omne objectum in verbo revelatum & divinâ promiſſione confirmatum.

E. non erit impoſſibile, peccatorem ſalvare per fidem in Salvatorem catholicum Johan. 3. 1. Johan. 1. & Johan. 1. Rom. 3. Non erit impoſſibile damnatum abſolvere à reatu Matth. 9. alere egenum Matt. 6. eripere ex aqvis Matth. 8. c. 14. ſuſcitare Lazarum Johan. XI. facere ſuperabundanter ſupra id, qvod petimus aut intelligimus, Epheſ. 4. omnia mutare, Pſal. 77. Jonam ex ventre Balenæ c. 2. tres viros ex fornace Dan. 3. Danielem ex ferociâ Leonum cap. 6. Jobum ex morbo deſperato c. 42. morientem ex morte eripere, Joh. 8. & per vallem umbroſam deducere ad vitam æternam. Pſal. 23.

III. *Omne peccatum eſt legi contrarium & ἀνομία*, 1. Johann. 3, 4.

Ergò qvicqvid eſt legi contrarium, eſt peccatum. vid. ſup. Theol. Poſit. art. 31. NB.

Ergò & omnis motus inordinatus, qvia in lege prohibitus, eſt peccatum, ſive adſit, ſive deſit proæreſis, conſenſus, continuatio, aut conſummatio, ut conſtat ex confeſſione Apoſtolicâ Rom. 7. Qvæcunqve enim ita unum & idem ſunt, ut eorum poſito uno ſimul ponatur & alterum, illorum, qvi unum committit, is ipſe committit & alterum. Atqvi peccatum & iniqvitas, ſive anomia, ſe ita habent, qvia omne peccatum eſt iniqvitas, & omnis iniqvitas eſt peccatum. Ergò & omnis, qvi committit peccatum, ille committit & iniqvitatem.

Et vice verſâ, omnis committens iniqvitatem ſeu anomian, ſimul committit peccatum.

Qvamobrem 1. Nullum datur peccatum naturâ ſuâ veniale. Omnis enim anomia eſt maledicta Deut. 28. adeoqve DEO abominabilis, Pſal. 5.

2. Omne peccatum ignorantiæ eſt peccatum, qvia eſt anomia.

3. O. concupiſcentia prava connata eſt peccatum, etiamſi hoc neget aut ignoret univerſus mund9 Rom. 7.

4. Ergò etiam neceſſaria eſt pœnitentia ob peccata occulta Pſal. 19. & ignota Deo notisſima, Pſ. 90.

IV. *Omnis anima ſubjecta eſt Magiſtratui Politico.* Rom. 13.

Ergo & Clericus & qvicunqve alius. vid. Theol. Poſitiv. art. 127. NB.

V. *Qvicunqve juſtificatur, is fide juſtificatur,* Rom. 3.

Ergo & Abraham, & David, & Paulus eodem modo juſtificatur. Rom. 4.

Ergo non per opera (non obſtante juſtificationis declaratione per opera corám hominibus factâ, de qva Jacobus agit cap. 2.) Neqve enim σκύβαλα judicio divino rigidisſimo licet opponere. NB. Philip. 3. & Theol. Poſit. art. 94. & 100.

VI. *Qvicqvid non eſt ex fide, peccatum eſt.* Rom. 14.

Ergò oratio Phariſaico-Monaſtica & nudum opus operatum eſt peccatum Luc. 13.

Ergò oratio impœnitentis eſt peccatum. Pſal. 69.

Ergò obedientia cœca Monaſtica eſt peccatum. vid. Theol. Aſcetica.

Ergò jejunium & carnificina flagellantium eſt peccatum.

Ergò uſus S. Cœnæ conſvetudinarius, ſine verâ pœnitentiâ, eſt peccatum.

Ergò omnis cultus hypocriticus ſine ſeriâ devotione, eſt peccatum.

Ergò & vindicta privata, licet cautisſimè facta ſit per tertium, eſt peccatum.

Ergò ſuperſtitioſa ſigillorum uſurpatio & ſuſpenſio Evangelii Johannis de collo &c. eſt peccatum.

VII.

VII. *Pater veſter ſcit veſtram indigentiam* Matth. 6. cum paterno juvandi affectu, Pſal. 103.

Ergò qværenti regnum DEI cætera adjicientur, velut προσθήκη & auctarium, ſive corollarium, aut *Poriſma* ex 1. Tim. 6, 6. Cuicunq; itaqve à Patre omniſcio & omnipotentisſimo promiſſa eſt additio Catholica, qvæ omnem indigentiam ſupplere poteſt, ille in Deo habet omnia Pſal. 73. adeoqve qværens in regno gratiæ per Chriſti juſtitiam regnum gloriæ, non curat craſtinum, ſed omnem curam in Deum conjicit 1. Pet. 5. & in Nomine Chriſti orans exauditur, Joh. 16. & O. bona animi, corporis & fortunæ, imo interna, externa & æterna patienter expectat.

TITULUS III.
Exhibens reqviſita Rhetorica.

§. I.

R*Hetorica non ſolùm dicendi characterem, verùm etiam figuras, Tropos, & alia ornamenta dictionis oſtendit.* vid. Rhetorica S. Glaſſii & Dannh. Herm. p. 251. & exempla ex ſacris collecta, in Orator. Eccleſ. p. 385. & p. 367. & infra Repertorium Rhetoricum.

Canon 1. *Ob rationis diſſenſum* Tropi in articulis fidei neqvaqvam ſunt fingendi. Cujus rei exempla oſtendit Theologia Poſitiva art. 82. §. 12. de Sacramentis. NB.

Canon 2. *In propriâ ſede articulorum fidei, ſenſus literalis meritò retinetur.* vid. Chemnicius de fundamentis Cœnæ, & Theol. Poſitiva artic. 2. 3. & 88.

Canon 3. Scriptura neqvaqvam deteſtatur eloqventiam. vide Höpfneri Locos, artic. I. & Oratoriæ Eccleſ. veſtibulum. Conf. Balduini Com. in 1. Cor. 2.

Canon 4. Scriptura S. N. Teſtamenti habet ſuas figuras, & Metaphoras non tam ex Rabbinorum phraſeologiâ, qvàm ex Sp. S. applicatione explicandas, vid. Theol. Poſit. art. 82. §. 12. NB. Confer de clavibus ſup. Tit. I. de Philologia, & Faſcic. Diſp. D. Schmidii ex Matt. 16,

19. p. 676. Non enim ſeqvitur: Rabbini habent hanc phraſin. Ergò eodem ſenſu & non alio illa phraſis adhibetur à Chriſto. Cujus Panſophia Solaris ſtellas nebuloſas infinitis modis ſuperat.

§. 2. *Inprimis verò uſus Rhetoricæ perſpicitur in explicandis Parabolis*, de qvibus ſupra dictum eſt, cap. 3. Tit. 3. confer Dannh. Herm. p. 292. p. 299. & de antithetis Theol. Poſitiv. art. 18. §. 3. & de malis aureis, Prov. 25, 11. p. 308. & N. T. adagiis p. 311. Vide, qvæ de clavibus dicta ſunt in Theol. Poſit. art. 125. §. 1. NB.

Canon: Non datur applicatio Metaphorica, niſi datâ veritate rei & vocis propriè acceptæ, qvam Tropus præſupponit, in qva fundatur comparatio. vid. infra lib. 2. c. 6. Tit. 1. de Pſalmo 19, 1. 2. 3. & Pſalm. 84, 4. de Hirundine, & fontibus, ubi applicatio Metaphorica rem ipſam, ſine ſensûs multiplicatione præſupponit.

TITULUS IV.
Offerens reqviſita Poëtica.

§. 1.

Poëſis uti ſuam meretur laudem, ita & Interpreti Sacro nonnunqvam ſubvenit.

Nota: Aliud eſt Poëſin cognoſcere, aliud verò Poëſeos laudem temerè affectare. Unde natum eſt illud Mureti: In hoc ſeculo ſubtiliſſimo ei, qvi non Poëta natus, ſatius eſt abſtinere, qvàm carmina ſcribendo malevolis calumniandi anſam præbere.

§. 2. *Qvamvis Poëſis antiqva Hebræorum Davidica hodie non ſatis perſpecta ſit; nibilominus tamen & illius rudera, & veſtigia Græcorum Poëtarum nota eſſe debent ſacro Interpreti.* Conf. Dannh. Herm. pag. 108. & de Paulo, Græcorum Poëtarum teſtimonia citante, Balduinus comm. in cap. 1. Epiſt. Pauli ad Titum.

Not. 1. *Metricè Pſalmos* eſſe compoſitos, opinio communis eſt, qvam

qvam etiam ad alia Cantica Scripturæ, nec non ad Jobum & Threnos nonnulli extendunt. Confer *Lorinum* Tom. I. in Pſ. præfat. cap. 7. p. 4. ubi Hieronymi, Joſephi, Philonis, Origenis & Euſebii, nec non Didymi & Mariani Victorii teſtimonia memorat. *Diſſentit* Scaliger. vid. Dn. D. Calov. in Gen. p. 13.

Not. 2. *Qvibus numeris* conſiſtant verſus Davidici, non ſcripſi, qvia neſcio, ait Auguſtinus, Epiſt. 131. Eandem ignorantiam fatetur Andreas Maſius, Bellarminus, Ludovicus Luſitanus, Alphonſus Mendoza, & alii l. d.

Not. 3. *Cauſas* idem Lorinus ex Athanaſio, Nyſſeno & Chryſoſtomo affert *ſacræ Poëſeos* plurimas, qvarum potiſſima eſt, devotionis ſuſcitabulum, Harmoniæ ſtudium, & memoriæ adminiculum.

Not. 4. *Poëſin Sacram* nonnulli ex Rabbinis agnoſcunt eſſe *emphaticam*, & ad movendos auditorum animos efficaciſſimam. (Confer de antithetis Theol. Poſit. art. 18. §. 3.) Qvorum teſtimonia refert Dn. D. Calovius Comment. in Geneſ. prolegom. p. 14. & 15. Et p. 16. concludit: Dari in S. Codice *verſus rythmicos, non verò integrum Carmen rythmicum* (NB. Salvo tamen ſingulari artificio Poëtico nobis hodie, qvoad formalem rationem, ignoto, qvæ non tàm in rythmis, qvàm in verbis, ad decantationem emphaticam adaptatis, qværenda eſſe videtur.) Conf. ejusd. annot. in Pſalmos.

Clas. II.
Qvæ continet reqviſita Realia.
Titulus I.
Exhibens reqviſita Philoſophica.

§. I.

P*hiloſophia uti univerſæ Theologiæ, ita & inprimis Interpreti S. eſt longè utiliſſima.* Qva de re prolixè agit Höpfnerus in Locis Theol. Artic. 1. Confer Methodum ſtudii Theol. & infra Repertorium Philoſophicum. NB.

Canon.

Canon. Uſus Philoſophiæ non defectum, ſed potius perfectionem Theologiæ oſtendit.

Unde *Thomas* part. 1. qvæſt. 1. artic. 5. ad 2. ait: Theologia accipere poteſt aliqvid à Philoſophicis diſciplinis, *non qvòd ex neceſſitate eis indigeat, ſed ad majorem manifeſtationem* eorum, qvæ in hâc traduntur. *Non enim accipit ſua principia ab aliis ſcientiis*, ſed immediatè à DEO, per revelationem. Et ideò non accipit ab aliis ſcientiis tanqvam à ſuperioribus, ſed *utitur eis tanqvam inferioribus* & ancillis, ſicut Architectonicæ utuntur ſubminiſtrantibus, ut civilis militari. Et hoc ipſum, qvod ſic utitur eis, *non eſt propter defectum vel inſufficientiam ejus, ſed propter defectum intellectus noſtri,* qvi ex his, qvæ per naturalem rationem (ex qvâ procedunt aliæ ſcientiæ) cognoſcuntur, facilius *manuducitur* in ea qvæ ſunt ſupra rationem, qvæ in hâc ſcientiâ traduntur.

§. 2. *Uſus Philoſophiæ non ſolùm eſt Didaſcalicus, verùm etiam Elenchticus.*

Not. 1. *Didaſcalia* tàm terminorum ſimplicium ex Philoſophia deſumtorum, qvàm integrarum enunciationum explicationem reſpicit. v. g. qvid ſit ſtella, nubes, pluvia &c. qvis ſit ſenſus hujus propoſitionis: Homo vivit: mare eſt profundum: ſubditos decet obedientia.

Canon. In terminis Philoſophicis formale & materiale cautè diſtingvendum eſt. Nam ſignificatio *formalis eſt*, qvam vox habet in ſtatu abſoluto in ſe conſiderata, qvoad definitivam rationem abſtractam ab omnibus materialibus. Confer Thomam part. 1. q. XI. art. 2. obſerv. 3. *Materialis* verò eſt, qvam vox habet in caſu reſtricto ad materiam certam, & qvam antecedentia & conſeqventia contextûs, Hiſtoria coæva, Concordantiæ, & deductio ad abſurdum hîc & nunc oſtendunt. Confer ſup. claſ. 1. Tit. 2. §. 3.

Not. 2. *Elenchus Philoſophiæ* non ſolùm qvæſtiones non merè ſpirituales, verùm etiam merè ſpirituales attendit.

Not. 3. *In non merè ſpiritualibus Philoſophia errores refutat rationibus Philoſophicis, tanqvam familiaribus ſubſidiis, & oſtendit, eos etiam lumini naturæ adverſari.* Sic v. g. rectè urgemus contra Tranſſubſtantiationis figmentum, eidem contradicere ipſam rationem, qvæ negat, qvòd nuda accidentia ſubſiſtere poſſunt, ſublatâ ſubſtantiâ, accidentis enim eſſe eſt ineſſe. Si verò *excipiant* adverſarii: per abſolutam

tam

tam Dei potentiam & ex DEI voluntate hoc fieri; rectè urgentur, ut hanc voluntatem DEI ex revelatione, inprimis verò ex Cœnæ inſtitutione probent. Neqve enim dicere, ſed probare ſufficit. Conf. Theol. Poſit. art. 89. & 10. Tit. 38.

Not. 4. *In qvæſtionibus merè ſpiritualibus* Philoſophia oſtendit, qvòd fundamenta Philoſophica ab adverſariis allata vel omninò falſa, vel certo reſpectu vera; malè tamen applicata ſint ad qvæſtiones merè ſpirituales: qvæ ſupra naturæ Leges ſunt, ideoqve ex Legibus naturæ dijudicari non poſſunt. Sic malè concluditur: DEUS eſt unus, Devt. 6. Ergò ſolus & unus Pater eſt Deus. Num enim unitas DEI eſſentialis admittat Trinitatem perſonalem, prorſus ignorat ratio. Ergò, qvod ignorat, peſſimè negat: cum Scriptura utrumqve aſſerat. 1. Johan. 5. Hi Tres Unum ſunt. vid. Theol. Poſit. art. 10. Tit. 1. & art. 11. 12. NB.

§. 3. *Ne verò uſus Philoſophiæ degeneret in abuſum; & ex ſubordinatione fiat dominium; opus eſt, ut ratio humana rationis regeneratæ ductum admittat*, ita ut rationis νόημα captivetur ſub obſeqvium Chriſti, 2. Cor. 10, 5. & ſpirituale dubium non niſi ex ſpirituali principio explicetur. vid. Chryſoſtomum in 1. Cor. 2. homil. 7. pag. 382.

Not. 1. *Si rectè reqvirit Ariſtoteles* lib. 1. Elench. Sophiſt. c. 2. δεῖ γὰρ πιστεύειν τὸν μανθάνοντα *diſcentem oportet credere*, qvando ſcilicet ἐκ τῶν οἰκείων ἀρχῶν ἑκάστου μαθήματος è ſuis, domeſticiſqve artis cujusq; fundamentis docemus, non verò ex opinione: *quantò magis Theologia hoc reqvirit*, ut credas principiis divinis, ubi ſunt verè διδασκαλικοὶ λόγοι, non verò διαλεκτικοὶ, vel πειραστικοὶ, vel ἐριστικοὶ, diſputatorii, tentatorii, aut rixoſi.

Not. 2. *Laudandus itaq; meritò eſt zelus Georgii Hornii* in Arcâ Noæ p. 23. qvi contra PræAdamitas eorumq; dubia, qvomodo animal, cui *ignavi* nomen, in arcam pervenire potuerit, ob inceſſus tarditatem, ita ſcribit: *Præceptum Domini illud in arcam compulit*, (compelle intrare) cujus *Fiat* omnia produxit. Qvod qvi credere vel non vult, ob contemtum Scripturarum; vel non poteſt, ob vanas & leviculas difficultates; is ſimul neget mundum creatum, diluvium immiſſum, mortuos reſurrecturos, mundum conflagraturum. Et nomen ſuum Chriſtia-

 norum

norum albo eraſum, Celſi, Prophyrii, Luciani, PræAdamitæ, aliorumq́ Impiorum catalogo inſerat. Confer *Auguſtinum* qvi lib.6. Confeſſ. cap. 16. ait: Diſputabam cum amicis, Epicurum accepturum fuiſſe palmam in animo meo, niſi ego credidiſſem, poſt mortem reſtare animæ vitam.

Canon. Fidei dogma, qvod ex Scripturâ ſufficienter probari poteſt, ob difficultates rationis in dubium vocare neqvaqvam licet. Ratio, qvia intellectui finito judicium de rebꝰ infinitis, omnem captum humanum ſimpliciter excedentibus, minimè permittendum eſt. Qvid enim cœcus de coloribus? Confer Gerhard. de Interpr. Scripturæ. Balduini Comm. in cap. 2. Coloſſ. inprimis Chemnitium de fundamentis Cœnæ, & Theol. Poſitivam Artic. 2. 3. & 88.

§. 4. *Uſus Philoſophiæ in Theologiâ Exegeticâ conſpicuus, ex ſingulis ejus partibus patet.* Qvem juxta ſeriem librorum V. & N. T. demonſtrat Franciſcus Valleſius Covarrubianus, Doctor Medicus, in libro de iis, qvæ ſcripta ſunt phyſicè in libris S. S. de S. Philoſophia, per 91. Capita Lugduni in 8. A. 1595.

PUNCTUM I.
Continens reqviſita Metaphyſica.

§. 1.

INterpres Metaphyſicæ ignarus, toties impingere cogitur, qvoties ignorantiâ terminorum tranſcendentalium confunditur.

§. 2. *Qvod vel maximè ex attributis divinis conſpicitur, qvorum accurata explicatio inſtar clavis totius Scripturæ eſſe poteſt.* vid. Theol. Poſ. art. 10. NB. & infrà Repertorium Metaphyſ. E. g. qvando Salvator dicit Matt. 19. Nemo bonus, niſi unus Deus. Moſes verò Gen. 1. ait de ſingulis creaturis, qvòd omnia fuerint valdè bona. Hanc difficultatem facilè ſolvit, qvi ex Metaphyſicis novit, qvod aliud ſit eſſe *bonum eſſentialiter; aliud verò accidentaliter.* Solus E. DEUS bonus eſt & manet, per

eſſen-

eſſentiam; non obſtante creaturarum bonitate communicatâ. *Et nemo eſt bonus ſicut Deus, videlicet* 1. *abſolutè*, & eſſentialiter perfectus. 2. *relativè* in ordine ad creaturas, ratione convenientiæ; videlicet 1. *ut cauſa & principium* Act. 17, 28. 2. *ut idea & exemplar* imitandum, Matth. 5, 48. 3. *ut finis*, & ſummum bonum, unicè deſiderandum, Pſ. 73. Qvamobrem & *Spiritus Sanctus dicitur bonus*, Pſalm. 143, 10. *tum eſſentialiter, tùm effectivè*, Matth. 19. Jacob. 1. *Homini* verò bonum tum naturale, tum morale competit, qvorum neutro Deus indiget, Pſ. 16. vid. Theol. Poſit. Art. 10. Tit. 4. Confer ibid. de DEI unitate Devt. 6, 6. Simplicitate, Jacob. 1, 8. Veritate eſſentiali, 1. Joh. 5, 20. Infinitate, Pſal. 145, 3. Independentiâ, Eſa. 44, 6. Immutabilitate, Malach. 3, 6. æternitate, Pſal. 102, 28. Immenſitate, Jerem. 33, 24. Incomprehenſibilitate, Rom. 11, 33. Vitâ, Dan. 4, 31. Spiritualitate, Joh. 4, 24. Impatibilitate, Jac. 1, 17. Immortalitate, 1. Tim. 6, 16. Omniſcientiâ, Pſal. 139, 5. Sapientiâ, Pſalm. 104, 24. Voluntate & conſiliis, Pſalm. 115, 3. Sanctitate, 1. Sam. 2. 2. affectibus, omnipotentiâ, omnipræſentiâ, & reliqvis, qvorum XLV. ibidem enumerantur.

§. 3. *Uſum Metaphyſices Interpreti S. in reliqvis oſtendit* Dn. D. Calovius in Metaphyſica, Confer de ſigno & ſignato, de Neceſſitate, de cauſa peccati, de Mali origine & aliis ſupra Theol. Poſit. artic. 82. 107. 31. & 18. & infra Repertorium Metaphyſicum.

Canon. In applicatione terminorum Metaphyſicorum attendenda eſt via negationis, eminentiæ, & cauſalitatis. Sic Deus eſt cauſa, 1. ſine omni imperfectione, Jac. 1. 2. Modo eminentiſſimo & perfectiſſimo. Ipſe τὸ πᾶν Sirac. 43, 29. 3. Fons omnium bonorum, Sirac. 50. & cauſa omnium creaturarum.

Digitized by Google

PUNCTUM II.
Continens reqviſita Phyſica.

§. 1.

S*Ine cognitione Phyſica ſæpiſſimè obmuteſcere cogitur Interpres.* Hæc enim Librum naturæ ejusqve paginas 4. oſtendit, qvæ ſunt 1. Cœlum, 2. aër, 3. aqva, 4. terra, cum omnibus, qvæ in illis ſunt. Sic totum primum caput Geneſeos, nec non Pſalmum 104. & 148. nemo feliciter explicabit, niſi qvid ſit cœlum, terra, ſtellæ, & reliqvæ creaturæ ex Phyſica cognoverit. Sic qvando prot-Evangelium Gen. 3, 15. conſiderandum, vox ſeminis, capitis, mulieris, & ſerpentis ex Phyſicis præcognoſcenda eſt, ut ſemen benedictum Chriſtus Jeſus, ex muliere Virgine natum, Luc. 1. conterens caput & univerſam ſapientiam atqve poteſtatem ſerpentis infernalis, Lucæ XI. rectius agnoſcatur. vid. D. Calovii Comm. h. l. Idem patet, qvando diſcrimen Brutorum ex Levit. c. XI. occurrit, niſi ex phyſicis natura qvadrupedis, uti & piſcium atqve avium rectiſſimè oſtenditur, qva de re infra libro 3. agit Repertorium Phyſicum NB.

§. 2. *Compendium Phyſicæ S.* exhibet accuratiſſimus Exegeta, B. W. Lyſerus in Summario Theolog. hoc modo:

1. *Phyſiologia* ad res naturales, qvæ in ſacris continentur, neceſſaria eſt.

2. *Habet id cum theoreticâ Philoſophiæ parte commune*, ut admittat, qvæ per certam rationem & experientiam de rebus naturalibus explorata ſunt: imò opibus iſtis ut ſpoliis Ægypti, & miniſtrâ Hagar utitur.

3. *Differt ab eadem*,

I. *Latitudine*, ſiqvidem Phyſica Sacra de illis creaturis in ſpecie agit, qvarum in Scripturis fit mentio.

II. Cer-

II. *Certitudine*, qvæ enim per revelationem de creaturis cognita habemus, certiora ſunt illis, qvæ ex ſenſu vel ratione cognoſcuntur.

III. *Perfectione*; Phyſica enim Sacra rerum naturalium tum originem tum conſervationem, tum finem ad DEUM unicè reducit, qvod ex ſeſe poſt lapſum ratio non rectè, nedum perfectè facere poteſt.

4. *Speciales Phyſicè ſacræ partes* ſecundum opera ſextidui ordine pertractari poſſunt, atqve ita ad primum diem *Optica Sacra*, ſeu qvicqvid de luce, umbris, coloribus, & viſione in Scripturis invenitur: ad ſecundum *Uranologia*, Stœcheologia & Meteorologia ſacra: ad tertium *Geographia*, Hydrographia & Botanica ſacra: ad qvartum *Aſtronomia*, Aſtrologia & Computus ſacer: ad qvintum *Zoologia* & in ſpecie Ornithologia & ichthyologia ſacra: ad ſextum *Thyriologia* & in ſpecie Somatologia & Anatomia atqve Pſychologia humana referenda erit. De qvibus omnibus Gerhardus in diſputationibus Iſagogicis & Comment. in cap. I. Gen. nec non Dn. D. Calovius in h. l. & Syſtem. de Creatione agit. NB. vid. infra Repertorium Phyſicum libri. 3.

5. *Etſi verò Deus cuilibet creaturæ ſuum ſtatutum*, qvod ordinariè non præterit, dedit, attamen ipſe libertatem habet, aliqvid contra ordinarium hunc curſum, qvod præter & ſupra naturā primum creatum eſt, efficiendi; qvibus *miraculis* Scriptura paſſim plena eſt. NB. Theol. Poſ. & Manuale Artic. 25.

6. *Omnia verò iſta ordinariè debent ad DEI gloriam & laudem* referri, qvod creaturæ ipſæ in ſeſe faciunt; homo etiam, de qvo Malach. 1. non tantùm ex earum intuitu & conſideratione, ſed cumprimis qvoqve ex allegorica earum ad res ſacras declarandas, in ipſa Scriptura facta elevatione, idem facere debet.

7. *Cumq; non ſemper ab hominibus iſtud fiat, per extraordinaria miracula* aliasqve Scripturæ voces ad id excitari debent: ut ita concentus harmonicus omnium creaturarum, tum factis tum verbis DEUM collaudantium oriatur. vid. Manuale Artic. 17. & 18. Nam omnis creatura eſt bona, & à DEO dependet, ideoqve teſtis div. ſapientiæ bonitatis & omnipotentiæ, ſive habens 1. ſolum eſſe, ut cœlum annuncians gloriam DEI Pſal. 19, 1. 2. ſive eſſe & vivere, ut planta. 3. ſive eſſe, vi-

vere & ſentire, ut brutum. 4. ſive eſſe, vivere, ſentire, & intelligere, ut Homo.

§. 3. *Potiſſima, quæ ad Phyſicam S. ſpecialem faciunt, collegit Franciſcus Valleſius in* Philoſophia S. Inprimis verò *Hiſtoriam animalium* S. egregiam exhibet Bocharti Hierozoicon, & Franzii Hiſtor. animal. & Zoologia Sperlingii vide infra Repertorium phyſicum, ubi hæc & ſeqventia explicantur. *Botanicam* S. monſtrat Lemnius, cum Dioſcoride, Matthiolo, & Tabernæmontano conjungendus. *Gemmas* in Scriptura ſacra memoratas explicat Lemnius & Gabelcoverus, deniqve *Anthropologiam S.* illuſtravit Polanus in Syntagmate, cum Bartholino & aliis Anatomicis recentioribus conferendus. *Inprimis verò Manuale Theol.* fuſius agit *de fato* p. 411. *de Aſtrologia* p. 413. *de termino vitæ* p. 417. *de omine* p. 432. *de inſtinctu* p. 440. *de fortuna* p. 447. *de caſu* p. 451. *de ſorte* p. 454. *de mundi interitu* p. 1845.

Canon. Phyſica ſpecialis accuratam reqvirit prudentiam, ne fabuloſa pro veris accipiantur. Confer de Pelecano, de cantione Cygni & aliis, infra lib. 3. Repertor. Phyſicum, & de corvis Pſal. 147, 9. Comm. D. Geieri: qvorum deſertio plenaria incerta, particularis verò, dùm parens pro ſe ſuisq; victum qværit, ad ſcopum ſufficit, qvi eſt docere div. providentiam. NB. Luc. 12. 24. nehmet war der Raben/ κατανοήσατε attendite [νοέω, cogito, νȣ̃ς] Conf. Matth. 6. ihr ſchreyen iſt nicht vergebens. קרא Nam corvus eſt vorax, famelicus, edax, ubi concurrit ætatis imperitia, appetitus vehementia, & deſiderata ciborum ſufficientia, vel ſine parentum aſtorgia.

PUNCTUM III.
Offerens reqviſita Mathematica.

§. 1.

QVæ, qvalis, qvanta ſit Matheſeos utilitas, Interpretem S. ipſa docet experientia.

§. 2. Hæc

§. 2. *Hæc enim eſt, qvæ cœlum rimari, ſtellas numerare, terram metiri, mare perambulare, innumera numerare, immobilia movere, & per varias machinas cœleſtes atq; terreſtres inviſibilia, & impoſſibilia facere audet.* Confer. Machinam cœleſtem Johannis Hevelii edit. Dantiſci A. 1673. ejusqve Selenographiam, nec non Kircheri Iter Ecſtaticum edit. An. 1660. & Alſtedii Encyclopæd. Mathem. nec non Caſp. Schotti Curſum Mathematicum, & Magiam univerſalem edit. An. 1658. & infra Repertorium Mathematicum.

§. 3. *Et qvia res ipſa loqvitur, ſufficit, ſi imprimis Interpres Scripturæ S. attendat uſum*

I. *Arithmetices,* in libro Numerorum & Chronicorum. Confer demonſtrationem poſſibilis multiplicationis Iſraëlitarum in Ægypto, in Chronologia Johannis Temporarii lib. 2. p. 140. ubi addit: Deſinant miraculorum ſpectra nobis confingere, ſtupeant potius, cur tam pauci exierunt. Conf. Dannh. Herm. p. 104. ſeqv.

II. *Geometriæ* in explicandâ longitudine & latitudine, Epheſ. 3. 18. vid. Balduin. Comm. h. l. & dimenſione arcæ Noæ, Gen. 6. Templi Salomonis & Ezechielis. De qvo vid. Hafenrefferus, Villalpandus, & Bibl. Critica Anglic.

III. *Geographiæ & Topographiæ S.* de qva vid. Theatrum terræ ſanctæ Adrichomii. Conf. deſcriptionem Paradiſi, Gen. 2.

IV. *Aſtronomiæ* & Aſtrologiæ. De qva vid. Manuale Theol. pag. 413. & Gerhardus in Gen. c. 1.

V. *Chronologiæ,* de qva infra puncto 7.

VI. *Opticæ* in explicatione retrogradationis umbræ & Solis Eſai. 38. vid. Cornelius à Lapide h. l.

VII. *Muſicæ.* De qvo agit Theol. Poſit. & Manuale Theol. Artic. 105. pag. 1522.

VIII. *Architectonicæ* in explicatione ſtructuræ Tabernaculi, & templi Salomonis, nec non in expoſitione fundamenti fidei 1. Cor. 3. de qvo Theol. Poſit. & Manuale Theol. agit Art. 3. & fundationis Eccleſiæ ſuper petram. NB. ibid. Artic. 113. Vide *Architectonicam* Sacram, ex Matth.

Matth. 16. Chriſten-Probe die Petri & Pauli NB. & Manuale p. 960. & Repertorium Architectonicum.

IX. *Stathmica*, qvando de menſuris atqve ponderibus ſacris dicendum eſt. Conf. Manuductio præfixa Bibliis Noriberg. Erneſtinis, & Dannhaueri Hermen. p. 38. ſeq. & p. 322. NB. & infra Repertorium Stathmicum, una cum reliqvis univerſam Mattheſin explicantibus.

PUNCTUM IV.
Exhibens reqviſita Ethica.

§. 1.

E*Thicam omninò perſpectiſſimam debet habere Interpres.*

Nota. Qvamvis omninò ſint diſtinctiſſima, *ex printipiis humanis tradere diſcrimen honeſtorum, & turpium; & ex principio divino explicare decalogum*, peccati varietatem, atq; B. operum reqviſita, in foro Theologico: de qvibus Theol. Poſitiva agit Artic. 71. & 32. 34. & 100. Confer Walæi & Danæi Ethicam Chriſtianam. Nihilominus tamen longè felicius hæc ſingula expedire poterit Interpres, cui fundamenta Ethices Ariſtotelica ſatis cognita ſunt.

§. 2. *Inprimis verò Ethica terminos oſtendit*, infra in Repertorio Ethico explicatos & ab initio Theologiæ Moralis, beneficio qvorum principia actionum humanarum æſtimari poſſunt; & qvænam ſint v. g. proæreticæ, vel non proæreticæ; vel etiam actiones ignorantis, vel per ignorantiam. Ex qvibus patet, qvid hîc deſideretur ratione intellectûs, voluntatis & poteſtatis: qvid differat actus phyſicus hominis (dormire) & humanus ſive moralis electio, conſultatio, & qvænam ſit libertas contrarietatis, & contradictionis. vide Theol. Poſitiva Art. 30. & artic. 22. §. 11. NB. Et num ſufficiat, actionem moralem definire per motum, provenientem ab agente libero, qvatenus liberè operatur? Num ſervum ſit liberum arbitrium? Num detur peccati ſervitus? Johan. 8. & Concupiſcentia in Lege prohibita, qvæ rationi

prorſus

prorſus ignota eſt? Rom. 7. Num detur ἀνομία intellectui humano abſcondita? Pſal. 19. & 90. Num omne peccatum ſit voluntarium? Num detur iniqvitas connata & hæreditaria? De qvibus omnibus agit Theologia Poſitiva, & Manuale Theol. Artic. 34. de peccato actuali & Artic. 30. de Libero Arbitrio & Articulo 100. Conf. inprimis art. 10. Theol. Poſit. Tit. 19. ſeq. & de affectibus DEO attributis, v.g. amore, odio, gaudio, &c.

PUNCTUM V.
Continens reqviſita Politica.

§. 1.

Summus Politici ordinis autor & conſervator, Rex Regum, & Dominus Dominantium, 1. Tim. 6. *omninò vult, ut hanc τάξιν divinam agnoſcat,* Rom. 13. *qvi veritatem revelatam inveſtigare conatur,* cujus Compendium exhibet infra Repertorium Politicum.

§. 2. *Impoſſibile enim eſt, diſtinctas Reip Iſraëliticæ formas, actiones bellicas & civiles, Regum jura, mores, virtutes atqve vitia explicare* ex Devteronomio, libro Joſuæ, Judicum & Regum atqve Chronicorum; niſi hæc omnia ex fundamentis Politicis probè perſpecta habeat Interpres.

§. 3. *Imò ne unicum qvidem jus Regium* 1. Sam. 8, 11. *deſcriptum ſufficienter qvis explicabit, cui fundamenta regiminis ex Lege naturæ orta, ſunt ignota & abſcondita.*

Nota: Aliud eſt jus ſimpliciter à DEO *conſtitutum*, ſine ullâ exceptione hîc & nunc ſtrictè obſervandum; aliud verò eſt *jus uſurpatum* & vulgaris Regum conſvetudo משפט das gebrauchte Recht / die gewöhnliche Lebens-Art und Weiſe / wie es damahls bey den benachbarten Heyden regierende Könige zu machen pflegten. Confer Judic. 18, 7. Geneſ. 40, 13. *In qvo concurrunt nonnulla* 1. *juſta & æqva,* 2. *in caſu neceſſitatis*

 licita,

licita, 3. *iniqva & tyrannica*, 4. *Regio juri divino contraria*, Devt. 17, 16. Confer Gerhard. Tom. 6. p. 560. & Manuale p. 1750. Nam jus indultum in caſu neceſſitatis uſurpativum, etiam illud permittit, qvod citra neceſſitatem iniqvum videbatur & tyrannicum. vid. 1. Reg. 21. de vineâ Naboth.

§. 4. *Porrò qvæ ad ſingula tàm Magiſtratus, qvàm ſubditorum officia ſpectant, uberius* exponit Theologia Poſitiva & Manuale Theol. Artic. 127. & Aretologia.

PUNCTUM VI.
Offerens reqviſita Oeconomica.

§. 1.

Qvemadmodum *Statum Oeconomicum ipſe Deus inſtituit;* & in qvarto atqve ſeqventibus Decalogi præceptis, ipſius honorem, caſtitatem, corpus, vitam, bona, & famam certis legibus munivit; *ita etiam ſæpenumero illius mentionem fecit in Scripturâ Canonicâ*, ejusqve notitiæ neceſſitatem atqve utilitatem ſimul Interpreti ſacro inculcavit.

§. 2. *Potiſſima verò, qvæ Societatem Conjugalem*, ex Geneſ. 2. & 24. *patriam*, Epheſ. 6. & *Herilem* 1. Petr. 2. Eph. 6. tangunt, præter Aretologiam exhibet Theologia Moralis, & Repertorium Oeconomicum, nec non Mnemonica ſacra.

§. 3. *Inſigne exemplum antiqvæ triturationis occurrit* Eſa. 28, 24. qvam ex Columella & Varrone D. Pappi verbis explicat Dannh. Hermen. pag. 107.

§. 4. *Terminos & Labores Oeconomicos*, v. g. agriculturæ, Geneſ. 3. ſeminationis, meſſis, arationis &c. ex Pſalmo 126. & Eſa. . Lucæ 8. *feliciter explicaturus*, inprimis familiares ſibi reddat ſcriptores de re ruſticâ, Varronem, Columellam; & qvi noſtro ſeculo opus Oeconomicum longè utiliſſimum congeſſit,

Digitized by Google

congeſſit, *Colerum*. Cum qvibus conferri poſſunt, qvæ Plinius ad Oeconomiam ſpectantia memorat, ut & Tacitus, Beatus Rhenanus, & alii, de moribus Germanorum.

Not. 1. Oeconomia ſacra 1. Cor. 4. Luc. 16. attendit Theoriam actionum Oeconomicarum v. g. Seminandi, metendi, Gal. 6, 8. diſtinctam, qvæ eſt 1. Phyſica. 2. Ethica. 3. Myſtica: & cautè diſtingvit 1. ipſum actum. 2. eventum actionis vel gratuitum, vel meritorium. vid. Matth. 20.

Not. 2. Finis Oeconomi eſt chrematiſtica. De Sacrâ verò *Chrematiſtica* ex Matth. 6, 33. Pſal. 127. & 128. & Proverb. 10, 22. agit *Feurbornius*, Syntagm. 2. pag. 209. Conf. Dn. D. Geierum Com. Prov. 10. Habemus enim hîc,

I. *Principium* & fontes omnis boni, qvi eſt divina benedictio, Pſ. 128. Devt. 28. Jacob. 1.

II. *Actum* locupletationis œconomicæ, qvi ſeqvitur divitias cœleſtes, Matth. 6. Pſal. 112.

III. *Methodum*. Sine labore anxio & curis gentilium vanis, Matth. 6. Nam & dormientibus ſæpè accidit hæreditas. Pſalm. 127. & inſperata bonorum temporalium incrementa raro à priori deprehenduntur.

PUNCTUM VII.

Exhibens reqviſita Hiſtorico-Chronologica.

§. 1.

Hiſtoria eſt Philoſophia practica exemplaris, & fons omnium diſciplinarum, ex qvo ſcientiæ & artes humanæ promanarunt.

Canon. Hiſtoriæ uſus Interpreti ſacro eſt ſummè neceſſarius, qva de re agit Repertorium Hiſtoricum. Addantur Biblia Critica Anglicana, *Hottingeri* Theſaurus, Smegma, primitiæ Heidelbergenſes, Bibliotheca, & Hiſtoria Eccl. Et Dannhauerus Hermen. pag. 315. ubi commendat Hiſtoriam 1. *Topographicam*, 2. *Chronologicam*, 3. *Genealogicam*,

 4. *Logi-*

4. *Logiſticam,* 5. *Pragmaticam* 1. *Antiqvitatum* Judaicarum pag. 324, 2. *rerum* p. 327. 3. *perſonarum* & proſopographiā ſacram. p. 328. 4. *Politia,* ſub qva vixerunt ſcriptores Canonici, ex Actor. c. 23. p. 328. 5. *privilegiorum,* Actor. 22. 3. 18. ex Cicerone pro Rabirio & 5. Verrina: Porcia Lex virgas ab omnium civium Romanorum corpore amovet. Facinus eſt vinciri civem Romanum, ſcelus verberari. 6. *Præſidum* Romanorum, Actor. 24. p. 331. 7. *Rituum* p. 331. lavandi manus, vellicandi barbam, Eſa. 50. 7. adhibendi tibias in exeqviis Matth. 9, 23. 8. *Veſtium* Marc. 6. 9. p. 336. 9. *ciborum* Eſa. 66. 10. *ædificiorum* Eph. 2, 14. p. 336. 11. *phraſium* de viæ parario, Matth. 3, 2. p. 337. 12. *Scriptorum* Canonicorum p. 340.

§. 2. *Chronologiæ S. uſum* oſtendit Dn. D. Calovius Tomo I. annot. V. T. Bucholzerus, Alſtedius, Codmannus, Calviſius, Wagnerus, & Wichmannus Roſtochii edit. A. 1662. Inprimis verò D. Hoë & Cluverus com. in Apocalypſin. Confer Horam noviſſimam 1. Joh. 2, 18. (& ſupra de reqviſitis Logicis.) Cujus & qvadrantes & minuta non niſi ex eventu infallibiliter nobis innoteſcunt. Sunt enim myſteria ſoli DEO reſervata, Act. 1, 7. Marc. 13. Cum mixtura & decurtationis Matth. 24. & prolongationis ineffabiliter conjuncta vid. 2. Pet. 3. 9.

TITULUS II.

Offerens reqviſita Medica.

§. 1.

REqviſita Medica Interpreti S. neceſſaria rectius intelliguntur, ſi ipſe attendit Medicinæ utilitatem, ſummam, atqve terminos.

§. 2. *Utilitas Medicinæ in univerſa ferè Theologia occurrit.*

Nota: Theologus neqve peccata cum morbis, & in ſpecie cum Leprâ;

Leprâ; aut Chriſtum cum Medico; aut Theologiam cum Medicina comparare; aut controverſias de jejunio; vel naturam morborum à Chriſto ſanatorum; vel Providentiam Divinam in admiranda corporis humani fabricâ, Pſal. 139. ritè explicare; aut valetudinis curam & Melancholicorum, Scorbuticorum atqve Hypochondriacorum Symptomata à Tentatorum, aut Obſeſſorum moribus diſtingvere poterit, qvi fundamenta Medicinæ ſimpliciter ignorat. Confer Manuale Theol. pag. 363. Confer de mixturâ Medica Verbi & fidei. Theol. Poſit. artic. 124. §. 2.

§. 3. *Summam Medicinæ* exhibet Horſtius, Groſſius, & Alſtedius in Triumpho & Encyclopædiâ. Inprimis verò infra Repertorium Medicum.

Obſerv. *Fundamenta Medicinæ Theologo attendenda*, accurato ſtudio explicavit Sennertus & Mœbius in Inſtitutionibus; Jonſtonus in Medicinâ Practicâ, vel ob accuratas morborum deſcriptiones lectu digniſſimas. Confer & Franciſci Valeſii Philoſophiam ſacram, & Levini Lemnii tractatum de Plantis & Gemmis, in Sacro codice citatis. Nec non *Guilielmi Aderi* tractatum de ægrotis & morbis in Evangelio, inſertum Bibl. Critic. Anglic. Tom. 9.

§. 4. *Terminorum Medicorum in Scripturis occurrentium naturam explicant Lexicographi Medici.*

Obſerv. Studioſo Theologiæ imprimis commendatum eſſe debet Lexicon Hippocraticum *Anutii Foëſii*, & Dictionarium Medicum Henrici Stephani, ex Hippocrate, Aretæo, Galeno, Oribaſio, Aetio, Tralliano, Æginetâ, Celſo & aliis collectum A. 1564. Sic qvando dicendum, qvid propriè notet σπλαγχνίζομαι Marc. 8, 2. ſuccurrit Interpreti Foëſius, qvi l. d. col. 579. ait: σπλάγχνα dicuntur præcipua interiora viſcera, ut cor, pulmo, hepar, & lien, qvæ *vitalitatis ſunt præcipui fontes*, ac maximè hepar & lien, ex libr. de rat. vict. in morb. acut. & addit: *iis, qvi præter conſvetudinem pranſi non fuerint*, κρεμᾶσθαι δοκεῖ τὰ σπλάγχνα, *ſuſpenſa, ac pendula eſſe videntur viſcera.* Ventre enim vacuo, ob inſvetam abſtinentiam, ſuſpenſa ac pendula ſentiuntur viſcera, ut & cibis repleto ſtabiliri, ac confirmari videntur, ut ſcribit Galenus. Ex qvibus ſimul patet, qvod & hoc loco Salvator voluerit

Digitized by Google

μετριοπαθεῖν, Hebr. 5, 2. ut commota fuerint viſcera ſanctiſſima ipſius Medici, ideò, qvia jejunium videbat affligere viſcera auditorum.

TITULUS III.
Exhibens reqviſita Juridica.

§. 1.

Reqviſita Juridica Interpreti S. ipſa Scriptura inculcat, qvoties teſtamenti, obligationis, juris, judicii, accuſationis, appellationis, teſtimonii, pœnæ, & ſuppliciorum mentionem facit. Confer de examine Pauli per flagra Act. 22, 24. (de jure civium Romanorum &c.) de tortoribus, Matth. 8, 6. cap. 18, 34. & aliis ad morborum anxietatem exprimendam adhibitis. Qva de re agit Theologia Poſitiva art. 132. §. 10. & de reſtitutione art. 136. §. 1.

§. 2. *Concurrunt verò h. l. ſæpiſſimè termini tam juris civilis, qvàm Canonici.*

§. 3. *Jus Civile vel publicum eſt, vel privatum:*

Obſerv. 1. *Utilitatem Terminorum Juridicorum* in Theologiâ (v. g. Chirographi, adoptionis, libertatis, hæreditatis, Tutoris, Teſtamenti, Depoſiti &c.) oſtendit Repertorium Juris infra lib. 3. ubi ſimul & ſumma utilitas univerſi juris oſtenditur in Theologia.

Obſerv. 2. *Summam Jurisprudentiæ Civilis* oſtendunt Inſtitutiones Juſtiniani, cum Notis Schulzii, Epitome Pacii, Paratitla Weſenbecii, Diſputationes Treutleri, Collegium Argentoratenſe Juſti Mejeri, Jurisprudentia Carpzovii, Tabulæ Schævii, Epitome Groſſii, Dicæologia Althuſii, & Encyclopædia Alſtedii.

Obſerv. 3. *Summam Juris publici* habet Brautlacht, Reinking, Limneus, & alii.

Obſervat. 4. *Terminos Juridicos* explicat Lexicon Calvini & Briſſonii.

§. 4. *Jus Canonicum* continet Decretum, Decretales, Sextum Decretalium & Extravagantes.

Obſerv.

Obſerv. 1. *Utilitatem Juris Canonici* qvoad controverſias Canoniſtarum, Pontificiorum contradictiones, arborem conſangvinitatis &c. oſtendit Meiſnerus & Index Balduinianus in Præcognitis.

Obſerv. 2. *Summam Juris Canonici* exhibet Pacius & Inſtitutiones Juris Canonici Antonii Cucchi, qvibus inſertæ ſunt conſtitutiones Concilii Tridentini.

Obſerv. 3. *Terminos Juris Canonici* explicat idem Pacius & Index Juris Canonici, nec non Barboſa in principiis Juris.

§. 5. *Specimen applicationis* terminorum Juridicorum offert Apoſtolus 1. Tim. 6, 20. ubi jubet ſervare *depoſitum*, *παραϑήκην*, qvod cuſtodiendum alicui datum, ejusqve fidei commiſſum eſt, de cujus integritate, curâ & vigilantiâ atqve autoritate certi ſumus. *Depoſitarius* enim præcisè tenetur, ut depoſitori depoſitum reſtituat, & ſummam diligentiam adhibeat. Si verò depoſito contra voluntatem domini utitur, vel illud eidem denegat, furti crimen incurrere, vel infamiam reportare poteſt. Ex qvibus patet *Officium* 1. *Chriſtiani*. 2. *Eccleſiæ Doctoris*. 3. *Præceptoris*, cujus fidei commiſſus eſt diſcipulus (Unde Johannes Evangeliſta dicebat: redde depoſitum. vid. Wunderliche Gülte/ part. 2. p. 684. NB.) 4. *Parentis*, qvando per mortem Deo reddendi ſunt liberi. vid. Gymnaſ. Patient. NB. p. 1168. 5. *Agonizantis*, qvi animam in manus æterni parentis deponit NB. Pſal. 31. 6. Conf. exemplum Salvatoris Luc. 23, 46. Qvo enim potentior eſt, qvi depoſitum aſſervat, eò tutior eſt animæ noſtræ cuſtodia in manu omnipotentis NB. Johan. 10, 28. Luc. XI. Matth. 28. ut dicere liceat: Qvis ſeparabit? Nemo, Rom. 8. 39.

APPENDIX,
Oſtendens reqviſita Miſcellanea.

§. 1.

Miſcellanea h. l. vocantur, qvæ non ab omnibus ad certam aliqvam

qvam diſciplinam referuntur, qvorum tamen uſus Interpreti Sacro omninò notus eſſe debet.

§. 2. *Miſcellanea ejusmodi varia congeſſit Alſtedius* Tom. 7. Encyclopæd. edit. in folio, A. 1630. Herborn. cujus lectio judicium reqvirit ſubactum. Confer infra Repertorium Miſcellaneorum.

§. 3. *Sufficit h. l. ſi ob navigationes* Salomonis notentur ea, qvæ ad *Nauticam* faciunt, & à Keckermanno in appendice Geographiæ expoſita ſunt: nec non qvæ ad *Apodemicam* ſpectant, qvam Zvvingerus methodicè deſcripſit, ut de itinere exploratorum eorumqve relatione de terrâ Canaan, Numer. 13, 23. nec non de peregrinatione Abrahami, Iſaaci, Jacobi, & aliorum judicium ferre liceat. Et qvando explicanda eſt vallis tenebrarum Pſal. 23, 4. צל מות & umbra mortis, ubi merus horror & mortis metus, velut in deſerto, vid. Theol. Poſit. art. 132. §. 4. NB Confer de Methodo ſupra initium Methodi Stud. Theol.

Not. 1. *Apodemica* dicitur ab ἀποδημέω, peregrè proficiſcor, Matth. 25. 14. & ἀπόδημος eſt peregrè agens, abſens à populo & popularibus Marc. 13. 34. Actor. 12, 22. dicitur enim δῆμος populus, qvaſi συνδεδεμένος νόμοις vinctus legibus.

Not. 2. *Obſervationes* Apodemicæ reſpiciunt

I. *Lingvam* & idioma cujusvis regionis, & ſingularium Nationum.

II. *Situm loci* orient. vel occident. vel Septentr. vel meridionalem, clima, zonam, conſtitutionem aëris, maris, montium &c.

III. *Architecturam* propugnaculorum, templorum, ædificiorum publicorum &c.

IV. *Mores*, Politiam, res geſtas, belli & pacis tempore, media chrematiſtica, naturalia & artificialia, ex metallis, agricultura, vinicultura, armentis. vid. Job. c. 1.

V. *Religionem*.

VI. *Leges*

Digitized by Google

VI. *Leges* & judicia.

VII. *Sanitatem* incolarum vires, ſtaturam, ingenia &c.

SECT. II.
De Mediis ſacri Interpretis.

§. 1.

Vidimus hucusq; Interpretem Sacrum non modò Theologum, verùm etiam Philologum & Philoſophum.

§. 2. *His itaq; præſidiis inſtructus, præmiſſis precibus, intrepidè arduum interpretationis Sacræ munus aggredi poterit.*

§. 3. *Quod ipſum, ut fiat feliciter, media Interpretationis Sacræ nunqvam non attendenda ſunt.*

§. 4. *Sunt verò illa* 1. *Lectio,* 2. *Repetitio,* 3. *Inveſtigatio divinæ veritatis* α. *aſſidua.* β. *accurata.* γ. *harmonica,* ita, ut oratio, meditatio, tentatio ſemper maneat conjunctiſſima.

TITULUS I.
De Lectione.

§. 1.

Lectio divinæ Veritatis ſit 1. *aſſidua.* 2. *accurata,* 3. *harmonica.*

§. 2. *Lectio aſſidua non ſolùm indefeſſam continuationem* Pſalm. 1. *verùm etiam familiariſſimam cognitionem reqvirit,* omnium ac ſingulorum librorum, capitum atq; dictorum: qvemadmodum qvi diu aliqvam domum inhabitavit, omnes illius partes, cellulas, atqve angulos habet notiſſimos.

Nota. Hanc piorum proprietatem ſingulari acumine delineavit Apoſtolus Coloſſ. 3,16. qvando ait:

I. ὁ λόγος τοῦ Χριστοῦ ἐνοικείτω, ſermo Chriſti inhabitet in vobis. *Habitare enim in Scripturis accipitur de fixâ* ſede, & permanente uſu, & opponitur actioni tranſitoriæ, qvalis eſt peregrinantium & hoſpi-

Ddddddddd tum

tum (Jerem. 14. 8. qvare qvaſi peregrinus es in terrâ & qvaſi viator, ad pernoctandum? Warumb ſtelleſt du dich als wäreſt du ein Gaſt im Lande und als ein Frembder / der nur über Nacht drinnen bleibt?) qvi non habitant in diverſoriis, ſed pauliſper ſolùm morantur, & poſtea diſcedunt, parùm ſoliciti, qvot partes, vel manſiones habeat hoſpitium illud tranſitorium, in qvo vix unâ atqve altera die, vel etiam pauciſſimarum horarum ſpacio commorari licet.

II. *Sermo Chriſti inhabitet in vobis*, ita ut cor veſtrum ſit domicilium divinæ veritatis perpetuum, Chriſtum diligens, ejusqve verbum arctiſſimè tenens, Joh. 14. 23. Lucæ 8. qvemadmodum Maria omnia verba de Chriſto conferendo conſervabat in corde ſuo, Luc. 2,19. *συνετήρει*, ſicut vinum conſervatur, ne effundatur, vel pereat, Matth. 9, 17. & vir autoritate & ſanctitate præditus obſervatur. Marc. 6,20. ut ex diligentiſſimâ omnium circumſtantiarum collatione ſubinde major oriatur autoritas, reverentia, obſervantia & dilectio rei precioſiſſimæ: nec non certitudo actionis vel continuandæ, vel omittendæ, qvemadmodum ante commiſſionem prælii neceſſaria eſt deliberatio Luc. 14, 31.

III. *Sermo Chriſti inhabitet in vobis opulenter πλουσίως*, non ſufficienter tantùm, ſed & abundanter; non obiter, ſed *μετὰ πολλῆς σπουδῆς*, cum maximâ diligentiâ, uti Chryſoſtomus h. l. monet, & freqventi, atqve aſſiduâ tractatione. *Summa:* Hoc vult Apoſtolus: Verbum DEI tractetur à vobis non perfunctoriè, raro & obiter, *ſed aſſiduè*, ita, ut toti ſitis in hoc ſtudio; & non ſolùm ſufficientem, ſed etiam copioſam atqve abundantiſſimam ejus notitiam habeatis.

§. 3. *Lectio Verbi Div. aſſidua etiam ſit accurata:* de qva dictum eſt in Methodo ſtudii Theol NB.

§. 4. *Accurata Scripturæ Lectio reſpicit 1. fontes, 2. Commentatores, 3. Canones.*

Nota 1. *Fontes* ſunt Hebræi in V. T. & Græci in N. T.

Not. 2. *Commentatores* enumerati ſunt ſuprà, cum qvibus Biblia Critica Angl. atqve polyglotta conjungi poſſunt.

Not. 3. *Canones* Lectionem ſcripturæ accuratam dirigentes, paſſim enumerantur à Gerhardo, Meiſnero, & aliis in Meth. ſtudii Theol. Conf. Gerhardum de Interpretatione, de cœnâ, & Dannhaueri Hermen. pag.

Digitized by Google

men. pag. 390. qvi judicium de canonibus Pontificiorum, Salmeronis, Bonfrerii & Cornelii à Lapide addit l. d. & p. 392.

Not. 4. *Canones Interpreti Sacro* vel maximè attendendos, præter Flacium & Glaſſium collegit *Finckius* in pecul. libello. Confer qvæ ex PP. & Luthero collecta habentur in appendice libelli, cui Tit. Exemplariſche Betkunſt. Inprimis verò Auguſtinum, de doctrinâ Chriſtianâ.

Not. 5. *Nucleum* præcipuarum obſervationum habet Dannh. Herm. p. 394. Inter qvas eminent ſeqventes:

1. *Simpliciſſimus ſenſus eſt veriſſimus* p. 394. videlicet harmonicus cum analogiâ fidei conveniens.

2. *Senſus literalis figurato eſt præferendus*. p. 396.

3. *Gratia divina eſt amplianda*. p. 405.

4. *Oportet ſecundùm plura intelligi pauciora*. pag. 456. vid. plur. ibidem.

Summa: Gloria DEI & ſalus hominum ſuprema Lex eſto!

Qvæcunqve enim Scripturæ Interpretatio gloriæ divinæ, analogiæ fidei, ſaluti humanæ, tranqvillitati conſcientiæ, adverſatur; & ſimplicitatem fidei pervertit, ſenſum literalem ob rationis difficultates evertit, gratiam divinam reſtringit, & vel unicum locum dubium harmoniæ totius Scripturæ opponit, illa omninò falſa eſt. Confer Dannhaueri Hodomor. Calv. de abſoluto decreto, ejusq; fundamenti nullitate ex cap. 9. Rom. & Theol. Poſitiv. Artic. 36. 37. 38. 110. NB. infra ſeq. Titulo 3. §. 13.

§. 4. *Accurata verbi divini lectio etiam ſit Harmonica.* Ita, ut conferantur cùm fontibus variæ verſiones, inprimis verò paraphraſis Chaldaica, & verſio LXX. Interpretum. Cujus uſum oſtendit Kircherus in concordantiis Græc. & Hebraicis. vid. Methodus ſtudii Theol. de uſu concordantiarum, & Harmonia Concord. Hebr. Græc. & German. Lankiſii.

Titulus II.

De Veritatis Divinæ repetitione.

§. 1.

R*Epetitio Scripturæ S. ſimul judicio & memoriæ ſubvenit,* juxta illud: Lectio lecta placet, decies repetita placebit.

§. 2. *Repetitio Scripturæ S. ſit aſſidua, accurata & harmonica.*

§. 3. *Repetitio aſſidua* ſit 1. *diurna* dictorum, 2. *menſtrua* librorum ſingulorum, 3. *annua* ſcriptorum univerſorum V. & N. T.

Nota: *Uſus ejusmodi repetitionis eſt ineffabilis.* Sic enim Interpreti ſacro familiariſſima redditur dictorum copia, librorum ſeries, connexio, partitio, ſcopus, & univerſum corpus doctrinæ ſalutaris.

§. 4. *Repetitio aſſidua ſimul accurata eſſe debet,* & exploratoria defectuum, qvos ſubinde vel indefeſsâ lectione, vel neceſſariâ collatione cum aliis interpretibus tàm vivis, qvàm defunctis, ex eorundem Commentariis ſupplere licebit.

§. 5. *Repetitio accurata illa demum dici meretur,* qvæ ſimul eſt harmonica, reſpectu totius Sacri Codicis & ſingulorum librorum atqve capitum, uti patebit ex ſeqvente Titulo 3.

Titulus III.

De inveſtigatione Divinæ Veritatis.

§. 1.

I*Nveſtigatio divinæ Veritatis eſt medium Interpretationis Sacræ adæqvatum ab ipſo Salvatore monſtratum,* Joh. 5. ita, ut inveſtigatâ veritate ceſſet labor inveſtigantis; & datô fine, de mediorum ſufficientiâ conſtet Interpreti.

§. 2. *Ut verò ſufficiens ſit hæc inveſtigatio, reqviritur, ut illa ſit 1. aſſidua, 2. accurata, 3. Harmonica.*

§. 3.

§. 3. *Aſſidua inveſtigatio & meditatio divinæ veritatis* inculcatur à Davide, Pſalm. 1. per verbum הגה & ab Apoſtolo, per ἀναζωπυρεῖν, qvod ſignificat ignem ſopitum ſuſcitare, ne extingvatur, & ſufflaminare, wieder auffblaſen / ut flammam concipiat, 2. Tim. 1, 6. conf. ſup. p. 50.

Not. 1. *Meditatio notat motum animi*, ſive cogitationis in rem aliqvam intentæ continuationem & intentionem; adeoqve includit Verbi divini tractationem tàm extrinſecam, ſeu lectionem, qvàm intrinſecam, ſeu meditationem, tàm Theoreticam ut intelligas, qvàm Practicam, ut vitâ exprimas, tàm abſolutam, qvæ inſerviat tibi, ut proficias, qvàm reſpectivam, qvæ dirigatur ad proximum, ut eundem erudias. Et qvidem non ſuperficiariam, ſed accuratam & continuam, ita ut ceſſante actu, nunqvam ceſſet affectus.

Not. 2. *Meditatio, Verbi divini lectionem, relectionem, & prælectionem includit.* Nam lectio intellectum, relectio memoriam, prælectio verò judicium perficit, dum alios docendo, ſeipſum docet Interpres.

Not. 3. *Meditatio divinæ Veritatis theoriam ſimul & praxin* indiviſo nexu reſpicit.

Canon. 1. *Meditatio Scripturæ non ſit præpoſtera*, neglectis precibus inſtituta, nec Enthuſiaſtica, nocturna, confuſa; ſed ordine accuratô continuata; ita, ut præſupponat orationem & præceptorum auſcultationem, atqve lectionem neceſſariam, qvam ſeqvatur repetitio, declamatio, diſputatio, concio, ſcriptio & aliorum informatio.

Canon. 2. *Meditatio divinæ Veritatis eò fructuoſior eſt*; qvò magis cum perpetuâ oratione atq; tentatione conjuncta eſt. *De oratione* agit libellus, cui Tit. Bet-Kunſt.

Not. 1. *Tentatio* eſt practica profectuum diſcentis exploratio & examen rigoroſum.

Obſerv. 1. Qvemadmodum *diſcipulus*, ita & Prophetarum filius, examini perpetuò ſubjectus eſt.

Obſerv. 2. *Sicut in omni Examine* attenditur.

I. *Actus* ſive accurata inqviſitio, in diſcentis ſive diſcipuli 1. *notitiam* & objecti propoſiti apprehenſionem, 2. *intelligentiam*, 3. *explicationem*, 4. *applicationem*, ut conſtet, an diſcipulus tradita 1. *didicerit?* 2. *rectè intellexerit?* 3. *ita, ut illa qvovis tempore promere*, repetere &

aliis interrogantibus explicare; 4. *tandemq́; applicare* & ad uſum transferre poſſit?

II. *Scopus*, qvi eſt agnitio tum *defectus*, qvi majorem reqvirit diligentiam; tum *profectus* diſcentis, qvem comitantur laus, honor & præmia:

Ita & *in tentatione ſive rigoroſo Theologi examine*, DEUS in profectus diſcentis inqvirit, defectus oſtendit, humilitatem & devotionem accendit, & dona petentibus ſubinde auget, imò & majora largitur.

Not. 2. *Tentatio ratione principii alia divina, alia humana, alia Diabolica*; ratione verò ſcopi alia bona & utilis, alia verò mala & exitioſa eſt.

Obſerv. 1. *Deus examinat*, ut probet, Geneſ. 22, 1. & informet, Joh. 6, 6. *Diabolus* verò, ut ſeducat, & ad peccandum alliciat. Confer Jacob. 1, 14. vid. Gymnaſium Patientiæ p. 747.

Obſerv. 2. *Tentatio divina* omnium graviſſima, *Diabolica* freqventiſſima, *Mundana* verò periculoſiſſima eſt.

Obſerv. 3. *Tentatio* Theologo neceſſaria eſt, & utiliſſima.

Non tentatus qvalia ſcit? Sirac. 34, 11. Bonum eſt mihi, Domine &c. Pſal. 119, 71.

Vexatio dat intellectum, Eſa. 28, 19. & probationem, Rom. 5, 4. Anfechtung macht gute Chriſten / unverſuchte Leute ſind unerfahren / eitel unnütze Speculiſten / was ſolten die wiſſen? verführen gleichwohl alle Welt. Luth. gloſſ.

Obſerv. 4. *Tentatio eſt egregia fidei morumq́; magiſtra.* Hæc enim ad complementum & perfectionem deducit Theologum, dum mentem informat, voluntatem à malo revocat, affectus domat, carnem crucifigit, ineffabilem Verbi divini efficaciam oſtendit, humilitatem inculcat, ſuperbiam expellit, *γνῶθι σεαυτόν* demonſtrat, & verè Theologicam ſcientiæ ſuperaddit experientiam. Confer Gymnaſium Patientiæ, pag. 717.

Canon. 3. *Antidota tentationum alia generalia ſunt*, oratio & meditatio, ejusqve fructus, fiduciæ corroboratio, patientia, perſeverantia & liberationis ſpes certiſſima; *alia verò ſpecialia*, ſingulis tentationibus opponenda.

Obſerv. 1. *Orationis & meditationis* naturam & utilitatem oſtendunt antecedentia h. l.

Obſerv.

Digitized by Google

Obſerv. 2. *Fiduciæ, patientiæ,* perſeverantiæ & ſpei Chriſtianæ fundamenta explicat Gymnaſ. Patientiæ, p. 791. ſeqq.

Obſerv. 3. *Specialia* tentationis Divinæ, Humanæ, & Diabolicæ *antidota*, expoſita ſunt in eodem Gymnaſio Patientiæ, p. 725. p. 740. p. 760. Conf. Enchiridion conſolatorium Gerhardi, ſpeculum tentationum Schererzii, Antidotum Welleri, Aviani, Mülmanni. Et inprimis Lutherum in cap. 22. & 32. Geneſeos, atqve infra Panopliam Sacram, & Theol. Paracleticam.

§. 4. *Accurata divinæ veritatis inveſtigatio ex verbo* ἐρευνᾶτε Joh. 5. (qvod nonnulli ad exprimendam *Methodum* diligentiam adhibent, qvi non contenti diebus, horis & gradibus, ſed etiam minuta & ſcrupulos Ecclipſeos inveſtigare ſolent. *Sicut Prophetæ* temporis articulos venturi Salvatoris ἐξηρεύνησαν ἐρευνῶντες, 1. Pet. 1, 10. 11. confer de Imperativo ſupra reqviſita Grammatica Tit. 1. NB.) *à Græcis Patribus* (qvi emphaſin hujus lingvæ ſine dubio rectius, qvàm alii perſpicere potuerunt) *ita deſcribitur, ut illa cum accuratâ tàm canum venaticorum, qvam metallifoſſorum, qvi fibras terræ rimari ſolent, diligentiâ meritò* conferatur. Cujus rei teſtes ſunt:

I. *Baſilius Magnus* qvi Homilia 9. Hex. p. 47. probat notitias naturales, exemplo Agni, agnoſcentis matrem, ubi vox una, color idem, odor ab omnibus ſimilis. *Sic canis os parat* ad defenſionem, carens adhuc dentibus; & vitulus, anteqvam naſcuntur cornua. *Omnia enim habent veſtigia ſapientiæ Conditoris,* ad conſervationem propriæ ſalutis producta. *Canis æqvivalentem rationi ſenſum habet* (NB. Syllogiſmum qvaſi naturalem) *veſtigium feræ perſcrutans*, τὸ γὰρ ἴχνος τοῦ κυρίου ὁ κύων NB. διερευνώμενος, ubi invenerit ipſum multiformiter fiſſum πολυτρόπως σχιζόμενον, *digreſſiones qvocunqve divertentes ſingulatim rimatus,* tantùm non Syllogiſticam vocem per ea, qvæ facit, edit, aut hâc fera divertit, aut illâc, aut in hac parte. Atqvi non hac, ne illac. Ergò hac digreſſa eſt.

II. *Chryſoſtomus* ſcribit Tom. 3. in Joh. c. 4. Homil. 35. col. 172. Qvemadmodum in *auri metallis* ne minimã qvidem venam qviſpiam, qvi rem intelligat, omittere patitur, utpote qvæ ad augendas divitias pluri-

Digitized by Google

plurimùm faciat, *ita in* divinis *Scripturis ne unum jota, aut unus apex, ſed ne dimidium qvidem prætermittendum eſt, ſed omnia diligentius inveſtiganda*; Nam à Spiritu S. provenerunt, neqve in his quicqvam ſuperfluum, qvicqvam non neceſſarium.

Et Homil. 40. in cap. 5. col. 199. Propterea Chriſtus Judæos ad Scripturam *non ſimplicem & rudem lectionem, ſed ad inveſtigationem perqvam diligentem relegavit.* Non dixit; legite Scripturas, ſed *Scrutamini. Divina enim ſummâ indigent diligentiâ. Idcircò effodere profundius jubet,* ut, qvæ altè deliteſcunt, invenire poſſimus. Non enim rem in ſuperficie & in promptu poſitam effodimus, ſed qvæ tanqvam *theſaurus* profundè reconditur. Sirac. c. 24, 35. (Confer de hoc Imperativo ſup. Tit. I. de reqviſitis Grammaticis NB.)

Idem Homil. 13. in Gen. ait: *ſicut aromata,* qvantò magis teruntur, tantò majorem naturâ ſuâ fragrantiam reddunt; ita & Scripturis uſu venit, ut qvantò qvis illis eſt familiarior, tantò magis videre poſſit latentem in illis *theſaurum*, pluresqve percipere infallibilium *divitiarum* fructus.

Idem Chryſoſtomus ait Homil. 39. in Johan. cap. 5. col. 194. *Qvi metalla fodere aggreditur*, artis ignarus, auri venas non invenit, ſed confunditur, & laborem ſubit incaſſum; ita qvi divinarum ſcripturarum ordinem non intelligit, qvi earum proprietates, qvi leges non diſqvirunt, ſed omnia ad verborum ſonum accipiunt, *aurum terra confundentes, nunqvam reconditum in illis theſaurum aſſeqvuntur.* Confer Prov. 2, 4. & *Tarnov.* in Joh. c. 5. p. 471. ex Plutarcho, nec non *Budæum* p. 357. qvi ex Appiano hoc verbum de perſecutoribus Ciceronis ipſum ad mortem qværentibus uſurpat

Qvibus meritò addenda eſt tùm Auguſtini admonitio ſupra Sect. I. de reqviſitis §. 2. tum ingenua Lutheri confeſſio, qvi & ſtudium hoc indefeſſum agnoſcit, & fatetur, impoſſibilem eſſe debitam & exactam hujus ſtudii & laboris, in hac vitâ perfectionem. Ita enim ſcribit.

I. Tom. 12. Witteb. fol. 256. b. **Jch habe über 20. Jahr die H. Schrifft gelernet/mit allen Fleiß/** beten und wachen. Jch habe ſie über XII. Jahr gelehret/mit groſſer ſchwerer Arbeit/ mit ſchreiben/ leſen/ predigen/ drücken/ tichten ꝛc. und daneben täglich mit unſäglichen Anfechtungen/Verfolgung/Aengſten und Nöthen verſucht und probirt/ und

und kan dennoch/ leider/ allzuwenig davon / und gar offt meine Lection/ wie ein Kind/ nicht auffſagen.

II. Tomo 5. Jen. Germ. f. 125. **Ich lerne täglich daran** / und bleibe des Catechiſmi Schüler/ fühle auch/ daß michs mercklich hilfft/ und befinde mit der Erfahrung/ **daß Gottes Wort nicht auß zu lernen iſt.** Sondern iſt eigentlich war/ was der 147. Pſalm davon ſagt: **Seines Verſtandes iſt keine Zahl.** Und der weiſe Mann: Wer von mir trincket/ den dürſtet immer nach mir.

III. Tomo 8. Jen. f. 44. **Es heiſt wache/ ſtudire** / *attende Lectioni.* **Fürwar du kanſt nicht zuviel in der Schrifft leſen** / und was du lieſeſt/ kanſt du nicht **zu wol verſtehen**/ und was du wol verſteheſt/ kanſt du nicht zu wol lehren/ und was du lehreſt / kanſt du nicht zu wol lebē/ Experto crede Ruperto. Der Teuffel iſts/ die Welt iſts/ unſer Fleiſch iſts/ die wider uns wüten und toben.

IV. Tomo 10. Wittenb. f. 363. in Geneſ. 17. **Der Herren und Fürſten Briefe** / ſagt man / ſoll man **dreymahl leſen**/ aber/ warlich/ unſers HErrn Gottes Briefe (denn ſo nennet Gregorius die H. Schrifft) ſoll man dreymal/ ſiebenmal/ oder daß ich noch mehr ſage / **tauſend und aber tauſend mal leſen/ denn ſie ſeyn die Göttliche Weißheit/ die man nicht ſo bald mit dem erſten anſehen ergreiffen kan.** Wer ſie derhalben dahin lieſet/ als bekante und leichte Dinge / betreuget ſich ſelbſt. Confer Tom. 3. W. Lat. fol. 367: Hoc didici, Scripturam eſſe eam, qvæ nullius ingenium, nullius eruditionem, nullius diligentiam, nullius ſanctimoniam, non in multis partibus fallat, & ſuperet, atqve cum omnibus, etiam parvulis, ſit expoſita ad ſatietatem uſqve, magnis tamen ſemper ſepoſita eſt ad eſuriem. Ut veriſſimè & ſapientiſſimè dixerit Gregorius: Scripturam eſſe fluvium, in qvo agnus peditat, & Elephas natat, nec in eâ fœdius, nec pernicioſius erraverunt, qvàm, qvi ſe nihil in ea erraſſe præſumſerunt. Nec felicius & ſalubrius in ea profecerunt, qvam qvi timuerunt, ſe in omnibus errare. Sapientia enim eſt, cujus principium timor Dei, qvæ intellectum dat parvulis, & ſapientiam ſapientum reprobat. Conf. Ezech. 47, 3.

§. 5. ***Porrò accurata Veritatis in Scripturâ inveſtigatio reqviritur talis, qvæ ſimul ſit harmonica.***

Obſ. 1. *Harmonia* Muſicum reſpicit concentum, ubi multitudo

ſonorum congrua, ſecundùm artem diſpoſita deprehenditur, dicitur & *Conſonantia*, ſive diſtinctorum ſonorum in unum redacta concordia, qvæ certâ proportione gaudet.

Obſerv. 2. *Harmonia* generaliter notat compoſitionem cum proportione & ratione, & tribuitur non ſolùm ſono, ſed etiam Legibus in Politiâ, Magiſtratui & ſubditis, atqve orationi; imò omnibus creaturis: & inprimis hominibus Concordiam amantibus.

Obſerv. 3. *Aliàs dicitur Symphonia.* Confer Matth. 20, 2. ubi de Patrefamiliàs conducente operarios in vineam, dicitur, *συμφωνήσας*, conventio facta eſt, ſie wurden mit einander eins/ Conf. Actor. 5, 9. atqve idem verbum de conſenſu orantium adhibetur Matth. 18, 19. Qvemadmodum enim Muſici ex diverſis vocibus unicum efficiunt concentum, Lucæ 15, 25. ut ex variâ monodia fiat ſymphonia, etiamſi vel ſit bicinium, vel tricinium, vêl qvadricinium; ita & divinæ Veritati Canonicæ *συμφωνοῦσιν οἱ λόγοι τῶν προφητῶν consonant* verba Prophetarum, Actor. 15, 5. ut nullus ſcriptor Canonicus detur *ἀσύμφωνος* abſonus vel diſcors, Act. 28, 25. ab analogiâ fidei.

§. 6. *Harmonia divinæ Veritatis attenditur vel generaliter vel ſpecialiter.*

§. 7. *Generalis Harmonia divinæ Veritatis vocatur Analogia fidei.* Conf. Dannh. Hermen. p. 366.

Not. 1. *Analogia eſt proportio diſtinctorum inter ſe*, ubi, juxta Philoſophum, *λόγος* ſeu ratio certa datur, ut adſit *ἰσότης τοῦ λόγου*, ſive congruentia & certa rationis æqvalitas, aut conformitas: Unde & *Analogum* dicitur, qvod ad aliud certâ proportione comparatum eſt. Qvamobrem & Grammatici verba *Analoga* vocant, qvæ qvadrant ad regulam; qvibus *Anomala* opponuntur qvæ à regula diſcedunt. v. g. defectiva & irregularia. Confer de proportione Theolog. Poſit. Artic. 17. §. 3. pag. 385.

Not. 2. *Analogia fidei* eſt Canon infallibilis, Galat. 6, 6. ſive *ὑποτύπωσις τῶν ὑγιαινόντων λόγων* 2. Timoth. 1, 13. forma, ſynopſis & compendium ſanorum verborum, *ἰσότης* genuinæ Interpretationis aut relatio, vel congruentia interpretationis Scripturæ, ad *αὐτόπιστα* doctrinæ Chriſtianæ capita.

Canon

Digitized by Google

Canon 1. *Analogia fidei eſt conſtans & perpetua univerſæ Scripturæ harmonia*, in dictis fundamentalibus perſpicuè propoſita, qvæ ſingulorum credendorum & faciendorum eſt Canon unicus & planè infallibilis, atqve catholicus.

Ratio, qvia ab uno veritatis Spiritu φερόμϑροι 2. Pet. 1. locuti ſunt omnes Prophetæ & Scriptores Canonici, uno ore, unanimiter, & ſine ullâ contradictione. Confer Dannh. Hermen. pag 368.

Canon 2. *Omnis Interpretatio*, concluſio & dogma Theologorum *tantùm eſt normatum*, & tunc demum approbationem meretur, qvando cum analogia fidei conſentit. Rom. 12, 6.

Not. 3. *Summa Analogia fidei* extat in Catechiſmo Lutheri NB. ſup. p. 197. de qvo ipſe ait in Catech. maj. *Catechiſmus totius Scripturæ* qvaſi qvoddam Compendium eſt, breviſqꝫ illius ac ſummaria deſcriptio. Conf. Iſag. F. C. Carpzov. p. 942. ubi monet, Catechiſmum h. l. non ſignificare *propriè* ipſum informandi actum, ſed *impropriè* & Metonymicè libellum, qvi iſtam informationem complectitur, qvem Lutherus vocat: Die Chriſtliche Lehre in ſolche kleine ſchlechte einfältige Form geſtellet.

Not. 4. *Summaria repetitio Analogiæ fidei continetur in noſtris libris Symbolicis*, conjunctim editis ſub Titulo: *Formula Concordiæ*, de qvibus videatur Methodus Studii Theologici.

Not. 5. *Symbolum* ex Græco συμβάλλειν nomen habet, ideoqve h. l. eſt ſcriptum à multis & ex multis collatum & collectum, ut ſit velut teſſera militaris, qva conſentientes ſe mutuò cognoſcunt, & à parte adverſâ ſeparant. vid. Iſag. F. C. Carpzov. p. 2.

Not. 6. *Libri Symbolici ſunt confeſſiones publicæ*, inſtinctu divino, ab orthodoxis, Eccleſiæ nomine, ejusqve mandato & unanimi conſenſu exaratæ, qvæ fidei ſummam ex unico credendi principio, Scripturâ S. repetunt ad heterodoxias ſeparationem & refutationem; nec non ad conſenſus in doctrinâ teſtimonium atqve conſervationem.

Not. 7. *Libri Symbolici* ſunt credendorum ſumma, & *indicium publicum* doctrinæ, ſimulqve repagulum novatorum. vid. Methodus ſtud. Theol. de Symbolis,

Not. 8. *Symbola tum antiqviora* (Apoſtolicum, Athanaſ. & Nicenum) tum recentiora (Auguſt. Conf. Apologiam, Artic. Smalcald. Ca-

techiſmum Lutheri & Formulam Concordiæ) conjunctim explicata exhibet Iſagoge B. Carpzovii.

Canon 1. Qvacunqve Interpretatio Scripturæ Sacræ fidei analoga eſt, illa vera eſt.

Qvamvis enim interdum fieri poſſit, ut interpres ſenſum Scripturæ Sacræ conformem inveniat *generaliter* ita dictum; etiamſi *non in ſingulis textûs circumſtantiis* intentionem Spiritûs Sancti, qvoad ſingulos apices, perfectè aſſeqvatur: *Sufficit* tamen ſi in rebus ad ſalutem directè non facientibus, ſenſus debitâ diligentiâ inveſtigatus & inventus, non ſit Analogiæ fidei contrarius.

Poriſma. Ergò Canon irregularis adeoqve omninò nullus eſt, qvem fingunt Remonſtrantes, qvod optima Scripturæ interpretatio illa ſit, qvæ rationi eſt convenientiſſima. vid. Methodus Stud. Theol. c.3. membro 2 §. 6.

Canon 2. Qvacunq; interpretatio Scripturæ Sacræ non eſt fidei Analogiæ conformis, illa neceſſariò falſa eſt. Ratio, qvia impoſſibile eſt, veritatem revelatam ſibi contradicere: Siqvidem Spiritus Veritatis eſt, qvi per Scripturam loqvitur, de qva dicit æterna Veritas. Joh. 17. Verbum tuum Veritas eſt. Confer ſeq. § 13.

§. 8. *Specialis Harmonia divinæ Veritatis vocatur conformitas, qvæ reſpicit 1. Scopum, 2. Contextum, 3. Paralleliſmum.*

§. 9. *Scopum meritò attendit interpres, qvia Scopus primarius eſt clavis totius ſermonis.*

Nota: Scopus Scripturæ eſt I. *univerſalis* Chriſtus, Johan. 5, 39. Act. 10, 43. vel immediatè, vel typicè, & conſeqventer. Univerſa enim Scriptura S. qvaſi ſangvine Chriſti ſcripta eſt. II. *Communis* cujusvis libri V. & N. T. III. *Singularis* peculiaris libri, vel capitis, vel dicti. Sic Matth. 5. Salvator docet *manſvetudinem*, non verò evertit viam juris ordinariam. Multa perferre cogitur Chriſtianus Martyr, & imitator Salvatoris, qvæ aliàs rectè avertit Magiſtratus à Subdito, Rom. 13. Confer Dannhaueri Hermenevt. p. 357. & Theol. Poſitiv. art. 127.

Sic Matth. 15. *Scopus Chriſti* eſt *fidem Cananææ explorare*, neqvaqvam verò univerſalis ſolatii fundamenta evertere. vide Harmon. Evangel. Chemnitii, & ſuprà de tentatione Abrahami.

§. 10.

§. 10. *Contextum prætereà Interpres Verbi divini nullatenus negligere poteſt, unà cum ſingulis circumſtantiis.* Confer de hac obſervatione Franzium de Interpretat. Scripturæ, & Dannh. Herm. p. 360. & p. 358. qvam l. d. p. 361. ipſe *Bonfrerius* commendare cogitur, qvi fatetur, qvòd hic verus & genuinus ſenſus literalis ſit, cum qvo rectè antecedentia & conſeqventia conveniunt. Confer de 6. cap. Johannis Comment. in Form. Conc. p. 1432.

§. 11. *Parallelismum deniqve accuratò ſtudiò examinare debet interpretem*, ut rectius pateat terminorum 1. Significatio, 2. ampliatio, 3. reſtrictio, 4. conciliatio, 5. explicatio, 6. diſtinctio, 7. liberatio ab abuſu. De qvibus vid. Dannh. Herm. p. 377. & Methodus agit, de uſu Philoſ. & Terminorum, Conf. lib. 3. Horologia NB.

Canon. Parallelismum exhibent Concordantiæ Hebrææ, Grææ, Latinæ & Germanicæ. de qvibus. vid. Methodus Stud. Theol.

Obſerv. 1. *Parallelismus vocatur Conſenſus*, qvi ex accurata collatione locorum ſimilium deprehenditur. Sic v. g. qvando qværitur, qvid intelligendum ſit Actor. 17, 11. per Scrutinium Scripturarum, qvando nobiliores laudantur, qvòd fuerint ἀνακρίνοντες, an hæc ita ſe haberent? Statim ſubvenit locus parallelus Act. 25, 26. ubi ἀνάκρισις vocatur examen, die Erforſchung/ vor welcher Anſtalt man nichts gewiſſes hat/ Luth. NB. ἀσφαλές τι. Et Act. 28, 18. ἀνακρίνοντες dicuntur examinantes judices, num in accuſato ſit αἴτιον ſive cauſa ac fundamentum categorias ſive accuſationis, qvemadmodum de Pilato Chriſtum innocentem examinante loqvitur Lucas cap. 23. 14. Qvibus ſi addantur & ſimiles loci, qvæ non modò examen, Act. 12, 19. verùm etiam cum inqviſitione, 1. Cor. 9, 3. dijudicationem 1. Cor. 2, 15. c. 14, 24. innuunt, facilè patet, qvale Scrutinium auditores deceat, ne negligant monitum Apoſtoli, qvi jubet probare Spiritus, 1. Joh. 4, 1. & δοκιμάζειν doctrinam ſimul, & Doctores, ut ſimul γνῶσιν, σύγκρισιν, & ἀνάλυσιν atqve Elenchum & refutationem falſitatis conjungere liceat, Tit. 1, 9.

Obſerv.

Obſerv. 2. *Parallelli* παράλληλοι (ſic circuli Geographorum paralleli æqvales vocantur) compoſiti dicuntur Ariſtoteli lib. 2. de cœlo, qvi inter ſe componuntur. De qvibus dicit: Exactior ſenſus eſt rerum, cum inter ſe componuntur. Sic & Iſocrates. Ex cujus imitatione Plutarchus ſua vocavit παράλληλα *vitas illuſtrium Virorum, qvos bonos, qvaſi paria componit.* Qvam ſignificationem etiam Ariſtoteles ſive autor libri de mundo habet. Et lances ſunt parallelæ; Conf. Sirac. 28, 29. Gold-Wage/ & lancem divinam Dan. 5, 26.

Canon 1. *Qvæcunqve interpretatio Scripturæ analoga cum Scopo, contextu, & parallelismo ſacro congruit, illa vera eſt.*

Canon 2. *Qvæcunqve interpretatio Scripturæ nec fidei analoga eſt, neqve cum ſcopo, contextu & parallelismo ſacro convenit, illa omninò falſa eſt.* Ratio qvia contradictoria enunciationis veræ neceſſariò falſa eſt, uti patebit ex ſeqventibus.

§. 12. *Ut verò rectius conſtet, qvid præſtare poſſit accurata Veritatis inveſtigatio, res tota gemino exemplo illuſtrari poterit.*

§. 13. *Exemplum genuinæ interpretationis, juxta Methodum hactenus monſtratam, oſtendit locus Claſſicus Joh. 3. Sic DEUS dilexit mundum &c.* ubi omnes de voce mundi, ejusqve conceptu univerſali à ratione injectos ſcrupulos, facilè tollit *HARMONIA*

I. *Univerſalis*, qvam offert *Analogia fidei*, ex populari repetitione *Catechetica.* Qvicunqve enim ex Decalogo peccata agnoſcere; ex Symbolo in DEUM Creatorem, Redemtorem & Sanctificatorem credere; ex Oratione Dominicâ DEUM Patrem univerſorum invocare; ex Baptiſmo regenerationem in Nomine Patris, Filii & Spiritus Sancti factam, omnibus tentationibus & incredulitati opponere; tandemqve ex abſolutione certitudinem remiſſionis peccatorum; & ex Sacra Cœna obſignationem hujus theſauri expectare debet, ut in qvacunqve Hierarchiâ, ſive in ſtatu Eccleſiaſtico, ſive Politico, ſive Oeconomico conſtitutus, ad DEI gloriam & proximi emolumentum vivere, & æternùm ſalvari poſſit; *is intelligitur, ſub univerſali conceptu mundi, de qvo Chriſtus teſtatur, qvòd DEUS ipſum dilexit*, ut Filium unigenitum dederit, ut omnis, qvi credit in eum, non pereat, ſed habeat vitam æternam.

nam. (ideò enim hoc Evangelium annunciat hominibus, *πᾶσι πανταχοῦ*, ut omnes ubiqve reſipiſcant, Actor. 17, 30.) *Atqvi omnis homo peccator*, cujus mortem non vult DEUS, Ezech. 18. omnis ovicula errans, cujus peccata in Chriſtum, Agnum DEI, Johan. 1. conjecta ſunt, Eſa. 53. omnis peccator gloriâ deſtitutus, Rom. 3. (Qvodcunqve enim perierat, illius qværendi & ſervandi cauſa Filius Hominis venit, Luc. cap. 19, 10.) qvilibet ex omnibus gentibus informandis & baptizandis, Matth. 28. qvilibet ex ſingulis, qvi baptiſari debent, ne damnentur, Marc. 16. *eſt talis, qvi peccata agnoſcere, pœnitentiam agere, & in DEUM credere, eumq; ut Patrem adorare debet*, Actor. 17, 30, &c. qvi Filium miſit, non ut damnet, ſed ut ſalvet, Joh. 3, 17. qvi peccata remittit, regenerat & ſalvat. *Ergò omnis homo peccator intelligitur ſub univerſali conceptu mundi*, de qvo Chriſtus loqvitur. Qvô principiô ſublatô, ceſſat fiducia, oratio, exauditio, peccatorum remiſſio &c. & mera reſtat deſperatio, uti Franciſci Spiræ horrendum teſtatur exemplum, & alia, de qvibus Manuale agit pag. 585. pag. 627. & pag. 1576. Idem porro oſtendit

II. *Harmonia particularis dicti præſentis*

1. *Cum contextu.* Ille enim mundus intelligitur, qvi in univerſali miſeriâ conſtitutus, ex univerſali amore DEI reſtituendus eſt, ut non niſi datô hominum contemtu, hic mundus demum in credentes ſalvandos, & non credentes damnandos diſpeſci poſſit. NB. Manuale Artic. 38, p. 630. De ſublapſariis & ſupralapſariis.

2. *Cum Scopo Salvatoris*, qvi eſt, viam ſalutis Catholicam omnium & ſingulorum, qvi ex carne caro nati ſunt, oſtendere, & peccatores erigere, non verò terrere aut damnare, v. 17. Non enim delictum, ſed gratia ſuperabundat, teſte Apoſtolo Rom. 5, 20.

3. *Cum Parallelíſmo.* Nam 1. Joh. 2. hæc gratia Dei extenditur non ſolùm ad electos, vel actu credentes; ſed ad omnes & ſingulos, & *ad omnia totius mundi peccata*, dum Apoſtolus expreſsè dicit, *ἱλασμὸν* Chriſti, qvi eſt Salvator mundi, 1. Joh. 4, 14. & Agnus Catholicus, Joh. 1. 1. Joh. 1, 7. non ſolum pertinere ad actu credentes, ſed etiam ad peccata *ὅλου τοῦ κόσμου*, qvi totus mundus eſt idem, qvi *ἐν τῷ πονηρῷ κεῖται*, 1. Johan. 5, 19. *Nec obſtat ficta credentium univerſalitas.* Unde enim ſcit *nondum credens* Mexicanus particularem hanc promiſſionem eſſe univerſalem

verſalem omni credenti, ideòqve ad ſe pertinere? Et qvis tentatum certiorem reddere poterit, ſe eſſe ex numero eorum, qvi credunt? dum fidem in ipſo tentationis actu nullam ſentit, qvàm ex incerto & particulari fundamento concipere neqvit: Qvi tamen feliciſſimè erigitur, ſi univerſales enunciationes revelatæ ſine ullâ rationis confictâ reſtrictione accipiantur. NB. vid. Manuale p. 627. contra fruſtraneam imaginationem Wendelini, qvi exiſtimat, digitum DEI expectandum eſſe. vid. Exercitationes Wendel. Qvis verò eſt gratioſus ille DEI digitus, extra Verbi & Sacramentorum operationem expectandus vel ordinariè vel extraordinariè? Et qvisnam de gratiâ extraordinariâ, ſine novâ revelatione, certiorem reddere poterit tentatum? Vid. Theol. Poſit. art. 110. & 111. & 109. Non enim credere poteſt, ſe eſſe in credentium numero, niſi prius crediderit, Chriſtum etiam pro ſe eſſe mortuum, ideo, qvia pro omnibus & ſingulis mortuus eſt NB. Theol. Poſit. Artic. 55. §. 14.

§. 14. *Exemplum perverſæ interpretationis, ex iisdem fundamentis refutatæ*, oſtendit locus Rom. 9. ubi de ſimilitudine figuli ex Jerem, 18. citata agitur: unde *fundamentum Abſoluti Decreti Calvinus cum ſociis* magnô conatu qværit. Confer Balduin. Comment. h. l. & Lectionem 1. de abſoluto decreto *Johannis Prideaux*, Theol. Oxonienſis & Epiſcopi Wigornienſis, in oper. Theol. Tiguri editis, An. 1672. pag. 10. ubi ait: Concluſio noſtra eſt: *Decretum DEI æternum, reprobationis præſertim comparatæ, eſt abſolutum*, non à mediis, non à cauſa finali, ſed à motivis, vel cauſa, ſive conditione externâ impulſiva in objecto: idqve qvoad præteritionem, ſive actum negativum; licèt hominum iſta diſcretio poſteà actu fiat in maſsâ peccati, & qvoad actum affirmativum, ſive prædamnationem, ſemper præſupponat peccatum.

Ubi provocat ad conſenſum non ſolùm Calvini, Bezæ, & Perkinſi, ſed omnium, qvi ſunt perſpicaciores, & textus tenaciores Theologi, *contra tumultuantes Pſeudo-Lutheranos*, & ad Lutherum, Bucerum, Kimedontium, Urſinum, Polanum, Pareum, Piſcatorem, Vorſtium, Junium, Witakerum &c.

Verùm

Verùm connexio capitis 18. Jeremiæ cum præcedente capite 17. qvod concionem pœnitentiæ cum annexâ promiſſione & comminatione continet, ſatis oſtendit, qvod *ſcopus principalis DEI*, neqvaqvam ſit agere cum populo ſuo

I. *De deſperatione, ob horribile aliqvod Abſolutum decretum*, qvia hortatur auditores ad pœnitentiam v. 10. qvamdiu enim adhuc reſtat pœnitentia, tamdiu exulat deſperatio, ob arcanum damnationis decretum irrevocabile neceſſariò conſeqvens, & infallibiliter metuenda.

II. *Nec de creatione hominis*, ejusqve fine univerſali; qvia ſolus Adam ex gleba terræ formatus eſt, Geneſ. 2. ſicut figulus ex luto ollam formare ſolet; poſteri verò Adami à DEO per Parentes vitam accipiunt. Pſ. 139. Job. 10. Pſ. 51. vid. Theol. Poſit. art. 22. NB.

III. *Multo minus de Electione ad vitam æternam*, qvæ in Chriſto facta eſt, Epheſ. 1. aut de maximæ hominum partis abſolutâ reprobatione & deſtinatione ad interitum. vid. Theol. Poſit. art. 110.

IV. *Sed de Judæorum converſione* & pœnitentia. vid. Theol. Poſit. Artic. 95. qvibus propter peccatum jam denunciata erat pœna.

V. *In qvo indicio regula univerſalis includitur*; DEUS non vult mortem peccatoris, ſed ejus converſionem, Ezech. 18. qvi vult in gratiam recipere pœnitentes & punire impœnitentes v. 7. 10. h. l.

VI. *Qvando enim homines inſtar ollæ, in manu figuli degenerant &* pervertuntur v. 4. DEUS ipſe eſt, qvi eos regenerare, immutare, reformare, & convertere vult & poteſt. vid. Theol. Poſit. art. 70, 90, 91, 92.

VII. *Qvicunqve ergò convertitur, is gratiam invenit*, v. 8. 11. *qvi verò non reſipiſcit, hunc pœna manet infallibilis.* v. 10.

VIII. *Et hoc ipſum eſt, qvod ex hoc loco oſtendit Paulus*, qvòd Deus filios rebelles Eſa. 1. Judæos propter incredulitatem non amplius curet, ut populum præ aliis electum, qvi ſit ſedes Eccleſiæ ordinaria; ita tamen, ut adhuc reſtet ſpes pœnitentiæ & converſionis Rom. c. 9. 10. 11. Si non univerſalis, tamen particularis, & nihilomninus catholica, qvoad omnes & ſingulos pœnitentes. Qvo fundamento negato neminem ex Judæis hodie poſſemus adducere ad pœnitentiam, fidem, & gratiam in Chriſto, Semper enim reſtaret dubium, ob gratiam particularem ſingulis individuis incertam. ſimilis promiſſio etiam habetur Levit. 26. 41. 42. 44.

§. 15. *Atqve ex his porrò patet, qvòd Apoſtolus in Epiſt. Rom. c. 9, 10, 11. neqvaqvam agat de qvodam Abſoluto electionis Decreto.* Si obſervemus I. *In genere*, impoſſibile eſſe, ut Spiritus Veritatis per Organa θεόπνευστα loqvens, ſibi contradicat. Si itaq; perſpicua illa Spiritûs Sancti Oracula ſunt veritas infallibilis, omninò neceſſarium erit, ut Pauli doctrina non ſit reſpectu illorum contradictoria, ſive Sublapſariorum vel Supralapſariorum explicatio attendatur, de qva agit Manual. Th. Artic. 38. p. 630.

Poſitò itaqve, Divinam Veritatem eſſe infallibilem, & veriſſimam, ut ab omni erroris periculo tutos praſtare poſſit, ſimul ponitur, nullam dari poſſe enunciationem à DEO profectam, qva illam fallibilem atqve falſam arguere poſſit. Ratio eſt, qvia ſolus DEUS loqvitur infallibiliter, qvi res per ſuam infinitam ſcientiam non aliter concipit, qvàm ſunt; & loqvitur proindè ſemper rebus ſubjectis convenienter, ut periculum erroris aut falſi prorſus ſubeſſe neqveat.

II. *In ſpecie, neqvaqvam eſſe Scopum Paulo propoſitum, ut h. l. per ſe, principaliter, & ex inſtituto de æterna electionis & reprobationis decreto agat, ſed potiùs, ut oſtendat gentilium electionem temporalem ad DEI populum,* ex gratia factam, qvam Judæi operarii & increduli amiſerunt. vid. Theol. Poſit. art. 110, & 111.

Qvod evidentiſſimè patet I. *Qvia æterna DEI electio eſt individuorum; Sed electio, de qva Paulus agit, eiq; oppoſita rejectio, non eſt individuorum, ſed populorum:* Videlicet electio gentilium, ut ſint DEI populus; & rejectio Judæorum, ut non amplius ſint DEI populus. *Ergò electio, de qvâ Paulus h. l. agit, non eſt electio æterna,* de qva ipſe agit Epheſ. 1. qvæ aliàs electio ad vitam vocari ſolet. Neqve enim hæc terminatur ad integros populos, ſed ad ſingulares perſonas. *Ratio eſt,* qvia nullus unqvam datur populus tam ſanctus, in qvo non multi inveniantur reprobi. Et qvis eſt, qvi affirmare auſit, omnes & ſingulos Abrahami vel Jacobi poſteros ſalvatos fuiſſe & ad gloriam electos? Manet itaqve theſis Paulina:

Judæi, dum Chriſtum pro Meſſia non agnoſcunt, ſpe ſuâ exciduntur, & prærogativis, qvas ut DEI populus præ omnibus aliis habebant;

Digitized by Google

bant; Gentes verò adſciſcuntur, ut ſint DEI populus, qvi anteà hanc prærogativam non habuerunt. v. 24, 30. Conſeqventer verò damnantur increduli, Marc. 16. Sicut credentes ſalvantur gentiles, Johann. 3.

Hæc verò *adoptio DEI in populum* eſt deſignatio populi, ut in eo colligatur DEO Eccleſia; non obſtante, qvòd ſemper in illo dentur, mali bonis admixti; qvæ tamen ab illis prærogativis non excluduntur. Atqve hæc erat priſtina illa Judæorum gloria, qvam David deprædicat: Non fecit taliter omni nationi, Pſ. 147.

II. *Qvam rejectionem Paulus ipſe non aliter explicat, qvàm ita, ut ſolùm temporales prærogativas reſpiciat, non verò gloriam æternam, illa rectiſſimè h. l. intelligitur.*

Atqvi rejectionem Judæorum Paulus non aliter explicat, qvàm ita, ut intelligatur rejectio à prærogativis temporalibus, videlicet adoptione, gloriâ temporali, teſtamentis, legis conſtitutione, promiſſionibus. v. 4. & 6.

Ergò talis rejectio temporalis rectiſſimè h. l. intelligitur. Et per conſeqvens etiam talis, & non alia electio, qvæ huic opponitur, electio videlicet gentilium, ad iſtas prærogativas temporales, hoc loco præcisè intelligenda eſt.

III. *Qvi loqvitur de tali electione, ex qva electus poteſt excidere, & qvâ antea non electus gaudere poteſt, ille non loqvitur de electione ad gloriam.* Sed Paulus loqvitur de tali electione; dicit enim, qvòd populus Judaicus adoptatus à DEO poſteà rejectus ſit; ita ut gentes in Judæorum locum adoptatæ fuerint, v. 25. & c. 11, 17. illa verò non eſt electio ad gloriam, ex qva impoſſibile eſt, aliqvem excidere, Matth. 24. Ergò electio ad gloriam non eſt illa electio, de qvæ Paulus h. l. agit, neqve de illa loqvitur Apoſtolus.

IV. *Qvibus rejectis tamen adhuc competit electio, illorum h. l. explicata electio non eſt ad gloriam æternam, ſed ad prærogativas temporales.* Sed Judæis rejectis adhuc competit electio, ita ut dicantur dilecti propter electionem, c. 11, 28. Ergò illorum electio h. l. explicata non eſt ad gloriam æternam, ſed ad prærogativas temporales.

V. *Qvibus, non obſtante rejectione, poſt illam adhuc supereſt ſpes receptionis, illorum rejectio non eſt æterna* & prorſus immutabilis reprobatio.

Atqvi Judæis, non obſtante rejectione, poſt illam adhuc supereſt ſpes receptionis & ſalvationis cap. XI, 14. Nam illi rurſum, ſi non permanſerint in incredulitate, inſerentur; poteſt enim DEUS denuò inſerere illos. v. 23. 24. 26.

E. rejectio Judæorum non eſt æterna & prorſus immutabilis reprobatio.

VI. *Qvorum rejectio ita comparata eſt, ut non ſit perpetua, ſed talis, qvæ exemplo gentilium mutari poteſt, ut nihilominus aliqvi ſalventur, illa non eſt rejectio à gloria æternâ*, ſed ſolùm à prærogativis temporalibus.

Atqvi Judæorum rejectio ita comparata eſt, ut non ſit perpetua, ſed talis, qvæ exemplo gentilium mutari poteſt, ut aliqvi nihilominus ſalventur, Rom. XI, 11. & 14, 31. c. 9, 27.

Ergò rejectio Judæorum non eſt à gloria æterna, ſed ſolùm à prærogativis temporalibus.

VII. *Qvæcunq; rejectio facta eſt propter incredulitatem, illa neqvaqvam abſoluta eſt.*

Atqvi Judæorum rejectio facta eſt propter incredulitatem, cap. XI, 20. E. rejectio Judæorum neqvaqvam abſoluta eſt.

Ex qvibus omnibus evidentiſſimè ſeqvitur: Qvicunqve dicit, gentiles eſſe loco Judæorum receptos in DEI populum, non voluntate miſerendi abſolutâ particulari, ſed tali, qvæ fidem includit, ex univerſali miſericordiâ etiam rejectis conferendam, ille nec de abſoluto eoq; horribili æternæ reprobationis decreto ſimpliciter; nec de æternâ Judæorum rejectione immutabili præcisè agit.

Sed Paulus h. l. dicit, gentiles eſſe loco Judæorum receptos in DEI populum, non voluntate miſerendi abſolutâ particulari, ſed tali, qvæ fidem includit, Rom. 9, 32. ex univerſali miſericordiâ, Rom. 11, 32. etiam rejectis conferendam, v. 31.

Ergò Paulus nec de abſoluto, eoqve horribili æternæ reprobationis Decreto ſimpliciter; nec de externâ Judæorum rejectione immutabili præcisè agit.

Sect.

SECT. III.
Exhibens officia Interpretis Sacri.

§. 1.

Officia ſacri interpretis reſpiciunt interpretationis ſacræ 1. *Actum*, 2. *Terminum*, 3. *Stimulum.*

§. 2. *Actum interpretationis ſacræ dirigunt media ſuperius enumerata, qvæ jubent Theologum Exegetam* 1. *legere*, 2 *repetere*, 3. *inveſtigare divinam Veritatem.*

Canon. Genuina Scripturæ interpretatio ſacra eſt, ideoqve neqvaqvam humanæ rationis opus eſt, neqꝫ *ἰδίας ἐπιλύσεως*. vid. 2. Petr. 1, 20. & infra c. 6. §. 3.

Nota 1. *Genuina interpretatio* eſt ἐπίλυσις ſive ſolutio omnium dubiorum & in parabolis reſiduæ obſcuritatis, Marc. 4, 34. qvalis ἐν τῇ ἐννόμῳ ἐκκλησίᾳ in legitimo conventu, collatis ſententiis fieri ſolet Actor. 19, 39. qvæ neqvaqvam *ἰδία ἐπίλυσις* privata, 2. Petr. 1. ſed juxta analogiam fidei inſtituta eſſe debet, Rom. 12, 6. ut ſimul ſit vocum & rerum clara & perſpicua explicatio. Nam ἐπιλύειν dicitur is, qvi intricata extricat, & qvæ impeditiora atqve obſcuriora erant, expedit, & in clara luce ſiſtit, Conf. Dannh. Herm. p. 63. qvi cum ſolutione clavis & ſomnii, Gen. 41, 12. confert.

Not. 2. *Ratio excluſionis ἰδίας ἐπιλύσεως, eſt Natura revelationis*, qvæ eo ipſo, dum divina eſt, humanas opiniones ſimpliciter excludit. Qvid enim ignorantia ad omniſcientiam? qvid nihil ad omnia? Pſal. 39. qvid ſtercora humana ad oracula divina? Ezech. 14, 3. NB. Es muß nicht nach Menſchen Koth riechen. Gillulaiv.

§. 3. *Terminum inveſtigationis oſtendit præſens, actu inveſtigata Veritas.*

§. 4. *Terminus interpretationis ſacræ porrò reqvirit* 1. *ſtudium indefeſſum Philologico-Theologicum*, 2. *Scrutinium*. 1. *defectus*, 2. *profectus*, 3. *affectus* amoris erga theſaurum divinæ Veritatis incomparabilem, de qvo Pſaltes agit Pſalmo 119.

Nota: Qvia Apoſtolus in Theologo reqvirit *perfectionem poſſibilem*, ut ſit ἄρτιος, καὶ ἐξηρτισμένος, 2. Tim. 3, 16. non ad aliqva ſolùm, ſed ad omnes officii ſui partes exeqvendas, diligenter & ſufficienter inſtructus & πεπληρωμένος, ex obſervatione Chryſoſtomi, Theophylacti & Oecumenii: omninò patet, non exiguam, ſed accuratam, eamqve aſſiduam reqviri diligentiam in ſacro interprete. Cujus objecta oſtendit Univerſa Theologia.

§. 5. *Stimulum & calcar aſſiduo Theologi Exegetæ ſtudio addit divina promiſſio.*

Qvæ neqvaqvam jubet eſſe contentum unico vel altero beneficio divinitus collato; ſed omninò vult, *ut ſimus valdè petaces & inſatiabiles* juxta illud: qvò plus ſunt potæ, plus ſitiuntur aqvæ.

Ita enim habet invitatio ſvaviſſima, Pſalmo 81, 11. *Dilata os tuum, & implebo illud.* Qvemadmodum famelico non gutta aut granulum, ſed ingentes boli offeruntur, & potus affatim infunditur, ut genæ intumeſcant, Conf. Mich. 3, 5. & Pſalm. 103, 5. Ardens proinde deſiderium, grandia petens, 2. Cor. 6, 11. innuitur, eaqve plurima atqve ampliſſima, ſimulqve ad infantes atqve pullos, ora & roſtra aperientes alluditur. LXX. adhibent πλατύνω dilato, ex πλατὺς amplus; à πλῶ πληρόω impleo ſpacia ampliſſima. Thue deinen Mund weit auff/ laß mich ihn füllen. Qvod Lutherus vocat: den Mantel weit außbreiten/ רחב. Qva de re Auguſtinus ait: Si tibi Imperator dicat: pete, qvod vis: Qvos tribunatus comitatusqve captares, qvæ tibi præponeres, & accipienda, & aliis largienda? DEO tibi dicente, qvid petiturus es? Excute mentem tuam; *exerce avaritiam tuam;* dilata cupiditatem tuam. Non qvicunqve, ſed omnipotens dixit: Pete, qvod vis. Nihil invenies carius, nihil melius, qvàm ipſum, qvi fecit omnia. Ipſum pete, qvi fecit omnia, & in illo habebis omnia, qvæ fecit. NB. Pſalm. 73. Nihil magis vult dare, qvàm ſe ipſum.

Obſerv. 1. Habes h. l. tum *impulſivam* orandi, DEI mandatum & promiſſum, tum orationis *ſubjectum*, os, tum cordis, tum vocis: ut ſcilicet internum cordis deſiderium exprimat vocis ſonum harmonicum. Confer 1. Sam. 1, 13. Nehem. 2, 4. 1. Cor. 14, 15. & Moſis exemplum,

Digitized by Google

plum, Exod. 14. Confer רחב dilatationem Pſal. 4, 2. deſideratiſſimam, poſt varias cordis anguſtias, Pſal. 25, 17. 1. Sam. 2, 1. & Pſalm. 119. 69. amplitudinem Verbi divini, ſemper durantis & ad omnia objecta & momenta ſufficientiſſimi, dein Gebot hat kein Ende/ ob latitudinem incomparabilem.

Obſerv. 2. Habes hîc porrò *orandi methodum*, ubi occurrit 1. *Fiducia* pleniſſima in DEUM omniſcium, omnipotentem atqve benevolum, Pſalm. 139, 2. Pſalm. 77. Joh. 16. 2. *Audacia* ſancta accedendi ad DEUM ſine ullâ dubitatione, de precum exauditione, ſi juxta præſcriptum orationis Dominicæ inſtituantur.

Nam oratio eſt fidei exercitium, qvo univerſales promiſſiones qvilibet credens ſibi applicat, & ex divinæ bonitatis theſauro tantum accipit, qvantum credit. Unde & lætiſſima omnium bonorum oritur fruitio. Jacob. 1. Sirac. 50. Pſalm. 103. vid. Theol. Poſit. artic. 77. & appendicem Articuli 108.

Obſerv. 3. Habes h. l. *orationis Eventum*, qvi eſt exauditio, & boni deſiderati impetratio certa & copioſa. (qvoad ſpiritualia ſimpliciter qvoad temporalia verò, ſi faciunt ad DEI gloriam, & noſtram ſalutem) Hæc itaqve eſt *illa repletio oris*, ſive copioſa largitio divina bonorum neceſſariorum, qvæ faciunt ad regnum potentiæ, gratiæ & gloriæ. Confer Pſalm. 20, 7. & 21, 3. Pſalm. 103, 5. Poteſt enim Altiſſimus non ſolum aliqvid dare, ſed etiam replere os, & dare ὑπὲρ ἐκ περισσοῦ, Epheſ. 3, 20. plura qvàm ſperamus, potiora petitis, majora votis, atqve omnibus deſideriis noſtris. Confer exemplum Salomonis 1. Reg. 3, 13. Ich wil dir geben/ was du nicht gebeten haſt. & alia 2. Reg. 3, 18. Dazu iſt das ein geringes für dem HErrn/ Er wird auch die Moabiter in eure Hände geben/ & Eſa. 38. Hag. 2. & Matth. 9. ubi paralytico ſanitatem corporalem deſideranti etiam remiſſio peccati datur: Sic Regulo ſanitatem filii qværenti, ſanitas animæ per fidem, cum univerſa familia donatur, Joh. 4. Confer Lutherum Tom. 10. W. G. f. 382. de Monicâ, deſiderante ſolùm filii converſionem, & ſimul impetrante donorum Spiritus S. abundantiam, ita ut Auguſtinus factus ſit Doctor incomparabilis. Sicut & omnia & ſingula viduæ vaſa replebantur 2. Reg. 4, 6. & Joas reprehendebatur ob intermiſſam crebriorem percuſſionem. 2. Reg. 13, 17. *Semper enim magis paratus eſt Dominus ad dandum, qvàm nos ad orandum.*

Digitized by Google

dum. Imò cum vix guttulam expectamus, ipſe paratus eſt implere & copioſiſſimè perficere omnia deſideria & petitiones noſtras, Pſalm. 20, 7. Qvamobrem ſemper ob oculos poſita ſit orantibus regula Siracidis cap. VII. 11. μὴ ὀλιγοψυχήσῃς ἐν τῇ προσευχῇ σου. Wenn du beteſt/ſo zweifele nicht NB. auß Kleinmütigkeit. Confer Höpfnerum h. l. & Diſputat. 9. de Juſtificatione, ubi inprimis de exauditionis certitudine agit. Nec non Carpzov. Iſagog. de oratione Dominicâ; & Theol. Poſit. art. 77. NB.

CAPUT VI.

De Interpretationis ſacræ ſcopo.

§. 1.

SCopus ſive finis Interpretationis ſacræ eſt inveſtigatæ veritatis inventio, ad DEI gloriam, Interpretis perfectionem, & Eccleſiæ ædificationem.

Not. 1. *Finis eſt, qvo dato terminatur actio ad finem directa.* Sic h. l. *inventa veritas ſiſtit inveſtigationem*: & *Scopus*, qvi obtinetur per media ordinaria, ſiſtit deſiderium tendentis ad ſcopum.

Not. 2. *Finis proximus* S. Interpretis eſt inveſtigatæ veritatis inventio; *Conſeqvens*, perfectio Interpretis, & ædificatio Eccleſiæ.

Not. 3. *Finis ſummus eſt DEI gloria,* ad qvam non ſolùm ipſius Interpretis perfectio, verùm etiam Eccleſiæ ædificatio dirigitur.

§. 2. *Veritas inveſtigata eſt divinus Scripturæ ſenſus.*

Ratio. Qvia Scriptura S. eſt θεόπνευστος 2. Tim. 3. cujus ſenſus neqvaqvam humanus, ſed divinus eſt; qvem Apoſtolus vocat ſenſum Chriſti, qvando ait, 1. Cor. 2. Nos habemus νοῦν χριστοῦ, ſenſum Chriſti, qvem aliàs incognitum Ipſe ex ſinu Patris nobis revelavit, Joh. 1. qvi non ſolùm diſcipulorum mentem aperuit, Luc. 24, 45. verùm etiam hodie oculos orantis illuminat, Pſalm. 119. & credentes per Spiritum S. in verbo ſcripto loqventem in omnem veritatem deducit, Joh. 16, 13. qvem promiſit Lucæ 11, 13. orantibus, ſimulqve deſideratos ſapientiæ theſauros, Jacob. 1, 5. ſi continua adſit tum meditatio, 1. Timoth. 4, 15. tum exercitatio, Hebr. 5, 14. & tentatio Interpretis. Pſal. 119, 71.

Periſma. Fruſtra E. deſideratur ſenſus divinus vel ab Angelis, vel ab hominibus

Digitized by Google

hominibus, tàm vivis, qvàm demortuis. 1. *Fruſtra ab Angelis*, qvia ſufficiunt Moſes & Prophetæ, Lucæ 16. 2. *Fruſtra ab hominibus*, qvia omnis homo mendax, Pſalm. 116. qvatenus *naturâ peccato corruptus* & cum peccato natus eſt, Pſalm. 51. Epheſ. 2. unde φρόνημα σαρκὸς Rom. 8. revelatæ veritati contradicit Johan. 8. & reſiſtit Actor. 7. Qvamobrem *& moraliter* errori obnoxius, ad fallendum proclivis, & impotens eſt, ut promiſſa præſtare poſſit. Aliud verò eſt, qvando qværitur *de homine renato*, qvi revelatam veritatem ex S. Codice repetit, qvæ omninò eſt & manet veritas Joh. 17. *dum ſecundum legem ſcriptam pronunciat*, ad qvam etiam ipſe ſummus Sacerdos V.T. obligatus erat Devt. 17, 8. ſecus enim & ipſe erravit Exod. 32. 3. *Fruſtra ab hominibus vivis*, qvi infallibilitatem jactant. Qvia & ipſe R. Pontifex *interdum fateri cogitur ob ignorantiam reſiduam*, impoſſibilem eſſe controverſiarum deciſionem. Unde & noſtro ſeculo Anno 1622. d. 22. Junii Regi Hiſpaniarum per literas indicare coactus eſt: Æternam Sapientiam nondum pateſeciſſe hujus myſterii penetralia, an ſcilicet B. Virgo ſine peccato originali concepta fuerit? Scilicet, qvia non ſufficit tanto Vicario Veritas divina univerſaliter & categoricè revelata. Pſalm. 51. Joh. 3. Rom. 5. Epheſ. 2. Qva de re fuſiſſimè Keslerus contra Forerum agit, p. 778. *Imò à ſuis etiam alligatur ad ejusmodi conditiones, qvæ infallibilitatem planè evertunt.* Conf. Hülſemanni tract. de Gratiâ, ubi p. 312. refert Archi-Epiſcopi Mechlinienſis, Belgii Primatis declarationem Anno 1649. editam, ubi pag. 21. *rationes allegat, qvare R. Pontifici parere nolit*; ſcilicet, qvia non deſint, qvi Bullas Pontificias *etiam in materia fidei & doctrinæ licitè ſuſpendi poſſe exiſtiment.* Et addit: Ratio Driedonis hæc eſt: Etiam in his, qvæ ad fidem ſpectant, *ut omninò recta credenda ſit Pontificia deciſio, multa reqviri. Hæc verò Pontificem omittere, & proprio ſenſui, propriaq́; prudentiæ inniti poſſe.* Taceo Dominicanorum ſententiam: *Nullum dogma fidei eſſe de novo definibile. l. d.*

4. *Fruſtra à demortuis*, qvia ab illis veritatem inqvirere vetat Altiſſimus Eſa. 8, 19. ſimulqve ad legem & ad teſtimonium nos revocat, & ideò reprehenditur Saul 1. Sam. 28. à Satanâ miſerrimè deceptus. Confer de pſeudo-Samuele Manuale Theol. p. 359. Meritò itaqve taxamus *Pinedam*, qvi à Jobo interpretationem illius libri deſiderat. Et *Caſpar. Sanctium*, qvi ad Act. 23, 6. ait: Precor Paulum, ut ſtudioſè mi-

hi & piè in ſuâ cauſa laboranti adſit, & qvàm longè ipſo fuerit à mendacii vel leviſſimâ ſpecie, & qvid his verbis ſignificare toti Concilio voluerit, oſtendat. *Sed qvis hæc reqviſivit?* qvis mandavit? qvis exauditionem promittit? qvis ampliationem Canonis Divini oſtendit? Matth. 4. Dominum Deum tuum adorabis *& illi ſoli ſervies*.

5. *Fruſtra ex Patrum ſcriptis.*

Qvia 1. *reſtant pauciſſima*; & adhuc pauciora extant incorrupta, teſte Coco, Riveto, atq; ipſo Bellarmino; ut taceam Græcorum PP. verſiones ſæpiſſimè à fontibus alienas.

2. *Quæ reſtant, difficillimè* multorum annorum ſpacio *evolvi poſſunt ſingula*.

3. *Explicatio raro eſt harmonica*, qvoties enim Hieronymus contradicit Auguſtino? vid. de Petri errore Galat. 2. Conf. Balduini Comment. h. l. *rarior verò literalis*, uti vel ſolius Auguſtini exegeſis Pſalterii docet, & Origenis meletemata in libros Hiſtoricos.

4. *Interpretatio nunqvam dabitur plena, conſtans, infallibilis & perpetua.* Qvia multis deſunt media Philologica & exacta Lingvarum ſcientia, uti Auguſtino; aliis Logico-Philoſophica; aliis Theologica: pleriſqve verò deeſt *Conſtantia*. Confer Auguſtini libros Retractationum. Neqve enim unqvam qvisqvam ex Patribus ſe obligavit *ad Sententiæ* aliorum Patrum, vel exegeſeos Scripturæ *defenſionem*, in omnibus & ſingulis momentis ſimpliciter continuandam. Imò ipſi Patres agnoſcunt illud Apoſtoli Jacob. 3. In multis aberramus omnes. Agnoſcant *infallibilitatis defectum* in cognoſcendo, in teſtificando, in judicando; agnoſcunt *defectum autoritatis in decidendo*. Unde paſſim urget Auguſtinus: Non dicamus, hæc dico, hæc dicis, ſed hæc dicit Dominus. Imò & ipſi Pontificii, Vazqvez, Petavius & alii, non concedunt Patribus teſtimonium avthenticum, ſed *ſolùm humanum*, ob autoritatem non niſi humanam & probabilem. Confer Bellarminum lib. 2. de Concil. c. 12. §. dico ſecundo. *Scripta Patrum non ſunt regula*, nec habent autoritatem obligandi. Scriptura ideò dicitur & eſt regula fidei, qvia ad eam examinari debent ſcripta veterum Patrum, ut ea recipiamus, qvæ Scripturæ conſona ſunt; rejiciamus, qvæ Scripturæ adverſantur. lib. 4. V. D. cap. 12. §. dico.

5. *Interpretatio PP. manet incerta.* Videatur Aloyſii Lippomani, Meto-

Digitized by Google

Metonenſis Epiſcopi, Catena PP. in Geneſin, qvæ ex LX. Græcis & Lat. Autoribus collecta A. 1545. & A. 1657. denuò edita eſt Lugduni. Ubi ordine referuntur explicationes Baſilii, Origenis, Hieronymi, Ambroſii, Auguſtini, Theodoreti, Chryſoſtomi, & aliorum. Ex qvibus tamen omnibus perlectis nondum patebit, qvisnam ſit verus literalis ſenſus primæ vocis V. T. ſive qvid h. l. formaliter denotet *principium*, in qvo Deus creavit cœlum & terram. Hiſce enim omnibus ac ſingulis perlectis, nihil aliud habebit lector, qvam illud tritum: *Qvo me vertam neſcio.* Manet enim autoritas merè humana, & nudum teſtimonium eorum, qvi fallunt & fallere poſſunt. Qvid enim juvat relatio Hiſtorica objectorum *creditorum* & variarum opinionum, cum deſidero teſtimonium ſimul & fundamentum *credendorum*?

6. *Incertitudinem* itaqve Patrum fruſtrà nobis obtrudere conantur Apoſtatæ, *Frommius* & ſocii, ut juxta hanc normam Scripturæ ſenſum inſtar cœcorum inveſtigemus, tenebras potius qvàm lumen amantes.

7. *Longè rectius judicat Cajetanus* præfat. in Geneſin, licet diſſentiat Canus, Baronius, Alcaſar, Vazqvez, Stella, Bellarminus, & alii, qvorum verba refert *Gerhardus* Tom. I. Confeſſ. Cath. p. 595. qvando ait: Sola Scriptura eſt infallibilis, teſte Auguſtino. *Nemo miretur novum ſenſum*: Nullus deteſtetur ex hoc, *qvod diſſonat à priſcis Doctoribus, ſed ſcrutetur perſpicaciter textum, ac contextum Scripturæ. Si qvadrare invenerit, laudet Deum, qvi non alligavit Scripturæ S. expoſitionem priſcorum Doctorum ſenſibus, ſed Scripturæ ipſæ integræ,* ſub Eccleſiæ Catholicæ conſenſu, *alioqvin ſpes nobis & poſteris tolleretur, exponendi Scripturam,* niſi transferendo, ut ajunt, de libro in qvinternum. Vid. egregium librum Johannis Dallæi, de uſu Patrum edit. Genevæ An. 1656.

§. 3. *Senſus divinus eſt conceptus divini intellectus, de myſteriis divinis, ſcriptione nobis communicatus, qvantum ad ſalutem ſufficit.* Johan. 20. 1. Corinth. 2. Eſa. 40. Rom. XI. vid. ſup. cap. 5. §. 1.

Ratio, qvia ſenſus in genere eſt conceptus, qvem loqvens vel ſcribens, aliis, ſive enunciatione, ſive ſcriptione, communicare intendit. Unde Lutherus ait Tom. 6. W. Germ. fol. 516. a. Senſus iſt eine öffentliche Men-

che Meynung/deß/das der Prophet wil/ und auß den Worten / die vor und nachgehen/ folget.

§. 4. *Senſus Scripturæ Sacræ divinus eſt* 1. *unus.* 2. *verus.* 3. *bonus.* 4. *certus.* 5. *infallibilis.* 6. *perſpicuus.* 7. *perfectus ideoq; & efficaciſſimus.*

Canon : Senſus divini majeſtas eſt frenum ἰδίας ἐπιλύσεως. Confer verba Vedelii ſup. in methodo adducta p. 76. & Abrahami Gulichii Theol. Propheticam, Amſtelodami editam in 4. A. 1675. ubi p. 5. præjudicia & præconceptas opiniones rejicit. Sed p. 11. ex figmento analogiæ verba inſtitutionis pervertit. vid. Theol. Poſit. art. 82. §. 12. p. 693. NB. Majorem verò laudem meretur *Jacobus Arminius*, qvi dum abſolutum decretum defendere conatur, à veritate vincitur. Qva de re P. Bertius in oratione de illius vitâ, operibus Arminii præfixâ, ita loqvitur p. 7: Circumferebatur libellus in Eccleſia Delfenſi ſcriptus, adverſus Bezam hoc titulo: Reſponſio ad argumenta qvædam Bezæ & Calvini, ex tractatu de prædeſtinatione in caput 9. ad Romanos. Eum libellum D. Mart. Lydius Prof. in novâ Friſiorum Academia transmiſerat ad D. Arminium, rogaveratq́, adverſus fratres Delfenſes patrocinium ſuſciperet Bezæ. Credebatur à D. Lydio perqvam idoneus huic rei Arminius, cujus & ingenium ſagax, & judicium acre, & vim in docendo ac refutando mirificam partim famâ acceperat, partim ipſe expertus fuerat. Neqve erat omninò ab hoc inſtituto Arminius alienus; recens enim ex Scholâ Genevenſi auribus circumferebat ſonum lectionum & argumentorum D. Bezæ. Accingit ergò ſeſe operi. *Sed, dum molitur refutationem,* dum argumenta utrinqve expendit, *dum confert ſcripturas,* dum ſe torqvet ac fatigat, *verò victus,* primum ſecutus eſt ſententiam illam ipſam, qvam oppugnabat: poſtea in eam divinâ virgulâ & Spiritus S. ductu delatus eſt, qvam ad finem uſqve vitæ conſtanter aſſeruit. Decretum ſcilicet Dei æternum in prædeſtinatione *non eſſe eligere præcisè & abſolute ad ſalutem qvosdam, qvos nondum decreviſſet creare,* qvod voluit Beza: neq; verò poſito decreto creationis, & præviſo lapſu, qvoſdam, citra antecedentem rationem Jeſu Chriſti, qvod volebant fratres Delfenſes: ſed ex creatis & lapſis *futuros credentes* &c. Conf. ibid. verba Teſtamenti Arminii p. 15. ubi de ſinceritate

ſuâ

Digitized by Google

ſua teſtatur & addit: *Sollicitè admodum & curioſè hoc cavens, ne qvid proponerem aut docerem, qvod non adhibitâ antea diligenti ex Scripturis S. diſqviſitione comperiſſem, cum iisdem Scripturis ad amuſſim convenire:* qvæqve ad propagationem amplificationemqve veritatis, religionis Chriſtianæ, veri Dei cultus, communis pietatis, & ſanctæ inter homines converſationis, deniqve ad convenientem Chriſtiano nomini tranqvillitatem, *& pacem juxta Verbum Dei*, poſſent conferre, excludens Papatum, cum qvo nulla unitas fidei, nullum pietatis aut Chriſtianæ pacis vinculum ſervari poteſt.

Confer inſigne exemplum Jeſuitæ *Jac. Reybingii* per accuratam Scripturæ S. meditationem ex laqveis ſeductionis liberati. Theol Poſit. artic. 113. p. 912. & Gerſonis art. 5. p. 223.

TITULUS I.

De ſenſûs divini unitate.

§. 1.

S*Enſus Scripturæ unus eſt.*

Obſerv. 1. *Unum eſt indiviſibile, qvod & multitudinem & compoſitionem, ob ſuam ſimplicitatem, excludit.*

Obſerv. 2. *Qvemadmodum ipſe DEUS unus eſt* eſſentialiter, 1. *abſolutè*, cum negatione diviſibilitatis & compoſitionis, adeoqve ſimpliciſſimus; 2. *excluſivè*, cum negatione plurium ejusdem naturæ Deorum: Ita & unicus Scripturæ ſenſus, ſimul & *multitudinem*, cum diviſibilitate, & *compoſitionem*, ob ſuam ſimplicitatem excludit: ita, ut *impoſſibile ſit, præter hunc unum à Spiritu S. intentum, dari plures unius enunciationis ſenſus propriè ſic dictos.*

Canon 1. *Epiſtola Omnipotentis DEI ad creaturam ſuam exarata, abſqve dubio ſcribentis mentem, & ſenſum divinum unicum legentibus evidentiſſimè oſtendit;* ſine ullâ, vel vocum ambiguitate, vel ſententiarum amphibologiâ. Confer præcedentem §. 4. NB.

Ratio: qvia nec infinita *ſcientia* & ſapientia; nec immenſa bonitas & paterna *benevolentia;* nec ſumma DEI *potentia;* nec ſalutaris divinæ locutionis atqve ſcriptionis *ſcopus*, qvi eſt objectorum revelato-

rum ſalutaris notitia, & per fidem ſalus æterna, Joh. 20. aliud cogitare permittunt.

Qvamobrem ſi laudanda eſt Viri boni ac ſapientis intentio, qvi ideò ſcribit ut intelligatur; multò magis Optimo & Sapientiſſimo Scripturæ S. Autori nulla alia intentio tribuenda erit, qvam ut mens & ſententia dictorum nobis diſtinctè & perſpicuè innoteſcat.

Canon 2. *Unicus Scripturæ ſenſus formaliter conſideratus non alius eſſe poteſt, niſi literalis*, qvi principali ſcopo, ſubjectæ materiæ, & totius contextus circumſtantiis conſentaneus eſt.

Nota 1. *Senſus literalis* eſt, qvem verba Scripturæ literaliter accepta exhibent, *& qvem verba immediatè ſignificant*. vid. Arriaga Tomo I. in Thomam p. 17. ſive qvem Spiritus Sanctus propriè intendit in verbis propriis, qvi proprius vocatur; & figuratus, qvem proximè intendit in verbis figuratis. Ubi & Lyræ ſententiam repetit: *Senſus literalis eſt, qvi per voces ipſas ſignificatur*, ſpiritualis verò, qvi per res ipſas vocibus ſignificatas innuitur (is enim non ſenſus eſt, ſed uſus & applicatio. vid. ſeq. Canon 3. NB.)

Not. 2. *Senſus literæ* eſt vel *propriè* ita dictus; vel *impropriè*. Ille qvem ipſa litera intendit, literalis eſt & dicitur proprius; hic verò Metaphoricus, ſive figuratus.

Not. 3. *Senſus literalis propriè & ſtrictè* ita dictus eſt, qvem verba propriè accepta exhibent, ut Abraham credit. Unde & vocatur proprius.

Not. 4. *Senſus literæ impropriè* ita dictus eſt ſenſus Metaphoricus ſive figuratus, qvem ipſa litera & verba impropriè & figuratè propoſita gignunt, & ſub impropria ſignificatione vocis Metaphoricæ intellectui legentis indicant. Ut, Verbum eſt Semen, ſcilicet Metaphoricum, & Semen eſt Verbum, Luc. 8. Herodes eſt Vulpes, Metaphoricè ſic appellatus. Nam in his & ſemen Metaphoricum ſpirituale, & vulpina aſtutia eſt ſenſus genuinus Metaphoricus, qvem litera & dictio figuratè propoſita innuit, & figuratæ locutionis autor hâc ipſâ figuratâ locutione proximè intendit: aliàs enim ſeqveretur, Verbum eſſe Semen propriè ſic dictum, ſive granum; & Herodem eſſe Beſtiam propriè ſic dictam, qvod omninò abſurdum eſt.

Not. 5.

Not. 5. *Proprietas ſenſus literalis alia eſt vocum Grammatica; alia verò rerum Phyſica.*

Sic in verbis inſtitutionis τὸ edite, & bibite, accipitur propriè in ſenſu Grammatico; non tamen ſimpliciter in ſenſu Phyſico, de laniena Capernaiticâ, Joh. 6. Neqve enim actûs Phyſicus ſimpliciter talis cum actu Sacramentali, reſpectu diſtinctorum objectorum Sacramentaliter unitorum, confundendus; neqve ſingulæ actus phyſici circumſtantiæ, ejusqve conſeqventia phyſica neceſſariò rei cœleſti applicanda ſunt. Manent enim diſtinctiſſima, rei qvidditas, & modus generalis, ex qvæſtione, an ſit; & modus ſpecificus, ex qvæſtione, qvalis ſit. Qva de re agit Theologia Poſitiva & Manuale Artic. 88. nec non Commentarius in Form. Conc. NB. p. 1404.

Idem obſervare licet, qvando de divina generatione agitur, qvæ qvatenus perfectio eſt, rectè aſſeritur, ejusqve veritas Grammatica urgetur ex loco Pſalmi 2. qvalitas verò Phyſica, creaturarum imperfectione abundans, perperam ſummo huic myſterio immiſcetur. Vid. Methodus Stud. Theol. de uſu Philoſophiæ.

Canon 3. *Unitas & veritas ſenſus literalis neqvaqvam tollitur per variam objectorum ſenſu literali expreſſorum, juxta analogiam fidei, applicationem.*

Not. 1. *Aliud eſt ſenſus, aliud verò uſus.* Senſus enim ex verbis; uſus verò ex rebus per certa verba expreſſis oritur: adeoqve neqvaqvam immediatè ab ipſis verbis, ſed à rebus per verba ſignificatis, oritur & dependet, tandemqve ad alias res transfertur.

Not. 2. *Uſus* inveſtigati ſensûs literalis *tum fidem, tum mores: ſive fidem, ſpem, & charitatem* reſpicit, ex 1. Cor. 13. vel, uti Apoſtolus 2. Tim. 3. & Rom. 15. enumerat, facit ad Didaſcaliam, Elenchum, Pædiam, Epanorthoſin atqve Paracleſin.

Not. 3. *Uſus ille perperam vocatur ſenſus propriè ſic dictus & qvidem Myſticus:* qvia non per verba ipſa, ſed per rem verbis ſignificatam indicatur. De qvo noti ſunt verſiculi:

Litera geſta docet: qvid credas *Allegoria*:
Moralis qvid agas: qvo tendas *Anagogia*.

Qvorum cenſuram tàm ratione vocum, qvàm rerum exhibet Dn. D. Calovius

Calovius prolegom, in Geneſin p. 66. & Dannh. Herm. p. 25. De re ipſa verò ſupra dictum eſt.

Canon 4. *Literalis & proprius verborum ſignificatus, qvi Metaphorico opponitur,* potiſſimùm in propriâ & principali ſede articulorum fidei, nunqvam deſerendus eſt.

Ratio: Qvia ſenſus literalis propriè ſic dictus *eſt via regia,* qvam obſervans non tenetur rationem reddere adverſario temerè eandem deſerenti. Vid. Chemnitius de fundamentis Cœnæ, Comm. in Form. Conc. art. 7. & Theologia Poſitiva Artic. 82. & Manuale Artic. 88. contra figmentum analogiæ ſacramentalis p. 1198. Confer Auguſtinum lib. 3. de doctr. Chriſt. c. 10: Si animum præoccupavit alicujus erroris opinio, qvicqvid aliter aſſeruerit Scriptura, figuratum homines arbitrantur.

Canon 5. *Senſus literalis nunqvam deſerendus eſt*, niſi evidenter cogat dicentis ſcopus, integer contextus, cum ſingulis circumſtantiis; atqve ipſius rei abſurditas, manifeſtè in aliqvem fidei articulum impingens; aut univerſam fidei analogiam ſive credendorum & faciendorum regulam evertens. Conf. Danh. Herm. p. 264. & de eruendo oculo, Matth. 18. qvod, qvia repugnat qvinto præcepto, neceſſario intelligendum eſt Metaphoricâ oculi ſcandaloſi ſeparatione. vid. ex Chryſoſtomo Manuale Artic. 107. p. 1543. & Auguſtini regulam libro 3. de doctr. Chriſt. c. 10. *Qvicqvid in ſermone divino, neq; ad morum honeſtatem, neq; ad fidei veritatem propriè referri poteſt, figuratum eſſe cognoſcitur,* ubi addit: *Morum honeſtas* ad diligendum Deum & proximum; *fidei veritas* ad cognoſcendum Deum & proximum pertinet.

§. 2. ***Unicus Scripturæ ſenſus eſt, qvi ſignificatorum unius vocis varietatem in unâ enunciatione, ad unam ſignificationem, certò prædicatô expreſſam, determinat.***

Nota: *Sic vox Spiritus* & Angelum, & ventum, & Animam denotat: qvando verò *Spiritus oris Altiſſimi dicitur eſſe Creator,* Pſ. 33. omninò manifeſtum eſt, qvòd hoc prædicatum, eſſe Creatorem, ita hoc ſubjectum determinet, ut ſimul omnes creaturas excludat: cùm impoſſibile ſit, ſimul eſſe Creatorem omnia creantem, & creaturam à Creatore productam.

Qvorſum & *Subjecti limitatio* facit, qvæ planiſſimè oſtendit non enunciari

enunciari h. l. aliqvid de Spiritu vel humanô, vel Angelicô, ſed de Spiritu æterno & divino, qvi eſt Spiritus Altiſſimi, tertia S. S. Trinitatis Perſona, qvæ vocatur Spiritus Sanctus, Matth. 28. 1. Joh. 5.

§. 3. *Unitatem ſensûs divini fruſtra negant Pontificii.*

I. *Qvia negare non poſſunt, qvòd unius rei, adeoq́; & unius enunciationis Logicæ, certò prædicatò determinata, unica ſit forma.*

Teſtis eſt I. *Arriaga*, qvi in Curſu Philoſ. Diſput. 3. Phyſic. p. 139. non ſolùm ordinariam formæ unitatem, non obſtante extraordinariâ & monſtroſâ, in monſtris combinatis multiplicatione, admittit. Verùm etiam Diſput. 1. de Termino, p. 10. dicit: *Suppoſitio eſt determinatio ad unam ſignificationem* potius, qvàm alteram, vi prædicati, & p. 21. Propoſitio eſt actus, qvò intellectus ſe *fixè determinat* circa objectum propoſitum. *Loqvi verò eſt ordinare & dirigere* noſtram mentem ad alium, de cujus eſſentiâ non ſolùm eſt, qvòd per illam, qvi loqvitur, aperiat audienti rem dictam, ſed etiam qvòd *manifeſtet conceptum internum*, qvem habet de illo objecto, uti *Cardin. Johannes de Lugo* oſtendit Diſp. 1. de veritate fidei Div. Sect. 8. §. 164. & Sect. 10 §. 197. Qvod verò loqvens enunciatione, id ſcribens ſcriptione præſtat. Si autem conceptus internus non eſt unus, unicô verborum ſenſu ſignificatus; qvomodo manifeſtabit loqvens ſive ſcribens conceptum internum per verba ambigua & indeterminata ad certum ſenſum? Et qvalis erit illa ſensûs communicatio? & qvô fine inſtituta? Nonne illuſio potius, qvàm locutio?

II. *Carolus Franciſcus d' Abra de Raconis* eandem veritatem habet part. 3. Phyſic. p. 19. ubi ait: *Forma à Pythagorâ vocatur unum*, eò qvòd materiam, multitudinem appetentem *determinet ad unam ſpeciem*. Unde p. 24. unicam ignis formam, & p. 25. unicam hominis animam, & unicam albedinis formam &c. defendit. Et in Tract. Logico p. 115. aſſerit: *Prædicatum habere rationem formæ, qvæ ſubjectum determinat* ad talem enunciationem.

III. *Johannes de Rada*, qvi Tomo 1. controv. inter Thomam & Scotum contr. 9. art. 2. p. 145. diſputat *de formâ implurificabili*, qvæ de ſe, & ratione ſuæ qvidditatis eſt una numero, & ſingularis. Et de formâ ſingulari, qvæ habet in ſe totam entitatem illius formæ. Et Tomo 4.

controv. 5. p. 121. concedit ſignificationem eſſe formale verborum inſtitutionis, qvæ ad ſignificandum determinantur.

Jam verò conſtat, *qvòd ſenſus Scripturæ ſignificativæ ſit formale Scripturæ, & illud ipſum, per qvod Scriptura ſignificativa in eſſe ſuo ſignificativo conſtituitur, ut determinatè hoc, & non aliud, ſignificet*; & ab omni confuſá atqve ambiguâ ſignificatione ſcriptionis æqvivocæ diſtingvatur. Hic enim eſt ſenſus ille unicus, qvem ſcriptor per certa alicujus enunciationis Logicæ, certo prædicato determinatæ, verba, in certo contextu poſita, *proximè* intendit, & certâ ſignificatione determinat. NB. Dico *proximè*. De eo enim, qvod aliqvando conſeqventer & per accidens, etiam contra autoris intentionem, lector vel auditor ſibi imaginari poteſt, hôc locô non eſt qvæſtio. *Ergò impoſſibile eſt, ut unus idemqve autor, in unâ eâdemqve ſcriptâ enunciatione Logicâ, proximè uno plures ſimul intendere & determinare poſſit ſenſus.* Confer de qvadruplici ſenſu literæ infra lib. 3. c. 2. Tit. 10. §. 2. NB.

Siqvidem omnis oratio Logica, ad docendum apta, una eſt; & aliena ab æqvivocatione, qvæ errorum genetrix: dum veritatem, qvæ una eſt, oſtendit, ſimulq; mendacium & deceptionem, eô ipsô, qvia & qvatenus una eſt, evidenter & perſpicuè excludit.

Confer *Ariſtotelem* lib. 1. Sophiſt. Elench. c. 1. ubi ait: qvia res ipſæ afferri non poſſunt, vocum veluti nutibus & *ſymbolis*, *rerum vice utimur*, *τοῖς ὀνόμασιν ἀντὶ τῶν πραγμάτων χρώμεθα συμβόλοις*. Monet ergò, ut vocum *ſignificationi* attendamus, ne velut imperiti calculatores decipiamur, qvod illis accidere ſolet, qvi *vocum poteſtatis imperiti* ſunt: *διὰ τῶν λόγων οἱ τῶν ὀνομάτων τῆς δυνάμεως ἄπειροι παραλογίζονται*.

II. *Qvia fatentur ex ſolo ſenſu literali deſumta argumenta eſſe efficacia*; Si verò ille non eſt unicus, nulla erit probatio. vid. Arriaga Tomo I. p. 17. & Gonet Tomo I. p. 25.

III. *Qvia ſciunt h. l. qvæſtionem eſſe*

I. *De oratione divinâ*, præſcindendo ab omnibus humani cerebri figmentis, & malitioſâ intentionis ſeductricis varietate.

II. *De orationis divinæ ſenſu formali*, non verò de diſtincto rerum ſignificatarum uſu, 2. Tim. 3. Nam formalis ſignificatio, qva voces ſignificant res, pertinet ad ſenſum Hiſtoricum literalem: qvando verò res ipſæ

ipſæ per voces ſignificatæ iterum res alias ſignificant, hoc ſpectat ad uſum, qvi impropriè ſenſus vocatur myſticus.

III. *Non de humanâ revelatæ veritatis repetitione*, qvæ etiam ab ignorante fieri poteſt. Confer de Caiphâ Johann. XI, 50. *ſed de* primariâ Spiritûs Sancti, per organa ſua ſcribentis, *intentione*.

IV. *Non de vario communis & indiſtinctæ vocis ſenſu*, *ſed de certa vocis, per certum prædicatum in certo contextu determinatæ, uſu*, ejusqve *formali ſignificatione*. Sic vox principii varia ſignificata habet, ſed qvando Geneſ. I, 1. dicitur, qvòd principium ſit terminus à qvo, creationis cœli & terræ, eô ipsô ſignificatio hujus vocis ad principium temporis, ſimul cum creaturis inchoati, determinatur.

V. *Non de uſu aliqvo ſubordinato*, qvem generalis ſententia, vel univerſalis enunciatio, virtualiter includit; (v. g. omnes peccaverunt Rom. 3. ergò & Adamus & poſtea omnes ac ſinguli.) *ſed de ſenſu determinato*, qvem contextus & prædicati natura gignit, ut ſenſus enunciationis Logicæ formaliter, & orationis Grammaticæ literaliter conſideratæ, mentem dicentis evidenter oſtendat.

VI. *Non de ſenſu confictto, ſed nativo*, qvem vocis uſus, contextus, ſcopus & paralleliſmus exhibent.

VII. *Non de eventuali, fatuorum opinione, uſu vel abuſu*; *ſed de ſcriptoris ſacri intentione*, ex orationis connexione, contextu & principali ſcopô conſpicuâ. Confer de his & aliis huc ſpectantibus, *Dannhau. Herm.* p. 25. ſeq.

IV. *Qvia ſciunt varias contra hanc veritatem excogitatas exceptiones dudum à noſtris fuiſſe refutatas*, uti vel ex præcedente ſtatûs controverſiæ formatione liqvet. Qvæ unô impetu pleonaſmos Salmeronis, Bellarmini, Azorii, Bonfrerii, Serarii, Menochii & ſimilium; inprimis verò pluralitatem ſenſuum, qvibus abundat Cornelius à Lapide, feliciter evertere poteſt. Confer Dn. D. Calovii prolegomena in Geneſin p. 63. nec non Dannhaueri Hermen. p. 47. & Panſtratiam Chamieri.

§. 4. *Pluralitatem ſenſus in uno eodemq́; contextu, ſub ſpecie typi & antitypi, cum unius ejusdemqve enunciationis ſubjecti multiplicatione perperam defendunt alii, qvi ipſum ſenſum literalem, & rerum ſignificatarum accommodationem confundere ſolent.*

Confer Dn. D. Calovii proleg. in Gen. p. 97. ubi ſententiam Paræi examinat: nec non Spanhemii p. 72. & Hottingeri p. 73. & contra hanc multiplicationem, *ſensûs Scripturæ unitatem* fuſiùs probat p. 79. 1. ex *ſenſus naturâ*, cujus forma eſt unica. 2. ex *vocum naturâ*, qvæ ſunt ſigna conceptuum, ſed *non ſignificare unum, eſt nihil ſignificare*, juxta Ariſtotelem l. 3. Metaphyſ. c. 4. 3. ex *naturâ oppoſitionis*: contradictoria enim, ſenſus proprius & improprius, ſimul ſubſiſtere non poſſunt. 4. ex *Scripturæ certitudine*. 5. ex *veritatis* unitate. 6. ex Scripturæ *perſpicuitate*. 7. ex ſcriptionis *fine*. 8. ex *inductione*. 9. ex erroris contrarii *origine* Judaica. 10. ex ſolius literalis ſensûs *autoritate*. 11. ex ſeductionis *periculo*. 12. ex Alſtedii & aliorum *teſtimonio*.

§. 5. *Senſus, qvi cum præſuppoſito allegoriæ fundamento combinatur, aut qvando ex typo antitypus explicatur, à ſensûs literalis multiplicatione, eſt alieniſſimus.* vid. lib. 2. c. 3. Tit. 7.

Not. 1. *Combinatio* & multiplicatio differunt formaliter.

Not. 2. *Combinare* eſt binos ita conjungere, ut efficiantur unum, & *Combinatio* eſt binorum conjunctio, *συνδύασις*. vid. Theol. Poſit. artic. 45. §. 1. NB. De conjunctis verò & unitis diſtincta enunciare, non eſt unum multiplicare, ſed ſuum cuiqve diſtinctè, & ſine confuſione, tribuere. *Multiplicare* verò eſt multa aggregando colligere, ut productum non ſimplex, ſed multiplex oriatur.

Not. 3. *Senſus, qvi combinationem cum fundamento comparationis præſupponit, formaliter unus eſt, & non multiplex; etiamſi vel virtualiter præſuppoſitum involvat typum*, & ex illo præſuppoſito literaliter explicet antitypum: vel etiam πρότασιν ſimul atqve ἀπόδοσιν oſtendat, ut ex typo præſuppoſito antitypum luculenter explicet. ſup. de Metaphorâ lib. 2. c. 5. Tit. 3. *Ratio* eſt, qvia hôc modô, nec ſubjecta, nec prædicata confunduntur, ſed de uno eodemqvè ſubjecto antitypico prædicata antitypica diſtinctè enunciantur, vel etiam diſtincta diſtinctis ſubjectis, ſine ulla confuſione tribuuntur in diſtinctis enunciationibus.

Not. 4. *Exempla* hujus rei offert tum Pſalmus 19. tum promiſſio

2. Sam.

2. Sam. 7. repetita 1. Chronic. 18. Confer ſup. lib. 2. c. 3. Tit. 7. §. 6. Nec non locus Propheticus de Lucifero Eſa. 14. & Apoſtolicus Hebr. 4, 12. de Verbo DEI.

I. Monita de Pſalmo 19.

Obſerv. 1. *Clavis Pſalmi 19.* eſt dextra explicatio Exordii.

Obſerv. 2. Dum Pſaltes de cœlo, cum ſuis incolis ſpectato, loqvitur *pluraliter*, dicendo: *Cœli enarrant gloriam DEI:* cœlum phyſicum præſupponit, & myſticum determinat, ita tamen, ut *de ſubjecto plurali* diſtincta prædicata tàm phyſica præſuppoſita, qvàm myſtica verificari poſſint, dum, qvod de cœlo phyſico h. l. præſupponitur, illud longè rectiùs de cœlo myſtico aſſeritur.

Obſerv. 3. *Enarrant ergò cœli creati* gloriam creatoris *objectivè*, tanqvam medium, per qvod alii ad agnitionem DEI operumq; ejus, & enarrationem gloriæ div. deducuntur. Rom. 1. Act. 17. qvam gloriam *cœli myſtici*, ejusqve ſtellæ, Apoſtoli, in regno cœlorum fulgentes, Matth. 22. & peccatores ex regno potentiæ, ad cœlum gratiæ & gloriæ invitantes, annunciant *effectivè*, DEUM & opera ejus agnoſcendo, & tum vivâ voce Matth. 28. tum ſcriptis gratiam ejus in Chriſto omnibus datam prædicando, & laudando, & univerſo orbi manifeſtando.

Obſerv. 4. *Hoc artificium* oſtendit Apoſtolus, cujus citatio Rom. X. hanc abſconditam ſapientiam in N. T. longè majori gradu coruſcantem proponit, qvam tempore V. T. illa ex hujus Pſalmi lectione inneteſcere poterat. Jam enim nox receſſit, Rom. 13. jam ſplendet Sol Juſtitiæ, Malach. 4. omnes V. T. umbras ſuâ præſentiâ diſſipans; Qvia eſt Lux vera, illuminans omnem hominem. Joh. 1. ut videant Meſſiam diu deſideratum, Luc. 10. & credentes vitam habeant æternam, Joh. 20.

Obſerv. 5. *Qvemadmodum itaqve Spiritui Sancto* per Paulum *loqventi debemus hoc arcanum revelatum*, Rom. 3. qvod Pſalmus 14. tàm de originali, qvàm de actuali peccato loqvatur; & qvod Hiſtoria de Sara & Hagar Typum includat Veteris & N. T. legis & gratiæ, Galat. 4. Ita etiam gratâ mente veneramur meritò, qvod per hoc Vas electum intelligimus, *non de creato præſuppoſito, ſed de myſtico cœlo hunc Pſalmum*, & Davidem in illo, locutum fuiſſe. Confer viſionem cœlorum, Pſal. 8, 4. cum collatione operis creationis & redemtionis, in Notis Dn. D. Calovii h. l.

Obſerv.

Obſerv. 6. *Qvamobrem cœli*, de qvibus v. 1. loqvitur, non creati ſunt, qvi præſupponuntur, ſed myſtici, qvi literaliter h. l. intelligendi ſunt, ita, ut ex enarratione cœli phyſici rectiùs intelligatur enarratio cœli myſtici.

Obſerv. 7. *Diſtinctis ejusmodi cœlis* etiam diſtincta competit tùm gloriæ *enarratio*, tum *coruſcatio*.

Obſerv. 8. *Cœli creati*, hôc locô præſuppoſiti, enarrant gloriam Creatoris, non qvidem effectivè, ſed objectivè. Nam opus laudat artificem, dum, qvi ſuſpiciunt cœlos, enarrant gloriam Dei, ut Chaldæus h. l. obſervat. Cœli enim ſunt qvaſi Notarii publici, Dei teſtes. & liber idiotarum, juxta Chryſoſtomum. *Cœli verò myſtici*, ſive Eccleſia N. T. plantata, Eſa. 51, 6. cœli novi, regnum cœlorum, Matt. 18. reſpectu miniſterii Apoſtolici in toto orbe continuati, annunciant gloriam Dei per Meſſiæ exhibitionem conſpicuam, Luc. 2. (Gloria in excelſis DEO) qvia ipſi ſunt teſtes univerſales, oculati, 1. Joh. 1. & infallibiles gloriæ Dei in Chriſto ſpectatores atqve nuncii, de qvibus dicitur: Vidimus gloriam ejus, Joh. 1. qvam manifeſtavit, Joh. 2. per miracula, in monte, Matth. 17. in reſurrectione & aſcenſione, &c.

Obſerv. 9. *Sic etiam Sol in cœlo creato* habet 1. *ſedem* ſive tabernaculum in cœlo, Gen. 1, 14. 2. *pulchritudinem*, inſtar ſponſi è thalamo ſurgentis, qvaſi peractâ reqvie. 3. *velocitatem* curſûs & itineris, cujus termini noti ſunt. *At Sol in cœlo myſtico* eſt Meſſias, Sol & ſcutum, Pſal. 84, 11. diſpellens umbras noctis V. T. Rom. 13. & mortis, Pſ. 23, 4. mors enim ſeqvitur peccatum, Rom. 6. ſicut umbra corpus. Hæc verò mala Sol juſtitiæ removet, dum ex thalamo ſuo incarnatus prodit Θεάνθρωπος, Luc. 1. Qvod ipſum ex comparatione cum Sole creato facilius intelligi poteſt.

Obſerv. 10. *Qvemadmodum verò linea* ſive regula cœli creati, qvoad lumen, motum & influxum, univerſalis eſt: Deus enim Solem, Lunam, Stellas, & univerſum cœleſtem exercitum, eorumqve lumen expandit omnibus, Devt. 4, 19. Matt. 5. per inſigne hoc beneficium oſtendens officium, ut ipſum qværamus, Actor. 17. *Ita & Canon cœli myſtici*, veluti funis menſorius, Jer. 31, 38. & amuſſis architectorum, Job. 38, 5. linea Scripturæ, Eſa. 28, 10. canonicæ, Gal. 6, 16. usqve ad extremum orbis, & Barbaris qvoqve remotiſſimis, per Apoſtolicum præconium

Digitized by Google

conium innotuit. Adeoqve qvàm latè patet præconium creaturarum objectivum, tàm latè etiam patet præconium Evangelii Apoſtolicum, Rom. 10, 18. Coloſſ. 1, 6. 23. vivâ voce & ſcriptô deinceps peractum.

Obſerv. 11. *Huc facit ab ipſo Sp. S. monſtrata πρόθεσις & ἀπόδοσις.* Poſtqvam enim *ex præſuppoſita naturali notitia* N. T. myſteria explicavit, jam apertè loqvitur, & v. 8. qvaſi *clavem totius Pſalmi*, ſupra verſ. 1. indigitati perſpicuè monſtrat, qvando ait: Lex Domini perfecta eſt. Qvaſi diceret: Hactenus ex præſuppoſita naturali notitia locutus ſum: Hæc verò ipſa, de qva etiam porrò dicendum, longè majoris claritatis, jucunditatis, atq; utilitatis eſt, ſi cum illa conectatur.

Obſerv. 12. *Eandem veritatem agnovit R. David Kimchi* qvodammodo, in Commen. h. l. translato per Ambroſium Janvier. Pariſiis edito An. 1666. ubi p. 81. ait: Qvid eſt, qvòd, poſtqvam Solis mentionem fecit, conſeqventer de lege loqvatur? Nempe vult oſtendere, *qvod ſicut cœli & Sol divinam gloriam* & ſapientiam teſtantur & manifeſtant: *ita & Lex* & præcepta, manifeſta ſint ſapientiæ & rectitudinis illius indicia, Deut. 4, 8. Nec non *Simeon de Muys* h. l. p. 91. ubi dicit: Docet cum ex ſuperarum & cœleſtium rerum contemplatione, tùm inprimis ex Legis perfectione atqve integritate, magnam vim eſſe ad DEI potentiam ſapientiamq; cognoſcendam. Item: palàm eſt, omnes cœlos Dei O. M. gloriam enarrare, &c. *Nihil verò eſt, qvod Sol & cœli loqvuntur, præterqvàm qvod Lex ipſa docet &c.*

Obſerv. 13. *Huc etiam ſpectat B. Höpfneri admonitio* in comm. h. l. ubi ait: Pſalmus 19. *celebrat majeſtatem Dei*, ex opificio cœleſtis machinæ; *nec non Eccleſiæ N. T.* per univerſalem Evangelii, de adventu Chriſti, prædicationem collectæ, *amplitudinem* cœli Soliſqve, per totum terrarum orbem ambitu *figuratam*. Et de Paulinâ citatione dicit. Pſalmus hic reſpicit non tantum notitiam naturalem, ſed etiam, & qvidem *principaliter, cognitionem doctrinæ cœleſtis* per Apoſtolos in N. T. prædicandam. Qvalis ergò eſt citatio, talis qvoqve eſt ſcriptio ejuſdem Pſalmi, eôdem Spiritu S. autore facta.

Obſerv. 14. *Idem ante 40. Annos B. W. Lyſerus, Exegeta accuratiſſimus, publicè notavit* in Acad. Witteb. dicens: Citatio Pſalmi 19. à Paulo facta Rom. 10. *non eſt nuda accommodatio* ſensûs literalis ad myſticum, ita ut cognitio Dei revelata, de qva Pſalmus ſolùm agat literaliter, ac-

ter, accommodetur ad ſupernaturalem; Neqve ejusmodi *directa citatio*, ita, ut totus Pſalmus 19. *ſolùm myſticè* de Evangelio intelligendus ſit: ſed qvia repugnat v. 1. 2. 3. *Media via eſt optima.* Continetur enim hôc Pſalmo & *typus*, nempe præſuppoſitus, *naturalis* ſcilicet revelatio in creatione; & ejusdem *antitypus, ſupernaturalis* revelatio in Evangelii prædicatione. Et ſic nihilominus *Apoſtoli citatio eſt directa,* (aliàs enim nihil probaſſet) & neqvaqvam nuda alluſio.

Obſerv. 15. *Conſentiunt etiam Theologi Jenenſes,* qvi in Bibl. Noriberg. v. 2. usqve ad 7. *ſemper conjungunt notitiam DEI naturalem* ex creaturarum contemplatione *præſuppoſitam,* cum cognitione *ſupernaturali* revelatâ, cui καθ' ἐξοχὴν tribuunt, qvicqvid de creato cœlo, Sole, die, & aliis natura novit. Sic Pſalmo 8. v. 4. cœlum myſticum cum Sole & Stellis, ex contemplatione cœli creati explicant. Cùm enim Metaphoræ à rebus naturalibus deſumuntur, tunc res illæ, in qvibus fundamentum comparationis ſitum eſt, in natura præſupponuntur; atqve ipſa comparatio res illas confirmat. Sic Pſalm. 84, 4. & 12. actus Hirundinis & lux Solis præſupponitur. vid. ſup. lib. 2. c. 5. Tit. 3.

Obſerv. 16. *Qvam explicationem citat Dn. D. Calovius* in Annot. Bibl. h. l. p. 973. & addit: Hoc ideo factum, ne *ſi ſupponatur,* in allegoricis locis res aliqva à Spiritu S. cui ſuperſtruitur allegoria, & *in explicatione utrumqve indicetur,* tùm fundamentum allegoriæ aut figuratæ phraſeos Spiritus S. tum ſenſus directè ab ipſo illic intentus; fingat nobis qvis geminum ejusdem dicti ſenſum: qvem nuspiam in Scripturis admittendum cenſemus.

Obſerv. 17. *Idem urget Dn. D. Seb. Schmidius* in Colleg. Bibl. V. T. p. 77. ubi ait, Senſus hic eſſe poterit: *aliàs veriſſimè dicitur de cœlo phyſico,* qvod enarret gloriam DEI, &c. *ſed non minus verè & majori longè jure ego verbis iſtis utor de Meſſia,* cujus eſt regnum cœlorum ſpiritualium, qvi maximè per Apoſtolos enarrant gloriam Dei &c. Et §. 6. *Imò, David in hoc* Pſalmo *ſubſternit & ſupponit veritatem notitiæ naturalis: qvemadmodum omnis tropus ſupponit propriam ſignificationem, & rei, à qva fit translatio, veritatem.* Qvare ex verbis Pſalmi non tantùm rectiſſimè argumentatus eſt Apoſtolus, *literalem ſenſum* de regno Chriſti & Evangelio ſectatus; ſed & noſtrates Theologi optimum argumentum ex iisdem verbis ſumunt, *pro notitia Dei naturali,* ex creaturis, qvas gloriam

Dei

Dei verè enarrare David *ſuppoſuit*, ut verba inde rectè mutuare, & ad regnum Chriſti transferre poſſet. Confer ſupra reqviſita Rhetorica lib. 2. c. 5. Tit. 3. NB.

Obſerv. 18. Cum qvibus conferri poteſt ſententia *Junii in parallelis* non facilè reprobanda, judice D. Caloviô l. d. p. 972. Qvi concludit p. 973. *Utrumq; conjungi poteſt*, tum qvòd per naturam & intuitum operum creationis gloria Dei orbi annuncietur, tùm, qvòd hoc fieri debuerit per præconium Evangelii &c. ut dicatur: Hâc figuratâ locutione id *ſuppoſuiſſe* Spiritum S. qvod ſecundum literam verbis iisdem *infertur*. Qvô pactô *unica* qvidem erit tantum *Verborum Interpretatio*, eaqve ſenſu figuratô intelligenda, ex intentione Spiritus S. vaticinantis de Apoſtolorum præconio: Sed *fundamentum* Metaphoræ & allegoriæ hîc ſupponetur tacitè in iſta comparatione, qvum cœlis ideò maximè comparentur Apoſtoli, qvod uti cœli admirabili ſuô opificiô ubiqve enarrant Dei gloriam, &c. ita Apoſtoli Evangelii præconiô gloriam Dei per totum orbem annunciaturi ſint. Sic πρότασις è *libro naturæ* petita erit, ἀπόδοσις autem hâc Prophetiâ figuratur & indigitatur; ut ratio & fundamentum comparationis argumentum ſit θεογνωσίας naturalis; res autem ipſa præconium ſit Apoſtolorum. Conf. Bolii analytica paraphraſis Pſal. 19. Alles was Himmels Nahmen hat / ſo wol der erſchaffene (natürliche) als der von Chriſto in der Fülle der Zeit gemachte (geiſtliche) Himmel / erzehlen des groſſen ſtarcken Gottes Ehre und macht volles Anſehen ꝛc. Man kans abnehmen ſo wol auß den gemeinen Welt-Tagen und Nächten / als auß dem Unterſcheid und Stande der Chriſten. Es freuet ſich ſo wol die Sonne/ als Chriſtus/ wie ein Held ꝛc.

II. Monita de promiſſione 2. Sam. 7. qvæ repetita legitur 1. Chron. 18.

Obſerv. 1. *Senſus divinæ promiſſionis* eſt, David, qvi videbit Filium regni ſucceſſorem, habebit filium Dominum, Pſal. 110, 1. Redemptorem, Meſſiam atqve Regem æternum, Pſal. 2. adeoqve Filium planè ſingularem & incomparabilem.

Obſerv. 2. *Præſupponitur ergò beneficium temporale ſive Salomonis ſucceſſio*, ut per illius contemplationem via ad donum longè nobilius

 & omni-

omninò incomparabile oſtendatur, & qvidem *unicè & literaliter*. Vid. Dn. D. Calovii Annot. h. l. p. 763.

Obſervat. 3. *Notavit hoc B. Höpfnerus* in explicatione dictorum Scheberi, ubi ait: Triplex occurrit ſententia: 1. *Rabbinorum*, qvi de ſolo Salomone accipiunt, qvæ ſimpliciter falſa eſt. 2. *Chriſtianorum*, qvi de ſolo Meſſia intelligunt, (qvam Dn. D. Calovius l. d. defendit, & ad rationes dubitandi reſpondet.) 3. *Eorum, qvi Typum & Antitypum conjungunt*. (NB. *vel ex Typo præſuppoſito Antitypum explicant.*) Salomo enim fuit typus Meſſiæ, qvatenus fuit Rex pacificus, Eſa. 9. & filius Davidis, templum ædificans. Cui peccatum propriè dictum competit, qvod Meſſiæ tribuitur imputativè, Pſalm. 69, 6. Eſa. 53, 5. 2. Corinth. 5, 21.

Obſerv. 4. *Ad ſolum itaqve Chriſtum petinet*, qvod in hac promiſſione dicitur de filio Davidis ſingulari, cui planè ſingularia prædicata aſſignantur. Ita ut ſit filius tranſcendens ſuper omnia המעלה 1. Chron. 17, 17. עלה. unde עליון Excelſus, Gen. 14, 18. der Höchſte/ ὕψιςος, qvi eſt poſſeſſor Cœli & terræ, verſ. 19. Conſer B. Gall. Fort, Souuerain. Fortis, ſummus, der keinen Höhern hat.

Obſerv. 5. *Nec obſtat Vaticinii hujus occaſio*, qvæ erat templi per Salomonem ædificatio. Diſtincta enim manent occaſio, & vaticinium ipſum, de ſingulari prærogativa Filii ſingulari, *de qvo determinatè & literaliter* loqvitur hæc promiſſio.

Obſerv. 6. Hoc probant 1. *Incrementa orationis*, 1. Chron. 17, 17. Sed & hoc parum viſum eſt in conſpectu tuo, ideoqve locutus es in longinqvum, למרחוק ἀπὸ μακρῶν von fernem zukünfftigen, qvaſi diceret: promiſiſti non modò filium typum, verùm etiam antitypum, Meſſiam promittis, Filium incomparabilem, parentis Dominum. vid. Pſal. 110, 1.

2. *Excellentia* hujus Filii. cujus conditio eſt hominis Domini DEI, 2. Sam. 7. Adonai Jehovah, v. 19. κύριος κύριος. Aſpexiſti me & ſemen meum individuale, ſive Filium meum unicum, & planè ſingularem: ſecundùm formam ſive rationem & diſpoſitionem Hominis excellentiſſimi huic Filio meo unico providiſti, qvi eſt Homo excellentiæ, & Dominus Deus, 1. Chron. 17, 17. המעלה האדם ille ipſe Adam excellentiſſimæ dignitatis, & in ſummo gradu, Ezech. 40, 26. ſupra omnes

omnes conſtitutus. Conf. Eundem Höpfnerum in Pſal. 8, v. 5. & Glaſſium part. 1. Philol. S. p. 349. Et ad hanc promiſſionem reſpicit Jeremias cap. 23, 5. Suſcitabo David Germen, qvæ eſt repetitio promiſſionis primæ, Geneſ. 3, 15. de ſemine benedicto. Et hæc eſt iſta lex Hominis תורת האדם νόμος τοῦ ἀνθρώπου, conditio & ſors illius ſecundi Adami, 2. Cor. 15. & inſtauratoris catholici, 2. Sam. 7, 19. Hæc eſt illa πᾶσα μεγαλοσύνη, hæc illa magnalia. Vulg. v. 21. כל־הגדולה alle ſolche groſſe Dinge/ μεγαλεῖα Luc. 1, 49. Er hat groſſe Dinge an mir gethan. Qvæ prædicata magnifica longè excellentiora ſunt, qvàm temporalis filii mortalis ſucceſſio.

III. Monita de loco Prophetico Eſa. 14, 12.

Nota 1. *Caſus Luciferi*; filii auroræ, formaliter eſt caſus Regis Babel, inprimis verò Belſazaris Dan. 5.

Not. 2. Propheta præſupponit h. l. 1. Pulchritudinem *ſtellæ matutinæ* omnibus notam (uti Pſal. 19, 1.)

2. *Caſum* Luciferi infernalis ex cœlo Luc. 10, 18. Eccleſiæ notiſſimum, 2. Petr. 2, 4. Ep. Jud. v. 6.

3. *Splendorem* Aſſyriorum incomparabilem. Unde concludit: Qvàm impoſſibilis videbatur lapſus Luciferi & ſociorum, die ſchönen Morgenſtern/ Job. 38, 7. Cochbe boker: & qvàm impoſſibilis videtur caſus ſtellæ matutinæ de cœlo, tam impoſſibilis videbatur caſus Monarchiæ Aſſyriacæ, capitis aurei Dan. 2. ſed qvàm certò cecidit Lucifer, tàm certò cadet Belſazer, &c. vid. Chald. Qvomodo dejectus es ab altitudine, qvi eras ſplendidus inter filios hominum, ſicut ſtella ſplendidiſſima (Phoſphorus) inter alias ſtellas, dimiſſus es in terram. Confer Matth. 11, 23. de Capernaum.

IV. Monita de loco Apoſtolico Hebr. 4, 12.

Vivus eſt ſermo DEI & efficax, ſive λόγος προφορικὸς & ſcriptus ſermo Verbi hypoſtatici, Apoc. 19, 15. c. 1, 16. de qvo Hebr. 4, 2. & 7. agitur. Et de hoc Deo v. 12. loqvitur Apoſtolus, v. 13. ſive de Logo hypoſtatico, habente ejusmodi Verbum, qvod eſt potentia DEI, Rom. 1, 16. vid. Gerhardi Exegeſis de Scripturâ & Dn. D. Calovii annot. h. l.

TITULUS II.
De ſensûs divini Veritate.

§. 1.

Senſus Verbi divini eſt veriſſimus.

Nota 1 *Veritas objectiva* deprehenditur in rebus ipſis, ita, ut verum ens veram ſui notitiam terminare poſſit: veritas verò formalis enunciationum eſt in intellectu cognoſcente. Vide ſuprà libro 1. §. 11. NB.

Not. 2. *Verum ſignificat id, quod eſt conformabile cum conceptu ipſius*, qvia verè eſt; & ita eſt, ut concipitur, vel, ut concipi poteſt. Sic dico, hoc objectum verè habere id, qvod ſignifico per hanc vocem, dum nomino aurum, hoc eſt verum aurum, de qvo verè enunciatur veritas ſive veri auri conceptus.

Not. 3. *Qvemadmodum Veritas divina eſſentialis vocari ſolet* 1. *in eſſendo*, qva ut verus DEUS veram ſui cognitionem terminare poteſt. 2. *in cognoſcendo*, cui repugnat deceptio. 3. *in teſtificando & promittendo*, qvæ aliàs dicitur fidelitas & conſtantia in ſervandis promiſſis: Ita & per Verbum revelatum *communicata* Veritas, Joh. 17. non ſolùm de vero DEO, ejusqve viis, Pſ. 25,10. (conf. Manual. p. 148.) & de cognitione DEI verâ teſtatur, Joh. 17,1. verùm etiam veram atqve ſalvificam DEI cognitionem, Joh. 20. ita dirigit, ut omnem intellectûs deceptionem excludat, ſimulq; de DEI Veracitate, mentiendi impoſſibilitate, Hebr. 6,18. & fidelitate, 1. Cor. 10. nos certiores reddat. Conf. Theolog. Poſit. & Manuale Theol. Art. 10. Tit. 3.

§. 2. *Veritas Verbi divini, veras Scripturæ enunciationes lectori offerentis, eſt ſimpliciter immutabilis.*

Obſerv. 1. *Immutabilitas* formaliter importat mutabilitatis negationem, qvæ DEO competit ſimpliciter, tàm ſecundùm eſſe, qvàm reſpectu omnis compoſitionis, accidentium, loci, ſcientiæ, propoſiti & voluntatis; ubi & defectus & inconſtantia, infinitæ perfectioni repugnans excluditur.

Obſerv.

Obſerv. 2. *Immutabilitas* divinæ veritatis per Scripturam revelatæ, *æterna eſt*, Eſa. 40. Luc. 21. vid. Theol. Poſit. art. 10. Tit. 7.

§. 3. *Immutabilitati divinæ Veritatis nihil omninò obſtat* 1. *Scripturæ S.* ratione materialis externi memorata ſciſſio & *combuſtio*, Jerem. 36. ubi Jehudi volumen illud, qvod continebat דברי יהוה v. 4. 6. laceraſſe dicitur ſcalprô librariô, & in ignem projeciſſe, donec totum volumen conſumeretur, v. 23. Qvamvis enim idem verbum primùm enunciatione, deindè etiam ſcriptione communicatum, adeoqve æternum & immutabile in S. Codice contineatur, nihilominus tamen illud, *non obſtante materialis externi, ſive ſymbolorum*, in chartâ exaratorum, particulari abolitione, *reſpectu formalis* ſui conſideratum, immutabile & æternum manet.

2. *Nec obſtat huic immutabilitati Legis divinæ abrogatio.* Manet enim Lex divina, maximè Moralis, imò & Ceremonialis & Forenſis, æterna Veritas, hôc ſenſu, qvô à DEO promulgata eſt. *Moralis* ſcilicet, norma manet univerſalis actionum humanarum *perpetua*. *Ceremonialis* verò, norma erat actionum Leviticarum ad certum tempus *determinata*, videl. usqve ad Antitypi adventum; *Forenſis* deniqve norma fuit actionum Politicarum itidem non abſoluta, ſed ad regiminis Judaici terminum & Meſſiæ exhibitionem *reſtricta*. Qvâ de re Theologia Poſitiva agit Artic. 73.

Canon. Veritas Verbi divini immutabilis ſuperat etiam objecta contradictoria & impoſſibilia, ſcilicet apparentia rationi, non verò ſimpliciter talia, reſpectu div. omniſcientiæ & omnipotentiæ. Qvod ex ſolâ revelatione innoteſcit. NB. Luc. 1. & ſupra Method. p. 73.

TITULUS III.
De ſenſûs divini Bonitate.

§. 1.

SEnſus Scripturæ omninò bonus eſt.

Obſervatio: *Quemadmodum ipſe DEUS eſt bonus 1 eſſentialiter. 2. relativè ad creaturas*, 1. ut cauſa & principium, 2. ut idea & exemplar, 3. ut finis & ſummum bonum unicè appetendum, Pſal. 73. Conferatur Johann. Baptiſta Gonet in Clypeo Theolog. Thomiſt. Diſputat. 4. pag. 90. *Ita & Senſus Verbi divini bonus eſt*, & bonos efficit, dum in corde bono aſſervatur, veluti ſemen bonum, Luc. 8. ut fructus afferat innumeros, & ad omne opus bonum reddat aptiſſimos, 2. Tim. 3.

Canon. *Exempla malorum*, qvæ in Scriptura referuntur, neqvaqvam nocent, ſed ædificant, ut peccatores caveant, & ex malis boni fiant. Confer regulam Salvatoris Lucæ c. 13, 3. 5. & Chemnitii Harmon. h. l.

§. 2. *Senſus Scripturæ bonus omne bonum tàm audientibus qvàm legentibus offert.*

Teſtatur hoc 1. *Eſaias* cap. 3, 10. qvando ait: Annunciandum eſſe juſtis טוב omne bonum, animi, corporis & fortunæ: in regno potentiæ, gratiæ & gloriæ, Pſal. 112.

2. *David*, qvi ſensûs divini agnitionem præfert omnibus divitiis atqve theſauris, Pſ. 119.

§ 3. *Senſus Scripturæ bonus ad ſummum bonum nos deducit*, Pſal. 73. Qvælibet enim DEI perfectio habet rationem alicujus bonitatis, qvia ad hominem relata habet rationem convenientiæ cum ſancto deſiderio & appetitu: Deus enim eſt bonum perfectiſſimum, & immenſus omnium bonorum theſaurus, ut is, qvi Deum habet, omnia habeat, cœleſtia in Deo, terrena à Deo, contentus Dei gratiâ, cum Paulo 2. Cor. 12, 9.

TITULUS IV.
De ſensûs divini Certitudine.

§. 1.

Digitized by Google

§. 1.

Senſus divinus eſt certiſſimus, ab ipſo ſpiritu certitudinis Pſal. 51. נכון & veritatis profectus Johan. 14. vid. Theol. Poſ. artic. 15. §. 1. NB. teſte Paulô Philip. 3, 1. ubi hunc finem canonicæ ſcriptioni expreſsè aſſignat, qvando ait: Eadem ſcribere vobis me qvidem haud piget, vobis autem tutum eſt, ad ἀσφάλειαν ſive *certitudinem* faciens. Confer Lucæ verba cap. 1, 4. qvi itidem aſſerit, ſe ideò ſcripſiſſe, ut lector cognoſcat τὴν ἀσφάλειαν & doctrinæ certitudinem.

Nota: ἀσφαλὲς ſecurum, σφάλμα, lapſum, errorem & peccatum excludens, à σφάλλειν deducitur, qvod notat impingere, labi, errare, hallucinari. Confer ἀσφαλίζω, munio, cuſtodio ſepulcrum, Matth. 27, 61. captivum, Actor. 16, 24. carcere diligenter clauſo, cap. 5, 23. & γνῶναι τὸ ἀσφαλὲς, Actor. 21, 34. cap. 22, 30. Gewiß erkundigen / fleiſſig nachfragen / obs gewiß wahr / und alſo ſey/ Deut. 17, 4.

§. 2. *Certitudo eſt firma intellectûs adhæſio, verum objecti cognoſcibilis apprehenſionem conſeqvens, cum excluſione dubitationis atqve opinionis.* Adeoqve eſt ejuſmodi firmitas, qvâ potentiâ cognoſcendi perinde adhæret rei, qvam cognoſcit, ac ſi illam cerneret, & oculis externis uſurparet, uti Höpfnerus oſtendit Diſp. 6. de Juſtificat.

Nota 1. *Gonet* T. 1. Thom. p. 14. ſcribit: Uti veritas, ita & certitudo datur 1. *objectiva*, firma & invariabilis objecti determinatio. 2. *formalis* ſive ſubjectiva, qvæ eſt firma intellectus adhæſio.

Not. 2. *Bellarmin.* lib. 6. de grat. & libero arbitr. c. 3. §. 8. ait: *Ad Fidem divinam* reqviritur 1. *Certitudo ex parte Objecti* à DEO revelati, cui nullo modo falſum ſubeſſe poteſt. 2. *Ex parte ſubjecti credentis*, ut nihil dubitet, & malit potius mori, qvàm Articulum Fidei non credere. 3. *Ex parte Affectus*, & piæ erga DEUM inclinationis, dum homo cervicem DEO flectere incipit, eiqve ſubjicere, ad obedientiam Fidei etiam in iis rebus, qvæ rationem humanam ſuperant.

Not. 3.

Digitized by Google

Not. 3. *Thomas* 3. Sent. d. 26. q. 2. art. 4. aſſerit, qvod certitudo ſit *firmitas adhæſionis virtutis cognoſcitivæ*, ad ſuum cognoſcibile, & 2. 2. q. 4. artic. 8.

Not. 4. *Vazqvez* Tom. 2. in primam ſecundæ Thomæ Diſp. 200. Cap. 1. *certum & infallibile* operationi intellectus; *neceſſarium* verò, contingens, mutabile, evitabile & inevitabile rebus aſſignat; ideoqve *certitudinem dè certâ cognitione intellectus* explicat p. 608. eamqve adhæſionem firmam aſſenſus noſtri ad unam partem contradictionis vocat: *Certam verò cognitionem* appellat illam, qvæ non tantum definitum continet aſſenſum, & judicium de alterâ parte: Sed etiam verum, & aptatum rebus, ſive vero judicio rem attingit. Conferatur & Andreas Vega de juſtit. & Bellarm. l. 3. juſtif. c. 2.

Not. 5. *Jac. Arminius* orat. de certitudine Theol. p. 46. ait: Certitudo eſt mentis, ſive intellectus proprietas, & modus cognitionis, ſecundum qvem mens cognoſcit objectum prout eſt, & novit ſe id noſſe, prout eſt. *Opinio* qvidem rem, prout eſt, noſſe poteſt, ſed cum falſitatis oppoſitæ ſuſpicione. Qvare ad certitudinem reqviritur 1. rei ipſius veritas. 2. vera ejus apprehenſio. Unde veritas eſt vel 1. incomplexa, qva res eſt in entium numero; vel 2. complexa, qva σχέσις & habitudo rei apprehenditur, ejusqve modus neceſſarius vel contingens.

§. 3. *Certitudo conſideratur vel ex parte Objecti ſeu rei immutabilis certò cognoſcendæ; vel reſpectu ſubjecti, ſive intellectus objectum certum certò cognoſcentis, ejusq; veritatem infallibiliter dijudicantis.*

Obſerv. 1. *Certum dicitur non modò, qvod oculis cernitur, verùm etiam illud, qvod intellectui non minus evidens, clarum, perſpicuum & indubitatum eſt, qvàm ea, qvæ oculis conſpiciuntur.* Unde Cicero in Topicis opponit ea, qvæ tangi & demonſtrari non poſſunt, cerni tamen animo atqve intelligi poſſunt.

Obſerv. 2. *Certitudo divinæ veritatis* tanta eſt, ut de illa veriſſimè dicat David, Pſalm. 36, 10. *In lumine tuo videbimus lumen*, Te illuminante per Spiritum S. cognoſcimus Veritatem Verbi: *In lumine verbi lumen divinæ agnitionis*, & in lumine gratiæ lumen gloriæ: Conf. *Geſner.* h. l. Ubi lumen hoc de Chriſto explicat, ex Joh. 1. & Luc. 1. qvi in nobis agnitionem DEI accendit, per verbi meditationem, cui attendentes lu-

tes luminis ortum in corde ſentiunt, 2. Petr. 1. ita, ut lumen Verbi Pſ. 119. lumen gratiæ & gloriæ oſtendat, & hoc qvidem ut futurum in via, ut præſens verò conſpiciendum in patriâ. Vide *Höpfneri* Comm.

Obſerv. 3. *Lex Domini certa eſt*, נאמנה gewiß/ תְּמִימָה, Pſal. 19, 8. vid. Dn. D. Geierum h. l. *& mater certitudinis ſalvificæ.* Nam certitudo generatur 1. per ſenſus. 2. per rationem & diſcurſum. 3. per revelationem: 1. eſt experientiæ. 2. ſcientiæ. 3. fidei, infra §. 10. 1. eſt ſingularium ſub ſenſus cadentium. 2da generalium concluſionum ex principiis notis deductarum. 3. rerum à ſenſibus & ratione remotarum. Confer Arminium l. d. p. 47. ubi probat, qvod nullius ſcientiæ objectum certius cognoſcatur, qvàm Theologiæ. & p. 95. operum, ubi ſententiam ſuam de prædeſtinatione explicat, & abſoluti decreti falſitatem ex revelationis nullitate demonſtrat.

Obſerv. 4. *Certus etiam vocatur ἀσφαλὴς, minimè lubricus*, per conſeqvens non periculoſus apud Xenophontem & Demoſthenem. Item, tam firmus, ut ſubverti neqveat, apud Plutarchum, & qvi tutus eſt adverſus fortunæ inſidias. Ἀσφάλεια verò *ſecuritas* ex Verbo revelato expectanda Phil. 3, 1. eſt, qvam pacis comitem memorat Iſocrates. Et inſuper pignora, ſponſores, in contractibus cautionem, atqve alia huc facientia notat. Item liberam & ſecuram poteſtatem huc illud commeandi & fidem publicam, ſalvum conductum, Plutarcho. Item firmum præſidium. Unde & ἀσφαλίζω, firmo, ſtabilio propriè eum, qvi lapſat, in lubrico pedem figere non valens. Et ἀσφαλίζομαι, oppidum munitionibus firmo, apud Polybium. Item, propulſo, arceo, munior, tutus, ſecurus reddor acceptâ cautione. Ut à lapſu tutus nullum σφάλμα vel erratum metuat.

Obſerv. 5. *Certitudo dicitur vel ſecundùm ſe, qvæ ſimpliciter talis eſt, & ex ratione ſive causâ aſſentiendi æſtimatur:* Et hæc ipſa *certitudo objecti* eſt affectio entis, qvatenus certò cognoſci poteſt, unde Bellarmino l. 3. de Juſtific. cap. 2. dicitur immutabilis rei, qvæ reverà aliter ſe habere non poteſt, qvàm cognoſcitur. *Vel certitudo dicitur qvoad nos*, qvæ eſt *certitudo ſubjecti*, ſive intellectûs noſtri determinatio, vel adhæſio ad objectum conſtans & firma. De cujus motivo agit D. Johan. Muſæus, Diſp. 9. de converſione, cap. 2. §. 34. p. 598.

Obſerv. 6. *Certitudo, qva DEUS Verbum revelatum vult recipi, eſt fidei*, qvæ veracitati dicentis innititur. Unde hoc verbum recipitur

 non

non ſolum ut verum, ſed etiam ut verè divinum NB. ἀληθῶς λόγος Θεοῦ, 1. Theſſ. 2, 13. qvæ fides non ſolum eſt Hiſtorica, vel fides implicita, ſed omninò explicita, qvod ſenſus verbo divino enunciatus ſit divinus, ad DEI gloriam & hominis ſalutem faciens; ita, ut non modò veritatem ſummam, ſed etiam ſummum hominis bonum complectatur, Pſal. 73, 25.

§. 4. *Certitudo ſubjecti eſt modus cognitionis, juxta qvem intellectus cognoſcit certum objectum, prout eſt, & novit, ſe ſcire, prout eſt.*

Obſ. *Reqviſita* hujus certitudinis ſubjecti ſunt 1. *rei veritas*, 2. *firma animi apprehenſio*, qvæ & falſam perſvaſionem, & opinionem excludit.

§. 5. *Certitudo ſubjecti reſpicit certi objecti vel evidentiam, vel adhæſionem. Unde certitudo alia dicitur evidentiæ, alia verò adhæſionis.*

§. 6. *Certitudo evidentiæ vocatur*, cùm intellectus determinatur ad aſſenſum ab objecto clarè ſibi repræſentato, ita, ut ei falſum ſubeſſe non poſſe ex repræſentatione objecti evidenter conſtet.

Nota. Certitudo dicitur 1. *impropria* ex ſolâ motione & imperio voluntatis determinantis intellectum ad aſſentiendum alicui objecto, non ex motiva div. revelationis, ſed ſuo judicio, qvæ eſt pertinacia in hæretico. 2. *propria* ex efficacia medii vel rationis determinantis intellectum ad aſſentiendam, *Gonet* l.d.

§. 7. *Certitudo adhæſionis etiam reſpectu objecti inevidentis evidenter revelati locum habere poteſt, ob principium cognoſcendi infallibile, qvod ſimul objectum offert, & intellectum illuminat.* Vide Theol. Poſitiv. & Manuale Artic. 92. & 124.

§. 8. *Certitudo ratione principii cognoſcendi, vel divina eſt, cùm intellectus aliqvid pro certo habet, ob teſtificationem divinam in Verbo DEI patefactam; qvæ Certitudo Fidei Chriſtianæ dicitur: vel humana ex teſtimonio humano orta.*

Canon 1. *Qvicqvid DEUS in Scripturis à ſe inſpiratis dicit*, illud *certò & infallibiliter verum eſt.* vid. infrà Titulum 5. & præced. §. 3. obſerv. 6. NB.

Canon

Canon 2. *Veritas revelata eſt lucerna & lumen*, Pſal. 119, 105. non qvod intellecta demum intellectui lumen afferat, ſed qvia intellectum illuminat: qvemadmodum Sol non ideò lux eſt, qvia videtur, ſed qvia lucidus eſt, ideò videtur, etiamſi à cœcis non videatur. Contra Bellarminum, vid. infrà Tit. 6.

Canon 3. *Fidei veritatem divinam*, ex verbo revelato, *apprehendentis certitudo eſt, & planè infallibilis*. Qvia nititur DEO revelante, qvi nec falli poteſt, ob infinitam ſcientiam; nec fallere vult, aut velle poteſt, ob infinitam bonitatem; adeoqve nec per revelationem intellectui falſum qvid credendum proponere; neq; per infallibilem ſuam veritatem hominis voluntatem movere, ut intellectui aſſenſum falſitati præbendum imperet.

Canon 4. *Certitudinem Theologicam, qva revelatæ Veritati unicè innititur, nec objecti revelati ſublimitas, nec vitæ hujus imperfectio, nec major futuræ cognitionis claritas evertere poteſt.* Qvia modus non variat rem; & myſteria, licet naturæ planè ignota, ex revelatione, etiam per ſpeculum factâ, 1. Cor. 13, 12. viatoribus, qvantum ad ſalutem ſufficit, in hâc qvoqve vitâ innoteſcunt, ſalvâ futurâ per aſpectum cognitione, 2. Corinth. 5, 7. in regno gloriæ. Vid. Theol. Poſit. & Manuale Artic. 142. Conf. D. H. Höpfneri Tract. de Cœna part. 2. pag. 174. ubi *de concluſionibus divinâ certitudine infallibilibus* agit, non obſtante minore certâ tantùm humanâ certitudine; Et ſalvâ Logicorum regulâ: *Concluſio ſeqvitur partem debiliorem.* Qvam ibidem ſolùm ad enunciationum qvantitatem & qvalitatem; neqvaqvam verò ad Medii, ſive divinâ, ſive humanâ certitudine, certi infallibilitatem, pertinere evidenter oſtendit.

Nota: Certior vocatur *ſcientia* 1. *qvoad ſe*, qvia ex ſe & ſuâ naturâ firmiores habet cauſas ſuæ certitudinis. Sic Theologia eſt vera ſcientia argumentativa, ex propriis principiis deducens varias concluſiones de ſuo objecto, demonſtrando ejus proprietates. Primus locus eſt ſcriptura divina Canonica, unde ſumitur argumentum irrefragabile.

2. *Qvoad nos*, qvando ejus certitudo eſt magis connaturalis, & proportionata noſtro intellectui, magisq; illum ſatiat & qvietat. Qvod fit, qvando certitudo conjuncta eſt cum claritate & evidentiâ, vide *Gonet*. l. d.

§. 9. *Certitudinis divinæ hoſtes ſunt* 1. *Falſa perſvaſio*, 2. *Dubitatio*, 3. *Formido*, 4. *Opinio*, & 5. *Probabile*.

Obſerv. 1. *Falſa perſvaſio* eſt de iis rebus, qvæ vel non ſunt omninò, vel non tales, qvales omni animi dubitatione remotâ concipiuntur: qvalis eſt perſvaſio Judæorum de Meſſiæ regno mundano adhuc futuro.

Obſerv. 2. *Dubitatio* eſt formido intellectûs, in aſſenſu, eò, qvod vel prorſus non, vel non firmiter ſciat, utrum affirmativa, an negativa ſit infallibiliter vera. Vid. *Höpfnerus* Diſp. 9. de Juſtif. ubi ex Scaligero dubitationem deſcribit, qvòd ſit retentio ratiocinationis ex obice, & addit ex 3. Metaph. dubitantem comparari vincto. *Obex* verò ratiocinationis eſt non tantùm ἰσότης τῶν λόγων ἐναντίων, æqvilibrium oppoſitarum rationum, ita ut ratiocinantibus ὁμοίως, æqvè probabiles videantur, qvemadmodum docet Ariſt. 6. Top. c. 6. § 26. ſed etiam *Formido de oppoſita parte*. Nam illa cohibet omninò intellectum, ut in neutram partem inclinet: Hæc autem intellectum ſecundùm qvid ligat, nec permittit firmum & infallibilem alterutri parti aſſenſum præbere. Confer trepidationem Philippi Apolog. F. Conc. part. 4. p. 531. ubi Calvinus timiditatem ejus accuſat. & p. 533. ubi An. 1558. Reſp. 2. ad Weſtphalum ait: Si Philippus verbulo declaret, me à ſuâ mente deflectere, protinus deſiſtam. Confer Theolog. Poſitiv. artic. 88. §. 4. p. 724.

Obſerv. 3. *Formido eſt actus reflexus, per qvem judicamus opinionem, cui aſſentimur, poſſe eſſe falſam*; ubi deſcribit Petrus Hurtadus de Mendoza de Anima Diſp. 10. ſ. 6. §. 63. Confer Höpfn. l. d. ubi monet, qvando qværitur *de certitudine Theologica*, non de omni determinatione controverti, qvâ intellectus in alteram potius partem propendet: Sed *de tali, qvâ non amplius hæſitat*, aut qvodammodo ad oppoſitum detrahitur; ſed motu omni abſolutô pervenit ad terminum certum, ubi ſiſtatur, & ſecurè qvieſcat, nec diſqvirendo aliorſum moveatur. Confer Praxin Pontificiorum infra Tit. 5. §. 12. NB.

Obſerv. 4. *Opinio* ſtrictè accepta notat ἀβέβαιόν τι, qvod eſt cognitio infirma, & verſatur circa id, qvod verum aut falſum eſt, ac ſe poteſt aliter habere; eſt enim acceptio propoſitionis non neceſſariæ, adeoqve *Opinio rem ipſam qvidem prout eſt, novit*, ſed cum *falſitatis oppoſita*

poſita ſuſpicione, ſive cum formidine contrarii. Confer Ariſtot. lib. 1. poſt. Anal. c. 33. ubi ait: Nemo putat ſe δοξάζειν opinari, ἀλλ᾽ ἐπίςαϑαι, ſed ſcire, cùm putat rem, qvam novit, aliter habere non poſſe. Qvò ſpectans & Scaliger Exercit. 307. ſ. 5. Opinio, inqvit, eſt aſſenſus non neceſſariò neceſſarius. Hôc modô comprehendit Opinio qvamcunqve minus validam notitiam, ſive ſit ex teſtimonio aliqvo hominum, ſive per experientiam indefinitam, ſive ex probabilibus rationibus. vid. Höpfn. l. d.

Obſerv. 5. *Probabile eſt* veriſimile, qvod cum neqve verum ſimpliciter, neqve falſum reſpectu noſtri perhiberi poſſit, ancipitem ſenſum inducit. Unde *Terminus probabilis* eſt, qvi probabile objectum offert intellectui, ut fidelitas ſervi ignoti. II. *Probabile* interdum idem eſt qvod opinabile. III. *Opinio* accipitur 1. *latè*; ſic notat aſſenſum cum formidine, & excludit certitudinem, non verò errorem. 2. *ſtrictius* pro aſſenſu probabili, etiamſi ſit cum formidine, & ſic excludit errorem. Confer Franc. Bordoni tract. de probabili.

§. 10. *Certitudo ex Scriptura ſenſu expectanda neqvaqvam humana, ſed divina eſt; & planè infallibilis, animum reddens ἀμετάπτωτον καὶ ἀμετακίνητον, per notitiam ſolidam, firmam, & infallibilem* cum πληροφορία, *qvæ autoritate divinâ unicè nititur.* vid. ſup. §. 3. obſerv. 3. & 6. NB.

Obſerv. 1. *Certitudo humana*, qvam Bellarminus & Vega vocant *certitudinem non evidentem* vel obſcuram, diſtingvitur ab iisdem in *Moralem & Conjecturalem*, qvæ conjecturas probabiles, non tantum ſine formidine reſpicit: cui opponunt *certitudinem evidentem* 1. *Intelligentiæ*, qvæ certò cognita habet principia. 2. *Scientiæ* concluſionum ex principiis ductarum. 3. *Experientiæ* rerum ſenſu externô perceptarum.

Obſerv. 2. *Certitudo h. l.* non *attenditur Metaphyſica*, nec Phyſica, nec moralis, ſed *Theologica*, orta ex principio divino, ſimpliciter infallibili. Dicitur autem certitudo

I. *Metaphyſica*, qvâ res ita proponitur ad cognoſcendum, ut in ordine ad omnipotentiam non poſſit aliter eſſe. Talis eſt primorum principiorum. Vid. Arriaga Diſp. 14. Log. Sect. 4.

II. *Phyſica*, qvæ nititur principiis naturalibus, qvibus ex natura rei repugnat, aliter ſe habere. Sic Petrus currit, qvia video.

III. *Moralis*, ex motivis phyſicè fallibilibus, infallibilibus verò moraliter, v. g. qvi ex ore multorum teſtium aliqvid audit & percipit, (v. g. exiſtere Crocodilum) is novit hoc certitudine morali, licet ſinguli teſtes mentiri poſſint & falli phyſicè. Confer infra Tit. 7. §. 2. de unius ejusdemq; objecti Hiſtoricâ cognitione, & ſcientificâ, qvod aliis vel per ſenſum & experientiam, vel aliis modis innoteſcere poteſt.

Obſerv. 3. *Res credendæ* licet in Scriptura S. proponantur planè & perſpicuè, tamen à Non-Renato perſpici neqveunt, qvia non habet oculos ſpirituales ad videndum Myſteria divina ſeu res credendas. Conf. Man. Th. Art. 92. NB. *Renatus* autem eas res non in ſe, ſed in DEO revelante, qvi eas per Scripturam S. revelat, & atteſtatur, *ceu evidentiſſimas credit, ac ſi vel oculis conſpecta, vel intellectu à ſe comprehenſa forent: imò multò magis certiusq; eas perſvaſas habet, qvàm ea, qvæ ſenſuum ratione vel demonſtratione perſvadentur.* Evidens enim eſt, verum eſſe, & certiſſimum, qvicqvid DEUS dicit & revelat. Vide Höpfnerum l. d. & Chryſoſtomum ſuper cap. XI. Epiſt. Hebr. Homil. XI. ubi ait: Qvali dictione uſus eſt, dicens: Argumentum non apparentium, id eſt, eorum, qvæ non videntur: *Argumentum* (*vel convictio*) eſt in iis, qvæ ſunt valdè manifeſta. Fides ὄψις τῶν ἀδήλων, aſpectus eorum, qvæ non ſunt manifeſtata, & ea, qvæ non videntur, deducunt ad eandem *plenam & certam perſvaſionem*, πληροφορίαν, ad qvam ducunt, qvæ videntur.

Obſerv. 4. *Scriptura ſacra eſt tale principium cognoſcendi*, qvod & ipſum, qvoad dogmata ad ſalutem neceſſaria non eſt obſcurum, ſed *perſpicuum*: unde res illæ, naturâ nobis abditiſſimæ poſſunt per operationem Spiritûs S. innoteſcere: qvia eas luculentis ac planis verbis proponit, per qvæ ſimul intellectum illuminat, ut verba ſimul rebus ipſis intelligere poſſit. Qva de re Theologia Poſitiva agit Artic. 92. & 124.

Obſerv. 5. *Scriptura S. revelat ac monſtrat nobis cauſas & effecta peccati*, Juſtificationis aliarumq; affectionum: de qvibus ex eadem Scriptura, ob neceſſitatem mediorum, poſſunt confici ſpirituales vel Theo-

logicæ

logicæ demonſtrationes, qvas Paulus nominat ἀποδείξεως πνεύματος καὶ δυνάμεως, 1. Cor. 2, 4. *Demonſtrationes Spiritûs & Virtutis, id eſt, ſpiritualis efficaciæ*, oppoſitas τοῖς πειθοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις perſvaſoriis humanæ ſapientiæ rationibus & verbis. Si ergò notitia per demonſtrationes humanas eſt evidens: qvare non etiam Fides & Juſtificatio renato poſſit eſſe evidenter certa per ſpirituales demonſtrationes? uti loqvitur Höpſnerus l. d. Confer ſupra præcedentem §. 8. NB.

Obſerv. 6. *Certitudinem divinam* neqvaqvam generant Ratio humana, Pontifex Romanus, Concilia, Traditiones, Scholaſtici, Viſiones, aut animarum apparitiones, vel Enthuſiaſtarum ſomnia, ſed ſola divina Revelatio. Conf. Gerhardi Confeſſ. Cathol. Tom. 1. & Manuale Theol. Art. 1. 2. 3. 4. 5.

Obſerv. 7. *Theologus ſcit, & ſcire poteſt ac debet Veritatem cœleſtem, ex infallibili Scripturæ ſenſu infallibiliter.* Qvia Filius DEI venit & dedit nobis ſenſum νοῦν, 1. Cor. 2. διάνοιαν, mentem, & mentis cognitionem, ut cognoſcamus verum DEUM, 1. Joh. 5, 20. Qvæ ſcientia neqvaqvam humana, ſed divina eſt, qvia DEUS hanc notitiam dat fidelibus per Verbum, tum qvatenus eſt *principium μαθήσεως ſeu cognitionis*, unde poteſt hæc notitia hauriri & confirmari; tum qvatenus eſt principium πράγματος, *ipſius rei*, qvia per Verbum, & his adjuncta Sacramenta DEUS operatur hanc Scientiam, ut ſimus ἑδραῖοι & ἀμετακίνητοι, ſtabiles, firmi, ſtantes, fundamento immobili innixi, 1. Corinth. 7, 37. obfirmati & immobiles, 1. Cor. 15, 58.

Obſerv. 8. *Qvemadmodum ſenſus, poſitis omnibus ad ſentiendum reqviſitis, non errat;* (licet erret unô alterôve deficiente) *ita etiam renati*, atqve ſacri Interpretis, *intellectus judicium, omnibus contra errorem præſidiis munitum, non errat.* Hæc verò præſidia ſunt, reſpectus ad normam verbi divini, oratio pro illuminatione cœleſti, & inſtrumentorum rationis recta applicatio, Vid. Dannhaueri Polemoſophia S. p. 44. & ſupra genuinæ interpretationis reqviſita, & ſeq. Tit. 5. §. 1. NB.

Titulus V.
De ſenſus divini infallibilitate.

§. 1.

§. 1.

Senſus divinus eſt infallibilis.

Ratio. Qvia eſt ipſa divina Veritas.

Nota: Diſtingvendum eſt 1. inter infallibilem Scripturæ *ſenſum.* 2. *Inter media* interpretationis infallibilis. 3. Inter infallibilem mediorum *applicationem.*

I. *Senſu* Scripturæ ſufficienter inveſtigatus ſemper eſt & manet infallibilis.

II. *Media* inveſtigandi ſenſum infallibilem ſupra enumerata, ita ſe habent, ut ad hunc finem obtinendum adæqvata ſint & ſufficientia. vid. præced. Tit. 4. §. 10. obſerv. 8.

III. *Applicatio verò* inſufficiens ſæpius obſtat, ut hîc & nunc non ab omni Exegetâ hic finis obtineatur. Neqve enim ſemper, ubiq; & omnibus ac ſingulis Interpretibus adeſt ſufficiens devotio, præparatio, notitia Logico-Philologica, exercitatio, induſtria, ſtudium, attentio, conſtantia, patientia, experientia, ſcientia panſophica; nec tempus, ob crebras interpellationes, & negotia ordinaria, ſufficiens; neqve omnibus conceſſa eſt æqvalis felicitas exprimendi conceptus, & alia perfecti Interpretis reqviſita. Imò pauciſſimis contingit ætas & experientiæ Theologicæ ſufficiens longævitas.

Si itaqve qværat qviſqvam, *cur non ab omnibus ſemper inveniatur ſenſus infallibilis?* facilis eſt Reſponſio: Qvod ſcilicet neqvaqvam vel Scripturæ infallibili, vel mediis interpretandi adæqvatis; ſed applicationi Interpretis præpoſteræ vel inſufficienti, hic defectus unicè aſſignandus ſit. Conf. Dannh. Hermen. p. 74. & de Conſcientia p. 95. Graueri & Keſleri orationes de hoc dubio, & Hackſpan. ab initio Annot. Bibl.

§. 2. *Infallibile eſt & dicitur illud, qvod & veriſſimum eſt, & ab omni errore atqve erroris periculo tutum præſtare poteſt.*

§. 3. *Qvamvis enim excluſio erroris aut deceptionis certo reſpectu etiam verbis, tam Angelorum, qvàm hominum,* ſuo modo tribui poſſe videatur; in qvantum ſcilicet illi repetunt divinam

divinam Veritatem; ſolius tamen DEI omniſcii & veraciſſimi verbo competit infallibilitas exactiſſima.

§. 4. *Nam* I. *Homo*, uti ob imperfectionem ſui intellectus in cognoſcendo facilè & ſæpius errat, ita & in loqvendo ſæpè *fallit & fallitur*.

II. *Angelus* qvidem penitius Veritatem ſcrutatur 1. Pet. 1, 12. & penetrat, non tamen eſt omniſcius; imò *Diabolus mendax eſt*, Johan. 8, 44. qvi falſa pro veris venditando, decipere non ſolùm conatur, Matth. 4, 3. ſeq. verùm etiam decipit & totum terrarum orbem ſeducit, Apoc. 12, 9.

III. *DEUS verò ſolus loqvitur infallibiliter*, qvia res per ſuam infinitam ſcientiam non aliter concipit, qvàm ſunt; & loqvitur proinde ſemper rebus ſubjectis convenienter; qvamobrem & ſola DEI locutio modis omnibus certa eſt & planè infallibilis. Conf. de Dei veracitate Theolog. Poſit. art. 10. Tit. 33. NB.

§. 5. *Infallibilitas ſenſus Verbi divini diſtinctè conſiderari poteſt reſpectu* 1. *Originis*, 2. *Objecti*, 3. *Formæ*, 4. *Finis*.

§. 6. I. *Infallibilitas Verbi divini ratione originis* ſpectata, reſpicit non ſolùm ipſum eſſendi principium, ſive Deum, verùm etiam organa, qvæ ad divinæ Veritatis communicationem loqvendo aut ſcribendo concurrunt.

Nec obſtat I. Qvòd *Scriptores ſacri fuerint homines*, adeoqve errori facilè obnoxii, Pſal. 116, 11. Conſiderantur enim ſacri Scriptores in hoc ſcribendi actu, *non ratione ſui*, qvales vel ex peccati morbo, vel ex inchoato reſtitutionis beneficio fuerint; *ſed ratione ſingularis privilegii*, qvatenus fuerunt Spiritu Sancto repleti & *φερόμενοι ὑπὸ πνεύματος ἁγίου*, 2. Petr. 1, 21. qvo reſpectu ad Canonicæ ſcriptionis actum reſtrictô, omninò fuerunt infallibiles. NB. vide Theolog. Poſitiv. artic. 5.

Nec obſtat II. *Styli diverſitas.* Hic enim ex diverſitate ingeniorum ortus ſcribendi modus, ejusqve variatio, rem ipſam non variat; ſed potius indicium eſt immenſæ ſapientiæ, qvæ res ſublimes modò ſublimioribus, modò humillimis proponere verbis maluit, qvàm vel ullum à lectione S. Codicis, ſive doctiſſimum ſive rudiſſimum retrahere.

here. Qvâ in re poſt Flacium B. Glaſſii in Philologia ſacra Eccleſiæ bono exantlatus labor meritò laudandus eſt, qvi egregias de ſtyli S. diverſitate obſervationes habet.

Nec obſtat III. *Error Petri*, Gal. 2, 12. hic enim reſpicit non ſcriptionis actum, ſed converſationis modum.

Nec obſtat IV. *Intentio Johannis*, volentis adorare Angelum, à qvo ipſe fuit correctus, Apoc. 19, 10. c. 22, 8. 9. qvia vel Angelum increatum Johannes ſibi loqventem adſtare exiſtimavit, vel conſternatus tale qvid cogitavit, qvod debitâ meditatione adhibitâ minimè feciſſet. Imò tantum abeſt, ut hoc factum θεοπνευστίας excludat, ut ipſe Johannes hæc ſcribens diſcrimen oſtendat, inter ſubjectũ θεόπνευστον ſibi relictum, & inter actum θεόπνευστον infallibilem ex ſcriptione Canonicâ conſpicuum. NB. vid. Theol. Poſit. art. 5. §. 6. p. 210.

§. 7. II. *Infallibilitas Scripturæ S. reſpectu Objecti conſiderata, facilè patet.* Sive enim objecta ſpectentur aliàs ex lumine naturæ cognita, ſive primitus Scriptoribus ſacris, ſive denuò his (licet & antea aliis qvoqve in V. T. nota fuerint) in N. T. revelata, nihilominus tamen Scriptura S. manet infallibilis.

Nec obſtat I. *Objectorum anteà perſpectorum notitia:* aliud enim eſt ipſum Objectum, aliud verò diſtinctus idem Objectum cognoſcendi modus. Et aliud eſt, noſſe rem ipſam, ſive ex aliorum relatione probabili, ſive ex *αὐτοψίᾳ* certiſſima cognitam; aliud verò noſſe eandem rem *ex infallibili principio ſupernaturali revelatam*, eandemqve hoc & non alio modo, hoc & non alio ordine, his & non aliis verbis, ab ipſo Spiritu Sancto dictatis, eſſe conſignandam, 1. Cor. 2, 10. ut inde Fides oriatur & ſalus æterna, Joh. 20, 31.

Nec obſtat II. *Notitia rerum creatarum naturalis.* Poſito enim cœlum & terram innotuiſſe ante inſpirationem ſacris ſcriptoribus canonicis, ut *Objectum à DEO productum*; non tamen innoteſcere illis potuit ante divinam revelationem ut *Objectum ex nihilo*, hôc & non aliô ordine *creatum*, teſte Apoſtolô, qvi ait: Per fidem intelligimus, perfecta fuiſſe ſecula verbo DEI, Hebr. XI, 3. vide Theolog. Poſitivam, artic. 17.

§. 8.

Digitized by Google

§. 8. III. *Infallibilitas Verbi divini ratione formæ patet ex θεοπνευςία.* Qvicqvid enim à principio infallibili infallibiliter inſpiratum eſt, illud & ipſum eſt infallibile. Atqvi Scriptura ſacra à principio infallibili infallibiliter inſpirata eſt, 2. Timoth. 3, 16. 2. Petr. 1, 21. Luc. 1, 70. Ergò eſt infallibilis. Nam *θεοπνευςία eſt actio Spiritus Sancti*, qvâ ſcribentium intellectui cùm ipſas res, qvæ & qvô ordine conſignandæ, tum verba, qvibus conſignandæ eſſent, ſuggeſſit; & Scriptoribus Sacris hoc præſtitit, qvod Dominus Amanuenſi præſtare ſolet, qvi verba literis conſignanda in calamum dictando ſuggerit.

Nec obſtat I. *haud infreqvens mendaciorum & calumniarum repetitio* v. g. Serpentis, Gen. 3, 4. Ananiæ, Actor. 5, 1. 2. Judæorum de Chriſto Dæmoniaco, Joh. 8, 48. 52. *Repetitio enim* facti *hiſtorica*, *neqvaqvam eſt aſſertio* rei *dogmatica*. Nec propoſitio vera cum appoſito propterea eſt vera ſine appoſito. Vera enim propoſitio habens reqviſita veræ enunciationis Logicæ, propterea neqvaqvam vera eſt ſimpliciter. ſic v. g. hæc: Homo eſt lapis; eſt qvidem vera cum appoſito, ſive vera propoſitio; neqvaqvam autem abſolutè vera, ſed falſa eſt. Sic & *vera* & verè repetita eſt *Hiſtoria*, qvòd Judæi Chriſtum dixerint Dæmoniacum. Neqvaqvam autem *vera* eſt illa aſſertio.

Nec obſtat II. *Toties à variis Scripturæ hoſtibus objecta contradictio.* Eſt enim contradictio non vera, ſed ſolùm apparens, qvod cuivis veræ contradictionis leges, (ut ſcilicet illa fiat eôdem modô, ſecundùm idem, ad idem, ſive eodem reſpectu, & eôdem tempore) obſervanti, facilè patebit, id qvod vel ex ſola *B. Waltheri* Harmonia Scripturæ S. apparet.

Nec obſtat III. *Verborum Scripturæ S. perverſio hæretica.* Qvia perverſio illa perverſitatem non objecti, ſed ſubjecti, ſive intellectus apprehendentis arguit, Conf. 2. Pet. 3, 16. non verò objectum apprehendendum evertit.

Nec obſtat IV. *Diſſenſus etiam orthodoxorum interpretum* circa qvorundam objectorum veritatem & ſenſum vix determinabilem. Qvia *diſſenſus ille non eſt fundamentalis, aut ratione fundamenti ſalutis contra-*

dictorius, nec analogiæ fidei contrarius ſimpliciter, ſed plerumq; ejusmodi opiniones attinet, qvæ vel Philologiam, vel Hiſtoriam & ritus antiqvos obſcuriores, vel Chronologiã, vel Proſopographiam aut Topographiã, vel etiam *futuras Eccleſiæ N. T. mutationes* à Daniele, Ezechiele & Johanne in Apocalypſi prædictas reſpicit; qvas vel ratione termini à qvo, vel ratione termini ad qvem exactè impletas eſſe, certò & evidenter ante eventum, non cuivis colligere licet. Qvæ tamen & ſimilia, ſine ullo ſalutis æternæ periculo ignorare poſſumus. Confer ſuprà lib. 2. cap. 3.

§. 9. IV. *Infallibilitas Verbi divini, ratione finis itidem indubia eſt*. Ideò enim à principio infallibili hominibus communicata eſt, ut errorem excludat, intellectum illuminet, Luc. 1, 78. 79. & pedes noſtros dirigat, Pſal. 119, 105.

Nota: Veritatem hanc, utut variis modiis pervertere conetur Bellarminus, non tamen illam negare poteſt. Unde ait l. 3. de V. D. c. 10. §. Reſp. ad arg. 13. Verbum DEI eſt primum fidei noſtræ fundamentum: Ideò enim credimus, qvia DEUS per Apoſtolos & Prophetas id revelavit. Et lib. 1. de V. D. c. 1. §. at Sacris. Sacris Scripturis, qvæ Propheticis & Apoſtolicis literis continentur, nihil eſt notius, nihil certius, ut ſtultiſſimum eſſe neceſſe ſit, qvi illis fidem habendam eſſe negет.

§. 10. *Nec obſtat qvicqvid vel Pontificii, vel Calviniani huic Veritati opponere conantur.*

§. 11. *Nam vana eſt* (A) *Pontificiorum* I. *Toties jactata Codicis Sacri corruptio.* Cujus univerſalitas ex corruptione particulari hujus vel illius ſive manuſcripti, ſive typis exarati codicis, minimè probatur. Qvod contra Bellarminum, Huntlæum & aſſeclas maſculè defendit *Glaſſius* part. 1. Philol. Sacræ, & contra Morinum & ſimiles *Hottingerus* in Theſauro Philolog. p. 119. ut & contra Ludovici Capelli Criticam Sacram *Buxtorffius* in præfatione Anti-Critici. Vide ſupra Methodum ſtud. Theol. p. 150. NB.

§. 12. *Vana eſt* II. *ſub Anathematis fulmine inculcata* dubitatio.

tatio. Ita enim habet Concilium Tridentinum Seſſ. 6. can. 13. *Si qvis dixerit, omni homini ad remiſſionem peccatorum aſſeqvendam, neceſſarium eſſe, ut credat certò, & absqve ulla hæſitatione propriæ infirmitatis & indiſpoſitionis peccata ſibi eſſe remiſſa; anathema ſit.* Conf. cap. 9. ſeſſ. 6. ubi dicitur: Neqve illud aſſerendum eſt, oportere eos, qvi verè juſtificati ſunt, absqve ulla omninò dubitatione apud ſemetipſos ſtatuere, ſe eſſe juſtificatos, neminemqve à peccatis abſolvi ac juſtificari, niſi eum, *qvi certò credat, ſe abſolutum & juſtificatum eſſe.* (vide contrarium NB. ſup. Tit. 4. § 8. & 9.) Idem repetit Bellarminus lib. 1. pœnit. c. 6. §. 8. Sperare qvidem debemus, Deum nobis propitium fore; ſed *certò id credere*, qvomodo certò credimus articulos fidei, *mera ſtultitia eſt*. Cui reclamat Symbolum: *Credo remiſſionem peccatorum.* Imo πληροφορία Apoſtolica reclamat, Rom. 4, 21. qvâ neglectâ horrendæ deſperationi fores aperiuntur. Conferantur Exempla, qvæ *Johannes Climacus* in Scala Paradiſi refert, Tomo V. Bibl. Patrum, edit. Pariſ. An. 1589. col. 346. ubi ait, ſe vidiſſe viva Monachorum cadavera, & audiviſſe voces anxias: Væ mihi! me miſerum! me miſerum! juſte! juſte! parce! parce Domine! agnoſce Domine! ſi poſſibile eſt! & in agone terribile omninò miſerandumq; oblatum ſpectaculum: Qvid eſt, frater? qvid dicis? qvid ſperas? qvid ſuſpicaris? pleriqve reſpondebant: pavendum eſſe terribile & incertum judicium. Ita, ut auditores deſperatione ferè abſorpti fuerint. Confer Gottſel. Alter / p. 850. & Glaubens-Sieg p. 923. & 1112. & alia exempla in Manuali Theolog. artic. 110. & Theol. Poſit. art. 94. §. 11. p. 775. ſeq.

§. 13. *Vana eſt* III. *Toties ad nauſeam usqve repetita & Lutheranis, Papiſmi errores ex infallibili Scripturâ examinantibus, oppoſita præſcriptio. Hæc enim contra jus divinum nullo modo lo-*

cum habere poteſt. Qvod fatetur Lugo T. 1. Diſp. de juſtitia & jure, edit. Lugdun. A. 1652. Diſp. 7. Sect. 1. §. 1. ubi hoc beneficium etiam Pontifici R. tribuit, dicendo: Hoc (de exemtione ſubditi à poteſtate ſuperioris) reſpectu Summi Pontificis, *præſcribi non poteſt*, cujus poteſtas in omnes fideles eſt *de jure divino*, atqve ideò nec præſcriptione, nec ipſius Pontificis conceſſione talis poteſtas diminui poteſt. Idem fatetur Aymo Cravetta de antiqvitatibus temporum, edit. Venet. 1565. part. 4. §. 73. hiſce verbis: In Papa omnes conveniunt, *ſupremam ejus poteſtatem in ſpiritualibus præſcribi non poſſe*, qvia cùm ſit vicarius DEI in terris, eſſet *præſcribere contra Deum, qvod eſt abſurdiſſimum cogitare.*

Neqve aliud voluit Lutherus, qvando Tom. 8. Jen. dicit f. 6. In Geiſtlichen ewigen Sachen iſt præſcriptio, ja auch alle Engel vom Himmel nichts/ ſondern allein GOTT alles und alles/ alle Stunden/ alle Zeit/ an allen Orthen/ in allen Perſonen/ denn er will und muß ungefangen und unverjährt ſeyn.

§. 14. *Vana eſt* IV. *nova revelationis extraordinaria expectatio*, qvalem jactant paſſim non ſolùm Enthuſiaſtæ, ſed etiam Legendæ Pontificiorum, & commendat Cornelius à Lapide, ad Numer. c. 23, 10. Qvas revelationes vel ad certitudinem remiſſionis peccatorum, vel ad Purgatorii, vel ad ſimilium figmentorum probationem non rarò proferre ſolent. Cõferatur Diſſertatio *Gisberti Voëtii* part. 2. ubi prolixe refert p. 1153. & examinat p. 1163. Spiritum *Job. Clementis*, qvi ex purgatorio redux An. 1641. Poſonii cuidam Virgini, Reginæ Fiſcherianæ, auxilium ejus implorans, & ſignum aduſtæ manus aſſeri imprimens, liberationem factam indicaverat, juxta narrationem Poſonii impreſſam An. 1643. add. figmenta citata infr. lib. 3. c. 3. q. 8. de purgatorio.

§. 15. *Vana eſt* V. *præpoſtera & ex Patrum monumentis hucusqve affectata Veritatis divinæ inveſtigatio.* Non enim de teſtimonio

ſtimonio humano fallibili, ſed de Veritate divina infallibili h. l. qværitur, qvam nemo Patrum ſibi unqvam arrogare auſus eſt. Qva de re dictum eſt ſub initium capitis 6. §. 2.

§. 16. *Vana eſt* (B.) *Calvinianorum* I. *Reſtrictio promiſſionum univerſalium.* Qvicqvid enim æterna Veritas univerſaliter & per univerſalia ſigna, ſine ulla exceptione, omnibus credendum propoſuit, illud meritò tanqvam univerſaliter enunciatum retinemus. Qvia enim fides unicè niti poteſt & debet divinâ revelatione, ideò qvod revelatum non eſt, neqve expreſsè & totidem verbis, neqve implicitè & in aliqvâ propoſitione univerſali continetur, ex qva per evidentem conſeqventiam deduci qveat, idipſum aſſenſu firmo & immoto nullus unqvam credere vel poteſt vel debet. vid. Theol. Poſitivam, & Manuale Artic. 38. & 39.

§. 17. *Vana eſt* II. *Credendorum per principia rationis everſio*, qvam qvidem verbis deteſtatur Vedelius in arcanis Armin. lib. 1. c. 4. nec non Altingius, Martyr & alii; verum praxis theoriæ non reſpondet, uti vel ex unico de S. Cœna Articulo patet. Confer eorundem verba repetita in Methodo Studii Theol. de uſu Philoſophiæ.

§. 18. *Vana eſt* III. *Contradictoria voluntatis arcanæ & revelatæ, nec non voluntatis ſigni & beneplaciti oppoſitio.* De qva agit Theologia Poſitiva & Manuale Artic. 10. Tit. 17. & art. 38. Confer exemplum Tentationis Abrahami ſupra adductum, ex qvo fruſtra hæc ſomnia confirmantur.

§. 19. *Vana eſt* IV. Abſoluti decreti nunqvam infallibiliter à DEO revelati aſſertio. vid. Jac. Arminii opera p. 83. ubi probat tale decretum evertere fundamentum Chriſtianiſmi, ſalutis, & certitudinis de ſalute, & eſſe non-Evangelicum, Eccleſiæ primitivæ ignotum, gloriæ, ſapientiæ, juſtitiæ, & bonitati divinæ contrarium, naturæ hominis ejus-

Digitized by Google

ejusqve creationis, imaginis div. & vitæ æternæ adverſum, Chriſto ignominioſum & Chriſtianiſmo peſtiferum.

TITULUS VI.
De ſenſûs divini perſpicuitate.

§. 1.

S*Enſus divinus eſt perſpicuus.*

Obſerv. 1. *Perſpicuum eſt, qvod clarè perſpicitur: & evidens, qvod apertè videtur*; ut perſpectâ terminorum ſignificatione, & eorundem connexione debitâ, mens diſſentire neqveat.

Canon: Ex revelatâ claritate verborum oritur evidentia rerum revelatarum tanta, qvanta credenti ad ſalutem ſufficit, non obſtante myſteriorum inevidentiâ. vid. Theol. Poſ. art. 2.

Obſerv. 2. *Evidentia* & perſpicuitas alia eſt literalis, alia verò realis; ſive rerum, vel verborum.

Obſerv. 3. *Scriptura S. eſt lucerna pedibus* (qvæ actionum organa pro ipſis ponuntur actionibus, intellectus, voluntatis & affectuum) *& lumen ſemitis* ſive viis vitæ, à DEO præſcriptæ, Pſ. 1, 1. qvas obſervare decet, Pſ. 67. 103. & 25. vid. Theol. Poſit. art. 5.

Obſerv. 3. *Scriptum intelligitur* à legente, & non intelligitur. Sic Actor. 8, 30. Eunuchus caput 53. Eſaiæ intelligebat, & non intelligebat. Qvia *voces percepit, non verò myſteria*, & res vocibus enunciatas, de Satisfactore unico pro peccatis promiſſo, & jam actu exhibito Agno DEI, Joh. 1.

§. 2. *Qvando Senſus Scripturæ S. dicitur eſſe perſpicuus, ſtatus controverſiæ accuratè conſtituendus eſt*, ad qvem reqviritur, I. *Terminorum explicatio* 1. *qvid per Scripturam ſacram* hoc loco intelligatur, Veritas ſcilicet divina non enunciatione ſolâ, ſed etiam ſcriptione communicata, à Traditionibus humanis ſeparata & iisdem oppoſita. Vide Theolog. Poſit. art. 5.

2. *Qvid perſpicuitas* h. l. ſit, ſcilicet non interna ſeu *realis*,

Digitized by Google

lis, ſive rerum ipſarum; ſed inprimis *verbalis*, ſive ipſorum verborum: ita, ut non de ipſis *Myſteriis*, ſed *de Spiritus Sancti verbis* qvæſtio ſit, qvibus illa viatoribus pro modulo hujus vitæ, ſalvâ perfectione beatorum, manifeſtantur, 1. Corinth. 13. vid. ibid. art. 2.

II. *Remotio eorum*, qvæ à ſtatu controverſiæ aliena ſunt. Qværitur enim 1. *qvoad ſubjectum*, non de Hæreticis, excœcatis, præfractis & præconceptas opiniones Scripturæ inferentibus, nec de infantibus, aut de cœcis, ſurdis aut fatuis; Sed *de illis, qvi mediis idoneis ſufficienter inſtructi*, precibus præmiſſis in Verbi divini revelatione humillime acqvieſcunt, ita tamen, ut major perſpicuitatis gradus Doctoribus & eruditis, qvàm Auditoribus & Laicis concedatur: 2. *Qvoad Objectum*, non de locis qvibusvis particularibus, Cantici Canticorum, Ezechielis aut Apocalypſeos, ſed *de dictis fundamentalibus* & principali ſede Articulorum fidei, atqve de Myſteriorum notitiâ, non perfectiſſimâ, ſed de ea, qvæ *ad ſalutem ſufficit*. 3. *Qvoad Prædicatum*, non de perſpicuitate Enthuſiaſticâ, ſed de eâ, qvæ ex diligenti lectione, piâ meditatione & aſſidua veritatis inveſtigatæ collatione hauritur.

III. *Repetita aſſertio.* Qvod hæc, & non alia, eſt *Theſis Orthodoxa*: Scripturæ Sacræ perſpicuitas tanta eſt, ut *claris verbis propoſita dogmata, ab intellectu humano apprehendi poſſint*.

IV. *Oppoſitio Antitheſeos*; & qvidem ex ipſius Bellarmini verbis, qvi lib. 3. de Verbo DEI. c. 1. §. 1. Statum controverſiæ hoc modo proponit: *Sintne Scripturæ S. per ſe facillimæ* atqve apertiſſimæ, an verò interpretatione indigeant? Qvem lib. 3. de Rom. Pontifice c. 21. §. Porrò, ita explicat: *Ambiguas & obſcuriſſimas in plerisq; locis Scripturas eſſe, Papa veriſſimè* docet, & omnes Patres.

V. *Confirmatio Veritatis*, ex Pſalmo 119. Qvia Scriptura S. ab ipſo Spiritu S. lucerna dicitur pedibus & lumen ſemitis noſtris; igitur omninò clara eſt & perſpicua. Contradictoria enim ſunt, eſſe lucernam pedibus, & lumen ſemitis; & tamen obſcurum eſſe. Contradictoria, inqvam, ſunt perſpicuum, & non perſpicuum; ſive ſimul lumen eſſe & tenebras.

VI. *Refutatio* tam objectionum, qvàm exceptionum Bellarmini & aliorum, qvæ vel ex ſola collatione cum ſtatu Controverſiæ evaneſcunt. Neqve enim Scripturæ interpretationem, ſed *ambiguitatem*; neqve difficultatem, *ſed obſcuritatem; & qvidem in articulis fundamentalibus inprimis, negamus.* De qvibus Gerhardi Exegeſis, & Chamieri Panſtratia videri poſſunt.

VII. *Concluſio*, qvod noſtra aſſertio Scripturæ conſona meritò præferenda ſit omnium Pontificiorum & Scripturæ hoſtium ſomniis.

TITULUS VII.

De ſenſus divini perfectione & efficacia.

§. I.

SEnſus divinus eſt perfectus.

Canon. Perfectum eſt cui nihil deeſt.

Obſerv. 1. *Perfectio* denominat rem, qvatenus expers eſt omnis defectûs entitativi, ita ut non deſtituatur iis, qvæ ad ejus eſſe & integritatem pertinent: unde perfectio alia Eſſentialis, alia verò Accidentalis eſt; qvæ porrò vel Naturalis vel Artificialis, vel Moralis, vel Spiritualis, vel Cœleſtis, vel Concreata, vel Acqviſita, vel Imputata, vel Inchoata, vel Conſummata dicitur.

Obſerv. 2. *Perfectio alia eſt divina, infinita, eminentiſſima* (ubi univerſæ

verſæ perfectionis complexus omnem perfectionem tam privatam qvàm negativam ſimpliciter excludit) qvæ ſoli Creatori competit; vid. Theol. Poſit. art. 10. Tit. 40. *alia verò finita & participata*, non qvidem Angelica, ſed humana; non concreata, qvæ amiſſa eſt, ſed acqviſita; non hominis qvâ talis, nec qvatenus homo renatus eſt & Chriſtianus, ſed qvatenus Theologus, DEO & rebus divinis inſtructus eſt. Qvæ eſt perfectio vitæ, non futuræ, ſed præſentis; non obſtante imperfectione in hâc mortalitate reſiduâ. Ex parte enim cognoſcimus, & ex parte prophetamus, aſt ubi venerit, qvod perfectum eſt, (τὸ τέλειον) tunc, qvod ex parte eſt, abolebitur 1. Cor. 13, 9. 10.

§. 2. *Perfectio ſenſûs divini ſimul Theologum perfectum reddere poteſt, & conſeqventer ipſius auditores*, 2. Tim. 3. Joh. 4. qvia ſenſus eſt efficaciſſimus. vid. ſupr. ſect. 3. §. 4. exemplum Arminii, & Theol. Poſit. art. 113. p. 912. de Jac. Reihingio, & art. 5. p. 223. de C. Gerſone. add. Theol. Poſ. art. 124. NB. & infra §. 3. NB.

Nota 1. Mathematicus qvidem habet *ſcientiam* exactam futuræ obſcurationis aut deliqvii luminarium; 2. filius à patre hoc percipiens, *fide humanâ* futurum fore credit, qvod pater ſcientificè novit; 3. famulus *opinionem* hanc fovet, cum formidine contrarii; 4. Ruſticus Eclipſin videns *ſenſibus percipit*; 5. Vicinus propter *experientiam* non dubitat de certitudine prædictionis, qvàm ſæpius certam fuiſſe ex ipſo eventu didicit: Neqve tamen diſtincta hæc apprehenſio ipſum objectum reddere poteſt dubium. Sic etiam *perfectus verbi revelati ſenſus perficit Interpretem*, filium, famulum, ruſticum, auditorem &c. ſalva ipſius divinæ Veritatis perfectione; ſalvo etiam perfectionis gradu, qvi pro ætatis, ingenii, eruditionis & donorum menſurâ varius eſſe poteſt. Conf. ſup. Tit. 4. §. 10. NB.

Not. 2. *Perfectio Theologi Exegetici in hac vita poſſibilis eſt vel Partium, vel Graduum*.

Not. 3. *Perfectio partium reqvirit earundem totalitatem, & ſufficientem informationem*, reſpectu omnium eorum, qvæ ad ſingulas Theologiæ partes pertinent, ad obeunda munera Theologica, tam Academica, qvàm Eccleſiaſtica, per media, qvæ in Methodo Studii Theologici enumerata ſunt. Ut tandem *perfectus ſit* DEI Homo, &

ad omne opus bonum ἐξηρτισμένος perfectè inſtructus, 2. Tim. 3, 17. qvi poſſit & ignorantes informare, & contradicentes refutare, & non modò ad ſtudium pietatis exhortari, verùm etiam peccatores increpare, & afflictos qvoscunqve ex Verbo DEI erigere.

Not. 4. *Nihil natura tàm altè conſtituit, qvò virtus non poſſit eniti.*

Not. 5. *Ad perfectionem Theologicam inprimis reqviritur accuratum reſidui defectus ſcrutinium*, juxta illud: Beatus perpetuus Scrutator ſuæ imperfectionis. Dum ſcilicet *Interpres S. Codicis*, *defectus* laboris ſacri ſucceſſum impedientes, indefeſſi *piſcatoris* inſtar retia ſua qvotidiè ſarcientis, accuratè inveſtigatos non diſſimulat, ſed ex lectione & meditatione continuâ, *debitâ diligentiâ ſupplet*, prout vox καταρτίζειν exemplo ſolertiæ piſcatoriæ monet, Matth. 4, 21. adeoq; cenſor ſui ipſius rigidiſſimus, beneficio perpetui reſiduæ imperfectionis ſcrutinii magis magisq; proficiendo, modo in hâc partiali perfectione, 1. Corinth. 13, 12. poſſibili id unicè curat, ut tandem diſcipulus κατηρτισμένος, *Magiſtro ſimilis*, Luc. 6, 40. DEO gratus & Eccleſiæ utilis exiſtat.

Not. 6. *Perfectio graduum*, qvæ omnibus gradibus excellenti Theologo debitis abundat, in Theologo Exegetico, pro varietate ingeniorum, mediorum & officiorum atqve actionum Theologicarum variat.

Qvia diviſiones donorum ſunt, ſed idem Spiritus, & diviſiones operationum ſunt, ſed idem eſt DEUS efficiens omnia in omnibus. Unicuiqve verò datur manifeſtatio Spiritûs ad id, qvod expedit, πρὸς τὸ συμφέρον, 1. Cor. 12, 4. 6. 7. ſeq. Huic qvidem ſermo Sapientiæ, alii ſermo Scientiæ, alii Prophetia, alii genera Lingvarum, alii *interpretatio* Lingvarum &c. Sed omnia hæc efficit unus iſte & idem Spiritus, *dividens peculiariter unicuiq;*, διαιρῶν ἰδίᾳ ἑκάστῳ *ſicut vult*, verſ. 11. vide totum illud caput & Comm. Bald. h. l.

§. 3. *Perfectio ſenſûs divini manifeſta eſt ex perfecta Scripturæ utilitate*, 2. Tim. 3.

Not. 1. *Qvòd h. l. invicta præſupponatur concluſio*:

1. *Qvæcunq; utilitas hominem perfectum reddit*, illa ipſa etiam perfecta eſt. Atqvi Scripturæ utilitas hominem perfectum reddit. E. illa ipſa etiam perfecta eſt.

2. Cujus

2. *Cujus Scriptura utilitas tanta eſt, ut illa producat perfectum effectum, illa & ipſa eſt perfecta.* At Scripturæ S. utilitas tanta eſt, ut illa producat perfectum effectum. E. illa ipſa etiam eſt perfecta.

Ratio eſt, qvia cauſa non eſt deterior ſuô effectu, ideoqve perfectus effectus perfectam cauſam arguit.

Not. 2. *Qvòd utilitas h. l. intelligenda ſit non aliqva, nec partialis; ſed univerſalis & totalis;* à qva ad abſolutam perfectionem omninò valet conſeqventia.

Not. 3. *Qvòd h. l. non ſit qvæſtio de perfectione partiali, ſed univerſali,* qvæ eſt totius integri Sacri Codicis, & omnium librorum Canonicorum collectivè & ſimul acceptorum.

Not. 4. *Qvòd vox* πᾶσα 2. Tim. 3. *intelligenda ſit collectivè, non verò diſtributivè.* Qvamvis enim ſinguli libri Sacri perfecti ſint, perfectione ſuâ eſſentiali; non tamen ideò ſinguli perfecti ſunt perfectione totali, qvanta eſt totius Syſtematis Biblici conjunctim accepti.

Nam libri Biblici ſinguli non ſunt ſpecies, nec codex Biblicus eſt totum univerſale; ſed totum integrale ex partibus integrantibus conſtitutum. Unde qvia, v. g. *Epiſtola ad Philemonem* eſt ſolùm pars Scripturæ integralis, & qvidem minima, non verò tota Scriptura collectivè accepta, ideò neqvaqvam ſeqvitur:

Omnis Scriptura utilis eſt, ut perfectus ſit homo DEI &c. Epiſtola ad Philemonem eſt Scriptura S. E. utilis eſt, ut perfectus ſit homo DEI, &c. & ſola habet univerſam totius Scripturæ Canonicæ utilitatem, eôdem gradu, qvæ ad omnimodam Theologi perfectionem ſola eſt ſufficiens. Sic enim erat ſubſumendum: *Epiſtola ad Philemonem eſt tota Scriptura collectivè accepta,* qvod falſum eſt omninò. Et: Epiſtola ad Philemonem eſt pars Scripturæ; Ergò habet perfectionem parti debitam, qvæ in toto integrali perfectè deprehenditur.

Salvâ nihilominus perfectione eſſentiali, qvæ etiam cuivis dicto & particulæ Scripturæ S. competit, ſuô ſcilicet modô & gradu.

Not. 5. Qvòd non ſit qvæſtio h. l. 1. *de tempore*, an vel ante inchoatum, vel ante completum totius Scripturæ S. Canonem, cuilibet dicto vel Libro ſacro perfectio totius Codicis integri tribuenda ſit? 2. *Nec de rebus qvibuscunq;, etiam Politicis*, vel merè adiaphoris; 3. *Sed potiſſimùm de rebus ad ſalutem neceſſariis*, & conſeqventer de omnibus, qvæ fidem & vitam, credenda & facienda, miniſtri Eccleſiæ (qvi h. l.

hon [illegible] DEI vocatur) κατ' ἐξοχὴν, & deinceps qvoqve omnium pio-
rum [illegible] & Auditorum attinent. 4. *Et quidem annon tempore N. T. poſt*
com [illegible] *ctum Canonem univerſæ Scripturæ S. tribuenda ſit perfectio homi-*
nem [illegible] DEI perfectum reddens? 5. *Atqve hoc ipſum cum Apoſtolo aſſeri-*
mus [illegible] ſcilicet univerſam Scripturam S. eſſe *perfectam, tùm ratione eſſen-*
tia [illegible] Librorum Canonicorum, *tùm ratione Finis & perfectæ utilitatis*, ut
cre [illegible] mus, & credentes vitam habeamus, Joh.20.

Not. 6. Qvamobrem omnes Articuli *fidei* propriè ſic dicti in
Scr [illegible] Scripturâ Sacrâ, ſive ſecundùm literam, ſive qvoad ſenſum ſufficien-
ter comprehenduntur. Conf. Gerhardi Exegeſin, & Theol. Poſitiv.
art. 3. NB.

Not. 7. *Poſito tandem, quòd libri quidem ſacri non amplius extent*,
(v. g. liber Bellorum Domini &c. Num. 21,14. Joſua 10,13. 2.Sam.1,18.)
non tamen illi deperditi libri fuerunt Canonici, vel unqvam in Cano-
nem recepti, adeoqve illorum abſentiæ Canonis perfectionem neqva-
qvam tollere poteſt. Num enim pilus de capite decidens corporis in-
tegritatem lædit? Confer Theolog. Poſitiv. artic. 5.

CAPUT VII.
De Eventu Interpretationis Sacræ.

§. 1.

EVentus Interpretationis ſacræ reſpicit 1. Deum, 2. Interpretem ipſum. 3. Proximum.*

§. 2. *DEO debetur gratiarum actio: Interpretem decet Collatio* veritatis cum aliis interpretibus, tam vivis, per colloqvia; qvam mortuis, per aſſiduam Commentariorum evolutionem: *Proximo denique debetur communicatio* inveſtigatæ veritatis.

Not. 1. *Gratitudinis* Davidicæ exempla univerſum Pſalterium oſtendit.

Not. 2. *Oculi* plus vident, qvàm oculus: ideoqve Spiritus Prophetarum ſive Interpretum meritò ſubordinatur aliis (ὑποτάσσεται) Interpretibus, 1. Corinth. 14, 32. potiſſimum verò, qvando aliqva interpre-

Interpretatio, Eccleſiæ ignota, ob novitatem ſuam facilè poteſt impingere in analogiam fidei. Confer *de nova Chiliaſmi ſubtilitate* infrà lib. 3. cap. 2. Tit. 12. cujus ſvavitas hodiè non paucos occupare conatur.

Not. 3. *Proximo* debetur divinæ veritatis communicatio, ne talentum divinitus concreditum, ſine uſurâ & fructu abſcondatur. Matth. 24.

§. 3. *Communicatio* ſensûs divini per media ordinaria inveſtigati, pro cognitionis proportione ſuos habet gradus.

Cui enim multa concredita ſunt, ab eo etiam longè accuratior officii ratio reqviritur. Matth. 25. Luc. 16.

§. 4. *Gradus communicationis* oſtendunt, qvòd illa vel privata ſit, vel publica.

§. 5. *Communicatio privata generalis eſt, qvæ patremfamiliàs non minus, qvam parentem, obligat*, ut veritatem divinam ſuis inculcet, vigore mandati ſeveriſſimi Devt. 6. 7.

Nota Lutheri gloſſam: ſchärffen deinen Kindlein / immer treiben und üben / daß ſie nicht verroſten / noch verdunckeln / ſondern ſtets im Gedächtnüß und Wort / als neue und helle bleiben. Et Hebr. שנן ſicut gladius acuitur ad prælium, Devt. 32, 41. & lingva, Pſal. 64, 4. vid. Epheſ. 6. 17. qvod ipſum & *Abrahami Exemplum* docet Gen. 18. & Reguli, cujus fides univerſæ familiæ communis erat, Joh. 4. *Et Lutheri monitum*, in Catecheſi aliqvotiès repetitum, capita doctrinæ tàm filiis, qvâ ſervis à patrefamiliàs ſæpius ſedulò inculcanda eſſe. Hòc enim ceſſante exercitiô, ceſſat divina benedictio: imitatores verò Abrahami ſunt *hæredes ejusdem benedictionis*: uti ex emphatica Lutheri verſione conſtat Gen. 18. 19. Ich weiß / er wird befehlen ſeinen Kindlein [illegible] Devt. 4, 2. daß ſie deß HErrn Wege halten / und thun / was recht und gut iſt / auf daß der HErr auf Abraham kommen laſſe / was Er ihnen verheiſſen hat. Sic Jerem. 31, 17. Deine Nachkommen haben viel gutes zu gewarten. vid. Pſ. 112. tot. & Pſal. 102, 26. & Exod. 20, 6.

§. 6. *Communicatio publica ſpecialis & ſolennis eſt*, qvæ ordinarios divinæ veritatis Interpretes propriè ſic dictos attinet, tàm in Cathedra Academicâ, qvam Eccleſiâ conſtitutos.

§. 7. Com-

§. 7. *Communicatio Doctorum Academicorum*, requirit accuratos, qvàm abſolutos commentarios; vid. ſupra lib. c. 3. & de officio Profeſſorum Academicorum ſup. p. 171. Qvos Theoriam cum praxi conjungere decet. Confer exempla infr. lib. 3. cap. 1. nec non officia auditorum, qvi ex lectionibus Theologicis fructum deſiderant. De qvibus in Methodo Studii Theologici dictum eſt.

§. 8. *Communicatio*, qvam Cathedra reqvirit Eccleſiaſtica, fit per conciones ad populum publicas, ædificationi tàm eruditorum, qvàm laicorum deſtinatas.

Nota 1. Duo ſunt extrema concionis publicæ, videlicet 1. *exceſſus theoreticus*, cum oſtentatione conjunctus, qvi praxin negligit, & qvoad illam in defectu peccat. 2. *exceſſus practicus*, theoriam & fundamenta Exegetica negligens, qvi qvoad theoriam peccat in defectu. vid. ſup. p. 178.

Nota 2. *De habendis concionibus publicis* & debitâ conjunctione exegeſeos fundamentalis cum applicatione practicâ, agit

ORATORIA ECCLESIASTICA

primùm Anno 1665. & denuo cum augmento An. 1677. edita Halæ Sax.

Cujus

I. PARS COMMUNIS explicat

1. *Objectum*, qvod eſt oratio ſacra. p. 1.
2. *Finem*, qvi eſt DEI gloria & auditorum ſalus. p. 8.

Media, p. 13. qvæ ſunt

I. Remotiora. p. 15. videlicet

1. Natura & memoria. p. 16. cujus explicantur

(a) Cauſæ p. 18. & adminicula p. 21.

1. *Generalia* p. 22. qvæ ſunt 1. Mnemonica p. 24. 2. Logica p. 26. 3. Rhetorica p. 28. 4. Ethica p. 30. 5. Politica p. 32. II. Media cap. 34.

2. *Spe-*

2. *Specialia*, Oratori ſacro neceſſaria p. 34. videlicet *Concionem* publicam

(1) *Antecedentia*, qvæ ſunt debita illius conſignatio & repetitio. p. 35.

(2) *Concomitantia*, qvæ ſunt 1. Animi præſentia. 2. Firmisſima concionis impreſſio. 3. inordinati pudoris & metus nimii excluſio. p. 37. Qvibus *hoſtibus* opponenda neceſſaria

1. Oratio 2. Meditatio, p. 38. 3. Exercitatio. 4. Prudentia, p. 39.

(3) *Conſeqventia*, ex Concionis ruminatione & Cauſarum oblivionis atqve remediorum indagatione. p. 40.

(4) *Obſtacula* Memoriæ p. 40.

II. *Ars & Informatio* p. 41.

III. *Exercitatio & Imitatio* p. 43.

II. *Propinqviora* media ſunt p. 49.

I. INVENTIO. p. 50.

(1) *Certi Thematis* p. 52. (2) *Argumentorum* 57.

I. *Logicorum* p. 60. Qvæ ſunt

1. *Analytica* p. 63. videlicet 1. Dicta Canonica p. 65. 2. Exempla ſacra p. 70. 3. Allegoriæ ab ipſo Spiritu S. monſtratæ. p. 73.

2. *Topica* p. 75.

1. Teſtimonia humana in genere p. 77. 2. Teſtimonia PP. Conciliorum, Scholaſticorum p. 79. 3. Teſtimonia Lutheri, &c. p. 81. 4. Teſtimonia Profana Philoſophica. p. 84. 5. Exempla Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ & Profanæ. p. 86.

Qvibus ſuccedit 2. *Ethicorum* argumentorum inventio. p. 87. & 3. *Patheticorum* p. 97. ubi oſtenduntur *affectus* in genere p. 99. & in ſpecie p. 112. ubi occurrunt

I. *Affectus boni* p. 113. qvi ſunt

1. *Amor boni* p. 113. Inprimis verò amor 1. DEI p. 118. 2. Chriſti p. 119. 3. Vitæ æternæ p. 122. 4. Angelorum p. 126. 5. Sui ipſius p. 127. 6. Proximi p. 130. 7. Virtutis p. 131. cum appendice de *admiratione* p. 137.

2. *Odium mali* p. 150. inprimis verò odium 1. Diaboli p. 153. 2. Societatis infernalis p. 155. 3. Peccati p. 157. 4. Otii p. 158. 5. Peccatorum p. 159. 6. Malorum conſortii p. 161. 7. Mundi p. 162.

3. *Zelus* p. 170.
4. *Miſericordia* p. 177.
5. *Triſtitia* & dolor ob peccatum p. 190.
6. *Pudor* p. 194.
7. *Timor DEI* p. 201.
8. *Metus* pœnarum p. 207.
9. *Lætitia* ſpiritualis p. 216. Cum Appendice *de Riſu* p. 224. 225. ἐπιχαιρεκακία p. 232.
10. *Spes* p. 235.
11. *Fiducia* ſeu confidentia p. 243.
II. *Affectus mali* p. 249. ubi occurrit
1. *Indignatio* p. 250. 2 *Dolor* illicitus p. 259. 3. *Ira* p. 263. 4. Invidia p. 268.
III. *Sequitur Argumentorum & Concluſionum ex Textu* inventio p. 274. Cui ſuccedit *inventio ſpecialis* ſingularum *partium* totius orationis p. 281. videlicet
1. Exordii p. 282. 2. Narrationis p. 295. 3. Propoſitionis p. 299. 4. Confirmationis p. 305. 5. Confutationis p. 315. 6. Perorationis p. 320.

Inventionem ſeqvitur
II. DISPOSITIO p. 327.
1. Exordii p. 329. 2. Narrationis p. 337. 3. Propoſitionis ſ. partitionis p. 340. 4. Confirmationis p. 348. 5. Confutationis p. 348. 6. Perorationis p. 350.

III. ELOCUTIO p. 351.
Cujus *requiſita* & affectiones ſunt
1. *Elegantia* p. 357. qvæ reſpicit
1. Puritatem p. 358. 2. Perſpicuitatem p. 359. 3. Acumen p. 360. (ejusq; adminicula p. 367.)
2. *Dignitas* p. 379. ad qvam ſpectat *amplificatio* verbalis p. 381. cum Tropis p. 384. & Figuris p. 387. de qvorum uſu dicitur p. 396.
3. *Compoſitio* p. 404.
Qvibus ſubjiciuntur Elocutionis
1. Adminicula p. 406. 2. Exempla p. 414. 3. Formulæ p. 415. & p. 699.

IV. PRONUNCIATIO p. 515.
Cujus oſtenditur

1. Diſtinctio p. 416. 2. Cauſæ p. 422. 3. Affectiones p. 424. 4. Adminicula. p. 425.

V. ACTIO p. 430.

Cujus not. 1. Objecta p. 431. 2. Cauſæ, p. 444. 3. Affectiones, p. 445. 4. Adminicula. p. 446.

II. PARS PROPRIA.

p. 447. explicat

1. *Objectum* ſpeciale p. 448. ubi occurrit *variorum Textuum* in ſingulis caſibus adhibendorum *enumeratio*. p. 455. & qvinqve *dicendi generum diſtinctio* p. 466.

2. *Finem* ſpecialem, qvi eſt 1. Ignorantes docere p. 473. 2. Errantes in fide refutare p. 474. 3. Somnolentos excitare p. 475. 4. Peccantes increpare p. 476. 5. Afflictos erigere p. 477.

3. *Media* ſpecialia p. 478. juxta diſtinctas qvinqve claſſes, qvarum I. continet *Genus Didaſcalicum* p. 484. cujus oſtenditur,

1. *Inventio* Tit. 1. tum Textûs, tum argumentorum 1. Logicorum Sect. 1. p. 486. 2. Ethicorũ Sect. 2. p. 515. 3. Patheticorum Sect. 3. p. 519.

2. *Diſpoſitio* p. 524. 3. *Elocutio*. 4. *Pronunciatio*. 5. *Actio* p. 541.

Claſſis II. continet

Genus Elenchticum p. 544. Cujus oſtenditur,

1. *Inventio* argumentorum

1. Logicorum p. 546. 2. Ethicorum p. 558. 3. Patheticorum p. 562.

2. *Diſpoſitio* p. 566.

3. *Elocutio*. 4. *Pronunciatio*. 5. *Actio* p. 571.

Claſſis III. continet

Genus Padeuticum p. 574. Cujus oſtenditur

1. *Inventio* argumentorum

1. Logicorum p. 576. 2. Ethicorum p. 583. 3. Patheticorum p. 588.

2. *Diſpoſitio* p. 596. 3. *Elocutio*. 4. *Pronunciatio*. 5. *Actio* p. 606.

Claſſis IV. continet

Genus Epanorthoticum p. 609. Cujus oſtenditur,

1. *Inventio* p. 611. Argumentorum

1. Logicorum p. 613. 2. Ethicorum p. 619. 3. Patheticorũ p. 628.

2. *Diſpoſitio* 629. 3. *Elocutio*. 4. *Pronunciatio*. 5. *Actio* p. 636.

Claſ[illegible] V. continet
Gen[illegible] *Paracleticum* p. 640. cujus oſtenditur
1. [illegible] *nventio* p. 640. Argumentorum
[illegible] Logicorum p. 642. Ethicorum pag. 656. 3. Patheticorum
p. [illegible] 8.
Diſpoſitio p. 662. 3. *Elocutio.* 4. *Pronunciatio.* 5. *Actio* p. 670.
Qvibus omnibus annectitur *Concluſio* cum monitu de Officio
1. *Concionatoris* p. 673. 2. *Auditoris* p. 675, Et *Appendix de Praec-*
pro[illegible] *& obſervationum praxi* p. 678. ubi agitur
1. De *concionandi methodo* & exercitio p. 680.
2. Et de *adminiculis* concionatoris, p. 683.
Q[illegible] ſunt
I. *Apparatus neceſſarius*, p. 683. ita ut in qvovis libro vel Textu ex-
plicando *Sectiones* XI. conſtituantur: Qvarum eſt
1. Logica p. 684. 2. Rhetorica p. 687. 3. Grammatica ſeu Philolo-
gica p. 689. 4. Polemica p. 690. 5. Didactica p. 692. 6. Aphoriſtica
p. 693. 7. Allegorica p. 695. 8. Typica p. 696. 9. Hiſtorica p. 697. 10.
Ethica p. 698. 11. Euchariſtica p. 698.
II. *Formulæ* p. 699. inſervientes
I. *Pathologiæ* Sacræ p. 700. ubi occurrunt formulæ
1. Excitandi pag. 700. 2. Exaggerandi pag. 715. 3. Increpandi
pag. 717.
II. *Singulis dicendi generibus* p. 718. videlicet
1. Didaſcalico 2. & Elenchtico p. 718.
3. Pædeutico p. 728.
4. Epanorthotico p. 729.
5. Paracletico p. 756.

Conf. abuſum Conc. ſup. NB. p. 178. & Hieronymi monita ad Nepotia-
num: Nolo te declamatorem eſſe & rabulam (qvi rabiem caninam imi-
tatur, acer & rabioſus,) ad ravim usq; clamat, garrulumq; ſine ratione,
ſed myſteriorum peritum & Sacramentorum DEI tui eruditiſſimum.
Verba volvere, & celeritate dicendi apud imperitum vulgus admira-
tionem ſui facere, indoctorum hominum eſt. Attrita frons interpre-
tatur ſæpè, qvod neſcit, & cum aliis perſvaſerit, ſibi qvoqve uſurpat
ſcientiam &c. Nihil tam facilè, qvàm vilem plebeculam & indoctam
concio-

concionem lingvæ volubilitate decipere, qvæ, qvicqvid non intelligit, plus miratur.

Concluſio Libri II.

ATqve ex his omnibus, qvæ hactenus enumerata ſunt, facilè patet, qvænam ſit genuinæ Interpretationis Scripturæ oppoſita parhermenia, ſive *perverſa interpretatio*, illa videlicet, qvæ nec preces, nec reqviſita, nec media legitima attendit; ſed vel ex preconceptâ opinione, vel ex rationis aut traditionis ſeductione; vel ipſum ſcripturæ ſenſum, vel etiam ejus uſum, vel utrumqve ſimul pervertit, & Scripturam torqvet, uti Petrus loqvitur 2. Ep. 3, 16. στρεβλοῦσι, *detorqvent, depravant, in alienum & peregrinum ſenſum trahunt*, torqvent, contorqvent, detorqvent, atqve retorqvent; uti B. Gerhardus h. l. explicat p. 454. Qui addit: *Qvemadmodum enim carnifices hominem innocentem qvandoqve ita torqvent*, ut contra ſuam ſcientiam & conſcientiam qvædã proferat: *ita hæretici*, tortorum inſtar, fidiculis & eqvuleis adhibitis, ad ſuos ſenſus Scripturas pertrahere nituntur, eas ita torqvendo, ut alienum ſenſum præbere cogantur.

Cujus rei exempla non ſolùm in antiqvioribus Hæreticis oſtendit Hiſtoria Eccleſiaſtica; & in Photinianis redivivis Feurbornii AntiEnjedinus; Verùm etiam in *Judæis, Pontificiis & Reformatis* Danhauerus in Hermen. S. p. 465. ſeqq. nec non in Hodomoria Papiſtica & Calviniana, ut & ſeqvens liber 3. Huc faciunt geſta Romanorum moraliſata, & Tract. Grammaticus Johannis de Garlandria, qvi verba Pſalmi 34, 12. audite filii Sion, ego docebo vos timorem Domini; ita explicat: ego docebo vos Grammaticam. Videatur Theol. Poſitiv. art. 117. Sufficit h. l. Confeſſio Arminii, qvem lectio Scripturæ Sacræ (uti Bertius memorat in oratione de ejus vita) eò adduxit, ut agnoverit *abſolutum decretum eſſe everſionem fundamenti fidei, totius Evangelii, omnis ſolatii, & univerſæ Theologiæ*, Anthropologiæ & Chriſtologiæ; inprimis verò divinæ gloriæ, ſapientiæ, bonitatis & juſtitiæ; Et Hominis ſtatus tam integritatis, qvàm reſtitutionis: Et univerſæ gratiæ & meriti Chriſti, & ſalutis atqve ſtudii pietatis &c. vid. ejus opera p. 83. & 69.

ad omne opus bonum *ἐξηρτισμένος* perfectè inſtructus, 2. Tim. 3, 17. qvi poſſit & ignorantes informare, & contradicentes refutare, & non modò ad ſtudium pietatis exhortari, verùm etiam peccatores increpare, & afflictos qvoscunqve ex Verbo DEI erigere.

Not. 4. *Nihil natura tàm altè conſtituit, quò virtus non poſſit eniti.*

Not. 5. *Ad perfectionem Theologicam imprimis reqvirtur accuratum reſidui defectus ſcrutinium*, juxta illud: Beatus perpetuus Scrutator ſuæ imperfectionis. Dum ſcilicet *Interpres S. Codicis*, *defectus* laboris ſacri ſucceſſum impedientes, indeſeſſi *piſcatoris* inſtar retia ſua qvotidiè ſarcientis, accuratè inveſtigatos non diſſimulat, ſed ex lectione & meditatione continuâ, *debitâ diligentiâ ſupplet*, prout vox *καταρτίζειν* exemplo ſolertiæ piſcatoriæ monet, Matth. 4, 21. adeoq; cenſor ſui ipſius rigidiſſimus, beneficio perpetui reſiduæ imperfectionis ſcrutinii magis magisq; proficiendo, modo in hâc partiali perfectione, 1. Corinth. 13, 12. poſſibili id unicè curat, ut tandem diſcipulus *κατηρτισμένος*, *Magiſtro ſimilis*, Luc. 6, 40. DEO gratus & Eccleſiæ utilis exiſtat.

Not. 6. *Perfectio graduum*, qvæ omnibus gradibus excellenti Theologo debitis abundat, in Theologo Exegetico, pro varietate ingeniorum, mediorum & officiorum atqve actionum Theologicarum variat.

Qvia diviſiones donorum ſunt; ſed idem Spiritus, & diviſiones operationum ſunt, ſed idem eſt DEUS efficiens omnia in omnibus. Unicuiqve verò datur manifeſtatio Spiritûs ad id, qvod expedit, *πρὸς τὸ συμφέρον*, 1. Cor. 12, 4. 6. 7. ſeq. Huic qvidem ſermo Sapientiæ, alii ſermo Scientiæ, alii Prophetia, alii genera Lingvarum, alii *interpretatio* Lingvarum &c. Sed omnia hæc efficit unus iſte & idem Spiritus, *dividens peculiariter unicuiq; διαιροῦν ἰδίᾳ ἑκάστῳ ſicut vult*, verſ. 11. vide totum illud caput & Comm. Bald. h. l.

§. 3. *Perfectio ſenſûs divini manifeſta eſt ex perfecta Scripturæ utilitate*, 2. Tim. 3.

Not. 1. *Qvòd h. l. invicta præſupponatur concluſio:*

1. *Qvæcunq; utilitas hominem perfectum reddit*, illa ipſa etiam perfecta eſt. Atqvi Scripturæ utilitas hominem perfectum reddit. E. illa ipſa etiam perfecta eſt.

2. *Cujus*

2. *Cujus Scripturæ utilitas tanta eſt, ut illa producat perfectum effectum, illa & ipſa eſt perfecta.* At Scripturæ S. utilitas tanta eſt, ut illa producat perfectum effectum. E. illa ipſa etiam eſt perfecta.

Ratio eſt, qvia cauſa non eſt deterior ſuô effectu, ideoqve perfectus effectus perfectam cauſam arguit.

Not. 2. *Qvòd utilitas h. l. intelligenda ſit non aliqua, nec partialis; ſed univerſalis & totalis*; à qva ad abſolutam perfectionem omninò valet conſeqventia.

Not. 3. *Qvòd h. l. non ſit quæſtio de perfectione partiali, ſed univerſali*, qvæ eſt totius integri Sacri Codicis, & omnium librorum Canonicorum collectivè & ſimul acceptorum.

Not. 4. *Qvod vox* πᾶσα 2. Tim. 3. *intelligenda ſit collectivè, non verò diſtributivè.* Qvamvis enim ſinguli libri Sacri perfecti ſint, perfectione ſuâ eſſentiali; non tamen ideò ſinguli perfecti ſunt perfectione totali, qvanta eſt totius Syſtematis Biblici conjunctim accepti.

Nam libri Biblici ſinguli non ſunt ſpecies, nec codex Biblicus eſt totum univerſale; ſed totum integrale ex partibus integrantibus conſtitutum. Unde qvia, v. g. *Epiſtola ad Philemonem* eſt ſolùm pars Scripturæ integralis, & qvidem minima, non verò tota Scriptura collectivè accepta, ideò neqvaqvam ſeqvitur:

Omnis Scriptura utilis eſt, ut perfectus ſit homo DEI &c. Epiſtola ad Philemonem eſt Scriptura S. E. utilis eſt, ut perfectus ſit homo DEI, &c. & ſola habet univerſam totius Scripturæ Canonicæ utilitatem, eôdem gradu, qvæ ad omnimodam Theologi perfectionem ſola eſt ſufficiens. Sic enim erat ſubſumendum: *Epiſtola ad Philemonem eſt tota Scriptura collectivè accepta*, qvod falſum eſt omninò. Et: Epiſtola ad Philemonem eſt pars Scripturæ; Ergò habet perfectionem parti debitam, qvæ in toto integrali perfectè deprehenditur.

Salvâ nihilominus perfectione eſſentiali, qvæ etiam cuivis dicto & particulæ Scripturæ S. competit, ſuô ſcilicet modô & gradu.

Not. 5. Qvòd non ſit qvæſtio h. l. 1. *de tempore*, an vel ante inchoatum, vel ante completum totius Scripturæ S. Canonem, cuilibet dicto vel Libro ſacro perfectio totius Codicis integri tribuenda ſit? 2. *Nec de rebus qvibuscunq, etiam Politicis*, vel merè adiaphoris; 3. *Sed potiſſimùm de rebus ad ſalutem neceſſariis*, & conſeqventer de omnibus, qvæ fidem & vitam, credenda & facienda, miniſtri Eccleſiæ (qvi h. l.

homo DEI vocatur) κατ' ἐξοχήν, & deinceps qvoqve omnium piorum, & Auditorum attinent. 4. *Et quidem annon tempore N. T. poſt completum Canonem univerſæ Scripturæ S. tribuenda ſit perfectio* hominem DEI perfectum reddens? 5. *Atqve hoc ipſum cum Apoſtolo aſſerimus*, ſcilicet univerſam Scripturam S. eſſe *perfectam, tum ratione eſſentiæ* & Librorum Canonicorum, *tum ratione Finis & perfectæ utilitatis*, ut credamus, & credentes vitam habeamus, Joh. 20.

Not. 6. Qvamobrem omnes Articuli *fidei* propriè ſic dicti in Scripturâ Sacrâ, ſive ſecundùm literam, ſive qvoad ſenſum ſufficienter comprehenduntur. Conf. Gerhardi Exegeſin, & Theol. Poſitiv. art. 3. NB.

Not. 7. *Poſito* tandem, *quòd libri quidam ſacri non amplius extent*; (v. g. liber Bellorum Domini &c. Num. 21, 14. Joſua 10, 13. 2. Sam. 1, 18.) non tamen illi deperditi libri fuerunt Canonici, vel unqvam in Canonem recepti, adeoqve illorum abſentiæ Canonis perfectionem neqveqvam tollere poteſt. Num enim pilus de capite decidens corporis integritatem lædit? Confer Theolog. Poſitiv. artic. 5.

CAPUT VII.
De Eventu Interpretationis Sacræ.

§. 1.

EVentus Interpretationis ſacræ reſpicit 1. *Deum*, 2. *Interpretem ipſum*. 3. *Proximum*.

§. 2. *DEO debetur gratiarum actio: Interpretem decet Collatio* veritatis cum aliis interpretibus, tam vivis, per colloqvia; qvam mortuis, per aſſiduam Commentariorum evolutionem: *Proximo deniqve debetur communicatio* inveſtigatæ veritatis.

Not. 1. *Gratitudinis* Davidicæ exempla univerſum Pſalterium oſtendit.

Not. 2. *Oculi* plus vident, qvàm oculus: ideoqve Spiritus Prophetarum ſive Interpretum meritò ſubordinatur aliis (ὑποτάσσεται) Interpretibus, 1. Corinth. 14, 32. potiſſimùm verò, qvando aliqva interpre-

interpretatio, Eccleſiæ ignota, ob novitatem ſuam facilè poteſt impingere in analogiam fidei. Confer *de nova Chiliaſmi ſubtilitate* infrà lib. 3. cap. 2. Tit. 12, cujus ſvavitas hodiè non paucos occupare conatur.

Not. 3. *Proximo* debetur divinæ veritatis communicatio, ne talentum divinitus concreditum, ſine uſurâ & fructu abſcondatur. Matth. 24.

§. 3. *Communicatio* ſensûs divini per media ordinaria inveſtigati, pro cognitionis proportione ſuos habet gradus.

Cui enim multa concredita ſunt, ab eo etiam longè accuratior officii ratio reqviritur. Matth. 25. Luc. 16.

§. 4. *Gradus communicationis* oſtendunt, qvòd illa vel privata ſit, vel publica.

§. 5. *Communicatio privata generalis eſt, qvæ patremfamiliàs non minus, qvàm parentem, obligat*, ut veritatem divinam ſuis inculcet, vigore mandati ſeveriſſimi Devt. 6. 7.

Nota Lutheri gloſſam: ſchärffen deinen Kindern/ immer treiben und üben/ daß ſie nicht verroſten/ noch verdunckeln/ ſondern ſtets im Gedächtniß und Wort/ als neue und helle bleiben. Et Hebr. שנן ſicut gladius acuitur ad prælium, Devt. 32, 41. & lingva, Pſal. 64, 4. vid. Epheſ. 6. 17. qvod ipſum & *Abrahami Exemplum* docet Gen. 18. & Reguli, cujus fides univerſæ familiæ communis erat, Joh. 4. *Et Lutheri monitum*, in Catecheſi aliqvoties repetitum, capita doctrinæ tàm filiis, qvà ſervis à patrefamiliàs ſæpius ſedulò inculcanda eſſe. Hôc enim ceſſante exercitiô, ceſſat divina benedictio: imitatores verò Abrahami ſunt *heredes ejusdem benedictionis*: uti ex emphatica Lutheri verſione conſtat Gen. 18. 19. Ich weiß/ er wird befehlen ſeinen Kindlein [illegible] Devt. 4, 2. daß ſie deß HErrn Wege halten/ und thun/ was recht und gut iſt/ auf daß der HErr auf Abraham kommen laſſe/ was Er ihnen verheiſſen hat. Sic Jerem. 31, 17. Deine Nachkommen haben viel gutes zu gewarten. vid. Pſ. 112. tot. & Pſal. 102, 26. & Exod. 20, 6.

§. 6. *Communicatio publica ſpecialis & ſolennis eſt*, qvæ ordinarios divinæ veritatis Interpretes propriè ſic dictos attinet, tam in Cathedra Academicâ, qvam Eccleſiâ conſtitutos.

§. 7. Com-

§. 7. *Communicatio Doctorum Academicorum*, reqvirit tàm accuratos, qvàm abſolutos commentarios; vid. ſuprà lib. 2. c. 3. & de officio Profeſſorum Academicorum ſup. p. 171. NB. Qvos Theoriam cum praxi conjungere decet. Confer exempla infr. lib. 3. cap. 1. nec non officia auditorum, qvi ex lectionibus Theologicis fructum deſiderant. De qvibus in Methodo Studii Theologici dictum eſt.

§. 8. *Communicatio*, qvam Cathedra reqvirit Eccleſiaſtica, fit per conciones ad populum publicas, ædificationi tàm eruditorum, qvàm laicorum deſtinatas.

Nota 1. Duo ſunt extrema concionis publicæ, videlicet 1. *exceſſus* theoreticus, cum oſtentatione conjunctus, qvi praxin negligit, & qvoad illam in defectu peccat. 2. *exceſſus practicus*, theoriam & fundamenta Exegetica negligens, qvi qvoad theoriam peccat in defectu. vid. ſup. p. 178.

Nota 2. *De habendis concionibus publicis* & debitâ conjunctione exegeſeus fundamentalis cum applicatione practicâ, agit

ORATORIA ECCLESIASTICA

primùm Anno 1665. & denuo cum augmento An. 1677. edita Halæ Sax.

Cujus

I. PARS COMMUNIS explicat

1. *Objectum*, qvod eſt oratio ſacra. p. 1.
2. *Finem*, qvi eſt DEI gloria & auditorum ſalus. p. 8.
Media, p. 13. qvæ ſunt
I. Remotiora. p. 15. videlicet
1. Natura & memoria. p. 16. cujus explicantur
(a) Cauſæ p. 18. & adminicula p. 21.
1. *Generalia* p. 22. qvæ ſunt 1. Mnemonica p. 24. 2. Logica p. 25. 3. Rhetorica p. 28. 4. Ethica p. 30. 5. Politica p. 31. 6. Medica p. 34.

2. *Spe-*

2. *Specialia*, Oratori ſacro neceſſaria p. 34. videlicet *Concionem* publicam

(1) *Antecedentia*, qvæ ſunt debita illius conſignatio & repetitio. p. 35.

(2) *Concomitantia*, qvæ ſunt 1. Animi præſentia. 2. Firmiſſima concionis impreſſio. 3. inordinati pudoris & metus nimii excluſio. p. 37. Qvibus *Hoſtibus* opponenda neceſſaria

1. Oratio 2. Meditatio, p. 38. 3. Exercitatio. 4. Prudentia, p. 39.

(3) *Conſeqventia*, ex Concionis ruminatione & Cauſarum oblivionis atqve remediorum indagatione. p. 40.

(4) *Obſtacula* Memoriæ p. 40.

II. *Ars & Informatio* p. 41.

III. *Exercitatio & Imitatio* p. 43.

II. *Propinqviora* media ſunt p. 49.

I. INVENTIO. p. 50.

(1) *Certi Thematis* p. 52. (2) *Argumentorum* 57.

I. *Logicorum* p. 60. Qvæ ſunt

1. *Analytica* p. 63. videlicet 1. Dicta Canonica p. 65. 2. Exempla ſacra p. 70. 3. Allegoriæ ab ipſo Spiritu S. monſtratæ, p. 73.

2. *Topica* p. 75.

1. Teſtimonia humana in genere p. 77. 2. Teſtimonia PP. Conciliorum, Scholaſticorum p. 79. 3. Teſtimonia Lutheri, &c. p. 81. 4. Teſtimonia Profana Philoſophica. p. 84. 5. Exempla Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ & Profanæ. p. 86.

Qvibus ſuccedit 2. *Ethicorum* argumentorum inventio. p. 87. & 3. *Patheticorum* p. 97. ubi oſtenduntur *affectus* in genere p. 99. & in ſpecie p. 112. ubi occurrunt

I. *Affectus boni* p. 113. qvi ſunt

1. *Amor boni* p. 113. Inprimis verò amor 1. DEI p. 118. 2. Chriſti p. 119. 3. Vitæ æternæ p. 122. 4. Angelorum p. 126. 5. Sui ipſius p. 127. 6. Proximi p. 130. 7. Virtutis p. 131. cum appendice de *admiratione* p. 137.

2. *Odium mali* p. 150. inprimis verò odium 1. Diaboli p. 153. 2. Societatis infernalis p. 155. 3. Peccati p. 157. 4. Otii p. 158. 5. Peccatorum p. 159. 6. Malorum conſortii p. 161. 7. Mundi p. 162.

3. *Zelus* p. 170.

4. *Miſericordia* p. 177.

5. *Triſtitia* & dolor ob peccatum p. 190.

6. *Pudor* p. 194.

7. *Timor DEI* p. 201.

8. *Metus* pœnarum p. 207.

9. *Lætitia* ſpiritualis p. 216. Cum Appendice *de Riſu* p. 224. & de ἐπιχαιρεκακίᾳ p. 232.

10. *Spes* p. 235.

11. *Fiducia* ſeu confidentia p. 243.

II. *Affectus mali* p. 249. ubi occurrit

1. *Indignatio* p. 250. 2. *Dolor* illicitus p. 259. 3. *Ira* p. 263. 4. *Invidia* p. 268.

III. *Seqvitur Argumentorum & Concluſionum ex Textu* inventio p. 274. Cui ſuccedit *inventio ſpecialis* ſingularum *partium* totius orationis p. 281. videlicet

1. Exordii p. 282. 2. Narrationis p. 295. 3. Propoſitionis p. 299. 4. Confirmationis p. 305. 5. Confutationis p. 315. 6. Perorationis p. 320.

Inventionem ſeqvitur

II. DISPOSITIO p. 317.

1. Exordii p. 329. 2. Narrationis p. 337. 3. Propoſitionis ſ. partitionis p. 340. 4. Confirmationis p. 348. 5. Confutationis p. 348. 6. Perorationis p. 350.

III. ELOCUTIO p. 351.

Cujus *reqviſita* & affectiones ſunt

1. *Elegantia* p. 357. qvæ reſpicit

1. Puritatem p. 358. 2. Perſpicuitatem p. 359. 3. Acumen p. 360. (ejusq; adminicula p. 367.)

2. *Dignitas* p. 379. ad qvam ſpectat *amplificatio* verbalis p. 381. cum Tropis p. 384. & Figuris p. 387. de qvorum uſu dicitur p. 396.

3. *Compoſitio* p. 404.

Qvibus ſubjiciuntur Elocutionis

1. Adminicula p. 406. 2. Exempla p. 414. 3. Formulæ p. 415. & p. 699.

IV. PRONUNCIATIO p. 515.

Cujus oſtenditur

1. Diſtinctio p. 416. 2. Cauſæ p. 422. 3. Affectiones p. 424. 4. Adminicula. p. 425.

V. ACTIO p. 430.

Cujus not. 1. Objecta p. 431. 2. Cauſæ, p. 444. 3. Affectiones, p. 445. 4. Adminicula. p. 446.

II. PARS PROPRIA.

p. 447. explicat

1. *Objectum* ſpeciale p. 448. ubi occurrit *variorum Textuum* in ſingulis caſibus adhibendorum *enumeratio*, p. 455. & qvinqve *dicendi generum diſtinctio* p. 466.

2. *Finem* ſpecialem, qvi eſt 1. Ignorantes docere p. 473. 2. Errantes in fide refutare p. 474. 3. Somnolentos excitare p. 475. 4. Peccantes increpare p. 476. 5. Afflictos erigere p. 477.

3. *Media* ſpecialia p. 478. juxta diſtinctas qvinqve claſſes, qvarum I. continet *Genus Didaſcalicum* p. 484. cujus oſtenditur,

1. *Inventio* Tit. 1. tum Textûs, tum argumentorum 1. Logicorum Sect. 1. p. 486. 2. Ethicorū Sect. 2. p. 515. 3. Patheticorum Sect. 3. p. 519.

2. *Diſpoſitio* p. 524. 3. *Elocutio.* 4. *Pronunciatio.* 5. *Actio* p. 541.

Claſſis II. continet

Genus Elenchticum p. 544. Cujus oſtenditur,

1. *Inventio* argumentorum

1. Logicorum p. 546. 2. Ethicorum p. 558. 3. Patheticorum, p. 562.

2. *Diſpoſitio* p. 566.

3. *Elocutio.* 4. *Pronunciatio.* 5. *Actio* p. 571.

Claſſis III. continet

Genus Pædeuticum p. 574. Cujus oſtenditur

1. *Inventio* argumentorum

1. Logicorum p. 576. 2. Ethicorum p. 583. 3. Patheticorum p. 588.

2. *Diſpoſitio* p. 596. 3. *Elocutio.* 4. *Pronunciatio.* 5. *Actio* p. 606.

Claſſis IV. continet

Genus Epanorthoticum p. 609. Cujus oſtenditur,

1. *Inventio* p. 611. Argumentorum

1. Logicorum p. 613. 2. Ethicorum p. 619. 3. Patheticorū p. 625.

2. *Diſpoſitio* 629. 3. *Elocutio.* 4. *Pronunciatio.* 5. *Actio* p. 636.

Claſſis V. continet

Genus Paracleticum p. 640. cujus oſtenditur

1. *Inventio* p. 640. Argumentorum

1. Logicorum p. 642. Ethicorum pag. 656. 3. Patheticorum p. 658.

2. *Diſpoſitio* p. 662. 3. *Elocutio.* 4. *Pronunciatio.* 5. *Actio* p. 670.

Qvibus omnibus annectitur *Concluſio* cum *monitis de Officio*

1. *Concionatoris* p. 673. 2. *Auditoris* p. 675. Et *Appendix de Præceptorum & obſervationum praxi* p. 678. ubi agitur

1. De *concionandi methodo* & exercitio p. 680.

2. Et de *adminiculis* concionatoris, p. 683.

Qvæ ſunt

I. *Apparatus neceſſarius*, p. 683. ita ut in qvovis libro vel Textu explicando *Sectiones* XI. conſtituantur: Qvarum eſt

1. Logica p. 684. 2. Rhetorica p. 687. 3. Grammatica ſeu Philologica p. 689. 4. Polemica p. 690. 5. Didactica p. 692. 6. Aphoriſtica, p. 693. 7. Allegorica p. 695. 8. Typica p. 696. 9. Hiſtorica p. 697. 10. Ethica p. 698. 11. Euchariſtica p. 698.

II. *Formulæ* p. 699. inſervientes

I. *Pathologiæ* Sacræ p. 700. ubi occurrunt formulæ

1. Excitandi pag. 700. 2. Exaggerandi pag. 715. 3. Increpandi pag. 717.

II. *Singulis dicendi generibus* p. 718. videlicet

1. Didaſcalico 2. & Elenchtico p. 718.

3. Pædeutico p. 728.

4. Epanorthotico p. 729.

5. Paracletico p. 756.

Conf. abuſum Conc. ſup. NB. p. 178. & Hieronymi monita ad Nepotianum: Nolo te declamatorem eſſe & rabulam (qvi rabiem caninam imitatur, acer & rabioſus,) ad ravim usq; clamat, garrulumq; ſine ratione, ſed myſteriorum peritum & Sacramentorum DEI tui eruditiſſimum. Verba volvere, & celeritate dicendi apud imperitum vulgus admirationem ſui facere, indoctorum hominum eſt. Attrita frons interpretatur ſæpè, qvod neſcit, & cum aliis perſvaſerit, ſibi qvoqve uſurpat ſcientiam &c. Nihil tam facile, qvàm vilem plebeculam & indoctam concio-

concionem lingvæ volubilitate decipere, qvæ, qvicqvid non intelligit, plus miratur.

Concluſio Libri II.

ATqve ex his omnibus, qvæ hactenus enumerata ſunt, facilè patet, qvænam ſit genuinæ Interpretationis Scripturæ oppoſita parhermenia, ſive *perverſa interpretatio*, illa videlicet, qvæ nec preces, nec reqviſita, nec media legitima attendit; ſed vel ex præconceptâ opinione, vel ex rationis aut traditionis ſeductione; vel ipſum ſcripturæ ſenſum, vel etiam ejus uſum, vel utrumqve ſimul pervertit, & Scripturam torqvet, uti Petrus loqvitur 2. Ep. 3,16. στρεβλοῦσιν, *detorqvent, depravant, in alienum & peregrinum ſenſum trahunt*, torqvent, contorqvent, detorqvent, atqve retorqvent; uti B. Gerhardus h. l. explicat p. 454. Qui addit: *Qvemadmodum enim carnifices hominem innocentem qvandoqve ita torqvent*, ut contra ſuam ſcientiam & conſcientiam qvædã proferat: *ita hæretici*, tortorum inſtar, fidiculis & eqvuleis adhibitis, ad ſuos ſenſus Scripturas pertrahere nituntur, eas ita torqvendo, ut alienum ſenſum præbere cogantur.

Cujus rei exempla non ſolùm in antiqvioribus Hæreticis oſtendit Hiſtoria Eccleſiaſtica; & in Photinianis redivivis Feurbornii AntiEnjedinus; Verùm etiam in *Judæis, Pontificiis & Reformatis* Danhawerus in Hermen. S. p. 465. ſeqq. nec non in Hodomoria Papiſtica & Calviniana, ut & ſeqvens liber 3. Huc faciunt geſta Romanorum moraliſata, & Tract. Grammaticus Johannis de Garlandria, qvi verba Pſalmi 34, 12. audite filii Sion, ego docebo vos timorem Domini; ita explicat: ego docebo vos Grammaticam. Videatur Theol. Poſitiv. art. 117. Sufficit h. l. Confeſſio Arminii, qvem lectio Scripturæ Sacr. (uti Bertius memorat in oratione de ejus vita) eò adduxit, ut agnoverit *abſolutum decretum eſſe everſionem fundamenti fidei, totius Evangelii, omnis ſolatii, & univerſæ Theologiæ*, Anthropologiæ & Chriſtologiæ; inprimis verò divinæ gloriæ, ſapientiæ, bonitatis & juſtitiæ; Et Hominis ſtatus tam integritatis, qvàm reſtitutionis: Et univerſæ gratiæ & meriti Chriſti, & ſalutis atqve ſtudii pietatis &c. vid. ejus opera p. 83. & 66.

LIBER III.
Theologiæ Exegeticæ offerens EXEMPLA.

§. 1.

E*Xempla bona*, & qvæ illi opponitur, *perverſæ interpretationis*, rectiùs notari poſſunt, ſi ordo præcedente Libro 2. obſervatus, etiam h. l. retineatur.

§. 2. Videbimus itaqve h. l. Exempla accuratè explicati

I. *Libri integri.*
II. *Textûs particularis.*
III. *Aphoriſmi nobilioris*, cum apparatu Exegetico, atq; paſſim oppoſitis adverſariorum perverſis explicationibus.

CAPUT I.
De accuratè explicato integro Codicis S. libro.

§. 1.

R*Equiſita* accuratæ interpretationis libri integri ſuprà expoſita ſunt Libro 2. cap. 3. ſect. 1. Confer ibidem judicium de commentariis ſeductorum.

§. 2. *Exempla* accuratæ explicationis paſſim occurrunt in Commentariis *Balduini* in Epiſtolas Paulinas, & *Gerhardi*, inprimis in Geneſin, Deuteronomium, & Epiſtolas Petrinas. Ut nihil dicam de accuratâ Dn. D. *Geieri*, & Dn. D. *Calovii* diligentiâ; qvia res ipſa loqvitur: Maximè verò illius in Danielem, hujus verò in Geneſin Commentarius & annotationes

notationes in univerſa Biblia. Quid verò Dn. D. Schmidius in egregio com. in Jobum præſtiterit, ipſa teſtatur veritas.

§. 3. *Hos E. Duces feliciter imitabitur*, qvi accuratam explicationem alicujus libri Canonici ſuſcipit. Sic v. gr. Comm. in Danielem præmittitur *Iſagoge*, qvæ ſiſtit I. *Autorem* primarium Spiritum S. & ſecundarium, Danielem, cujus attenditur 1. Nomen. 2. Stemma. 3. Patria. 4. Ingenium. 5. Vitæ genus. 6. Conjugium. 7. Officium Propheticum. 8. Res geſta. 9. Ætas. 10. Mors.

II. *Scriptum*, ejusqve 1. Materiam. 2. Diviſionem. 3. Lingvam originariam. 4. Finem. 5. Adjuncta, qvæ & difficultas ſunt, & inſignis utilitas. *Singula verò capita* offerunt 1. *Argumentum & Partitionem*, 2. *Expoſitionem textûs*. 3. *Poriſmata*. Ita ut hoc ipſum *Trifolium* accuratam textûs analyſin Logico-Philologicam unà cum controverſiis tàm textualibus, qvàm ex reipsâ derivatis, atqve uſu ampliſſimo, ſimul includat.

§. 4. *Adminicula Mnemonica* exhibet Manuale Sacrum p. 1950. ubi unicâ voce ſumma librorum Bibl. ſingulorum exprimitur. Confer Annotationes Bibl. Germ. NB.

CAPUT II.

De accuratè explicato textu particulari.

TITULUS I.

De Textu Hiſtorico.

§. 1.

EXemplum Textûs Hiſtorici accuratô ſtudiô explicati offert Lutherus comm. in Geneſin, inprimis de lapſu Adami, cap. 3.

Cap. 3. de diluvio, cap. 7. & qvod etiam ſupra adductum eſt, de Abrahami tentatione ex Geneſ. 22. Ex qvo ſimul mira ſu prava interpretationis obſervari poſſunt: Ex cujus etiam collatione Hiſtoria probationis Cananææ mulieris rectius intelligitur, Matth. 15. Confer Lutheri obſervationes de hoc exemplo in libello, cui Tit. Evangeliſcher Glaubens-Sieg. Dom. Reminiſcere. Nec non luctatio Jacobi, Gen. 32. De qva videri poteſt Appendix libelli, cui Tit. Gottſel. Kunſt, p. 1189.

§. 2. *Cæterum qvi exemplum accuratæ meditationis Hiſtorica* deſiderat, ille expendat Diſputationem B. Dannhaueri, editam An. 1634. de facto Jephthæ, Judic. c. XI, 30. eamq; conferat cum obſervationibus ſupra explicatis; Ubi I. *κακοζηλίαν* Satanæ attendit, qvi ex Abrahami exemplo Gen. 22. *αὐθεντοθρησκείαν* hominibus inculcavit.

II. *Principium* vovens deſcribit à nomine, genere, matre & animi qvalitatibus.

III. *Objectum*, cui, expendit, qvod eſt ſolus DEUS, Matth. 4.

IV. *Fundamentum* ex parte voventis & acceptantis examinat, ſimulqve ad rectius intelligendam cauſam efficientem, poteſtatem juris, ſcientiam intellectûs, & libertatem voluntatis conſiderat.

V. Qvibus deniqve *formæ* & finis hujus actionis ſubjicitur.

Unde ad hoc factum rectius intelligendum notare licet.

I. *Analyſin Logico-Grammaticam*, cum accurato ſingularum vocum examine, inprimis vero, num copulativè, an verò disjunctivè locutus ſit.

II. *Theſin practicam*, de Votis. Nam votum eſt promiſſio DEI facta, ad ejuſdem DEI cultum, uti Joh. Baptiſta Gonet ex Thomâ deſcribit in clypeo Theol. Tom. 4. p. 373. Conf. reqviſita in Theol. Poſit. & Manuali Theol. art. 78.

III. Evi-

III. *Ἐπίκριϲιν Ethicam* de ſeqq. Qvæſtionibus: I. An Jephtha potuerit Deo vovere & immolare filiam? Qvod negatur contra Tirinum h. l. p. 397. qvi ex Hebr. XI. defendere conatur. Conf. Eſtium l. d. Hebr. XI. p. 1052. & p. 1054. 1. *Qvia nullius voti legitimi objectum eſſe poteſt res illicita.* Conf. Act. 23, 12. qvale erat homicidium, & filiæ innocentiſſimæ mactatio.

2. *Ideoqve hoc votum fuiſſet nullum* 1. ex parte Dei acceptantis. 2. ex parte principii offerentis. 3. ex parte objecti oblati vel offerendi. 4. ex parte formæ, qvia ſub confusâ generalitate conceptum. Confer Thomam 2. 2. q. 88. 5. ex parte finis, qvem non attingit. (Neqve enim homicidium poteſt eſſe medium gratitudinis pro victoria divinitus conceſſa.)

II. *An Jephtha actu immolaverit filiam? Qvod negant* Sixtinus Amama in Anti-Barbaro Bibl. & cum aliis Hackſpan. annot. h. l. p. 629. qvia particularia Vav ponatur pro *aut;* Exod. 21, 15. & Levit. 27, 28. tantùm agatur de Cananæis. Et qvia abſurdum ſit, vel per Sacerdotem, vel per Magiſtratum, vel per parentem ipſum mactatam fuiſſe inſontem filiam. Qvos *Ravanellus* refutat, in voce *Sacrificium*, p. 945.

Affirmant verò antiqvi Judæi cum Chald. paraphr. & Joſepho, nec non ex PP. Tertullianus, Ambroſius, Auguſtinus, Hieronymus, Nazianzenus, Epiphanius, Chryſoſtomus, Theodoretus, Sulpitius, Iſidorus, & alii, qvos *Lutherus ſeqvitur.* Confer Gerhard. T. 7. Loc. p. 806. & Tom. 3. Conf. Cathol. p. 331. Balduinum in Caſ. Conſc. p. 289. Serarium, Sanctium & Capelli ſpicilegium. Qvi urgent 1. *principalem particulæ Vav ſignificatum*, qvi ordinariè copulativus eſt, raro autem disjunctivus. 2. *Naturam oppoſitionis*, qvæ

Ooooooooo nulla

N ulla eſſe poteſt, inter id, qvod Domino datur, & offertur. 3. *Veritatem Hiſtoricam.* 4. *Eventum* cum dolore graviſſimo, v. 35. & continuo v. 39.

Canon. Eſt'a dubia & ignota, ſive falſa, ſive non falſa, nequaquam turbare poſſunt fidei fundamentum, vide kpt. de Exemplis, & Theol. Poſit. art. 5. NB.

TITULUS II.
De Textu Allegorico.

§. 1.

E*Xempla Textûs Allegorici* accuratâ diligentiâ expoſiti offert *Gerhardus* in Poſt. Salomon. Ubi non ſolùm *regulas generales*, de ritè explicando hoc libro difficillimo, oſtendit; verùm etiam nobiliora illius dicta, ex collatione vocum & rerum, cum textibus Evangelicis, explicat: ſimulqve ad doctrinam, Elenchum, Pædiam, Epanorthoſin & Paracleſin applicat.

§. 2. *Qvem facilè imitari licebit*, ſi monita præcedentis libri 2. non negligantur; Et *Michaëlis Ghislerii* prolixus commentarius in fol. Antvverp. An. 1619. juxta hanc normam examinetur. Unde facilè patebit, qvò jure vel injuriâ ipſe univerſum Canticum exponere potuerit 1. *Literaliter*, eiqve plures literales ſensûs affingere in præfat. c. 5. 2. *de triplici ſponsâ*, 1. Eccleſia, 2. anima, 3. B. V. Maria.

§. 3. Sic v. g. explicaturus illa verba Cantic. 4, 4. ubi de Eccleſia dicitur: *Collum tuum ſicut turris David* &c. facilè videbit ſenſum, qvi attendit, qvænam h. l. ſit 1. *Appellatio.* 2. *Ratio.* 3. *Collatio.* I. *Appellatio* & definitio colli nota eſt ex Phyſicis. II. *Ratio* hujus appellationis eſt, qvia collum connectit caput cum corpore, & facit, ut corpus totum

tum capiti ſit unitum: Qvâ connexione ceſſante corpus eſt [illegible]. III. *Collatio* oſtendit, qvòd vox Sponſi, ſive ipſa veritas divina, fide apprehenſa, faciat, ut Eccleſia ſit corpus Chriſti, cum capite unitum, audiens vocem ejus, Johan. 10. cui ipſe præſens eſt, Matth. 18. c. 28. Ceſſante autem hôc *vinculô*, deſinit eſſe Chriſti Sponſa.

Patet ergò ex his 1. *Unio* Chriſti & Eccleſiæ, Joh. 14. c. 15. 2. *Communicatio* ſpiritûs animalis. 3. *Rectitudo.* 4. *Loqvela* &c. Qvâ de re Theologia Poſitiva, nec non Manual. Theol. agit Artic. 99. & 113. Atqve ex hoc fundamento *Eccleſia eſt Turris David*. Qvia Turris certiſſima, Prov. 18. Nomen DEI habitat in ea, & Dominus eſt in medio ejus, Pſal. 46. ubi arma Scripturæ Sacræ tàm offenſiva, qvàm defenſiva contra omnes hoſtes reperiuntur, Eph. 6.

§. 4. *Sic etiam comparatio peccati cum leprâ* erit facilior, ſi natura hujus morbi accuratè obſervetur ex *Jonſtono*, qvi libr. 6. Ideæ Medic. pract. cap. 9. p. 289. Judæorum lepram, & Arabum Elephantiaſin (qvæ tumor pedum eſt, à ſangvine melancholico, pituitosô, & varicibus exortus, diſtingvit à tumoribus malignis, qvibus Elephantiaſin annumerat, qvæ & Leontiaſis, & Satyriaſis, & *lepra* dicitur, eſtqve tumor totius corporis cancroſus, ex atrâ bile, venenatâ qvalitate infecta, & in totum habitum corporis effusâ exortus, multa ſymptomata inferens. *Curatio* eſt nulla confirmatæ; difficilis incipientis. Confer de hac comparatione Theologiam Poſitivam & Manuale Theol. Art. 33. Et *de allegorica Senectutis deſcriptione* Eccleſ. 12. libellum, cui Tit. Gottſelig Alter / ab initio, & Theolog. Poſitivam artic. 131. §. 11. p. 1049. NB.

TITULUS III.
De Textu Parabolico.

§. 1.

D*extram parabolarum explicationem* & applicationem oſtendit Harmonia Evangel. Chemnicii, ad Matth. c. 13. ubi verbum Dei comparatur cum Semine, tritico, grano, ſinapi, fermento, theſauro, margarita, &c. Inprimis verò accuratiſſimus Dn. D. Geieri *commentarius in Proverbia Salomonis*, ubi præter analyſin Logico-Philologicam, & ſingulari diligentiâ continuatam textûs explicationem, uſus oſtenditur ampliſſimus.

§. 2. *Errores* Pontificiorum, qvi ex parabola *de ſemimortuo* Luc. 10. probare conantur peccatoris vires liberi arbitrii reſiduas, refutat ipſe contextus, cujus *ſcopus eſt* oſtendere, qvisnam ſit proximus egeno, omni ope deſtituto? videlicet is, qvi opem fert, ſive popularis, ſive extraneus ſit. *Ex parabolis verò probare articulos fidei, vel novos fingere*, ubi reclamat analogia fidei, ſimpliciter abſurdum eſt. Confer Theol. Poſit. art. 30. & 92.

TITULUS IV.
De Textu Typico.

§. 1.

E*xemplum Typi accuratè explicati, exhibet* B. Gerhard. & Dn. D. Calovius comm. in Geneſ. 14. ubi Melchiſedec cum Chriſto confertur, & ſimul ſomnia Pontificiorum de Miſsâ &c excutiuntur. Vid. Theol. Poſit. Artic. 89.

§. 2. *Qvi variâ rerum ubertate* delectatur, is *conferat Pinedam* de rebus Salomonis, ubi lib. 1. exponuntur Salomonis

nis infantia & pueritia, lib. 2. regni auſpicia & inauguratio, lib. 3. ſapientia, lib. 4. opulentia, libr. 5. ſplendor domus & familiæ, lib. 6. Regalia corporis atqve animi ornamenta, lib. 7. Decimatio & depravatio regni, lib. 8. ejus vitæ extrema. Ex qvibus omnibus facilè illa ſeligere licet, *qvæ ſpectant ad typum cœleſtis Salomonis* accuratius explicandum.

§. 3. *Qvâ occaſione ſimul qvæſtio, de ſalute Salomonis, ventilatur. Ubi 1. oſtenditur rei difficultas. 2. adducuntur teſtimonia* eorum, qvi judicium *ſuſpendunt*, videlicet Auguſtinus, Baſilius, Nyſſenus, Iſidorus, Bernhardus, Joſephus, Rupertus, Suidas, & Chryſoſtomus. 3. *proferuntur teſtes contra Salomonem*, Cyprianus, Gregorius, Theodoretus, Proſper, Eucherius, Beda, Rabanus, Angelomus, Sozomenus &c. 4. *enumerantur argumenta qvatuor damnati* Salomonis. 5. *opponuntur defenſores ſalutis*, Hieronymus, Ambroſius, Epiphanius, Cyrillus Hieroſol., Irenæus, Bachiarius, Thomas, Bonaventura &c. 6. *aſſeritur & defenditur ſalus* Salomonis cum refutatione contr. objectionum. 7. *annectitur deciſio pro Salomone.*

§. 4. *Sic & Jacobi nomen* humilitatem, *Iſraëlis* verò magnam amplitudinem reſpicit, omnibus credentibus applicabilem. vide Ariæ Montani comment. in Eſa. cap. 42. p. 948. NB.

TITULUS V.
De Textu Paradigmatico.

§. 1.

DE *Textu Paradigmatico* ſuprà dictum eſt libro 2.

§. 2. *Exemplum ſeveriſſimæ animadverſionis* exhibet, tùm Nebucadnezar, tùm Belſazer; qvod utrumqve moni-

monitorium accuratâ diligentiâ expoſuit Dn. D. Geierus comm. in Danielem. Confer *monita* de caſibus Tragicis in libello, cui Tit. Hiobs-Poſt. Et de exemplis memorabilibus novantiqvis Wunderliche Güte.

§. 3. *Qvibus & aliis* ſimilibus *meritò præfigitur titulus & inſcriptio* ex Num 26, 10. ubi de pœna autorum horrendæ rebellionis dicitur: *Facti ſunt ſignum* לנס ex נסס vide Pſal. 60, 6. non ſolùm nudum vel commune, Gen. 1, 14. אותת ſed portentum atqve ſignum prodigioſum, terribile & horrendum, inſtar vexilli erectum, qvod tàm ſpectatoribus, qvàm auditoribus metum incutere poteſt & debet. Qvale ſignum vel maximè horrendum, erat monſtroſus ille & truculentus Caini vultus, Geneſ. 4, 15. אות σημεῖον. Qvomodo etiam ſigna Moſis vocantur, qvi baculum in ſerpentem mutabat, & manum modò ſanam, modò leproſam oſtendebat, Exod. 4, 9. Et ſigna irati judicis in Ægypto edita, Num. 14, 22. conf. Dan. 3, 32. de horribili Nebucadnezaris pœnâ, & Manuale p. 432.

§. 4. *Uſum exemplorum ampliſſimum emphaticè oſtendit ſeveriſſima illa Salvatoris ſententia*, Luc. 13, 3. *Niſi reſipueritis, omnes ſimiliter peribitis.* Conf. *Chemnitii* Harmon h. l. col. 2014. ubi monet, cavendam eſſe *præcipitantiam judicii* de caſibus tragicis, qvia non raro à domo Domini judicium incipit, 1. Petr. 4, 17. Item *Caſus improviſi ſunt exempla iræ divinæ*, monentis ſingulos de ſuis peccatis, ut agant pœnitentiam. *Non ſimus otioſi ſpectatores, non curioſi cenſores, multò minus impii inſultatores*, ſed de noſtra emendatione cogitemus, etenim iisdem vel ſimilibus, vel etiam majoribus peccatis ſumus obnoxii. Ex his etiam patet, qvô fine, & qvô fructu *veteres Hiſtoriæ* ſint legendæ. Omnia convertantur ad noſtri ædificationem. Confer *Herodotum* lib. 2. p. 229.

p. 219. Qvi *Senacheribi* fata varia referens addit: Vim agreſtium murium aliqvando tùm pharetras, tum arcus, tum ſcutorum habenas perdidiſſe hoſtium &c. Et porrò: Eoqvenunc iſte Rex in templo Vulcani lapideus ſtat, manu murem tenens, atqve hæc per literas dicens: *In me qvis intuens pius eſto.* Confer Ariæ Montani commentar. in Eſa. 42. p. 947.

§. 5. *Qvamvis exempla ordinaria, per univerſalem regulam confirmata, conſeqventiam habeant firmiſſimam*, uti ex Rom. 4. ſupra dictum eſt p. 1433. abſurdiſſimi tamen ſunt, qvi ex ſingulari & extraordinario exemplo univerſam fidei analogiam evertere conantur, qvod ſupra evidenter monſtratum eſt l. d.

Canon: Nulla difficultas textualis Grammatica tollit vel exempli veritatem, vel ipſius fundamenti fidei certitudinem.

Sic Jobi 19, 25. I. *Certus eſt ſcopus*, Jobum non de temporali, qvæ deſperata videbatur, ſed de conſummatâ & perenni reſtitutione fuiſſe ſolicitum. vid. Gerhardi L. de reſurr. & Comm. Dn. D. Schmidii h. l. item Coccejum, qvi ipſum refutat Mercerum.

II. *Certa eſt phraſeologia: Etiam ego novi redemtorem meum, qvod vivat.* Vaani jadati Goali chai. *& poſtremum, qvod ſuper pulverem ſurget.* Veacharon al aphar jakum. Ubi ידע notitiam cum aſſenſu & notitiâ conjunctam innuit. NB. ſup. p. 10. & 11. Confer de hac ſcientiâ Rom. 8, 28. & de Goële Theol. Poſit. art 55. p. 560. qvi poſterior, in plenitudine temporis in carne apparuit, ſecundus Homo. 1. Cor. 15. 47. poſt Johannem, Johan. 1, 27. qvi redivivus ſtans ſuper pulverem etiam me excitabit. Qvod oſtendit Apoſtolus 1. Cor. 15. ex indiſſolubili credentium connexione, cum Chriſto capite, nec non Rom. 6. Ipſe enim *ſtans* Victor & ſuis victoriam contra mortem concedit Joh. 16. c. & c. 10. Huc ſpectant & reliqva: *Et p. ſt cutem meam circundabuntur hac:* [Nakphu] *& ex carne meâ videbo Deum* verſ. 26. *Qvem ego videbo mihi, & oculi mei videbunt, & non alius* v. 27. NB נקף aliàs ſignificat, excidit, concidit. Eſ. 29, 1. Unde alii reddunt: perfodere. Sed & Schmidius p. 811. deducit à נקף circumdare Job. 19, 6. qvod in Niphal Jod abjicit, & compenſat

penſat per Dages, & habet נִקְּפוּ נקפו Nec refert, qvod radix hæc in Niphal non occurrat in Biblus. Sæpè enim radix, vel forma aliqva ſemel tantum occurrit; ſic & נִקְּפוּ, unde alii hoc deducunt, aliàs non niſi ſemel occurrit in Piel. Unde ſenſus hic eſt: Iſta, qvam dixi, eſt de Redemtore, in extremis mundi diebus venturo, Confeſſio mea. Jam, me ipſum qvod attinet, ſcio qvidem, qvod moriturus ſim, anteqvam ille in carne appareat, & omnia hæc cum cute mea putrefacienda: nihilominus credo, qvod poſt etiam cutem meam deſtructam, & in nihilum redactam, ex mortuis reſurrecturus ſim, in extremo judicio, & futurum ſit, ut hæc mea omnia, oſſa, caro, corpus denuq; totum eâdem cute mea circundentur; ut vel tum viſurus ſim, ex hac meâ carne, Redemtorem meum, Deum, Filium Dei, in qva non viſurus ſum eum in hac vitâ. Ita D. Schmidius l. d. pag. 812. Qvi addit: *Egregia ſanè confeſſio Jobi, de reſurrectione mortuorum*, & piorum qvidem ad vitam æternam. Unde & Coccejus h. l. Mercerùm, Druſium & Vatablum refutat, & cum Hieronymo dicit: Qvid hac prophetiâ manifeſtius? Nullus tàm apertè poſt Chriſtum, qvàm iſte ante Chriſtum de reſurrectione loqvitur. Et addit: Svadet hoc 1. Interpretationis ſimplicitas. 2. argumenti & ſcopi concinnitas. 3. rei veritas. 4. verborum majeſtas. 5. affectus ſpei & gaudii proportio. 6. Spiritus in PP. & Apoſtolis ac omnibus fidelibus unitas. Qvæ compellit, phraſin hujus loci ita intelligere, ut in Evangelio intelligitur. 7. praxis Apoſtolorum in interpretandis ſcripturis V. T. ex eventu.

III. *Certa eſt Jobi conſeqventia* cum extenſione ad omnes in Chriſtum credentes, ex ampliatione Apoſtolicâ 1. Cor. 15. NB. vide Theol. Poſit. art. 138. & inprimis Dn. D. Calovii annot. h. l.

TITULUS VI.
De Textu Epænetico.

§. 1.

DE *Canticis Sacris* dictum eſt ſupra lib 2.

2. *Specimen egregium* accuratæ explicationis Pſalmorum B. Höpfnerus exhibuit in Diſputatione publica de beatitudine ex Pſalmo 32. & Comment. in Pſal. 91. ut taceam, reliqvos, omninò dignos, ut poſt tot moras lucem videant.

videant. Dn. D. *Geieri* ſingularis diligentia aliàs nota eſt ex Comment. in Pſalmos. Videatur & Glaſſii explicatio Pſalmi 110. & Dorſchæi Pentadecas Diſput. ubi ex eodem Pſalmo 110. varia objecta offert notatu digniſſima.

§. 3. *Qvi verò alieniſſimas à textu explicationes* deſiderat, *Lorinum atqve Bellarminum* legat in Pſalmos. Taceo Auguſtinum & alios ex Patribus, qvos tamen defectus cognitionis Lingvarum Orientalium excuſare poteſt.

§. 4. *Porrò Depravationes Pſalmorum Chriſtologicorum Judaicas* oſtendit Comm. R. D. Kimchi, & Sociorum: nec non eorum, qvi Calvinum ſeqvuntur.

§. 5. *Tandem horrenda totius Pſalterii depravatio* & ad Mariam applicatio repetitur à Chemnitio part. 3. Examin. Concil. Trident. p. 595. ſub Titulo *Pſalterium Virginis Mariæ,* à devoto Doctore, Sancto Bonaventurâ, compilatum. *Ubi initium Pſal. 1. ita habet:* Beatus vir, qvi diligit nomen tuum, Virgo Maria, gratia tua animam illius confortabit. *Ave Maria. Et Pſal. 2:* Protegat nos dextra tua, Mater DEI. Venite ad eam omnes, qvi laboratis & onerati eſtis: & refrigerium, & ſolatium dabit animabus veſtris. Miſericordiâ illius plena eſt terra. *Sic Pſalm. 30.* In te, Domina, ſperavi, non confundar in æternum. In manus tuas, Domina, commendo ſpiritum meum. Et *Pſalm. 50.* Miſerere mei, Domina, qvæ mater miſericordiæ nuncuparis. *Et Pſalm. 53.* Domina, in nomine tuo ſalvam me fac. *Sic Pſal. 150.* Laudate Dominam, omnis Spiritus laudet Dominam noſtram.

§. 6. *Cæterùm, qvod particulares Pſalmorum & Dictorum,* qvæ ex illis deſumta ſunt, explicationes attinet, & qvidem cum applicatione emphaticâ; nemo erit, qvi Luthero hanc palmam facere poſſit dubiam. Qvod oſtendunt ejus expoſitiones conjunctim editæ Tom. 3. Witteb. Germ. Confer.

 Dn.

Dn. D. *Schmidii* dicta Veteris Teſtamenti, cum annotationibus Dn. D. *Calovii*, Grotio oppoſitis, & ſpecimine ex Pſalmo 19. & 81. ſupra adducto, nec non, qvæ ex Pſalmo 73. in appendice lib. cui Tit. Gottſeliges Alter/ & ex Pſalmo 27. adducta ſunt in lib. cui Tit. Bet-Kunſt/ cum paraphraſi Pſalmorum pœnitentialium.

§. 7. *Praxin Pſalterii*, præter Lutherum, feliciſſimè oſtendit Selneccerus & Arndrius. Qvos hodiè non pauci, licet inæqvali interdum felicitate, imitari conantur.

TITULUS VII.

De Textu Prophetico.

§. 1.

M*Onita de Textu Prophetico* ſuprà expoſita ſunt libro 2.

§. 2. *Specimen accuratè explicati textûs Prophetici* monſtrat ſupra citatus Dn. D. Geieri commentarius. Conferatur & Tarnovius in Prophetas minores; Inprimis verò Lutherus in eosdem Tom. 8. & 4. atqve 5. Witteb. Germ.

§. 3. *Exemplum dicti Prophetici* offert promiſſio Hiskiæ facta, *de annorum augmento*, v. 5. ubi præſuppoſitâ analyſi Logico-Philologicâ attendere decet I. *Principium*, qvod eſt Jehova, Elohim, Deus patris David. II. *Actum*, qvi continet inſigne Trifolium. Deus enim 1. audit, 2. videt, 3. addit. Audit preces, videt lacrymas, & addit annos. III. *Objectum* additionis ſunt anni, & qvidem qvindecim. De qvibus olim Tacitus in vita Agricolæ ab initio dixit: *Qvindecim anni grande mortalis ævi ſpacium.*

Qvâ occaſione dicendum 1. de DEI *Omnipotentiâ*, Omnipræſentiâ, Omniſcientiâ, qvi preces audit & exaudit, lacrymas videt, imò numerat, Pſal. 56. & annis annos addit, ex articulo 10. Theol. Poſitivæ. *Contra terminum vitæ fatalem atqve Stoicum*, qvem fuſius explicat Ma-

nuale Artic. 23. p. 417. & Theologia Poſitiva art. 132. §. 11. NB. p. 1048. Qvod ut rectius innoteſcat, *poſſibilia*, *futura*, & conditionata probè diſtingvenda ſunt, ſimulq; veritas *ſtrictia rerum impoſſibilium*, præſcindendo ab eventu, monſtranda eſt, ex Jerem. 18. Matth. XI. Lucæ 19. 1. Sam. 23. Actor. 27, 24.

2. Inprimis verò contra abſoluti decreti patronos probandum) eſt I. *Qvod cognitio DEI ſit* 1. *naturalis*, ſive ſcientia viſionis omnium rerum poſſibilium, ante decretum. 2. *libera*, determinatè omnium rerum, qvæ futuræ erant, poſt liberum decretum. 3. *media* hypothetica, reſpiciens liberas actiones Angelorum & hominum, qvia *cognoſcit aliqvod medium* inter poſſibilitatem puram, & futuritionem abſolutam. *Hoc verò medium eſt conditio*, v. g. ſi oraverit Hiskias, cui jam imminet terminus vitæ ordinarius, extraordinariè per preces impetrabit annorum additionem. Si manſerit David, tradetur in manus Saul, 1. Sam. 23. Niſi hi nobiſcum manſerint, non ſervabimur, Actor. 27. non obſtante promiſſione infallibili, v. 24. qvæ tamen propterea neqvaqvam abſoluta erat. Vid. Theol. Poſitiv. art. 10. Tit. 15. p. 274. NB. Conferatur Dn. D. *Calovii* Syſtema de attributis divinis, & de providentia & *Molina* in Thomam, qvem magno conatu refutare voluit Johann. Baptiſta Gonet in clypeo Theolog. Thom. II. *Qvod verba Jobi de termino vitæ*, cap. 14, 5. neqvaqvam ſint fatalia & Stoica. vide Manuale p. 411.

§. 4. *Ut verò conſtet de ratione illationis*, qvomodo ex hoc (& ſimilibus exemplis) non obſtante, qvod illud fuerit extraordinarium, nihilominus conſeqventia firma ſit, *tum* ex illis circumſtantiis, qvæ *ex ordinariis* atqve univerſalibus promiſſionibus firmam pariunt conſeqventiam, v. g. de exauditione precum, &c. *tum ex facto extraordinario* ad ſpem de mirabili & omnem intellectum humanum ſuperante divinâ bonitate: ideò non ſolùm repetenda ſunt h. l. & applicanda monita *de exemplis*, ex libro præced. 2. verùm etiam, qvæ *de ſingulari ejusmodi providentia* ex Pſalmo 17, 7. dicta ſunt ſub finem partis primæ libelli, cui Titu-

lus : … unterliche Güte. Qvamvis enim hodiè nulla reſtet
promi… … io de novis *miraculis* ; firmiſſima tamen ſpes reſtat,
DEU… … , qvi toties mirabilem ſuam bonitatem exeruit,
etiam … adhuc hodiè, ſi ad gloriam ejus, & ſalutem noſtram
facit, … *& nunc documenta ſimilia* præſtare poſſe & velle.
Qvam… obrem & hodiè credenti repetere licet ſuſpirium Daví
vidis … Erweiſe deine wunderliche Güte/ ex Pſalmo 17,7.

Titulus VIII.

De Textu Primitivo & Derivativo.

§. 1.

Qvia ſuprà libro 2. & monita & exempla hujus rei ad… acta ſunt, inprimis verò locus ex Jerem. 18. de figu… lo; … ec non ſenſus literalis unitas, ex Pſal. 19. non obſtante cita… one Rom 10. monſtrata eſt, ſufficit, ſi vel unicum ad… huc … & qvidem nobile addatur exemplum.

§. 2. Qvando enim Apoſtolus Rom. 9. citat verba ex Exod. c. 9,16. *In hoc excitavi te*, miros triumphos abſoluti de… creti patronos ex hâc ipſa citatione ſibi fingere paſſim videmus.

§. 3. Verùm res ſalva eſt, modò non negligantur … neceſſariæ, qvæ ſuprà in ſimili caſu monſtratæ ſunt, obſer… vationes.

§. 4. Videlicet attendenda eſt in hoc dicto I. *Originis inveſtigatio* ex c. 9. Exodi v. 16. ubi Moſes neqvaqvam loqvitur de æterna prædeſtinatione abſoluta, vel etiam de pœnâ hominis innocentis, ſed ſolùm de conſervatione peccatoris pertinaciſſimi, qvando dicit העמדתיך feci, ut reſtares, conſervavi te, & ſuperſtitem manere volui. Confer Tremelliū h.l. Sic עמד eſt μένειν manere, Eſa. 46,7. vid. Danh. Hodom. Calv. Tom. I. p. 574.

II. Col-

II. *Collatio* dicti citati cum citatione Apoſtolica. Qvando enim Apoſtolus dicit ἐξήγειρα, Rom. 9, 17. ſicut DEUS διὰ τῆς δυνάμεως, per ſuam omnipotentiam excitat mortuos, 1. Cor. 6, 14. neqvaqvam reſpicit creationem, ſed conſervationem. Nam vaſa iræ non ſunt à DEO NB. Hoſ. 13. præparata, ſed à peccato orta, inſtinctu Satanæ, Johan. 3. non iræ organa, vel media exercendi iram; ſed receptacula, qvæ ob perverſitatem irâ ſunt digna. NB. Manuale p. 1603. Accedit & *occaſio* oblata Apoſtolo hanc ſententiam repetendi, ob horrendam Judæorum pertinaciam.

III. *Partitio* dicti, qvod actionem juſti judicis à malitia peccatoris evidenter diſtingvit.

IV. *Explicatio* juxta analogiam fidei, ſcopum, contextum & paralleliſmum. De qvibus ſuprà dictum, ſimulqve probatum eſt, alieniſſimum eſſe Pauli ſcopum ab abſoluto reprobationis decreto.

Nec obſtat locus ex Epiſt. Judæ verſ. 4. ubi verbum προγεγραμμένοι, non denotat præordinationem, ſed accuratam delineationem, ſicut pictores ſolent aliqvid delineare, Galat. 3, 1. Conf. Rom. 15, 14. Eph. 3, 3. NB. vid. Manuale p. 1599.

V. *Confirmatio harmonica* ex univerſa fidei analogia, qvæ per hoc monſtrum abſoluti decreti ſimpliciter evertitur, uti ex cap. 3. Johannis ſuprà dictum eſt. Scilicet nec Decalogum, nec Symbolum, nec orationem Dominicam, neqve Baptiſmum, neqve Sacramentum Cœnæ, cum hoc figmento ſtare poſſe.

VI. *Illuſtratio* ex dictis parallelis, ubi longanimitas DEI erga peccatores oſtenditur, ita, ut eos invitet ad pœnitentiam, Roman. 2. Conf. Pſalm. 50. & Manuale NB. Artic. 10. p. 226. Huc faciunt etiam verſiones verborum Exod. c. 9. *Perſica, Samaritana, Syriaca, Chaldaica, & Targum Hieroſolymitanum*, qvod ita habet: Verùm profectò, non ut benefaciam tibi, *ex ira conſervavi te, ſed ut videre faciam te robur meum*; Et in præcedentibus: Cùm jam miſerim plagam fortitudinis meæ, *æqvum erat, ut percuterem te* & populum tuum morte, & perderem te è terra.

VII. *Applicatio ad fidem & mores*, ut pateat, Deum non punire,

niſi pec
vam, &
Non d
Matth.

...atores; neminem damnare innocentem. NB. ...
Manuale Art. CXI. præfractos juſte puniri, & ...
Ferendam eſſe pœnitentiam omnibus obla...
XI. Ezech. 18. & 33.

TITULUS IX.
De Textu Morali.

§. 1.

M... ...ita de Textu Morali ...libro 2.

§. 2. *Exempla* offert Lac Catecheticum Dannha... ...ex ...ſupra addu... ...Catione Decalogi, & Tabulæ œconomicæ.

§. 3. *Radix* Legis Moralis, qvantum ad tabulam ... attinet, & monitor perpetuus, oſtenditur ab ipſ... ...re, Matth. 7, 12. *ex charitate*, qvam qvilibet ſibi ipſ... *omnia, qvæcunq; volueritis*, ut faciant vobis homine... ...os facite illis. Hæc enim egregia juſtitiæ & æqvi... ...la monet.

I. *Quòd Lex naturalis ſit dictamen rectæ rationis*, indicans ac... ...cujus, ex ejus convenientiâ aut diſconvenientiâ cum ipſâ natu... rationali, ſubeſſe moralem vel commiſſionis, vel omiſſionis neceſſi... tem; ac conſeqventer à Deo, ipſius naturæ autore, talem actum ... præcipi, aut vetari. Qvalis eſt: cole DEUM, honora parentes, ho... neſtè vive, neminem læde. Qvorſum & *principia juris* ſpectant: Ho... neſtè vivere, alterum non lædere, ſuum cuiqve tribuere. vid. Theol. Poſit. NB. art. 71. §. 11.

II. *Quòd hanc regulam etiam agnoverint Ethnici*, inprimis Ado... nibeſec, ſentiens divinam juſtitiam, & jus talionis, Judic. 1, 7. ejusq; menſuram Luc. 6. per qvod qvis peccat, Sap. XI, 17. qvia ipſa natura hoc docet, uti alias loqvitur Apoſtolus 1. Cor. XI, 14. Unde & *Alexander Severus*, teſte Ælio Lampridio p. 229. dicebat: Visne hoc in agro tuo fieri, qvod alteri facis? clamabatq; ſæpius, qvod à qvibusdam ſi... ve...

ve Judæis, ſive Chriſtianis, audierat & tenebat, idqve per præconem, cum aliqvem emendaret, dici jubeat: *Qvod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.* Qvam ſententiam usqve adeò dilexit, ut & in palatio & in publicis operibus perſcribi juberet.

III. *Qvam proinde Hieronymus ſummoperè commendat*, Tom. 1. in Epiſt. ad Celantiam, fol. 50. a. ubi *compendioſum locum vocat hoc commonitorium*, & addit: illa tibi Evangelii eligenda ſententia eſt, & ſuperſcribenda cordi tuo, qvæ ad *totius juſtitiæ breviarium* Dominico ore proferuntur: *Omnia, quæcunq; vultis*, &c. Infinitas ſpecies parteſq; juſtitiæ, omnes unâ brevi ſententiâ comprehendit, & latentem hominum conſcientiam ſecreto animi judicio, aut abſolvit, aut damnat. Ad omnem igitur actum, ad omne verbum, ad omne etiam cogitatum, hæc ſententia retractetur: qvæ tibi *qvaſi ſpeculum* qvoddam paratum, & ad manum ſemper poſitum &c. Qvoties talem habes animum, *æqvitatis viam tenes.*

IV. *Abſurdum verò Lutherus taxat* meritò, qvando prætenditur *Epiikeia*, & evertitur ipſa juſtitia. Denn was wider natürlich und göttlich Recht iſt / darinnen ſoll kein diſpenſiren zugelaſſen werden. vid. Luth. Colloq. c. 63. f. 529. & 530. ubi objicienti ex Baldo, *Beſtiam eſſe, qui patitur ſe fieri arbitrum.* Qvia onus illud in ſe transferri patitur, qvod alioqvi multis prudentibus relinqveretur deliberandum; reſpondit: Melius eſt, unum hominem eſſe Beſtiam, qvàm, ut multi homines ſint Beſtiæ NB. Qvod tibi vis, Matth. 7.

TITULUS X.
De Textu Evangelico.

§. 1.

MOnita de textu Evangelico ſupra videri poſſunt libro 2.

§. 2. *Exempla* accuratè explicati textûs Evangelici exhibet *poſt Chemnitii Harmoniam Tarnovius* in Johannem. Confer B. W. *Lyſeri Diſputationes in Johannem*, & in Textus

Evangel.

Evan
ungv
Theo
Summ
DEO
licor
dis,
ſum
polo
Co

ex
ſin
cu
tei
le
C.
ri

el ordinarios, qvod opus, licet imperf
leonem oſtendit, ſimulqve acumen Exe
ogi Exegetæ evidenter probat. Confer
rium Theologicum, qvod forſan brevi luce
videbit. Unde patet perverſio textuum
m, qvam oſtendit opus aureum Antonii de
it. in octavo. A. 1510. ubi habet textus Evange
teræ qvadruplicem: 1. Hiſtorice. 2. Allegorice
icè. 4. Anagogicè, & 8000. dubia, cum ſolut
er. ſup lib. 3. c. 6. Tit. 1. §. 3.

§. 3. *Qui integros textus Evangelicos vernaculo*
catos deſiderat, legat expoſitiones *Chemnitii*, &
laris commendat gravitas, *Baldvini*: qvorum
meditationibus Dn. D. *Geieri*, ſub Tit. Zeit und
& B. *Dannhaueri*, cui Tit. Evangeliſches Denckmahl
mata & neceſſaria, & omnibus utilia offerre p
nfer Evangeliſche Probe deß wahren Chriſtenthums edit.
rgæ in 4. A. 1677.

§. 4. *Qui controverſiis delectatur*, *Mehlfüreri* Diſpu
nones Evangelicas conſulat. Qvorum defectum pellis
na Hunnii, Examen Concilii Tridentini, Chemnitii, He
brunneri Uncatholiſches Papſtthum/cum continuatione Ze
manni, Papiſmus Giſenii: *Contra Calvinianos* autem Grüne
liche Widerlegung Theolog. Haſſiacorum, & ſimiles autore
in Methodo Stud. Theolog. & in Theol. Polemica magnô
numerô citari ſupplere poſſunt.

§. 5. *Anecdota incertitudinis certiſſima* oſtendit 1. Scopus
2. Contextus 3. Phraſeologia. Cujus rei exemplum ex Luc.
21. offert Theologia Poſitiva art. 136. §. 5. NB. de ſignis ul-
timi adventus Chriſti ad judicium, nec non art. 88. de Cœ-
na. Conf. ſupra lib. 2. cap. 5. de Loco Matth. 16, 19. & qvid
ſit ſolvere & ligare.

TITU-

TITULUS XI.
De Textu Apoſtolico.

§. 1.

MOnita de textu Apoſtolico ſuprà expoſita ſunt libro 1.

§. 2. *Exempla* accuratæ explicationis præter Balduinum offert *Flacius* in Annot. N. T. qvarum commentarius eſt Clavis Scripturæ ejusdem Flacii, & Rhetorica S. Glaſſii. *Ravanellus* verò, qvi Flacii ſupplementum offert, accuratum reqvirit lectorem, & in controverſiis Calv. exercitatiſſimum: qvemadmodum & *Crocii* commentarius in Epiſtolas Apoſtolicas. Inter Pontificios verò *Eſtius* ob diligentiam & candorem meritò laudandus eſt.

§. 3. *Qvi præter accuratam textûs analyſin præcipua fidei capita ex Epiſtolis Dominicalibus deſiderant*, is habet præeuntem *D. Rungium* in Diſput. ex Epiſt. Pauli ad Romanos, & utrâqve ad Corinthios. Qvem autorem, ob acumen, diligentiam, & accuratam brevitatem, aliqvoties ſtudioſis commendâſſe memini B. B. Præceptores deſideratiſſimos, Dn. D. Henricum *Höpfnerum*, & Dn. D. Wilhelmum *Lyſerum*. Sic v. g. ex cap. 13. Rom. doctrinam de Magiſtrâtu & ſubditis explicat, ſimulqve textûs integri analyſin proponit; tandemqve ex reſiduâ parte charitatem conſiderat. Sic ex cap. 14. de Adiaphoris, nec non de efficaciâ mortis Chriſti agit, &c. Conf. Meletemata de conventu ex *colloqviis* piorum in vitâ æterna, ex Hebr. 12, 22. in fine libelli, cui Tit. Gottſel. Alter/ p. 1043.

§. 4. *Specimen* accuratè tractati textûs Apoſtolici egregium exhibet libellus D. Geſneri, qvi univerſam materiam de Scriptura S. ex unico dicto 2. Tim. 3 fundamentaliter expoſuit.

§. 5. *Sic dextrè explicaturus locum ex Galat. 6, 16.* Qvicunqve juxta regulam hanc incedent, pax ſuper eos, & miſericordia &c. Is meritò 1. *ſummam*, 2. *occaſionem*, 3. *ſcopum* attendit, qvod videl. Apoſtolus h. l. proponat regulam univerſalem omnibus Chriſtianis obſervandam, qvi integritatem vitæ atqve doctrinæ ſimul retinere conantur. Hinc facilè patet 4. *partitio*, qvòd in hoc contineatur promiſſio divina, exhibens tùm *actum*, tùm *eventum*, ſive 1. *officium* pio-

Qqqqqqqqq rum,

rum, qv
His eni
neſis in
verò 5
plicatio
qvod
regula
certis
certi
& de
tur. S
certâ
vel p
limi
ratô
nen
req
ſco
jnc
re

...os decet incedere juxta regulam Apoſtolicam ... pax promittitur, & miſericordia; adeóque ... uditur Apoſtolica, ut juxta rationem verbi ... explicatio rerum & verborum, &c. ... ad fidem & mores ſit facilior, notandum eſt ... ſοιχεῖν ſit ordine incedere, (nam ... eſt ordo) juxta ... canonem & legem, ſic Act. 21,24. Philip. 3,16. Gal. ... eſtigiis inſiſtere, Rom. 4,12. unde ... dicuntur ... dines, certâ ratione collocati, & hoſtibus oppoſiti: ali... boribus certó ordine & juxta certam normam plantatis ... nt enim Chriſtiani & milites, Epheſ. 6. & arbores, Pſal. 1. ... atione divinitùs collocati ſunt in Hierarchiâ vel Eccleſi... liticâ, vel Oeconomicâ. Sunt πλαγμένοι, Actor. 13. & ... divinam, Rom. 13. accuratè obſervare cogitur, ut intra ... s tàm fidei, qvàm morum, per Scripturam determinatos, ... tudió ſe contineat, normam Verbi, & veſtigia Salvatoris in ... r obſervet, 1. Pet. 2. Matth. XI. Philipp. 2. Unde & pruden... ritur, & ϛοχάζειν, recta ad ſcopum collimare, cum conjectur... um collimante 6. Ethic. 2. & εὐϛοχία, qvæ eſt in inveniendo ... ando dexteritas Herodiano. vid. Sapient. 5. & εὔϛοχος ſicuti ... fulminis jacula, die Gerade zu treffen.

2. *Qvòd canon* ſit norma, vid. Deut. 4, 2. Apoc. 22, 18. 19. regu... & amuſſis, additionem & detractionem excludens, & linea Scriptu... ræ, eine linea, eine Zeile/ qvæ juxta certam lineam ſive menſuram ducta eſt, Eſa. 28, 10. ut legentibus ſit funiculus, filus menſorius & regula, qvalis eſt opificum & Geometrarum, Jerem. 31. 38. Thren. 2, 8. Architectorum, Job. 38, 5. Eſa. 44, 13. vel fabri lignarii. Eine Bleyſchnure/ Amos. 7, 7. Qvemadmodum & ſonus vocis inſtar lineæ continuæ extenſus φθόγγος vocatur eine Schnure/ Pſal. 19, 5. Unde Diphthongus datur, & literæ conſonantes à ſono, qvem cum vocalibus conſonantem exhibent, appellantur. Confer Theologiam Poſitivam artic. 5. NB.

II. *De re ipſa*, 1. Qvòd Scriptura Sacra omninò ſit *Canonica*, reſpectu fidei & morum, non ſolùm ob autorem, verùm etiam ob ſcopum tam directivum, qvàm definitivum.

2. Qvòd

2. Qvòd nihil obſtet, qvò minus Scriptura Canonica, diverſô reſpectu, *& norma, & judex* controverſiarum appellari poſſit. Qvia.

I. *Judex eſt*, qvi jus dicit, &, prævia cauſæ cognitione, ſecundùm jus dicendo fert ſententiam. Eſtqve vel *Ordinarius*; cui ordinariè competit juriſdictio; vel *extraordinarius*, ſive delegatus, qvi ex delegatâ poteſtate judicis officiô fungitur extraordinariè.

II. *Norma* judicandi judicium dirigens, eſt *ipſum jus*. Unde judex vocatur *jus animatum*, & *μεσίδιχ@*, medius inter utramq; partem juſtitiæ adminiſtrator.

III. *Judex* hôc locô non ſolùm conſideratur *ſummus*, qvi eſt ipſe Spiritus S. per Scripturam loqvens; ſed etiam *delegatus*: Qvamobrem & ille *deciſivus*, hic verò *diſcretivus* vocari ſolet, qvi juxta normam verbi infallibilem verum à falſo diſcernit, & regulas univerſales ad qvemcunq; caſum particularem applicat.

IV. *Judex deciſivus*, cui competit controverſiarum deciſio, eſt, qvi cum autoritate irrefragabili fert ſententiam, non qvidem de qvavis controverſia *actu & explicitè* pronunciando, hanc eſſe veram, illam verò falſam opinionem [contra Gretſeri clamores impudentiſſimos in Colloqvio Ratisbon.] ſed *mediante Scripturâ illa ſuggerens*, ex qvibus ſingula decidi poſſunt. Qvemadmodum aliâs *judex ſummus* fert legem omnibus & ſingulis perſonis atqve caſibus applicabilem; actualis verò applicatio judicem ſubdelegatum ſive inferiorem reqvirit. Qvod patet exemplô legum Juſtiniani, & conſtitutionum Saxonicarum Electoris Auguſti &c. ubi nec Imperator, nec Elector ipſe loqvitur, ſed judex inferior, ſententiam ſummi judicis ſcriptam repetit & applicat.

V. Manet itaqve *Judex ſummus, abſolutus & authenticus*, ſolus DEUS vel Spiritus Sanctus in Scripturis loqvens, & per eas judicans, ac *definitivè* pronuncians de controverſiis.

VI. *Judex* autem *inferior*, ſive delegatus & diſcretivus, qvi ad regulam ſive ſententiam ſupremi judicis adſtrictus, eſt vel perſona *publica*, [in Eccleſiaſtico officio conſtituta] vel *privata*, ſive qvodlibet Eccleſiæ membrum.

VII. *Scriptum* verò manet ſimul *vox* Supremi judicis, & *norma* judicis inferioris.

VIII. *Judicat* autem *Scriptum Sacrũ ὀργανικῶς*, idq; judicium ex-

ſum definitivè, qvatenus eſt vox ſententiam DEI ...
nem [qvemadmodum Lex ſcripta eſt vox Princip...
Joh. 12. & concludit Gal. 3.] non directivè & nor...
dex inferior ad hanc normam adſtrictus eſt, ſecund...
...s divinis judicare tenetur Gal. 6. Eſ. 8, 20. & à qv...
...eqve ad ſiniſtram deflectere licet. Deut. 12.

X. Judicium hoc Scripturæ manet infallibile [qvia Ve...
...ohan. 17.] ſive unicus, ſive plures: ſive doctiores, ſi...
...tegra Eccleſia particularis, aut etiam Concilium ex V...
hanc Veritatem repetat. vid. Theol. Poſit. Artic. 5.

X. Ex qvibus omnibus facilè patet, qvomodo, & qvate...
...o Scripturæ S. & deciſio controverſiarum ſit infallibilis ...
perſonam judicis inferioris, ſed ob illius normam, ſimulq...
...i judicis infallibilem, ritè applicatam. Confer præfat. I orr...
...ibt allein die heilige Schrifft der einige Richter/ Regel und...
...a/nach welcher/ als dem einigen Probierſtein/ ſollen und müſ...
...en erkant und geurtheilet werden/ ob ſie gut oder böſe/ recht o...
ſeyn.

§. 6. Eodem modo, *quando de fidei fundamento* dicendum ...
1. Cor. 3, 11. [Fundamentum aliud nemo poteſt ponere, præter hoc, q...
poſitum eſt, qvod eſt JEſus Chriſtus.] nemo rectius arduum hoc n...
...m enarrabit, qvàm is, qvi cum genuina vocis ſignificatione rem ip...
conjungit, & hanc ex illa dextre explicat, dum principia *Architecton*...
[de qvibus infra lib. 3. agit Repertorium Architectonicam NB. ipra ſi...
ponit, & dextrè applicat.

Nam I. *de fundamento* notandum eſt

I. Qvod *fundamentum à fundo*, ſive imâ cujusq; rei parte dictum ...
generaliter ſit illud, qvod in qvalibet re eſt primum, & ratio, propter ...
qvam res eſſe poſſit. Sic fundamentum domus vel ædificium eſt primum, ...
& cui univerſa ſtructura innititur, Matth. 7. & c. 16.

II. Qvod fundamentum ſit *terminus reſpectivus* ad alia, qvibus
ſubſtat.

III. Qvòd *fundamentum* fidei ſit illud, qvod in fidei ſtructura
primum eſt, & à qvo fides oritur, & cui fides innititur.

IV. Qvòd fundamentum fidei ſit *ex diſtinctis* à Deo per Scriptu-
ram

ſtam revelatis dogmatibus, & fidei articulis conflatum, ita, ut complectatur univerſalem doctrinam, ad ſalutē creditu neceſſariam, NB. Theol. Poſit. & Manuale Art. 3.

V. *Qvòd lapis angularis ſit Chriſtus*, cui doctrina de Chriſto, qvæ dicitur fundamentum Prophetorum & Apoſtolorum, ſuperſtructa eſt, Epheſ. 2, 20.

VI. *Qvòd Chriſtus ſit fundamentum imum*, & lapis angularis, ex parte rei; doctrina autem de Chriſto ex parte noſtræ cognitionis. Unde,

1. *Doctrina de Chriſto habet ſe, ut fundamentum proximum*, &, ut ratio cognoſcendi Chriſtum, qvâ creditâ fides tendit ad ipſum Chriſtum. Hæc enim eſt vita æterna, ut cognoſcant Deum, & Chriſtum à Deo miſſum Joh. 17. & c. 3. 1. Joh. 5.

2. *Fundamentum dogmaticum* nullum aliud eſſe poteſt, niſi revelata Veritas infallibilis, Chriſto ſuperſtructa, qvô poſitô ponuntur, & qvô ſublatô corruunt omnes ſalutis cauſæ. Hæc enim eſt illa Petra, Chriſtus Filius Dei vivi Matth. 16. Cujus agnitio & Confeſſio Petrum ſalvat, & omnes credentes Joh. 3.

3. *Fides enim fertur ita in doctrinam de Chriſto*, ut per doctrinam creditam tendat in ipſum Chriſtum NB. Johan. 20. ſive per doctrinam de Chriſto indicatum, cui apprehenſo, velut *imo lapidi angulari innititur firmiſſimè*. Unde & fatetur ipſe Wendelinus, qvod *objectum fidei formale*, & ratio, ſub qva fides, ſit veritas divina verbo Dei revelata.

4. *Notitia fidei* ordinariè in nobis gignitur per Verbum ſcriptum, lectum & auditum.

5. Qvicqvid proinde patefactum *univerſaliter*, illud, tanqvam univerſale, fide divina credere tenentur ſinguli. Qvicqvid verò patefactum *particulariter*, ita ut non ſpectet ad omnes & ſingulos, ſed ut ſub ſignis univerſalibus lateat horrenda excluſio maximæ partis generis humani, illud tanqvam univerſale fide divinâ credere non poſſunt ſinguli aut ejusmodi *fundamento particulari* fidē ſuam ſuperſtruere, qvæ omnes tentationes feliciter ſuperare debet & poteſt.

6. Qvamobrem, qvicunqve 1. ex promiſſionibus ſalutis univerſalibus facit promiſſiones reſtrictas ad pauciſſimos. 2. ex Salvatore Catholico particularem facit. 3. ex mediis univerſalibus, Verbo & Sacra-

 mentis,

mentis
mento
mento
& ince
I
reprob
imò fi
ctand
libri
cap.
porc
qva
Fals
præf
Jor

Particularia & pauculimus ſolendæ [illegible]
dei univerſalis certiſſimo [illegible]
[illegible]um.
. *De hujus fundamenti everſione* [illegible] eſt, q[illegible]
[illegible] *ſenus decretum ſimpliciter evertat* [illegible]
[illegible]em, ſpem atqve ſolatium ſolidum ex Verbo & Sacr[illegible]
[illegible]m. Conter ſupraadductam Arminii confeſſionem in c[illegible]
[illegible]cundi NB.
Nam I. *De abſoluto Decreto* ipſe Calvinus loqvitur in li[illegible]
3. §. 7. *Decretum qvidem horribile*, fateor, inficiari tam[illegible]
[illegible]at, qvin præſciverit Deus, qvem exitum eſſet habiturus ho[illegible]
[illegible]ipſum conderet, & *ideo præſciverit, qvia decreto ſuo ſic o*[illegible]
[illegible], qvia præſcientia nullam infert rebus neceſſitatem, ut ce[illegible]
[illegible]*entia* rerum poſſibilium, qvæ tamen nunqvam fiunt. 1. Sa[illegible]
c. 3. v. 4. 10. vide Theol. Polit. art. 10. Tit. 15.
II. Ejusmodi verò decretum ex Rom. c. 9. fruſtra fabricar[illegible]
mo[illegible]ratum eſt. Conſ. de tentatione Abrahami ſupra lib. 2. E[illegible]
eti[illegible]m contra expreſſa Scripturæ oracula, Ezech. 18. 1. Johan. 2. F[illegible]
Matth. 11. enata eſt horrenda *Mareſii* aſſertio, qvi in Syſtemate The[illegible]
p. 237. ait: *Non omnium univerſim hominum* Chriſtus eſt mediator, [illegible]
Dei mittentis conſilio ipſiusqve *Chriſti directâ intentione ſolorum*[illegible]
[illegible]ctorum. Qvæ theſis Paulo directè oppoſita eſt, cui tam latè patet *reſ*[illegible]
[illegible]tio & gratia, qvam latè patet miſeria univerſalis, Rom. 5, 18. imò ſup[illegible]
abundat gratia v. 17. vide Theol. Polit. artic. 38. & 39.
III. Hoc enim decretum *ex affirmativis negativas facit*, teſte We[illegible]
delino, qvi in Theol. Chriſt. edit. Hanoviæ A. 1634. lib. 1, c. 19. §. Ref[illegible]
Propoſitio, ait: *Promiſſio ſalutis facta reprobis eſt negatio ſalutis*. Sed qv[illegible]
jure homunculus promiſſiones Regis Regum affirmativas in negativa[illegible]
convertit? Qvisnam ex auditoribus convertendis ante converſionem
novit, ſe eſſe electum, ut certus eſſe poſſit, Præconi Evangelico fidem ha-
bendam, vel denegandam eſſe? Num falſa eſt vox Salvatoris? qvi ad
incredulos Joh. 5, 38. dicit: Vos non creditis, nec vultis venire ad me,
ut vitam habeatis, v. 40. & volui vos congregare, ſed noluiſtis, Matt. 23.
IV. *Hoc ipſum etiam Decretum ex negativis affirmativas facit*, teſte
Wendelino: Qvando enim impulſu Spiritûs Sancti ſcribit Petrus 2. E-
piſt.

piſt. c. 3, 9. Dominus non vult ullos perire, ſed omnes ad pœnitentiam converti (NB. Major eſt vis negationis affirmativæ, qvam nudæ affirmationis. Hæc enim omnia ſummatim colligit; Illa verò etiam univerſaliter collecta diſtribuit. Ideoqve nemo eorum, qvi perit, volente Deo perit. Non enim vult mortem peccatoris, Ezech. 18. Ergò neqvaqvam volente & ordinante Deo perit peccator. Non enim perit, niſi qvi credere debebat & tamen non credit Joh. 3. Chriſtum ſibi datum eſſe, qvi ideò dicit: Volui, ſed noluiſtis, Matth. 23. qvia etiam nolentes congregare voluit. Nihilominus tamen *reclamat Wendelinus* huic dicto lib. 1. c. 17. §. 7. ſcribens: *Plurimi nunqvam agunt pœnitentiam, qvi non tenentur credere*, ſe per Chriſtum redemtos. Non obſtante Paulo, qvi expreſſè dicit Actor. 17, 30. Deus nunc annunciat hominibus, *ut omnes ubiq; reſipiſcant: ut qvilibet Deo reconcilietur*, ideò, qvia Deus in Chriſto mundum ſibi reconciliavit, 2. Cor. 5, 16. non verò pauciſſimos ſolùm, ſed omnes errantes, Eſ. 53. qvia eſt propitiatio pro peccatis totius mundi 1. Joh. 2.

V. *Ex qvibus facilè patet, annon longè tutior ſit via tendendi ad ſummum tribunal judicis ſeveriſſimi*, ſi tentatus, vel agonizans retineat hoc fundamentum revelatæ Veritatis Catholicum: Vivo ego, nolo mortem peccatoris, Ezech. 18. Hic eſt Filius meus dilectus, hunc audite, Matth. 17. qvi dicit: Venite ad me omnes, Matth. 11. Confide, fili, remiſſa ſunt tibi peccata tua, Matth. 9. Qvi crediderit & baptizatus fuerit, ſalvus erit, Marc. 16. Qvi non crediderit, damnabitur, qvia non credidit, Joh. 3. *Qvàm, ſi audiat illos, qvi hanc Veritatem evertentes* dicunt: Volo mortem peccatoris abſolutè reprobati. Non audite Filium, ſed arcanum abſolutum decretum. Non venite ad Chriſtum, qvi nihil ad vos. Exhorreſce, qvia abſolutio à peccatis vana eſt reprobo. Tu non teneris credere, ſi reprobus es. Neq; Baptiſmus neq; cœna tibi prodeſt, qvia reprobus es.

VI. *Qvæcunq; enim ad negotium ſalutis facientia omnibus citra revelationem ignota ſunt, illa pleniſſimam omninò fidem facere poſſunt illi, qvi credit Deo affirmanti, juranti, Filium offerenti, Spiritui S. teſtificanti*, & qvidem multò magis, qvam ſi credat negativis divinam Veritatem evertentibus, qvas nunqvam ſcriptas legit, ſed ex confictio rationis decreto ortas eſſe novit.

TITU-

TITULUS XII.
De Textu Apocalyptico.

§. 1.

MOnita de Textu Apocalyptico ſuprà habentur libro 2.

§. 2. *Exemplum* accuratè explicati Textûs Apocalypti
fert Gerhardus in Diſp. Acedemicis part. 2. pag. 689. de Chilia
cap. 20. Apoc. Cum qvibus conferri poſſunt, qvæ hac de re dic
in libello, cui Tit. Türckenfall; part. 1. & 2 & qvæ habet *Johannes Pri*
in oper. Theol. Lect. 13. p. 177.

§. 3. Qvia verò non pauci hodiè tentantur ſomniô Chili
ſubtiliſſimò, ideò notandum eſt

I. *Qvòd felicitas temporalis Eccleſiæ N. T. paulò ante mundi*
expectanda repugnet univerſæ analogiæ fidei. Confer Matth. c. 24
& Daniel. c. 12. nec non Lucæ cap. 21. v. 25. 26. & 28. ubi ſummæ
tati extremorum temporum opponitur non aliqva temporalis re
tio & tranqvillitas, ſed plenaria liberatio per adventum Chriſt
mum, ab omni malo. Qvod itidem Paulus repetit 2. Tim. 3, 1. ubi
ἐν ἐσχάταις ἡμέραις ἐνστήσονται καιροὶ χαλεποὶ, greuliche Zeiten. D
bus Maſſuale agit p. 1805.

II. *Qvòd Johannes* h. l. nihil dicat de craſſo & mundano ga
ſed de refectione cœleſti.

III. Qvòd *refectio* illa dudum evenerit,

Qvia 1. *& Satanæ ligatio, & regnum Martyrum in u*
demqve millenario concurrunt. At illa dudum peracta; Ergò
regnum neqvaqvam futurum, ſed ſimul cum illâ ligatione in
gum eſt.

2. *Solutionem Satanæ docuit experientia.* Ergò & regnum M
rum ſuum habuit initium.

3. *Martyrum* refectio inchoata eſt; cùm ligaretur Satanas, ut
ex eorum triumpho & cantico c. 15. c. 19. at dudum ligatus eſt Sat
Ergò & dudum regnârunt Sancti.

4. *Non viventibus* nondum demortuis, ſed trucidatorum a

hoc regnum aſſignatur, qvod iis denegatur, qvibus non contigit reſurrectio prima. vid. D. Hoë com. h.l. NB.

5. *Infinita* Chiliaſmum non modò craſſum, verùm etiam ſubtiliorem abſurda premunt.

6. *Ipſa experientia* vanam expectationem fuiſſe oſtendit.

7. *Alſtedii* rationes evertit Prideaux l. d. p. 187.

Taceo originem hujus ſomnii hæreticam, & impletionem hujus vaticinii tempore Conſtantini M. conſpicuam, atqve alia, qvæ fuſiſſimè expoſuit B. Gerhardus l.d. & D. Hoë in commentario, nec non Dn. D. Calovius in annotationibus ad c. 20. Apoc. NB.

Caput III.

Aphoriſmus Evangelicus,

cum apparatu Exegetico.

Demonſtratio Evangelica realis

ex Johannis cap. I, 29.

Ecce Agnus DEI, qvi tollit peccata mundi.

C*Hriſtus patiens*, qvi patiendo ſatisfecit, eſt Agnus DEI, tollens peccata mundi. Qvæcunqve peccata ſunt peccata mundi, illa ſunt hæc ipſa peccata, qvæ tollit Agnus DEI unicus. Sed omnia peccata, & omne peccatum, & qvicqvid eſt & vocatur peccatum, pertinet ad peccata mundi.

Ergò omnia peccata tollit Agnus DEI unicus. Imò & *tua peccata* ſunt peccata mundi. Ergò & tua peccata tollit. Nam qvicunq; totius mundi peccata tollit, ille etiam omnium & ſingulorum totius Univerſi incolarum peccata tollit. Sed Agnus DEI hoc præſtat. Ergò, &c. Tu verò es mundi incola. Tua peccata ſunt pars peccatorum mundi, &c. Ergò &c.

Sectio I. Logica.

Hôc locô notanda eſt 1. *Enuncians perſona*, Johannes Baptiſta Chriſtum monſtrans, qvi, alterô die poſt editam confeſſionem de Meſſia, conſpecto JESU adveniente dixit: Ecce Agnus &c.

2. *Enunciatio ipſa demonſtrativa ſ. δεικτικὴ*, ubi præmittitur a
ionis nota Ecce, qvæ 1. *Subjectum*, qvod eſt Jeſus Θεάνθρωπος
anni viſus, & omnibus conſpicuus, accuratè determinat, qva
eret: Ecce, hic ipſe J E S U S, qvem omnes mecum videtis
Agnus.

3. *Prædicatum*, qvod deſcribit hunc Jeſum, qvòd ſit *Agnus*
ſingularis, videlicet 1. ille Agnus κατ᾽ ἐξοχήν. 2. Ille agnus
phoricus olim promiſſus, Eſa. 53. 3. Agnus Homo, ſed à DEO m
4. Agnus Dei ipſe DEUS. 5. Agnus tollens & portans onus. 6. A
tollens peccatum. 7. Agnus tollens peccatum mundi. Adeoqve
tualiter includitur huic demonſtrativæ Enunciationi hæc æqvipo
Categorica: *JESUS Chriſtus, Θεάνθρωπος, promiſſus Meſſias, eſt*
ab ipſo DEO miſſus Antitypicus, omnium ſacrificiorum Leviticorum co
mentum, & propitiatio tollens peccatum mundi, & qvidem non tant
actu credentium, ſed & totius mundi, 1. Joh. 2.

Et hæc ſunt illa prædicata, qvæ h. l. de Meſſia enunciat Joha
Conf. 1. Joh. 1. *Sangvis JESU Chriſti Filii DEI emundat nos ab omni p*
to. Habemus ergo, qvod Eſaias prædixit c. 53. Vere languores no
ipſe tulit. Sicut Agnus mactandus &c. Et poſuit in eo Dominu
qvitatem omnium noſtrûm.

Sectio II. Rhetorica.

§. 1. Siracides cap. 2, 11. Scripturam Sacram conſtituit
rum, in qvo varia exempla conſpiciuntur memoratu digniſſima,
qvæ eminet exemplum ſine exemplo, videlicet *Jeſus patiens*, qve
hannes h. l. univerſo orbi ſpectandum ſiſtit, & ad ſpectandum o
& ſingulos invitat, clamans: Ecce Agnus DEI, &c. qvi & ipſe cla
Venite ad me omnes, Matth. XI. *Agnus ſcil. ſingulariſſimus, ſolus*
io Dei opponendus, Eſa. 63. *Agnus diviniſſimus*, non ſolùm ratione
næ ordinationis & donationis, Johann. 3. ſed etiam ratione
næ perſonalitatis, Rom. 9. & communicatæ carni Majeſtatis, Lu
Matth. 16. *Agnus benigniſſimus*, aliena in ſe recipiens peccata, 2. C
ſolvens aliena debita, Pſal. 69. *Agnus patientiſſimus*, ad mortem u
obediens, Phil. 2. Eſa. 53. *Agnus invictiſſimus*, in morte vincens, &
tollens. *Agnus beatiſſimus*, poſt mortem triumphans, uni
m

mundo gratiam acqvirens, in verbo offerens, credentibus applicans, iisdemqve æternam ſalutem conferens.

§. 2. *Qvod Baſilius Magnus de Pſalterio* dixit, eſſe ſcilicet illud univerſæ Theologiæ compendium, & communem *Medicam animarum officinam*, idem de præſenti dicto affirmare poſſumus, ubi CHRISTUS patiens, & patiendo tollens peccata mundi, nobis ſiſtitur tanqvam *Pharmacum* 1. diviniſſimum, 2. ſaluberrimum ſeu alexipharmacum tollens peccata, 3. univerſaliſſimum, tollens peccata totius mundi.

§. 3. *Clavem hic habemus totius paſſionis* Dominicæ myſteria nobis reſerantem. Intromittit enim nos Johannes 1. *in hortum*, & oſtendit agnum DEI propter peccata mundi ſangvinem ſudantem. 2. *in prætorium*, & monſtrat Agnum DEI propter peccata mundi flagellationem & coronationem ſuſtinentem. 3. *in Golgatha*, & monſtrat Agnum DEI peccata mundi in cruce expiantem. Hæc enim Hiſtoria totius paſſionis eſt Aphoriſmi præſentis qvaſi commentarius. vid. Theol. Poſitiv. art. 60. & seqq.

§. 4. Eôdem modô ex hoc dicto *puteum ſpirituale*, ubi Agnus conſpicitur, conſiderari poteſt, repletum floribus ſvaviſſimis contra tentationes diabolicas, imò contra mundum, peccatum, mortem, diabolum & infernum. NB. vid. Evangeliſcher Glaubens-Sieg.

§. 5. *Armamentarium* contra errores innumeros hôc locô habemus, qvod oſtendit ſeq. Sectio 4. Polemica.

§. 6. *Cathedra* DEI docentis h. l. conſpicitur, uti patet ex ſeq. Sect. 5.

§. 7. *Schola pœnitentiæ* h. l. oſtenditur egregia, ut 1. peccata agnoſcas, 2. in Chriſtum credas, 3. mundum relinqvas, & cum Chriſto vivas.

§. 8. *Schola patientiæ*, (ubi diſcipulis ὑπογραμμὸν proponit Salvator, ut diſcant a Magiſtro patientiam; vid. 1. Petr. 2, 4.) itidem hôc locô patet omnibus ac ſingulis.

§. 9. *Paradiſus* h. l. conſpicitur, in cujus medio *Arbor vitæ Chriſtus*, ex cujus ſanctiſſimo corpore *qvatuor flumina* beatiſſimi cruoris reperiuntur, in qvibus habentur 1. *aurum* doctrinæ & informationis.

2. *Argentum* conſtantiſſimæ dilectionis. 3. *Margaruæ* efficaciſſimæ conſolationis. 4. *Gemmæ* penetrantiſſimæ adhortationis juxta typum Gen, 2. Confer de Paradiſo Manuale p. 500.

§. 10. *Speculum paſſionale* h.l. habemus, in qvo ſimul iram & gratiam conſpicimus. Agnus innocentiſſimus ob aliena peccata occiditur, ut ovicula errans cum gaudio reducatur, Lucæ 15.

§. 11. *Anatomia* tum Salvatoris patientis, tùm animæ noſtræ ægrotantis hic patet, ubi omnium & ſingulorum morborum ex ſingulis agni DEI patientis partibus & membris h. l. indicatur remedium. vid. Exod. 15. de Medico NB.

§. 12. Atqve hæc Meletemata conferri poſſunt cum *Panſophia* paſſionali, qvam exhibet Manuale Theol. Art. 60. p. 953. vid. infrà Sect. 7.

Sectio III. Grammatica.

§. 1. *Prima vox* h. l. eſt ἰδε, *Ecce*, Siehe/ qvæ eſt nota 1. *attentionis* & admirationis, Eſa. 7. v. 14. 2. *Certitudinis*, Matth. 28, 7. 3. *Præſentis exhibitionis*, ecce venio, Pſal. 40, 8. Hôc locô inprimis obtinet vim demonſtrandi & excitandi, uti Cyrillus monet. Confer obſervationem Heinrici Stephani in Theſauro Latin. Lingvæ, ubi ait, qvòd vox *ecce* repentinum aliqvid inſperatumq; notet. Item, qvòd ſit apta his, qvæ nova & improviſa animo accidunt, ex obſervatione Donati in Terentium. Accipitur autem tàm de *Chriſti matre*, Eſa. 7, 14. Ecce Virgo pariet, & Luc. 1, 31. 36. qvam *de Chriſto ipſo Rege*, Matth. 21, 5. Johan. 19, 5. Sic Pilatus ait, Ecce, Rex veſter. Ut & de Sacerdote Chriſto Unico, tàm adhuc futuro, Pſal. 40, 9. Hebr. 10, 7. qvam præſente h. l. Sic & alibi adhibetur 1. de Salvatoris *conceptione*, tùm in prædictione prophetica, Eſa. 7, 14. tùm in annunciatione Angelica, Luc. 1, 31. tùm in ipſa conſummatione v. 38.

2. *De Nativitate Chriſti*, Luc. 2, 10.

3. *De Paſſione* Salvatoris, Joh. 19, 5. Hæc enim omnia ſunt mira, magna, nova & rara.

Hôc verò locô indicat Chriſtum præſentem, qvem Johannes qvaſi digitò erectò monſtrat, qvod Nonnus & Flacius in Comment. hujus loci annotat. Conf. Sim. de Muis in Pſal. 7, 15. ubi ait: הִנֵּה *ecce*, inter-

Digitized by Google

terdum rem demonſtrat, ac veluti oculis ſubjicit, qvippe qvæ nota eſſet omnibus. Sic Germani: ſe ſehet doch! ſe ſiehe doch! das iſt der Mann/ ꝛc.

§. 2. *Altera vox* eſt ὁ ἀμνὸς, *Agnus*, ubi notanda eſt I. *Appellatio*, & qvidem Metaphorica. Nam ἀμνὸς reſpicit imbecillitatem, qvia non eſt permanens *μένος*, & mitis, in cujus corde non manet ira, *μένος*.

II. *Appellationis* ratio (1.) *ad differentiam*, qvia hic Agnus à reliqvis omnibus ſeparatus eſt, maximè verò ab omnibus agnis V. T. Typicis. (2.) *propter excellentiam*. Dicitur enim Chriſtus Agnus Dei 1. *originaliter*, propter 1. præordinationem, 2. promiſſionem, 3. adumbrationem, 4. miſſionem & exhibitionem.

2. *Materialiter*, propter qvalitatem & dignitatem.

3. *Formaliter*, propter oblationem & expiationem.

4. *Finaliter*, ratione fructûs, uti patebit ex ſeqventibus.

III. *Appellationis applicatio* datur

1. *Abſolutè*, propter convenientiam, innocentiam, Dan. 9, 24. Eſa. 53, 9. (cujus teſtes ſunt Angeli, Homines boni, mali, milites, &c. Cœlum, terra, ſaxa &c. uti ex universâ Paſſionis Hiſtoria patet.) & Patientiam exemplarem in ara 1. terreâ, 2. lapideâ, 3. ligneâ conſpicuam.

2. *Relatè*, ratione prædictionum & Typorum. Ex qvibus facilè patet, qvòd hoc vocabulum *Agnus* etiam alibi uſurpatum accipiatur tùm *propriè*, Actor. 8, 32. tùm *Metaphoricè* non ſolùm de Chriſti *membris*, Joh. 21, 15. ubi in Græco eſt vocabulum ἀρνίον, verùm etiam de ipſo capite, Chriſto, uti h. l. [Confer Eſa. 53, 7. [illegible]] *ubi additur articulus emphaticus*, intuitu dignitatis & relationis ad prædictiones Propheticas, Eſa. 53. ex obſervatione Chryſoſtomi, Theophylacti, Eraſmi, Flacii & Bezæ, qvi rectè vertit, *agnus ille*, qvaſi diceret Johannes: Ecce, hic ipſe Jeſus eſt Agnus ille nobiliſſimus dudum prædictus, dudum expectatus. Hic eſt ille ἐρχόμενος, olim futurus & *venturus*; jam verò veniens & præſens Meſſias. Qvamobrem deinceps nullus alius erit expectandus, Matth. XI.

Qvæ omninò luculenta eſt *demonſtratio Evangelica*, juxta prædictionem Zachariæ, Lucæ 1, 76. Porrò ſicut in genere dicitur agnus ob

ἁγν☉, qvod notat *caſtum*, eò qvòd ſit hoſtia pura, & immolationi a
juxta *Feſtum*: ita Salvatori noſtro competit hic titulus I. *reſpectu n*
ni, eſt enim purus, ſimplex & innocens, Hebr. 7, 26. qvem u
rum Paſtorem agnoſcunt oves, Johann. 10, 5. & 14. (uti
agnum nonnulli ab agnoſcendo matrem, & Paſtorem, deduc
ſolent.).

II. *Reſpectu rei ipſius.* Nam Agnus dicitur Chriſtus 1. *Ob ſ*
gationem victimis uſitatam. Confer Hebr. 2, 16. c. 7, 26. 2. *Propte*
ſatisfactionem, Levit. 14, 10. Conf. 2. Cor. 5, 21. 3. *Ob reſpertinam mact*
onem, vid. Exod. 12, 6. Conf. Gal. 4, 4. 4. *Ob proprietatem* agni,
eſt puritas, innocentia, patientia. Conf. Eſa. 53, 9. 5. *Ob refectio*
qvia Chriſtus paſcit nos, Joh. 6, 55. 6. *Ob veſtitus communicatione*
Conf. Prov. c. 27, 26. Tandem hic ipſe Agnus incomparabilis dic
Agnus DEI 1. *Reſpectu divinæ praeordinationis*, Rom. 1, 4. 2. *Ration*
vinæ promiſſionum, Gen. 3, 15. 3. *Ratione divinæ miſſionis* & donatio
Joh. 3, 16. Gal. 4, 4. Qvæ omnia & ſingula ſatis oſtendunt, qvis,
lis & qvantus ſit hic Agnus DEI à Johanne Baptiſta demonſtratus
qvanti facienda ſit evidentiſſima hæc *demonſtratio* Evangelica.
verò de vocabulo DEI ſive Θεȣ͂, ejusq; tum eſſentiali, tum perſo
acceptione hoc loco occurrere poſſunt dubia, illa plenius expl
ſunt in Theologia Poſitiva & Manuali Theologico Articulo 9. & 14
etiam de Chriſti divinitate actum eſt. Confer ſeq. Sectionem 4
lemicam.

§. 3. Seqvens verbum ὁ αἴρων, de qvo vid. Comm. in Fe
Conc. NB. p. 1373. rectius intelligitur, ſi attendatur illius 1. Signific
2. Applicatio. I. *Significatio* reſpicit 1. *terminum à quo*. Sic nota
loco in locum transferre, qvemadmodum de arcâ accipitur. 1. Sam.
2. *terminum per quem* aliqvid portatur, vel arca, per Eccleſiaſticam
onam 2. Chron. 2, 18. vel onus Mechanicum, vel arma, & inſtrum
um aut tegumentum polemicum, per militem 1. Sam. 17, 7. 3. *te*
num ad quem. Sic notat rem ablatam in alium locum projicere, 2. E
25. II. *Applicatio* ad peccata, reſpectu redemtionis, juſtificationis,
ificationis &c. patebit ex ſeqventibus. *Significat* E. αἴρειν *ad fe*
elevare & ſuſcipere: Item in alium transferre. Hoc loco ſig
tollere & portare, qvod ex Ariſtophane & Sophocle oſtendit
g

gelius in notis ad hunc locum, & locus parallelus Col. 2, 14. nec non ſimilis locutio, qvantum ad rem ipſam attinet, 1. Petr. 2, v. 24. ubi vocabulum *ἀναφέρομαι* innuit, Chriſtum onus peccatorum noſtrorum *aſcendere feciſſe* cum corpore ſuo ad crucem, uti Textus Syriacus haud obſcurè innuit. Confer Hebraicum סבל & נשא Eſa. 53. Chriſtus enim portat peccatum 1. onus illud à nobis *auferendo*, qvoad culpam & pœnam. 2. in ſe *recipiendo*. Conf. 2. Cor. 5, 21. 3. *ſatisfaciendo*. 4. *liberando* nos à peccato, qvod fit 1. non *imputando*, in juſtificatione. 2. *dominium auferendo* in renovatione. 3. *radicem tollendo* in cinefactione. 4. *abolendo* in glorificatione. Non autem ſine cauſa loqvitur Baptiſta *in præſenti αἴρων*, ſed ſimul indicat *actum continuum indubitatum & perpetuum*, Cyrillo & Chryſoſtomo monente (v. g. qvemadmodum dico: Aurum confortat: Helleborus purgat, i. e. hæc eſt ejus natura & perpetua vis) ſic ergò Chriſtus eſt Agnus Dei tollens peccatum omne omnium hominum & omnium temporum, ſive reſpicias peccatum *præteritum*, Apoc. 13, 8. Act. 15, 11. ſive *præſens*, Hebr. 13, 8. ſive *futurum*, Hebr. 9, 12. ſive originale, ſive actuale.

§. 4. *Ἁμαρτία* denotat peccatum, aberrationem à ſcopo חטא fehlen/ Judic. 20, 16. & *ἀνομίας* 1. Joh. 3, 4. ita ut malum culpæ ſimul reſpiciat malum pœnæ, vide Theol. Poſit. & Manuale Artic. 31. & 36. Hoc loco ſufficit obſervare, Baptiſtam non ſine cauſa adhibuiſſe *ſingularem numerum*, ſed ideò, ut includat *omne, qvicqvid rationem habet peccati, ſeu totam molem & reatum peccati*, qvam DEI ira, mors & univerſum peccati ſtipendium ſeqvitur, Rom. 6. *totius itaqve mundi peccatorum colluviem* innuit. Qvemadmodum & aliàs Ebræis uſitatum eſt, *numerô ſingulari totam alicujus rei naturam*, inſimulqve ingentem ejus notare copiam; Vid. Exod. 8, 24: Venit muſca, i. e. innumera muſcarum multitudo, & omne genus Muſcarum, v. 21. implens omnes domos Ægyptiorum & terram corrumpens, v. 24.

§. 5. *Κόσμος* & *Latinum Mundus* notat ordinem aptum continuum, item modum & ornamentum. In ſpecie Syſtema Cœli & Terræ, juxta Ariſtot. lib. 1. de mundo, ſive cœlum, & qvicqvid ejus ambitu continetur, juxta Plinium lib. 2. cap. 1. & 4. Aliqvando verò qvaſi communem urbem & civitatem hominum, uti loqvitur Cicero lib. 3. de Finibus, qvi addit: Unumqvemqve noſtrûm hujus mundi eſſe par-

partem. In Sacris ſæpiſſimè accipitur pro impiis mundi amator
ex obſervatione Auguſtini lib. 1. de Trin. cap. 8. nunqvam verò
ſolis electis.

Eſt enim mundus qvoddam qvaſi theatrum humanarum
rum, tùm malis, tùm bonis refertum, uti eleganter loqvitur A
Montanus, lib. de arcanis ſermonibus c. 16. videatur ſeqvens Sect
Polemica, & ſimul probè notetur diſtributio *κόσμου*, cui datus eſt
ſtus Agnus DEI ad ſalutem, in credentes & incredulos, Joh. 3,16.
nec non oppoſitio peccati eorum, qvi actu credunt, & peccatoru
ius mundi, 1. Johan. 2, 2. Videantur XII. Conſectaria ex h. l. d
cta in Oratoria Eccleſ. p. 279. NB.

Sectio IV. Polemica,

CLASSIS I. generalis.

Qvæſtio 1. *An hoc teſtimonium à Baptiſtâ enunciatum*, & à Jo-
hanne Evangeliſtâ nobis ſcriptione communica-
tum, *ſit infallibile & ſufficiens?*

Affirmatur ex fundamentis, qvæ ſuprà de Canonicâ Scriptu
autoritate, nec non de ſenſûs divini perfectione & infallibilitate a
cta ſunt. Qvibus inſuper, propter Judæos inprimis, addend
1. *Proſopographia* Baptiſtæ præcurſoris Chriſti, Luc. 1. & Joh. 1. 2.
nologia, qvæ evincit Meſſiam dudum eſſe exhibitum, ex Gen. 49.
2. Hag. 2. & Michæ 5. de qvibus fundamentis Manuale agit & T
Poſitiva art. 41. 3. *Harmonia* hujus teſtimonii cum univerſo Pro
tarum choro, inprimis verò cum c. 53. Eſaiæ, & cap. 9. Danielis. v
d. & Art. 54.

Qvæſtio 2. *An hoc teſtimonium Johannis ſit αὐτόπιστον; an verò
autoritatem demum accipiat ab Eccleſia?*

Uti prius affirmatur ex Canonicâ Scripturæ autoritate; eſt e
θεόπνευστος, 2. Tim. 3. *ita poſterius negatur* contra Bellarminum.
eſt, qvia Eccleſiæ teſtimonium ſolùm generat fidem humanam,
modum adminiculi & manuductionis ad Scripturæ cognitionem
Scriptura verò generat fidem divinam, per modum principii cogno
di infallibilis. Vid. Theol. Poſitiva, & Manuale Artic. 5. & 113.

Qv

Qværſtio 3. *An hoc teſtimonium ſit perſpicuum?*

Affirmatur, ex fundamentis generalibus, qvæ ſuprà de Scripturæ ſensûs perſpicuitate allata ſunt. Qvibus accedit hôc locô tàm ſubjecti, qvàm prædicati perſpicuitas, qvæ tanta eſt, ut neqve R. Pontificis, neqve Patrum interpretationem expectare cogamur.

Qvæſtio 4. *An hoc teſtimonium cum parallelis conjunctum, ſit norma controverſiarum de Chriſti ſatisfactione?*

Affirmatur, ex fundamentis, qvæ præced. cap. 2. de judice controverſiarum allata ſunt. Qvicunqve enim judex ſubdelegatus, ſive publicus, ſive privatus, juxta hanc normam pronunciat, ille certus eſt, qvòd verba Spiritûs Sancti repetendo ſit organum, per qvod ipſe Spiritus S. hanc controverſiam, juxta Canonem Verbi revelati decidit, & contradicentes damnat adverſarios. vid. Theol. Poſit. art. 5.

CLASSIS II. Specialis:

TITULUS I.
De particula Ecce.

Qvæſtio 1. *An, qvia particula, Ecce, varias admittit ſignificationes, propterea ſeqvatur, unius dicti varios eſſe ſenſus?*

Negatur, ex fundamentis, qvæ ſuprà adducta ſunt, pro ſensûs divini unitate. Qvibus accedit h. l. determinatio hujus vocis ad unam certam ſignificationem ex contextu, qvi evidenter docet, Johannem vidiſſe JEſum venientem, & de ipſo præſente locutum fuiſſe, certum individuum demonſtrando.

Qvæſtio 2. *An particula ECCE oſtendat, dari enunciationes exhibitivas ipſius rei præſentis?*

Affirmatur, qvia Johannes de Salvatore præſente dicit: Ecce Agnus, hic, qvem vides, eſt Agnus DEI. Sic exhibitivæ ſunt: Hoc eſt corpus meum, hic eſt ſangvis meus. Ubi neqvaqvam ſignum deſignato

 abſen-

bſente prædicatur, ſed ob unionem Sacramentalem ſimul illud, q
non videtur, verè exhibetur. vid. Chemnicium de Cœna, & Manu
Art.88. nec non Com. in Form. Conc. art. de Cœnâ.

Qvæſtio 3. *An, qvia Johannes Baptiſta ad viſum provocat*, & Johannes Evangeliſta dicit, ſe ſcribere, qvod viderat, 1. Joh. 1,1. rectè procedat concluſio: Corpus Chriſti in cœnâ non videtur. Ergo non adeſt?

Negatur, qvia teſte Auguſtinô, ſi vides, non eſt fides. Hæc e
ab Apoſtolo refertur ad ea, qvæ non videntur, Hebr. XI. Unde &
dentes, non videntes, beati ſunt Joh. 20.

Nec obſtat præceptum Salvatoris, Lucæ 24, 39. Videte ma
meas &c. Qvia ex ſenſibus convincere volebat diſcipulos hæſitan
verum, & non phantaſticum adeſſe corpus: Neqvaqvam verò
ſuum dijudicationem facit normam, juxta qvam veritas articulor
fidei neceſſariò dijudicanda ſit. Conf. *B. Welleri* Diſput. contra
ſonium p. 171.

TITULUS II.
De nomine Agnus.

Qvæſtio 1. *An certus eſſe poſſit Interpres, qvòd* vocabulum Agnus h. *non propriè de agno ſacrificiali, ſed neceſſariò metaphoricè intelligendum ſit de Chriſto?*

Affirmatur ex fundamentis præcedente libr. 2. allatis. Mon
enim hoc univerſa fidei analogia in 2. Symboli articulo repetita, q
nullum ſacrificium Leviticum, ſed ſolus Chriſtus ϑεάνθρωπος ſit
ter Redemtor, portans peccata mundi.

Accedit Harmonia ſvaviſſima, ſi attendamus ſcopum, contex
parallelïſmum. Nam 1. *ſcopus* Johannis Baptiſtæ erat teſtari
Chriſto unico Mediatore & Agno antitypico, uti patet ex v. 29. 30.
teſtificatus eſt. & v. 34: *Ego vidi, & teſtificatus ſum*, hunc eſſe
lium DEI. 2. *Contextus* idem evincit, qvia Johannes de hoc Ag
locutus eſt, cùm videret Jeſum ad ſe venientem, v. 29. Ergò JE
eſt ille Agnus, de qvo loqvitur, & qvidem non propriè, ſed Metap

ricè ſic dictus. 3. *Parallelismus* evidens eſt, tùm ex V. T. ubi Eſaïas c. 53. expreſsè loqvitur de Meſſiâ, qvem cum agno comparat, ob patientiam, innocentiam, &c. tùm ex N. T. ubi 1. Joh. 1. huic Agno aſſignatur portatio peccati cruenta, unde Sangvis Jeſu Chriſti, Filii Dei, emundat nos ab omni peccato.

Qvæſtio 2. *An bona ſit conſeqventia: Si in articulo fundamentali, omnibus ad ſalutem ſimpliciter neceſſario, Scriptura adhibet Metaphoram de agno, cur non etiam adhiberet Tropos in doctrina de Sacramentis?*

Negatur. Qvia locutio de Agno Metaphorico in myſterio ſatisfactionis (qvod ſine ulla Metaphora proponitur 1. Joh. 2. ubi de propitiatione Chriſti agitur,) non eſt nova, ſed in V. T. in omnibus agnis typicis fundata, & ab ipſo Spiritu Sancto *ſufficienter* explicata Eſa. 53. & Johannis c. 1. Tropus verò Sacramentalis, anteà inauditus, & in nullo alio loco fundamentali explicatus, in principali hujus articuli ſede omninò abſurdus eſt. Qvâ de re *Chemnitius* videri poteſt de Cœnâ, nec non Theologia Poſitiva & Manuale Artic. 88. Confer, qvæ ſuprà de retinendo literali ſenſu habentur, præcedente libro 2. & in Theolog. Polem. de Calviniſmo, ubi XII. cauſæ hujus perverſionis evertuntur, ſupra p. 1293.

Qvæſtio 3. *An Chriſtus ſit Agnus ſolùm propter innocentiam & patientiam, non verò ob ſatisfactionem?*

Negatur. Qvia finis appellationis ſecundarius neqvaqvam tollit primarium, qvi eſt portatio peccati, & hoc loco, & Eſa. 53. evidenter expreſſa. Contra Socinianos. vid. Theol. Poſit. artic. 55. NB.

Qvæſtio 4. *An Chriſtus, qvia Agnus eſt, non ſit DEUS?*

Negatur. Qvia diſtincta prædicata de eodem ſubjecto, diverſo reſpectu, verificari poſſunt. Agnus in paſſione erat, Leo in reſurrectione. Agnus tollens peccata mundi eſt Unigenitus Dei Filius, mundo datus, Joh. 3. DEUS benedictus in ſecula, Rom. 9. vid. Manuale & Theol. Poſit. Artic. 14. & Dorſchæi Diſput. ex h. l. §. 16. ſeq. de divinis operibus & nominibus.

Qvæſtio 5. *An Chriſtus dicatur Agnus tantùm ob humanam naturam ?*

Negatur omninò, ſi excluſivè intelligatur, qvia hic ipſe Ag
eſt Chriſtus Filius DEI viventis, Matth. 16. & Deus, qvi pro
ine acqviſivit Eccleſiam Actor. 20. qvi actus Mediatorius or
ſpuit Stancariſmum. Vid. Manuale Artic. 46. p. 709. contra
num.

Qvæſtio 6. *An Chriſtus dicatur Agnus, qvia eſt victima pro peccat præſcindendo à peccati imputatione ?*

Negatur. Ideò enim eſt victima pro peccato, qvia huic Agno
centiſſimo omnia peccata veriſſimè imputata ſunt & impoſita,
ad portationem meritoriam debiti alieni Pſal. 69. vid. Theol.P
t. 55. Qvapropter & dicitur factus eſſe peccatum, & peccator or
maximus, ut nos reddat juſtos, qvi ipſa juſtitia dicuntur ſive ju
coram DEO, 2. Cor. 5. vid. de hoc loco Manuale Art. 74. p.
contra Bellarminum.

Qvæſtio 7. *An Chriſtus ſit Agnus à DEO datus ex gratiâ indebitâ ?*

Affirmatur, contra Arminianos, qvia paternæ dilectioni aſſign
onatio Filii Unigeniti, Joh. 3. Qvis enim prior dedit illi, ut rec
? Rom. XI, 35. Confer B. Hülſemannum de gratiâ indebitâ.

Qvæſtio 8. *An Chriſtus futurus fuiſſet Agnus DEI, etiam non datò Adami peccato?*

Negatur, qvia rectè valentes non indigent Medico, infirmit
rante, Eſa. 53. Contra qvosdam Scholaſticos. vid. *Gerhardi* Exeg
de Chriſto.

Qvæſtio 9. *An, qvia Chriſtus eſt Agnus DEI à DEO deſtinatus, ide peccata Judæ, Judæorum & militum ad ipſum DEUM referenda ſint ?*

Negatur. Qvia aliud eſt miſſio Salvatoris ad patiendum, ut pe
ſſionem peccatores ſalvet; aliud verò malitia hoſtium, qvi Sat
pellente innocentem prodere, tradere, & crucifigere non dub
Aliud eſt *Concurſus divinus generalis* ad actiones humanas, q
cales; *aliud verò Concurſus ſpecialis* ad actiones malas, qvate

malæ ſunt. Directio actionis divinæ, dum malitia permittitur, reſpicit finis & eventûs *bonitatem*; non verò ipſam peccatorum & hoſtium *perverſitatem*. Vid. Theol. Poſit. & Manuale Artic. 61. & 26.

TITULUS III.
De nomine DEI.

Qvæſtio 1. *An Agnus DEI formaliter idem ſit, qvod Agnus DEUS?*

Negatur. Nihilominus tamen præſupponitur id, qvod aliunde patet, videlicet hunc Agnum DEI etiam eſſe ipſum DEUM. vid. præced. Tit. 2. qv. 4. & Theol. Poſit. art. 14.

Qvæſtio 2. *An Agnus DEI h. l. dicatur eſſentialiter, vel perſonaliter?*

Reſp. Utrumqve verum eſt, ſanô tamen ſenſu. Nam & DEUS, Pater, Filius, & Spiritus Sanctus, eſt Autor operis redemtionis, qvod terminativè tribuitur Filio: Et DEUS Pater eſt, qvi mundum dilexit, eiqve Filium Unigenitum dedit, Johann. 3. & Spiritus Sanctus eſt, qvi Meſſiam mittit Eſa. 61, 1. Qva de re vid. Manuale Artic. 41. Sed hoc loco, ubi Agnus DEI tanqvam diſtincta & viſibilis perſona incarnata, à Deo, qvi hunc Agnum mundo dedit, conſideratur, præciſè ſenſus perſonalis; conſeqventer verò eſſentialis attenditur. Qvia opera Trinitatis ad extra indiviſa ſunt, ſalvo tamen agendi ordine. vide Theol. Poſit. & Manuale p. 188. Art. 12.

Qvæſtio 3. *An Deus hunc Agnum dederit, cum intentione univerſali, ut ad omnes beneficia ejus pertingant?*

Affirmatur, contra Calvin. qvia ipſe DEUS Filium dedit mundo, non ſi credant, ſed ut credant homines & per Eum ſalventur: ad ſalutem enim, non verò ad judicium, miſſus eſt Salvator, Johann. 3. Confer de Supralapſariis & Sublapſariis, Manuale & Theolog. Poſitiv. Artic. 38. & 39.

TITULUS IV.
De verbo Tollere.

Qvæſtio 1. *An, qvia tollere etiam ſignificat in alium locum tra-ferre, 1. Sam. 4,3. peccata noſtra verè translata ſint in Chriſtum?*

Affirmatur: Scilicet per efficaciſſimam imputationem, 2. præfiguratam in V. T. ubi peccata totius populi Hirco imponeb Levit. 16,21. qva de re agit Theolog. Poſitiva, & Manuale Ar p. 1129. & inprimis Eſaias, qvi typum ad Antitypum evid applicat, & dicit cap. 53. Dominus poſuit in Eo peccata om noſtrûm.

Qvæſtio 2. *An Chriſtus peccata noſtra verè portaverit?*

Affirmatur tùm ex hoc loco, tùm ex parallelis, Eſa. 53. & 1. 24. ubi dicitur *ἀνήνεγκεν*, ſuſtulit noſtra peccata. Nam verbum ἀ-φω idem eſt, ac elevo, furſum tollo. Sic offeruntur victimæ He Jac. 2, 21. 2. Petr. 2, 5. ſic elevatur aliqva res vel perſona in mo Matth. 17, 1. Marc. 9, 2. & in cœlum, Luc. 24, 51. *Sic aſcendit in m Iſaacus*, Gen. 22, 2. Chriſti typus, de qvo ſup. lib. 2. Sic ipſe DEI factus eſt hoſtia, *omne peccati in ſe recipiens, & meritoriè p dum lignum crucis aſcendit, velut altare, & peccatum ſecum f* Confer Gerhard. Comm. h. l. Flacius adhibet ſimile de carnific reum ſuſpendendum in crucem elevat, qvem qvaſi in tergo geſ addit: qvod cruci affixus Salvator ſimul geſtaverit, & patibulo rit mundum, peccatum, adeoqve & noſtrum chirographum, lum, mortem & infernum. Vid. Evangeliſcher Glaubens-S paſſione.

Qvæſtio 3. *An Chriſtus peccata noſtra portando illa abjecerit*

Affirmatur. Ex hac enim portatione meritoria oritur noſtr ratio & peccatorum projectio, Eſa. 38, 17. in mare, Mich. 7, 19. ej profunditatem, ut tecta ſint & maneant per Chriſti juſtitiam in roſo DEI judicio, Pſ. 32, 1. vid. Theol. Poſit. & Manuale Art. 9

Qvæſtio 4. *An Chriſtus peccata noſtra portando illa à nob tollat?*

Affirmatur. Qvia Deus peccata noſtra poſuit ſuper hunc A Eſa. c. 53. Inde Nathan ad Davidem dicit 2. Sam. 12, 13. Transtul minus peccatum tuum, & pœnitentem ab hoc onere liberavit, P

Quæſtio 5. *An hæc portatio peccati ſit ſatisfactoria?*

Affirmatur contra Socinum. *Ratio* eſt, qvia hic Agnus DEI peccata portando, ſimul verè 1. ſatisfecit, 2. expiavit, 3. reconciliavit. *Satisfactio* reſpicit divinam juſtitiam; 2. *expiatio* meritoria reſpicit peccatum; 3. *reconciliatio* reſpicit juſtum judicem, ejusqve iram per peccata excitatam. Qvodipſum fuſiſſimè probat Dn. D. Calovius in Anti-Socin. nec non Dorſchæus Diſp. ex *h. l.* §. 25. ſeq. vid. Theol. Poſit. art. 55. & Manuale p. 837.

Hôc locô ſufficit vel unicum parallelum, Eſ. 53. attendere, & ex eodem notare ſeq. obſervationes:

I. *Qvicunqve injuſtam non fecit,* v. 9. *in cujus ore dolus non inventus; & tamen Jehova incurrere fecit in ipſum iniqvitates omnium noſtrûm* v. 6. *& ipſum, propter has iniqvitates noſtras, & propter has prævaricationes noſtras,* v. 6. in ipſum, tanqvam agnum ſacrificialem incurrentes v. 10. *vulneravit & attrivit* v. 5. 8. 10. ut nos juſtificaremur v. 11. & pacem haberemus v. 5. & his ipſis livoribus, attritionibus, atqve hâc morte v. 12. ſanaremur v. 5. ille omninò locô noſtri hæc omnia & ſingula paſſus eſt, & pro nobis patiendo ſatisfecit.

II. *Qvi nullum unqvam peccatum fecit, & tamen langvores noſtros* v. 4. *propter peccata noſtra in ipſum incurrentia tulit;* & dolores noſtros, propter peccata in ipſum incurrentia potavit, v. 6. bajulavit, verſ. 4. & tamen abſciſſus eſt de terra viventium, verſ. 8. propter prævaricationem noſtram, v. 8. & qvidem hôc fine, ut nos non abſcinderemur, ſed hâc morte ſanaremur, v. 5. ille locô noſtri hæc omnia paſſus eſt.

III. Qvicunqve mortuus eſt, 1. aliena peccata ſuper lignum portando, humeris ſuis ferendo, livore ſuô nos ſanando, maledictionem pro nobis ſubeundo, Galat. 3, 10. benedictionem nobis impetrando. 2. non tantùm ὑπὲρ ἡμῶν, ſed etiam ἀντὶ pro nobis, & vice noſtri, Matth. 20, 28. Joh. 10, 11. Rom. 5, 8. 2. Cor. 5, 14. 1. Petr. 2, 3. pro peccatis noſtris, 1. Petr. 3, 18.

Is omninò *paſſionem vicariam & meritoriam* pro alienis peccatis ſubiit, atqve ſatisfaciendo pro iiſdem DEO nos reconciliavit. vid. Theol. Poſit. art. 55.

Qvæ-

Qvæſtio 6. *An portatio peccati h. l. ſolùm intelligatur exemplaris, qva ad imitationem noſtram facta ſit?*

Negatur ex fundamentis qvæſtione 5. præcedente allegati
tra Socinianos, ne finis paſſionis Chriſti principalis ſatisfactori
ſecundario confundatur, qvi eſt imitatio, 1. Pet. 2, 21. 24.

Qvæſtio 7. *An hæc portatio ſoli Chriſto competat?*

Affirmatur. Qvia hic ſolus & unicus eſt Mediator, 1. Tim.
ſolus calcavit torcular, & Magiſter eſt ad ſalvandum, Eſa. 63, 3.
tra blasphemias Franciſcanorum. Vid. Mariale editum Arge
Anno 1493. per Martinum Simmium, fol. 13. ubi hæc habentur:
timum fuit Dominus cum Maria, & Ipſa cum Domino, in eod
bore, & in eodem opere redemtionis. Mater miſericordiæ
Patrem miſericordiarum, in opere noſtræ ſalutis. Qvid ergò eſ
Dominus dicit Eſa. 63: Torcular calcavi ſolus, & non eſt Vir m
Verum eſt, Domine, qvòd non fuit Vir tecum, ſed mulier una
eſt, qvæ omnia vulnera, qvæ tu ſuſcepiſti in corpore, ſuſcepit ir
Confer Hortulum animæ, Anno 1516. Lugduni editum, ubi fol. 8
tur oratio ad B. V. Mariam: Da mihi locum in gloria, ſerva a
&c. (Vide ex præcedentibus, de Pſalterio Mariæ) Et tamen ide
lus fol. 189. b. habet ſeqventia: Tu credis, Jeſum Chriſtum,
DEI, pro te mortuum eſſe, *& aliter non poſſe ſalvari, niſi per me*
paſſionis ejus? Age ergò, dum in te eſt anima tua, ei ſemper
& in hâc ſola ejus morte totam fiduciam tuam conſtitue &c.
cat: Mortem Domini noſtri JESU Chriſti objicio inter me,
merita mea &c. & additur: *Securus morietur, nec videbit mort*
æternum.

Qvæſtio 8. *An portatio peccati ita intelligenda ſit, ut Chri*
juſtitia noſtra juſtitia fiat?

Affirmatur. Bellarmino qvidem hæc aſſertio videtur eſſe
diſſima, unde ait lib. 2. juſtific. XI. Qvòd unus ſit juſtus, qvia a
juſtus, eſt omninò inauditum, & non tàm ſupra, qvàm contra
rationem. & c. 7: pugnat cum recta ratione. & ibid. §. 2: ſunt
delirantium in rebus Philoſophicis, qvæ ab ipſis Ethnicis lucu

expoſitæ ſunt. Verùm nobis longè certior eſt Pauli aſſertio, qvi expreſsè dicit, Chriſtum eſſe factum pro nobis peccatum, ut nos ſimus juſtitia, 2. Corinth. 5. Vide de hâc admirandâ permutatione, ut juſtus fiat non juſtus, & peccator juſtitia, in judicio DEI, Balduini comm. h. l. & Theolog. Poſit. & Manuale Art. 74. p. 1130.

Qvæſtio 9. *An peccati portatio ſit peccati eradicatio?*

Negatur. Qvia peccatum ita remittitur, non ut non ſit, ſed ut non imputetur, Pſ. 32. Conf. qverelas Apoſtoli juſtificati, Rom. 7. NB. Manuale Art. 33. p. 550. de veſtimentis juſtitiæ, Eſa. 61. & de veſtitu nuptiali, Matt. 22. Manuale Artic. 96. p. 1431.

Qvæſtio 10. *An Chriſtus ſolùm portaverit peccatum originale?*

Negatur. Qvia portavit omne peccatum, & qvicqvid peccati rationem habet, uti patet ex præcedente Sectione 3.

Qvæſtio 11. *An Chriſtus ita portaverit peccatum, ut & nobis reſtet ſatisfactio?*

Negatur contra Bellarminum, qvi lib. 4. de pœnit. c. 7. §. accedit. ſatisfactionem fingit ejusmodi, qvæ non ex rigore, ſed ex gratia talis eſt, & c. 1. §. 5. fatetur, non dari ſatisfactionem hominis perfectam. *Si enim ſatisfactio per Chriſtum facta eſt, quid reſtare poteſt facto, ut ſit ſatis?* Confer Bellarmini definitionem lib. 4. pœnit. c. 1. §. 1. Satisfactio eſt actio, qvâ is, qvi alterum læſit, tantum facit, qvantum ſatis eſt, ad injuriam compenſandam. Et contra *Michaëlem Benzium*, qvi exiſtimat, ſi omnia Chriſtus fecit & pro nobis ſatisfecit, etiam aſcenſionem ejus pro nobis factam, adeoqve Lutheranos è regno cœlorum excludendos eſſe. Verùm ideò, qvia pro nobis paſſus eſt Chriſtus Mediator, & qvia pro nobis aſcendit, ſcimus, nobis paratum eſſe locum, Johann. 14. ut ubi caput regnat, etiam membra vivant in gloria æterna, Johan. 17.

Qvæſtio 12. *An Chriſtus ita portaverit peccatum*, ut hæc portatio per novam è cœlo deportationem Miſſaticam qvotidiè renovanda ſit?

Negatur. Qvia qvod ſemel perfectè & ſufficienter factum eſt, illud nullâ iteratione indiget, teſte Apoſtolô Hebr. c. 7. & 9. vid. Manuale Art. 88. de Miſſa.

Tttttttt Qvæ-

Qvæſtio 2. *Anne à mundo indeterminatè poſito, rectè concludatur ad totum mundum?*

Affirmatur contra Polanum. Neqve hic eſt vitioſus proceſſus à non diſtributo ad diſtributum. Qvia hanc explicationem ipſe Spiritus S. oſtendit 1. Joh. 2, 2. ubi actu credentes totius mundi multitudini opponuntur, & tamen propitiatio Chriſti ad peccata totius mundi extenditur. vid. Theol. Poſit. art. 55.

Qvæſtio 3. *Anne, qvod toti mundo acqviſitum eſt beneficium, etiam univerſo mundo innoteſcat?*

Affirmatur ex præcepto Salvatoris, Matth. 28. ejusqꝫ univerſali executione πανταχοῦ, Marc. 16. Coloſſ. 1. Qvæ verò circa actualem continuam vocationem moveri ſolent dubia, plenius expoſita ſunt in Theol. Poſit. & in Manuale Theol. Artic. 91. & 92.

Qvæſtio 4. *An mundo contingat hoc beneficium per nudam acceptilationem?*

Negatur. Qvia *acceptilatio* JCtis eſt imaginaria & ficta ſolutio, qvæ veræ ſolutioni contradiſtingvitur, qvâ creditor animo diſſolvendæ obligationis interroganti debitori reſpondet, ſe recepiſſe, qvod non recepit, teſte *Pació*. At hoc locô nec debitum imaginarium, nec ficta ſolutio datur, ſed veriſſima, vicaria, meritoria & ſatisfactoria, Pſ. 69. qvæ noſtra ſit juſtitia, 2. Cor. 5. Neqve enim obligatio ſolùm verbis, ſed atrociſſimis delictis contracta erat, Eſa. 53. Unde & ſolutio non verbalis, ſed realis, ignominioſa & cruenta, morte violentâ peracta eſt, Matt. 27. NB. infrà qvæſt. 6. & infr. lib. 3. de clav. Flacii NB.

Qvæſtio 5. *An ergò fides beneficia Chriſti univerſalia apprehendens, univerſo mundo tribuenda? cùm tamen fides non ſit omnium*, 2. Theſſ. 3, 2.

Reſp. Hôc locô qværitur de Dei *intentione*, qvi fidem omnibus offert, Actor. 17. non verò de eventûs *univerſalitate*. Dantur enim multi, qvi ſunt ἄτοποι, qvi nulli loco conveniunt. Conf. Luc. 23, 41. & πονηροὶ malitiâ ſuâ omnia turbantes, qvia media ſpernunt, & verbo contradicunt, Actor. 13. Et hæc eſt cauſa, cur fides actualis non ſit omnium, 2. Theſſ. 3, 2. Conf. Theol. Poſ. art. 93.

Qvæſtio 6. *An ad totius mundi peccata abolenda ſufficere potuerit vel unica guttula Agni DEI peccata portantis?*

Nega-

Negatur. Nihil enim hîc determinare licet humanæ rationi, citra divinam revelationem, qvæ cruentam paſſionem, vulnera & mortem Salvatoris reqvirit, Eſa. 53. Nec obſtant *Bernhardi* verba ſerm. 22. Cant. de unius guttulæ efficaciâ. Qvia perfectio ſatisfactionis conſiderari poteſt tùm ratione partium, tùm ratione graduum.

Qvantum ad *ſufficientiam graduum* omninò certum eſt, qvòd ſingulæ ſangvinis guttulæ Redemtoris noſtri habeant vim perfectè ſatisfactoriam: qvia ſingulæ ſunt ſangvis Filii DEI, adeoqve virtutis infinitæ. *Qvoad partium verò ſufficientiam* reqvirebatur illud ipſum, qvod divina veritas, vigore juſtitiæ exactiſſimæ hôc locô tanqvam neceſſarium prædixerat. Qvâ ratione & vulnera, & plagæ, & mors cruenta, cum maledicto, Galat. 3, 13. adeoqve & ignominioſa reqvirebatur ad ſatisfactionem pro totius mundi peccato, cum manuum atqve pedum horrendâ dilaniatione, Pſ. 22. Conf. divinam comminationem, qvæ exactiſſimè abolenda, & à nobis amolienda erat, Geneſ. 2, 17. & qvidem ita, ut eſſet *copioſa redemtio*, Pſ. 130.

Qvæſtio 7. *An, qvia ad innumera mundi peccata abolenda, infinita & divina virtus reqviritur, rectè ex h. l. infertur neceſſitas communicationis idiomatum, an verò ſufficere potuerit divina ſuſtentatio?*

Affirmatur prius ex 1. Joh. 1. ubi ad hunc effectum reqviritur ſangvis non humanus finitus, ſed ſangvis Jeſu Chriſti, Filii Dei. Ita, ut non homo nudus, ſed ipſe Deus incarnatus *ἰδίῳ αἵματι*, propriô ſangvine acqviſiverit Eccleſiam, Actor. 20. Confer de actionibus Theandricis, & de hac communicatione, qvoad ἀποτελέσματα, Theol. Poſit. & Manuale Artic. 46. p. 708. & p. 714. *Suſtentatio* verò nihil ad rem facit, qvia & Neſtorianiſmum ſapit, & myſterium Redemtionis evertit. Nam juxta Lutheri monitum, Tom. 1. Witteb. Lat. f. 228. Hæc eſt hæreticiſſima Philoſophia, qvia negat Filium eſſe Hominem actu primô; ſed fingit Eum *ſuſtentare* humanam naturam, velut actu ſecundô. Contra *Wendelinum* Theol. lib. 1. c. 16. §. 3. p. 159. *Cui ſufficit ſuſtentatio* Humanæ naturę perſonalis. *Ratio*, qvia finitum non eſt capax infiniti. *At nõ ſufficit hoc figmentum*, qvia aliud monſtrat revelatio, qvæ dicit: Verbum caro factum eſt, Joh. 1. non verò: Verbum ſuſtentat carnem. Et Luc. 1.

abſente prædicatur, ſed ob unionem Sacramentalem ſimul illud, qvod non videtur, verè exhibetur. vid. Chemnicium de Cœna, & Manuale Art.88. nec non Com. in Form. Conc. art. de Cœnâ.

Qvæſtio 3. *An, qvia Johannes Baptiſta ad viſum provocat*, & Johannes Evangeliſta dicit, ſe ſcribere, qvod viderat, 1. Joh. 1,1. rectè procedat concluſio: Corpus Chriſti in cœnâ non videtur. Ergo non adeſt?

Negatur, qvia teſte Auguſtinò, ſi vides, non eſt fides. Hæc enim ab Apoſtolo refertur ad ea, qvæ non videntur, Hebr. XI. Unde & credentes, non videntes, beati ſunt Joh. 20.

Nec obſtat præceptum Salvatoris, Lucæ 24, 39. Videte manus meas &c. Qvia ex ſenſibus convincere volebat diſcipulos hæſitantes, verum, & non phantaſticum adeſſe corpus: Neqvaqvam verò ſenſuum dijudicationem facit normam, juxta qvam veritas articulorum fidei neceſſariò dijudicanda ſit. Conſ. *B. Welleri* Diſput. contra Maſſonium p. 171.

TITULUS II.
De nomine Agnus.

Qvæſtio 1. *An certus eſſe poſſit Interpres, qvòd* vocabulum Agnus h. l. *non propriè de agno ſacrificiali, ſed neceſſariò metaphoricè intelligendum ſit de Chriſto?*

Affirmatur ex fundamentis præcedente libr. 2. allatis. Monſtrat enim hoc univerſa fidei analogia in 2. Symboli articulo repetita, qvòd nullum ſacrificium Leviticum, ſed ſolus Chriſtus ἱλαστήριος ſit noſter Redemtor, portans peccata mundi.

Accedit Harmonia ſvaviſſima, ſi attendamus ſcopum, contextum & paralleliſmum. Nam 1. *ſcopus* Johannis Baptiſtæ erat teſtari de Chriſto unico Mediatore & Agno antitypico, uti patet ex v. 29. 30. 32: *& teſtificatus eſt.* & v. 34: *Ego vidi, & teſtificatus ſum*, hunc eſſe Filium DEI. 2. *Contextus* idem evincit, qvia Johannes de hoc Agno locutus eſt, cùm videret Jeſum ad ſe venientem, v. 29. Ergò JESUS eſt ille Agnus, de qvo loqvitur, & qvidem non propriè, ſed Metaphoricè

ricè ſic dictus. 3. *Parallelismus* evidens eſt, tùm ex V. T. ubi Eſaïas c. 53. expreſsè loqvitus de Meſſiâ, qvem cum agno comparat, ob patientiam, innocentiam, &c. tùm ex N. T. ubi 1. Joh. 1. huic Agno aſſignatur portatio peccati cruenta, unde Sangvis Jeſu Chriſti, Filii Dei, emundat nos ab omni peccato.

Qvæſtio 2. *An bona ſit conſeqventia: Si in articulo fundamentali, omnibus ad ſalutem ſimpliciter neceſſario, Scriptura adhibet Metaphoram de agno, cur non etiam adhiberet Tropos in doctrina de Sacramentis?*

Negatur. Qvia locutio de Agno Metaphorico in myſterio ſatisfactionis (qvod ſine ulla Metaphora proponitur 1. Joh. 2. ubi de propitiatione Chriſti agitur,) non eſt nova, ſed in V. T. in omnibus agnis typicis fundata, & ab ipſo Spiritu Sancto *ſufficienter* explicata Eſa. 53. & Johannis c. 1. Tropus verò Sacramentalis, anteà inauditus, & in nullo alio loco fundamentali explicatus, in principali hujus articuli ſede omninò abſurdus eſt. Qvâ de re *Chemnitius* videri poteſt de Cœnâ, nec non Theologia Poſitiva & Manuale Artic. 88. Confer, qvæ ſuprà de retinendo literali ſenſu habentur, præcedente libro 2. & in Theolog. Polem. de Calviniſmo, ubi XII. cauſæ hujus perverſionis evertuntur, ſupra p. 1293.

Qvæſtio 3. *An Chriſtus ſit Agnus ſolùm propter innocentiam & patientiam, non verò ob ſatisfactionem?*

Negatur. Qvia finis appellationis ſecundarius neqvaqvam tollit primarium, qvi eſt portatio peccati, & hoc loco, & Eſa. 53. evidenter expreſſa. Contra Socinianos. vid. Theol. Poſit. artic. 55. NB.

Qvæſtio 4. *An Chriſtus, qvia Agnus eſt, non ſit DEUS?*

Negatur. Qvia diſtincta prædicata de eodem ſubjecto, diverſo reſpectu, verificari poſſunt. Agnus in paſſione erat, Leo in reſurrectione. Agnus tollens peccata mundi eſt Unigenitus Dei Filius, mundo datus, Joh. 3. DEUS benedictus in ſecula, Rom. 9. vid. Manuale & Theol. Poſit. Artic. 14. & Dorſchæi Diſput. ex h. l. §. 16. ſeq. de divinis operibus & nominibus.

Qvæſtio 5. *An Chriſtus dicatur Agnus tantùm ob humanam naturam ?*

Negatur omninò, ſi excluſivè intelligatur, qvia hic ipſe Agnus DEI eſt Chriſtus Filius DEI viventis, Matth. 16. & Deus, qvi propriô ſangvine acqviſivit Eccleſiam Actor. 20. qvia actus Mediatorius omninò reſpuit Stancariſmum. Vid. Manuale Artic. 46. p. 709. contra Bellarminum.

Qvæſtio 6. *An Chriſtus dicatur Agnus, qvia eſt victima pro peccato, præſcindendo à peccati imputatione ?*

Negatur. Ideò enim eſt victima pro peccato, qvia huic Agno innocentiſſimo omnia peccata veriſſimè imputata ſunt & impoſita, Eſa. 53. ad portationem meritoriam debiti alieni Pſal. 69. vid. Theol. Poſit. art. 55. Qvapropter & dicitur factus eſſe peccatum, & peccator omnium maximus, ut nos reddat juſtos, qvi ipſa juſtitia dicuntur ſive juſtiſſimi coram DEO, 2. Cor. 5. vid. de hoc loco Manuale Art. 74. p. 1130. contra Bellarminum.

Qvæſtio 7. *An Chriſtus ſit Agnus à DEO datus ex gratiâ indebitâ ?*

Affirmatur, contra Arminianos, qvia paternæ dilectioni aſſignatur donatio Filii Unigeniti, Joh, 3. Qvis enim prior dedit illi, ut reddatur? Rom. XI, 35. Confer B. Hülſemannum de gratiâ indebitâ.

Qvæſtio 8. *An Chriſtus futurus fuiſſet Agnus DEI, etiam non dato Adami peccato ?*

Negatur, qvia rectè valentes non indigent Medico, infirmitates curante, Eſa. 53. Contra qvosdam Scholaſticos. vid. *Gerhardi* Exegeſis L. de Chriſto.

Qvæſtio 9. *An, qvia Chriſtus eſt Agnus DEI à DEO deſtinatus, ideò peccata Judæ, Judæorum & militum ad ipſum DEUM referenda ſint ?*

Negatur. Qvia aliud eſt miſſio Salvatoris ad patiendum, ut per paſſionem peccatores ſalvet; aliud verò malitia hoſtium, qvi Satanâ impellente innocentem prodere, tradere, & crucifigere non dubitarunt. Aliud eſt *Concurſus divinus generalis* ad actiones humanas, qvatenus tales: *aliud verò Concurſus ſpecialis* ad actiones malas, qvatenus malæ

malæ ſunt. Directio actionis divinæ, dum malitia permittitur, reſpicit finis & eventûs *bonitatem*; non verò ipſam peccatorum & hoſtium *perverſitatem*. Vid. Theol. Poſit.& Manuale Artic. 61. & 26.

TITULUS III.
De nomine DEI.

Qvæſtio 1. *An Agnus DEI formaliter idem ſit, qvod Agnus DEUS?*

Negatur. Nihilominus tamen præſupponitur id, qvod aliunde patet, videlicet hunc Agnum DEI etiam eſſe ipſum DEUM. vid. præced. Tit. 2. qv. 4. & Theol. Poſit. art. 14.

Qvæſtio 2. *An Agnus DEI h. l. dicatur eſſentialiter, vel perſonaliter?*

Reſp. Utrumqve verum eſt, ſanô tamen ſenſu. Nam & DEUS, Pater, Filius, & Spiritus Sanctus, eſt Autor operis redemtionis, qvod terminativè tribultur Filio: Et DEUS Pater eſt, qvi mundum dilexit, eiqve Filium Unigenitum dedit, Johann. 3. & Spiritus Sanctus eſt, qvi Meſſiam mittit Eſa. 61, 1. Qva de re vid. Manuale Artic. 41. Sed hoc loco, ubi Agnus DEI tanqvam diſtincta & viſibilis perſona incarnata, à Deo, qvi hunc Agnum mundo dedit, conſideratur, præciſè ſenſus perſonalis; conſeqventer verò eſſentialis attenditur. Qvia opera Trinitatis ad extra indiviſa ſunt, ſalvo tamen agendi ordine. vide Theol. Poſit. & Manuale p. 288. Art. 12.

Qvæſtio 3. *An Deus hunc Agnum dederit, cum intentione univerſali, ut ad omnes beneficia ejus pertingant?*

Affirmatur, contra Calvin. qvia ipſe DEUS Filium dedit mundo, non ſi credant, ſed ut credant homines & per Eum ſalventur: ad ſalutem enim, non verò ad judicium, miſſus eſt Salvator, Johann. 3. Confer de Supralapſariis & Sublapſariis, Manuale & Theolog. Poſitiv. Artic. 38. & 39.

TITULUS IV.
De verbo Tollere,

Qvæſtio 1. *An, qvia tollere etiam ſignificat in alium locum transferre*, 1. Sam. 4,3. *peccata noſtra verè translata ſint in Chriſtum?*

Affirmatur: Scilicet per efficaciſſimam imputationem, 2. Cor. 5. præfiguratam in V. T. ubi peccata totius populi Hirco imponebantur, Levit. 16,21. qva de re agit Theolog. Poſitiva, & Manuale Artic. 74. p. 1129. & inprimis Eſaias, qvi typum ad Antitypum evidenter applicat, & dicit cap. 53. Dominus poſuit in Eo peccata omnium noſtrûm.

Qvæſtio 2. *An Chriſtus peccata noſtra verè portaverit?*

Affirmatur tùm ex hoc loco, tùm ex parallelis, Eſa. 53. & 1. Pet. 2, 24. ubi dicitur *ἀνήνεγκεν*, ſuſtulit noſtra peccata. Nam verbum *ἀναφέρω* idem eſt, ac elevo, ſurſum tollo. Sic offeruntur victimæ Heb. 7,27. Jac. 2, 21. 2. Petr. 2, 5. ſic elevatur aliqva res vel perſona in montem, Matth. 17, 1. Marc. 9, 2. & in cœlum, Luc. 24, 51. *Sic aſcendit in montem Iſaacus*, Gen. 22, 2. Chriſti typus, de qvo ſup. lib. 2. Sic ipſe Agnus DEI factus eſt hoſtia, *onus peccati in ſe recipiens, & meritoriè portans, dum lignum crucis aſcendit, velut altare, & peccatum ſecum ſuſtulit.* Confer Gerhard. Comm. h. l. Flacius adhibet ſimile de carnifice, qvi reum ſuſpendendum in crucem elevat, qvem qvaſi in tergo geſtat; & addit: qvod cruci affixus Salvator ſimul geſtaverit, & patibulo affixerit mundum, peccatum, adeoqve & noſtrum chirographum, diabolum, mortem & infernum. Vid. Evangeliſcher Glaubens-Sieg/ de paſſione.

Qvæſtio 3. *An Chriſtus peccata noſtra portando illa abjecerit?*

Affirmatur. Ex hac enim portatione meritoria oritur noſtra liberatio & peccatorum projectio, Eſa. 38, 17. in mare, Mich. 7, 19. ejusqve profunditatem, ut tecta ſint & maneant per Chriſti juſtitiam in rigoroſo DEI judicio, Pſ. 32, 1. vid. Theol. Poſit. & Manuale Art. 94.

Qvæſtio 4. *An Chriſtus peccata noſtra portando illa à nobis tollat?*

Affirmatur. Qvia Deus peccata noſtra poſuit ſuper hunc Agnum, Eſa. c. 53. Inde Nathan ad Davidem dicit 2. Sam. 12, 13. Transtulit Dominus peccatum tuum, & pœnitentem ab hoc onere liberavit, Pſ. 38.

Qvæ-

Qvæſtio 5. *An hæc portatio peccati ſit ſatisfactoria?*

Affirmatur contra Socinum. *Ratio* eſt, qvia hic Agnus DEI peccata portando, ſimul verè 1. ſatisfecit, 2. expiavit, 3. reconciliavit. *Satisfactio* reſpicit divinam juſtitiam; 2. *expiatio* meritoria reſpicit peccatum; 3. *reconciliatio* reſpicit juſtum judicem, ejusqve iram per peccata excitatam. Qvodipſum fuſiſſimè probat Dn. D. Calovius in Anti-Socin. nec non Dorſchæus Diſp. ex *h.* l. §. 25. ſeq. vid. Theol. Poſit. art. 55. & Manuale p. 837.

Hòc locô ſufficit vel unicum parallelum, Eſ. 53. attendere, & ex eodem notare ſeq. obſervationes:

I. *Qvicunqve injuriam non fecit,* v. 9. *in cujus ore dolus non inventus; & tamen Jehova incurrere fecit in ipſum iniqvitates omnium noſtrûm* v. 6. *& ipſum, propter has iniqvitates noſtras, & propter has prævaricationes noſtras,* v. 6. in ipſum, tanqvam agnum ſacrificialem incurrentes v. 10. *vulneravit & attrivit* v. 5. 8. 10. ut nos juſtificaremur v. 11. & pacem haberemus v. 5. & his ipſis livoribus, attritionibus, atqve hâc morte v. 12. ſanaremur v. 5. ille omninò locô noſtri hæc omnia & ſingula paſſus eſt, & pro nobis patiendo ſatisfecit.

II. *Qvi nullum unqvam peccatum fecit, & tamen langvores noſtros* v. 4. *propter peccata noſtra in ipſum incurrentia tulit;* & dolores noſtros, propter peccata in ipſum incurrentia potavit, v. 6. bajulavit, verſ. 4. & tamen abſciſſus eſt de terra viventium, verſ. 8. propter prævaricationem noſtram, v. 8. & qvidem hôc fine, ut nos non abſcinderemur, ſed hâc morte ſanaremur, v. 5. ille locô noſtri hæc omnia paſſus eſt.

III. Qvicunqve mortuus eſt, 1. aliena peccata ſuper lignum portando, humeris ſuis ferendo, livore ſuô nos ſanando, maledictionem pro nobis ſubeundo, Galat. 3, 10. benedictionem nobis impetrando. 2. non tantùm ὑπὲρ ἡμῶν, ſed etiam ἀντὶ pro nobis, & vice noſtri, Matth. 20, 28. Joh. 10, 11. Rom. 5, 8. 2. Cor. 5, 14. 1. Petr. 2, 3. pro peccatis noſtris, 1. Petr. 3, 18.

Is omninò *paſſionem vicariam & meritoriam* pro alienis peccatis ſubiit, atqve ſatisfaciendo pro iiſdem DEO nos reconciliavit. vid. Theol. Poſit. art. 55.

Qvæ-

Qvæſtio 6. *An portatio peccati h. l. ſolùm intelligatur exemplaris, qva ad imitationem noſtram facta ſit?*

Negatur ex fundamentis qvæſtione 5. præcedente allegatis, contra Socinianos, ne finis paſſionis Chriſti principalis ſatisfactorius, cum ſecundario confundatur, qvi eſt imitatio, 1. *Pet.* 2, 21. 24.

Qvæſtio 7. *An hæc portatio ſoli Chriſto competat?*

Affirmatur. Qvia hic ſolus & unicus eſt Mediator, 1. Tim. 2. qvi ſolus calcavit torcular, & Magiſter eſt ad ſalvandum, Eſa. 63, 3. 2. Contra blasphemias Franciſcanorum. Vid. Mariale editum Argentinæ, Anno 1493. per Martinum Simmium, fol. 13. ubi hæc habentur: Ad ultimum fuit Dominus cum Maria, & Ipſa cum Domino, in eodem labore, & in eodem opere redemtionis. Mater miſericordiæ adjuvit Patrem miſericordiarum, in opere noſtræ ſalutis. Qvid ergò eſt, qvod Dominus dicit Eſa. 63: Torcular calcavi ſolus, & non eſt Vir mecum? Verum eſt, Domine, qvòd non fuit Vir tecum, ſed mulier una tecum eſt, qvæ omnia vulnera, qvæ tu ſuſcepiſti in corpore, ſuſcepit in corde. *Confer Hortulum animæ*, Anno 1516. Lugduni editum, ubi fol. 88. habetur oratio ad B. V. Mariam: Da mihi locum in gloria, ſerva animam &c. (Vide ex præcedentibus, de Pſalterio Mariæ) Et tamen idem libellus fol. 189. b. habet ſeqventia: Tu credis, Jeſum Chriſtum, Filium DEI, pro te mortuum eſſe, *& aliter non poſſe ſalvari, niſi per meritum paſſionis ejus?* Age ergò, dum in te eſt anima tua, ei ſemper gratias, *& in hâc ſola ejus morte* totam fiduciam tuam conſtitue &c. Et dicat: Mortem Domini noſtri JESU Chriſti objicio inter me, & mala merita mea &c. & additur: *Securus morietur, nec videbit mortem in æternum.*

Qvæſtio 8. *An portatio peccati ita intelligenda ſit, ut Chriſti juſtitia noſtra juſtitia fiat?*

Affirmatur. Bellarmino qvidem hæc aſſertio videtur eſſe abſurdiſſima, unde ait lib. 2. juſtific. XI. Qvòd unus ſit juſtus, qvia alius eſt juſtus, eſt omninò inauditum, & non tàm ſupra, qvàm contra omnem rationem. & c. 7: pugnat cum recta ratione. & ibid. §. 2: ſunt monſtra delirantium in rebus Philoſophicis, qvæ ab ipſis Ethnicis luculenter expoſitæ

expoſitæ ſunt. Verùm nobis longè certior eſt Pauli aſſertio, qvi expreſsè dicit, Chriſtum eſſe factum pro nobis peccatum, ut nos ſimus juſtitia, 2. Corinth. 5. Vide de hâc admirandâ permutatione, ut juſtus fiat non juſtus, & peccator juſtitia, in judicio DEI, Balduini comm. h. l. & Theolog. Poſit. & Manuale Art. 74. p. 1130.

Qvæſtio 9. *An peccati portatio ſit peccati eradicatio?*

Negatur. Qvia peccatum ita remittitur, non ut non ſit, ſed ut non imputetur, Pſ. 32. Conf. qverelas Apoſtoli juſtificati, Rom. 7. NB. Manuale Art. 33. p. 550. de veſtimentis juſtitiæ, Eſa. 61. & de veſtitu nuptiali, Matt. 22. Manuale Artic. 96. p. 1431.

Qvæſtio 10. *An Chriſtus ſolùm portaverit peccatum originale?*

Negatur. Qvia portavit omne peccatum, & qvicqvid peccati rationem habet, uti patet ex præcedente Sectione 3.

Qvæſtio 11. *An Chriſtus ita portaverit peccatum, ut & nobis reſtet ſatisfactio?*

Negatur contra Bellarminum, qvi lib. 4. de pœnit. c. 7. §. accedit. ſatisfactionem fingit ejusmodi, qvæ non ex rigore, ſed ex gratia talis eſt, & c. 1. §. 5. fatetur, non dari ſatisfactionem hominis perfectam. *Si enim ſatisfactio per Chriſtum facta eſt, qvid reſtare poteſt facto, ut ſit ſatis?* Confer Bellarmini definitionem lib. 4. pœnit. c. 1. §. 1. Satisfactio eſt actio, qvâ is, qvi alterum læſit, tantum facit, qvantum ſatis eſt, ad injuriam compenſandam. Et contra *Michaëlem Benzium*, qvi exiſtimat, ſi omnia Chriſtus fecit & pro nobis ſatisfecit, etiam aſcenſionem ejus pro nobis factam, adeoqve Lutheranos è regno cœlorum excludendos eſſe. Verùm ideò, qvia pro nobis paſſus eſt Chriſtus Mediator, & qvia pro nobis aſcendit, ſcimus, nobis paratum eſſe locum, Johann. 14. ut ubi caput regnat, etiam membra vivant in gloria æterna, Johan. 17.

Qvæſtio 12. *An Chriſtus ita portaverit peccatum,* ut hæc portatio per novam è cœlo deportationem Miſſaticam qvotidiè renovanda ſit?

Negatur. Qvia qvod ſemel perfectè & ſufficienter factum eſt, illud nullâ iteratione indiget, teſte Apoſtolô Hebr. c. 7. & 9. vid. Manuale Art. 88. de Miſſa.

Qvæſtio 13. *An portatio peccati etiam ipſius Chriſti peccata reſpiciat ?*

Negatur. Qvia ipſe ſolus eſt Sanctitas Sanctitatum, Daniel. 9. Luc. 1. nullius peccati conſcius, 2. Cor. 5. & uti loqvitur Apoſtolus, Hebr. 7, 26. ὅσιος, ἄκακος, ἀμίαντος, κεχωρισμένος ἀπὸ τῶν ἁμαρτωλῶν: ſanctus, malitiæ expers, impollutus, ſeparatus à peccatoribus, juxta typum ſeparati Agni Paſchalis. Ideoqve & ipſe ſolus dicere poterat ad hoſtes infenſiſſimos, Johann. 8. v. 46. Qvis ex vobis arguet me de peccato ? ſcilic. irrefragabiliter, qvemadmodum conſcientia peccatorem arguit, verſ. 9. & Spiritus S. mundum arguendo convincit, Joh. 16, 8.

Qvæſtio 14. *Num ergò ad illam peccati portationem univerſa Chriſti tàm patientis, qvàm agentis obedientia concurrit ?*

Affirmatur ex Rom. 5. & cap. 3. vid. Balduini com. h. l. & Manuale Artic. 94. p. 1405. contra Piſcatorem. vid. comment. in Form. Conc. Art. de Chriſto.

TITULUS V.
De voce Peccati.

Qvæſtio 1. *An per peccatum ſimul & culpa & pœna intelligatur ?*

Affirmatur ex parallelo Prophetico, Eſa. 53. ubi dicitur: diſciplina pacis ſuper Eum. Et Matth. 8. oſtenditur, qvod Chriſtus portando culpam, ſimul pœnam abſtulerit univerſam, adeoqve & morbos corporales. Qva de re ſuprà dictum eſt libro 2. Confer Manuale Artic. 36.

Qvæſtio 2. *Annon h. l. tantùm intelligantur peccata abſolutè electorum ?*

Negatur. Qvia mundus non denotat ſolos electos. Neq; omnes errantes ſunt electi. Omnium verò errantium, qvi ope & conſilio deſtituti erant, peccata in Chriſtum conjecta ſunt, Eſa. 53. vide Theolog. Poſit. & Manuale Art. 55. de Chriſti ſatisfactione.

Qvæ-

Qvæſtio 3. *An ne igitur, ſi omne peccatum Chriſtus ſuſtulit, propterea omnes ſint electi?*

Negatur contra Huberum: aliud enim eſt, Deum voluntate antecedente omnes velle ſalvos, Ezech. 18. aliud verò eſt, Deum voluntate conſeqvente decreviſſe, ut omnis, qvi credit in Chriſtum, non pereat, ſed habeat ſalutem æternam, Joh. 3. ubi, qvi non credit, damnatur ideò, qvia non credidit, Joh. 3. cui dicit Hoſeas c. 13. perditio tua ex te. Confer de *Hubrianiſmo* comm. in Form. Conc. Artic. de prædeſtinatione, & de opinione *Thummii*, an voluntas Dei benevola ita univerſalis ſit, ut omnes & ſingulos voluerit electos? Qvæ manifeſta contradictio eſt in adjecto: Cùm omnis electio, vi nominis, non poſſit eſſe univerſalis, ſed particularis, vid. l. d. ſub finem, & Manuale Theol. & Theol. Poſit. Art. 110.

Qvæſtio 4. *Si verò omne peccatum portavit Chriſtus, cur non omnes peccatores ſalvantur?*

Reſp. Rationem dat ipſe Salvator Johan. 3. Qvia non credunt. Sic Marc. 16. Non itaqve in DEO; ſed in homine defectus ille deprehenditur. vid. Theol. Poſit. & Manual. Art. 38. & 39. & CXI.

TITULUS VI.
De vocabulo Mundi.

Qvæſtio 1. *An mundus h. l. denotet omnes & ſingulos mundi incolas?*

Affirmatur, ex ipſius Spiritûs Sancti interpretatione infallibili, qvi verba Salvatoris per Johannem conſignavit c. 3. ubi mundus, cui Filius DEI datus eſt, (neqvaqvam ex DEI donantis intentione univerſali, ſed ex mundi perverſitate, ubi credentes dantur, & increduli; ſive hoc beneficium vel acceptantes, vel repudiantes;) demum dividitur & univerſa hominum in mundo exiſtentium multitudo eventualiter, *in ſalvandos* per fidem, & in *damnandos* ob incredulitatem diſtingvitur. vid. ſuprà de dicto Johann. cap. 3. & Theol. Poſit. & Manuale Theol. Artic. 38. p. 606. Conf. Calvini verba ibid. art. 37. p. 597. & Arminii opera p. 457. ubi hoc urget contra abſolutum decretum.

Qvæſtio 2. *Anne à mundo indeterminatè poſito, rectè concludatur ad totum mundum?*

Affirmatur contra Polanum. Neqve hic eſt vitioſus proceſſus à non diſtributo ad diſtributum. Qvia hanc explicationem ipſe Spiritus S. oſtendit 1. Joh. 2, 2. ubi actu credentes totius mundi multitudini opponuntur, & tamen propitiatio Chriſti ad peccata totius mundi extenditur. vid. Theol. Poſit. art. 55.

Qvæſtio 3. *Anne, qvod toti mundo acqviſitum eſt beneficium, etiam univerſo mundo innoteſcat?*

Affirmatur ex præcepto Salvatoris, Matth. 28. ejusq́ univerſali executione πανταχοῦ, Marc. 16. Coloſſ. 1. Qvæ verò circa actualem continuam vocationem moveri ſolent dubia, plenius expoſita ſunt in Theol. Poſit. & in Manuale Theol. Artic. 91. & 92.

Qvæſtio 4. *An mundo contingat hoc beneficium per nudam acceptilationem?*

Negatur. Qvia *acceptilatio* JCtis eſt imaginaria & ficta ſolutio, qvæ veræ ſolutioni contradiſtingvitur, qvâ creditor animo diſſolvendæ obligationis interroganti debitori reſpondet, ſe recepiſſe, qvod non recepit, teſte *Pacio.* At hoc locô nec debitum imaginarium, nec ficta ſolutio datur, ſed veriſſima, vicaria, meritoria & ſatisfactoria, Pſ. 69. qvæ noſtra fit juſtitia, 2. Cor. 5. Neqve enim obligatio ſolùm verbis, ſed atrociſſimis delictis contracta erat, Eſa. 53. Unde & ſolutio non verbalis, ſed realis, ignominioſa & cruenta, morte violentâ peracta eſt, Matt. 27. NB. infrà qvæſt. 6. & infr. lib. 3. de clav. Flacii NB.

Qvæſtio 5. *An ergò fides beneficia Chriſti univerſalia apprehendens, univerſo mundo tribuenda? cùm tamen fides non ſit omnium,* 2. Theſſ. 3, 2.

Reſp. Hòc locô qværitur de Dei *intentione*, qvi fidem omnibus offert, Actor. 17. non verò de eventûs *univerſalitate.* Dantur enim multi, qvi ſunt ἄτοποι, qvi nulli loco conveniunt. Conf. Luc. 23, 41. & πονηροὶ malitiâ ſuâ omnia turbantes, qvia media ſpernunt, & verbo contradicunt, Actor. 13. Et hæc eſt cauſa, cur fides actualis non ſit omnium, 2. Theſſ. 3, 2. Conf. Theol. Poſ. art. 93.

Qvæſtio 6. *An ad totius mundi peccata abolenda ſufficere potuerit vel unica guttula Agni DEI peccata portantis?*

Nega-

Negatur. Nihil enim hîc determinare licet humanæ rationi, citra divinam revelationem, qvæ cruentam paſſionem, vulnera & mortem Salvatoris reqvirit, Eſa. 53. Nec obſtant *Bernhardi* verba ſerm. 22. Cant. de unius guttulæ efficaciâ. Qvia perfectio ſatisfactionis conſiderari poteſt tùm ratione partium, tùm ratione graduum.

Qvantum ad *ſufficientiam graduum* omninò certum eſt, qvòd ſingulæ ſangvinis guttulæ Redemtoris noſtri habeant vim perfectè ſatisfactoriam: qvia ſingulæ ſunt ſangvis Filii DEI, adeoqve virtutis infinitæ. *Qvoad partium verò ſufficientiam* reqvirebatur illud ipſum, qvod divina veritas, vigore juſtitiæ exactiſſimæ hôc locô tanqvam neceſſarium prædixerat. Qvâ ratione & vulnera, & plagæ, & mors cruenta, cum maledicto, Galat. 3, 13. adeoqve & ignominioſa reqvirebatur ad ſatisfactionem pro totius mundi peccato, cum manuum atqve pedum horrendâ dilaniatione, Pſ. 22. Conf. divinam comminationem, qvæ exactiſſimè abolenda, & à nobis amolienda erat, Geneſ. 2, 17. & qvidem ita, ut eſſet *copioſa redemtio*, Pſ. 130.

Qvæſtio 7. *An, qvia ad innumera mundi peccata abolenda, infinita & divina virtus reqviritur, rectè ex h. l. infertur neceſſitas communicationis idiomatum, an verò ſufficere potuerit divina ſuſtentatio?*

Affirmatur prius ex 1. Joh. 1. ubi ad hunc effectum reqviritur ſangvis non humanus finitus, ſed ſangvis Jeſu Chriſti, Filii Dei. Ita, ut non homo nudus, ſed ipſe Deus incarnatus *ἰδίῳ αἵματι*, propriô ſangvine acqviſiverit Eccleſiam, Actor. 20. Confer de actionibus Theandricis, & de hac communicatione, qvoad ἀποτελέσματα, Theol. Poſit. & Manuale Artic. 46. p. 708. & p. 714. *Suſtentatio* verò nihil ad rem facit, qvia & Neſtorianiſmum ſapit, & myſterium Redemtionis evertit. Nam juxta Lutheri monitum, Tom. 2. Witteb. Lat. f. 228. Hæc eſt hæreticiſſima Philoſophia, qvia negat Filium eſſe Hominem actu primô; ſed fingit Eum *ſuſtentare* humanam naturam, velut actu ſecundô. Contra *Wendelinum* Theol. lib. 1. c. 16. §. 3. p. 259. *Cui ſufficit ſuſtentatio* Humanæ naturę perſonalis. *Ratio*, qvia finitum non eſt capax infiniti. *At nõ ſufficit hoc figmentum*, qvia aliud monſtrat revelatio, qvæ dicit: Verbum caro factum eſt, Joh. 1. non verò: Verbum ſuſtentat carnem. Et Luc. 1.

Filius Mariæ eſt Filius Altiſſimi. Non verò: ſuſtentatur à Filio. Deus acqviſivit Eccleſiam propriò ſangvine, Act. 20. Deus nempe incarnatus habet ſangvinem non ſuſtentatum, ſed proprium, ex unione perſonali. Et, ſi finitum non eſt capax infiniti, negandum qvoq; erit, qvòd πᾶν πλήρωμα, univerſa Deitatis plenitudo in Chriſto habitet σωματικῶς, Col. 2. imo neganda & incarnatio, & Dei in credentibus inhabitatio, Johan. 14. At verò qvia & *martyres ſuſtentat DEUS* in paſſionibus, qvorum ſangvis tamen non eſt ſangvis DEI, omninò præter ſuſtentationem aliud qvid reqviritur, videlicet communicatio divinæ hypoſtaſeos, & collatio omnis poteſtatis, Matth. 28. Qva de re agitur Theol. Poſit. art. 43. §. 3. p. 503. NB.

Qvæſtio 8. *An perfecta ſatisfactio pro peccatis totius mundi evertat purgatorium & ſatisfactiones poſt mortem?*

Affirmatur. Perfectum enim eſt, cui nihil deeſt. At ſatisfactio Chriſti perfecta eſt & abſolutiſſima, Hebr. 9. c. 7. Ergò nihil deeſt addendum, ſive in hac vita, ſive in purgatorio, cujus ſomnia refutata ſunt in Manuali & Theol. Poſit. art. 134. Verè ſomnia, qvia *Jacobus Carthuſienſis* lib. de animabus exutis a corpore, edit. Lipſiæ, An. 1496. cap. 5. fingit caſum, ſi in ſomnio apparens pater petat ſuffragium, poſſe hoc fieri, *ſub conditione*, ſi verum ſit ſomnium; Si verò vanum, convertatur in ſinum aliarum animarum. Confer figmenta ſup. lib. 2. c. 6. Tit. 5. §. 14.

Qvæſtio 9. *An ob peccati totius mundi perfectam portationem qvilibet in mundo vivens ſubſumere poſſit, Ergò & mea peccata portavit Agnus Dei portans peccata mundi?*

Affirmatur. Si enim univerſalis eſt illa theſis, nemo excipitur, adeoqve firma eſt ſubſumtio. Rideat ergò Bellarminus Chemnicium & Lutheranos, qvi lib. 1. de pœnit. c. 6. § 8. dicit: *Mera eſt ſtultitia, certò credere, Deum nobis fore propitium. Chemnicius pueriliter errat*, ut me ſanè pudeat, hæc tam levia refutare, & non parum Chemnicii, qvamvis adverſarii, miſerear. *Sufficit nobis fides illa puerilis ſimpliciſſima*, Matth. 18. Marc. 10. Sufficit fides Baptiſtæ, & omnium Patriarcharum. NB. Actor. 15. vid. Theol. Poſit. art. 93. & 94. NB.

Qvæ-

Qværſtio 10. *Anne hæc ſubſumtio firmam pariat in mente credentis certitudinem?*

Affirmatur ex fundamentis, qvæ ſupra lib. 2. de certitudine diviná allata ſunt. Confer Exemplum Pauli Rom. 8, 38. ubi concurrit, 1. *Theſis*, certus ſum. 2. *Antitheſis* omnium creaturarum in cœlo & in terra, qvarum impotentia neqvit hanc certitudinem evertere. 3. *Baſis*, charitas non noſtra, ſed divina in Chriſto JESU radicata. Unde & ſeparationis nullitas & ſalutis perpetuitas patet; videatur explicatio plenaria in Manuali Artic. 131. p. 1789. & Theol. Poſitiv. art. 93. & 94.

Qværſtio 11. *Annon hæc ſit vana perſvaſio Spiritus privati, qvi facilè falli & fallere poteſt?*

Negatur. Qvia teſtimonium Spiritûs Sancti ex Verbo & Sacramentis ortum in cordibus noſtris Rom. 8. eſt infallibile & prorſus irrefragabile, 1. Johan. 5. adeò, ut meritò deteſtanda ſit *Breſſeri* Sententia lib. 2. de Conſcientiâ cap. 13. p. 199. *Nemo de bonâ Conſcientiâ ac ſtatu gratiæ poteſt eſſe certus* certitudine Theologicâ. Qvæ theſis Paulo directè contradicit Rom. 8, 38. cap. 5, 1. c. 8, 1. vid. Theolog. Poſitiv. artic. 93. & 94.

Qværſtio 12. *Annon tutius ſit ſpeciales expectare revelationes?*

Negatur. Qvia habemus Moſen & Prophetas, Legem & Evangelium, ita, ut nihil deſiderari poſſit amplius, Luc. 16. Confer Theolog. Poſit. & Manuale Artic. 4. & 5. Conf. de revelatione Monaſticâ contradictoria *Höpfnerum* Diſp. 6. de Juſtific. & de monacho, cujus ſocio revelatum fuit, qvod ipſe eſſet de numero damnandorum: & poſt multos dies revelatum fuit, ipſum eſſe de numero ſalvandorum. Qvæ fuit deceptio Diabolica. Neqve enim Spiritus Veritatis ſibi contradicit. *Certiſſima* vero eſt revelatio ſcripta: Qvi crediderit & baptiſatus fuerit, ſalvus erit, Marc. 16. Matt. 24. Confer Johan. Climaci Scalam Paradiſi ejusqve verba ſupra citata lib. 2. c. 6. Tit. 5. §. 12. NB.

Qværſtio 13. *An perfectiſſima portatio peccatorum totius mundi tàm certa ſit atqve ſufficiens, ut omnem agonizantis trepidationem penitus excludere poſſit?*

Affirmatur ex ipſius Filii DEI aſſertione & mandato, & jubet non trepidare, ſed confidere credentem, cui remiſſa ſunt peccata, Matt. 9.

Confer

Confer Johan. 8. Accedunt exempla morientium cum gaudio Simeonis, Lucæ 2. Stephani, Actor. 7. Pauli, 2. Tim. 4. &c. Qvalia in ipſo Papatu negari non poſſunt. Vid. Gottſel. Alter/ p. 911. de *Keyſersbergio, Gerſone, Heſio, Myconio, Creuznachio, Priore Reinhartsbrunnenſi; Martino Threnzingio, Moniali &c.* Inprimis verò de *Præpoſito Aſmno*, p. 430. nec non de Carolo V. p. 742. Ferdinando I. Maximiliano II. & aliis. Ut taceam ex ipſorum adverſariorum confeſſione *vanam eſſe hanc trepidationem*. vid. verba ex Hortulo animæ ſup. Tit. 5. q. 8.

Qvæſtio 14. *An ob perfectiſſimam totius mundi peccatorum portationem exſpiret horrendus ille metus extremi judicii?*

Affirmatur. Qvia ultima dies, ex mandato Salvatoris, credentibus non dies horroris, ſed gaudii & exultationis eſſe debet: ideò, qvia ſciunt, nullum reſtare κατάκριμα, & nullam actualem condemnationem iis, qvi ſunt in Chriſto JESU, Rom. 8, 1. & ſub tegumento gratiæ vivunt, Pſ. 32, 2. ita, ut ſtare poſſint, Rom. 5, 2. coram Filio Hominis, Lucæ 21, 36. vid. infra Sect. 10. qvæſt. 6. Sic enim loqvitur Luc. 21, 28. Incipientibus his, ſuſpicite (ἀνακύψατε, vid. Gerhard. Tom. 9. Loc. p. 294.) & attollite capita veſtra: qvoniam appropinqvat redemtio veſtra ἀπολύτρωσις, finalis illa liberatio & conſummata felitas, cum deſtructione omnium hoſtium plenariâ, 1. Cor. 15. *Si ergò vera ſunt ſolatia,* contra hoſtes, dum in regno gratiæ conſtituti vivimus: Ne turbetur cor veſtrum: creditis in Deum, & in me credite. Iterum veniam, & aſſumam vos ad me ipſum: ut, ubi ſum ego, & vos ſitis, Johan. 14. 1. 3. Pilus de capite veſtro non perit, Luc. 21, 18. *Cur non adveniente ultimò miſeriæ terminò* eâdem veritate freti exultabimus? Nam frater eſt, qvi venit, Hebr. 2. non ovibus, ſed hircis & diabolo formidabilis, Matth. 25. Confer ex *Luthero* Evangel. Glaubens-Sieg. p. 31. NB. Domin. 2. Adventûs, & Theol. Poſit. art. 140.

Sectio V. Didactica.

§. 1. Qvemadmodum univerſa *Theologia tùm fidem, tùm mores* reſpicit, ita utriusqve ejusdem partis & Poſitivæ & Moralis Summarium ex præſenti dicto colligi poteſt.

§. 2.

§. 2. I. *Theologia Poſitiva* præcognita, principia & principiata conſiderat. Idem Johannes h. l. tradit, ſcilicet 1. *Præcognita*, per vocabulum Ecce, qvæ dignam præparationem, attentionem & ſtudii continuationem reqvirit, adeoqve illa omnia, qvæ B. Lutherus ad tria capita, Orationem, Meditationem & Tentationem reduxit. De qvibus agit Methodus Studii Theologici.

2. *Principia tum cognoſcendi*, qvod eſt Scriptura. Nam & hoc Teſtimonium impulſu Spiritûs Sancti ſcriptum eſt, ut credamus, Jeſum eſſe Chriſtum Dei Filium & credentes habeamus vitam Joh. 20. *tum eſſendi*, qvod eſt Deus eſſentialiter & perſonaliter conſideratus, nec non ratione operum, qvæ ſunt h. l. creatio mundi & conſervatio, ut & redemtio hominum & ſanctificatio.

3. *Principiata* ſeu articulos fidei. Oſtenditur enim h. l.

1. *Theologiæ Subjectum*, qvod eſt Mundus, ſive homo in mundo vivens, peccato contaminatus, qvod malum, minimè à DEO remedium hôc locô exhibente, ſed à Diabolo ortum, hominem ex concreato integritatis ſtatu ejecit, & è Paradiſo in mundanum miſeriâ repletum domicilium, in qvo morti naturæ, gratiæ & gloriæ ſubjectus eſt, expulit. Ex qvo deſtitutionis ſtatu per reſtitutionem divinitùs ordinatam ad gratiam & gloriam reduci debet.

2. *Remedium* huic malo adhibitum eſt Chriſti meritum. Θεάνθρωπος enim Agnus DEI eſt ratione perſonæ & officii, ut *Propheta* ex ſinu hæc myſteria annuncians, Johan. 1. ut *Sacerdos* meritô ſuô ſalutem acqvirens, Hebr. 9. ut *Rex*, qvia idem Agnus & Leo de tribu Judâ, victor & defenſor noſter eſt in regno potentiæ, gratiæ & gloriæ, ſubditos ſuos conſervans, beneficia omnibus acqviſita, omnibus per Verbum & Sacramenta offerens, credentibus applicans, adeoqve peccatum tollens, non ſolùm gratiam omnibus acqvirendo, ſed etiam credentibus conferendo. Unde ab iisdem peccati *reatus* tollitur in juſtificatione, *dominium* in renovatione, *radix* verò in cinefactione, *jus* deniqve in glorificatione.

3. *Scopum*, qvi eſt Vita Æterna. Qvemadmodum enim per & propter peccatum homo in mundo vivens, morti naturæ, gratiæ & gloriæ ſubjectus eſt, Geneſ. 2. Ita ſublatô peccatô vita eidem redditur. Ubi enim remiſſio peccatorum, ſive ablatio peccati eſt, ibi Vita eſt, &

Uuuuuuuuu Salus

Salus Æterna, uti lo
Qvæ omnia & ſingu
univerſa Theologia
§. 3. II. Theo
actiones humanas d
& σεβῶς DEO, dix
tatis, qvàm probita
exiſtat, reſpectu off
lis, & Creatoris ſe
ne Chriſti redemt
lis, qvatenus Spiri
ſiaſtico, ſive Polit
actiones aphoriſm
lium donans, &
qvo vivis, prude
deteſtationem re

... itur & Lutherus in e... fundamentaliter expli... Oſitiva.

... gia Moralis ex diſtribut... igit ad normam Legis div... & Proximo, σωφρόνως ſibi ... ſtudioſus, juxta utramqve ... 1. Generalis, qvatenus home... is eſt. 2. Specialis, qvatenus ... eidemqve obligatus ſubditus ... Sancti gratiâ inſtructus, in certo ... , ſive Oeconomico conſtitutus ... ic Johanniticus informat. DEUS e... us DEI peccata tollens gratitudin... ; Peccatum, à qvo liberatus es, ejus ... Qvâ de re Aretologia videri poteſt.

§. 4 Nam ... Agnus redemit oves, & ... imitationem indefeſſam poſtulat Matt. XI...

1. Petr. 2, 21. ergò ... prio Filio non pepercit, ſed pro alienis mundi peccatis ... tradidit, num ergò tua à teipſo perpetrata ſcelera non vindic... indies ejus gratiam pedibus conculcas per peccata graviſſi... nita ex originali orta peccata actualia, eidem conjuncta, in in... Salvatorem, imò etiam in infernales conjecerunt cruciate... tu capiti crucifixo nefariè illudens membrum iniqviſſimum, ... tormenta impœnitentibus parata non exhorreſcis? à maledicte... nis per Chriſtum liberatus es, & non times denuò incurrere male... NB. Deut. 28. Confer comminationem cap. 29, 19. Der HErr w... nem ſolchen Menſchen nicht gnädig ſeyn.

Mundus eſt, qvi ad peccatum ſollicitat, igne tandem abſu... dus, qvi verò Voluntatem DEI fecerit, manebit in æternum. Qvi... qve enim crediderit in hunc DEI Agnum, ſalvus erit, Marc. 16. H... nec peccatum, nec mors, nec Satan, nec infernus ex manu fideliſ... Paſtoris eripere, Johan. 10. nec ulla creatura à charitate DEI ſepar... poterit, Rom. 8. ſed Agno DEI verâ fide junctus, cum eodem per aſ... ra ad aſtra, per crucem ad gloriam, Luc. 24. per multas tribulation...

Acto

Actor. 14. ad Regnum DEI perveniet. Videantur hæc fuſiùs expoſita in Manuali Theol. Art. 60. ubi & fundamenta adduntur paracletica. Confer ſeq. Sect. 7. Nec non *Oratoriam Eccleſiaſticam*, qvomodo affectus amoris erga Chriſtum Redemtorem; & deteſtationis atqve odii, tàm peccati, qvàm mundi excitandus ſit, ut & univerſa Theologia Moralis NB.

Sectio VI. Aphoriſtica.

§. 1. *Miniſter gratia unà cum voce manum emittens* clamabat: Ecce Agnus DEI &c. inqvit *Baſilius* Selucienſis in Serm. 34. Confer Chryſoſt. in hunc locum, & Cyrillum in cap. 1. Johan. qvi urget hanc ipſam *demonſtrationem* Salvatoris, & exindè concludit, Johannem Baptiſtam factum eſſe brevi admodum tempore *Prophetam ſimul & Apoſtolum*, & addit: Qvem enim venturum prædicabat, hunc jam monſtrat præſentem; propterea prophetarum menſuram exceſſit, uti Salvator prædixerat Matth. XI. v. 9.

IV. *De Gnoſtologia*. *Gnoſtologia* 1. *dicitur* à gnoſi. Nam γνῶσιν eſt cognoſcere cognoſcibile ὡς γνωστόν. 2. *definitur*, quod ſit habitus mentis principalis, contemplans cognoſcibile qua tale. Confer ſupra p. 1410. de veritate, in rebus, in mente, & voce NB. 3. *Dividitur* ut, et cognoſcibile explicetur 1. *Contemplabile*, quod oſtendit 1. Intelligentia, 2. Scientia, 3. Sapientia.

2. *Agibile*, quod monſtrat Prudentia.

3. *Factibile*, liberale & illiberale, quod docet Ars 1. liberalis, 2. illiberalis. Conf. ſup. Repertorium & de Concurſu theoriæ cum praxi ſup. p. 7. NB. Confer de notionibus Repertorium Logicum NB. nec non de ipsâ cognitione, ejusque principio & objecto cognoſcibili, ſive conceptu objectivo, & qualificativo, atque formali, ſup. p. 126. NB. & p. 154. & p. [illegible]. Nam ordine datur 1. res, 2. notio, 3. vox, 4. litera. Conceptus enim eſt notio ab intellectu formata, objectum repræſentans. vid. ſup. p. 1408.

Canon 1. *Scopus ſcientiæ eſt ſcientia*, ſive certitudo excludens opinionem, metum & dubitationem. vid. ſup. p. 1543. & 1548. ſeq. Conf. de ſcientia fidei, ſupr. p. 44. & 10. & Theologicâ p. [illegible] & 1546. & 1547. Das heiſt das Wiſſen, daß man ein Ding [illegible] ſolle. Nam certitudo reſpicit 1. principium cognoſcendi, 2. objectum, 3. ſubjectum, 4. ſcopum.

Canon 2. *Terminus* ſive enunciatione ſive ſcriptione communicatus, *ad unam certam ſignificationem determinatus eſſe debet*. vid.

 de

de ſcriptione NB. ſupr. p. 108. & de ſcrip ... ſonis ſignificatione unicâ p.
1519. NB.

Canon 3. *Conceptus reſpicit veritatem* ... vid. ſup. pag. 1410. Quæ eſt
Metaphyſica in eſſendo, Phyſica in cogno ... ſcendo, Logica in ſignifican-
do, & Ethica in enunciando.

Canon 4. *Omnis ſcientia humana reſp* ... ectu divina eſt umbra, sto-
mus, nihil. vide ſup. Repertorium per ... rum, de myſterio ignoran-
tiæ. NB.

Canon 5. *Scientia harmonica eſt cert* ... *iſſima*, dum revelationi ſubji-
citur ratio. Unde Judæi 4. Facultates (... Theol. Jurisprud. Medic. &
Philoſophiam comparare ſolent cum qva ... tuor ſabris, Zachar. 1, 20. &
cum eqvis trahentibus currum c. 6, 1. qv ... orum color eſt 1. rubicundus,
2. niger, 3. albus. 4. varius. ſcheckicht.

V. *De Noologia*

Noologia 1. *dicitur* Νοῦ ῥοῦς & λόγ ... ος, doctrina de mente ſive
intelligentia, alias habitus intelligentiæ ... ar.

2. *Definitur* habitus mentis princip ... palis, affinitatem rerum con-
templans, qvatenus ex eadem prima cogn ... noſcendi principia ſtatuit
3. *Dividitur* in partem 1. *generalem*, ... quæ affinitatem rerum con-
templatur in genere.

2. *ſpecialem*, qvæ in ſpecie ne ... ceſſariarum & contingentium
rerum tum inter ſeſe, tum ordine ad me ... ntem noſtram affinitatem in-
dagat, atqve principia inde elicit 1. The ... oretica, 2. practica, 3 inſtru-
mentalia. Conſ. ſup pag. 2. Vid. Philoſ ... oſoph. D. Calovii, & Gutkium.
Qvorum uſus vel maxime conſpicitur.

1. *In repræſentatione tam directâ &* ... & Poſitivâ p. 1406. per conce-
ptum formalem. vid. p. 1410. NB. & p. 22 ... 216. quam indirectâ per viam
negationis, eminentiæ & cauſalitatis. vid ... vid. Theol. Jul. artic. 10. NB. &
ſup. p. 226. NB.

2. *In abſtractione* & diſtinctione. Co ... Conſ. ſupr. p. 1147. & ſeq. ſum-
mam Tit. 1. § 1. NB.

3. *In applicatione* terminorum Philo ... ſophicorum ad objecta ex ſo-
lâ revelatione cognoſcenda. vid. Meth ... odus Studii Theolog. de uſu
Philoſoph. NB.

4. *In explicatione* principiorum pra ... acticorum, quæ ex jure natu-
ræ

ſe omnes obligant. Qua de re agit Theologia Poſitiva artic. 11. & art. 7. NB. Confer de natura principii cognoſcendi p. 198. NB. & pag. 1420.

Metaphyſicæ

notanda eſt 1. Tabula. 2. Summa 3. Bibliotheca & Uſus.

I. *Tabula.*

Metaphyſica 1. *exiſtentia* patet ex objecto. 2. *eſſentia* innoteſcit 1. *ex nomine* μετὰ & φυσικά, quia Phyſicam tranſcendit. 2. *ex re ipſa.* Quæ monſtrat

I. *Definitio*: eſt ſcientia, quæ contemplatur ens, quatenus ens eſt.

II. *Diviſio* in partes 1. *communem*, de communi entis natura, ejusque affectionibus communiſſimis.

2. *propriam*, de entis ſpeciebus analogis, quæ ſunt Subſtantia & Accidens.

Ex quibus patet,

1. Cauſa efficiens principalis Deus, organica Philoſophus.

2. Materia 1. in qua ſ. ſubjectum quod, homo, & quo, intellectus, 2. circa quam ſive ſubjectum materiale ens, & formale, quatenus ens.

3. Forma ſcientiæ, ſive contemplatio ſcientifica.

4. Finis ultimus Dei gloria, proximus cognitio entis, quæ & intellectum perficit, & aliis diſciplinis prodeſt.

II. Summa.

Patet ex Ariſtotele, Suarezio, Jacobo Martini, ejusque tum particularibus, quam Exercitationibus, nec non ex Metaph. Stahlii, & quæ ſtudioſis ob uſum in Theologia perſpicue monſtrandum meritò commendatiſſima eſſe debet, Metaphyſica Dn. D. Calovii An. 1651. repetita & Maccovio inpetitæ oppoſita. Hoc loco ſufficit præcipuas notare obſervationes hodiernis Metaphyſicis uſitatas. Quorum tamen ſubtilitates non opus eſt ut ſuas faciat Theologus.

Nota I. *Ens* reſpicit eſſentiam. Confer de ſummo Eſſentiatum omnia tranſcendente Theol. Poſ. art. 9. & 10. & Hopneri Log. p. 153. Nam ens infinitum eſt DEUS. Finitum verò eſt vel ſubſtantia vel accidens.

II. *Naturæ* naturans confundit natu [illegible]
ca. vid. Theol. Polem.

III. *Affectiones* entis ſunt conceptu [illegible]
dentaliter denominantes. Confer de att [illegible]
artic. 10.

IV. *Omne ens habet ſuam perfectionem* [illegible]
& 18. quæ eſt expers omnis defectus enti [illegible]
ſima, ſolius DEI, vel definita & creata, [illegible]
excludens, adeoque 1. eſſentialis, 2. accid [illegible]
cialis, 3. moralis, 6. ſpiritualis, 7. cœleſtis. [illegible]
292. & Theol. Exeg. de perfectione Scrip [illegible]

V. Unionem realem ſequitur com [illegible]
335. contra Maccovium.

VI. Veritas eſt cum intellectu divin [illegible]
ctiva rei, conformativa animi, ſignifica [illegible]
gnoſcendo & ſignificando. vid. p. 318. ([illegible]

VII. Bonitas eſt cum voluntate di [illegible]
ſibil. p. 376. de ubietate & ubiquitate poſſi [illegible]
tate bonorum operum p. 418. NB. & de [illegible]
Dei dependentiâ p. 442. vid. Theol. Po [illegible]
nia div. intentionis & executionis Decr [illegible]
Calov. Met. p. 482. contra Maccov. p. 49 [illegible]
in Deo p. 499. neque per accidens p. 505 [illegible]
Chriſti p. 529. & de communicatione hyp [illegible]
ſit. art. 43. p. 503.) Nec non de Canone [illegible]
tio, illa inter ſe conveniunt, quod illu [illegible]
differentia producentis & producti, & de [illegible]
realiter idem ſunt p. 579. de adjuncto p. [illegible]
prii p. 615. & ſigno p. 629. & 631. de Ima [illegible]
Porrò de ſubſtantia communicabili part. [illegible]
& ſubſiſtentia p. 48. & ſuppoſito p. 54. & [illegible]
cin. NB. de accidente p. 137. & peccato [illegible]
corporis Chriſti p. 259. de actione verbi [illegible]
Theol. Poſ. art. 124.)

Ut verò hæc univerſa & ſingula à D [illegible]

[illegible] calliſtarum principia Ariſto-

[illegible] generaliſſimi, ens tranſcen-
[illegible] ibutis divinis Theol. Poſit.

[illegible] vid. l. d. Tit. 40. & art. 17.
[illegible] activi. Eſtque vel commentiſ-
[illegible] imperfectionem privativam,
[illegible] entalis, 3. naturalis, 4. artifi-
[illegible] vid. D. Calovii Metaph. p.
[illegible] cura. l. p. 1961.
[illegible] municatio idiomatum. vid. p.

[illegible] conformitas. Eſtque obje-
[illegible] tiva ſigni, ſive in eſſendo, co-
[illegible] ſup. p. 1610.)
[illegible] conformitas p. 390. Conf.
[illegible] ibil p. 394. art. non de neceſſi-
[illegible] abſurda independentia Filii
[illegible] Poſit. art. 14. NB. De Harmo-
[illegible] cretorum, art. 10. Tit. 17. & D.
[illegible] 499. de nullitate cauſæ peccati
[illegible] & p. 519. de præſentia natura
[illegible] hypoſtatica p. 533. (vid. Th. Po-
[illegible] Quæ conveniunt in uno ter-
[illegible] illud tertium. p. 555. & p. 574. de
[illegible] de communicatione eorum, quæ
[illegible] p. 610. & communicatione pro-
[illegible] imagine & veſtigio p. 637. & 640.
[illegible] art. 1. p. 27. & generatione p. 41.
[illegible] & perſona p. 98. 109. contra Pho-
[illegible] originis p. 159. de viſibilitate
[illegible] bi div. in hominem p. 311. (vid.

[illegible] à Dn. D. Calovio, tum Crellio:
[illegible] quam

quam Maccovio, atque aliis ſingulari ſtudio oppoſita, cum Metaph. Photiniana Keslero feliciter conferre, & principia ex lumine naturæ deducta lumine revelationis illuſtrata, inſtar Magnetis armati geminâ virtute ſuâ opponere liceat contradicentibus, ideo Theologiæ ſtudioſo non ignota eſſe debet explicatio terminorum ex mente Scholaſticorum, & eorum, qui illos imitantur. Quorum accurata collatio cum ſequente uſu Metaphyſico varias difficultates tollere, & diſſenſum Philoſophorum ejusque fundamenta oſtendere poteſt, ut relictis otioſis diſputationibus ſola triumphet veritas. Sequitur itaque *Summaria delineatio* potiſſimorum terminorum ex nobilioribus Scholaſticis & recentioribus Metaphyſicis.

Titulus I.
De Naturâ Metaphyſices.

§. 1.

Metaphyſica eſt Scientia contemplativa, quæ verſatur circa ens, & interiora entis, quatenus vel ipſa ſunt abſtracta, vel habent prædicata abſtracta, à materia ſenſibili.

§. 2. *Materia ſenſibilis eſt* ſubſtantia corporea, quatenus ſenſu perceptibilis eſt.

§. 3. *Abſtractio* eſt præciſio unius ab alio.

Objicio Abſtractio rationis videtur eſſe figmentum rationis, eorum tribuens ex confuſione abſtractionis cum ſeparatione. Conf. Tit. 2. §. 7. de ente rationis.

§. 4. *Abſtractum* à materia ſenſibili eſt, quod in ſua natura & ratione formali nullam materiam ſenſibilem involvit.

Nota. Qui idem formale objectum abſtractum à materia ſenſibili tam in Metaph. quam in Pnevmaticis agnoſcunt, illi ex hoc fundamento urgent, Pnevmaticam non eſſe à Metaph. ſeparandam ob identitatem objecti formalis. Et ſpirituum quoad diſtinctum conſiderandi modum conſtituere peculiarem partem, ſcil. Metaphyſicæ, non verò ipſius Philoſophiæ. Quemadmodum Phyſica continet anthropologiam, pſychologiam & ſomatologiam: & Ethica complectitur Eudæmonologiam & Aretologiam.

TITULU[illegible] II.
De Ente [illegible]

§. 1.

ENs eſt illud, qvod in ſe reale eſt & poſ[illegible] ... [illegible] ventum, ſive qvod de omnibus prædicentur. (Sive ſit Summum, ut [illegible] ... [illegible] greatur, ſive ſub ſummo, & à ſummo dependens, ut creatura. NB. ſup. [illegible] ... p. 305. & p. 227.

§. 2. *Ens reale* eſt, qvod habet ac[illegible] ... [illegible] ualem exiſtentiam.

§. 3. *Ens per ſe* eſt, qvod eſt in aliq[illegible] ... [illegible] o prædicamento directe, ſeu qvoad totam ſuam entitatem, v. g. homo.

Nota. Deum non eſſe ſubſtantiam [illegible] ... [illegible] prædicamentalem patet ex illis, qvæ ſup. Theol. Poſ. art. 6. §. 2. p. 227. [illegible] dicta ſunt.

§. 4. *Ens per accidens* eſt, qvod eſt [illegible] ... in prædicamento indirecte, ſeu qvoad alteram tantum ſui partem, v. [illegible] g. albus. Confer inter alium Metaph. numero 31. de privatione ad ha[illegible] ... [illegible] bitum reducenda. NB.

§. 5. *Ens participiale* eſt id, qvod actu [illegible] ... [illegible] u exiſtit, v. g. homo,

§. 6. *Ens nominale* eſt, qvod poteſt [illegible] ... eſſe, ſive jam actu exiſtat, v. g. roſa in æſtate, ſive exiſtere poſſit, ut roſa i[illegible] ... in hyeme.

Nota. Hæc diſtinctio nonnullis vi[illegible] ... [illegible] detur eſſe contradictoria, qvia ens nominale ſæpiſſimè eſt non ens.

§. 7. *Ens rationis* eſt, qvod tantùm h[illegible] ... habet eſſe objectivè in intellectu, ita ut eſſe reale habere non poſſit, v[illegible] ... v. g. lapis ligneus.

§. 8. *Attributum* eſt conceptus rei [illegible] ... [illegible] ſecundarius priorem conſeqvens, qvi cum re reciprocatur v. g. riſibil[illegible] ... [illegible] ſupponit. vid. Arriaga in curſu Philoſ. p[illegible] ... [illegible] attributum, paſſio & proprietas pro eode[illegible] ... [illegible] tributum accipiatur pro prædicato conſ[illegible] ... [illegible] ptum: ſic calor eſt attributum ignis, & riſi[illegible] ... [illegible] realiter diſtincta dicantur paſſiones, reliq[illegible] ... [illegible] liqva vero attributa, ut riſibilitas reſpectu rationalitatis.

Nota 1. *Attributum* h. l. non attendi[illegible] ... [illegible] endatur Logicum, qvod ſubjecto tribuitur & de eo prædicatur, ſed Metaphy[illegible] ... [illegible] ſicum ſive ipſe conceptus.

Nota 2. *De attributis* divinis ſumm[illegible] ... [illegible] ſummam infiniti Entis perfectionem diſtinctè indicantibus caute loqven[illegible] ... [illegible] endum eſt. vid. Theol. Poſ. art. 20. p. 239. NB.

Nota

Nota 3. *Conceptus* communis, analogicus, affectio & attributum, reſpectu creatoris & creaturæ, accuratam explicationem & applicationem requirit, vid. ſup. p. 227. & infra Repertorium Pnevmaticum NB.

Nota 4. *Conceptus eſt conceptione actus*, (quaſi in utero) ad communicationē per amorē. V. Altenſteig & Gerſon in Centilogio. adeoq; per conceptum intellectio terminat intelligendi actū. vid. Occam l. d.

Nota 5. *Conceptus formalis* eſt actus intellectus, quo objectum exprimitur & cognoſcitur: *Conceptus vero objectivus eſt* res ipſa cognita & per conceptum formalem expreſſa: *Conceptus autem quidditativus* eſt ratio formalis. vid. ſup. p. 38.

TITULUS III.

De Potentia.

§. 1.

Potentia eſt aptitudo ad agendum vel recipiendum.

§. 2. *Potentia objectiva* eſt, per quam aliquod poteſt eſſe objectum potentiæ activæ, ſeu à potentia activa produci.

Nota Duo requiruntur ad hoc, ut aliquid ſit in potentia objectiva: 1. ut actu nondum ſit. 2. ut non repugnet fieri.

§. 3. *Potentia activa* eſt, qua aliquid aptum eſt producere aliud.

§. 4. *Potentia activa libera eſt*, qua quis poſitis omnibus, & iiſdem ad agendum requiſitis poteſt agere & non agere, item contraria agere, v. g. homo poteſt edere & non edere, poteſt etiam eſurire.

Nota · *Potentia naturalis* non eſt libera; quia ad veritatem enunciationis disjunctivæ ſufficit, ſi una pars tantum vera ſit. Quamobrem tutius eſt ſi in preced. definitione dicatur: agere & non agere (quam agere vel non agere.)

§. 5. *Libertas* eſt vis agendi & non agendi.

§. 6. *Libertas exercitii ſeu contradictionis* conſiſtit in vi agere & non agere, v. g. amare & non amare, *libertas ſpecificationis vero ſeu contrarietatis* conſiſtit in vi agere contraria, v. g. amare & odiſſe.

Nota · De his agit Theol. Poſit. art. 20. NB.

§. 7. *Potentia ordinata* eſt aptitudo agendi ſecundum ordinem, vel legem præſcriptam. Sic v. g. Sol movetur, fur ſuſpenditur, adulter decollatur.

§. 8. Po-

§. 8. *Potentia* [illegible] eſt aptitud[illegible] legem præſcriptam. Sic Sol ſtat, [illegible] cuniariam.

[illegible] agendi contra [illegible] vel [illegible] convertitur in pe-

§. 9. *Potentia activa naturalis* eſt, [illegible] iisdem ad agendum reqviſitis non poteſ[illegible] v.g. canis eſuriens appoſito cibo non po[illegible]

[illegible] quia omnibus poſitis & non agere, & qvidem per ſe, [illegible] edere, neque eſurire. [illegible] aptum eſt recipere.

§. 10. *Potentia paſſiva* eſt, qvâ [illegible] aliqvid.

§. 11. *Potentia univerſalis* eſt, qvæ [illegible] ad indifferenter plures ſufficit actus, *particularis* vero, qvæ ad certum actum eſt reſtricta.

§. 12. *Potentia proxima* eſt aptitu[illegible] actio immediata ad agendum vel recipiendum aliqvid, remota autem eſt aptitudo mediata ad agen[illegible] dum vel recipiendum aliqvid, v.g. inpu[illegible] [illegible] eſt potentia proxima reſpe- ctu chyli, remota vero reſpectu ſangvinis.

§. 13. *Potentia naturalis* eſt aptitud[illegible] ad aliqvid naturale, citra ſpecialem DEI concurſum; *obedientialis* [illegible] dicitur aptitudo ad ali- qvid ſupernaturale, per ſpecialem DEI concurſum.

Obſerv. Aliud eſt potentia obedien[illegible] [illegible] quæ in DEO non eſt, aliud potentia, per qvam aliena potentia, quæ obedientialis vocari ſolet, in actum deducitur, qvæ DEO tri[illegible] tribuitur vid. Matt. 3. de lapidi- bus, ex qvibus fieri poterant filii Abrahæ. [illegible] NB. ſup. p. 338.

§. 14. *Omnipotentia* eſt, qvæ verſatur circa omnia, quæ non im- plicant contradictionem, veram ſcilicet, & non apparentem. vid. NB. ſup. p. 336. & p. 338. ſive hæc *abſoluta* ſit, reſpectu ipſius rei, v. g. pro- ductio cœli & terræ ex nihilo, & in nihil reductio, ſive *re- lativa*, reſpectu DEI, v. g. mentiri, falle[illegible] [illegible] fallere, de qva vid. ſup. p. 333 & 337. NB.

Canon 1. Τὸ non poſſe non negat [illegible] omnipotentem eſſe, ſcilicet in illis, qvæ inferunt impotentiam a parte r[illegible] rei (non, mentiri) NB. ſu- pra pag. 338.

Canon 2. *Æterna potentia* Creato[illegible] [illegible] non infert creaturæ poſſi- bilem æternitatem. Ratio eſt, qvia ali[illegible] aliud eſt duratio continua ſine i- nitio & fine ſimpliciter, aliud verò duratio cum ſucceſſione & varietate motus atqve operationis. Eſſe enim cre[illegible] creatum, & eſſe ſimul totam to- tam, perfectam & uniformem, atqve im[illegible] incommunicabilem, Creatori æter- no,

Digitized by Google

no, ſine principio & ſine interminabili æqvalem, eſt ſimpliciter impoſſibile. NB. ſup. p. 162.

Poriſma: Ergo ſolus DEUS eſt æternus, & qvicunqve eſt æternus, ille eſt ſolus verus Deus. ſup. p. 262.

Titulus IV.

De Actu.

§. 1.

A*ctus potentiæ* oppoſitus datur varius, qvi ante deſcriptionem accuratè eſt diſtingvendus.

§. 2. *Actus* eſt vel *abſolutus*, qvi eſt ſubſtantia ſimplex completa. Qvalis eſt DEUS & Angeli. Vel *Actus reſpectivus ſive forma*, qvo res aliter ſe habet, qvam potentia.

§. 3. *Actus purus* eſt, qvi expers eſt omnis imperfectionis, ſcil. ſolus DEUS. *Actus verò impurus* eſt, qvi non eſt expers omnis imperfectionis. v. g. Angeli & animæ rationales.

§. 4. *Actus formalis* eſt forma tribuens rei naturam, v. gr. anima, calor, &c.

Nota 1. *Eſſentia* eſt id, qvod primò in re concipitur, ut non poſſit dari ratio à priori, cur rei competat.

Nota 2. *Eſſentia* & exiſtentia omninò ſunt diſtinctiſſima, uti patet ex actu formali & exiſtitivo.

§. 5. *Actus entitativus* ſeu exiſtentia (qvaſi extraſiſtentia) eſt id, per qvod res eſt extra cauſas, hoc eſt, eſſe ſuum obtinet, ut à nullâ ca- [illegible].

Nota: Additamentum *ſive* eſt abſurdum; (*extra ſuas cauſas*) DEUS enim etiam agnoſcit exiſtentiam ſeu actum entitativum, neqveqvam verò ullam cauſam.

§. 6. *Actus primus* eſt forma vel figura, qvæ in aliqvo eſt, non ut operatio à potentia activa procedens. v. g. viſus. *Actus ſecundus* eſt ipſa operatio, qvatenus à potentia activa procedit. v. g. viſio.

§. 7. *Actus ſignatus* eſt ratio formalis vel natura rei in ſe ſpectata. *Actus exercitus* verò eſt ratio formalis vel natura rei rebus applicata. Sic v. g. Logicus agit de Syllogiſmo in actu ſignato, Theologus autem in actu exercito.

TITULUS [illegible] V.

De Princ[illegible]pio.

§. 1.

PRincipium eſt, unde aliquid quocunq[illegible] [illegible] modo procedit, v. g. Ignis, reſpectu caloris.

§. 2. *Principium eſſendi* eſt, unde [illegible] res in eſſe ſuo dependet, quando jam facta eſt, & quamdiu eſt, v. gr. m[illegible] materia & forma reſpectu ſubſtantiæ corporeæ.

§. 3. *Principium cognoſcendi* eſt, [illegible] unde res dependet in cognoſci. Eſtque vel *incomplexum* v. g. fumus [illegible] eſt Principium cognoſcendi & ſignum ignis, vel majus, ſcilicet [illegible] complex, five complexum. Integra ſcil. propoſitio, v. g. Impoſſibile eſt [illegible] idem ſimul eſſe & non eſſe. Confer Theol. Poſit. art. 1. §. 1.

§. 4. *Principium quod* eſt, cui ſumme [illegible] in caſu recto aut modo æquipollente tribuitur verbum ſignificans i[illegible] id, cujus eſt principium Sic Architectus ædificans reſpicit ædificium p[illegible] productum. Cujus manus eſt *principium quo* peragitur ædificatio per [illegible] certa inſtrumenta, quæ ſunt ſerra, ſecuris, malleus, &c.; vid. infr. Ti[illegible] [illegible] Unde ad principium quod refertur in caſu obliquo. Si[illegible] [illegible] non Artifex, ſed manus ar[illegible] [illegible], eſt principium, quo perficitur opus [illegible] productum.

Nota: Theologia Chriſtologiam [illegible] explicantibus in actionibus theandricis, principium *quod agit*, eſt p[illegible] [illegible] perſona, quo agit eſt natura. NB. ſup. p. 528.

§. 5. *Principium cauſale* eſt cauſa, [illegible] quia influit eſſe in aliud. hoc eſt eſſe diſtinctum alii confert, Sic figul[illegible] [illegible] influit eſſe in [illegible], quæ ollæ confert eſſe diſtinctum ab eo, quod [illegible] eſt in [illegible]. Confer de principio productivo externo (effic. & fin.) [illegible] & conſtitutivo externo (ma-ter. & form.) Repert. Phyſic. NB. & inf[illegible] [illegible] de cauſa [illegible] ſed *Principium non cauſale* eſt terminus, à quo qu[illegible] [illegible] primo movetur, v. g. principium viæ (oppoſitum termino ad quem.) [illegible].

§. 6. *Principium internum* eſt, quo[illegible] [illegible] conſtitutionem rei ingreditur, ſcil. materia & forma, & dicitur principium conſtitutivum.

Principium verò externum eſt, quod [illegible] eſt extra rei conſtitutionem, v. g. efficiens & finis, & dicitur principi[illegible] [illegible] principium productivum.

§. 7.

§. 7. *Principiatum* eſt, quod aliunde quocunque modò procedit, v. g. domus, olla, calceus &c. Conf. ſup. §. 2. & 3.

TITULUS VI.
De Cauſâ.

§. 1.

C*auſa* eſt principium realiter influens in eſſe cauſati, (effectum, non vero defectus NB. ſup. p. 426.) vid. Arriaga in Curſu Philoſ. p. 374. Cauſa eſt, quæ influit in effectum.

§. 2. *Cauſatum* eſt principiatum, cui per realem influxum communicatum eſt ſuum eſſe; (NB. non vero deficere.) vid. ſup. p. 425.

§. 3. *Effectus* eſt, qui ab agente agendo producitur. (NB. ergò non deficiendo.)

§. 4. *Effectus cauſarum* quidam terminantur in ipſo agente, ut actus immanentes (intelligere, velle.) Quidam verò extra agentem, in alio ſubjecto, ut homicidium. Et imputantur cauſæ tam morali, quam Phyſicæ. Sic David occidit Uriam gladio Ammonitarum, 2. Sam. 12, 9. ſcribendo ad Joabum hujus mandati executorem. & Ahab occidit Nabothum per conſilia Jeſabelis, quæ executionem judicibus præceperat, NB. 1. Reg. 21, 19. & infra Tit. 7. §. 6.

§. 5. *Requiſitum*, ut ſequatur effectus, nonnullis dicitur *unitas*, propinquitas, ſive approximatio cauſæ cum paſſo. Quam explicat Arriaga in Curſu Philoſ. p. 392. vid. ibidem p. 442. de Concurſu, & de Cauſâ primâ immediatè concurrente cum omnibus cauſis ſecundis & ſup. p. 416. ſeq.

Canon: *DEUS non eſt cauſa peccati*. Ratio eſt: quia non concurrit determinatus in actu primo, ſed potius indifferens omnino, & ejus concurſus determinatur à cauſa ſecundâ. Si verò eſſet cauſa per ſe peccati, deberet concurrere determinatus in actu primo, vel deberet determinare ſeipſum. vide l. d. NB. infr. Tit. XI. §. 11.

TITULUS VII.
De Cauſâ Efficiente.

§. 1.

C*auſa Efficiens* eſt, quæ per ſe influit eſſe in aliud realiter, à quâ adæqua-

adæqvate diſtingvitur, vel, qva produ[illegible]
nem, v. g. Medicus reſpectu ſanitatis [illegible]
ſeq. NB.

§. 2. *Ratio cauſandi* eſt id, qvod [illegible]
cauſa (h. l. potentia agendi) v. g. peritia [illegible]

§. 3. *Cauſalitas* eſt id, per qvod al[illegible]
ſa (h. l. actio) v. g. ipſa curatio.

§. 4. *Cauſatum* eſt effectus, ſcil. [illegible]
dependet, v. g. ſanitas.

§. 5. *Cauſa Phyſica* eſt, qva verum [illegible]
ſive immediate, ſive mediante cauſa in[illegible]
reſpectu incendii.)

§. 6. *Cauſa moralis* eſt, qva influ[illegible]
ſed tamen mediante cauſa Phyſica prin[illegible]
patiens, vel cogit aut hortatur. v. g. c[illegible]
homicidæ eſt cauſa Phyſica, Magiſtra[illegible]
cauſa moralis. vid. ſup. Tit. 6. §. 4. Sic [illegible]
plicans.

Not. 1. *Cauſa moralis* dicitur à m[illegible]
agente morali; (Nam & brutum dici p[illegible]
ſpectu. Confer de moralitate ſupra p. 16[illegible]

Not. 2. *Ad cauſam moralem reqvir*[illegible]
de qva NB. ſup. p. 285. & 323. alias erit ca[illegible]
tio ſit *directa*, qvando appetitus recta fer[illegible]
recta, cum appetitus in rem aliqvam rec[illegible]
aliud, ex qvo alterum ſeqvitur. v. g. m[illegible]
manum, indirectè dicitur intendere mortem [illegible]
biliter futurum.

§. 7. *Cauſa principalis* eſt, qvæ in[illegible]
ignobiliori, (h. e. inſufficiente) qvam [illegible]
qviritur, v. g. faber, reſpectu clavi.

§. 8. *Cauſa inſtrumentalis* eſt, qvæ [illegible]
effectum virtute ignobiliore, qvam ad ip[illegible]
tur, v. g. malleus reſpectu clavi.

§. 9. *Inſtrumentum* eſt, qvod aptum [illegible]

[illegible] it effectum per veram actio-
[illegible] vid. Arriaga Curſ. pag. 425.

[illegible] aliqvid aptum eſt, ut ſit vel hac
[illegible] ars medendi.
[illegible] qvid actu & formaliter eſt cau-
[illegible], qvatenus à cauſa efficiente
[illegible] per ſe influit in effectum,
[illegible] inſtrumentum Phyſica, (ut ignis
[illegible] influit qvidem in effectum vere,
[illegible] principali, qvam vel applicat ad
[illegible] carnifex reſpectu decollationis
[illegible] cauſa vera, cujus juſſu facit. eſt
[illegible] incendiarius ignem actu ap-

[illegible] ore ſeu æſtimatione. non ab
[illegible] poteſt cauſa moralis, certo re-
[illegible] 429. NB.)
[illegible] *ſcientia & intentio agendi*,
[illegible] cauſa per accidens, ſive intentio
[illegible] fertur in aliqvam rem, ſive indi-
[illegible] recta non fertur, appetit tamen
[illegible] g. nauta directe intendens [illegible]
[illegible] ex ſomnolentia intelli-

[illegible] influit in effectum, virtute non
[illegible] am ad ipſum producendum re-

[illegible] à principali elevata, influit in
[illegible] ad ipſum producendum reqvi-

[illegible] ptum eſt ad uſum, ita qvidem,
ut

ut per ſe, & naturæ ſuæ ad illum uſum dirigitur. v. g. ſerra, reſpectu diſſectionis.

§. 10. *Cauſa univoca* eſt, quæ ejuſdem eſt ſpeciei cum effectu, ut ignis generans alium ignem.

§. 11. *Cauſa æquivoca* eſt, quæ ſpecie ab effectu differt. v. g. Architectus reſpectu ædificii.

§. 12. *Cauſa naturalis* eſt, quæ ad unum oppoſitorum eſt determinata. Cauſa verò *libera*, quæ indifferens eſt ad oppoſita. vid. ſup. de Potentia.

§. 13. *Cauſa interna* eſt, cujus effectus eſt in ipſa cauſa, vel eodem ſubjecto, in quo ipſa eſt. v. g. intellectus actum intelligendi eliciens in ipſa anima.

§. 14. *Cauſa externa* eſt, quæ extra ſe, vel extra ſubjectum, in quo ipſa eſt, aliquid agit. v. g. Architectus, ædificans domum.

Nota: *Internum & externum* dicitur dupliciter: 1. ratione eſſentiæ, 2. ratione ſubjecti. Priori modo nulla cauſa efficiens eſt interna; poſteriori verò modò omnino. vid. Zabarella l. 1. de propoſ. neceſſ. c. 10.

§. 15. *Cauſa prima* eſt, quæ à nullo dependet, ab ipſa autem dependent reliqua omnia, ut ſolus DEUS.

§. 16. *Cauſa ſecunda* eſt, quæ aliam cauſam agnoſcit priorem, qualis eſt omnis cauſa efficiens creata.

§. 17. *Cauſa exemplaris* vocatur idea, ſive exemplar, quod eſt illud, in quod artifex reſpiciens operatur. vid. Ariſtot. l. 7. Metaph. c. 7. text. 31. & explicationem Arriagæ in curſu Philoſ. p. 433. qui addit 1. *Exemplar internum* eſt, quod ipſi intellectui objicitur, & dici ſolet idea rei faciendæ. 2. *Exemplar externum* eſt, quod proponitur externè alicui potentiæ cognoſcitivæ, ut ad imitationem ipſius artifex operetur, quale communiter habent pictores & ſtatuarii &c. Sic Moſis operatio inſtituenda erat juxta exemplar in monte monſtratum. Exod. 25. 40. *Imitatio* verò imitatio actionis humanæ imperfecta eſt. vid. infra Tit. 9. §. 6.

Titulus VIII.
De Materia.

Yyyy yyyy yyy 2 §. 1.

§. 1.

MAteria eſt principium paſſivum [illegible] eſt, cum inſit. v. g. lignum reſpe[illegible]

§. 2. Ratio cauſandi materiæ [illegible] verò, & qvidem in fieri, eſt paſſio, in[illegible] ſpectu compoſiti, eſt unio inter mater[illegible] autem perpetua dependentia formæ i[illegible]

§. 3. Cauſatum materiæ primæ [illegible] & forma, ſecundariæ verò forma.

§. 4. Materia ſenſibilis eſt cor[illegible] bus qvalitatibus præditum eſt v. g. c[illegible]

§. 5. Materia intelligibilis eſt [illegible] nens.

Nota: Magnitudo vocatur 1. M[illegible] bet cum materia ſenſibili, ſicut enim [illegible] ad formas, ita magnitudo indifferen[illegible] teria ſenſibili oriuntur formæ, ita ex [illegible] untur figuræ. 2. intelligibilis, propter [illegible] bus ſenſibilibus, in qvibus eſt.

§. 6. Materia ex qva ſup. §. 1. [illegible] nens, ex qva aliqvid fit, ſalva manen[illegible] ctu poculi, vel tranſiens, ex qva muta[illegible] ctu aceti.

Nota: Licet materia tranſiens n[illegible] totam, tamen ineſt ſecundum alter[illegible] materia eſt.

§. 7. Materia in qva eſt ſubject[illegible] forma ab illo ſubjecto dependeat in [illegible]

§. 8. Materia circa quam, ſeu o[illegible] tur aliqvid.

§. 9. Objectum materiale eſt re[illegible] tur; objectum formale vero ratio, [illegible] tur aliqvid; & vocatur à Scholaſticis [illegible]

Nota 1. Diviſio hæc in materiam [illegible] non ſemper eſt in diverſas materias [illegible]

[illegible] ex qva aliqvid fit, aut factum [illegible]

[illegible] potentia paſſiva, cauſalitas [illegible] materiale, & qvidem re[illegible] formam reſpectu formæ [illegible] eſſe ſine materia.

[illegible] compoſitum ex materia [illegible] materiale.

[illegible] naturale, qvatenus ſenſibili[illegible] corpus candidum.

[illegible] magnitudo ſeu qvantitas perma[illegible]

[illegible] per analogiam, qvam ha[illegible] materia ſenſibilis indifferens eſt [illegible] eſt ad figuras, item [illegible] terminatione magnitudinis [illegible] abſtractionem intellectus, [illegible]

[illegible] fuit deſcripta, eſtqve vel perma[illegible] eſſentia, v. g. aurum reſpe[illegible] aliqvid fit, v. g. vinum reſpe[illegible]

[illegible] compoſiti ſecundum [illegible] ſui partem, adeoque adhuc

[illegible] in qva forma aliqva [illegible] eſſe ſuo.

[illegible] objectum eſt id, circa qvod verſa[illegible]

[illegible] circa qvam aliqvid verſa[illegible] circa aliqvam rem verſa[illegible] formale objectiva.

[illegible] ex qva, in qva & circa qvam [illegible] interdum unica materia in diver-

Digitized by Google

diverſa ſaltem officia. v. g. lignum eſt materia, ex qva fit menſa, in qva eſt figura menſæ, & circa qvam verſatur artifex.

Nota 2. *Materia circa qvam* propriè non eſt materia, imò ſi tantum conſideratur, qvatenus actum alicujus potentiæ terminat, planè non eſt cauſa, dicitur autem materia propter aliqvalem, qvamvis exiguam cognationem, qvam cum materiâ propriè dicta habet. Scilicet, ſicut materia propriè dicta objicitur agenti, ita omne illud, circa qvod aliqvid verſatur, eſt & dicitur materia circa qvam ſive objectum.

§. 10. *Objectum adæqvatum* ſeu totale eſt, qvod adæqvatè terminat actum potentiæ, ſeu, qvod totum & ſolum a potentiâ vel habitu percipitur v. g. corpus naturale, qvatenus naturale, eſt objectum adæqvatum Phyſicæ.

§. 11. *Objectum inadæqvatum* ſeu partiale eſt pars aliqva totalis objecti, ſeu qvod aliqvem tantum actum potentiæ terminat. v. g. cœlum in Phyſica eſt objectum inadæqvatum.

APPENDIX.

§. 1. *Ad Materiam referri poteſt elementum.* Nam *Elementum* latiſſimè ſumtum eſt id, qvod primum cuique ineſt.

§. 2. *Elementum propriè* dictum eſt, ex qvo primò exiſtente, (ſeu potentiâ ſeu actu) atqve indiviſibili ſpecie in aliam ſpeciem componitur aliqvid. v. g. literæ ſunt elementa reſpectu vocis, ignis, aër, aqva, & terra, reſpectu corporis mixti. Qva de re agit Repertorium Phyſicum.

§. 3. *Elementum metaphoricè ſumtum* eſt omne id, qvod unum eſt ac parvum, & ad multa utile. v. g. Elementa Rhetorica. Confer Arriagam, qvi in Curſu Philoſ. p. 671. ait: Elementum accipitur 1. *Metaphoricè*, pro primis alicujus rei principiis. 2. *Phyſicè* dicitur, qvod unica tantum qvalitate ex primis conſtat.

TITULUS IX,
De Forma.

§. 1.

Forma eſt principium per unionem ſui cum materia dans eſſe rei. (aliis, qva dat 1. eſſe. 2. diſtingvere. 3. operari.) Confer de formâ unica

unica NB. ſup. p. 1559. qvæ Scholaſt [illegible] ā [illegible] is vocatur implurificabilis.
Qvemadmodum & ſenſus unius ſente [illegible] ratiæ unus eſt. Nam ſimiliter
forma unius dicti unica.

Nota 1. Forma dicitur ἐντελέχεια [illegible], ab ἐν, τέλος & ἔχειν, ſeme
enim cum materia unita facit ceſſare om [illegible] a ſeu actionem efficientis.

Nota 2. Per rem ſ. l. intelligitur [illegible] compoſitam, ſeu materia unita
mata, de qva intelligenda ſunt verba [illegible] Philoſophus 7. Metaph. c. ult. ſer.
ma eſt cauſa materiæ.

Nota 3. Ex conceptu formæ pa [illegible] eſt conceptus formalis. vid. ſup.
Tit. 2. NB. & *formalitas*, ſive ratio & n [illegible] a ratio, qva aliqvid concipitur.

§. 2. *Cauſatum* formæ eſt ſolum [illegible] compoſitum, & quidem qva-
tenus a forma dependet, ſive ſubſtant [illegible] aliquid ſit, ut homo, ſive acci-
dentale, ut corpus album.

§. 3. *Ratio cauſandi* eſt ipſa ſubſ [illegible] tantia formæ.

§. 4. *Cauſalitas* eſt unio materi [illegible] æ cum forma, quatenus ſe habet
ex parte formæ, diciturqve actuatio & [illegible] informatio.

§. 5. *Forma interna* eſt, qvæ in [illegible] a formæ informando materiam rem
conſtituit. vid. §. 1.

§. 6. *Forma externa, ſeu exempl* [illegible] *lar*, eſt forma, qvam efficiens imi-
tatur ex intentione agentis, determin [illegible] a naturalibus rerum.

Nota: Exemplar dicitur forma [illegible] ratione exiſtens, ſed ratione
repræſentationis. vid. ſup. Tit. 2. §. 1 [illegible] 7.

§. 7. *Exemplar externum* eſt for [illegible] extra animum in ſenſum in-
currens. v. g. Scriptura.

§. 8. *Exemplar internum* eſt fo [illegible] ne mente concepta, v. g. con-
ceptus Architecti reſpectu domus æd [illegible] ificandæ.

§. 9. *Forma informans* dat eſſe, [illegible] diſtingvi & operari. vid. §. 1.

§. 10. *Forma aſſiſtens* eſt, qva [illegible] non eſt pars rei, ſed ei movendo
præeſt, adeoqve tantum proprie [illegible] eſt præſentem, et ut motum aut
operationem ipſi largiatur, v. g. na [illegible] [illegible], quam movet.

§. 11. *Forma ſubſtantialis* eſt [illegible] actus ſubſtantialis incompletus,
unum per ſe cum materia conſtituen [illegible] ſubſtantia, qvæ eſt forma corpo-
ris naturalis organici, vitam & oper [illegible] ationes vitales ei communicans:
eſtqve 1. vegetativa. 2. ſenſitiva. 3. [illegible] rationalis, de qva agit Reperto-
rium Phyſicum.

§. 12.

§. 12. *Forma accidentalis* dicitur accidens reſpectu ſubjecti, cui inhæret & cum ſubjecto ſeu materia conſtituit ens per accidens, v. g. albedo.

§. 13. *Forma ſimplex* eſt, quæ partes habet ejuſdem rationis. *Compoſita* verò, quæ partes habet rationis diverſæ.

§. 14. *Forma ſpecifica* eſt, quæ conſtituit rem in certa ſpecie, v. g. albedo. *Generica* verò, quæ rem conſtituit ſecundùm eſſe commune, v. g. color.

§. 15. *Forma materialis* eſt, quæ à materia dependet in eſſe, fieri & operari. *Immaterialis* verò, quæ citra materiam ſubſiſtere apta eſt, v. g. anima rationalis.

§. 16. Forma *Metaphyſica* eſt totum rei ſubſtantialis eſſentia, ſicut de homine dicitur animal rationale. *Forma Phyſica* eſt, per quam res eſt (ſicut materia eſt, ex qua res eſt, & efficiens à qua, & finis propter quem res eſt.) *Forma Logica* ſyllogiſtica eſt, quæ concluſionem formaliter bonam efficit.

TITULUS X.
De Fine.

§. 1.

Finis ſumitur vel *latè*, pro extremo ſeu ultimo alicujus rei *termino*; & dicitur finis terminationis *vitæ*, v. g. mors eſt finis vitæ. Vel *ſtrictè*, pro cauſa, & vocatur finis motionis movens agentem, *ut ſupra*. Eſtque vel *ultimus* & *ſummus*, aut abſolutè & ſimpliciter Dei gloria, 1. Cor. 10. 31. aut *ſecundùm* quid in certo genere, ſummum bonum. Nam bonitas eſt ratio finis, propter quam media proportionata volumus. Vel *proximus*, ut ſanitas. infra §. 3. NB.

§. 2. *Finis eſt cauſa externa*, propter quam aliquid fit (& cujus gratia res eſt) v. g. finis Medicinæ eſt ſanitas. NB. vid. ſup. p. 1510.

§. 3. *Ratio cauſandi* finis eſt bonitas, tam vera, quàm apparens.

§. 4. *Cauſalitas finis* (quæ alias vocatur finalizatio) eſt motio appetitus metaphorica, quatenus illa dependet à bono.

Nota 1. *Motio* finis vocatur *metaphorica*, quia finis non movet appetitum per vim activam, vel agendo, hoc enim competit cauſæ efficienti; ſed per bonitatem, quam voluntati exhibet.

Digitized by Google

Nota 2. [illegible] non ſequitur [illegible] taphorica, adeoq; finis non ſit vera cau[illegible] eſt viſio metaphorica, ergo viſus eſt ac[illegible]

Nota 3. Finis exercet cauſalitate[m] [illegible] enim eſt in executione, tunc non eſt cau[illegible] tas acquirenda eſt finis, acquiſita vero [illegible]

§. 5. *Cauſata* finis ſunt tam res, q[illegible] fiunt propter finem. Sic medicamentu[illegible] tas ſunt cauſata reſpectu ſanitatis.

§. 6. *Finis cujus* eſt, cujus efficien[illegible] ſit ſimul ſubjectum, cui ſit [illegible] tionis. Sed *Finis cui eſt*, cui alter finis, homo æger.

Nota: Ad explicationem finis [illegible] raliter ſpectatum) inprimis faciunt ſe[illegible]

§. 7. *Finis operantis eſt, per quam* actus ædificandi reſpectu architectonic[illegible] opus. v. g. viſio, reſpectu oculi.

§. 8. *Finis rei factæ* eſt id quod p[illegible] ductum. v. g. domus, reſpectu archite[illegible] dato terminatur actio ad finem direct[illegible] ſcopo agentis.

§. 9. *Finis formalis* eſt operatio, [illegible] gitur. v. g. viſio DEI beatifica.

§. 10. *Finis objectivus* eſt ipſum [illegible] dem ſub ratione talis actionis v. g. DE[illegible]

§. 11. *Finis efficiendus* eſt, qui cum [illegible] ab agente, ut producatur. v. g. ſanitas [illegible]

§. 12. *Finis obtinendus* eſt res [illegible] agens intendit acquirere. v. g. pecunia [illegible]

Nota. Hæc Diſtinctio [illegible] ter finem efficiendum & obtinendum, [illegible] ſcilicet res jam actu exiſtens, quatenus v. g. ſanitas reſpectu diætæ præſcriptæ futura eſt finis obtinendus.

[illegible] quod etiam cauſalitas ſit me- [illegible] non ſequatur, cognitio [illegible] metaphorica. [illegible] finem in intentione: quando [illegible] ſed potius effectus, v. g. ſani- [illegible] [illegible] actiones, quatenus fiunt vel [illegible] conſultatio de medicamen- [illegible]

[illegible] gratia aliquid fit, ita, ut non [illegible] v. g. ſanitas, reſpectu ambu- [illegible] ſeu finis cujus procuratur. v. g. [illegible]

[illegible] (non vero ad finem gene- [illegible] ſequentia §. 7. 8. &c. [illegible] aliquod opus, quale eſt [illegible] vel per quam non ſit aliquod [illegible]

[illegible] finalem operationem eſt pro- [illegible] Unde [illegible] [illegible] ſup. p. 1320. vel. ibid. de [illegible]

[illegible] per quam finis objectivus attin- [illegible]

[illegible] finis formalis, & qua- [illegible] [illegible] [illegible] intenditur [illegible] [illegible] quatenus cum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] *Ipſa vero ſanitatis conſervatio* [illegible]

§. 13.

§. 13. *Finis ultimus* eſt, qui non refertur ad alium: eſtque vel *ſimpliciter* talis, v. g. DEUS, vel *in certo genere*, v. g. ſanitas reſpectu omnium, quæ pertinent ad artem medendi. NB. ſup. §. 1.

§. 14. *Finis intermedius* eſt, cujus gratia aliquid eſt, ut ipſe ſit gratia alterius. v. g. expulſio pravorum humorum per purgans reſpectu ſanitatis.

§. 15. *Finis internus* eſt, qui eſt in agentis poteſtate, v. g. domus reſpectu architecti. concio, reſpectu concionatoris.

§. 16. *Finis externus* eſt, qui non eſt in agentis poteſtate, v. g. inhabitatio domus, & emendatio auditorum, reſpectu concionatoris.

TITULUS XI.
De variis Cauſæ Diſtinctionibus.

§ 1.

C*auſa actu* eſt, quæ revera eſſe influit in effectum. v. g. faber lignarius efficiens ſellam.

§. 2. *Cauſa potentia* eſt, quæ reverà non influit, habet tamen potentiam influendi. v. g. idem faber lignarius dormiens, vel ambulans.

§. 3. *Cauſa vera* eſt, quæ verum præſtat influxum in effectum. v. g. ignis reſpectu calefactionis.

§. 4. *Cauſa ſine qua non* eſt, quæ in effectum non influit, nec influere poteſt, ſine ea tamen effectus eſſe vel fieri nequit. v. g. approximatio ligni calefaciendi ad ignem.

§. 5. *Cauſa per ſe* eſt, quæ propriè & per ſe influit in effectum v. g. architectus ædificans.

§. 6. *Cauſa per accidens* eſt, quæ non influit eſſe in effectum, ſed conjuncta eſt tantum cum cauſa per ſe. v. g. Muſicus ædificans, cujus influxus architectonicus per accidens eſt talis, ut proficiſcatur ab architecto tali, qui accidentaliter ſimul eſt Muſicus.

§. 7. *Cauſa totalis* eſt, quæ ſola in ſuo genere & ordine producit effectum. v. g. unus equus trahens currum.

§. 8. *Cauſa partialis* eſt, cum qua concurrit alia cauſa ejusdem generis & ordinis ad eundem effectum. v. g. duo equi trahentes. (alias vocatur cauſa ſocia, cui opponitur ſolitaria.)

§. 9. *Cauſa proxima* eſt, quæ per [illegible]
ctum, ut pulmo reſpectu reſpirationis.

§. 10. *Cauſa remota* eſt, quæ tant[illegible]
ctum concurrit. v. g. anima reſpectu re[illegible]

§. 11. *Cauſa univerſalis* eſt, cujus [illegible]
ſalis ſcilicet) cauſæ, eſt indeterminatu[illegible]
SOL. vid. ſup. Tit. 6. §. 5.

§. 12. *Cauſa particularis* eſt, cujus [illegible]
planta, reſpectu generationis alterius [illegible]

§. 13. *Cauſæ ſubordinatæ* ſunt, qu[illegible]
in agendo. v. g. creaturæ omnes reſpe[illegible]

§. 14. *Cauſæ non ſubordinatæ* ſun[illegible]
altera in agendo. v. g. duo equi trahen[illegible]

Titulus XII.
De Neceſſario & Contingente.

§. 1.

Neceſſarium eſt, quod aliter ſe habere [illegible]
eſſe rationalem. *NB.* conſiſtit ergo [illegible]
variabilitate. vid. §. 10.

§. 2. *Neceſſarium ſimpliciter* eſt, q[illegible]
ſe habere poteſt, ut ſolus DEUS.

§. 3. *Neceſſarium ſecundum quid* [illegible]
cundarum qvidem aliter ſe habere neq[illegible]
omninò, ut creaturæ.

§. 4. *Neceſſarium ad eſſe* eſt, ſine q[illegible]
v. g. reſpiratio reſpectu vitæ.

§. 5. *Neceſſarium ad bené eſſe* eſt, [illegible]
ſed non adeò commodè, v. g. navis au[illegible]
NB. vocatur alias neceſſitas *expedientiæ* [illegible]

§. 6. *Neceſſitas abſoluta* eſt, cujus [illegible]
dictionem, v. g. Deum eſſe veracem, juſtu[illegible]

§. 7. *Neceſſitas hypothetica* ſeu ex [illegible]
qvid in ſe eſt contingens, poſitò tamen [illegible]
bere, v. g. Petrum progredi, poſito qv[illegible]

[illegible] & immediatè attingit effe-
[illegible] mediante alia cauſa ad effe-
[illegible] ſpirationis.
[illegible] influxus ex parte talis (univer-
[illegible] & indifferens. v. g. DEUS.
[illegible] influxus eſt determinatus. v. g.
[illegible] plantæ.
[illegible] quarum una dependet ab altera,
[illegible] DEI.
[illegible], quarum neutra dependet ab
[illegible] tes currum.
[illegible] non poteſt, v. g. hominem
[illegible] ratio nec non ſit neceſſarii in in-
[illegible] quod nullius cauſæ intuitu aliter
[illegible] eſt, quod intuitu cauſarum ſe-
[illegible] vit, ratione cauſæ verò primæ
[illegible] quo res eſſe vel ſubſiſtere neqvit,
[illegible] quo res quidem eſſe poteſt,
[illegible] pons reſpectu tranſitus fluvii.
[illegible] oppoſitum involvit contradi-
[illegible], bonum, immortalem
[illegible] ſuppoſitione eſt, quando ali-
[illegible] non poteſt aliter ſe ha-
[illegible] cernat.

§. 8.

Digitized by Google

§. 8. *Neceſſitas conſequentiæ* eſt, quando conſequens non poteſt eſſe verum, niſi & antecedens ſit verum, v. g. concluſio in omni ſyllogiſmô vi præmiſſarum.

§. 9. *Neceſſitas conſequentis* eſt, quando tàm antecedens, quàm conſequens eſt neceſſarium, v. g. animal ſentire, grave deſcendere.

§. 10. *Contingens*, (ſtricte & proprie ſumtum) eſt, quod poteſt aliter ſe habere, v. g. hominem eſſe doctum. *N.B.* ratio formalis conſiſtit in variabilitate vid. §. 1.

§. 11. *Contingens æqualiter* eſt, quod æquè poteſt eſſe & non eſſe, v. g. ambulare, ſcribere, & omnes actiones cauſæ liberæ.

§. 12. *Contingens ut plurimum* eſt, quod frequentiùs fit, quàm non fit, v. g. hominem naſci qvinq; digitis in unâ manu.

§. 13. *Contingens raro* eſt, quod frequentius non fit, quàm fit, v. gr. fodiendo terram invenire theſaurum, dari ſex digitos unius manus.

TITULUS XIII.
De Uno.

§. 1.

UNum eſt ens, quod in ſe eſt indiviſum, v. g. homo. Conferatur Arriaga in curſu Philoſ. p. 945. ubi ait: Unitas conſiſtit in negatione multitudinis ſeu pluralitatis.

Nota. *Indiviſum* eſt etiam indiviſum à quolibet alio, adeoque ratio formalis unius per indiviſionem ſufficienter exprimitur. Imò & anima unica corpori unita à corpore tamen non eſt diviſa, licet ab alia animâ ſit diviſa. vid. Theol. Poſ. art. 10. p. 246. N.B. de DEO uno 1. abſolutè, 2. excluſivè.

§. 2. *Unum per accidens* eſt, quando ſubjectum & accidens in concretô, vel duo ſubjecti accidentia in concretô dicuntur unum, v. g. homo albus, Muſicus albus.

§. 3. *Unum per ſe* ſunt, quorum eſſentia vel natura una eſt, v. g. unitas hominis.

§. 4. *Unum continuatione ſeu continuum* eſt, cujus partes communi terminô copulantur, v. g. brachium.

Nota: *Terminus communis* eſt id, in quô una pars deſinit, & altera incipit.

§. 5. *Unum analogia ſeu analog*[illegible] *... ſunt*, quorum unum ſe habet ad alterum, ut aliud ad aliud, v. [illegible] caput cum corpore hominis collatum.

§. 6. *Unum genere ſunt*, quæ id[illegible] habent genus, v. gr. homo & brutum.

§. 7. *Unum ſpecie ſunt*, quorum [illegible] eſt definitio, quæ indiviſibilis eſt in aliam, v. g. Petrus & Pa[illegible] reſpectu definitionis per animal rationale.

§. 8. *Unum numero ſunt*, quæ [illegible] non ſolum unum idemqve ſignificant, ſed unum etiam formalem co[illegible] eandem habent, v. gr. gladius & enſis.

§. 9. *Multa ſunt*, quæ actu ſunt [illegible] diviſa, v. g. duo homines.

Nota 1. Multum dicitur tot mo[illegible] quot unum, ſc. con- tinuitate, analogia, genere, ſpecie & [illegible] quæ facile deſcribi poſ- ſunt addendo definitionibus præced[illegible] particulam negativam non.

Nota 2. Quæ h. l. *de Diſtinctione* [illegible] diſtinctionum alii monere ſo- lent, illa oſtendit intra Titulus 18. & [illegible] Theol. Polemica ſupra pag. 146. NB. & p. 1150.

TITULUS XIV.

De Ente per ſe & per accidens.

§. 1.

ENS *per ſe eſt*, quod habet unam ta[illegible] unam eſſentiam, vel quod eſt in aliqvo prædicamento, ſecundum [illegible] totam ſuam eſſentiam, v. g. homo.

§. 2. *Ens per accidens eſt*, quod [illegible] conſtat ex rebus diverſorum prædicamentorum, v. g. homo albu[illegible], vel ex rebus ejusdem prædi- camenti, inter ſe naturaliter non or[illegible] ordinatis, v. g. acervus lapidum.

§. 3. *Ens per accidens ordinatum* [illegible] eſt, quod conſtat ex pluribus entibus in actu, aliqvem inter ſe ordi[illegible] habentibus, vel ab arte, vel induſtria, v. g. domus, exercitus.

§. 4. *Ens per accidens aggregat*[illegible] eſt, quod con- ſtat ex pluribus entibus fortuito in [illegible] congeſtis, v. gr. acervus tritici.

TITU-

Digitized by Google

TITULUS XV.
De ſimplici & compoſito.

§. 1.

Compoſitum eſt, quod dividi quidem poteſt, actu tamen diviſum non eſt, ut homo conſtans ex corpore & animâ.

§. 2. *Compoſitio* eſt conjunctio plurium rerum, ut ſint unum.

§. 3. *Compoſitio realis* eſt conjunctio plurium rerum, realiter diſtinctarum, ut ſint unum.

§. 4. *Compoſitio rationis* eſt conjunctio plurium rerum, ratione diſtinctarum, ut ſint unum.

§. 5. *Simplex eſt*, quod nec actu diviſum eſt, nec dividi poteſt.

§. 6. *Simplex abſolutè* tale eſt, quod nec eſt compoſitum, nec componibile, ut ſolus DEUS.

§. 7. *Simplicitas* eſt negatio compoſitionis. NB. ſup. p. 145.

TITULUS XVI.
De toto & parte.

§. 1.

Totum eſt, quod ita continet ea, quæ continentur, ut illa ſint unum.

§. 2. *Totum integrale*, ſeu quantum eſt, quod habet partes ad ſui integritatem pertinentes v. g. arbor conſtans ex trunco, radice, ramis &c. eſtque hoc totum vel ſimilare, vel diſſimilare.

§. 3. *Totum ſimilare* ſeu homogeneum eſt, quod conſtat ex partibus ejuſdem naturæ & denominationis v. g. vitrum vino repletum.

§. 4. *Totum diſſimilare* ſeu heterogeneum eſt, cujus partes diverſi ſunt à toto nominis diverſæque naturæ v. g. corpus humanum, ubi datur manus, pes, oculus vid. Repertorium *phyſicum* NB.

Nota: Poteſt aliquid eſſe ſimul totum ſimilare & diſſimilare, diverſo ſcilicet reſpectu v. g. ſtatua lapidea, eſt totum ſimilare reſpectu materiæ, diſſimilare verò reſpectu formæ (quoad faciem, manus, pedes &c.)

§. 5. *Totum eſſentiale* eſt, quod ex partibus ejus eſſentiam ſive Phy-

Phyſicè ſive Metaphyſicè conſtituentib[illegible] … ens, conſtituit. Ideo [illegible] vel Phyſi-
cum, vel Metaphyſicum.

§. 6. *Totum Phyſicum* eſt, qvod e[illegible] … materia & forma ſubſtantiali
conſtituitur, ut homo reſpectu corpori[illegible] … & animæ rationalis.

§. 7. *Totum Metaphyſicum* eſt, q[illegible] … od conſtat ex genere & diffe-
rentia. v. g. homo reſpectu animalis & [illegible] … rationalis.

§. 8. *Totum poteſtativum* eſt, qv[illegible] … el partes habet potentias, per
qvas operari poteſt. v. g. anima ratio[illegible] … nalis reſpectu intellectus & vo-
luntatis.

[illegible] … conſtitutionem cum alio alıqve

§. 9. *Pars* eſt id, qvod ad totius [illegible] … cum alia concurreret totum
concurrit. v. g. brachium.

[illegible] … ime.)

§. 10. *Pars eſſentialis* eſt, ex qva [illegible] … totius integralis conſtitutionem
eſſentiale conſtituitur. (ut corpus & an[illegible]

§. 11. *Pars integralis* eſt, qvæ ad [illegible]
pertinet. (manus, pes.)

§. 12. *Pars homogenea* ſeu ſimila[illegible] … ris eſt, qvæ eſt ejusdem naturæ
& appellationis cum toto. (ut qvælibet [illegible] … aqvæ gutta eſt aqva.)

§. 13. *Pars heterogenea* ſive diſſi[illegible] … milaris eſt, qvæ eſt diverſæ na-
turæ & appellationis cum toto (ſic dig[illegible] … itus non eſt manus ipſa, ſed ejus
pars heterogenea) Cujus exempla in p[illegible] … generali. §. [illegible] de toto ſunt ad-
ducta, & in Repertorio Phyſico NB.

TITULUS XVII.
De Univerſali & Singulari.

§. 1.

UNiverſale eſt id, qvod pluribus [illegible] … eſt communicabile. v. g. animal,
color.

§. 2. *Univerſale complexum* eſt [illegible] … enunciatio, ſive univerſalis, qvæ
actu habet ſignum univerſale. & v[illegible] … ſignum [illegible]; ſive
ſummè neceſſaria, qvæ vocatur univ[illegible] … erſale poſteriorum.

Nota. Ratio denominationis p[illegible] … rioriſtici & poſteriori[illegible] hæc eſt,
qvia Ariſtoteles de illo univerſali [illegible] … in libro primo priorum analyti-
corum c. 1. de hoc verò in poſterioru[illegible] … analyticorum lib. 1. c. 1.

§. 3. *Univerſale incomplexum* e[illegible] … terminus ſimplex, ad multa ſe
extendens, v. g. virtus.

§. 4.

